FRAGMENTA
PHILOSOPHORUM GRÆCORUM

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

FRAGMENTA
PHILOSOPHORUM GRÆCORUM


COLLEGIT RECENSUIT VERTIT
ANNOTATIONIBUS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT
INDICIBUS INSTRUXIT

FR. GUIL. AUG. MULLACHIUS

PHIL. DR., ARTIUM LL. M. LITTERARUM ANTIQUARUM PROFESSOR

POESEOS PHILOSOPHICÆ

CÆTERORUMQUE ANTE SOCRATEM PHILOSOPHORUM QUÆ SUPERSUNT



PARISIIS
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT
INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO
VIA JACOB, 56

M DCCC LXXV

PRÆFATIO.

Nihil esse ad cognoscendam philosophiæ Græcæ historiam accommodatius assidua librorum qui a philosophis relicti sunt tractatione, inter omnes constare arbitror. Quo in genere non tantum Platonis, Aristotelis, Sexti Empirici, Procli, Plotini aliorumque quæ exstant ingenii monumenta legendo conteri, sed etiam quidquid fragmentorum in aliorum scriptis latet colligi et sub suo cujusque nomine digestum uno aut pluribus voluminibus comprehendi par est. Quod quamvis ita se habeat, pauci tamen inde a renatis litteris exstiterunt qui in hac humanitatis studiorum parte locupletanda industriam suam ponerent. Est enim res ardua ac difficilis, quum tam ab ipsa antiquitate, quam a scriptorum, qui reliquias istas servarunt vel de sapientiæ doctoribus eorumque decretis exposuerunt, dissensione, partim etiam a codicum manu exaratorum discrepantia obscuritatem traxerit. Quo majore præconio dignus est Henr. Stephanus qui in Poesi philosophica Parisiis anno 1573 excusa principum quorundam philosophorum carmina, locos communes et effata collegit. Cujus libelli ea esse præstantia videbatur ut certatim illum liberalium artium proceres (1) lectitarent, memorarent, laudibus ferrent. At deest magna versuum ac sententiarum pars, deest omnis doctrinæ apparatus, non deest ingenii acumen quo homo laboriosissimus idemque eruditissimus depravata multa tacite correxit, quamquam pleraque quæ in his sapientissimorum poetarum flosculis criticorum manus artifices desiderant, aliis per-

(1) Valckenarius Diatrib. in Eur. fragm. p. 282; Wyttenbachius Epist. ad Heusd. Opusc. II p. 38, alii.

polienda reliquit. Postea vero, nostra potissimum memoria haud pauci iique doctissimi viri ad hæc studia incubuerunt, Brandisius, Bœckhius, Schleiermacherus, Bergkius, Prellerus, Karstenius, Sturzius, Schaubachius, Wyttenbachius, alii qui singulorum fragminibus castigandis explicandisque de antiqua philosophia bene meruerunt. Quorum vestigiis ingressus ipse anno 1843 Democriti librorum reliquias emisi ac 1845 Aristotelis de Melisso, Xenophane et Gorgia disputationes cum Eleaticorum philosophorum fragmentis et Ocelli Lucani, qui fertur, de universi natura libello recensui atque interpretatus sum. Adde quod Quæstiones Empedocleas Berolini annis 1850 et 1853 publici juris feci. Eodemque tempore Hieroclis in aureum Pythagoreorum carmen commentarium recognovi atque illustravi. Sed nemo inventus est qui omnia philosophorum dicta et fragmenta per varios scriptores sparsa unum in corpus redegerit. Nam qui majus quid moliebatur Jo. Conr. Orellius (2) moralia et politica veterum Græcorum tum commentariola tum apophthegmata se divulgaturum pollicitus promissis non stetit, sed jactis fundamentis operi inchoato fastigium non imposuit. Huc accedit quod aliena quæ nullo cum lectorum damno omitti poterant moralibus opusculis inseruit.

Quum igitur Ambrosius Firminus Didot, clarissimus antiquarum litterarum ingenuarumque artium fautor et antistes, in Bibliothecam Græcam a se editam philosophorum Græcorum fragmenta recipere vellet, ego hoc labore jam maxima ex parte perfunctus primum statim volumen prelo subjeci. In quo quid præstiterim, ut æstimare veteris sapientiæ studiosi facile possint, paucis mihi de instituti mei ratione edendique libri consilio disserendum est. Primum id spectavi, ut ex omnibus qui in lucem prolati sunt scriptoribus græcis (3) philosophorum reliquias congererem. Qua in re non modo optimas editiones inspexi, sed sedulo

(2) Vid. præf. ad Opusc. vett. Græc. sententiosa et moralia tom. I p. XX. Lipsiæ 1819.

(3) Nam abditos fontes et ineditos libros adire mihi non licuit.

etiam cavi, ne illa fragmenta quæ alios fugerant prætermitterem. Deinde universa, quoad ejus fieri poterat, lucido ordine disposui, quo facilius singula intelligerentur. Locos corruptos aut consultis melioribus membranarum lectionibus sanavi aut certa emendatione restitui. Sed ut prope omnia solus agerem in quibusdam scriptoribus, superiorum criticorum incuria factum est qui sæpe aperta vitia aut intacta reliquerant aut conjecturis suis ab ejus quem in manibus habebant philosophi mente aberraverant. Neque tamen unquam aliorum suspiciones et inventa, si probabilitate commendarentur, repudiavi. Itaque fragmenta et plura et emendatiora et melius, quam olim, digesta exhibui. Scripturæ varietatem non omnem, sed potiorem adnotavi, ac simul meas emendationes conjecturasque tam ab aliorum inventis quam a vetustorum exemplarium lectionibus distinxi. Tum ad ea quæ obscura videbantur explananda accessi. Quum vero amplos conficere commentarios mihi non esset propositum, pauca tantum in quibus hærere legentes possent explicui. Porro philosophorum carmina locosque soluta oratione scriptos omni adhibita diligentia e græco sermone in latinum ipse transtuli, ne vel interpretum errores commemorandi vel veteres interpretationes propter mutatum textum mutandæ essent. Quapropter raro aliorum verba qui in iisdem sententiis vertendis versati erant retinui. Denique ne quid desideraretur, quod ad fragmenta illustranda valeret, uniuscujusque philosophi vitam breviter descriptam ejus reliquiis præposui. De placitis quæ e philosophorum verbis discimus uberius disputare non attinuit. Verum et hæc interdum, prouti rei natura vel necessitas postulabat, attigi. Ita confido fore ut hoc opus peritis et æquis judicibus probetur.

Scripsi Berolini a. d. VI Id. Sextil. a. 1857.

CONSPECTUS.

PROŒMIUM.

Philosophia quæ a Græcis et Romanis rerum divinarum humanarumque cognitio vocata est, tam sua ipsius majestate præceptorumque firmitate quam utilitatis magnitudine reliquis omnibus disciplinis adeo excellit, ut uberior et amplior neque esse neque animo fingi possit. Quum enim cæteræ artes et doctrinæ in singularum rerum investigatione versentur atque idcirco vel ad patefaciendos naturæ aditus vel ad civitates quovis bonorum genere cumulandas vel ad ornandam vitam humanam referantur, vel denique ad cogitandi et disserendi subtilitatem spectent : una hæc nullis terminis circumscripta libere vagatur suoque lumine cunctas litterarum partes complet. Quippe ut magnus auri, argenti, eboris acervus per se inutilis est, nisi mens humana accesserit, quæ indigestam illam molem digerat : ita aliæ disciplinæ quamvis præclaræ, ne materiæ obscuritate laborent, philosophia tanquam mente illustrantur.

Hæc quum divinam naturam scrutatur, sacra disciplina vocari solet; quum rerum universitatem intuetur atque in corporum motus et mensuras inquirit, physica et mathematica nominatur; quum de moribus disputat, moralis philosophia dicitur : eadem a disserendi ratione tradenda dialecticæ nomen invenit : in legum fontibus aperiendis et vi explicanda jurisprudentia appellatur : in animantium compage et fabrica consideranda morbisque curandis medicina (1) est : quum rerum gestarum seriem, generis humani fata, gentium, populorum, civitatum origines, incrementa, vicissitudines, conversiones enarrat et quum locorum regionumque situm velut in picta tabella proponit, historia et geographia (2) nuncupatur : eadem denique poesis et eloquentiæ speciem induit, quum clarorum virorum facta moresque celebrat allatisque veteribus exemplis mortales a rebus fluxis avocare et ad virtutis studium convertere conatur. Est igitur philosophia quasi divina quædam mentis humanæ dux, vitæ magistra, virtutis indagatrix, expultrix vitiorum laudandarumque omnium artium parens. Sed quomodo aliorum studiorum, sic hujus doctrinarum principis obscura sunt initia neque litterarum monumentis prodita. Apud Græcos autem primi sapientes et poetæ et vates et musici Orpheus, Linus, Musæus fuisse traduntur. Qui quoniam homines in agris dispersos ratione quadam unum in locum compulerunt et congregarunt atque e feris et immanibus mites et mansuetos reddiderunt, lapides et arbores cantu movisse perhibentur. Fuit vero omnium artium antiquissima poesis cujus beneficio mortales ad vitæ melioris consuetudinem traducti divini cultus primordia didicere. Verum e posterioribus poetis nemo carminum pulchritudine diutius Græcorum animos tenuit, quam Homerus atque Hesiodus. Quo factum est ut eorum fabulæ ab omnibus probatæ rerum sacrarum vim auctoritatemque obtinerent ipsique vulgo Græcæ mythologiæ conditores haberentur (3). At procedente tempore quo magis hominum vita morum probitate formari artiumque varietate excoli cœpta est : eo magis etiam animorum habitus est mutatus. Itaque veterum opinionum commenta dum paullatim delet dies, novæ eæque veriores opiniones percrebuerunt, quæ tum poetarum scriptis divulgatæ, tum in mysteriis creditæ politioris humanitatis semina

(1) Plato Phædr. p. 121 C. ΣΩ. Ψυχῆς οὖν φύσιν ἀξίως λόγου κατανοῆσαι οἴει δυνατὸν εἶναι ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως; ΦΑΙ. Εἰ μὲν Ἱπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι, οὐδὲ περὶ σώματος ἄνευ τῆς μεθόδου ταύτης κτλ. Cf. Galen. Comm. in Hippocr. lib. de nat. hominis, tom. V p. 2 et 16 ed. Bas.

(2) Strabo, lib. I, 1 : Τῆς τοῦ φιλοσόφου πραγματείας εἶναι νομίζομεν, εἴπερ ἄλλην τινά, καὶ τὴν γεωγραφικήν, ἣν νῦν προῃρήμεθα ἐπισκοπεῖν. Ὅτι δ' οὐ φαύλως νομίζομεν, ἐκ πολλῶν δῆλον. Οἵ τε γὰρ πρῶτοι θαῤῥήσαντες αὐτῆς ἅψασθαι τοιοῦτοί τινες ὑπῆρξαν, Ὅμηρός τε καὶ Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος καὶ Ἑκαταῖος, ὁ πολίτης αὐτοῦ, καθὼς καὶ Ἐρατοσθένης φησί· καὶ Δημόκριτος δὲ καὶ Εὔδοξος καὶ Δικαίαρχος καὶ Ἔφορος καὶ ἄλλοι πλείους· ἔτι δὲ οἱ μετὰ τούτους, Ἐρατοσθένης τε καὶ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, ἄνδρες φιλόσοφοι· ἥ τε πολυμάθεια, δι' ἧς μόνης ἐφικέσθαι τοῦδε τοῦ ἔργου δυνατόν, οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν ἢ τοῦ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπεια ἐπιβλέποντος, ὧνπερ τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην φασίν. Ὡς δ' αὔτως καὶ ἡ ὠφέλεια ποικίλη τις οὖσα, ἡ μὲν πρὸς τὰ πολιτικὰ καὶ τὰς ἡγεμονικὰς πράξεις, ἡ δὲ πρὸς ἐπιστήμην τῶν τε οὐρανίων καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης ζῴων καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἰδεῖν παρ' ἑκάστοις ἐστί, τὸν αὐτὸν ὑπογράφει ἄνδρα, τὸν φροντίζοντα τῆς περὶ τὸν βίον τέχνης καὶ εὐδαιμονίας.

(3) Conf. Herodot., lib. II cap. 53.

sparserunt et maturiorem cogitandi sentiendique rationem præpararunt. Sed debebatur fatis philosophiæ origo. Nam septimo fere ante Chr. n. sæculo ingens rerum conversio facta est, quæ in Asia minori subito orta inde per Italiam et Siciliam manavit, denique per Græciam disseminata maximam effecit civitatum, disciplinæ publicæ, studiorum immutationem. Civitates aliæ motibus concussæ, aliæ novis legibus et institutis temperatæ, plurimæ etiam coloniæ conditæ. Quid? quod artes pleræque quas humanus civilisque cultus desiderat tum aut inchoatæ aut ita tractatæ sunt, ut ad summum pervenisse viderentur. Porro nova litterarum et poesis genera inventa brevi invaluerunt. Quibus rebus omnibus commoti mortales altiores spiritus gessere et quærendi studio incensi in rerum divinarum humanarumque contemplatione operam locare statuerunt. Itaque multi ea quæ veteres poetice lusissent magna cum cura retractarunt placitasque vulgo fabulas et commenta ad naturæ veritatem revocarunt. Hoc studium ut primum hominum mentes occupavit, dici vix potest quanta discendi cupiditate flagraverint. Etenim haud pauci relicta patria peregrinati sunt, ut si quid sapientiæ apud exteras gentes esset, si quid laudabile in aliarum civitatum institutis, id diligenter cognitum domum reversi cum civibus suis communicarent. Quapropter non defuerunt qui sacerdotes etiam aliosque viros sapientia præstantes tum in Ægypto tum in reliqua barbaria convenirent. Quin etiam memoriæ proditum est quosdam res familiares suas abjecisse agrosque deseruisse incultos, quo liberius inquirendæ veritati vacarent. Ab his initiis profecta est philosophia, cui præclarum hoc a discendi cupiditate et sapientiæ studio Græci nomen indiderunt.

Qualis autem illis temporibus prima fuerit philosophiæ forma, nemo facile dixerit. Quemadmodum enim pulcherrimæ statuæ quæ e Phidiæ officina prodiere, antequam artificis manu consummatæ elaboratæque essent, rudia quondam et inelaborata signa fuerunt in quibus vix corporum lineamenta agnosceres : sic philosophiæ incunabula a perfecta ejus forma plurimum distant. Omnes vero artes quæ postea generibus distinctæ sunt, initio communi philosophiæ vinculo continebantur. Id antiquorum exemplum tantum valuit, ut sequenti quoque tempore qua mentis acie Democritus cunctarum rerum vim naturamque viderat editisque scriptis illustraverat, eadem Aristoteles doctrinæ orbem ornandum susciperet. At serum fuit philosophiæ nomen, ipsa res vetustissima. Nam qui cæteros eruditione et prudentia superabant, sapientes (4) vulgo et habebantur et nominabantur. Sic septem illi qui a Græcis σοφοί, sapientes a Latinis vocabantur (5), et quicunque deinceps in rerum contemplatione studia ponebant, hoc ipso nomine appellabantur, donec primus Pythagoras rejecto honorifico sapientis vocabulo sapientiæ studiosum, id est, philosophum se esse et nuncupari voluit. Verum enimvero in tanta ingenuarum artium varietate unum quiddam erat, quod hominum doctrinæ studiis ardentium mentes præcipue teneret, naturæ investigatio. Qui igitur mundi ortum indagare, qui siderum magnitudines, intervalla, cursus anquirere, qui in animalium, plantarum, lapidum, cognitione tempus consumere solebant, qui denique tam singula quam universa spectantes omnium quæ sub oculos cadunt causas animo complecti nitebantur, hos potissimum Pythagoras philosophos nominandos esse censuit. Sed reddenda ejus nominis ratio est.

« Ferunt Pythagoram (6) Phliuntem venisse et cum Leonte, Phliasiorum principe, docte et copiose quædam disseruisse. Cujus ingenium et eloquentiam quum admiratus esset Leon, quæsivisse ex eo, qua maxime arte confideret : at illum, artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum (7). Admiratum Leontem novitatem nominis, quæsivisse, quinam essent philo-

(4) Græce σοφοί; interdum σοφισταί. Diogenes Laertius lib. I, 12 : Θᾶττον δὲ ἐκαλεῖτο σοφία, καὶ σοφὸς ὁ ταύτην ἐπαγγελλόμενος, ὃς εἴη ἂν κατὰ ἀκρότητα ψυχῆς ἀπηκριβωμένος· φιλόσοφος δὲ, ὁ σοφίαν ἀσπαζόμενος. Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταί, σοφισταί· καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτως καλεῖ. Hesychius : σοφιστὰς ἔλεγον τοὺς περὶ μουσικὴν διατρίβοντας καὶ τοὺς μετὰ κιθάρας ᾄδοντας.

(5) Diogenes Laertius lib. I, 13 : Σοφοὶ δὲ ἐνομίζοντο οἵδε· Θαλῆς, Σόλων, Περίανδρος, Κλεόβουλος, Χείλων, Βίας, Πιττακός. Τούτοις προσαριθμοῦσιν Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην, Μύσωνα τὸν Χηνέα, Φερεκύδην τὸν Σύριον, Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα· ἔνιοι καὶ Πεισίστρατον τὸν τύραννον.

(6) Ut ait Heraclides Ponticus apud Ciceronem Tusc. V, 3.

(7) Diogenes Laertius lib. I, 12 : Φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον, ἐν Σικυῶνι διαλεγόμενος Λέοντι τῷ Σικυωνίων τυράννῳ, ἢ Φλιασίων, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἄπνου. Μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἢ θεόν. Id. lib. VIII, 8 : Σωσικράτης δὲ ἐν διαδοχαῖς φησιν αὐτὸν [τὸν Πυθαγόραν] ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος τοῦ Φλιασίων τυράννου, τίς εἴη; φιλόσοφος, εἰπεῖν, καὶ τὸν βίον ἐοικέναι πανηγύρει. Ὡς οὖν εἰς ταύτην οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπορίαν, οἱ δέ γε βέλτιστοι ἔρχονται θεαταί· οὕτως ἐν τῷ βίῳ οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις, ἔφη, φύονται δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί· οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς ἀληθείας.

sophi et quid inter eos et reliquos interesset; Pythagoram autem respondisse, similem sibi videri vitam hominum, et mercatum eum qui haberetur maximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. Nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem coronæ peterent, alii emendi aut vendendi quæstu et lucro ducerentur, esset autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, qui nec plausum nec lucrum quærerent, sed visendi causa venirent studioseque perspicerent, quid ageretur et quo modo : item nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua, sic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos, alios gloriæ servire, alios pecuniæ; raros esse quosdam qui ceteris omnibus pro nihilo habitis rerum naturam studiose intuerentur; hos se appellare sapientiæ studiosos, id est enim philosophos : et ut illic liberalissimum esset, spectare nihil sibi acquirentem, sic in vita longe omnibus studiis contemplationem rerum cognitionemque præstare. » In his autem cognoscendis varias ingressi sunt vias. Alii videlicet sensuum ope freti, quæ sunt quæque cernuntur omnia exquirere tentabant, alii divino afflatu concitati retrusa et abdita persequebantur ac velut oracula fundebant. Sic plures philosophantium quasi familiæ exortæ sunt : Ionici, Pythagorei, Eleatici, a quibus philosophiæ jacta sunt fundamenta. Neque vero dubium quin multæ eæque gravissimæ quæstiones omnium philosophorum communes fuerint. Quare controversias de maximis rebus inter veteres illos ortas postea summi sapientiæ doctores minuere aut dirimere studuerunt. Sed tamen in tanto ardore animorum, tanta scientiæ cupiditate, tam præclaris præceptis paucis contigit ex illis philosophiæ conditoribus, ut philosophi potius quam poetæ essent. Testes sunt, ut unum caput commemorem, cosmogoniæ ad priscorum vatum normam aut paullo aliter fictæ, quibus delectamur magis quam docemur. Nam quum nullo rerum usu nullaque experientia imbuti essent atque omni supellectile tum ad observandos siderum motus, tum ad illustrandam naturæ obscuritatem necessaria carerent : quæcunque ignorabant, fingendo supplere aggrediebantur. Neque tamen propterea quisquam veterem illam quæ ante Socratis ætatem fuit sapientiam contemnere audeat. Hic enim primus sapientiæ studium, ut omnes confitentur, e cœlo devocavit et in urbibus collocavit atque in domos etiam introduxit et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quærere. Quid plura? philosophiam a latentibus rerum causis anquirendis avocavit atque ad vitam communem traduxit. Cujus ingenii magnitudo, multiplex ratio disserendi rerumque copia et varietas, quarum aliæ aliis placebant, plura peperit genera dissentientium philosophorum. Etenim præter Platonem et Xenophontem qui egregias ejus disputationes et dicta memorabilia litteris consignarunt, multi ab eo profecti sunt alii. Ac (8) primo ab ipso Platone Aristoteles et Xenocrates; quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit; deinde ab Antisthene qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici; tum ab Aristippo quem illæ magis voluptariæ disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manavit, quam ille et ejus posteri simpliciter defenderunt. Epicurei vero qui voluptate omnia metiebantur, dum verecundius id agunt, nec dignitati satisfaciebant, quam non aspernabantur, nec voluptates tuebantur, quas amplexari volebant. Fuerunt etiam alia genera philosophorum qui se omnes fere Socraticos esse dicerent, Eretricorum, Herilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum, sed ea horum vi et disputationibus fracta et exstincta sunt. Taceo Academicorum dissidia quæ plures Academias effecerunt, item Platonicos et Pythagoricos recentiores de quibus aliud erit dicendi tempus. At non prætereundus Diogenis locus est quo philosophorum successiones lib. I, 13 in hunc modum tradit : Φιλοσοφίας δὲ δύο γεγόνασιν ἀρχαί, ἥ τε ἀπὸ Ἀναξιμάνδρου καὶ ἡ ἀπὸ Πυθαγόρου, τοῦ μὲν Θαλοῦ διακηκοότος, Πυθαγόρου δὲ Φερεκύδης καθηγήσατο· καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μὲν Ἰωνικὴ ὅτι Θαλῆς Ἴων ὢν (Μιλήσιος γάρ), καθηγήσατο Ἀναξιμάνδρου, ἡ δὲ Ἰταλικὴ ἀπὸ Πυθαγόρου, ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐφιλοσόφησε. Καταλήγει δὲ ἡ μὲν εἰς Κλειτόμαχον καὶ Χρύσιππον καὶ Θεόφραστον, ἡ Ἰωνική, ἡ δὲ Ἰταλικὴ εἰς Ἐπίκουρον. Θαλοῦ μὲν γὰρ Ἀναξίμανδρος, οὗ Ἀναξιμένης, οὗ Ἀναξαγόρας, οὗ Ἀρχέλαος, οὗ Σωκράτης ὁ τὴν ἠθικὴν εἰσαγαγών, οὗ οἵ τε ἄλλοι Σωκρατικοὶ καὶ Πλάτων ὁ τὴν ἀρχαίαν Ἀκαδημίαν συστησάμενος, οὗ Σπεύσιππος καὶ Ξενοκράτης, οὗ Πολέμων, οὗ Κράντωρ καὶ Κράτης, οὗ Ἀρκεσίλαος ὁ τὴν μέσην Ἀκαδημίαν εἰσηγησάμενος, οὗ Λακύδης ὁ τὴν νέαν Ἀκαδημίαν φιλοσοφήσας, οὗ Καρνεάδης, οὗ Κλειτόμαχος. Καὶ ὧδε μὲν εἰς Κλειτόμαχον, εἰς δὲ Χρύσιππον οὕτω καταλήγει· Σωκράτους Ἀντισθένης, οὗ Διογένης ὁ κύων, οὗ Κράτης ὁ Θηβαῖος, οὗ Ζήνων ὁ Κιτιεύς, οὗ Κλεάνθης, οὗ Χρύσιππος. Εἰς δὲ Θεό-

(8) Cicero de orat. III, 17.

φραστον οὕτως· Πλάτωνος Ἀριστοτέλης, οὗ Θεόφραστος. Καὶ ἡ μὲν Ἰωνικὴ τοῦτον καταλήγει τὸν τρόπον, ἡ δὲ Ἰταλικὴ οὕτω· Φερεκύδους Πυθαγόρας, οὗ Τηλαυγὴς ὁ υἱός, οὗ Ξενοφάνης, οὗ Παρμενίδης, οὗ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, οὗ Λεύκιππος, οὗ Δημόκριτος, οὗ πολλοὶ μέν, ἐπ' ὀνόματος δὲ Ναυσιφάνης καὶ Ναυκύδης, ὧν Ἐπίκουρος. Similiter Clemens Alexandrinus Strom. I p. 300 C : Φιλοσοφίας τρεῖς γεγόνασι διαδοχαί, ἐπώνυμοι τῶν τόπων, περὶ οὓς διέτριψαν· Ἰταλικὴ μὲν ἡ ἀπὸ Πυθαγόρου, Ἰωνικὴ δὲ ἡ ἀπὸ Θαλοῦ, Ἐλεατικὴ δὲ ἡ ἀπὸ Ξενοφάνους κτλ. Sed hæc multo accuratiore expositione egent quam singulis locis afferre constituimus. Confer Zumptii dissertationem de philosophorum scholis apud Athenienses præsidumque successionibus, insertam Commentationibus Acad. Berol. a. 1842, B. 1844, p. 27-119.

Quum vero inter eos sapientiæ doctores qui firma haberent decreta atque illos qui suam ipsi sententiam tegentes errore alios levarent et in omni disputatione quid veri simillimum esset quærerent, plurimum interesse pateat: Diogenes lib. I, 16 duo philosophorum genera ponit. Sunt autem hæc ejus verba : Τῶν δὲ φιλοσόφων οἱ μὲν γεγόνασι Δογματικοί, οἱ δὲ Ἐφεκτικοί· Δογματικοὶ μέν, ὅσοι περὶ τῶν πραγμάτων ἀποφαίνονται ὡς καταληπτῶν, Ἐφεκτικοὶ δέ, ὅσοι ἐπέχουσι περὶ αὐτῶν ὡς ἀκαταλήπτων. Paulo aliter Sextus Empiricus Pyrrh. Hypot. I, 2 seqq. : Οἱ μὲν εὑρηκέναι τὸ ἀληθὲς ἔφασαν, οἱ δὲ ἀπεφήναντο μὴ δυνατὸν εἶναι τοῦτο καταληφθῆναι, οἱ δὲ ἔτι ζητοῦσι. Καὶ εὑρηκέναι μὲν δοκοῦσιν οἱ ἰδίως καλούμενοι Δογματικοί· ὡς δὲ περὶ ἀκαταλήπτων ἀπεφήναντο οἱ περὶ Κλειτόμαχον καὶ Καρνεάδην καὶ ἄλλοι Ἀκαδημαϊκοί· ζητοῦσι δὲ οἱ Σκεπτικοί· ὅθεν εὐλόγως δοκοῦσιν αἱ ἀνωτάτω φιλοσοφίαι τρεῖς εἶναι, Δογματική, Ἀκαδημαϊκή, Σκεπτική.

Restat ut quid veteres de sapientiæ partibus et philosophantium sectis dixerint, breviter perstringamus.

Post Socratem variæ fuerunt doctorum hominum de philosophiæ partibus sententiæ. Eorum plerique tripartitam optimarum rerum cognitionem esse arbitrati sunt : moralem, naturalem, rationalem. Prima animum componit moresque fingit, secunda rerum naturam scrutatur, tertia accurate disserendi leges et argumentationes tradit, ne pro veris falsa dicantur. Cæteroqui reperti sunt qui aut pauciora aut plura sapientiæ studii capita et locos esse vellent. Qua de re multa leguntur apud Senecam Epist. 89, 8 seqq. (9).

De sectis hæc habet Simplicius in Aristotelis Categ. præf. 5 fol. I. E : Αἱ μὲν οὖν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεις ἑπταχῶς ὀνομάζονται· ἢ ἀπὸ τοῦ συστησαμένου τὴν αἵρεσιν, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Πλατωνικοί· ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ αἱρεσιάρχου πατρίδος, ὡς Κυρηναϊκοὶ οἱ ἀπὸ Ἀριστίππου καὶ Μεγαρικοὶ οἱ ἀπὸ Εὐκλείδου καὶ Ἐλεατικοὶ οἱ ἀπὸ Ξενοφάνους καὶ Παρμενίδου· ἢ ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ διέτριβον φιλοσοφοῦντες, ὡς Ἀκαδημαϊκοὶ καὶ Στωικοί· ἢ ἀπὸ συμβεβηκυίας ἐνεργείας, ὡς Περιπατητικοί· ἢ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ φιλοσοφεῖν κρίσεως, ὡς Ἐφεκτικοὶ οἱ ἀπὸ Πύῤῥωνος· ἢ ἀπὸ τοῦ τέλους ὃ προτίθενται τῆς ἑαυτῶν φιλοσοφίας, ὡς Ἡδονικοὶ οἱ Ἐπικούρειοι· ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους τῆς ζωῆς, ὡς οἱ Κυνικοί. Diogenes lib. I, 18-21 : Τοῦ δὲ ἠθικοῦ (μέρους) γεγόνασιν αἱρέσεις δέκα, Ἀκαδημαϊκή, Κυρηναϊκή, Ἠλειακή, Μεγαρική, Κυνική, Ἐρετρική, Διαλεκτική, Περιπατητική, Στωική, Ἐπικούρειος. Ἀκαδημαϊκῆς μὲν οὖν τῆς ἀρχαίας προέστη Πλάτων, τῆς μέσης Ἀρκεσίλαος, τῆς νέας Λακύδης, Κυρηναϊκῆς Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος, Ἠλειακῆς Φαίδων ὁ Ἠλεῖος, Μεγαρικῆς Εὐκλείδης Μεγαρεύς, Κυνικῆς Ἀντισθένης ὁ Ἀθηναῖος, Ἐρετρικῆς Μενέδημος Ἐρετριεύς, Διαλεκτικῆς Κλειτόμαχος Καρχηδόνιος, Περιπατητικῆς Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης, Στωικῆς Ζήνων Κιττιεύς. Ἡ δὲ Ἐπικούρειος ἀπ' αὐτοῦ κέκληται Ἐπικούρου. Ἱππόβοτος δ' ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων ἐννέα φησὶν αἱρέσεις καὶ ἀγωγὰς εἶναι· πρώτην Μεγαρικήν, δευτέραν Ἐρετρικήν, τρίτην Κυρηναϊκήν, τετάρτην Ἐπικούρειον, πέμπτην Ἀννικέρειον, ἕκτην Θεοδώρειον, ἑβδόμην Ζηνώνειον, τὴν καὶ Στωικήν· ὀγδόην Ἀκαδημαϊκὴν τὴν ἀρχαίαν, ἐννάτην Περιπατητικήν· οὔτε δὲ Κυνικήν, οὔτε Ἠλειακήν, οὔτε Διαλεκτικήν. Τὴν μὲν γὰρ Πυῤῥώνειον οὐδ' οἱ πλείους προσποιοῦνται διὰ τὴν ἀσάφειαν. Ἔνιοι δὲ κατά τι μὲν αἵρεσιν εἶναί φασιν αὐτήν, κατά τι δὲ οὔ. Δοκεῖ μὲν γὰρ αἵρεσις εἶναι. Αἵρεσιν δὲ λέγομεν, φασί, τὴν λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν, ἢ δοκοῦσαν ἀκολουθεῖν· καθ' ὃ εὐλόγως ἂν αἵρεσιν τὴν σκεπτικὴν καλοῖμεν. Εἰ δὲ αἵρεσιν νοοῖμεν πρόσκλισιν ἐν δόγμασιν, ἀκολουθίαν ἔχουσιν, οὐκέτ' ἂν προσαγορεύοιτο αἵρεσις· οὐ γὰρ ἔχει δόγματα....... Ἔτι δὲ πρὸ ὀλίγου καὶ ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη ὑπὸ Ποτάμωνος τοῦ Ἀλεξανδρέως, ἐκλεξαμένου τὰ ἀρέσαντα ἐξ ἑκάστης τῶν αἱρέσεων. Cæterum eclecticam philosophandi rationem plerique post Chr. n. inde a tertio

(9) Diogenes Laertius lib. I, 18 : Μέρη δὲ φιλοσοφίας τρία, φυσικόν, ἠθικόν, διαλεκτικόν. Φυσικὸν μὲν τὸ περὶ κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ, ἠθικὸν δὲ τὸ περὶ βίου καὶ τῶν πρὸς ἡμᾶς διαλεκτικὸν δὲ τὸ ἀμφοτέρων τοὺς λόγους πρεσβεῦον. Καὶ μέχρι μὲν Ἀρχελάου τὸ φυσικὸν εἶδος ἦν, ἀπὸ δὲ Σωκράτους τὸ ἠθικόν, ἀπὸ δὲ Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου τὸ διαλεκτικόν. Cf. Sext. Empir. Pyrrh. Hyp. II, 13; adv. Math. VII, 16.

fere sæculo tam christiani (10) quam pagani sequebantur, quæ res et profuit et obfuit philosophiæ. Nam pravo consilio inferior ætas Platonem et Aristotelem de multis dissidentes ita conciliare studuit, ut omnem dissensionem tolleret atque adeo scripta in quibus utriusque et voluntatis et judicii diversitas apparet ab Academicis et Peripateticis olim magnis illis philosophiæ auctoribus supposita esse contenderet. Sic Hierocles apud Photium cod. 251 p. 750 ed. Hœsch. : Πολλοὶ τῶν ἀπὸ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους συγκρούειν ἀλλήλοις τοὺς σφῶν διδασκάλους κατὰ τὰ καίρια, φησί, τῶν δογμάτων σπουδὴν καὶ μελέτην εἰσενηνοχότες, μέχρι τούτου φιλονεικίας καὶ τόλμης ἤλασαν, ὡς καὶ τὰ συγγράμματα τῶν οἰκείων νοθεῦσαι διδασκάλων, εἰς τὸ μᾶλλον ἐπιδεῖξαι τοὺς ἄνδρας ἀλλήλοις μαχομένους. Καὶ διέμεινε τοῦτο τὸ πάθος τοῖς φιλοσόφοις διατριβαῖς ἐνσκῆψαν, ἕως Ἀμμωνίου τοῦ θεοδιδάκτου. Οὗτος γὰρ πρῶτος ἐνθουσιάσας πρὸς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἀληθινόν, καὶ τὰς τῶν πολλῶν δόξας ὑπεριδὼν τὰς πλεῖστον ὄνειδος φιλοσοφίᾳ προστριβομένας εἶδε καλῶς τὰ ἑκατέρου καὶ συνήγαγεν εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν νοῦν, καὶ ἀστασίαστον τὴν φιλοσοφίαν παραδέδωκε πᾶσι τοῖς αὐτοῦ γνωρίμοις, μάλιστα δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν αὐτῷ συγγεγονότων, Πλωτίνῳ καὶ Ὠριγένει καὶ τοῖς ἑξῆς ἀπὸ τούτων.

(10) Clemens Alexandrinus Strom. I p. 288 A : Φιλοσοφίαν δὲ οὐ τὴν Στωικὴν λέγω οὐδὲ τὴν Πλατωνικὴν ἢ τὴν Ἐπικούρειόν τε καὶ Ἀριστοτελικήν, ἀλλ' ὅσα εἴρηται παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς; δικαιοσύνην μετ' εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα, τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικὸν φιλοσοφίαν φημί.

PHILOSOPHORUM GRÆCORUM
FRAGMENTA.

LIBER PRIMUS.
POETÆ.

DE EMPEDOCLE.

Quanta fuerit olim apud æquales Empedoclis fama et sapientiæ gloria cum aliunde colligi oportet, tum e lustralium carminum initio quod Diogenes Laertius (1) servavit. Nam quum vitam ad Pythagoricæ doctrinæ normam dirigeret, multum vero eloquentia valeret quam in eo prorsus mirificam ac singularem fuisse veteres prodiderunt, porro artis salutaris et rerum naturalium scientia omnes superaret, neque solum poeta egregius, verum etiam vates insignis judicaretur, denique præclare de republica meruisset, factum est, ut Agrigentini civem suum summis honoribus prosequerentur. Quæ res eam vim habuit, ut ipse quasi deposita humanæ naturæ fragilitate immortalitatis divinitatisque particeps esse sibi videretur (2). Ac profecto ea fuit Empedoclis cæterorumque illius ætatis illustrium virorum disciplina quæ non intra privatos parietes delitesceret et ad paucorum hominum notitiam perveniret, sed modo in fori luce splendidissimis tanquam solis radiis collustrata, modo civilibus fluctibus agitata latissime diffunderetur et ad communem civium utilitatem expromeretur. Quare non est quod miremur Agrigentinos virum quovis virtutum genere cumulatissimum omnibus ornamentis affecisse. Illud mirandum, quod quum Plato et Aristoteles minus honorifice de Empedocle sensissent, tamen Agrigentini poetæ carmina ita posterorum studia tenuerunt, ut ex omnibus illis qui apud Græcos philosophiam versuum majestate ac venustate celebrare conati sunt, hujus unius plurima fragmenta ad nostram memoriam manserint. Sed ne de Aristotelis interpretibus nunc loquar, qui eximie Empedoclem

---

1) Diogenes Laertius VIII, 62 :

Ὦ φίλοι οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλευς κτλ. Vid. vss. 397-408.

2) Empedocles ap. Diog. Laert. l. c.

Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός.

Quamobrem in superborum numerum refertur a Philodemo libro decimo de Vitiis pag. 17 ed. Saupp. verbis mire quidem depravatis, sed quorum sententiam facile expedias. Hæc autem leguntur in volumine Herculanensi :

ΑΡΙCΤΩΝ
ΤΟ . . ΥΝ . Ε . . . . ΦΩCΠΕΡΙΤΟΥ
ΚΟ . ΦΙΖ . . . . ΠΕΡΗΦΑΝΙΑCΕ
ΠΙ . ΟΛ . . . . ΛΙΟΝΜ . . . . .
ΠΑ . . . Ο . . . . ΑΤΥΧΗΝΥΠ . . . .
ΗΦ . . . Ω . . . . ΩΝΟΥΜΟ
ΝΟ . . Δ . Λ . . . ΤΑΥΤΗCΥΠΕΡ
ΗΦ . . . ΝΟΥ . . . . ΝΑΛΛΑΚΑΙ
ΔΙΑΠΡΟ . . Γ . . ΜΕΝΗΜΕΙCΚΑΙ
ΔΗ . . Ι . . ΔΙΑΥΤΗΝΦΙΛΟCΟ
ΦΙ . . . ΠΟΛΛΩΝΔΟΞΑΝΤΩΝ
Ω . . . ΚΛΕ . ΤΟΥΚΑΙΠΥΘΑΓΟ
ΡΟΥ . . . . . . ΕΔΟΚΛΕΟΥCΚΑΙ
CΩΚ . ΑΤΟΥCΚΑΙΠΟΙΗΤΩΝΕΝΙ
Ω . Ο . CΟ . ΠΑΛΑΙΟΙΤΩΝΚ.
ΜΩΙΔΟΓΡΑΦΩΝΕΠΕΡΑΠΙΖΟΝ

Initium Caterinus sic emendari voluit : Ἀρίστων τοίνυν γεγραφὼς περὶ τοῦ κουφίζειν ὑπερηφανίας ἐπιστολιμαῖον βιβλίον μηνύει παρεῖναι ὄγκον διὰ τύχην ὑπερηφάνων ὀλβίων, et de Aristonis Chii epistolis cogitari jussit. At intelligenda Cei ὑπομνήματα ὑπὲρ κενοδοξίας. Cf. Diog. Laert. VII, 163. Sensus vero hujus loci hic videtur esse, ut Philodemus Aristonem qui de levanda superbia scripserit, toto libro de iis tantum disputasse dicat, qui fortunam fautricem nacti in rerum omnium abundantia superbi sint, quum tamen multi alias ob causas in idem vitium inciderint. Sauppius verba sic supplenda esse existimat : Ἀρίστων τοίνυν γεγραφὼς περὶ τοῦ κουφίζειν ὑπερηφανίας ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ βιβλίον ἀποτέταχε κατὰ τῶν διὰ τύχην ὑπερηφάνων, πολλῶν γ' οὐ μόνον δι' αἰτίας ταύτης ὑπερηφανούντων, ἀλλὰ καὶ δι' ἃ προείπομεν ἡμεῖς, καὶ δή τοι καὶ δι' αὐτὴν φιλοσοφίαν πολλῶν δοξάντων, ὡς Ἡρακλείτου καὶ Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους καὶ Σωκράτους, καὶ ποιητῶν ἐνίων, οὓς οἱ παλαιοὶ τῶν κωμῳδογράφων ἐπεῤῥάπιζον. Pro καὶ δή τοι καὶ præterea idem vir doctus legendum conjicit : καὶ νὴ Δία καὶ, quod mihi non placet. Suspicor enim Philodemum in hunc fere modum scripsisse : Ἀρίστων τοίνυν γεγραφὼς περὶ τοῦ κουφίζειν ὑπερηφανίας ἐπιπληκτικὸν βιβλίον μέμνηται μόνον τῶν διὰ τύχην ὑπερηφάνων, καίπερ πολλῶν οὐ μόνον διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην ὑπερηφανούντων, ἀλλὰ καὶ δι' ἃ προείπομεν ἡμεῖς, καὶ δὴ καὶ δι' αὐτὴν τὴν φιλοσοφίαν πολλῶν δοξάντων, ὡς Ἡρακλείτου καὶ Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους καὶ Σωκράτους, καὶ ποιητῶν ἐνίων, οὓς οἱ παλαιοὶ τῶν κωμῳδογράφων ἐπεῤῥάπιζον. Quippe in corrigendis voluminibus Herculanensibus quæ cum lacera esse ac prope in cineres conversa constat tum evanidis litteris scripta, ut ægre a viris eruditis legi ac describi potuerint, vel audacior medicina locis corruptis allata apud peritos facile excusatur. Confer alium Philodemi locum e libro IV de Musica in Vol. Hercul. Tom. I pag. 135 col. 36, quem sanavi Democr. fragm. p. 237 et 359.

et coluerunt et cohonestarunt, nemo inter priores divinarum humanarumque rerum magistros magis Agrigentinum vatem admiratus atque in argumento quamvis dissimili secutus est, quam T. Lucretius Carus, cujus hæc sunt verba e primo carminis libro (1) petita :

> Quorum Acragantinus cum primis Empedocles est,
> insula quem triquetris terrarum gessit in oris.
> ....
> Quæ quum magna modis multis miranda videtur
> gentibus humanis regio visundaque fertur,
> rebus opima bonis, multa munita virum vi :
> nil tamen hoc habuisse viro præclarius in se,
> nec sanctum magis et mirum carumque videtur.
> Carmina quin etiam divini pectoris ejus
> vociferantur et exponunt præclara reperta,
> ut vix humana videatur stirpe creatus.

Ergo non magis laudabat in Empedocle poeta Romanus sanctitatem integritatemque, quam incredibilem carminum vim, et ipsa quæ professus est decreta admirabatur. Atque illa quidem laus vitæ, quemadmodum priscorum sæculorum ratio ferebat, e sapientiæ præceptis actæ perpetuo manebit Empedocli, neque insignem carminum pulchritudinem ab elato animo et generoso pectore profectam ulla temporum injuria delebit. Tantum enim fuit in hoc viro lumen ingenii, ut qua ætate philosophia jam pridem soluta oratione, quæ haud paulo aptior est ad philosophandum et subtiliter disserendum, quorundam studiis illustrata erat, ipse Xenophanis et Parmenidis exemplo inflammatus Musarum ope ad sapientiæ fastigium evehi studeret. At si de doctrina quæritur, quantum Empedocles ab aliis philosophis mutuatus sit reputantes confiteri decet, temperandam esse admirationem quæ quasi per manus tradita etiam nunc plerorumque animos occupavit. Nam quum veterum plurimi eum Pythagoreis adnumerarent, alii Parmenidis vel Xenophanis discipulum facerent, Plato cum Heraclito, Aristoteles cum Leucippo, Democrito vel Anaxagora conjungeret, variæ antiquorum sententiæ eo valuerunt, ut non minor inter recentiores de hoc viro dissensio esset. Quorum haud pauci Agrigentinum naturæ verique interpretem tanta laude ornarunt, ut cupidius quam verius judicasse videantur. Quam rem copiosissime tractaremus, si per hujus loci angustias liceret. Itaque vitato omni verborum anfractu breviter nostrum de Empedoclis doctrina judicium exponemus, ea mente, ut quid de carminum ejus proœmio statuendum sit perspicue appareat.

Triplex fere in Empedoclis philosophia reperitur dogmatum genus, quorum alia e Pythagoreorum scholis petita sunt, alia ab Eleaticis sumta, alia ex Heracliti præceptis tanquam fonte manarunt. Etenim quo tempore Pythagorica ratio per Magnam Græciam vigebat, atque ii qui eam non tantum animo perceptam haberent, sed etiam vita et factis profiterentur, ubique in honore erant, videtur Empedocles disciplinæ illius amore captus ita se ad Pythagoricos composuisse, ut quamvis non omnia eorum placita quæ fortasse jam adolescens cognoverat, probanda existimaret, eorum tamen castitatem et temperantiam per totam vitam retineret. Sed acrioribus stimulis ejus animum scientiæ desiderio incensum Eleatici et Ephesius philosophus concitabant. Hos igitur magnam partem in vero indagando secutus res prope dissociabiles entis immoti æternitatem et caducam eorum naturam quæ perpetuo motu fluminis instar labuntur miscuit et consociavit. In quo ita versatus est, ut quum Heraclitus copulata materia atque illa vi, quæ motum rebus affert, cuncta continenter fieri dixisset, Parmenides vero omni motu sublato nihil nisi ens, quod sensuum fallaciis non obnoxium mentis tantum acie percipitur revera esse decrevisset, ipse utriusque rationem sejuncta materia, quæ enti responderet, et vi, a qua motum oriri voluit, colligaret. Atqui rerum multitudinem uni enti repugnare ratus non unam materiam, sed quattuor elementa, neque unum motus principium, sed duo amorem ac discordiam posuit. In qua partitione amor entis unitati, discordia Heracliteo dissidio comparatur. Ut autem Heraclito quæ fierent simul compositione et separatione nasci placuit, Empedocli contra quæ oriuntur sola compositione exsistere, quæ occidunt una distractione interire videntur, siquidem illud amori, hoc discordiæ tribuit : ita Heraclitum probabile est, quamvis de vicissitudine rerum compagis modo orientis modo occidentis disseruerit, nullum quietis perfectæque consensionis intervallum singulis temporum spatiis interposuisse, Empedoclem vero apparet

1) vs. 717 seqq.

unitatem et multitudinem, quietem et motum ad diversos temporum ambitus revocasse, quoniam in sphæra quidem eorum quæ sunt unitas et quies, in suo autem cujusque ætatis rerum naturæ corpore (κόσμῳ) elementorum distractio et sempiternus nascentium ac pereuntium motus inesset. Hinc patet, Empedocli si constare sibi vellet nihil potuisse cum Pythagoreorum familia esse commune. At ille pristinæ disciplinæ memor quæ Pythagorei de divina natura ac de animorum migratione præceperant vera esse arbitratus, quemadmodum olim ab his in vero investigando ad alia eaque certiora profluxerat, sic decreta hæc tanquam extrinsecus petita neque in eundem cum reliquis præceptionibus velut gyrum compellenda in prooemio carminis quod de rerum natura conscripserat explicavit. Præter hæc nihil reperias quod Empedocles Pythagoreis acceptum retulisse videatur. Etenim numerorum doctrinæ nullum in ejus fragmentis vestigium relictum est, nisi forte in verbis τρισμυρίας ὥρας de quibus infra agemus. In iis vero de quibus quid censuerit Agrigentinus vates parum constat, commemoranda est necessitas. Apud Ciceronem quidem de Fato cap. 17 legimus Empedoclem statuisse omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret; sed vix putaverim tale quid usquam a poeta diserte dictum esse. Stobæus (1) aliique veterum τὴν οὐσίαν τῆς ἀνάγκης in Empedoclea philosophia esse perhibent αἰτίαν χρηστικὴν τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν στοιχείων, i. e. causam quæ primis naturæ viribus et elementis utatur sive ea gubernet. Sed hanc definitionem quam e verbis ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα apud Plutarch. de Exsil. p. 607 conclusam esse contendit Panzerbieterus (2) potius e versibus ab Aristotele Metaph. II, 4 ἀλλ' ὅτε δὴ μέγα νεῖκος κ. τ. λ. servatis ortam esse reor. Plutarchus (3) necessitatem, quam alii fati nomine afficiunt, Empedocli ait amicitiam simul et dissidium esse. Ergo in conjuncta utriusque actione necessitatem inesse vult. Simplicius in Phys. III, f. 107 A extr. necessitatem una cum amicitia et discordia causas efficientes nominat; idem tamen in Phys. I f. 43 A Empedoclem testatur amicitiæ et discordiæ vires contrarias coegisse εἰς μονάδα τὴν τῆς ἀνάγκης· καὶ αὕτη μέν, addit, ὡς ἕν, τὸ δὲ νεῖκος καὶ ἡ φιλία ὡς δύο. Verum omnes has finitiones ab interpretibus, non ab ipso Empedocle profectas esse jure affirmat Karstenius p. 362, quem tamen miramur quæ nescimus suo Marte addidisse et exornasse. Nam p. 361: « Illa (necessitas) est, inquit, quæ amicitiæ et discordiæ vices regit, quæ mundi ordinem et mutationem, quæ rerum mortalium vicissitudines certa lege moderatur; » et p. 362: « Empedocles, inquit, fatum quale sit, non definivisse videtur; intellexit vero nihil aliud nisi naturam, φύσιν, ut Plato appellat, i. e. tam propriam cujusque elementorum naturam quam mutuam inter ipsa necessitudinem, quibus et singulorum potestas et omnium inter se ordo totiusque mundi harmonia servetur. Hanc appellavit necessitatem (4), secutus poetarum et philosophorum morem, qui illam dominam universi prædicabant eamque poetice informavit quasi vindicem fœderis mutuo deorum (i. e. naturæ virium) consensu constituti, quo mundi vices rerumque tam divinarum quam humanarum ordo servetur. » Talia facillime ex aliorum et poetarum et physicorum comparatione confinguntur. At nostrum est videre quid quisque docuerit, non ea comminisci, quæ aliena potius quam Empedoclea videantur, nedum falsa pro veris venditare. Id autem accidit Karstenio deos pro naturæ viribus accipienti ac physicam Empedoclis rationem cum iis quæ de rebus divinis tradidit, confundenti. Idem est, ne de aliis loquar, Panzerbieteri (5) error, qui triginta annorum millia ab Empedocle geniorum exsilio variisque mortalium, quæ subeunt, corporum mutationibus constituta ad mundi fabricam transtulit iisque rerum universitatis vices e certis temporum intervallis suspensas designari contendit. Verum nihil hujusmodi apud Empedoclem in prooemio invenias, quod idcirco nobis hic enarrare propositum est. Origo erroris per multorum scripta

1) Stob. Ecl. I, 5 p. 160 ed. Heer. Plutarch. de Plac. phil. I, 26. Galen. Hist. phil. c. X. Alter Stobæi locus I, 3 p. 60 depravatus est.

2) Panzerbieter in *Beitrægen zur Kritik und Erklærung des Empedocles* (Meiningæ 1844).

3) Plutarchus de Anim. procreat. p. 1026 B: ἀνάγκην, ἣν εἱμαρμένην οἱ πολλοὶ καλοῦσιν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ φιλίαν ὁμοῦ καὶ νεῖκος. Philoponus in Aristot. Phys. II, 6 p. 10 idem dicit τὴν τύχην et τὸ αὐτόματον. Τὴν γὰρ φιλίαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ νεῖκος ταῦτα εἶναι ᾤετο.

4) Themist. Phys. ausc. II, f. 27 B: πάντες σχεδὸν οἱ περὶ φύσεως διαλεχθέντες εἰς τὴν ἀνάγκην ἀνάγουσι τὰς αἰτίας, οὐδὲν ἄλλο τὴν ἀνάγκην ἢ τὴν ὕλην εἶναι νομίζοντες. Cf. Philopon. Phys. III, f. 2 seq.

5) Panzerbieter. l. c. pag. 1 et 25.

propagati repetenda e Simplicii quodam loco ubi sagacissimus ille Aristotelis interpres duos versus ab Agrigentino vate in principio operis de rerum natura positos in alienam sententiam detorsit. Quod ne cui dubium videatur, ipsa Simplicii verba afferam. Ait igitur ad Phys. p. 272 B. : τοῦτο δὲ ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς ἂν εἰπεῖν, ὅτε λέγει, ὅτι τὸ κρατεῖν καὶ κινεῖν ἐν μέρει τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει τοῖς πράγμασιν· εἰ δὲ καὶ τοῦτο, καὶ τὸ ἠρεμεῖν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ· τῶν γὰρ ἐναντίων κινήσεων ἠρεμία μεταξύ ἐστιν. Εὔδημος δὲ τὴν ἀκινησίαν ἐν τῇ τῆς φιλίας ἐπικρατείᾳ κατὰ τὸν σφαῖρον ἐκδέχεται, ἐπειδὰν ἅπαντα συγκριθῇ,

ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο διείδεται ὠκέα γυῖα,

ἀλλ', ὥς φησιν (ὁ Ἐμπεδοκλῆς),

οὕτως ἁρμονίης πυκινῷ κρύφῳ ἐστήρικται
σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ γαίων.

ἀρξαμένου δὲ πάλιν τοῦ νείκους ἐπικρατεῖν, τότε πάλιν κίνησις ἐν τῷ σφαίρῳ γίνεται·

πάντα γὰρ ἑξείης πελεμίζετο γυῖα θεοῖο.

(Hactenus Eudemus.) τί δὲ διαφέρει τοῦ « ὅτι πέφυκεν οὕτως » τὸ « ἐξ ἀνάγκης » λέγειν, αἰτίαν μὴ προστιθέντα; ταῦτα δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἔοικε λέγειν ἐν τῷ·

ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο χρόνοιο,

καὶ ὅτ' ἀνάγκην τῶν γινομένων αἰτιᾶται·

ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν,
ἀΐδιον, πλατέεστι κατεσφρηγισμένον ὅρκοις.

διὰ γὰρ τὴν ἀνάγκην καὶ τοὺς ὅρκους τούτους ἑκάτερον παρὰ μέρος ἐπικρατεῖν φησι. λέγει δὲ καὶ ταῦτα Ἐμπεδοκλῆς ἐπὶ τῆς τοῦ νείκους ἐπικρατείας·

αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα νεῖκος ἐνὶ μελέεσσιν ἐθρέφθη,
ἐς τιμάς τ' ἀνόρουσε τελειομένοιο χρόνοιο,
ὅς σφιν ἀμοιβαῖος πλατέος παρελήλαται ὅρκου,

ταῦτα οὖν, φησὶ (ὁ Ἀριστοτέλης), χωρὶς αἰτίας λεγόμενα οὐδὲν ἄλλο λέγειν ἐστίν, ἢ « πέφυκεν οὕτω. » Postremi tres quos citat versus ab Aristotele quoque Metaph. II, 4 laudantur, nisi quod ille ἀλλ' ὅτε δὴ μέγα νεῖκος habet. Quorum versuum sensum hunc esse patet : « sed ubi magna discordia divinis in membris increvit potentiamque affectavit exacto tempore, quod ipsis per vices certo fœdere transit. » (1) Vera sunt quæ Aristoteles adjicit : καὶ ἅμα δὲ αὐτῆς τῆς μεταβολῆς αἴτιον οὐθὲν λέγει, ἀλλ' ἢ ὅτι οὕτω πέφυκεν· ἀλλ' ὅτε δὴ μέγα νεῖκος κ. τ. λ. ὡς ἀναγκαῖον μὲν ὂν μεταβάλλειν, αἰτίαν δὲ τῆς ἀνάγκης οὐδεμίαν δηλοῖ. Spectat igitur πλατέος ὅρκου *certo jurejurando*, i. e. *certo fœdere*, *certa lege*, ad necessitatem. Sed quamvis vel maxime Empedocles variis mutationibus, quæ in hoc aspectabili mundo fiunt, necessitatem præfecerit, simulque in rebus divinis ejusdem deæ potentiam celebrarit, inde non sequitur physicam poetæ doctrinam ita ad reliqua ejus dogmata transferri oportere, ut quæ de geniis ac de divina natura versibus persecutus est per inversionem, quam ἀλληγορίαν Græci vocant, dicta existimemus. Siquidem ea est Empedoclis in poeticis coloribus diligentia, ut divina et humana, ut mutabilia et perennia, ut denique rerum naturæ vicissitudines et deorum æternitatem probe distinguat. Jam vero quid intersit inter illos versus, quos ultimo loco attulit Simplicius, atque eos qui proxime præcedunt videamus.

Plutarchus (2) auctor est, Empedoclem initio operis sic posuisse :

ἔστιν Ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν,
ἀΐδιον, πλατέεσσι κατεσφρηγισμένον ὅρκοις,
εὖτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ,
αὔτως ἢ ἐπίορκον ἁμαρτήσας ἐπομόσσῃ
(δαίμων οἵτε βίοιο λελόγχασι μακραίωνος)
τρίς μιν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι,
γεινόμενον παντοῖα διὰ χρόνου εἴδεα θνητῶν,
ἀργαλέας βιότοιο μεταλλάσσοντα κελεύθους,
ὡς καὶ ἐγὼ νῦν εἰμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης
νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος.

Inest autem in his versibus, si eorum quæ poeticæ orationis luminibus distincta sunt, summam paucis complecti velimus, hæc fere sententia. Necessitate atque adeo antiquis deorum decretis, quæ magno jurejurando confirmata sint, accidere ait philosophus, ut si quis genius per scelus cæde se polluerit, is triginta annorum millia procul a beatorum sede oberret ac deinceps sæpius nascendo omnis generis mortalium corporum formas induat. Eadem ratione se ipsum narrat e deorum domicilio expulsum ac discordiæ furenti (quæ in hoc mundo dominatur) jam obnoxium vagari. Hinc liquido constat,

1) Vide quæ in Commentar. de vss. 175-180 disputata sunt.

2) Plutarchus de Exsil. p. 607. Cf. Comment. ad vss. 1-10. Inserui autem versus ab Hippolyto servatos.

quanto in errore versentur qui in explananda Empedoclis philosophia deorum immortalium res omninoque cœlestia cum hoc universitatis corpore in quo, salva elementorum æternitate, omnia sunt mortalia et caduca, commiscere et confundere non dubitarunt (1). Nimirum illa non solum sua natura, sed etiam locorum intervallis distare inter se philosophus credidit. Jam quæritur, quid Empedocles de diis ac de geniis sive dæmonibus eorumque cum hominibus necessitudine censuerit, quomodo illæ τρισμύριαι ὧραι intelligendæ sint, denique num in definienda deorum natura sibi congruerit philosophus.

Empedocles duplex videtur deorum genus distinxisse, alterum æternum, perfectum, sanctissimum, summa denique conspicuum beatitudine, alterum fragile et caducum, ut e terrena materie concretum, ac partim diuturna quidem, sed non sempiterna vita præditum, partim vero propter materiæ perennitatem perpetuum, a vitiis etiam hominum instar non immune. Prius illud deorum genus luculenter iis versibus (2) describit, quibus ait deum non esse, ut vulgus opinetur, mortali corpore instructum, neque oculis manibusve posse attingi, sed mentem esse sanctam et infinitam, universum celeri cogitatione permeantem. In hanc mentis sanctitatem quin cadat beatitudo dubium esse nequit, idque aperte testatur philosophus in carminis prooemio τῶν μακάρων mentione facta qui sunt dii beatum ævum procul a mortalibus agentes. Alibi poeta ita deos hominibus opponit, ut illos beatos et æternos, hos ærumnis, vicissitudinibus et fatis obnoxios appellet (3). Hic autem locus vel ideo memorabilis est, quod Aristotelem (4) erroris coarguit qui Empedoclis sphæram simpliciter modo unius modo dei nomine afficit, quasi ille præter hunc globum nullum noverit numen divinum. Quod autem e vatis Agrigentini placitis efficere aggreditur, deum istum felicissimum minus esse sapientem (5) cæteris rebus, quia non omnia elementa cognita habeat, quum remota sit discordia, similia autem similibus tantum cognoscantur, id aperte falsum est, si de priore deorum genere intelligitur. Qui enim rerum universitatem mente complectitur, eum non modo beatitudine, sed etiam sapientia ita excellere oportet, ut reliqua omnia tanquam infra se posita sua ipse divinitate obruat. At globus iste quem etiam ipse Empedocles alicubi (6) deum vocat, posteriori deorum generi adnumerandus est. In horum vero numero ponenda præter illum quattuor elementa divinis nominibus a philosopho ornata : Jupiter, Juno, Hades, Nestis, item Amicitia et Discordia (7). Nam quum e Xenophanis sententia Homerus et Hesiodus diis attribuissent quæcunque inter homines dedecus et probrum putantur (8), Empedocles antiquorum deorum nominibus ad designandum inferius hoc deorum genus uti non gravatus est. Denique ad hos una cum hominibus, bestiis, plantis pertinent reliqui dii ex elementorum coagmentatione conflati :

ἐκ τῶν πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται [ὀπίσσω,
δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες,
θῆρές τ' οἰωνοί τε καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς,
καί τε θεοὶ δολιχαίωνες τιμῇσι φέριστοι (9).

Tales sine dubio fuerunt dii quos vulgus putabat et genii illi quos ipse commentus est. Qui rerum humanarum curam gerentes inter beatos

---

1) Karstenius et Panzerbieterus l. c.

2) Ap. Clement. Alex. Strom. V, p. 587 B et Theodoret. Therap. I, p. 476 D. (vss. 389-391) οὐκ ἔστιν πελάσασθ' οὐδ' ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτόν κτλ.

3) Apud Clement. l. l. V, p. 607 B. et Eusebium Præp. Ev. XIII, 13 p. 684 (vss. 460-461) ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι ἔν τε τραπέζαις κτλ.

4) Aristot. Metaph. II. 4 : καὶ γὰρ ὅνπερ οἰηθείη λέγειν ἄν τις μάλιστα ὁμολογουμένως αὐτῷ, Ἐμπεδοκλῆς, καὶ οὗτος ταὐτὸν πέπονθεν· τίθησι μὲν γὰρ ἀρχήν τινα αἰτίαν τῆς φθορᾶς τὸ νεῖκος, δόξειε δ' ἂν οὐθὲν ἧττον καὶ τοῦτο γεννᾶν ἔξω τοῦ ἑνός· ἅπαντα γὰρ ἐκ τούτου τἆλλά ἐστι πλὴν ὁ θεός. Λέγει γοῦν· « ἐξ ὧν πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω « κ. τ. λ. Verba ἔξω τοῦ ἑνὸς recte interpretatur Bonitius : « præter sphærum sive indiscretam illam quatuor elementorum mistionem, quam etiam deum appellat. » Cf. de Gen. et corr. II, 6.

5) Aristot. Metaph. l. c. pag. 1000. B. ed. Bekk : διὸ καὶ συμβαίνει αὐτῷ τὸν εὐδαιμονέστατον θεὸν ἧττον φρόνιμον εἶναι τῶν ἄλλων· οὐ γὰρ γνωρίζει τὰ στοιχεῖα πάντα· τὸ γὰρ νεῖκος οὐκ ἔχει, ἡ δὲ γνῶσις τοῦ ὁμοίου τῷ ὁμοίῳ· « γαίῃ μὲν γάρ, φησί, γαῖαν ὀπώπαμεν κτλ. »

6) Ap. Simplic. in Phys. VIII, f. 272 B. : πάντα γὰρ ἐξείης πελεμίζετο γυῖα θεοῖο. Sed veri dii, ut e versibus supra (adn. 2) allatis patet, non habent membra.

7) Ap. Stobæum Ecl. I, c. 11, 11 p. 287 et alios scriptores. Vid. ad vss. 159 162 τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε κτλ.

8) Xenophanes fragm. 7 :

πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε
ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστί,
καὶ πλεῖστ' ἐφθέγξαντο θεῶν ἀθεμίστια ἔργα,
κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

9) Ap. Aristot. Metaph. l. c. et alibi.

quidem versantur, sed peccatis non abstinent. Omnino duo dæmonum genera primus finxit Empedocles (1), quorum alteri boni sunt alteri mali. His omnibus olim commercium cum diis immortalibus et ejusdem beatitudinis communio fuit. Sed ubi genius aliquis sempiternæ felicitatis impatiens cæde vel peccatis se polluit, id est, postquam ea concupivit quæ hominum pravitati non deorum sanctitati conveniunt carnibus vesci et cognatorum cæde animi labem contrahere, e beatorum sede ejectus ad luendam pœnam per totum mundum vagatur, quum omnibus elementis invisus et abominatus a cœlo in terram, a terra in mare, a mari in aerem exspuatur (2), donec sæpius mutata figura scelere purgatus ad pristinam beatitudinem redeat. Verum in hac mutationum varietate non desinunt alii genii esse meliores, alii deteriores. Nam inter divinas illas naturas, quæ in terra habitant, locum illætabilem et ipsarum præstantiæ parum aptum colentes, commemorat poeta Letum, Curam, Soporem, Majestatem, Squalorem, Sinceritatem, Dissimulationem (3), alias, quæ recens natos excipiunt, hominum rebus intersunt eorumque fata regunt ac partim ad bona, partim ad mala eos impellunt (4). Quodsi ab his discesseris qui vitæ humanæ præsides sunt ac fortasse multa et varia passi ad eam evecti sunt dignitatem, qua ornati reditum ad deos parare possint : ii qui primum e cœlo expulsi in terram deveniunt animi, corpore vestiuntur (5) et per longissimum temporis spatium in varias corporum formas coguntur transire. Sunt igitur non solum homines, verum etiam bestiæ, arbores, plantæ (6) dæmonibus cognati et fatorum consortes. Quando vero terra terrenaque regio, quam Pseudorigene (7) teste Empedocles usque ad lunam extendit, locus naturæ nostræ minime congruens est, antrum obscurum, malorum et miseriarum pratum (8), de vatis Agrigentini sententia tristissima hominum sors est qui ex immortalibus et beatis mortales facti calamitatibus et ærumnis conflictantur. In eo autem quem conficiunt mutationum orbe alia potior, alia deterior est conversio : nam in feras abeuntibus optimum in leonis formam transire, in arbores, lauri specie indui (9). Sed finito tempore ad pœnam constituto tandem in præstantiores naturas mutantur, quibus vita functis deorum obtingit consortium. Namque ut vates, poetæ, medici, civitatum gubernatores post mortem deorum ordinibus ascribuntur et dii fiunt : ita reliqui homines qui juste sancteque vixerunt fiunt convivæ deorum, inter quos ab humanis calamitatibus liberati et immunes summæque participes beatitudinis in æternum requiescunt (10). Cæterum ille perpetuæ conversionis circuitus, quo efficitur, ut omnis generis animalium rerumque formas induant animi, tri-

---

1) Plutarchus de orac. def. p. 418 : ἀλλὰ φαύλους μὲν δαίμονας οὐχ Ἐμπεδοκλῆς μόνον.... ἀπέλιπεν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων κτλ. Id. de Isid. et Osir. p. 360 : γίνονται γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις, καὶ δαίμοσιν, ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ κακίας κτλ. Cf. Tiedemanni disputationem de Artium magicarum orig. et propag. (Gotting. 1787) p. 40.

2) Plutarchus de Isid. et Osir., p. 361 : Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ δίκας φησὶ διδόναι τοὺς δαίμονας ὧν ἐξαμάρτωσι καὶ πλημμελήσωσιν· « αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει κτλ. » (Vid. vss. 32-35.) ἄχρις οὗ κολασθέντες οὕτω καὶ καθαρθέντες, αὖθις τὴν κατὰ φύσιν χώραν καὶ τάξιν ἀπολάβωσι. Cf. de Vit. ære al. p. 830 et Euseb. Præp. Evang. V, 5 p. 187 D.

3) Vid. vss. 18-28.

4) Pseudorig. Philosoph. III : ὡς ἀναστρέφονται διοικοῦντες τὰ κατὰ γῆν ὄντες πλεῖστοι. Similiter Timæus Locrus extr. : ἅπαντα δὲ ταῦτα ἐν δευτέρᾳ περιόδῳ ἁ Νέμεσις συνδιέκρινε σὺν δαίμοσι παλαμναίοις χθονίοις τε, ταῖς ἐπόπταις τῶν ἀνθρωπινων, οἷς ὁ πάντων ἀγεμὼν θεὸς ἐπέτρεψε διοίκησιν κόσμω κτλ. Plutarch. de Anim. tranq. p. 474 : ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς (φησιν), διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες. Cf. Porphyr. de antr. Nymph. c. 8.

5) In eandem sententiam Philolaus ap. Clement. Strom. III p. 433 A. Sylb. : μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντιες, ὡς διά τινος τιμωρίας ἁ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σάματι τούτῳ τέθαπται. De quo dicto præclare disputat Bœckhius Philol. p. 180 seqq.

6) Empedocles ap. Diog. Laert. VIII, 77 de se ipso ait (vss. 11-12) :

ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε
θάμνος τ' οἰωνός τε καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς.

Sext. Empir. adv. Math. IX, 127 : οἱ μὲν περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τῶν Ἰταλῶν πλῆθός φασι, μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναί τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων· ἓν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα, τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆκον ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα.

7) Pseudorig. Philos. IV : ὥσπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς πάντα τὸν καθ' ἡμᾶς τόπον ἔφη κακῶν μεστὸν εἶναι, καὶ μέχρι δὲ σελήνης τὰ κακὰ φθάνειν ἐκ τοῦ περὶ γῆν τόπου ταθέντα, περαιτέρω δὲ μὴ χωρεῖν, ἅτε καθαρωτέρου τοῦ ὑπὲρ τὴν σελήνην παντὸς ὄντος τόπου, οὕτω καὶ τῷ Ἡρακλείτῳ ἔδοξεν.

8) Emped. vs. 17 ἀσυνήθεα χῶρον. vs. 18 ἀτερπέα χῶρον. vs. 21 Ἄτης λειμῶνα. vs. 29. ἄντρον ὑπόστεγον. Cf. Wyttenb. ad Plat. Phædon. p. 300 seq.

9) Ælian. hist. anim. XII, 7 : λέγει καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἀρίστην εἶναι μετοίκησιν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὲν εἰς ζῷον ἡ λῆξις αὐτὸν μεταγάγοι, λέοντα γίγνεσθαι, εἰ δὲ εἰς φυτόν, δάφνην. Ἃ δὲ Ἐμπεδοκλῆς λέγει ταῦτ' ἐστίν· « ἐν θήρεσσι λέοντες κτλ. » Vid. vss. 448-449.

10) Clemens Alexandrinus Stromat. lib. IV, p. 534 C :

ginta millibus annorum absolvitur. Dubitatum est a viris doctis, num Empedocles ὥρας vocarit diei horas, an menses, an anni tempora, an denique annos. Primæ sententiæ auctor exstitit Xylander qui versus a Plutarcho servatos sic vertit :

Fata jubent, stant hæc decreta antiqua deorum,
si quid peccando longævi dæmones errant :
quisque luit pœnas cœloque extorris ab alto
triginta horarum per terras millia oberrat :
sic et ego nunc ipse vagor divinitus exsul.

Quamquam fieri potest, ut Xylander horas eo acceperit sensu quo Horatius Jovem dixit variis mundum horis temperare, ut anni tempestates intelligantur. Sturzius menses esse credidit atque omnem istum numerum ad triginta hominum ætates referendum ratus annos 2500 computavit. Sed in hac mysticæ philosophiæ disciplina humanæ vitæ spatium centum annorum esse credebatur. Plato de rep. X, p. 615 : ὑπὲρ ἁπάντων δίκην δεδωκέναι ἐν μέρει, ὑπὲρ ἑκάστου δεκάκις. τοῦτο δὲ εἶναι κατὰ ἑκατονταετηρίδα ἑκάστην, ὡς βίου ὄντος τοσούτου τοῦ ἀνθρωπίνου. At diei horæ et menses non magis hoc loco mihi probantur, quam anni tempestates quas acerrime defendit R. C. Bakhuizen van den Brink in Variis lectionibus ex historia philosophiæ antiquæ p. 31 seq. miram inter locum Empedocleum et Herodoti verba lib. II, 123 similitudinem invenisse sibi visus. Ibi enim historiæ pater hæc prodit : πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι, τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος ἐς ἄλλο ζῷον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται, ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πετεινά, αὖτις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν· τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι· τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ἐόντι· τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα οὐ γράφω. Quæritur quos potissimum spectaverit Herodotus qui animorum migrationem ab Ægyptiis acceptam tanquam suam doctrinam professi sint. Wesselingius Herodoti dictum ad Pythagoram et Pherecydem pertinere ait, Brinkius ad Empedoclem æqualem fere illorum temporum et summa auctoritate insignem. Qua ipsa auctoritate historicum a proferendo Agrigentini vatis nomine deterritum esse conjicit. Neque est quod temporum rationem huic suspicioni obstare dicas. « Sive enim statuas, inquit, hæc jam tum ab Herodoto fuisse scripta, quum in magno Græciæ consessu suas recitaret historias, eadem Olympia vel nostrum Empedoclem vel hujus cognominem avum olea silvestri coronatum viderat; nostrum certe omnium Græcorum ore celebratum propter καθαρμοὺς eodem loco decantatos (1) : sive malis hæc tum demum ab Herodoto addita esse, quum Thurios profectus scripta sua secundis curis retractaret, haud levis sane causa erat, cur modeste loqueretur de homine per omnem Italiam Siciliamque nobili, qui et ipse aliquamdiu Thuriis commoratus (2) post mortem quoque statuis a civibus suis Agrigentinis honorabatur. »

Hæc Brinkius, qui simul conjecturam suam Platonis aliquo testimonio firmare tentat. Quippe Plato in Phædro p. 248 extr. ait : εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτό, ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων· οὐ γὰρ πτεροῦται πρὸ τοσούτου χρόνου, πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας· αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον—τρισχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται. Si enim illas, quarum Empedocles meminit, τρισμυρίας ὥρας propria notione intelligamus anni vicissitudines, quarum singulis annis ternas contineri vetustissimi Græci qui θέρος et ὀπώραν non discernebant (3), censuerunt, decem annorum millia effici videamus. Atqui hoc cum Platone convenit, non item cum Herodoto. Quamobrem nulla est ratio, cur Empedoclem ab Herodoto significatum censeas, præsertim quum priores et posteriores animorum immortalitatis et migrationis vindices distinguat, qui mihi cum Wesselingio Pherecydes, Pythagoras et quicun-

---

φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς τῶν σοφῶν τὰς ψυχὰς θεοὺς γίνεσθαι, ὧδέ πως γράφων·

εἰς δὲ τέλος μάντεις τε καὶ ὑμνοπόλοι καὶ ἰητροὶ
καὶ πρόμοι ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισι πέλονται·
ἔνθεν ἀναβλαστοῦσι θεοὶ τιμῇσι φέριστοι.

Id. Strom. lib. V, p. 607 B : ἢν δὲ ὁσίως καὶ δικαίως διαβιώσωμεν, μακάριοι μὲν ἐνταῦθα, μακαριώτεροι δὲ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν ἐσόμεθα, οὐ χρόνῳ τινὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἔχοντες, ἀλλὰ ἐν αἰῶνι ἀναπαύεσθαι δυνάμενοι·

ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι, ἔν τε τραπέζαις (vss. 460-
εὔνιες ἀνδρείων ἀχέων, ἀπόκληροι, ἀτειρεῖς, [461)

ὡς ἡ φιλόσοφος Ἐμπεδοκλέους λέγει ποιητική.

1) Cf. Diog. Laert. VII, 66. Dicæarchus apud Athenæum XIV, p. 620.

2) Diog. Laert. VIII, 52. cf. Karsten. Emped. p. 45.

3) Vid. Ideler *Handbuch der math. u. techn. Chronol.* T. 1, p. 240-251.

que ex hujus schola prodierunt, videntur. Multi vero Herodoti ætate in Magna Græcia degebant Pythagorei, quorum famæ consulere quam laudibus obtrectare satius ducebat. Huc accedit doctrinæ diversitas quæ Brinkium fugit. Etenim expleto mutationum de quibus Herodotus agit orbe animi in humana corpora redeunt, sed Empedoclei genii finita migratione et quasi peregrinatione in deorum domicilium tanquam patriam reversi pristinum inter deos locum recuperant. Denique Karstenius putat ab Empedocle ὥρας dici infinitum temporis spatium pro finito, videri autem annos designari. Sed loci ipsius exordium docet certum aliquod decretum tradi, quod profecto friget, si constitutæ pœnæ incertum quoddam tempus significetur.

Itaque non dubito, quin ὧραι Empedocli sint *anni*, præsertim quum cognata vox ὧρος ab Hesychio et Suida exponatur ἐνιαυτός. Fuit autem ternarius numerus antiquitus velut consecratus. Cf. Rittersh. in Porphyr. vit. Pythag. n. 38 p. 55. Sic qui ter utrimque, in terris et in orco, sine labe vixissent, his aditum in beatorum sedem patere Pindarus Olymp. II, 75 cecinit his verbis : ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς ἑκατέρωθι μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν ψυχάν, ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν· ἔνθα μακάρων νᾶσον ὠκεανίδες αὖραι περιπνέουσιν κ.τ.λ. Enimvero triginta millia universe pro ingenti multitudine dici solere probare studuit Bergkius in Ephem. antiquar. 1837 Nr. 55 et 61. Appositum est ad ejus opinionem firmandam illud Æschyli exemplum, qui teste Hygino Astron. II, 15 p. 456 et Scholiasta ad Æschyli Prom. Vinct. vs. 94 (1) in Prometheo ignifero finxit hunc per triginta annorum millia in Caucaso monte alligatum fuisse. Cf. Hermanni opusc. IV, p. 257 seq. Hesiodus Op. et D. vs. 250 auctor est τρὶς μυρίους δαίμονας in terris versari. Reliqui etiam quos Bergkius affert loci e Melisso ap. Simplic. in Aristot. Phys. f. 24; Herodoto V, 97; Platone Symp. p. 175 E; Aristoph. Eccles. 1133, Avv. 1136 et 1179, indicio quidem sunt τρεῖς μυριάδας pro infinito numero usurpari, sed nihil ad Empedoclem pertinent. Quis enim, ut paulo ante dixi, ejusmodi ferat legem, qua certo sceleri incerta pœna statuatur vel edictum quo luendæ pœnæ tempus infinitum relinquatur? Quodsi antiquorum mysteriis inter alia id propositum fuit, ut homicidis lustrationes invenirentur atque ea quæ hac de re a scriptoribus relata sunt tanquam illius doctrinæ præcepta legum vim brevitatemque præ se ferunt (2), dubitari nequit quin in simili argumento Empedoclis verba τρὶς μυρίας ὥρας de certo definitoque annorum numero accipienda sint.

Porro quæritur quæ fuerit priorum et poetarum et philosophorum de geniis sententia et quid ab Empedocle hac in re novatum sit. Antiquissima ætate apud Græcos δαίμων nihil aliud erat quam deus. Quamobrem Juppiter, Venus aliique sæpenumero ab Homero δαίμονες vocantur. Cf. Od. V, 166; Iliad. V, 420 (3) etc. Inter posteriores multi hunc usum imitati sunt, quos longum est enumerare; unum e philosophis nominabo Parmenidem qui in carminis exordio vs. 3 apud Sextum Empiricum adv. Math. VII, 111 p. 213 ed. Bekker. deam sapientiæ præsidem hoc ipso nomine ornat. Apud Hesiodum δαίμων in universum de deo aliquoties accipitur, velut Scut. Herc. vs. 94, sed minorum gentium deos significare videtur Theogon. vs. 991. Quattuor autem divinarum naturarum genera Ascræus poeta discernit. In his primo loco sunt dii Olympii, secundo animi hominum primi et aurei sæculi, quos δαίμονας esse dicit Op. et D. vs. 120 seq., per terram oberrare et mortalium res tueri, tertio argenteæ ætatis homines de quibus v. 139 hæc prædicat :

αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται,
δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.

Quarto loco sunt heroes vel quartum hominum genus tertio justius et melius :

1) Hyginus l. c. : Prometheum autem in monte Scythiæ nomine Caucaso ferrea catena vinxit : quem alligatum ad triginta millia annorum Æschylus tragœdiarum scriptor ait. Scholiasta : ἐν γὰρ τῷ πυρφόρῳ τρεῖς μυριάδας (ἐτῶν) φησὶ δεδέσθαι αὐτόν.

2) Unum proferam Platonis locum de Legg. IX, 10 p. 870 D : ὃν πολλοὶ λόγον τῶν ἐν ταῖς τελεταῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐσπουδακότων ἀκούοντες σφόδρα πείθονται, τὸ τῶν τοιούτων τίσιν ἐν ᾅδου γίγνεσθαι, καὶ πάλιν ἀφικομένοις δεῦρο ἀναγκαῖον εἶναι τὴν κατὰ φύσιν δίκην ἐκτῖσαι τὴν τοῦ παθόντος, ἅπερ αὐτὸς ἔδρασεν, ὑπ' ἄλλου τοιαύτῃ μοίρᾳ τελευτῆσαι τὸν τότε βίον.

3) Neque mirandum, δαίμων et θεός promiscue usurpari. Etenim quod ait poeta Odyss. κ, vs. 64, πῶς ἦλθες, Ὀδυσεῦ; τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων; id exponitur vs. 73 et 74 : οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶ κομιζέμεν οὐδ' ἀποπέμπειν ἄνδρα τὸν ὅς κε θεοῖσιν ἀπέχθηται μακάρεσσιν. Cf. Odyss. E, vs. 396.

ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος οἳ καλέονται
ἡμίθεοι..............................
καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
ἐν μακάρων νήσοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην
ὄλβιοι ἥρωες· τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα (1).

Hæc paullulum immutarunt Pythagorei; nam in aureo carmine legitur :

ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκεινται,
τίμα καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς,
τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας ἔννομα ῥέζων.

Porphyrius vero mystico posteriorum Platonicorum more in fragmento libri secundi de philosophia ex Oraculis haurienda pag. 144 ed. Wolf. et apud Orell. Opusc. Vett. Gr. sentt. et morr. tom. I, p. 318, triplicem prolem divinam in hunc modum carmine celebrat :

Ἀθανάτων ἄῤῥητε πατήρ, αἰώνιε, μύστα,
κόσμων ἀμφιδρόμων ἐποχούμενε δέσποτα νώτοις
αἰθερίοις, ἀλκῆς ἵνα σοι μένος ἐστήρικται
πάντ' ἐπιδερκομένῳ καὶ ἀκούοντ' οὔασι καλοῖς·
κλῦθι τεῶν παίδων, οὓς ἥροσας αὐτὸς ἐν ὥραις.
Σὴ γὰρ ὑπὲρ κόσμον τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
χρυσῆ ὑπέρκειται πολλὴ αἰώνιος ἀλκή,
ἧς ὑπερηώρησαι ὀρίνων φωτὶ σεαυτόν,
ἀενάοις ὀχετοῖσι τιθηνῶν νοῦν ἀτάλαντον,
ὅς ῥα κυεῖ τόδε πᾶν τεκνούμενος ἄφθιτον ὕλην,
ἧς γένεσις δεδόχηται, ὅτε σφε τύποισιν ἔδησας.
Ἔνθεν ἐπεισρείουσι γοναὶ ἁγίων μὲν ἀνάκτων
ἀμφί σε, παντόκρατορ, βασιλεύτατε καὶ μόνεθνη-[τῶν
ἀθανάτων τε πάτερ μακάρων· αἱ δ' εἰσὶν ἄτερθεν,
ἐκ σέο μὲν γεγαυῖαι, ὑπ' ἀγγελίῃσι δ' ἕκαστα
πρεσβυγενεῖ διάγουσι νόῳ καὶ κάρτεϊ τῷ σῷ.
Πρὸς δ' ἔτι καὶ τρίτον ἄλλο γένος ποίησας ἀνάκτων,
οἵ ῥ' ἑκὰς ἦμαρ ἄγουσιν ἀνυμνείοντες ἀοιδαῖς
βουλόμενόν σ' ἐθέλοντες, ἀοιδιάουσι δ' ἐσῶδε.
Τύνη δ' ἐσσὶ πατὴρ καὶ μητέρος ἀγλαὸν εἶδος
καὶ τεκέων τέρεν ἄνθος, ἐν εἴδεσιν εἶδος ὑπάρχων,
καὶ ψυχὴ καὶ πνεῦμα καὶ ἁρμονίη καὶ ἀριθμός (2).

Quod autem Hesiodus ait, genios illos rebus humanis præesse ac juste et injuste facta hominum observare, id non solum Empedocles, sed omnes fere philosophi usque ad Platonem tenuisse videntur (3). Ac ne uberius de iis disputem locis quibus in Cratylo (4), quinto de Republica (5) et quarto de Legg. libro (6) Hesiodum Plato interpretatur, neve ea pertractem, quæ in Timæo (7) disserit, ubi dæmones esse concedit, imprimis memorabilia sunt quæ in Phædone reperiuntur (8), ubi de geniis loquitur qui singulis hominibus in vita duces et comites additi putabantur. Præterea observatu digna censemus quæ in Socratis Apologia p. 27 C exstant : τοὺς δὲ δαίμονας

1) Hesiodum sequitur Babrius fab. 1 :

Γενεὴ δικαίων ἦν τὸ πρῶτον ἀνθρώπων,
ὦ Βράγχε τέκνον, ἣν καλοῦσι χρυσείην.
τρίτη δ' ἀπ' αὐτῶν τις ἐγενήθη χαλκείη,
μεθ' ἣν γενέσθαι φασὶ θείαν ἡρώων.

Post secundum hujusmodi excidit versus :

τῆς δευτέρας ἐπῆλθεν ἀργυροῦν φῦλον.

2) Vide quæ infra de hoc fragmento dicam.

3) Laertius I, 27 de Thalete : ἀρχὴν δὲ τῶν πάντων ὕδωρ ὑπεστήσατο καὶ τὸν κόσμον ἔμψυχον καὶ δαιμόνων πλήρη. Id. IX, 7 de Heraclito : (ἐδόκει αὐτῷ) πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη.

4) Plato Cratylo p. 398 : τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον λέγει, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τοὺς δαίμονας, ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε. Καὶ ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ συμβαίνει (lege σημαίνει) τὸ ὄνομα. Λέγει οὖν καλῶς καὶ οὗτος καὶ ἄλλοι ποιηταὶ πολλοί, ὅσοι λέγουσιν, ὡς ἐπειδάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ, μεγάλην μοῖραν καὶ τιμὴν ἔχει, καὶ γίγνεται δαίμων κατὰ τὴν τῆς φρονήσεως ἐπωνυμίαν. Ταύτῃ οὖν τίθεμαι καὶ ἐγὼ τὸν δαήμονα, πάντ' ἄνδρα, ὃς ἂν ἀγαθὸς ᾖ, δαιμόνιον εἶναι ζῶντα καὶ τελευτήσαντα, καὶ ὀρθῶς δαίμονα καλεῖσθαι.

5) Id. de Republ. lib. V, p. 469 : ἀλλ' οὐ πεισόμεθα Ἡσιόδῳ, ἐπειδάν τινες τοῦ τοιούτου γένους τελευτήσωσιν, ὡς ἄρα « οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν, ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλακες μερόπων ἀνθρώπων; » πεισόμεθα μὲν οὖν. Διαπυθόμενοι ἄρα τοῦ θεοῦ πῶς χρὴ τοὺς δαιμονίους τε καὶ θείους τιθέναι καὶ τίνι διαφόρῳ, οὕτω καὶ ταύτῃ θήσομεν ᾗ ἂν ἐξηγῆται; τί δ' οὐ μέλλομεν; καὶ τὸν λοιπὸν δὴ χρόνον ὡς δαιμόνων, οὕτω θεραπεύσομέν τε καὶ προσκυνήσομεν αὐτῶν τὰς θήκας;

6) Id. Legg. lib. IV, p. 717 : Πρῶτον μέν, φαμέν, τιμὰς τὰς μετ' Ὀλυμπίους τε καὶ τοὺς τὴν πόλιν ἔχοντας θεοὺς τοῖς χθονίοις ἄν τις θεοῖς ἄρτια καὶ δεύτερα καὶ ἀριστερὰ νέμων ὀρθότατα τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ τυγχάνοι, τοῖς δὲ τούτων ἄνωθεν τὰ περιττὰ καὶ ἀντίφωνα τοῖς ἔμπροσθεν ῥηθεῖσι νῦν δή. Μετὰ θεοὺς δὲ τούσδε καὶ τοῖς δαίμοσιν ὅ γ' ἔμφρων ὀργιάζοιτ' ἄν, ἥρωσι δὲ μετὰ τούτους. Ἐπακολουθεῖ δ' αὐτοῖς ἱδρύματα ἴδια πατρῴων θεῶν κατὰ νόμον ὀργιαζόμενα. Γονέων δὲ μετὰ ταῦτα τιμαὶ κτλ.

7) Id. Timæo pag. 40 : Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν, καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς, πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τούς γε αὐτῶν προγόνους εἰδόσιν. Ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον.

8) Id. Phædone p. 107 : Λέγεται δὲ οὕτως, ὡς ἄρα τελευτήσαντα ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον, οἳ δεῖ τοὺς ξυλλεγέντας διαδιδασκομένους εἰς Ἅιδου πορεύεσθαι μετὰ ἡγεμόνος ἐκείνου ᾧ δὴ προστέτακται τοὺς ἐνθένδε ἐκεῖσε πορεῦσαι.

οὐχὶ ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα εἶναι, ἢ θεῶν παῖδας; φής, ἢ οὔ; Πάνυ γε. Οὐκοῦν εἴπερ δαίμονας ἡγοῦμαι, ὡς σὺ φής, εἰ μὲν θεοί τινές εἰσιν οἱ δαίμονες, τοῦτ' ἂν εἴη, ὃ ἐγώ φημί σε αἰνίττεσθαι καὶ χαριεντίζεσθαι, θεοὺς οὐχ ἡγούμενον φάναι ἐμέ, θεοὺς αὖ ἡγεῖσθαι πάλιν, ἐπειδήπερ γε δαίμονας ἡγοῦμαι. εἰ δ' αὖ οἱ δαίμονες θεῶν παῖδές εἰσι νόθοι τινές, ἢ ἐκ Νυμφῶν, ἢ ἔκ τινων ἄλλων, ὧν δὴ καὶ λέγονται, τίς ἂν ἀνθρώπων θεῶν μὲν παῖδας ἡγοῖτο εἶναι, θεοὺς δὲ μή; Nolim hic explicare quæ apud Porphyrium (1) et Iamblichum (2) magnam partem ex aureo carmine hausta leguntur vel quæ Eustathius (3) ad Iliad. α, 4, Euripidis interpres (4) ad Hecubæ vs. 164, Proclus (5) et Tzetzes (6) ad Hesiodi l. c. adnotarunt vel quæ ab aliis (7) de hoc argumento dicta sunt : id certe apparet, Empedoclem

1) Porph. de Vita Pythag. : παρῄνει δὲ περὶ μὲν τοῦ θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἡρῴου γένους εὔφημον εἶναι.

2) Iamblichus de vita Pythag. c. 100 : ἔτι πρὸς τούτοις περί τε τοῦ θείου καὶ περὶ τοῦ δαιμονίου καὶ περὶ τοῦ ἡρωϊκοῦ γένους εὔφημόν τε καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν γονέων τε καὶ εὐεργετῶν διανοεῖσθαι, νόμῳ τε βοηθεῖν καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν. Id. cap. 175 : μετὰ δὲ τὸ θεῖόν τε καὶ τὸ δαιμόνιον, πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον γονέων τε καὶ νόμου καὶ τούτων ὑπήκοον αὑτὸν κατασκευάζειν. Id. c. 37 : ἔν τε τῷ κόσμῳ καὶ τῷ βίῳ καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τῇ φύσει μᾶλλον τιμώμενον τὸ προηγούμενον, ἢ τὸ τῷ χρόνῳ ἑπόμενον. εἶον ἀνατολὴν τῆς δύσεως—καὶ τοὺς οἰκιστὰς τῶν πόλεων, καὶ καθόλου τοὺς μὲν θεοὺς τῶν δαιμόνων, ἐκείνου; δὲ τῶν ἡμιθέων, τοὺς ἥρωας δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τούτων δὲ τοὺς αἰτίους τῆς γενέσεως τοῖς νεωτέροις. Ἐπαγωγῆς δὲ ἕνεκα ταῦτα ἔλεγε πρὸς τὸ περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τοὺς γονεῖς ἑαυτῶν. Id. c. 30 : καὶ μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν λοιπὸν κατηρίθμουν, ὡς ἀγαθόν τινα δαίμονα καὶ φιλανθρωπότατον, οἱ μὲν τὸν Πύθιον, οἱ δὲ τὸν ἐξ Ὑπερβορείων Ἀπόλλωνα, οἱ δὲ τὸν Παιῶνα, οἱ δὲ τῶν τὴν σελήνην κατοικούντων δαιμόνων ἕνα. Adjiciamus hic quæ de Pythagoræ doctrina tradit Diog. Laert. lib VIII, 31 seqq. : ἐκριφθεῖσαν δὲ αὐτὴν [i. e. τὴν ψυχὴν] ἐπὶ γῆς πλάζεσθαι ἐν τῷ ἀέρι ὁμοίαν τῷ σώματι, τὸν δὲ Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν—καὶ ἄγεσθαι μὲν τὰς καθαρὰς ἐπὶ τὸν ὕψιστον, τὰς δὲ ἀκαθάρτους μήτε ἐκείναις πελάζειν μήτε ἀλλήλαις, δεῖσθαι δ' ἐν ἀῤῥήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ Ἐρινύων. Εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων, καὶ τούτους δαίμονάς τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι, καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τε ὀνείρους καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας. — μέγιστον δέ φησι τῶν ἐν ἀνθρώποις εἶναι, τὴν ψυχὴν πεῖσαι ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ ἐπὶ τὸ κακόν. Εὐδαιμονεῖν ἄνθρωπον ὅταν ἀγαθὴ ψυχὴ προσγένηται.

3) Eustathius ad Iliad. α, 4 : Ἥρωας δὲ ἡ παλαιὰ σοφία γένος τι θεῖον εἶναι δοξάζει μέσον θεῶν καὶ ἀνθρώπων· καὶ τὸ μὲν θεῖον φῦλον εἰς θεοὺς διαιρεῖ καὶ δαίμονας, ὧν καὶ διαφορὰν λέγει, ὁποία φανήσεται ἀλλαχοῦ· τοὺς δὲ ἀνθρώπους (corr. τὸ δὲ ἀνθρώπινον) εἴς τε ἥρωας καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἀνθρώπους. Καὶ ὑποβεβηκέναι μέν φησι θεοῖς δαίμονας, ἀνθρώπους δὲ ἥρωσιν, οὓς καὶ ἐκ θείου καὶ ἀνθρωπίνου σώματος φῦναι λέγουσιν.

4) Schol. Eurip. ad Hecubæ vs. 164 : θεοὺς ὑψηλότερόν τι τάγμα ἡγοῦνται τῶν δαιμόνων. Ὃν γὰρ λόγον ἔχουσιν οἱ ἥρωες πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ὑψηλότεροί τινες δοκοῦντες καὶ ὑπερέχοντες, τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ θεοὶ πρὸς τοὺς δαίμονας, ὑψηλότεροί τινες δοκοῦντες τούτων εἶναι. Λέγονται δὲ καταχρηστικῶς θεοὶ καὶ οἱ δαίμονες.

5) Proclus ad Hesiodi l. c. : ὄντας δὲ φύλακας τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων δαίμονας καλεῖ παρὰ τὸ δαῆναι τὰ πάντα ἢ μερίζειν τὰ ἀγαθὰ καὶ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις. Ὅμηρος δὲ δαίμονας τοὺς ἀνθρώπους οὐ καλεῖ, ἀλλὰ τοὺς θεούς· ἢ οὕτως· εἰς τέσσαρα διαιρεῖ τὴν λογικὴν πᾶσαν φύσιν, τὴν μὲν πρώτην θεῶν, τὴν δὲ δευτέραν δαιμόνων, τὴν δὲ τρίτην ἡρώων, καὶ τὴν τετάρτην ἀνθρώπων. Καὶ τὸ μὲν θεῖον ἡμῖν ἀνεπίμικτον· δαίμονας δὲ τοὺς ἐφορῶντας τὰ ἀνθρώπινα, ὡς καὶ Πλάτων φησί.

6) Tzetzes ad eundem Hesiodi locum : ἐπιφωνηματικὸς δὲ ὁ λόγος καὶ τολμηρός, θεοὺς ἐπιχθονίους λέγειν. Δαίμονες γὰρ θεοὶ αὐτοὶ λέγονται κατά τινας. Ἄλλοι δὲ διαιροῦσι τοὺς δαίμονας, οὐσίας αὐτοὺς λέγοντες εἶναι ἀσωμάτους, τὰ περὶ γῆν ὁρῶντας καὶ ὑπὸ γῆν· τινὲς δὲ καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀποβιούντων. Ἥρωας δὲ καλοῦσι τοὺς ἐκ τοῦ ζῆν μεταστάντας. Τὸ δὲ κρεῖττον θεοὶ οἱ θεώμενοι καὶ βλεπόμενοι καὶ ὁρώμενοι ἀστέρες καὶ τὰ στοιχεῖα, ἢ οἱ θέοντες καὶ τρέχοντες. Δαίμονες δὲ αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις καὶ αἱ ψυχαί, δαίμονες (corr. δαήμονες) καὶ ἔμπειροι οὖσαι, ἢ δαΐζουσαι πάντα καὶ διαμερίζουσαι καὶ κρίνουσαι κατ' ἀξίαν. Ἥρωες δὲ οἱ ζῶντες καὶ ὄντες ἀρετῆς τινος μέτοχοι, ἄνθρωποι δὲ οἱ ἄνω ἀθροῦντες καὶ γινώσκοντες ἃ ὀπώπασιν.

7) Hierocles in Carm. aur. p. 40 ed. nostr. : Οἳ δὴ εἰκότως ἀγαυοὶ ἥρωες λέγονται, ἀγαυοὶ μὲν ὡς ἀγαθοὶ ὄντες καὶ φωτεινοὶ ἀεὶ καὶ μήτ' ἐν κακίᾳ μήτ' ἐν λήθῃ ποτὲ γινόμενοι, ἥρωες δὲ ὡς ἐρωές τινες ὄντες καὶ ἔρωτες, οἷον ἐρωτικοὶ καὶ διαλεκτικοὶ ἐρασταὶ τοῦ θεοῦ, αἴροντες ἡμᾶς καὶ κουφίζοντες πρὸς τὴν θείαν πολιτείαν ἀπὸ τῆς ἐν γῇ διατριβῆς. Τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς καλεῖν ἔθος, ὡς ὄντας δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας τῶν θείων νόμων. Et ad vers. 3 pag. 42 : τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμηθείσας δαίμονας καλεῖ, ὡς δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας. Εἶτα χωρίζων αὐτὰς τῶν φύσει δαιμόνων, οἳ τὸ μέσον γένος πληροῦσι, καταχθονίους προσεῖπεν, ὡς δυναμένας ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι καὶ γήϊνα σώματα ἐπεισιέναι καὶ κατὰ γῆς οἰκεῖν, ἵνα τῷ μὲν δαίμονας εἰπεῖν χωρίσῃ τῶν φαύλων καὶ ἀνεπιστημόνων ἀνθρώπων, ὡς ἀδαημόνων τινῶν καὶ οὐ δαιμόνων, τῷ δὲ καταχθονίους προσθεῖναι διαστήσῃ τῶν ἀεὶ δαημόνων καὶ ἐπιστημόνων ἀεὶ καὶ ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι μὴ πεφυκότων μηδὲ γηΐνοις συζῆν σώμασιν. Adde pag. 142 : κάτεισι γὰρ καὶ ἀποπίπτει τῆς εὐδαίμονος χώρας ὁ ἄνθρωπος, ὡς Ἐμπεδοκλῆς φησιν ὁ Πυθαγόρειος « φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος. » Ἄνεισι δὲ καὶ τὴν ἀρχαίαν ἕξιν ἀπολαμβάνει, εἰ φύγοι τὰ περὶ γῆν καὶ τὸν ἀ τ ε ρ π έ α χ ῶ ρ ο ν, ὡς αὐτὸς λέγει, « ἔνθα φόνος τε κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν, » εἰς ὃν οἱ ἐμπεσόντες, « Ἄτης ἂν λειμῶνα κατὰ σκότος ἠλάσκουσιν. » Ἡ δὲ ἔφεσις τοῦ φεύγοντος τὸν τῆς Ἄτης λειμῶνα πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας ἐπείγεται λειμῶνα, ὃν ἀπολιπὼν τῇ ὁρμῇ τῆς πτεροῤῥυήσεως εἰς γήϊνον ἔρχεται σῶμα ὀλβίου — αἰῶνος ἀμερθείς. Plutarch. Romul. c. 28 : οὐδὲν οὖν δεῖ τὰ σώματα τῶν ἀγαθῶν συναναπέμπειν παρὰ φύσιν εἰς οὐρανόν, ἀλλὰ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς ψυχὰς παντάπασιν οἴεσθαι κατὰ φύσιν καὶ δίκην θείαν ἐκ μὲν ἀνθρώπων εἰς ἥρωας, ἐκ δ' ἡρώων εἰς δαίμονας, ἐκ δὲ δαιμόνων, ἂν τέλεον ὥσπερ ἐν τελετῇ καθαρθῶσι καὶ ὁσιωθῶσιν, ἅπαν ἀποφυγοῦσαι τὸ θνητὸν καὶ παθητικόν, οὐ νόμῳ πόλεως, ἀλλ' ἀληθείᾳ καὶ κατὰ τὸν εἰκότα λόγον εἰς θεοὺς ἀναφέρεσθαι τὸ κάλλιστον καὶ μακαριώτατον τέλος ἀπολαβούσας. Dionys. Ant. Rom. 1, 77 : ὡς ἀνακεκραμένης τῆς ἁπάσης οὐσίας τοῦ κόσμου καὶ μεταξὺ τοῦ θείου καὶ τοῦ θνητοῦ γένους ὑπαρχούσης φύσεως, ἣν τὸ δαιμόνων φῦλον ἐπέχει, τοτὲ μὲν ἀνθρώποις τοτὲ δὲ θεοῖς ἐπιμιγνύμενον, ἐξ οὗ ὁ λόγος ἔχει τὸ μυθευόμενον ἡρώων φῦναι γένος. Cf. præterea Psellum in libro de geniis, imprimis vero Plotinum qui multis locis ita de hac re disputat, ut prope omnia

poetarum et philosophorum commenta secutum ita informasse dæmones, ut vel dii vel deorum filii, vel certe inferioris conditionis naturæ divinæ viderentur. In eo tantum a prioribus discessit, quod bonorum et malorum dæmonum discrimen invenit. Quum autem Apollini summo deo acciderit, ut e cœlo ejectus Admeti regis servus aliquamdiu esset, nequaquam mirandum Empedocleos genios diuturnæ migrationi destinatos non solum a deorum concilio abesse, sed longo demum tempore exacto in cœlum redire.

His expositis ad reliqua procemii fragmenta transeamus, in quibus omnibus tenendum nihil tradi quod e disciplinæ quasi sacrario prolatum cum cæteris præceptionibus arcte cohæreat, sed ea dici quæ quum semota sint a doctrinæ perpetuitate atque constantia poetarum quam philosophorum dictis similiora videantur. Quod quum aliunde perspici licet, tum ex eo quod Empedocles poetarum more deos affatur Musasque invocat, ut cœpto suo faventes cum sancta oratione mentis sanctitatem præbeant. Ait enim vs. 45 sqq. :

Ἀλλὰ θεοὶ τῶν μὲν μανίην ἀποτρέψατε γλώσσης,
ἐκ δ᾽ ὁσίων στομάτων καθαρὴν ὀχετεύσατε πηγήν.
καί σε, πολυμνήστη λευκώλενε παρθένε Μοῦσα,
ἄντομαι, ὧν θέμις ἐστὶν ἐφημερίοισιν ἀκούειν,
πέμπε παρ᾽ Εὐσεβίης ἐλάουσ᾽ εὐήνιον ἅρμα.

Neque vero solum initio operis, sed in medio etiam carmine de diis ac de rebus divinis ad vulgi captum accommodate loquitur, ut satis pateat quantus eorum sit error qui philosophum ubique sibi constare arbitrantur. Sunt autem hujusmodi loci vs. 387 :

ὄλβιος ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
δειλὸς δ᾽ ᾧ σκοτόεσσα θεῶν πέρι δόξα μέμηλεν.

Porro vs. 142 :

οὕτω μή σ᾽ ἀπάτα φρένας, ὥς νύ κεν ἄλλοθεν εἶναι
θνητῶν, ὅσσα γε φῦλα γεγᾶσιν ἀάσπετα, πηγήν,
ἀλλὰ τορῶς τοῦτ᾽ ἴσθι, θεοῦ πάρα, μῦθον ἀκούσας,

atque alii. Cæterum in procemio Empedocles duo dogmata significat magis quam explicat, alterum de animarum migratione, qua de re satis superque diximus, alterum de humanæ mentis angustiis et cognoscendi difficultate. Neque enim erat ubi commodius de sensuum fallaciis ac præstigiis, de vitæ brevitate, de fatorum vi illisque malis quibus obnoxium humanum genus est reliquisque perfectæ sapientiæ, quam omnes expetunt, impedimentis ageret. Ut vero Empedocli persuasum erat propter eas quas dixi causas frustra omnes jactare, sese rerum universitatem mente comprehendisse nec visu percipiendam illam nec auditu neque intellectu : ita ipse professus se non plus traditurum quam quantum humana intelligentia perspiceret, in illam quasi sapientiæ arcem divinis tantum viribus evehi posse sibi videbatur. Nam quum philosophiæ, quæ recte ab antiquis rerum divinarum et humanarum cognitio vocata est, tantam esse vim et majestatem videret, ut ejus absolutam scientiam in hominum quales plerique sunt ingenia, mores, conditionem cadere negaret, ratus ad assequendam illam

---

quæ veteres de deorum ac dæmonum natura, origine, fatis eorumque inter se discrimine dixerant collegisse et posterioris philosophiæ inventis auxisse videatur. Sed quamvis proclive sit ejus decreta in hunc locum congerere, minus tamen necessarium est, quia partim aliena a suis non distinguit, partim, qui illorum Platonicorum mos est, antiquorum rationes interpretando obscurat, partim ea statuit, quæ a nostra disputatione abhorreant. Unum tantum ejus locum apponam ex Ennead. III, lib. V, pag. 295 (ed. Basil. 1580) : ἀλλὰ τί δὴ χρὴ λέγειν περὶ τοῦ ἔρωτος καὶ τῆς λεγομένης γενέσεως αὐτοῦ ; δῆλον δὴ ὅτι δεῖ λαβεῖν τίς ἡ πενία καὶ τίς ὁ πόρος καὶ πῶς ἁρμόσσουσιν οὗτοι γονεῖς εἶναι αὐτῷ. Δῆλον δὲ ὅτι δεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις δαίμοσι τούτοις (leg. τούτους) ἁρμόσαι, εἴπερ δεῖ φύσιν εἶναι καὶ οὐσίαν μίαν, καθὸ δαίμονες, δαιμόνων εἰ μὴ κοινὸν ὄνομα ἕξουσι μόνον. Λάβωμεν τοίνυν, πῇ ποτε διορίζομεν θεοὺς δαιμόνων· καὶ εἰ πολλάκις καὶ δαίμονας θεοὺς λέγομεν εἶναι, ἀλλ᾽ ὅταν γε τὸ μὲν ἕτερον, τὸ δὲ ἕτερον λέγομεν (corr. λέγωμεν) αὐτῶν εἶναι γένος. Τὸ μὲν δὴ θεῶν ἀπαθὲς λέγομεν καὶ νομίζομεν γένος· δαίμοσι δὲ προστίθεμεν πάθη, ἀϊδίως (corr. ἀϊδίους) λέγοντες ἐφεξῆς τοῖς θεοῖς, ἤδη πρὸς ἡμᾶς μεταξὺ θεῶν τε καὶ τοῦ ἡμετέρου γένους. Πῇ δὴ οὖν οὐκ ἔμειναν ἀπαθεῖς ὄντες οὗτοι (del. ὄντες), πῇ δὲ κατέβησαν τῇ φύσει πρὸς τὸ χεῖρον ; καὶ δὴ καὶ τοῦτο σκεπτέον, πότερα δαίμων ἐν τῷ νοητῷ οὐδὲ εἷς, καὶ αὖ ἐν τῷ κόσμῳ τῷδε δαίμονες μόνον, θεὸς δὲ ἐν τῷ νοητῷ ἀφορίζεται ἢ εἰσι καὶ ἐνταῦθα θεοὶ καὶ ὁ κόσμος θεός, ὥσπερ σύνηθες λέγειν, τρίτος, καὶ οἱ μέχρι σελήνης ἕκαστος θεός. Βέλτιον δὲ μηδένα ἐν τῷ νοητῷ δαίμονα λέγειν, ἀλλὰ καὶ εἰ αὐτὸ δαίμων, θεὸν καὶ τοῦτον εἶναι, καὶ αὖ ἐν τῷ αἰσθητῷ τοὺς μέχρι σελήνης θεοὺς τοὺς ὁρατούς, θεοὺς δευτέρους μετ᾽ ἐκείνους καὶ κατ᾽ ἐκείνους τοὺς νοητούς, ἐξηρτημένους ἐκείνων ὥσπερ αἴγλην περὶ ἕκαστον ἄστρον. Τοὺς δὲ δαίμονας τί ἴχνος (leg. εἶδος) ; ἆρά γε ψυχῆς ἐν κόσμῳ γενομένης τὸ ἀφ᾽ ἑκάστης ἴχνος ; διὰ τί δὲ τῆς ἐν κόσμῳ, ὅτι ἡ καθαρὰ θεὸν γεννᾷ, καὶ θεὸν ἔφαμεν τὸν ταύτης ἔρωτα. Πρῶτον δὴ διὰ τί οὐ πάντες οἱ δαίμονες ἔρωτες· εἶτα, πῶς οὐ καθαροὶ καὶ οὗτοι ὕλης ; κτλ.

divinitatem humanæ naturæ claustra perfringenda esse, vatum more deos compellat ad eosque, id est, si altius ejus voluntatem scrutere, ad divinum mentis instinctum confugit. Neque enim quemquam sine inflammatione animorum et sine quodam afflatu quasi furoris bonum poetam exsistere posse veteres arbitrabantur.

Hoc autem divino spiritu et animi ardore, quem antiqui in poetis inesse volebant, eo magis egebat Agrigentinus vates quod vitatis vulgaribus carminum argumentis sanctiora et altiora quam reliqui poetæ versibus exaggerare volebat. Jam si quis ea quæ versibus (1) in extrema procemii parte positis continentur paucis complecti velit, tria potissimum inde efficiat, primum abstrusam esse et difficilem mortalibus naturæ cognitionem, deinde obscuros et fallaces sensus, resque alias sæpe iis videri, alias revera esse, denique non humana ope, sed divino potius impetu et ingenii æstu sapientiam comparari eamque cum sanctitate et modestia esse conjunctam. Horum primum et alterum aliquoties Cicero in Academicis Quæstionibus memorat, unde discimus cum alios Academicos tum Arcesilam Democriti, Anaxagoræ, Empedoclis, Socratis dicta ita esse interpretatos, ut veteribus illis eam quam ipsi profitebantur formulam obtruderent. Empedocles igitur fertur statuisse (2) « nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse, angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitæ, denique omnia tenebris esse circumfusa. » Hæc quamquam ex ipsis poetæ verbis collecta, tamen mirum quantum aucta sunt. Verius Lucullus Antiochi auditor illis contradicens (3) : « Sed neque Saturninus, inquit, simile quidquam habuit veterum illorum, nec Arcesilæ calumnia conferenda est cum Democriti verecundia. Isti philosophi raro admodum quum hærent aliquo loco, exclamant quasi mente incitati, Empedocles quidem, ut interdum mihi furere videatur, abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino quale sit posse reperire. Majorem autem partem mihi quidem omnes isti videntur nimis etiam quædam affirmare plusque profiteri se scire quam sciunt. » At ne hæc quidem consentanea sunt versibus Empedocleis, in quibus Siculus poeta non dicit *nihil* cognosci posse, sed universum perspici posse negat. Sed quomodo posteriores philosophi simplicem illam Empedoclis doctrinam ad dialecticorum subtilitatem revocaverint intelligitur e Sexti (4) verbis. Hic enim testatur fuisse qui dicerent Empedoclem veri indagandi viam et quasi instrumentum (κριτήριον) non sensus, sed rectam rationem habuisse, hanc vero duplicem esse vel divinam vel humanam, alteram licere in vulgus efferri, alteram non licere. In his primum κριτήριον offendit, vocabulum optimum, sed minime Empedocleum; deinde, etiamsi nonnunquam jubet nos *mente, non oculis cernere* (5), non tamen excæcat nos Empedocles, non orbat sensibus, quippe qui eorum fidem in scrutanda rerum natura non tollat. Judicavit tantum, sensus parum valere ad rerum universitatem pernoscendam, id est ad universi ortum animadvertendum et leges perspiciendas; hæc non corporis oculis sed mentis acie cerni. Denique quod duplicem distinguunt rationem, divinam alteram, alteram humanam, id ad ingenii humani imbecillitatem, ejusque remedium, divinam mentis incitationem et permotionem referendum est, siquidem Empedocles rerum arcana, quæ supra vulgi captum sunt, non agnosci nisi cœlesti mentis instinctu docuit. Hæc de procemio dicta sufficiant.

Aristippus et Satyrus apud Diogenem Laertium lib. VIII, 61 memoriæ prodiderunt, Empedoclem tres de rerum natura libros Pausaniæ amico inscripsisse : ἦν δὲ ὁ Παυσανίας, ὥς φησιν Ἀρίστιππος καὶ Σάτυρος, ἐρώμενος αὐτοῦ, ᾧ δὴ καὶ τὰ περὶ τῆς φύσεως προσπεφώνηκεν οὕτως·

Παυσανία, σὺ δὲ κλῦθι δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ (6).

Hunc Pausaniam Anchiti filium egregia laude ornavit Empedocles scripto epigrammate, quod apud Diogenem Laertium l. c. et in Anthologia Palatina VII, 508 exstat :

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτου υἱόν,

1) Vss. 36-57.

2) Cicero Quæst. Acad. I, 12.

3) Ibid. IV, 5.

4) Sextus Empiricus adv. Math. VII, 123-124 : ἄλλοι δὲ ἦσαν οἱ λέγοντες κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα κριτήριον εἶναι τῆς ἀληθείας οὐ τὰς αἰσθήσεις, ἀλλὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, τοῦ δὲ ὀρθοῦ λόγου τὸν μέν τινα θεῖον ὑπάρχειν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον, ὧν τὸν μὲν θεῖον ἀνέξοιστον εἶναι, τὸν δὲ ἀνθρώπινον ἐξοιστόν.

5) Vs. 82. τὴν σὺ νόῳ δέρκευ μηδ' ὄμμασιν ἧσο τεθηπώς.

6) Vide quæ de his verbis dixi in Commentario ad vs. 58.

τόνδ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,
ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Περσεφόνης θαλάμων (1).

Accedit Galeni auctoritas qui Therapeut. I t. IV, p. 35 ed. Basil. Pausaniam summa inter medicos gloria floruisse testatur : καὶ πρόσθεν μὲν ἔρις ἦν οὐ σμικρά, νικῆσαι τῷ πλήθει τῶν εὑρημάτων ἀλλήλους ὀριγνωμένων τῶν ἐν Κῷ καὶ Κνίδῳ. διττὸν γὰρ ἔτι τοῦτο τὸ γένος ἦν τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἀσκληπιαδῶν, ἐπιλιπόντος τῶν κατὰ Ῥόδον. ἤριζον δ' αὐτοῖς τὴν ἀγαθὴν ἔριν ἐκείνην, ἣν Ἡσίοδος ἐπῄνει, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας ἰατροί, Φιλιστίων καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παυσανίας καὶ οἱ τούτων ἑταῖροι. Anchitum patrem, qui in epigrammate memoratur, eundem esse putarunt viri docti, quem Iamblichus Empedoclis hospitem fuisse atque ab eo e summo periculo ereptum refert in vita Pythagoræ 113 : Ἐμπεδοκλῆς δὲ σπασαμένου τοῦ ξίφους (leg. τὸ ξίφος) ἤδη νεανίου τινὸς ἐπὶ τὸν αὐτοῦ ξενοδόχον Ἄγχιτον, ἐπεὶ δικάσας δημοσίᾳ τὸν τοῦ νεανίου πατέρα ἐθανάτωσε, καὶ ᾄξαντος, ὡς εἶχε συγχύσεως καὶ θυμοῦ, ξιφήρους παῖσαι τὸν τοῦ πατρὸς καταδικαστήν, ὡσανεὶ φονέα Ἄγχιτον, μεθαρμοσάμενος εὐθὺς ἀνεκρούσατο τὸ νηπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, κατὰ τὸν ποιητήν, καὶ τόν τε ἑαυτοῦ ξενοδόχον Ἄγχιτον θανάτου ἐῤῥύσατο καὶ τὸν νεανίαν ἀνδροφονίας. Quodsi cum Anchito patre et Pausania filio eodem amicitiæ vinculo conjunctus fuit Empedocles, non est quod miremur philosophum Pausaniæ hos de rerum natura libros dedicasse. Quod autem Bergkius pluribus argumentis efficere aggreditur, Empedoclem non hoc tantum poema, sed lustralia etiam carmina ad eundem Pausaniam atque ad Telaugem, Pythagoræ filium, misisse, ut duos viros sapientia claros in utriusque operis fronte compellaverit : id admodum incertum videtur, rationes autem quas affert, parum probabiles sunt. Jam singulas argumentationis partes videamus. Lustralia carmina ita orsus est Empedocles, ut amicos, quos Agrigenti haberet, alloqueretur (2) (cf. Diog. Laert. VIII, 54 et 62) :

Ὦ φίλοι οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλευς ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
ξείνων αἰδοῖοι λιμένες, κακότητος ἄπειροι,
χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὕμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός,
πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε,
ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις.
Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα,
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι· οἱ δ' ἅμ' ἕπονται
μυρίοι, ἐξερέοντες ὅπῃ πρὸς κέρδος ἀταρπός,
οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δ' ἐπὶ νούσων
(δηρὸν δὴ χαλεπῇσι πεπαρμένοι ἀμφ' ὀδύνῃσιν)
παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐηκέα βάξιν.

Longe diversam esse apparet rationem illius loci qui a Diogene Laertio VIII, 59 affertur (3) :

Φάρμακα δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν καὶ γήραος ἄλκαρ
πεύσῃ, ἐπεὶ μούνῳ σοι ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα·
παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἄρουραν,
καὶ πάλιν, εὖτ' ἐθέλῃσθα, παλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις·
θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα, καλὸν θέρος ἀρδεύσοντα,
ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

In quo quum ad unum convertat orationem Empedocles, errasse opinor Sturzium et Bergkium qui hæc verba inter καθαρμοὺς posita fuisse censuerunt. Ipsa autem de qua philosophus loquitur materia testimonio est hos versiculos e medico carmine (ἐκ τῶν ἰατρικῶν) esse sumtos, quod unum Karstenio etiam verborum argumento convenire videbatur. Adde quod in codice quodam Matritensi, quo iidem versus servantur (teste Iriarte Catalog. p. 450) hæc adscripta sunt : Ἐμπεδοκλῆς Παυσανίᾳ ὑφηγήσατο τὸ (περὶ τὴν) ἄπνουν. Quæ congruunt cum iis quæ Heraclides apud Diogenem VIII, 60 rettulit : Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῷ περὶ νόσων φησί, καὶ Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν. Hinc fuerunt qui colligerent, Pausaniam scriptum de Panthea, muliere Agrigentina, edidisse, quæ quum mortua visa atque a medicis deposita jam ac desperata esset, Empedoclis arte in vitam revocata

1) Confer quæ notavi ad vss. 473-476. Epigramma hoc, a Diogene Empedocli ascriptum, in Anthologia Planudea incertis adnumeratur, in Palat. VII, 508 librariorum, ut videtur, errore ad Simonidem auctorem refertur. Cf. Schneidew. Simonid. rell. p. 225. Pro ἔθρεψε quod Laertius suppeditat, in Anthologia est ἔθαψε. Sed Pausaniam Empedocli superstitem fuisse tradit Diogenes lib. VIII, 68 et 69.

2) Vid. vss. 397-408.

3) Cf. vss. 462-470.

est (1). Alii Empedoclem ipsum ejusmodi librum composuisse arbitrati sunt. Quamquam autem e Laertii verbis nihil certi cogere licet, quoniam ὑφηγεῖσθαι *præcipere* tam sermonibus quam scriptis significat, tamen propter ultimum versum :

ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός,

facile adducor, ut philosophum rationem curandorum hominum qui etsi exanimes videantur, nondum tamen exspirarunt, versibus persecutum et Pausaniæ tradidisse putem. Similiter Democritus historiam hominum pro mortuis habitorum, qui postea revixerunt, libro περὶ τῶν ἐν Ἅδου enarravit. Vid. Democr. fragmm. p. 117. Quodsi locus, de quo agitur, neque e libris de rerum natura scriptis neque e καθαρμοῖς, sed e medico carmine depromtus est, omnis Bergkii disputatio ad irritum cadit. Sed ad alterum ejus argumentum transgredior. E versu qui apud Diogenem exstat :

Παυσανία, σὺ δὲ κλῦθι δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ,

concludit doctus ille vir alium præterea fuisse, quem eodem loco poeta allocutus sit propterea quod σὺ δὲ proprio nomine præmisso tum demum in usu sit, ubi sermo ab alio ad alium subito deflectat, ut apud Euripidem in Oreste v. 1689 :

Ὦ Ζηνὸς Ἑλένη χαῖρε παῖ, ζηλῶ δέ σε
θεῶν κατοικήσασαν ὄλβιον δόμον.
Ὀρέστα, σοὶ δὲ παῖδ' ἐγὼ κατεγγυῶ.

Cf. Porson. ad ejusdem fabulæ vs. 614. Non negaverim σὺ δέ prægresso proprio nomine ita sæpe usurpari, ut quando sermo ab alio ad alium transit posterior priori opponatur. Neque tamen hoc semper fit. Etenim Hesiodus Op. et D. vs. 27 :

ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ,

et vs. 272 :

ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,

nulla alterius mentione facta unum fratrem affatur. Ergo particula δέ non hominem homini, sed sententiam sententiæ opponit. Quamobrem non alius præterea quærendus est quem eo honore dignatus sit Empedocles, ut Physica ei inscriberet, siquidem unus sufficit Pausanias. Huic uni et τὰ ἰατρικὰ consecravit. Quum vero lustralium carminum initio aut omnes Agrigentinos aut quosdam, quorum familiaritate uteretur, compellaverit, in horum societatem liquet Telaugem venire non posse, qui si quid video non apud Agrigentinos, sed apud Crotoniatas vivebat. Cf. Schol. ad Plat. Remp. X, 475, 16. Taceo temporum rationem quæ Empedocleæ cum Telauge consuetudini obstare videtur (2).

Quod reliquum est quæritur quomodo dispersæ carminum reliquiæ, si non ad pristinam, quod fieri nequit, seriem revocari, at certe in probabilem sententiarum ordinem redigi possint. De quo diversissima eruditorum hominum judicia fuisse nemo mirabitur. Neque enim quidquam difficilius est, quam artificiosæ quondam compagis disjecta membra simili arte conglutinare et colligare. Quæ res in Empedocle tanto plus habet dubitationis, quanto major carminum pars periit. Quapropter sic digessi Empedoclis dicta, ut alia priorum editorum exemplo disponerem, alia ipse meo arbitratu ordinarem.

Ediderunt autem Empedoclem Henr. Stephanus in Poesi Philosophica Parisiis 1573, Fr. Guil. Sturzius Lipsiæ 1805, Amadeus Peyron ibid. 1810, Thomas Gaisfordius in Poetis minoribus græcis t. III, Simon Karstenius Amstelodami 1838, Henr. Steinius Bonnæ 1852. Porro ad emendandum poetam accesserunt nonnullæ virorum doctorum conjecturæ Bergkii (3), Prelleri (4), Emperii (5), Panzerbieteri (6), Schneidewini (7), Lobeckii (8), aliorum partim in Ephemeridibus, partim aliis locis propositæ. Denique fragmentorum numerus auctus est versibus nuper ab Emmanuele Millero (9) et P. Matranga (10) vulgatis.

1) Diog. Laert. lib. VIII, 69 : Ἕρμιππος δέ φησι, Πάνθειάν τινα Ἀκραγαντίνην, ἀπηλπισμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, θεραπεῦσαι αὐτόν. Cf. ibid. 61 et Suidas in ἄπνους.

2) Vide quæ in Commentario notavi ad vs. 477.

3) Vid. Acta Societatis Græcæ I, 1 p. 203 seqq.; Commentationem de Emped. proœm. Berol. 1839; Ephem. Antiq. 1835, 39; 1837, 54; 1842, 10.

4) Cf. Ephem. Antiq. 1837, 18 et Hist. Phil. Gr. R. Hamb. 1838; ed. alt. 1858.

5) In opusculis.

6) *Beitræge zur Kritik und Erklærung des Emp.* Meining. 1844. Cf. Eph. Antiq. 1845, p. 883 sqq.

7) Philol. T. VI, p. 155 sqq. (Gottingæ 1851).

8) Vid. Ῥηματικόν sive verb. Græc. et nom. verbal. technol. (Regimontii 1846).

9) In libro qui inscribitur : Ὠριγένους φιλοσοφούμενα ἢ κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἔλεγχος. Origenis philosophumena sive omnium hæresium refutatio, e codice Parisino nunc primum edidit E. Miller. Oxonii 1851.

10) In Anecdotis Græcis. Romæ 1850.

Quæ quum ita sint, id operam dedi, ut novus hic Empedoclis reliquiarum liber non modo superioribus omnibus locupletior esset, sed etiam diligentioris recensionis laudem haberet. Plurima igitur quæ depravata erant correxi, multa etiam quæ obscura videbantur accuratius quam a quoquam factum erat explicui. Quantum vero tum expoliendis his carminibus ad restituendum pristinum Siculæ Musæ nitorem, tum adjecta interpretatione latina additoque commentario ad illustrandos mirabiles de rerum natura versus attulerim, aliorum esto judicium. Mihi in præsens neque plura neque pauciora dare propositum erat.

ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ
ΕΠΗ.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΟΟΙΜΙΟΥ.

Ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν,
ἀίδιον, πλατέεσσι κατεσφρηγισμένον ὅρκοις,
εὖτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ
αὔτως ἢ ἐπίορκον ἁμαρτήσας ἐπομόσσῃ
(δαίμων οἵτε βίοιο λελόγχασι μακραίωνος),
τρίς μιν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι,
γεινόμενον παντοῖα διὰ χρόνου εἴδεα θνητῶν,
ἀργαλέας βιότοιο μεταλλάσσοντα κελεύθους,
ὡς καὶ ἐγὼ νῦν εἰμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης,
νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος.

* * *

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε
θάμνος τ' οἰωνός τε καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς.

* * *

Οἴμοι, ὅτ' οὐ πρόσθεν με διώλεσε νηλεὲς ἦμαρ,
πρὶν σχέτλι' ἔργα βορᾶς περὶ χείλεσι μητίσασθαι.

* * *

ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ ὅσσου μήκεος ὄλβου
ὧδε τάλας λειμῶνας ἀναστρέφομαι κάτα θνητῶν.

* * *

κλαῦσά τε καὶ κώκυσα ἰδὼν ἀσυνήθεα χῶρον.

* * *

ἀτερπέα χῶρον,
ἔνθα Φόνος τε Κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν,
(αὐχμηραί τε νόσοι καὶ σήψιες ἔργα τε ῥευστά)
Ἄτης ἂν λειμῶνά τε καὶ σκότον ἠλάσκουσιν.

* * *

Ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἡλιόπη ταναῶπις,
Δῆρίς θ' αἱματόεσσα καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις,
Καλλιστώ τ' Αἴσχρη τε, Θόωσά τε Δηναιή τε
Νημερτής τ' ἐρόεσσα μελάγκουρός τ' Ἀσάφεια·

* * *

Φυσώ τε Φθιμένη τε καὶ Εὐναίη καὶ Ἔγερσις,
Κινώ τ' Ἀστεμφής τε, πολυστέφανός τε Μεγιστώ
καὶ Φορυὴ καὶ δῖα Σιωπή τ' Ὀμφαίη τε.

* * *

EMPEDOCLIS
CARMINA.

DE NATURA.

E PROŒMIO.

Necesse est ac deorum decretum antiquum,
æternum, magno confirmatum jurejurando,
si quis per scelus membra cæde polluerit
temere vel admisso flagitio pejeraverit
(genius qui quidem longam sortiti sunt vitam),
eum ter dena annorum millia procul a beatis errare
nascentem interpositis intervallis per omnis generis morta-
molestas vitæ vias mutantem, [lium formas,
quemadmodum et ego nunc e cœlo profugus sum et exsul,
Discordiæ furenti parens.

* * *

Jam enim ipse puer aliquando fui atque puella
et frutex et ales et mutus in æquore piscis.

* * *

Hei mihi, quod non ante me ater dies absumsit,
quam nefandas dapes circumcirca labiis attigissem.

* * *

Post qualem honorem quantamque felicitatis amplitudinem
ita infelix mortalium in pratis versor.

* * *

Flevi et ejulavi insolitam sedem conspicatus.

* * *

illætabilem sedem,
ubi Cædes et Simultas et aliorum agmina Fatorum
(tetrique morbi et contagia et opera fluxa)
Noxæ per pratum perque tenebras vagantur.

* * *

Ibi erant Terricola et longe spectans Heliopæa
Pugnaque cruenta et decoro Harmonia vultu,
Pulchritudo et Deformitas, Properantia tardaque Cura [tio;
et amabilis Sinceritas et nigris oculorum pupillis Dissimula-

* * *

Ortus et Interitus ac Sopor et Vigilantia,
Motus et inconcussa Quies et honorata Majestas
ac Squalor divinumque Silentium et clara Vox.

* * *

Ἠλύθομεν τόδ' ὑπ' ἄντρον ὑπόστεγον.

* * *

Ὢ πόποι, ὢ δειλὸν θνητῶν γένος, ὢ δυσάνολβον,
οἵων ἐξ ἐρίδων ἔκ τε στοναχῶν ἐγένεσθε.

* * *

Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει,
πόντος δ' ἐς χθονὸς οὖδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐς αὐ-
ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις· [γὰς
ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες.

* * *

Στεινωποὶ μὲν γὰρ παλάμαι κατὰ γυῖα κέχυνται,
πολλὰ δὲ δείν' ἔμπαια, τάτ' ἀμβλύνουσι μερίμνας,
παῦρον δὲ ζωῆς ἀβίου μέρος ἀθρήσαντες
ὠκύμοροι, καπνοῖο δίκην ἀρθέντες ἀπέπταν,
αὐτὸ μόνον πεισθέντες, ὅτῳ προσέκυρσεν ἕκαστος,
πάντοσ' ἐλαυνόμενοι· τὸ δ' ὅλον πᾶς εὔχεται εὑρεῖν
[κουστά,
αὔτως· οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐπα-
οὔτε νόῳ περιληπτά. Σὺ δ' οὖν, ἐπεὶ ὧδ' ἐλιάσθης,
πεύσεαι οὐ πλέον ἠὲ βροτείη μῆτις ὄρωρεν.

* * *

Ἀλλὰ θεοὶ τῶν μὲν μανίην ἀποτρέψατε γλώσσης,
ἐκ δ' ὁσίων στομάτων καθαρὴν ὀχετεύσατε πηγήν.
Καί σε, πολυμνήστη λευκώλενε παρθένε Μοῦσα,
ἄντομαι, ὧν θέμις ἐστὶν ἐφημερίοισιν ἀκούειν,
πέμπε παρ' Εὐσεβίης ἐλάουσ' εὐήνιον ἅρμα.
μηδὲ μέ γ' εὐδόξοιο βιήσεται ἄνθεα τιμῆς
πρὸς θνητῶν ἀνελέσθαι, ἐφ' ᾧθ' ὁσίης πλέον εἰπεῖν.
Θάρσει καὶ τότε δὴ σοφίης ἐπ' ἄκροισι θόαζε.
Ἀλλ' ἄγ' ἄθρει πάσῃ παλάμῃ, πῇ δῆλον ἕκαστον,
μηδέ τιν' ὄψιν ἔχων πιστοῦ πλέον ἢ κατὰ κούρας
ἢ ἀκοὴν ἐρίδουπον ὑπὲρ τρανώματα γλώσσης,
μηδέ τι τῶν ἄλλων, ὁπόση πόρος ἐστὶ νοῆσαι·
γυίων πίστιν ἔρυκε, νόει δ' ᾗ δῆλον ἕκαστον.

* * *

Παυσανίη, σὺ δὲ κλῦθι, δαΐφρονος Ἀγχίτου υἱέ!

* * *

Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε,
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖαν ἰδ' αἰθέρος ἄπλετον ὕψος·
ἐκ γὰρ τῶν ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσσεται ὅσσα τ' ἔασιν.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ.

Δίπλ' ἐρέω· τοτὲ μὲν γὰρ ἓν ηὐξήθη μόνον εἶναι
ἐκ πλεόνων, τοτὲ δ' αὖ διέφυ πλέον' ἐξ ἑνὸς εἶναι.
Δοιὴ δὲ θνητῶν γένεσις, δοιὴ δ' ἀπόλειψις·
τὴν μὲν γὰρ πάντων σύνοδος τίκτει τ' ὀλέκει τε,
ἡ δὲ πάλιν διαφυομένων θρεφθεῖσα διέπτη·
καὶ ταῦτ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,

Pervenimus in hoc antrum obscurum.

* * *

Pro dii! o miserum mortale genus, o infortunatum!
quantis e litibus et suspiriis orti estis.

* * *

Namque eos ætherea vis in mare propellit,
mare in terræ solum exspuit, terra in flammas
solis indefessi, hic ætheris injicit vorticibus;
alius ex alio excipit, horrent vero omnes.

* * *

Angusta enim intelligendi facultas per artus fusa est,
multaque ingruunt mala, mentis hebetantia curam,
breve autem vitæ non vitalis spatium emensi conspicatique
cita morte fumi instar absumti avolant,
id tantum perspectum habentes, quod cuique assequi licuit,
quoquoversus agitati; universum vero mente se compre-
[hendisse
frustra omnes gloriantur: nec visu illud hominibus nec auditu
nec intellectu percipiendum. Tu vero quando huc secessisti,
non plus cognosces, quam quantum humana intelligentia
[videt.

* * *

Sed Dii istorum furorem a lingua avertite mea
sanctoque ex ore purum educite flumen.
Teque, Musa memor, candidis ulnis ornata virgo,
precor, (dicturo mihi) quantum mortalibus audire fas sit,
a Pietate profecta agilem mitte currum.
Neque me impellet cupiditas eximii flores honoris
a mortalibus reportandi, ut plura quam fas sit enuntiem.
Aude et sic in sapientiæ fastigium evadito.
Sed age, quantum potes cerne, qua quidque manifestum sit,
neve visis magis crede quam quantum pupillæ docent,
neve auditui obtuso magis quam quantum te clara linguæ pro-
neve ulli reliquarum cognoscendi viarum: [nuntiatio docet,
sensuum fidem declina, reputa vero quale quidque per se
[appareat.

* * *

Pausania, tu hæc audi, sapientis Anchiti fili.

* * *

Quattuor rerum omnium radices primum audi:
ignem et aquam terramque et ætheris immensitatem:
ex his enim orta quæcunque fuerunt eruntque et nunc sunt.

E PRIMO PHYSICORUM.

Duplex præceptum dabo: modo enim unum crescit solum
e pluribus, modo rursus plura ex uno secreta oriuntur.
Duplex est mortalium ortus, duplex item interitus:
illum enim coïtus omnium gignit et perdit,
hic rursus auctus diremtis iisdem rumpitur ac dissilit;
atque hæc perpetuo variari nequaquam desinunt,

ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,
ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.
Οὕτως ᾗ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι,
ἠδὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς πλέον' ἐκτελέθουσι,
τῇ μὲν γίγνονταί τε καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών·
ᾗ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
ταύτῃ δ' αἰὲν ἔασιν ἀκίνητον κατὰ κύκλον. [ξει.
Ἀλλ' ἄγε, μύθων κλῦθι· μάθη γάρ τοι φρένας αὔ-
Ὡς γὰρ καὶ πρὶν ἔειπα, πιφαύσκων πείρατα μύθων,
δίπλ' ἐρέω· τοτὲ μὲν γὰρ ἓν ηὐξήθη μόνον εἶναι
ἐκ πλεόνων, τοτὲ δ' αὖ διέφυ πλέον ἐξ ἑνὸς εἶναι·
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθέρος ἤπιον ὕψος,
Νεῖκός τ' οὐλόμενον δίχα τῶν, ἀτάλαντον ἑκάστῳ
καὶ Φιλότης μετὰ τοῖσιν, ἴση μῆκός τε πλάτος τε·
τὴν σὺ νόῳ δέρκευ μηδ' ὄμμασιν ἧσο τεθηπώς·
ἥτις καὶ θνητοῖσι νομίζεται ἔμφυτος ἄρθροις,
τῇ τε φίλα φρονέουσ' ἰδ' ὁμοίια ἔργα τελοῦσι,
γηθοσύνην καλέοντες ἐπώνυμον ἠδ' Ἀφροδίτην·
τὴν οὔτις διὰ παντὸς ἑλισσομένην δεδάηκε [τηλόν.
θνητὸς ἀνήρ. Σὺ δ' ἄκουε λόγων στόλον οὐκ ἀπα-
Ταῦτα γὰρ ἶσά τε πάντα καὶ ἥλικα γένναν ἔασι,
τιμῆς δ' ἄλλης ἄλλο μέδει, πάρα δ' ἦθος ἑκάστῳ·
ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο κύκλοιο,
καὶ φθίνει εἰς ἄλληλα καὶ αὔξεται ἐν μέρει αἴσης.
Καὶ πρὸς τοῖς οὔτ' ἄλλο τι γίγνεται οὐδ' ἀπολήγει.
Εἴτε γὰρ ἐφθείροντο διαμπερές, οὐκέτ' ἂν ἦσαν..
τοῦτο δ' ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν τί κε καὶ πόθεν ἐλθόν;
πῇ δέ κε καὶ ἀπολοίατ', ἐπεὶ τῶνδ' οὐδὲν ἔρημον;
ἀλλ' αὔτ' ἔστιν ταῦτα, δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνεται ἄλλοτε ἄλλα διηνεκές, αἰὲν ὁμοῖα.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω· φύσις οὐδενός ἐστιν ἁπάντων
θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένου θανάτοιο τελευτή,
ἀλλὰ μόνον μῖξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων
ἐστί, φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν.
ἐκ τοῦ γὰρ μὴ ἐόντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι,
τό τ' ἐὸν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον·
αἰεὶ γὰρ περιέσται ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ.
ἀλλὰ κακοῖς μὲν κάρτα πέλει κρατέουσιν ἀπιστεῖν·
ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης κέλεται πιστώματα Μούσης,
γνῶθι, διατμηθέντος ἐνὶ σπλάγχνοισι λόγοιο.
Οἳ δ' ὅ, τι κεν κατὰ φῶτα μιγὲν φάος αἰθέρος ἵκῃ,
ἢ κατ' ἀγροτέρων θηρῶν γένος ἢ κατὰ θάμνων
ἠὲ κατ' οἰωνῶν, τόγε μὲν φάσκουσι γενέσθαι·
εὖτε δ' ἀποκρινθῶσι, τὸ δ' αὖ δυσδαίμονα πότμον
ἀπρεπέως καλέουσι, νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός.
Νήπιοι· οὐ γάρ σφιν δολιχόφρονές εἰσι μέριμναι,
οἳ δὴ γίγνεσθαι πάρος οὐκ ἐὸν ἐλπίζουσιν
ἤ τι καταθνήσκειν τε καὶ ἐξόλλυσθαι ἁπάντη.
Οὐκ ἂν ἀνὴρ τοιαῦτα σοφὸς φρεσὶ μαντεύσαιτο,
ὡς ὄφρα μέν τε βιῶσι, τὸ δὴ βίοτον καλέουσι,
τόφρα μὲν οὖν εἰσιν καί σφιν πάρα δεινὰ καὶ ἐσθλά·
πρὶν δὲ πάγεν τε βροτοὶ καὶ ἐπεὶ λύθεν οὐδὲν ἄρ' εἰσίν.

* * *

modo per amicitiam coeuntia in unum cuncta,
modo rursus seorsum quæque acta discordiæ odio
Ita quatenus unum e pluribus exsistere consuevit
rursusque, uno dirupto, plura exoriuntur,
eatenus et nascuntur et caduco sunt ævo;
quatenus vero ea perpetuo mutari non desinunt,
eatenus semper immotum consistunt per orbem.
Age vero, verba mea audi, doctrina enim mentem auget.
Namque, ut ante dixi, placitorum summas comprehendens,
duplex dabo præceptum : modo enim unum crescit solum
e pluribus, modo rursus plura ex uno excreta oriuntur :
ignis, aqua et terra et clementis ætheris altitudo,
et seorsum ab illis exitiabilis Discordia unicuique viribus
et inter ipsa Amicitia æque longa atque lata. [par
Quam tu animo cerne neve oculis attonitus sede :
hanc etiam mortales artubus suis ingeneratam esse credunt :
hac benevoli inter se sunt et iisdem rebus student,
gaudium cognominantes illam et Venerem :
quam per universum gradientem nemo agnovit
mortalis. Tu vero verborum meorum ornatum non falla-
Hæc enim paria sunt cuncta et æqualia genere, [cem audi.
aliud autem alio munere fungitur et sua cuique est indoles;
per vices vero regnant, circumacto temporis orbe,
et vanescunt in se mutuo et crescunt fatalibus vicibus;
neque ad hæc subnascitur nec deperit quidquam.
Sive enim intercciderent penitus, non amplius forent;.....
Hoc autem universum quæ vis et unde profecta augeat?
Quomodo item intereant elementa, quum horum nihil sit va-
Sed ipsa sunt illa, commeantia autem per se invicem [cuum?
alias alia exsistunt perpetuo, ipsa sui semper similia.
Aliud vero tibi dicam : nec ortus est ullius rerum
mortalium, nec funestæ mortis interitus,
sed sola mixtio mixtorumque secretio,
generatio vero in his rebus ab hominibus vocatur.
Ex eo enim, quod non est, fieri nequit, ut quidquam
ens vero interire nullo pacto potest; [oriatur,
semper enim superabit, quocumque quis illud propulerit.
Sed malis utique mos est diffidere veris ac legitimis; [bent,
tu vero, quemadmodum certa Musæ nostræ argumenta ju-
teneto, mente in præcordiis divisa. [ris lucem pervaserit,
At illi, quidquid ad hominis similitudinem mixtum in æthe-
vel ex agrestium animantium genere vel fruticum
vel volucrium, id quidem natum putant;
quum vero illa secernuntur, hoc infaustum fatum [modo.
inepte appellant, sed ad consuetudinem ipse me accom-
Stulti : neque enim perspicax ipsis mentis acies est,
ut qui quod prius non erat id gigni existiment
aut emori aliquid et penitus intercidere.
Neque vir sapiens talia opinetur,
quamdiu vivant mortales, quam illi certe vitam vocant,
tamdiu ipsos esse et bona iis malaque evenire, [esse.
antequam vero concreti et postquam dissoluti sint, nihil

* * *

Ἀλλ' ἄγε, τῶνδ' ὀάρων προτέρων ἐπιμάρτυρα δέρκευ
εἴ τι καὶ ἐν προτέροισι λιπόξυλον ἔπλετο μορφῇ,
ἠέλιον μὲν λαμπρὸν ὁρᾶν καὶ θερμὸν ἁπάντῃ,
ἄμβροτα δ' ὅσσα πέλει τε καὶ ἀργέτι δεύεται αὐγῇ,
ὄμβρον δ' ἐν πᾶσι δνοφόεντά τε ῥιγαλέον τε·
ἐκ δ' αἴης προρέουσ' ἐθέλυμνά τε καὶ στερεωπά.
Ἐν δὲ κότῳ διάμορφα καὶ ἄνδιχα πάντα πέλονται,
σὺν δ' ἔβη ἐν φιλότητι καὶ ἀλλήλοισι ποθεῖται.
Ἐκ τῶν πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω,
δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες,
θῆρές τ' οἰωνοί τε καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς
καί τε θεοὶ δολιχαίωνες, τιμῇσι φέριστοι.
αὐτὰ γὰρ ἔστιν ταῦτα, δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνεται ἀλλοιωπά· διάπτυξις γὰρ ἀμείβει.

Age vero prius dictorum testimonia cerne,
si quid in præcedentibus specie infirmum fuit,
solem aspectu splendidum et omni ex parte calidum,
quæcumque immortalia sunt et candenti jubare irrigantur,
imbrem vero ante omnia obscurum atque frigidum.
E terra autem profluunt spissa quæque et densa.
At per litem deformia et divisa omnia sunt,
coëunt vero per amicitiam et se invicem exoptant.
Ex his omnia quæ fuere, quæ sunt quæque erunt aliquando,
et arbores pullulant et mares feminæque,
feræ et volucres et aquatiles pisces
atque etiam Dii longævi summis ornati honoribus.
Ipsa enim sunt illa, commeantia autem inter sese
aliam induunt formam : secretio enim ea mutat.

* * *

Ὡς δ' ὁπόταν γραφέες ἀναθήματα ποικίλλωσιν,
ἀνέρες ἀμφὶ τέχνης ὑπὸ μήτιος εὖ δεδαῶτε,
οἵτ' ἐπεὶ οὖν μάρψωσι πολύχροα φάρμακα χερσίν,
ἁρμονίῃ μίξαντε τὰ μὲν πλέω, ἄλλα δ' ἐλάσσω,
ἐκ τῶν εἴδεα πᾶσιν ἀλίγκια πορσύνουσιν,
δένδρεά τε κτίζοντε καὶ ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας,
θῆράς τ' οἰωνούς τε καὶ ὑδατοθρέμμονας ἰχθῦς,
καί τε θεοὺς δολιχαίωνας τιμῇσι φερίστους·
οὕτω μή σ' ἀπάτα φρένας, ὥς νύ κεν ἄλλοθεν εἶναι
θνητῶν, ὅσσα γε φῦλα γεγᾶσιν ἀάσπετα, πηγήν,
ἀλλὰ τορῶς τοῦτ' ἴσθι, θεοῦ πάρα μῦθον ἀκούσας.

Ut quum pictores tabulas diis sacras variis coloribus dis-
homines artem sollerti mente penitus edocti, tinguunt
qui ubi multa pigmenta manibus sumpserunt
apte miscendo hinc plura, illinc pauciora,
ex his figuras omnibus quæ exstant rebus similes efficiunt,
arbusta adumbrantes et viros et feminas,
ferasque et volucres atque aquatiles pisces,
ac deos longævos dignitate cunctis præstantes :
sic mentis errore ductus ne existimes aliam esse
mortalium, quot genera exstiterunt innumerabilia, originem,
sed certo illud teneto, ut a deo tibi traditum.

* * *

Καὶ γὰρ καὶ πάρος ἦν τε καὶ ἔσσεται, οὐδέ ποτ'
τούτων ἀμφοτέρων κεινώσεται ἄσπετος αἰών. [οἴω

Etenim et prius erant atque erunt, neque unquam, opinor,
his ambobus infinitum tempus vacabit.

* * *

Ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο κύκλοιο,
καὶ φθίνει εἰς ἄλληλα καὶ αὔξεται ἐν μέρει αἴσης.
Αὐτὰ γὰρ ἔστιν ταῦτα, δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνοντ' ἄνθρωποί τε καὶ ἄλλων ἔθνεα θηρῶν,
ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἕνα κόσμον,
ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει,
εἰσόκεν ἂν συμφύντα τὸ πᾶν ὑπένερθε γένηται.
Οὕτως ᾗ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι,
ἠδὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς πλέον' ἐκτελέθουσι,
τῇ μὲν γίγνονταί τε καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών·
ᾗ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
ταύτῃ δ' αἰὲν ἔασιν ἀκίνητον κατὰ κύκλον.

Per vices vero regnant, circumacto temporis orbe,
et vanescunt in se mutuo et crescunt fatalibus vicibus.
Ipsa enim sunt illa, commeantia autem inter sese
fiunt homines et aliarum genera animantium,
modo per amicitiam in unam rerum compagem coëuntia,
modo rursus distracta singula litis contentione,
donec quæ concreta fuerunt penitus succubuerint.
Ita quatenus unum e pluribus exsistere consuevit,
rursusque, uno dirupto, plura exoriuntur,
eatenus et nascuntur et caduco sunt ævo;
quatenus vero ea perpetuo mutari non desinunt,
eatenus semper immotum consistunt per orbem.

* * *

Τέσσαρα γὰρ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἔασι·
Ζεὺς ἀργὴς Ἥρη τε φερέσβιος ἠδ' Ἀϊδωνεὺς
Νῆστίς θ' ἣ δακρύων τέγγει κρούνωμα βρότειον.
Τῶν δὲ συνερχομένων ἐξ ἔσχατον ἵστατο νεῖκος.

Quattuor enim omnium radices primum sunt :
Jupiter candens et Juno vitalis atque Orcus
et Nestis quæ mortalibus lacrimarum fontem humectat.
His autem coëuntibus (ad) extrema recessit Discordia.

* * *

Αὐτὰρ ἐπεὶ νεῖκος μὲν ἐνέρτατον ἵκετο βένθος

Sed postquam Discordia ad ima descendit

δίνης, ἐν δὲ μέσῃ φιλότης στροφάλιγγι γένηται,
ἔνθ' ἤδη τάδε πάντα συνέρχεται, ἓν μόνον εἶναι.

vorticis, mediumque in globum amicitia penetravit,
tum hæc omnia in unum plane coëunt.

* * *

Οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν,
ἀλλ' ὅγε πάντοθεν ἶσος ἔφυ καὶ πάμπαν ἀπείρων
σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ γαίων.

nec quidquam universi vacuum est nec abundans,
sed illa exstitit undique æqualis et omnino infinita
sphæra rotunda, omni ex parte quiete gaudens.

* * *

ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο διείδεται ὠκέα κῆλα.

Ibi nec solis velocia tela dignoscuntur.

* * *

(σφαῖρον ἔην)
χωρὶς πᾶν τὸ βαρὺ χωρίς τε τὸ κοῦφον (ἔθηκε)·
ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο δεδίσκεται ἀγλαὸν εἶδος,
οὐδὲ μὲν οὐδ' αἴης λάσιον δέμας οὐδὲ θάλασσα.
Πᾶν ἐχθρὸν γὰρ ἔην ἠδ' ἄστοργον καὶ ἄκρητον.

(rotundum erat)
seorsum omne grave, seorsum omne leve (Discordia posuit);
ibi nec solis splendida facies apparet,
neque hirsutum terræ corpus neque mare.
Universum enim inimicitiæ plenum erat et amoris expers et permixtione vacuum.

* * *

Οὕτως ἁρμονίης πυκινῷ κύτει ἐστήρικται
σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ γαίων.
Αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα νεῖκος ἐνὶ μελέεσσιν ἐθρέφθη
ἐς τιμάς τ' ἀνόρουσε τελειομένοιο χρόνοιο,
ὅς σφιν ἀμοιβαῖος πλατέος παρελήλαται ὅρκου,
πάντα μάλ' ἑξείης πελεμίζετο γυῖα θεοῖο.

Sic nexus densa mole continetur
sphæra rotunda, omni ex parte quiete gaudens.
At simulatque magna discordia (divinis) in membris increverat,
potentiamque affectaverat exacto tempore,
quod ipsis per vices certo fœdere transit,
omnia deinceps quatiebantur dei membra.

* * *

...σωρευόμενον μέγεθος.....

. . . . . . coacervata magnitudo. . . . .

* * *

. . . . (δέρκευ)
τοῦτον μὲν βροτέων μελέων ἀριδείκετον ὄγκον,
ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα
γυῖα, τὰ σῶμα λέλογχε, βίου θαλέθουσιν ἐν ἀκμῇ·
ἄλλοτε δ' αὖτε κακῇσι διατμηθέντ' ἐρίδεσσι
πλάζεται ἄνδιχ' ἕκαστα περὶ ῥηγμῖνι βίοιο.
Ὡς δ' αὔτως θάμνοισι καὶ ἰχθύσιν ὑδρομελάθροις
θηρσί τ' ὀρειλεχέεσσιν ἰδὲ πτεροβήμοσι κύμβαις.

(Aspice)
insignem hanc humanorum membrorum compagem;
nunc amore conspirantia in unum cuncta
quæ corpori contigere membra in vitæ flore vigent;
nunc rursus malo discerpta dissidio
seorsum singula circa vitæ marginem oberrant.
Similiter in virgultis piscibusque aquatilibus
ferisque monticolis et alitibus avibus.

* * *

Αὐτὰρ ἐγὼ παλίνορσος ἐλεύσομαι ἐς πόρον ὕμνων,
τὸν πρότερον κατέλεξα, λόγῳ λόγον ἐποχετεύων
κεῖνον. Ἐπεὶ νεῖκος μὲν ἐνέρτατον ἵκετο βένθος
δίνης, ἐν δὲ μέσῃ φιλότης στροφάλιγγι γένηται,
ἔνθ' ἤδη τάδε πάντα συνέρχεται, ἓν μόνον εἶναι,
οὐκ ἄφαρ, ἀλλ' ἐθελημὰ συνιστάμεν' ἄλλοθεν ἄλλα.
Τῶν δέ τε μισγομένων χεῖτ' ἔθνεα μυρία θνητῶν,
πολλὰ δ' ἄμιχθ' ἕστηκε κεραιομένοισιν ἐναλλάξ,
ὅσσ' ἔτι νεῖκος ἔρυκε μετάρσιον· οὐ γὰρ ἄμ' ἀμφὶς
πῶ πᾶν ἐξέστηκεν ἐπ' ἔσχατα τέρματα κύκλου,
ἀλλὰ τὰ μέν τ' ἐνέμιμνε μελέων, τὰ δέ τ' ἐξεβεβή[κει·]
ὅσσον δ' αἰὲν ὑπεκπροθέοι, τόσον αἰὲν ἐπῄει
ἠπιόφρων φιλότητος ἀμεμφέος ἄμβροτος ὁρμή.
Αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο, τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι,

At ego rursus ingrediar viam carminum,
iis quæ prius dixi verbis verba affundens
hæcce. Postquam Discordia ad ima descendit
vorticis, mediumque in globum amicitia penetravit,
tum hæc omnia in unum plane coalescunt,
non repente, sed paullatim alia aliunde coeuntia.
His autem mixtis funduntur sexcenta mortalium genera;
multa tamen immixta restant mixtis opposita,
quotquot Discordia sublimis adhuc retinuit: nondum enim
circumcirca prorsus recessit ad ultimas orbis oras,
sed pars ejus membrorum remansit, pars excessit.
Quantum autem hæc refugeret, tantum insequebatur
clemens atque immortalis inculpatæ amicitiæ vis.
Statim mortalia facta sunt quæ prius erant immortalia,

ζωρά τε τὰ πρὶν ἄκρητα, διαλλάξαντα κελεύθους.
Τῶν δέ τε μισγομένων χεῖτ' ἔθνεα μυρία θνητῶν
παντοίης ἰδέῃσιν ἀρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι.

et mixta quæ prius pura, permutatis (vitæ) itineribus.
His autem mixtis funduntur sexcenta mortalium genera
omnibus prædita formis, mirabile visu.

* * *

Ἡ δὲ χθὼν τούτοισιν ἴση συνέκυρσε μάλιστα
Ἡφαίστῳ τ' ὄμβρῳ τε καὶ αἰθέρι παμφανόωντι,
Κύπριδος ὁρμισθεῖσα τελείοις ἐν λιμένεσσιν,
εἴτ' ὀλίγον μείζων εἴτ' οὐ πολὺ ἔσχεν ἐλάσσων·
ἐκ τῶν αἷμά τ' ἔγεντο καὶ ἄλλης εἴδεα σαρκός.

Terra autem plerumque viribus par coiit cum his:
cum Vulcano et imbre et perlucido æthere,
in Veneris jugali portu conquiescens,
sive paulo major, sive non multo minor fuit
ex his sanguis et reliqua caro facta est.

* * *

Ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος ἐν εὐτύκτοις χοάνοισιν
τὰ δύο τῶν ὀκτὼ μερέων λάχε Νήστιδος Αἴγλης,
τέσσαρα δ' Ἡφαίστοιο· τὰ δ' ὀστέα λευκὰ γένοντο,
ἁρμονίης κόλλῃσιν ἀρηρότα θεσπεσίηθεν.

At tellus benigna in vasis bene fabricatis
duas ex octo partibus sortita est pellucidæ Lymphæ,
quattuor autem Vulcani, quæ ossa alba facta sunt,
compagis vinculo divinitus constricta.

* * *

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐγόμφωσεν καὶ ἔδησεν.

ut quum coagulum constringit et colligat lac album.

* * *

Ταῦτα τρίχες καὶ φύλλα καὶ οἰωνῶν πτερὰ πυκνὰ
καὶ φλονίδες γίγνονται ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.

Hæc in pilos et frondes ac densas avium plumas
et squamas abeunt, quibus valida membra obducantur.

* * *

ἐξ ὧν ὄμματ' ἔπηξεν ἀτειρέα δῖ' Ἀφροδίτη.

e quibus oculos formavit acres diva Venus.

* * *

γόμφοις ἀσκήσασα καταστόργοις Ἀφροδίτη.

vinculis amabilibus ornans Venus.

* * *

ὡς δ' ὅτε τις πρόοδον νοέων ὡπλίσσατο λύχνον,
χειμερίην διὰ νύκτα πυρὸς σέλας αἰθομένοιο,
ἅψας παντοίων ἀνέμων λαμπτῆρας ἀμοργούς·
οἵτ' ἀνέμων μὲν πνεῦμα διασκιδνᾶσιν ἀέντων,
φῶς δ' ἔξω διαθρῶσκον, ὅσον ταναώτερον ἦεν,
λάμπεσκεν κατὰ βηλὸν ἀτειρέσιν ἀκτίνεσσιν·
ὡς δὲ τότ' ἐν μήνιγξιν ἐεργμένον ὠγύγιον πῦρ
λεπτῇς εἰν ὀθόνῃσι λοχάζετο κύκλοπα κούρην·
αἱ δ' ὕδατος μὲν βένθος ἀπέστεγον ἀμφινάοντος,
πῦρ δ' ἔξω διαθρῶσκον ὅσον ταναώτερον ἦεν,.....

Ut quum quis iter meditans lychnum præparavit,
hiemalem per noctem ignis lumen ardentis,
accensa omnium ventorum prohibitrice laterna,
quæ ventorum quidem flatus dispellit spirantium,
lux autem foras emicans quanto latius funditur,
(tanto magis) collustrat viam indomitis radiis:
ita tum ille in membranis inclusus nativus ignis
tenues intra tunicas circularem pupillam implet;
hæ vero aquæ quidem vim defendunt circumfluentis,
ignis autem foras emicans quanto latius funditur, . . .

* * *

κορυφὰς ἑτέρας ἑτέρῃσι προσάπτων
μύθων, μήτε λόγων ἀτραπὸν μίαν. . . . . . .
δὶς γὰρ καὶ τρὶς δεῖ ὅ, τι δὴ καλόν ἐστιν ἐνισπεῖν.

sermonum capita alia aliis adnectens,
neque unum disserendi tenorem (servans) . . . . .
bis enim ac ter quidquid honestum est dici convenit.

* * *

Εἰ δ' ἄγε, νῦν τοι ἐγὼ λέξω πρῶθ' ἡλίου ἀρχήν,
καὶ τίνος ἐξεγένοντο τὰ νῦν ἐσορώμενα πάντα,
γαῖά τε καὶ πόντος πολυκύμων ἠδ' ὑγρὸς ἀήρ,
Τιτὰν ἠδ' αἰθὴρ σφίγγων περὶ κύκλον ἅπαντα.

Age vero, nunc tibi dicam primum solis originem
atque unde orta sint quæ nunc cernuntur omnia,
terra atque mare undosum et liquidus aer,
Titan atque æther circumcirca omnia coercens.

* * *

Εἴπερ ἀπείρονα γῆς τε βάθη καὶ δαψιλὸς αἰθήρ,
ὡς διὰ πολλῶν δὴ βροτέων ῥηθέντα ματαίως
ἐκκέχυται στομάτων, ὀλίγον τοῦ παντὸς ἰδόντων,.....

* * *

ἥλιος ὀξυβελής, τερπνὴ δ' ἱλαρή τε σελήνη.

* * *

ἀλλ' ὁ μὲν ἀλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.

* * *

ἀνταυγεῖ πρὸς Ὄλυμπον ἀταρβήτοισι προσώποις.
ἡ δὲ φλὸξ ἱλάειρα μινυνθαδίης τύχεν αἴσης.

* * *

ὡς αὐγὴ τύψασα σεληναίης κύκλον εὐρύν.

* * *

κυκλοτερὲς περὶ γαῖαν ἑλίσσεται ἀλλότριον φῶς.
ἅρματος ὡς ἴχνος περὶ γῆν ἀνελίσσεται ἄκραν.
ἀθρεῖ μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἁγέα κύκλον.

* * *

ἀπεσκέδασεν δέ οἱ αὐγὰς
ἐς γαῖαν καθύπερθεν, ἀπεσκνίφωσε δὲ γαίης
τόσσον ὅσον τ' εὖρος γλαυκώπιδος ἔπλετο μήνης.

* * *

νύκτα δὲ γαῖα τίθησιν ὑφισταμένη φαέεσσιν.

* * *

νυκτὸς ἐρημαίης ἀλαώπιδος.

* * *

[καὶ μέλαν ἐν βυθῷ ποταμοῦ σκιόεντος ἔνεστι,
καὶ σηραγγώδεσσιν ὁμῶς καθορᾶται ἐν ἄντροις]

* * *

πολλὰ δ' ἔνερθ' ὕδεος πυρὰ καίεται.

* * *

φῦλον ἄμουσον ἄγουσα πολυσπερέων χαμασήνων.

* * *

ἅλς ἐπάγη ῥιπῇσιν ἐωσμένος ἠελίοιο.

* * *

γῆς ἱδρῶτα θάλασσαν.

* * *

(ἀλλ' αἰθὴρ) μακρῇσι κατὰ χθόνα δύετο ῥίζοις.
οὕτω γὰρ συνέκυρσε θέων τότε, πολλάκι δ' ἄλλως

* * *

Si infinita sint et terra profunda et vastus æther,
quemadmodum multi mortales temere loquentes
ore effutiunt, exiguam universi partem contemplati, . . .

* * *

Sol acute jaculans, jucunda vero lætaque luna.

* * *

Ille vero se volvendo magnum circumvehitur cœlum.

* * *

Refulgens Olympum intrepido vultu contuetur.
Læta vero lux sortem cito transituram nacta est.

* * *

Sic solis jubar feriens latum lunæ orbem.

* * *

Orbis in modum circa terram volvitur lumen alienum.
currus velut orbita circa terræ oram subvolvitur.
contuetur enim ex adverso sanctum Phœbi orbem.

* * *

dispellit solis radios
desuper in terram pertinentes, et terræ inumbrat
spatium tantum, quanta est latitudo glaucæ lunæ.

* * *

noctem vero terra facit solis luminibus objecta.

* * *

noctis desertæ ac cæcæ.

* * *

Et niger in fundo fluvii color exstat ab umbra,
atque cavernosis itidem spectatur in antris.

* * *

multi autem sub aqua ignes ardent.

* * *

(mare) inscitum genus vehens fecundorum piscium.

* * *

Sal concretus est, solis ictibus pulsatus.

* * *

mare terræ sudorem.

* * *

(sed æther) longis stridoribus terram subibat ;
ita enim tum forte accidit, ut curreret, sæpe vero aliter.

* * *

(ἔκθορε μὲν πρῶτον πῦρ) καρπαλίμως ἀνόπαιον.

*   *   *

ἄρθμια μὲν γὰρ πάνθ' αὑτῶν ἐγένοντο μέρεσσιν,
ἠλέκτωρ τε χθών τε καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
ὅσσα νυν ἐν θνητοῖσιν ἀποπλαγχθέντα πέφυκεν.
ὡς δ' αὔτως ὅσα κρᾶσιν ἐπαρκέα μᾶλλον ἔασιν,
ἀλλήλοις ἔστερκται, ὁμοιωθέντ' Ἀφροδίτῃ.
ἐχθρὰ δ' ἀπ' ἀλλήλων πλεῖστον διέχουσιν, ἄμικτα
γέννῃ τε κράσει τε καὶ εἴδεσιν ἐκμάκτοισι,
πάντῃ συγγίγνεσθαι ἀήθεα καὶ μάλα λυγρά,
νεικεογεννήτοισιν ὅτι σφίσι δύσκολος ὀργή.

*   *   *

τῇδε μὲν οὖν ἰότητι τύχης πεφρόνηκεν ἅπαντα.

*   *   *

καὶ καθόσον μὲν ἀραιότατα ξυνέκυρσε πεσόντα.

*   *   *

πυρὶ δ' αὔξάνεται πῦρ,
αὔξει δὲ χθὼν μὲν σφέτερον δέμας, αἰθέρα δ' αἰθήρ.

*   *   *

ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας. . . . .

*   *   *

σφεδανὴν φιλότητα.

ΕΚ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΤΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ.

Εἰ δ' ἔτι σοι περὶ τῶνδε λιπόξυλος ἔπλετο πίστις,
πῶς ὕδατος γαίης τε καὶ αἰθέρος ἠελίου τε
κιρναμένων χροιαί τ' εἴδη τε γενοίατο θνητῶν
τόσσ', ὅσα νῦν γεγάασι συναρμοσθέντ' Ἀφροδίτῃ . .

*   *   *

πῶς καὶ δένδρεα μακρὰ καὶ εἰνάλιοι χαμασῆνες...

*   *   *

ὡς τότ' ἔπειτ' ἐδίηνε Κύπρις χθόνα δηρὸν ἐν ὄμβρῳ,
εἴδεα καὶ ποιοῦσα θοῷ πυρὶ δῶκε κρατῦναι

*   *   *

τῶν δ' ὅσ' ἔσω μὲν πυκνά, τὰ δ' ἔκτοθι μανὰ πέπηγε,
Κύπριδος ἐν παλάμῃς πλάσιος τοιῆσδε τυχόντα. .

*   *   *

οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ μακρὰ δένδρεα πρῶτον ἐλαίας.

*   *   *

οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι καὶ ὑπέρφλοα μῆλα.

*   *   *

(primum quidem ignis) raptim sublimis (emicuit).

*   *   *

Congruentia enim omnia cum suis quæque partibus exsti- [terunt,
ignis terraque et cœlum atque mare,
quæcunque inde delibatæ nunc inter res mortales errant.
Similiter quæ ad miscendum magis idonea sunt,
mutuo sese amant, Venere consociata.
Infesta vero a se invicem multum distant, dissociabilia
genere et temperie et formarum effigie,
coalescere omnino insueta valdeque tristia,
quoniam ipsis discordi ingenio natis morosa est indoles.

*   *

Hac igitur Fortunæ voluntate sapiunt omnia.

*   *   *

Et quidem quatenus forte accidit, ut tenuissimæ partes [con-
gregarentur.

*   *

igne vero augescit ignis,
terra suum auget corpus, aerem aer.

*   *   *

farinam aqua conglutinans. . . . .

*

amicitiam vehementem.

E SECUNDO PHYSICORUM.

Si vero tibi adhuc de his rebus fluxa fides est,
quomodo aqua et terra atque aere igneque
mixtis colores formæque mortalium fiant,
tot numero, quot nunc exstant a Venere conflata. . .

*   *   *

quomodo et arbores proceræ et marini pisces . . . . .

*   *   *

sic tum Venus terram diu imbre humectavit, [dit.
mortalium etiam figuras formans celeri igni durandas de-

*   *   *

Horum interiora densa, exteriora rara facta sunt,
Veneris arte talem adepta figuram. . . . .

*   *   *

ita arbores proceræ quasi ova pariunt, primum olivas.

*   *   *

quoniam serotina punica et succosa mala.

*   *   *

οἶνος ὑπὸ φλοιῷ πέλεται σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ.

Vinum sub cortice est putrefacta in ligno aqua.

* * *

εἰ γάρ ταῦτ' ἀδινῇσι τορῶς πραπίδεσσι νοήσας
εὐμενέως καθαρῇσιν ἐποπτεύσῃς μελέτῃσιν,
ταῦτά τε σοι μάλα πάντα δι' αἰῶνος παρέσονται,
ἄλλα τε πόλλ' ἀπὸ τῶν κεκτήσεαι· αὐτὰ γὰρ αὔξει
ταῦτ' ὀργὴ κατὰ φῶτας, ὅπῃ φύσις ἐστὶν ἑκάστῳ.
εἰ δὲ σύ γ' ἀλλοίων ἐπορέξεαι οἷα κατ' ἄνδρας
μυρία δεινὰ πέλονται, τάτ' ἀμβλύνουσι μερίμνας,
ζῆν ἄφαρ ἐκλείψουσι περιπλομένοιο χρόνοιο
σφῶν αὐτῶν ποθέοντα φίλην ἐπὶ γένναν ἱκέσθαι·
πάντα γὰρ ἴσθι φρόνησιν ἔχειν καὶ νώματος αἶσαν.

Si enim ista densis præcordiis diligenter percepta
benevole pura mentis agitatione contemplatus fueris,
et hæc tibi cuncta perpetuo aderunt,
et alia multa inde orta possidebis; ipsa enim auget
hæc inter mortales cupiditas, prout cuique ingenium est.
Quodsi diversa desiderabis qualia inter homines
infinita sunt mala, mentis hebetantia curam,
vitam cito relinquent circumacto temporis orbe,
ad suum quæque carissimum genus venire cupientia;
omnia enim scito intellectus et mentis esse consortia.

* * *

μειλιχίη τε χάρις στυγέει δύστλητον ἀνάγκην.

blandaque Gratia intolerabilem horret Necessitatem.

* * *

τοῦτο μὲν ἐν κόγχαισι θαλασσονόμοις βαρυνώτοις
καὶ ἐπὶ κηρύκων τε λιθοῤῥίνων τε χελωνῶν,
ἔνθ' ὄψει χθόνα χρωτὸς ὑπέρτατα ναιετάουσαν.

Id quidem in conchis marinis gravi tergo onustis
atque in buccinis et saxea cute testudinibus,
in quibus videbis terram corporis summa tenentem.

* * *

αὐτὰρ ἐχίνοις
ὀξυβελεῖς χαῖται νώτοις ἐπιπεφρίκασιν.

at echinis
terga setis tanquam spiculis horrent.

* * *

Κύπριδος ἐν παλάμῃσιν ὅτε ξύμπρωτ' ἐφύοντο.

quando primum Veneris arte exstiterunt.

* * *

πολυαίματον ἧπαρ.
ᾗ πολλαὶ μὲν κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν,
γυμνοὶ δ' ἐπλάζοντο βραχίονες εὔνιδες ὤμων,
ὄμματά τ' οἶ' ἐπλανᾶτο πενητεύοντα μετώπων.

jecur multo præditum sanguine.
Quomodo multa quidem capita cervicibus orba pullula-
nuda vero brachia humeris vidua vagabantur, [runt,
oculique soli oberrabant frontibus carentes.

* * *

αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μεῖζον ἐμίσγετο δαίμονι δαίμων,
ταῦτά τε συμπίπτεσκον ὅπῃ συνέκυρσεν ἕκαστα,
ἄλλα τε πρὸς τοῖς πολλὰ διηνεκὲς ἐξεγένοντο.

At postquam magis consociatæ sunt divinæ naturæ,
et ista coierunt, prouti quæque forte obvia fuerant,
et alia ad hæc multa continenter exorta sunt.

* * *

πολλὰ μὲν ἀμφιπρόσωπα καὶ ἀμφίστερν' ἐφύοντο,
βουγενῆ ἀνδρόπρωρα, τὰ δ' ἔμπαλιν ἐξανέτελλον
ἀνδροφυῆ βούκρανα, μεμιγμένα τῇ μὲν ἀπ' ἀνδρῶν,
τῇ δὲ γυναικοφυῆ, τρυφεροῖς ἠσκημένα γυίοις.

Multa quidem creverunt bifrontia et bipectora,
illa quidem bove nata humana facie, hæc contra exstitere
hominibus genita bovino capite; alia partim e maribus
partim muliebri sexu, mollibus ornata membris. [mixta,

* * *

εἰλίποδ' ἀκριτόγυια.

flexis pedibus, membris indiscretis.

* * *

νῦν δ' ἄγ', ὅπως ἀνδρῶν τε πολυκλαύτων τε γυναι-
ἐννυχίους ὅρπηκας ἀνήγαγε κρινόμενον πῦρ, [κῶν
τῶνδε κλύ'· οὐ γὰρ μῦθος ἀπόσκοπος οὐδ' ἀδαήμων.
οὐλοφυεῖς μὲν πρῶτα τύποι χθονὸς ἐξανέτελλον,

[lacrimosarum
Nunc vero age, [ut discas] quomodo virorum mulierumque
nocturnam prolem secedens flamma produxerit, [ratio est.
hæc audi; haud enim aliena a proposito neque indocta nar-
Primum integra hominum simulacra e tellure prodibant,

ἀμφοτέρων ὕδατός τε καὶ οὔδεος αἶσαν ἔχοντες.
τοὺς μὲν πῦρ ἀνέπεμπ' ἐθέλον πρὸς ὁμοῖον ἱκέσθαι,
οὔτε τι πω μελέων ἐρατὸν δέμας ἐμφαίνοντας,
οὔτ' ἐνοπὴν οὔτ' αὖ ἐπιχώριον ἀνδράσι γυῖον.

utriusque elementi, aquæ et terræ, consortia :
hæc emittebat ignis ad sui similem naturam tendens,
nondum venustam membrorum figuram habentia,
nec vocem nec proprium quidem hominibus genitale.

* * *

ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις· ἡ μὲν ἐν ἀνδρός,
ἡ δὲ γυναικὸς ἐν. . . . .

sed discerpta est membrorum natura, partim in viri,
partim in mulieris (semine inclusa).

* * *

τοὺς δέ τε καὶ πόθος εἷλε δι' ὄψιος ἀμμιχθέντας.

hos etiam congregatos conversantesque oculorum obtutu
[cepit desiderium.

* * *

ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖς ἄρσεν, τελέθουσι γυναικῶν
ψύχεος ἀντιάσαντα (γένη).

infunditur puris locis mas, fit autem feminarum
genus, postquam frigus nactum est.

* * *

λιμένας σχιστοὺς Ἀφροδίτης.

bifidos Veneris portus.

* * *

ἐν γὰρ θερμοτέρῳ τὸ κατ' ἄρρενας ἔπλετο γαστρός·
καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἀνδρωδέστεροι ἄνδρες
καὶ λαχνήεντες μᾶλλον.

In calidiore enim ventris parte est marium locus;
ideoque nigri sunt viri et robustiores
et magis hirsuti (quam feminæ).

* * *

δοιῶν δ' ἐξ ἄρθρων ἁρμὸς συμπήγνυται αἰεί.

Articulis semper constat junctura duobus.

* * *

(τὸ γάλα)
μηνὸς ἐν ὀγδοάτου δεκάτῃ πύον ἔπλετο λευκόν.

(lac)
decimo octavi mensis die exstitit pus album.

* * *

γνῶθ', ὅτι πάντων εἰσὶν ἀποῤῥοαί, ὅσσ' ἐγένοντο.

Scito rerum omnium, quæ ortæ sunt, esse effluvia.

* * * [ὄρουσεν,
ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν
ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ.

sic dulcia quærunt dulcia, amara advolant ad amara,
acuta petunt acuta, calida coeunt cum calidis.

* * *

οἴνῳ ὕδωρ μᾶλλον πέλει ἄρθμιον, αὐτὰρ ἐλαίῳ
οὐκ ἐθέλει.

Aqua cum vino facilius consociatur, sed cum oleo
misceri non vult.

* * *

βύσσῳ δὲ ξανθῇ κόκκου καταμίσγεται (ἄνθος).

Bysso autem flavæ coccineus color admiscetur.

* * *

ὧδε δ' ἀναπνεῖ πάντα καὶ ἐκπνεῖ· πᾶσι λίφαιμοι
σαρκῶν σύριγγες πύματον κατὰ σῶμα τέτανται,
καί σφιν ἐπὶ στομίοις πυκναῖς τέτρηνται ἄλοξιν
ῥινῶν ἔσχατα τέρθρα διαμπερές, ὥστε φόνον μὲν
κεύθειν, αἰθέρι δ' εὐπορίην διόδοισι τετμῆσθαι.
ἔνθεν ἔπειθ' ὁπόταν μὲν ἀπαΐξῃ τέρεν αἷμα,
αἰθὴρ παφλάζων κατανίσσεται οἴδματι μάργῳ,
εὖτε δ' ἀναθρώσκῃ, πάλιν ἐκπνεῖ, ὥσπερ ὅταν παῖς,

Sic autem respirant omnia et exspirant. Omnibus exsan-
carnis fistulæ summum per corpus porriguntur, [gues
et ipsis ad illarum oscilla crebris foraminibus terebrata est
penitus narium prominens extremitas, ita ut cruorem qui-
cohibeant, aëri vero facilis via per meatus patefacta sit. [dem
Illinc tum quum resiluerit tenuis sanguis,
aër fervens descendit vehementi æstu; [puella
quum vero prosiluerit, rursus exspirat aër. Ut quando

κλεψύδρης παίζησι διιπετέος χαλκοῖο,
εὖτε μὲν αὐλοῦ πορθμὸν ἐπ' εὐειδεῖ χερὶ θεῖσα
εἰς ὕδατος βάπτησι τέρεν δέμας ἀργυρέοιο,
οὐ τότ' ἐς ἄγγοσδ' ὄμβρος ἐσέρχεται, ἀλλά μιν εἴργει
ἀέρος ὄγκος ἔσωθε πεσὼν ἐπὶ τρήματα πυκνά,
εἰσόκ' ἀποστεγάσῃ πυκινὸν ῥόον· αὐτὰρ ἔπειτα
πνεύματος ἐλλείποντος ἐσέρχεται αἴσιμον ὕδωρ.
ὣς δ' αὔτως θ' ὕδωρ μὲν ἔχῃ κάτα βένθεα χαλκοῦ,
πορθμοῦ χωσθέντος βροτέῳ χροῒ ἠδὲ πόροιο,
αἰθὴρ ἐκτὸς ἔσω λελιημένος ὄμβρον ἐρύκει
ἀμφὶ πύλας ἰσθμοῖο δυσηχέος, ἄκρα κρατύνων,
εἰσόκε χειρὶ μεθῇ· τότε δ' αὖ πάλιν, ἔμπαλιν ἢ πρίν,
πνεύματος ἐμπίπτοντος ὑπεκθέει αἴσιμον ὕδωρ.
ὣς δ' αὔτως τέρεν αἷμα κλαδασσόμενον διὰ γυίων
ὁππότε μὲν παλίνορσον ἀπαΐξειε μυχόνδε,
αἰθέρος εὐθὺς ῥεῦμα κατέρχεται οἴδματι θῦον,
εὖτε δ' ἀναθρώσκῃ, πάλιν ἐκπνεῖ ἶσον ὀπίσσω.

* * *

κέμματα θηρείων μελέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶν.

* * *

ὧδε μὲν οὖν πνοιῆς τε λελόγχασι πάντα καὶ ὀσμῶν

* * *

σάρκινον ὄζον.

* * *

(ὀφθαλμῶν) μία γίγνεται ἀμφοτέρων ὄψ.

* * *

αἵματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένη ἀντιθροοῦντος,
τῇ τε νόημα μάλιστα κυκλίσκεται ἀνθρώποισιν·
αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.

* * *

πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισιν.

* * *

ὅσσον τ' ἀλλοῖοι μετέφυν, τόσον ἄρ σφισιν αἰεὶ
καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίστατο.

* * *

γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
στοργῇ δὲ στοργήν, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ·
ἐκ τούτων γὰρ πάντα πεπήγασιν ἁρμοσθέντα,
καὶ τούτοις φρονέουσι καὶ ἥδοντ' ἠδ' ἀνιῶνται.

* *

ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΤΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ.

Εἰ γὰρ ἐφημερίων ἕνεκέν τί σοι, ἄμβροτε Μοῦσα,

clepsydra ludit fulgentis æris,
quum tubi os pulchræ manui impositum
immerserit in mollem argenteæ aquæ liquorem,
lympha quidem in vas non intrat, sed arcet eam
aëris moles extrinsecus crebris foraminibus allapsa,
donec detexerit densum aëris fluxum; tum vero
aura deficiente utilis humor ingreditur.
Similiter quando aqua tenet fundum aheni,
tubi ore et meatu humana manu obstructo,
aër extrinsecus ingruens cohibet imbrem
circum isthmi strepentis portas, extrema obtinens,
donec manu remittat (virgo); tum vero rursus, contra quam
illabente aura, effugit utilis humor. [antea,
Similiter ergo tenuis sanguis per membra agitatus
quando refugiens interiora subit,
statim aëris fluctus descendit æstuans;
quando autem prosilit, alter pariter retroactus exspirat.

* * *

Ferinorum membrorum cubilia naribus indagans.

* * *

Sic igitur spiritum et odoratum cuncta sortita sunt.

* * *

carneum nodum.

* * *

(oculorum) unus est amborum obtutus.

* * *

(Mens) sanguinis in undis alitur obstrepentis,
ubi intellectus præcipue versatur in hominibus:
sanguis enim cordi suffusus hominibus est intellectus.

* * *

Pro re præsenti enim sapientia crescit hominibus.

* * *

Quatenus variato corpore mutantur, eatenus semper iis
etiam varie sapere contingit.

* * *

Terra enim terram cognoscimus, aqua vero aquam,
æthere autem ætherem divinum, sed igne ignem edacem,
amore amorem litemque lite funesta:
ex his enim omnia conflata constant,
perque hæc sapiunt et gaudent ac dolent.

* * *

E TERTIO PHYSICORUM.

Si enim mortalium causa tibi, Musa immortalis,

ἡμετέρης ἔμελεν πρώην διὰ φροντίδος ἐλθεῖν,
εὐχομένῳ νῦν αὖτε παρίστασο, Καλλιόπεια,
ἀμφὶ θεῶν μακάρων ἀγαθὸν λόγον ἐμφαίνοντι.

curæ erat nuper in mentem mihi venire,
precanti nunc rursus ades, Calliopea,
de diis beatis bona verba dicenti.

* * *

ὄλβιος ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
δειλὸς δ' ᾧ σκοτόεσσα θεῶν πέρι δόξα μέμηλεν.

Beatus qui divinæ mentis amplitudinem nactus est,
miser cui obscura de diis opinio placet.

* * *

οὐκ ἔστιν πελάσασθ' οὐδ' ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτὸν
ἡμετέροις ἢ χερσὶ λαβεῖν, ἧπερ γε μεγίστη
πειθοῦς ἀνθρώποισιν ἀμαξιτὸς εἰς φρένα πίπτει.
οὔτε γὰρ ἀνδρομέῃ κεφαλῇ κατὰ γυῖα κέκασται,
οὐ μὲν ἀπαὶ νώτοιο δύο κλάδοι ἀΐσσονται,
οὐ πόδες, οὐ θοὰ γοῦν', οὐ μήδεα λαχνήεντα,
ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μοῦνον,
φροντίσι κόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα θοῇσιν.

(Deo) appropinquare non possumus, neque oculis eum asse-
nostris, nec manibus prehendere, quæ quidem amplissima[qui
persuasionis via in hominum mentem se insinuat.
Neque enim humano capite in corpore ornatus est,
neque ei e dorso duo prosiliunt rami,
non pedes, non agilia genua, non penis hirsutus,
sed mens tantum est sancta atque immensa,
cogitatione celeri mundum universum percurrens.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΘΑΡΜΩΝ.

E LUSTRALIBUS CARMINIBUS.

Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλευς, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔρ-
ξείνων αἰδοῖοι λιμένες, κακότητος ἄπειροι, [γων,
χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς
πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε,
ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις.
Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα,
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι· οἱ δ' ἅμ' ἕπονται
μυρίοι, ἐξερέοντες ὅπῃ πρὸς κέρδος ἀταρπός,
οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δ' ἐπὶ νούσων
(δηρὸν δὴ χαλεπῇσι πεπαρμένοι ἀμφ' ὀδύνῃσι)
παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐηκέα βάξιν. [πρήσσων,
Ἀλλὰ τί τοῖσδ' ἐπίκειμ', ὡσεὶ μέγα χρῆμά τι
εἰ θνητῶν περίειμι πολυφθορέων ἀνθρώπων;

O amici qui magnam flavi Acragantis urbem
summa in parte habitatis, honestarum rerum studiosi,
venerabiles hospitum portus, pravitatis immunes,
salvete! ego vobis non amplius mortalis sed immortalis
versor inter omnes cultus, ut par est, [deus
vittis cinctus coronisque convivalibus.
Quorum quando florentes urbes intravi,
simul a viris et mulieribus honoror, qui me comitantur
innumeri, percontantes qua lucri via pateat,
alii vaticiniis indigentes, alii in morbis
(diu quippe sævis cruciati doloribus)
variis lenientia verba audire quærunt.
Cur vero his insisto, quasi magnum quid agam,
si caducis antecello mortalibus?

* * *

ὦ φίλοι, οἶδα μὲν οὖν ὅτ' ἀληθείη παρὰ μύθοις,
οὓς ἐγὼ ἐξερέω· μάλα δ' ἀργαλέη γε τέτυκται
ἀνδράσι καὶ δύσζηλος ἐπὶ φρένα πίστιος ὁρμή.

O amici, certo quidem scio veritatem adesse verbis,
quæ ego enuntiabo, sed admodum molestus saltem est
hominibus et invidiosus fidei in animum illapsus.

* * *

σαρκῶν ἀλλογνῶτι περιστέλλουσα χιτῶνι.

(Natura) alieno induens eos carnis amictu.

* * *

ἀμφιβρότην χθόνα,
ἐκ μὲν γὰρ ζώων ἐτίθει νεκρά, εἴδε' ἀμείβων.

(corpus) tellurem homines circumdantem.
E vivis enim mortua faciebat, species commutans.

* * *

οὐδέ τις ἦν κείνοισιν Ἄρης θεὸς οὐδὲ Κυδοιμὸς
οὐδὲ Ζεὺς βασιλεὺς οὐδὲ Κρόνος οὐδὲ Ποσειδῶν,
ἀλλὰ Κύπρις βασίλεια.
τὴν οἵγ' εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν ἱλάσκοντο
γραπτοῖς τε ζῴοισι μύροισί τε δαιδαλεόδμοις
σμύρνης τ' ἀκρήτου θυσίαις λιβάνου τε θυώδους,

Neque iis Mars ullus erat deus neque Tumultus,
neque rex Jupiter neque Saturnus neque Neptunus,
sed regina Venus :
quam illi piis placare solebant signis
et pictis imaginibus unguentisque fragrantibus
myrrhæque puræ et turis odorati suffitu,

ξουθῶν τε σπονδὰς μελίτων ῥιπτοῦντες ἐς οὖδας·
ταύρων δ' ἀκρήτοισι φόνοις οὐ δεύετο βωμός,
ἀλλὰ μύσος τοῦτ' ἔσκεν ἐν ἀνθρώποισι μέγιστον,
θυμὸν ἀποῤῥαίσαντας ἐέδμεναι ἠέα γυῖα.
ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδὼς
ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
παντοίων τὰ μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων.
ὁππότε γὰρ πάσῃσιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσιν,
ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσσεσκεν ἕκαστον,
καί τε δέκ' ἀνθρώπων καί τ' εἴκοσιν αἰώνεσσιν.

et flavi libamenta mellis in solum fundentes.
Non vero taurorum mero cruore imbuebatur ara,
sed piaculum id erat inter homines maximum,
ereptâ animâ mansueta comedere membra.
Erat vero inter illos vir quidam admodum doctus
qui amplissimas ingenii opes possidebat,
variis doctrinæ studiis maxime imbutus.
Quando enim tota mente contenderet,
facile perspiciebat singula ex isto rerum omnium numero,
quæ tum decem, tum viginti hominum sæculis usu veniunt.

* * *

ἦσαν γὰρ κτίλα παντα καὶ ἀνθρώποισι προσηνῆ,
φῆρές τ' οἰωνοί τε, φιλοφροσύνη τε δεδήει,
δένδρεα δ' ἐμπεδόφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα τεθήλει,
καρπῶν ἀφθονίῃσι κατήρεα πάντ' ἐνιαυτόν.

Erant enim mansueta omnia et mitia hominibus,
feræque volucresque, et benevolentia vigebat,
arbores autem perpetuo frondentes semperque frugiferæ
pomorum copia obsitæ totum per annum. [florebant,

* * *

οὐ πέλεται τοῖς μὲν θεμιτὸν τόδε, τοῖς δ' ἀθέμιστον,
ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον διά τ' εὐρυμέδοντος
αἰθέρος ἠνεκέως τέταται διά τ' ἀπλέτου αὐγῆς.

Non aliis hoc fas est, aliis nefas,
sed communis omnium lex perque late dominantem
aërem perque immensum cœli lumen uno tenore patet.

* * *

οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος; οὐκ ἐσορᾶτε
ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;

Nonne desistetis a cæde horrisona? nonne videtis
viscera vos vestra mutua socordia dilaniare?

* * *

μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
σφάζει ἐπευχόμενος, μέγα νήπιος· ὃς δ' ἐβόησε
λισσόμενος θύοντ'· ὁ δ' ἀνηκούστησεν ὁμοκλέων,
σφάξας δ' ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνατο δαῖτα.
ὣς δ' αὔτως πατέρ' υἱὸς ἑλὼν καὶ μητέρα παῖδες
θυμὸν ἀποῤῥαίσαντε φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσιν.

Mutata filium dilectum forma pater sublimem raptum
cædit preces fundens, admodum stolidus; sus autem clamat
supplicans furenti : hic vero non exaudit vociferationem,
sed jugulata victima epulas impias in ædibus parat.
Pariter patrem arripiens filius matremque liberi,
erepta anima, cognatorum caras devorant carnes.

* * *

ἐν θήρεσσι λέοντες ὀρειλεχέες χαμαιεῦναι
γίγνονται, δάφναι δ' ἐνὶ δένδρεσιν ἠϋκόμοισιν.

Inter feras leones in montibus et humi cubantes
evadunt, lauri autem inter arbores pulchre comatas.

* * *

δάφνης γὰρ χλωρῶν φύλλων ἄπο πάμπαν ἔχεσθε.

A viridibus lauri foliis plane abstinete!

* * *

δειλοί, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε.

Miseri, heu miseri, a fabis abstinete manus.

* * *

κρηνάων ἀπὸ πέντ' ἀνιμῶντας ἀτειρέϊ χαλκῷ
χρὴ μὲν ἀποῤῥύπτεσθαι. . . . . .

Quinque e fontibus haurientes duro ære
ablui oportet.

* * *

νηστεῦσαι κακότητος.

abstemius esto malitiæ.

τοιγάρτοι χαλεπῇσιν ἀλύοντες κακότησιν
οὔποτε δειλαίων ἀχέων λωφήσετε θυμόν.

Propterea, quia feroci exsultatis improbitate,
nunquam ab anxiis ægritudinibus animo requiescetis.

* * *

εἰς δὲ τέλος μάντεις τε καὶ ὑμνοπόλοι καὶ ἰητροὶ
καὶ πρόμοι ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισι πέλονται,
ἔνθεν ἀναβλαστοῦσι θεοὶ τιμῇσι φέριστοι,
ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι, ἔν τε τραπέζαις
εὔνιες ἀνδρείων ἀχέων, ἀπόκηροι, ἀτειρεῖς.

ΕΚ ΤΩΝ ΙΑΤΡΙΚΩΝ.

Φάρμακα δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν καὶ γήραος ἄλκαρ
πεύσῃ, ἐπεὶ μούνῳ σοι ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα·
παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἄρουραν,
καὶ πάλιν, εὖτ' ἐθέλησθα, παλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις·
θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα καλὸν θέρος ἀρδεύσοντα,
ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων' Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον Ἀγχίτου υἱόν,
φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα·
ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Περσεφόνης θαλάμων.

(πρὸς Τηλαύγη, ὥς φασιν)
. . . . . . κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε

(Ἐμπεδοκλέους ἢ ἄλλου ποιητοῦ)
Ἶρις δ' ἐκ πελάγους ἄνεμον φέρει ἢ μέγαν ὄμβρον.

Postremo vates et poetæ et medici
et principes terrestribus hominibus exsistunt,
e quibus oriuntur dii honoribus præcellentes,
immortalibus aliis contubernales atque inter cœnam
humanis vacui ærumnis, fati et interitus expertes.

E MEDICO CARMINE.

Medicamina quotquot sunt, morborum seniique remedia,
percipies, quoniam tibi uni hæc ego omnia præstabo.
Compesces et pertinacium vim ventorum, qui per terras
exorti flatibus vastant agros;
rursusque, si velis, contraria spiramina immittes.
E nigro imbre opportunam reddes siccitatem
hominibus, et vicissim e siccitate æstiva reduces
imbres arboribus salubres pulchram segetem irrigaturos,
suscitabis item ex Orco virum defunctum.

EPIGRAMMATA.

Acronem Agrigentinum summum summo patre medicum
celsus habet tumulus præcelsæ patriæ.

Medicum Pausaniam jure nominatum, Anchiti filium,
germanum Æsculapii nepotem Gela aluit patria:
qui multos tristibus morbis marcescentes
viros a Proserpinæ thalamis retinuit.

(Ad Telaugem, ut ferunt)
. . . . . . inclyte Theanus et Pythagoræ fili!

(Empedoclis vel alius poetæ)
Iris autem e mari ventum vel magnum imbrem inducit.

COMMENTARIUS

IN EMPEDOCLIS CARMINUM RELIQUIAS.

Vss. 1-10. Ἔστιν Ἀνάγκης χρῆμα—πίσυνος] Plutarchus de exsilio p. 607, laudat vss. 1-9 omissis versibus 2, 7 et 10. — Vss. 1 et 2 affert Origenes (Hippolytus) p. 251, ed. Miller; Simplicius, Phys. VIII, f. 272 B; Porphyrius ap. Stob. Ecl. II, 8 p. 384 ed. Heer. (tom. II, p. 664 ed. Gaisf.) inde a verbis θεῶν ψηφ. Vss. 4 et 8 reperiuntur apud Origenem (Hippolytum) in hæresium omnium refutatione, pag. 249. Vss. 6 et 7 juncti exstant apud Origenem c. Cels. VIII, 53 pag. 780 E, ed. Delarue. Vss. 9 et 10 jungunt Hierocles ad aur. carm. p. 143 ed. nostr. Plotinus Ennead. IV, VIII, 1 p. 468 C. Asclepius Schol. in Aristot. Metaphysicor. lib. II, cap. 4, p. 629 A, ed. Brand. Philoponus in Physic. lib. I pag. 10 A; id. de Gener. et Corr. II, f. 59 A; de Anim. lib. 1 pag. 1 C. Dictum φυγὰς θεόθεν κ. ἀ est apud Porphyr. Sentent. 41 p. 476 ed. Cantabr. Proclum in Parm. t. IV, p. 141 ed. Cousin. Hermiam in Plat. Phædr. p. 148 ed. Ast. Plutarcho teste Empedocles opus quod de rerum natura conscripserat ab his versibus exorsus est. Ait enim: Ὁ δ' Ἐμπεδοκλῆς ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας προαναφωνήσας· Ἔστιν Ἀνάγκης χρῆμα κτλ. Hippolytus vero p. 249 hæc de Empedocle tradit: Τοιοῦτόν τι καὶ κάλλιστον εἶδος τοῦ κόσμου ἡ φιλία ἐκ πολλῶν ἓν ἀπεργάζεται· τὸ δὲ νεῖκος τὸ τῆς τῶν κατὰ μέρος διακοσμήσεως αἴτιον ἐξ ἑνὸς ἐκείνου ἀποσπᾷ καὶ ἀπεργάζεται πολλά· καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει περὶ τῆς ἑαυτοῦ γεννήσεως ὁ Ἐμπεδοκλῆς·

τῶν καὶ ἐγώ εἰμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης,

τουτέστι θεὸν καλῶν τὸ ἓν καὶ τὴν ἐκείνου ἑνότητα, ἐν ᾧ ἦν πρὶν ὑπὸ τοῦ νείκους ἀποσπασθῆναι καὶ γενέσθαι ἐν τοῖς πολλοῖς τούτοις τοῖς κατὰ τὴν τοῦ νείκους διακόσμησιν. Νείκη (leg. Νεῖκος) γάρ φησι μαινόμενον, καὶ τεταραγμένον καὶ ἄστατον τὸν δημιουργὸν τόνδε (leg. τοῦδε) τοῦ κόσμου ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἀποκαλῶν· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ καταδίκη καὶ ἀνάγκη τῶν ψυχῶν, ὧν ἀποσπᾷ τὸ νεῖκος ἀπὸ τοῦ ἑνὸς καὶ δημιουργεῖ καὶ ἐργάζεται λέγων (fortasse scribendum ἐργάζεται. Λέγει οὖν) τοιοῦτόν τινα τρόπον·

ὅς καὶ ἐπίορκον ἁμαρτήσας ἐπομόσει
δαιμόνιοί τε μακραίωνος λελάχασι βίοιο,

δαίμονας τὰς ψυχὰς λέγων μακραίωνας, ὅτι εἰσὶν ἀθάνατοι καὶ μακροὺς ζῶσιν αἰῶνας·

τρὶς μὲν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθε,

μακαρίας (leg. vel μακαρίους vel si poëticam vocem servavit Hippolytus μάκαρας) καλῶν τοὺς συνηγμένους ὑπὸ τῆς φιλίας ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰς τὴν ἑνότητα τοῦ κόσμου τοῦ νοητοῦ. Τούτους οὖν φησιν ἀλάλησθαι καὶ

φυομένους παντοῖα διὰ χρόνον ἴδεα θνητῶν
ἀργαλέας βιότοιο μεταλλάσσοντα κελεύθους.

Ἀργαλέας κελεύθους φησὶν εἶναι τῶν ψυχῶν τὰς εἰς τὰ σώματα μεταβολὰς καὶ μετακοσμήσεις. Idem scriptor primos duo prooemii versus pag. 251 allegat hæc præfatus: Τοῦτον εἶναί φησιν ὁ Ἐμπεδοκλῆς νόμον μέγιστον τῆς τοῦ παντὸς διοικήσεως, λέγων ὧδέ πως·

Ἔστι τί ἀνάγκη χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν,
ἀΐδιον, πλατέεσσι κατεσφρηγισμένον ὅρκοις·

ἀνάγκην καλῶν τὴν ἐξ ἑνὸς εἰς πολλὰ κατὰ τὸ νεῖκος καὶ ἐκ πολλῶν εἰς ἓν κατὰ τὴν φιλίαν μεταβολήν. Quæ in ipsius Hippolyti verbis relicta ab editore erant menda appositis uncis sustuli, ita tamen ut versuum Empedocleorum quibus tanquam flosculis orationem suam conspersit, rationem non haberem. De his igitur ut de ceteris hujus loci versibus breviter dicendum.

Vs. 1. ἔστιν ἀνάγκης jam Reiskius apud Plutarchum scripsit pro vulg. ἐστί τι ἀν. vel ἔστι τι ἀνάγκης, cujus loco Hippolytus habet ἔστι τί ἀνάγκη. Simplicius non ψήφισμα, sed σφράγισμα exhibet quod librariorum negligentiæ ascribendum. — Vs. 2. Pro πλατέεσσι male Origenes πλατέεσι. Idem cum Stobæo pro κατεσφρηγισμένον præbet κατεσφραγισμένον. — Vs. 3. Pro ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ Panzerbieterus p. 2 legendum conjecit ἀμπλακίῃσι φρενῶν collato Pindaro Pyth. 3, 24 ἀμπλακίαισι φρενῶν dicente et Empedoclis versu 441 ἀκηδείῃσι νόοιο. Conjectura hæc vel propterea repudianda, quod φόνῳ tuetur Plutarchus de esu carn. orat. I extr.: Ἀλληγορεῖ γὰρ ἐνταῦθα (ὁ Ἐμπεδοκλῆς) τὰς ψυχάς, ὅτι φόνων καὶ βρώσεως σαρκῶν καὶ ἀλληλοφαγίας δίκην τίνουσαι σώμασι θνητοῖς ἐν-

δέδενται. Qui scriptor cædem universe intelligit violentam quandam et improbam cupidinem. Namque interjectis aliquot verbis quæ ad Titanes referuntur sic pergit : Τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν ἄλογον καὶ ἄτακτον καὶ βίαιον, οὐ θεῖον, ἀλλὰ δαιμονικόν, οἱ παλαιοὶ Τιτᾶνας ὠνόμασαν, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ κολαζόμενον καὶ δίκην διδόν. Cæterum neminem puto futurum qui contendat desiderari inter ἀμπλακίῃσι et φόνῳ voculam ad ligandam orationem accommodatam. Id enim speciosius quam verius dictum esset. Paulo aliter quidem, sed tamen similiter Euripides Iph. Aul. vs. 975-976 :

> Τάχ' εἴσεται σίδηρος, ὃν πρὶν εἰς Φρύγας
> ἐλθεῖν φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ,

ubi hæserunt interpretes mirati αἵματι appositum prægresso φόνου κηλῖσιν. — Vs. 4. Neque αἵμασιν ᾗ cum Schneidewino Philol. VI p. 162 neque αἵματος ᾗ cum Steinio in verborum ὅς καὶ locum quæ sunt apud Hippolytum substitui posse apparet, sed duæ particulæ αὔτως ᾗ requiruntur. De primo aoristo ἁμαρτήσας cujus non exstabat idoneum apud antiquos et bonæ notæ scriptores exemplum, vide Lobeckium ad Phrynichum p. 732 multa e posteriorum scriptis congerentem. Ἐπομόσσῃ pro ἐπομόσει recte dedit Schneidewinus. — Vs. 5. Apud Plutarchum vulgo scribitur δαίμονες οἵτε μακραίωνες λελόγχασι βίοιο, apud Hippolytum, ut vidimus, δαιμόνιοί τε μακραίωνος λελάχασι βίοιο. Pluralis οἵτε post τις in ejusmodi structura nihil habet insolens, modo pro δαίμονες quod parum recte defendit Karstenius, cum Sturzio et Bergkio in Comment. de Emp. prooem. p. 33 ponatur δαίμων. Confer Homer. hymn. in Ven. 285 φάσθαι τοι νύμφης Καλυκώπιδος ἔκγονον εἶναι, αἳ τόδε ναιετάουσιν ὄρος. Reliquam versus partem cum Karstenio ita constitui, ut transpositis duobus vocabulis et μακραίωνες in μακραίωνος quod nunc etiam Hippolyti auctoritate nititur mutato exararem οἵτε βίοιο λελόγχασι μακραίωνος. Nam nullum auctorem habet quod Scaliger in codice Lugdunobatavo suspicatus est λελόχασι, neque magis græcum illud λελάχασι est quod ante inventum Hippolytum ab Hœschelio ad Origenem propositum Sturzius recepit. Recte enim animadvertit Karstenius λέλαχα (ex εἴληχα factum) necessario penultimam habere longam diversumque esse ab epicis formis λελαχεῖν, λελάχητε, λελάχωσι, α brevi. In λελόγχασι vero eadem penultimæ correptio cernitur quæ et alibi apud Empedoclem est, velut vs. 369.

> Ὧδε μὲν οὖν πνοιῆς τε λελόγχασι πάντα καὶ ὀσμῶν.

Quis præterea credat Empedoclem nulla necessitate subactum semel dixisse λέλαχα, ceteris locis λέλογχα. Cf. vs. 183 γυῖα, τὰ σῶμα λέλογχε, βίου θαλέθουσιν ἐκ ἀκμῇ. Neque nos movet Empedoclearum quarundam vocum, ut ἀλαῶπις, ἱλάειρα, ἀνδρόπρωρος, conservator Hesychius apud quem legitur λελάχασι, τετεύχασι. Incertum enim, unde haustum sit hoc vocabulum. Denique rejicienda Milleri conjectura qui pro λελάχασι scribi jussit λελάχωσι. Etenim conjunctivo nihil loci est ; λέλαχον autem in antiquorum poetarum scriptis valet *participem reddidi*, *participavi*, apud recentiores interdum non differt ab ἔλαχον, ut Anthol. Pal. VII, 341 θανόντας τύμβος ἔεις λελάχοι. Quod Bergkius postea conjecit οἵτε βίοιο λελόγχασι δηθαίωνος, quia Empedocles α in μακρὸς corripere soleat, minime necessarium est. Quippe utramque mensuram agnoscit Empedocles. Cf. vs. 281 et 286. Huc accedit quod solus Hesychius hoc nomen in lexico notavit. Est enim apud eum : δηθαίωνας, μακραίωνας, μακροβίους, unde quis veterum ita dixerit non constat. Præter μακραίων vero eadem notione apud Empedoclem invenitur δολιχαίων, ut vs. 131 καί τε θεοὶ δολιχαίωνες, τιμῇσι φέριστοι. Utcunque se res habet, in versu quem vulgavimus δαίμων οἵτε βίοιο λελόγχασι μακραίωνος nihil est quod magnopere offendat. Cæteroqui Plutarcho teste de Orac. def. p. 420 Empedocleam sententiam Epicurei exagitarunt, dicentes ὡς οὐ δυνατόν ἐστι (δαίμονας) φαύλους καὶ ἁμαρτητικοὺς ὄντας μακαρίους καὶ μακραίωνας εἶναι. Vss. 6-7. Origenes l. c. ἐπειδὴ δὲ σώματι, inquit, συνδεθέντες ἄνθρωποι γεγόνασιν, εἴτε οἰκονομίας τῶν ὅλων ἕνεκεν, εἴτε ποινὰς ἁμαρτίας ἀποτιννύντες, εἴθ' ὑπὸ παθημάτων τινῶν τῆς ψυχῆς βαρυνθείσης, μέχρις ἂν τεταγμέναις περιόδοις ἐκκαθαρθῇ· δεῖ γὰρ κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα

> τρίς μὲν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλαλῆσθαι
> (leg. ἀλάλησθαι),
> γινομένην παντοίαν διὰ χρόνον ἰδέαν θνητῶν.

Wyttenbachius ad Plutarchum de Ser. N. Vind. p. 113 et Astius in Plat. Phædr. p. 309 verba hæc citantes perperam ἀλαλᾶσθαι et γενομένην scribunt. Posteriorem versum ita restituere tentavit Sturzius (v. 163), ut εἴδεα τῶν θνητῶν παντοῖα διὰ χρόνον ὄντα ab Empedocle exaratum esse vellet. Non multo melior est Karstenii ratio, qui γεινόμενον παντοῖα διὰ χρεὼ εἴδεα θνητῶν reposuit, hoc sensu : χρεώ μιν γεινόμενον ἀλάλησθαι διὰ παντοῖα εἴδεα θνητῶν. At eo modo turbatur structura, quippe quum accidat, ut infinitivus ἀλάλησθαι e primo versu ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν aptus ad sequentia etiam pertineat. Potior est altera ejusdem viri docti suspicio διὰ χρέος legi posse affirmantis. Tum igitur sensus erit :

ψήφισμά ἐστιν ἀλάλησθαί μιν γιγνομ. παντοῖα εἴδεα θν. διὰ χρέος *necessitate varias induentem mortalium formas.* Neque tamen sic locus persanatus videtur. Bergkius conjecit τρίς μιν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι, γινόμενον παντοῖα διὰ χρόνου εἴδεα θνητῶν. In qua conjectura nihil displicet præter γινόμενον quod epici sermonis consuetudo aut in γιγνόμενον, quemadmodum Panzerbietero placuit, aut in γεινόμενον, ut ego posui, converti postulat. Possis etiam cum Steinio φυόμενον scribere, rejecta Hippolyti lectione φυομένους quam miror Schneidewinum retinuisse. Neque tamen pro ἀπὸ μακάρων cum recentissimo Empedoclis editore rescribendum ἀπαὶ μακάρων propter vs. 393 οὐ μὲν ἀπαὶ νώτοιο δύο κλάδοι ἀΐσσονται, ubi variat scriptura. — Vs. 8 integer servatus est ab Hippolyto. — Vss. 9-10. Apud Plutarchum legitur τὴν καὶ ἐγὼ νῦν εἰμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης, quæ verba interpretibus negotia facessivisse non mirandum. Etenim dubium est quo referatur τὴν, quod Karstenius intellecto ὁδὸν vel πλάνην explicari vult, quum fieri possit, ut ante hunc versum unus alterve exciderit. Alii melius esse rati quæ supersunt corrigere quam quæ perierunt spectare pro τὴν rescripserunt vel τῇ vel τῶν subaudito μακάρων. Windetus in Crenii fascic. IV Opusc. hist. ac phil. p. 85 legi jusserat δὴν καὶ ἐγὼ νῦν εἰμι, quod non improbabatur Sturzio. Philoponus l. c. præbet ὡς καὶ ἐγὼ δεῦρ' εἶμι quod ipsum εἶμι Plotinus videtur repperisse l. l. dicens : Ἐμπεδοκλῆς εἰπών, ἁμαρτανούσαις νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα, καὶ αὐτὸς φυγὰς θεόθεν γενόμενος ἥκειν, πίσυνος μαινομένῳ νείκει. Verum facile permutantur εἶμι et εἰμί; neque Philopono et Plotino magis fidendum quam Plutarcho. Asclepius Schol. in Aristot. Metaph. p. 629. a. ed. Brand. eadem verba sic citat :

> Ὡς καὶ ἐγὼ δεῦρ' εἰμὶ φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης
> νείκεϊ αἰθομένῳ πίσυνος.

Bergkius haud secus atque Scaliger suspicatus est poetam scripsisse τῶν καὶ ἐγὼ νῦν εἰμι, quod nunc etiam Hippolytus agnoscit qui tamen omittit νῦν. Mihi videtur legendum ὡς καὶ ἐγὼ νῦν εἰμι in quo Philoponus et Asclepius conspirant. Sed ne quis hoc temere fieri putet, præsertim quum Schneidewinus τῶν unice verum existimaverit, paulo accuratius de hoc genitivo dicamus. Ac per se patet, quoniam τῶν epicorum more in his Empedocleis carminibus tam pro τούτων, quam pro ὧν esse solet, bonum poetam hujusmodi genitivum non multis verbis interpositis ad nomen aliquod sive dictum sive intellectum accommodare, sed haud magno intervallo superioribus annectere, quomodo Æschylus facit in Suppl. v. 353 :

> Μηδ' ἐξ ἀέλπτων κἀπρομηθήτων πόλει
> νεῖκος γένηται· τῶν γὰρ οὐ δεῖται πόλις.

Quamobrem quæritur, quo pertineat τῶν. Sive igitur eruditus ille vir cujus memini cum Wyttenbachio subaudivit μακάρων, sive quod verisimilius est ad δαίμονας rettulit, neutrum commode fieri posse liquet. Friget enim τῶν μακάρων, ut jam Sturzius vidit p. 449, quia θεόθεν sequitur; τούτων τῶν δαιμόνων autem tolerabilius foret, nisi longior esset sententia interjecta. Quum vero φυγὰς ad θεόθεν, non ad τῶν trahi oporteat, hic exoritur sensus non admodum commodus : *Quorum* [horum] *et ego* [geniorum e cœtu] *extorris e cœlo sum et errabundus, Discordiæ furenti parens.* Ut igitur illud τῶν intelligi posse concedo : ita Empedoclem sic scripsisse in ipso carminum exordio parum probabile judico, nisi forte plures etiam exciderunt versus. Sensit hoc, ni fallor, Henr. Steinius qui post ἀργαλέας βιότοιο μεταλλάσσοντα κελεύθους posuit quattuor versiculos e Plutarchi libro de Is. et Osir. p. 361 (vs. 32-35 αἰθέριον—πάντες. τῶν καὶ ἐγὼ κτλ.) depromtos; satis apte, si quis τῶν tueri velit. At quum in tanto testium numero qui hoc de geniorum exsilio et ipso Empedocle exsule commentum illustrant nemo hos quattuor versus superioribus adjunxerit, malui ad Philoponi lectionem redire quam de rebus incertis meo arbitrio statuere. Huc accedit quod quattuor illi versus inserti inchoatam constructionem turbant, quæ prætermissis illis si cum Philopono ὡς legas, æquabiliter decurrit. Cæterum verbis Empedocleis Plutarchus subjungit : Τὴν γένεσιν ἀποδημίαν ὑποκορίζεται, τῷ πρᾳοτάτῳ τῶν ὀνομάτων· τὸ δ' ἀληθέστατον, φεύγει (ἡ ψυχὴ) καὶ πλανᾶται θείοις ἐλαυνομένη δόγμασι καὶ νόμοις.

Vss. 11-12. Afferunt hos versus Clemens Alexandrinus Strom. VI p. 627 D; Philostratus Apoll. vit. I, 1, p. 2; Athenæus Dipn. VIII p. 365 E; Diogenes Laertius VIII s. 77; Themistius in Arist. de An. I, f. 72 B; Philoponus de An. I, lit. D p. 16; Olympiodorus in Platon. Phæd. c, 15 cit. Fischer. p. 295; Cyrillus c. Julian. VII p. 243 D; Origenes Philos. III; Anthol. Græc. Bosch. t. 1 p. 338; Eustath. in Od. lib XVIII p. 1838, 52; Suidas in v. Ἐμπεδ.; Cedrenus Chron. t. 1 p. 157 Par.; Arsenius in Violario. Latine redditos citat Chalcidius in Tim. p. 286. Prima verba apud Origenem in hunc modum scribuntur : ἤτοι μὲν γὰρ ἐγὼ—, apud Cedrenum vero : ἤτοι μὲν πρῶτα κοῦρος ἐγενόμην κόρη τε.

Librariorum culpa in Eustathii loco omittitur ποτ', cujus loco in Arsenii libro male exaratum est αὖτ'. Pro κοῦρός τε κόρη τε plures inverso ordine habent κούρη τε κόρος τε, ut Athenæus, Themistius, Cyrillus, Philostratus, Eustathius, Suidas. Sed major etiam scripturæ discrepantia in altero versu est. Clemens et Arsenius εἰν ἁλὶ ἔλλοπος; Cyrillus εἰν ἁλὶ φαίδιμος; alii εἰν ἁλὶ νήχυτος, ut testatur Casaubonus ad Athenæum. Laertius ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος (cod. ἔμπειρος); Athenæi codd. ἐξ ἁλὸς ἔμπορος (ut Dind.), ἔμπνοος (ut Cas.) vel ἔμπυρος; Origenes uno loco ἔμπορος, altero ἔλλοπος; Olympiodorus ἄμφορος (ἔμπορος?); Philoponus ἔμπορος; Eustathius ἔμπνοος; Anthologia Bosch. ἔμπυρος; Cedrenus : καὶ θὴρ καὶ θάμνος καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπνοος ἰχθύς. Denique pro θάμνος τ' οἰωνός τε nonnulli teste Oleario in Philostr. l. c. πτώμενος οἰωνός τε, et pro ἔμπορος J. Kuhnius in Laert. l. l. male conjecit ἔμπυος ἰχθύς. Jam quod Sturzius ex hac tanta lectionis varietate collegit, bis terve hos versiculos ab Empedocle carminibus intextos esse, id mihi nullo pacto probatur. Nam plerique omnes scriptores verba Empedoclea memoriter laudarunt. Karstenius non plane rejicit : εἰν ἁλὶ ἔμπορος, id est propria significatione ἁλίπορος, ἁλίπλοος *maris navigator*. Sed vix dubium est, quin Empedocles scripserit εἰν ἁλὶ ἔλλοπος, quod ut doctius vocabulum tuentur Stephanus, Scaliger, Sturzius atque ipse Karstenius. De sententia sub hoc nomine subjecta vetus controversia est. Nam vel ipsi pisces vocantur ἔλλοπες ut apud Nicandrum Alexiph. v. 481 p. 154 ed. Lehrs, vel ἔλλοψ (hæc enim vulgaris forma est) pro adjectivo accipitur, ut sit *mutus* sive *voce interclusus*, ἰλλομένην καὶ καθειργομένην τὴν ὄπα ἔχων, qui significatus inter plerosque scriptores convenit. Alii ἔλλοπας ἰχθῦς *squamosos* esse volunt διὰ τὸ εἶναι λεπιδωτοί. Confer locos in Parisiensi thesauro collectos et interpretes Hesychii s. h. v. At recte Casaubonus ad Athen. VII p. 308 B observavit ἴλλεσθαι non proprie significare εἴργεσθαι, ideoque ἔλλοπες si valeat idem quod ἄφωνοι potius exponendum esse ἐλλιπεῖς τὴν ὄπα. Non aliter Hesychius qui ἔλλοπες interpretatur ἐλλείποντες τῆς ὀπός, τουτέστιν ἄφθογγοι, ἄφωνοι. Hæc derivatio non valde arrisit Karstenio qui vocem Empedocleam cum Schneidero in Lex. Gr. ab ἐλλός vel ἐλλός ducit, quod cognatum est verbis ἐλύω, εἰλύω et ἑλίσσω *volvo, agito*. Atque in Odyssea T, 228 ἐλλός vocatur hinnuleus propter agilitatem. Sed apud Sophoclem Aj. 1297 Br. sunt qui ἐλλοῖς ἰχθύσι de velocibus, alii qui de mutis interpretentur. Huc accedit quod Hesychius ἐλλόν esse dicit ἀγαθόν, γλαυκόν χαροπόν, ἐνθαλάττιον, ταχύ, ἄφωνον, ὑγρόν, ἔλαφον νεογνόν. Quamobrem non astipulor Karstenio, in versu Empedocleo ἔλλοπον ἰχθύν præpetem piscem esse perhibenti, siquidem verbum ex ἐλλός et πούς constare vult, ut ex ἐλλόπους breviatum sit ἔλλοπος vel potius ἐλλόπος, quomodo ἀρτίπος et ἀελλόπος i. e. ἀρτίπους et ἀελλόπους scribunt. Quæ enim ad firmandam hanc analogiam apta esse existimat exempla vocum ἀρτίπος et ἀελλόπος, his contrarium efficitur. Nam quum inter ἔλλοψ et ἔλλοπος ea intercedat ratio quam metaplasmi nomine vocamus, si re vera ἔλλοπος nihil esset nisi ἐλλόπους, similiter ab ἀρτίπος et ἀελλόπος formari posset ἄρτιψ et ἄελλοψ, quæ neque inveniuntur neque unquam usitata fuerunt. Est igitur ἔλλοψ, unde ἔλλοπος manavit, nomen primarium quod ex ἐλλός et ὄψ conflatum vix aliter interpretari licet, quam a Plutarcho Symp. VIII, 8 (Vol. VIII p. 907 ed. Reisk) aliisque factum est, qui pisces a poetis hoc vocabulo propter ἀφωνίαν designari contendunt. Postremo sententia ad animorum ex aliis in alia corpora migrationem spectans non abhorret a Pythagoræ præceptis, quem Jo. Chrysostomus Hom. II in Joann, c. 2 t. VIII p. 10 Montf. horum versuum ratione habita cum Empedocle temere confudit. Sic autem ait : Πυθαγόρας δὲ τὴν μεγίστην Ἑλλάδα καταλαβὼν καὶ γοητείας ἐπιδείξας εἴδη μυρία....καὶ ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τι τῶν χρησίμων, ἐπαίδευσεν ὅτι ἴσον ἦν κυάμους φαγεῖν καὶ τὰς τῶν γεννησαμένων κεφαλάς· καὶ τοὺς συνόντας ἔπειθεν, ὅτι δὴ ἡ τοῦ διδασκάλου ψυχὴ ποτὲ μὲν θάμνος ἐγένετο, ποτὲ δὲ κόρη, ποτὲ δὲ ἰχθύς. Idem effatum perstringunt Basilius M. Hexaem. VIII, 2 t. I p. 71. Bened. Hermias Irris. Gentil. p. 176 B; Tertullian. de Anim. c. 32.

Vss. 13-14 exstant apud Porphyrium de Abstin. II, 31 p. 161 Rhœr. Quo die primum mactatæ victimæ carnibus gustatis se polluisset, eum diem omnium sibi malorum initium fuisse Empedocles conqueritur. Quare hæc verba quæ Sturzius ad καθαρμοὺς pertinere ratus est cum Karstenio in hunc locum transtuli, ubi poeta cum reliquorum geniorum sorte suam ipsius vicem deplorat. Neque tamen Sturzianam rationem prorsus rejecerim. Nihil corruptum est in posteriore versu : πρὶν σχέτλι' ἔργα βορᾶς περὶ χείλεσι μητίσασθαι. Similiter in Odyss. lib. XII v. 373 οἱ δ' ἕταροι μέγα ἔργον ἐμητίσαντο μένοντες. Est autem ἔργον μητίομαι *in mentem mihi venit committere facinus, facinus molior et incepto* vel *re deliberata opus aggredior*. Quum autem non simpliciter ἔργα μητίσασθαι, sed ἔργα βορᾶς μητίσασθαι dixerit Empedocles, non erat quod Karstenius χείλεσι μητίσασθαι inconcinnum judicaret pariterque in

illo quod præcedit περὶ offenderet. Namque, ut philosophi verbis utar : ὁ ἔργα βορᾶς μητισάμενος τοῖς τε ὀδοῦσι καὶ τοῖς περικειμένοις χείλεσιν ἐμητίσατο. Hinc patet περὶ pro adverbio esse habendum, ut in Hymno in Cer. v. 276 : Ὣς εἰποῦσα θεὰ μέγεθός τε καὶ εἶδος ἄμειψε, γῆρας ἀπωσαμένη, περί τ' ἀμφί τε κάλλος ἄητο. Neque vero audiendus Reiskius, cujus interpretatio *callide et artificiose* (i. e. περὶ) *committere scelera labiis* Karstenio quoque non satisfecit. Quippe apertum est σχέτλι' ἔργα βορᾶς περὶ χείλεσι μητίσασθαι valere : nefaria devorandi scelera circumcirca labiis admittere, id est, nefandas dapes non primoribus labris gustare (ἄκροις χείλεσι γεύσασθαι), sed totis circa labiis attingere. Ex his quæ modo dicta sunt, conficitur minime necessariam esse Karstenii correctionem μαστεύσασθαι.

Vss. 15-16 servavit Clemens Al. Strom. IV p. 479; priorem versum Plutarchus de Exsilio p. 607 (Vol. VIII p. 397 ed. Reisk.); Stobæus Floril. Tit. 40 tom. II p. 80 ed. Gaisf. Verbis Empedocleis, quibus philosophus prioris vitæ desiderium exprimit, sic præfatur Clemens : οὐχ ὑβρίζων τὸν πειράζοντα (i. e. diabolum) παιδεύων δέ, οἶμαι, καὶ ἐλέγχων

ἐξ οἵης τιμῆς καὶ οἵου μήκεος ὄλβου,

ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, ὧδε λιπὼν κατὰ θνητῶν ἀναστρέφεται. In priore versu pro καὶ οἵου Plutarcho auctore legendum esse τε καὶ ὅσσου apparet, sed quæ subjungit Clemens, in iis quoque versus vestigia superesse nemo non videt. Karstenius pro λιπὼν posuit πεσὼν propter Plotini verba citata ad v. 9 et pro ἀναστρέφεται, ἀναστρέφομαι. Quum vero deesset nomen ad quod referretur κατὰ præpositio, Empedoclem non male suspicatus est scripsisse vel ὧδε πεσὼν δειλαῖος ἀναστρέφομαι μετὰ θνητῶν vel ὧδε πεσὼν κευθμῶνας ἀναστρέφομαι κάτα θνητῶν. Bergkius de Emp. procem. p. 33 conjecit ὧδε λιπὼν λειμῶνας ἀναστρέφομαι κατὰ θνητῶν, quod vereor ut probari possit. Mihi litterarum ductus versusque reliquias intuenti exarandum videtur ὧδε τάλας λειμῶνας ἀναστρέφομαι κάτα θνητῶν. Neque enim quidquam obstat, quin ὧδε idem esse hic statuamus quod οὕτως, quam vim plerisque Homeri et tragicorum locis huic particulæ tribui convenit velut apud Æschylum Prom. v. 159 τίς ὧδε τλησικάρδιος θεῶν ὅτῳ τάδ' ἐπιχαρῆ; quamvis Buttmanno Gramm. ampl. tom. II p. 286 assentiar τοπικὴν illam voculæ significationem quam Aristarchus in Homericis carminibus reperiri negabat (vid. Lehrs. de Aristarchi studiis Homericis p. 84) omni ætate in usu fuisse dicenti.

Vs. 17 legitur apud Clementem Alex. Strom. III p. 432 B. Declarat poeta quem dolorem perceperit ex aspectu terræ, quum primum e deorum sedibus exturbatus in hanc vitam proficisceretur. Excidit fortasse hujusmodi versiculus :

ἄπτερος ὤν, θνητὸς προτέρου τ' αἰῶνος ἀμερθείς

ante κλαῦσά τε κ. τ. λ. Id probabiliter colligas ex Hieroclis in carmen aur. comm. p. 186 ἡ δὲ ἔφεσις τοῦ φεύγοντος τὸν τῆς Ἄτης λειμῶνα πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας ἐπείγεται λειμῶνα· ὃν ἀπολιπὼν τῇ ὁρμῇ τῆς πτερορρυήσεως εἰς γήινον ἔρχεται σῶμα ὀλβίου αἰῶνος ἀμερθείς, in quibus verbis versuum Empedocleorum reliquias inesse poëtica dictio arguit.

Vss. 18-21. ἀτερπέα χῶρον—ἠλάσκουσιν] Hos versus præter 20 laudat Hierocles in Aur. Carm. p. 143 ed. nostr. Vss. 19 et 21, omisso item vs. 20, Synesius de Prov. I p. 89 D; posteriorem horum idem Ep. 148 p. 283. Vss. 19 et 20 Proclus in Cratylum p. 103 ed. Boisson., non adjecto Empedoclis nomine, sed horum posterior, a me uncis inclusus, injuria philosopho qualis nunc est ascribi videtur. Vs. 21 citat etiam Julianus Imperator in Orat. 7. Hierocles de genii sive hominis lapsu in terram locutus ita pergit : ἄνεισι δὲ καὶ τὴν ἀρχαίαν ἕξιν ἀναλαμβάνει, εἰ φύγοι τὰ περὶ γῆν καὶ τὸν „ἀτερπέα χῶρον," ὥς αὐτὸς λέγει, „ἔνθα Φόνος τε Κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν, "εἰς ὃν οἱ ἐμπεσόντες „Ἄτης ἂν λειμῶνα—ἠλάσκουσιν". Unde conjicias ἠλάσκουσι non ad Φόνος et Κότος a poeta esse relatum, sed ad eos qui e cœlo in terram deciderint (τοὺς ἐμπεσόντας), atque errasse Synesium, qui versum ἔνθα Φόνος κτλ. cum postremo Ἄτης—ἠλάσκουσιν jungit. Fortasse excidit hujusmodi versus . οἷς μέροπες δειλοὶ μάλα τειρόμενοι φρένας αἰὲν ante Ἄτης κτλ. Non magna lectionis diversitas est. Hieroclis editiones pleræque claudicante metro habent : Ἄτης ἀνὰ λειμ. τε καὶ σκότος probatum olim Scaligero apud Karst. p. 165; cod. Med. ἂν λειμῶνα quod ego recepi pag. 143 meæ editionis. Synesius : Ἄ. ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον. Julianus : Ἄ. ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον ἠλάσκονται. Omnino ponendum ἂν λειμῶνα quod propter formæ insolentiam a librariis mutatum est in ἐν λειμῶνι. Noti sunt loci Homerici, in quibus ἂν vel ἂμ pro ἀνὰ ponitur. Similiter Æschyl. Supplic. v. 346 (v. 362 ed. Schutz) λευκόστικτον ὡς δάμαλιν ἂμ πέτραις ἠλιβάτοις. Cf. Bœckh. v. l. Pind. Ol. VII, 61. Miramur autem hoc ἂν a Karstenio et Bergkio sine accentu esse scriptum. Præterea epici sermonis consuetudo, quam Empedocles potissimum sequitur, non (τὸ) σκότος requirit, sed (τὸν) σκότον, quæ viri docti promiscua habuerunt. Denique Hierocles φόνος præ-

bet, Synesius φθόνος; Proclus inverso ordine κότος τε φόνος τε exhibet.

Vss. 18-19. ἀτερπέα χῶρον, ἔνθα Φόνος κτλ.] Quod de terra dicit Empedocles, id multo ante de Orco dixerat Homerus Odyss. λ, 94 :

> Ἤλυθες, ὄφρα ἴδῃ νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον.

Hinc consentaneum erat a philosopho in terris eadem monstra poni, quæ a poetis ad inferos detruduntur. Empedocli enim hæc terrestris hominum habitatio, ut calamitatum et miseriarum domicilium, parum differre ab ea quam poetæ excogitarunt Plutonis domo videtur. Quumque animus corpori inclusus libere vagari non possit, idem dicas Empedoclem de his rebus statuisse, quod Macrobius Somn. Scip. I, 10 de antiquis mysteriorum auctoribus prædicat. Sic autem ait : « Qui per diversas gentes auctores constituendis sacris cærimoniarum fuerunt, aliud esse inferos negaverunt quam ipsa corpora, quibus inclusæ animæ carcerem fœdum tenebris, horridum sordibus et cruore patiuntur : hoc animæ *sepulcrum*, hoc *Ditis concava*, hoc *inferos* vocaverunt. » Plura fortasse in hac Empedoclea descriptione temporum injuria nobis invidit, quorum desiderium Virgiliana Inferorum descriptio Æn. VI, 273 seqq. lenire potest.

Vs. 20. αὐχμηραί τε νόσοι καὶ σήψιες ἔργα τε ῥευστά] Hunc versum quem Proclus cum superiore connectit, Empedocle indignum censuit Karstenius profectumque a seriore quodam χρησμολόγῳ qui interdum Empedocleos versus tanquam splendidos pannos suis næniis assuere ausi essent. Ac profecto istud σήψιες ἔργα τε ῥευστά redolet posteriorem ætatem quæ vocabula a fluminis et undæ similitudine, quam Heraclitus jam et Plato usurpaverant, sumpta rebus humanis accommodare consueverat. Nam rerum natura nominatur a Plutarcho Qu. Rom. vol. VII p. 87 ἡ ῥευστὴ οὐσία. Similiter Scriptor Incredibilium c. 9, p. 88 Gal., ubi de Narcisso loquitur : οὐ γὰρ εἰς ὕδωρ ἀπεπνίγη, ἀλλ' ἐν τῇ ῥευστῇ τοῦ ἐνύλου σώματος φύσει τὴν ἑαυτοῦ θεασάμενος σκιάν, ἤτοι τὴν ἐν τῷ σώματι ζωήν. Quod vero Karstenius addit, eodem sensu a Proclo in Tim. V p. 339 ubi Empedoclis etiam mentio habetur memorari ex oraculo quodam σκολιὰ ῥεῖθρα, id longe alio spectat. Procli verba sunt : ὁ μὲν ποταμὸς (παρὰ Πλάτωνι) οὐ τὸ ἀνθρώπινον δὴ σῶμα σημαίνει μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν περικειμένην ἔξωθεν ἡμῖν γένεσιν....οὕτω δὲ καὶ ἐν Πολιτείᾳ (ὁ Πλάτων) τὸν τῆς Λήθης ποταμὸν ἀπεκάλεσε πᾶσαν τὴν γενεσιουργὸν φύσιν, ἐν ᾗ καὶ ἡ Λήθη καὶ ὁ τῆς Ἄτης λειμών, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς.....καὶ τὰ σκολιὰ ῥεῖθρα, ὑφ' ὧν πολλοὶ κατασύρονται, ὥς τὰ λόγιά φησιν. Hic cave cum docto illo viro σκολιὰ ῥεῖθρα et ἔργα ῥευστά paria esse existimes. Vates iste σκολιὰ ῥεῖθρα vocavit flumina sinuosa, quorum tanquam torrentium vi homines deorsum rapiuntur, quod ego non omnino de rebus fluxis cum Karstenio interpretor, sed de periculis et voluptatibus quæ mortales inopinantes sæpe præcipites agunt. Contra ἔργα ῥευστά sunt opera fluxa ac cito peritura ideoque vana. Jam si locum Virgilianum cujus supra mentionem feci cum his Empedocleis reliquiis conferimus, fateamur oportet, esse quandam inter Virgilii verba

> Pallentesque habitant Morbi tristisque senectus,

et hunc, de quo disputamus, Empedoclis versum similitudinem, fierique posse, ut Romanus poeta Siculum vatem imitatus sit. Id si recte sumo, hic versus Agrigentino philosopho non tam ab aliis suppositus, quam aliena manu interpolatus est. Quippe suspicor Hieroclem in suo carminum Empedocleorum exemplo duos versus inter ἔνθα Φόνος—Κηρῶν et Ἄτης ἂν—ἠλάσκουσιν collocatos, qui male exarati essent, ita ut singulæ voces non æque bene legerentur, sententiæ autem summa appareret, repperisse ideoque eum indicasse ἠλάσκουσι non ad Φόνος et Κότος, sed ad τοὺς ἐμπεσόντας δαίμονας pertinere. Iidem versus in aliis exemplaribus fortasse aut eadem negligentia scripti aut omissi erant. Quapropter nullum eorum vestigium apud Synesium videmus. At Proclus alterum horum versuum vel suo Marte restituere aggressus est vel ab aliis quoquo modo ad numeros revocatum exhibuit. Quæ quum ita sint, putaverim hanc monstrorum descriptionem ita esse ab Empedocle olim compositam :

> Ἔνθα Φόνος τε Κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν,
> ὠχραὶ καὶ νοῦσοι καὶ γῆρας ἰδ' ἔργα μάταια,
> οἷς μέροπες δειλοὶ μάλα τειρόμενοι φρένας αἰὲν
> Ἄτης ἂν λειμῶνά τε καὶ σκότον ἠλάσκουσιν.

In altero versu ὠχραὶ νοῦσοι, *pallentes morbi*, pro αὐχμηραὶ quod suspectum habeo rescripsi, deinde σήψιες, cujus loco prior ætas plerumque σηπεδών vel σαπρότης dicebat, Virgilio duce mutavi in γῆρας, denique pro ῥευστά posui μάταια, quod vocabulum, ut Pindarum aliosque qui in dispari genere elaborarunt poetas taceam, inter elegiacos Theognis potissimum frequentavit, velut vs. 143 (p. 7 Poet. Gnom. ed. Brunck) ἄνθρωποι δὲ μάταια νομίζομεν, εἰδότες οὐδέν. Cf. ibid. pag. 20 v. 479 et 484, pag. 21 v. 499. Quod Empedocles de terra carmine vaticinans vana

mortalibus opera ascribit, Virgilius autem inferos celebrans pro eorum foribus vana somnia statuit : id suo quemque argumento convenienter facere sponte patet.

Vs. 21. Ἄτης λειμών nominatur terrestris hominum habitatio et geniorum e cœlo profugorum sedes. Eadem translatione Plato Soph. p. 222 A πλούτου καὶ νεότητος λειμῶνας ἀφθόνους dicit et Plutarch. Mor. p. 1088 D (p. 477 vol. X ed. Reisk.) νομὰς καὶ λειμῶνας ἀμφιλαφεῖς ἡδονῶν. Plura exempla citant Karstenius ad h. l.; Creuzer in Plotin. de pulcr. pag. 102, n. 67; Ast. in Platon. Phædr. p. 305 sq. Cf. etiam Thesaur. Parisiens. s. v. λειμών. Empedoclis effatum breviter perstringit Themistius Orat. XX p. 240 C : ἐν τῷ κλύδωνι καὶ τῷ λειμῶνι τῆς Ἄτης. Idem orat. XIII. ejus meminit his verbis : μηδὲ Ἐμπεδοκλεῖ συγχωροῦντες ἀληθῆ λέγειν, δυσφημοῦντες τὸν ἔγγειον τόπον καὶ Ἄτης λειμῶνα ἐπονομάζοντι. Adde Nicephor. Progymn. in Rhett. Gr. Vol. I p. 487 ed. Walz. et p. 493 ubi juncta videmus Ἐριννύων ἄλσος et λειμὼν Ἄτης. — σκότος ut apud Latinos *tenebras* haud raro de terrestri hominum vita dici satis constat. Cf. Lucret. II, 14. Apud Græcos præcipue hoc vocabulum similesque voces frequentant Neoplatonici. Sic Proclus in Plat. Timæum p. 339 : ἐνάψασα (ἡ ψυχὴ) ἐν τῷ σώματι φῶς, αὐτὴ δὴ ἐν σκότῳ γεγονυῖα. Cf. Plotin. de pulcr. p. 56, ed. Creuz. et Olympiodor. in Plat. Gorg. cit. a Creuz. ibid. p. 282.

Vss. 22-25 exstant apud Plutarch. de An. tranq. p. 474; Vol. VII p. 854 ed. Reisk. Vs. attingit idem scriptor de Is. et Os. p. 370 D; Vol. VII p. 460. Vs. 25 μελάγκ. Ἀσάφ. Tzetzes Chil. XII, vs. 575. Plutarchus hominum vitam non perpetuis voluptatibus rebusque secundis affluere, sed rerum prosperarum cursum malis temperari ostendens, rejecta Menandri sententia, qui nascenti unicuique bonum genium vitæ magistrum adesse putaverat, Empedocleum judicium probat. Cujus diversitas in hoc posita est, quod Agrigentinus philosophus unumquemque nostrum, postquam natus est, arripi gubernarique a duplicibus fatis geniisque docuerat, vel ut græce dicit : (ὡς Ἐμπεδοκλῆς) διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες, ubi κατάρχονται mutandum in κατάρχουσι. Addit Plutarchus hos versus, quibus Genii partim boni partim mali, vitæ humanæ moderatores, memorantur. Horum autem nominibus, quæ poeta tum aliunde accepit, tum ipse commentus est, mortalium studia animique humani motus et affectiones perturbationesque, judice Plutarcho qui παθῶν σπέρματα appellat, exprimuntur. De reliquo initium operis cum his versibus componenti verisimile videatur finxisse Empedoclem, se in hanc vitam profectum in terris statim a Geniorum agmine esse exceptum qui ipsi itineris duces se offerrent. Quare eos loquentes inducit vs. 29. In recensendis vero dæmonum nominibus paria inter se respondere voluit philosophus; quo nominum ordine simul singulorum significatio, alioquin obscurior futura, declaratur. Vs. 22. Χθονίη, terrestris, i. e. rebus fluxis et terrenis occupata. Similiter κόνις χθονία est pulvis terrenus apud Æsch. Sept. vs. 738 ed Schütz, χθονίος autem pro ἐγχώριος dicitur a Sophocle Œd. Col. 943 τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον ἐγὼ ξυνῄδη χθόνιον ὄνθ', ὃς οὐκ ἐᾷ κτλ. ubi interpres græcus : τοῦτον δὲ χθόνιον εἶπεν, οἷον ἐγγενῆ καὶ αὐτόχθονα, ἐγχώριον. Cf. Aj. vs. 201 χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδᾶν. Quapropter non erat quod Karstenius hunc vocis usum Empedoclis proprium esse statueret diversumque a cæterorum poetarum loquendi more, a quibus χθόνιοι vulgo vocantur dii inferi. Cujus rei ipse hanc reddebat rationem, quod Empedocli terra quasi inferna sedes esset cœlesti opposita. Ἡλιόπη cœlestia contemplans, quales in Parmenidis carmine vs. 6. Ἡλιάδες κοῦραι (p. 111 nostræ ed.) sunt : ταναῶπις ad longinqua et abstrusa aciem intendens.

Vs. 23. Ἁρμονίη et Δῆρις Plutarcho auctore de Is. et Osir. p. 460 vol. VII ed. R. non differunt a Φιλία et Νεῖκος. Verba ejus sunt : Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὴν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὴν φιλότητα καὶ φιλίαν, πολλάκις δὲ ἁρμονίαν καλεῖσθαι μέροπι (corr. καλεῖ θεμερῶπιν), τὴν δὲ χείρονα νεῖκος οὐλόμενον καὶ δῆριν αἱματόεσσαν. Quod Plutarchi dictum si cum altero loco comparamus, apertum est, hic scriptorem aut falli aut alios, quam qui ad nostram ætatem manserunt, versus Empedocleos spectare, quoniam eo de quo agimus loco non magnæ illæ vires rerum universitatem moventes, sed genii qui hominum vitam regunt designantur. In quo haud scio an auctor Tabulæ, quam Cebeti Thebano tribuunt, Empedoclis exemplum secutus sit. Cæterum θεμερῶπις, pro quo apud Plutarchum uno loco legitur ἱμερῶπις, altero μέροπε, acceptum referimus Bentlejo Epist. crit. ad Millium p. 76 (p. 516 opusc. philol. ed. Lips.). Æschyl. Prom. v. 134 ed. Herm. ἐκ δ' ἔπληξέ μοι τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ, quo pertinet Hesychii glossa : θεμερόπις, ἐρασμία ἀγχόνη, ubi cum Sopingio corrigendum αἰσχύνη. Non dubito quin vera sit Hesychii explicatio, quamquam non nego Æschyleæ sententiæ accommodatiorem esse eam notionem quam adjectivo θέμερον ascribit, idem quod σεμνόν sonare dicens. Adde quod θεμέρη

etiam exponit σεμνή, βεβαία, εὐσταθής. Scaliger conjecerat ἱερῶπις.

Vs. 24. Καλλιστώ deæ nomen quod a superlativo manavit ut vs. 25 Μεγιστώ. De quorum aliorumque nominum in ω cadentium origine et vi parum accurate nuper disseruit Chr. A. Lobeckius Ῥηματ. p. 317 seqq. simul in eo lapsus, quod pag. 319 Empedoclem ait rerum gignendarum causas mulierum vocabulis appellasse. Neque enim causas genitrices hic tractat philosophus, sed ut supra vidimus, deas recens natorum comites eorumque vitæ moderatrices legentibus ante oculos ponit. Ut Καλλώ nomen mulieris est in Anthol. Palat. IX, 605 pulchritudinem significans, ita Καλλιστώ summam pulchritudinem valet. Eadem ratio est appellationum Μεγαλώ (cf. Thesaur. Paris.) et Μεγιστώ. Pro Αἰσχρή, quod Karstenius et Bergkius toleraverant, rescribendum Αἴσχρη ut apud Callimach. ep. 43; Asclep. 27, Pal. 5, 181. Θόωσα quam Homerus Polyphemi matrem esse fingit Od. I, 72 hoc loco Celeritas est, cui opponitur Δηναιή, *Tarditas*. Ita enim Bentlejus l. c. correxit vulgatam Δειναίη; quo fit ut omnia recte respondeant. Neque vero Θόωσαν cum Karstenio in Comm. p. 169 pro Temeritate accipi convenit.

Vs. 25. Servanda Codicum scriptura Νημερτής, cujus nominis Nereidem reperimus apud Homerum Iliad. XVIII, 46: Νημερτής τε καὶ Ἀψευδὴς καὶ Καλλιάνασσα, et Hesiodum Theogon. v. 262: Νημερτής θ' ἣ πατρὸς ἔχει νόον ἀθανάτοιο. Karstenius cum Scaligero scripsit Νημέρτη, quod omnia hæc dæmonum nomina feminini generis faceret Empedocles. At ne generis quidem discrimen ullam aliam quam accentus mutationem flagitat. Namque ἡ Ἀψευδής Nereidis nomen est in loco Homerico, quem attulimus, contra ὁ Ἀψεύδης, Prætor Atheniensis, de quo vide Diodorum Siculum XII, 36. Quamobrem Νημερτής id ipsum est quod hic requiritur; Νημέρτης autem, si in usu fuit, viri nomen fuisse liquet. Quod vero doctissimus vir illud Νημέρτη aliorum vocabulorum, velut Εὐτέρπη, Εὐκράτη, Εὐνείκη analogia munire tentavit, id vereor, ne parum considerate fecerit, siquidem primum exemplum certum est, reliqua incerta. Etenim pro Εὐκράτη, quod agnoscit Apollodorus, I, 6, in Hesiodi Theogon. vs. 243 rectius ponitur cum Lennepio et aliis Εὐκράντη. Cf. interpp. ad l. c., altero autem exemplo prorsus abstinendum erat. Nimirum ι et ει a librariis et lapicidis quum sæpius confusa esse constet, nominis Εὐνείκη apud Hesiodum Theogon. vs. 246 (cujus loco alii legunt Εὐνίκη) incertam reddit originem viri nomen Εὔνειχος in inscr. Att. apud Bœckh. vol. I, n. 268 p. 370, 49. Ac pro Εὔνειχος quidem recte suspicatur Dindorfius in Stephani Thesauro legendum esse Εὔνικος, sed utrum in loco Hesiodeo Nereis ista ex εὐνεικής appellata sit Εὐνείκη, quod propter membranarum consensum et Etym. M. p. 933, 31 et p. 276, 12 nec non Pseudo-Herodianum Epimerism. p. 227, 1 statuit Lennepius, an potius Εὐνίκη fuerit, ut Apollodori 1, 6 auctoritate permoti existimarunt Grævius, Toupius Append. Annot. in Theocr. pag. 35, Valckenarius ad Theocrit. XX, 1 et Hermannus in censura Hesiodi a Gœttlingio editi, in hac testimoniorum similiumque vocum paucitate admodum incertum est. Quamvis enim Chœroboscum etiam in Crameri Anecd. II pag. 272, 21 testem adhibeas, ut demonstres apud Apollodorum exarandum esse Εὐνείκη, tamen εὐνείκης adjectivum citatum a Scholiasta ad Il. ω, 23 ex Antimacho tritum verbum non est, Εὔνικος autem nomen usitatissimum. — Plutarchus de An. tranq. p. 474 (vol. VII p. 854 ed. Reisk.) exhibet μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια, quod non bene defendit Sturzius. Præstat scriptura memorata Tzetzæ Chil. XII v. 575, ubi de Empedocle:

λέγει γὰρ τὴν ἀσάφειαν μελάγκορον ὑπάρχειν.

Est autem μελάγκορος *nigris oculorum pupillis*, quo nihil aptius obscuritati et dissimulationi cogitari licet. Namque ἀσάφεια hic dissimulationem valet, quæ recte opponitur sinceritati. Qui obscure (ἀσαφῶς) loquitur, aut loquendi inscitia aut consilio et arte id facit. Horum alterum infantem, alterum eorum quæ sentit dissimulatorem esse apparet. Quare scriberem cum Geelio apud Karstenium Addend. p. 519 μελάγκορος ἠδ' Ἀσάφεια, nisi Matranga Mus. Rhen. 1848 pag. 115 testaretur in Tzetzæ cod. Vat. legi μελάγκουρος. Nullo modo autem requiritur Karstenii illud μελάγκορσός τ' Ἀσάφεια (a κόρση, κόῤῥη, caput) quod *ore Fallacia fusco* interpretatur.

Vss. 26-28 sunt apud Cornutum de Nat. deor. pag. 90 ed. Osann. In cod. Laurentiano pro Φθιμένη mero librarii errore legitur φειμένη; servandus autem accentus in penultima exemplo nominum Κτιμένη Odyss. XV, 363 et Κλυμένη Il. XVIII, 47, licet alia itidem a participiis passivis vel mediis formata, ut Σωζομενός, Εἰδομενή, in ultima syllaba acuantur. Præterea fluctuant codices inter Καινώ, Κοινώ et Κινώ, atque inter ἀστεμφής et ἀπεμφής. Nam pleræque Cornuti editiones habent κινώ τε καὶ ἀστεμφῆ, Galei cod. ms. καινώ τ' ἀστεμφής τε. Cod. Paris. καινώ τ' ἀστημφής omisso τε. Flor. A: καίνω τ' ἀστεμφής τε. Flor. B: κινώ τ' ἀπέμφης τε. Cod. Reg. καινώ τ' ἀστυμφῆ

τε. In ultimo versu alii codices exhibent Φορύη, alii Φορίη, deinde omnes fere libri præbent σόφη, excepto cod. Flor., in quo reperitur σοφίη. Hinc Sturzius scripsit :

Καινώ τ' ἀστεμφής τε πολυστέφανός τε Μεγιστώ,
καὶ Φορίη Σοφίη τε καὶ Ὀμφαίη,

quæ sic interpretatur : Καινὼ ἀστεμφής, *Juventus interrita*, *robusta*, opp. πολυστ. Μεγιστώ, honorata Senectus. Φορίη Σοφίη τε, *Temeritas* et *Sapientia*. Ὀμφαίη, *Vox*, cui oppositum fuisse putat Σιγή τε, *Silentium*. At neque Καινώ Juventus est, quum novitatem significet, neque Μεγιστώ Senectus, quum de Majestate accipi oporteat. Reliqua infra expediam. Karstenius posuit :

Φυσώ τε Φθιμένη τε καὶ Εὐναίη καὶ Ἔγερσις
Κινώ τ' Ἀστέμφη τε, πολυστέφανός τε Μεγιστὼ
καὶ Φορύη, Σόμφη τε καὶ Ὀμφαίη.

Quæ in hunc modum vertit :
Genitrix Natura Letumque, et Sopor Curaque vigil, Vigor atque Torpor, et honorata Majestas ac Squalor, et Vox raucisona Eloquiumque divinum. Etenim recte viderat ἀστεμφής quominus tanquam adjectivum ad præcedens nomen referretur, obstare repetitum τε, quod tolli non sineret numerus. Itaque ambo illa vocabula haud aliter atque ea quæ sequuntur inter se opponi. Quod autem ἀστεμφής in Ἀστέμφη mutavit, id non magis excusandum quam Νημέρτη de quo dixi ad vs. 25. Linguæ leges flagitant Ἀστεμφής, cui deæ altera ex parte respondet Κινώ a κινεῖν. Quum Μεγιστώ sit Majestas vel Opulentia, eique aptissimum epitheton sit πολυστέφανος, patet contrariam deam Miseriam vel Egestatem esse debere. Neque dubium, quin Empedocles tale quid hoc loco scripserit. Sed miramur, quod Karstenius dictu difficile esse existimavit, utrum squalor rectius Φορύη an Φορίη nominetur. Neutrum enim recte se habet. Apparet derivatum esse nomen a φορύω (φορύνω, φορύσσω) *polluo*, *contamino*, unde φορυτός, excrementa, quisquiliæ, φορειά, βόρβορος, et latinum *foria*. Jam ut a φύω ducitur φυή, ita a φορύω fit φορυή. Itaque præterquam quod ι in penultima syllaba analogiæ repugnat, mutato accentu opus est. Deinde pro σόφη jam Galeus substituerat Σόμφη, quod Karstenius tueri conatur. Est autem σομφός Hesychio χαῦνος, præterea σομφόν de voce dictum idem valet quod φαιόν de colore. Cf. Aristot. Topic. I, 15 p. 151 G. Quum igitur σομφὴ φωνὴ vox rauca vel *fusca* sit, Karstenius Σόμφην nomen proprium esse opinabatur fictum a poeta ad designandum obscurum murmur et inanem strepitum oppositumque Ὀμφαίη, i. e. voci claræ et quasi fatidicæ. Cui explicationi illud potissimum refragatur, quod raucæ voci non videtur locus inter genios ab Empedocle concedi potuisse. Accedit quod ὀμφή non semper significat vocem divinam vel oraculum, sed sæpenumero non differt a φωνή vel αὐδή. Cf. Steph. Thes. vol. V p. 2004, ideoque ὀμφαῖος apud Nonnum Dionys. 9, 283 : ὀμφαίη περὶ πέτρῃ et 12, 42 ὀμφαίῳ παρὰ τοίχῳ recte vertitur *vocalis*. Si igitur Ὀμφαίην vocem claram vel simpliciter vocem intelligimus, huic necessario respondet silentium, ut apud Synesium hymn. II, vs. 63 seqq. p. 27 ed. Steph. (p. 317 ed. Petav.)

Σὺ πατήρ, σὺ δ' ἐσσὶ μήτηρ,
σὺ δὲ ἄῤῥην, σὺ δὲ θῆλυς,
σὺ δὲ φωνά, σὺ δὲ σιγά,

quem locum jam laudaverat Sturzius, non immemor Synesium ex mente Pythagoreorum loqui. Quamobrem etiam Bergkius de Emp. Procem. p. 34 doricum σωπή i. e. σιωπή versui intulit ita scribendo :

καὶ Ἀφορίη Σωπή τε καὶ Ὀμφαίη.

Sed neque Ἀφορίην placere nobis posse ex iis quæ supra exposita sunt sequitur, neque Σωπήν propter dialecti diversitatem Empedocleis carminibus convenire apertum est. Similiter Steinius : καὶ Φορύη, Σωπή τε καὶ Ὀμφαίη. Miram vero rem informavit Panzerbieterus Ephemerid. antiquar. a. 1845 p. 890. Qui post Ἀστεμφής dearum par desiderari contendens itidemque deesse deam Majestati respondentem, positis lacunarum signis ita locum discerpere volebat : Κινώ τ' Ἀστεμφής τε . . . . .

πολυστέφανός τε Μεγιστώ
καὶ Φορίη Μονίη τε καὶ Ὀμφαίη.

Ait autem Κινώ et Ἀστεμφής ad qualitatem, Φορίην et Μονίην ad locum pertinere. Quam rationem nobis non probari neque omissum esse quidquam, quod ad plenam sententiam requiras, non est quod novis argumentis demonstrem. Id tamen viro docto concedimus, quoniam a Cornuto ultima verba soluto metro relata sunt, deesse aliquid ad versus integritatem. Quocirca nuper Osannus magna ex parte Karstenium secutus metro post Μεγιστώ jam abrupto exaravit :

Φυσώ τε Φθιμένη τε καὶ Εὐναίη καὶ Ἔγερσις
Κινώ τ' Ἀστέμφης τε πολυστέφανός τε Μεγιστὼ
καὶ Φορίη, καὶ Σόμφη καὶ Ὀμφαίη καὶ ἄλλαι
[πολλαί, κτλ.

Hic ut de cæteris taceamus, a quibus assensionem

cohibemus, fugit virum eruditissimum discrimen, quod inter Ἀστέμφης et Ἀστεμφής intercedit, de quo egi ad vs. 25. Mihi enim locus sic videtur refingendus :

Φυσώ τε Φθιμένη τε καὶ Εὐναίη καὶ Ἔγερσις
Κινώ τ' Ἀστεμφής τε, πολυστέφανός τε Μεγιστώ
καὶ Φορυὴ καὶ δῖα Σιωπή τ' Ὀμφαίη τε.

Vs. 29 citatur a Porphyrio de antro Nymph. c. 8, ubi hæc leguntur : Οἱ Πυθαγόρειοι καὶ μετὰ τούτους Πλάτων ἄντρον καὶ σπήλαιον τὸν κόσμον ἀπεφήναντο. Παρὰ γὰρ Ἐμπεδοκλεῖ αἱ ψυχοπομποὶ δυνάμεις λέγουσιν· Ἠλύθομεν τόδ' ὑπ' ἄντρον ὑπόστεγον. Conjungenda cum hoc loco Plotini verba Ennead. IV, 8, 1 p. 469 B : Τὸ αἰσθητὸν πᾶν πανταχοῦ ἀτιμάσας (ὁ Πλάτων) καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν τῆς ψυχῆς μεμψάμενος ἐν δεσμῷ τε εἶναι καὶ τεθάφθαι ἐν αὐτῷ τὴν ψυχὴν λέγει, καὶ τὸν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενον λόγον μέγαν εἶναι, ὃς ἐν φρουρᾷ τὴν ψυχήν φησιν εἶναι. Καὶ τὸ σπήλαιον αὐτῷ ὥσπερ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ ἄντρον. In eandem sententiam Æneas Gazæus Theophr. in M. Bibl. PP. T. XII p. 620 A : Τόδε τὸ πᾶν Ἐμπεδοκλῆς ἄντρον πεποίηκεν· ἐν πολιτείᾳ δὲ Πλάτων μεταβάλλων σπήλαιον ὀνομάζει. Non est quod putemus τὰς ψυχοπομποὺς δυνάμεις, quas Porphyrio teste loquentes inducit Empedocles, diversas esse ab iis, quarum modo mentio facta est, Χθονίη, Ἡλιόπη cet. Platonis dictum quod respiciunt Porphyrius, Plotinus et Æneas Gazæus exstat initio libri VII de Republica pag. 514 ed. Steph. : Ἰδὲ γὰρ ἀνθρώπους οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει. Eodem pertinent illa quæ Proclus in Timæum pag. 101 F. ed. Basil. (pag. 240 ed. Schneider.) de aliorum placitis refert : Ἔνιοι δὲ τὸν μὲν δημιουργὸν αἰτιᾶσθαι οὐδαμῶς τολμῶσι, τὸ δὲ πᾶν τοῦτο αἰτιῶνται καὶ παραφέρουσι τὰ τῶν παλαιῶν ἄντρον καλούντων καὶ σπήλαιον. Idem pag. 95 D (pag. 224 ed. Schneider.) laudat Orphicum huncce versum : Ταῦτα πατὴρ ποίησε κατὰ σπέος ἠεροειδές, receptum in Orphic. Herm. p. 456. Hierocles in carm. aur. pag. 180. ed. nostr : Τοῦτο πέρας τῶν πόνων τὸ κάλλιστον. Τοῦτο, ὡς Πλάτων φησίν, ὁ μέγας ἀγὼν καὶ ἐλπὶς ἡ μεγάλη. Τοῦτο φιλοσοφίας ὁ τελειότατος καρπός, τοῦτο τῆς ἱερατικῆς καὶ τελεστικῆς τέχνης τὸ μέγιστον ἔργον, οἰκειῶσαι μὲν καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰ ὄντως καλά, ἀπολῦσαι δὲ τῶν τῇδε πόνων, ὡς ἔκ τινος καταγείου σπηλαίου τῆς ἐνύλου ζωῆς, καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰς αἰθερίους αὐγάς, καὶ ταῖς μακάρων ἐνιδρῦσαι νήσοις, τοὺς διὰ τῶν προειρημένων ὁδεύσαντας.

Vss. 30-31 laudat Clemens Alexandrinus Strom. 3 p. 432 B. Vs. 31 Porphyr. de abst. II, 27 : Ἐντεῦθεν τὸ θρηνούμενον πρὸς τῶν παλαιῶν, ὡς τοίων ἔκ τ' ἐρίδων ἔκ τε νεικέων γενόμεσθα, ὅτι τὸ θεῖον καὶ ἀκήρατον καὶ ἐν πᾶσιν ἀβλαβὲς σώζειν οὐ δυνάμεθα. Expressit Timo Phliasius ap. Euseb. Præp. ev. XIV, 18 p. 763 (fragm. V.) Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον, τοίων ἔκ τ' ἐρίδων ἔκ τε στοναχῶν πέπλασθε. (Leg. ex Empedocle οἵων). Scaliger apud Stephanum in poes. phil. p. 216 scribendum esse vidit ὢ δειλὸν, quum vulgo apud Clementem ἢ δειλὸν legatur. Sylburgius reponendum existimabat vel ἆ vel ὦ. Scaligeri emendationem merito probarunt Sturzius et Karstenius. Pro δυσάνολβον non erat, quod Nækius Chœril. conjiceret δὶς ἄνολβον, siquidem δυσάνολβος eodem prorsus modo formatum est quo δυσάμμορος vel δυσάμοιρος. Alterum quod Karstenius comparavit, non infrequens apud poetas est. cf. Iliad. χ, 428, alterum ab Hesychio exponitur κακόμοιρος, δύστηνος, δυστυχής. — οἵων ἐξ ἐρίδων refertur ad calamitates quas homines vel potius dii e cœlo ejecti jam prius quam mundum ingrederentur, pertulissent. Mirandum autem Steinium e Porphyrio, qui Empedoclis verba memoriter citat, τοίων hic rescribere voluisse. Alios hujus generis poetarum locos Clemens l. c. exhibet. Vss. 32–35. exstant apud Plutarchum de Isid. et Osir. p. 361 ; de vitando ære alieno p. 830 (vol. VII p. 426 ; IX p. 302 ed. Reisk.). Ab hoc mutuatus est Eusebius Præp. Ev. V, 5 p. 187 D. Ἀποφυγὴ δ' οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὰς νομὰς ἐκείνας καὶ τοὺς λειμῶνας, ἀλλὰ πλάζονται, καθάπερ οἱ θεήλατοι καὶ οὐρανοπετεῖς ἐκεῖνοι τοῦ Ἐμπεδοκλέους δαίμονες. Plutarchi verba sunt qui simul de vatis Agrigentini sententia genios peccatorum delictorumque pœnas luere dicit, donec purgati in pristinum domicilium revertantur. Iidem versus leguntur apud Hippolytum pag. 250 ed. Miller : Μεταλλάσσουσι γὰρ αἱ ψυχαὶ σῶμα ἐκ σώματος ὑπὸ τοῦ νείκους μεταβαλλόμεναι καὶ κολαζόμεναι καὶ οὐκ ἐώμεναι μένειν εἰς τὸ ἕν, ἀλλὰ κολάζεσθαι ἐν πάσαις κολάσεσιν ὑπὸ τοῦ νείκους τὰς ψυχὰς μεταβαλλομένας σῶμα ἐκ σώματος, ubi etiam versus 33-35 iterantur. Cæterum μὲν γὰρ omnes, excepto Hippolyto qui γε præbet toto versu sic scripto : Αἰθέριόν γε μένος ψυχὰς πόντονδε διώκει. Idem πόντου δέε χθονὸς habet. Pro ἀκάμαντος Hippolytus φαέθοντος quod Schneidewino arrisit. Plutarchus de Is. et Osir. l. c. pro ἐς αὐγὰς perperam ἐσαῦθις ; idem de vit. ære al. πόντος δὲ χθονὸς, omissa præpositione quæ et apud Eusebium desideratur, denique priore loco Plutarchus ἀπέπτυσε pariter atque Eusebius et Hippolytus, posteriore ἀνέπτυσε, sed alterum rectius usurpatur de mari in terram ejiciente. Cf. Il. IV, 426. Nihil aliud autem hæc per diversa elementa dæmonum jactatio designat, quam ipsam formarum mutationem qua modo in volatiles bestias, modo in aquatiles,

modo in terrenas conversi varias induunt figuras. Cf. vss. 7-12. Empedocleum dogma quod posterioribus etiam sæculis celebrabatur quibusdam veterum displicuit. Itaque apud Plutarchum de oracul. defect. p. 418 (Vol. VII pag. 648) legimus : Καὶ ὁ Ἡρακλέων · τὸ μὲν ἐφεστάναι τοῖς χρηστηρίοις (εἶπε) μὴ θεούς, οἷς ἀπηλλάχθαι τῶν περὶ γῆν προσῆκόν ἐστιν, ἀλλὰ δαίμονας ὑπηρέτας θεῶν, οὐ δοκεῖ μοι κακῶς ἀξιοῦσθαι· τὸ δὲ τοῖς δαίμοσι τούτοις μονονουχὶ ῥάγδην λαμβάνοντας ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Ἐμπεδοκλέους, ἁμαρτίας καὶ ἄτας καὶ πλάνας θεηλάτους ἐπιφέρειν, τελευτῶντας δὲ καὶ θανάτους ὥσπερ ἀνθρώπων ὑποτίθεσθαι (corr. τελευτῶσι δὲ καὶ θανάτους ὥσπερ ἀνθρώποις προτίθεσθαι) θρασύτερον ἡγοῦμαι καὶ βαρβαρικώτερον. Quod pœnæ genus Empedocles dæmonibus tribuit, idem prope Virgilius defunctorum animis propositum esse apud inferos, quamquam alio sensu, his cecinit verbis Æn. VI, 740 :

> Ergo exercentur pœnis veterumque malorum
> supplicia expendunt. Aliæ panduntur inanes
> suspensæ ad ventos, aliis sub gurgite vasto
> infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Vss. 36-44. Versus hos affert Sextus Empir. adv. Math. VII, 122 (pag. 397 ed. Fabr. p. 217 Bekk.) Vs. 37 πολλὰ κ. τ. λ. memorat Proclus in Plat. Timæum p. 175 (p. 414 ed. Schneid.). Vs. 39. ὠκύμοροι κ. τ. λ. Plutarch. de Is. et Osir. p. 360 (Vol. VII p. 422 ed. R.) Vs. 40 et 42 Diogenes Laertius IX, 73. Vs. 42 sq. item Plutarch. aud. poet. p. 17 (Vol. VI p. 61). Sextus l. c. ἄλλοι δὲ ἦσαν οἱ λέγοντες κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα κριτήριον εἶναι τῆς ἀληθείας οὐ τὰς αἰσθήσεις, ἀλλὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, τοῦ δὲ ὀρθοῦ λόγου τὸν μέν τινα θεῖον ὑπάρχειν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον, ὧν τὸν μὲν θεῖον ἀνέξοιστον εἶναι, τὸν δὲ ἀνθρώπινον ἐξοιστόν. (123) λέγει δὲ περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐν ταῖς αἰσθήσεσι τὴν κρίσιν τἀληθοῦς ὑπάρχειν οὕτως (sequuntur vs. 36-43). (124) περὶ δὲ τοῦ μὴ εἶναι εἰς τὸ παντελὲς ἄληπτον τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἱκνεῖται ὁ ἀνθρώπινος λόγος ληπτὴν ὑπάρχειν, διασαφεῖ τοῖς προκειμένοις ἐπιφέρων (sequitur vs. 43 pars posterior cum vs. 44). Recte jam Scaliger apud Stephanum poes. phil. p. 216 ait omnia quæ a Sexto hic citantur conjungi oportere, neque versuum ordinem immutatum, sed Empedoclis dicta interpositis tantum Sexti verbis interrupta esse. Quamobrem qui apud Sextum paucis interjectis subjunguntur versus ἀλλὰ θεοὶ τῶν κ. τ. λ., eos cum Karstenio et aliis ad prooemium pertinere ratus sum.

Vs. 36. Pro στεινωποὶ Prellerus conjecit στεινόποροι secutus Theophr. de sens. c. 7; sed hac mutatione locus non eget; μὲν omittit Cod. Cizensis apud Bekkerum. Vs. 37 δειλεμπέα Bekkeri Codices, Cizensis et Regimontanus atque editio Genevensis, item liber Vratislaviensis omisso accentu, δειλεμπῆα Fabricius, sed Proclus δείν' ἔπεα, quod est etiam apud Stephanum Poes. phil. p. 20, idque in δήνε' ἔπειτα mutatum volebat Scaliger, in δείν' ἔπεσον Sturzius. Contra δείν' ἔμπυα proposuit Bergkius; δεί(λ' ἔπεα Prellerus. Quæ quum non satisfaciant, Karstenius legendum suspicatus est δείν' ἔμπαια, præsertim quum Proclus in hunc modum Empedoclis verba exponat : πολλὰ γὰρ ἐμπίπτοντα τοῖς ὄντως ἡμῖν δειλοῖς, ὡς φυγάσι θεόθεν γενομένοις, ἀμβλύνει τὴν τῶν ὄντων θεωρίαν. Nec male Emperius act. soc. gr. I p. 357 δείλ' ἔμπαια quod recepit Bekkerus. Ego etsi prius conjeceram πολλὰ δὲ δείν' ἐπίασι, τάτ' ἀμβλύνουσι μερίμνας, vel πολλὰ γὰρ ἔμπεσε δεινά, κτλ., tamen Karstenii conjecturam nunc maxime probo. — Vs. 38 ζωῆς ἀβίου legi jussit Scaliger ap. Steph. p. 216; ζωῆσι βίου codd. Ciz. Regim. Vrat. et Fabr., ζώοισι βίου ed. Genev. et Steph.; ἐν ζωοῖσι βίου Gataker. ad M. Ant. X, 31, ζώουσι βίου Wyttenbachius ad Plut. de Is. et Osir. 360.C. — ἀθρήσαντες reposui cum Stephano et Scaligero; ἀθροίσαντες Codd. Ciz. et Regim., sed hic superscripto η, item Fabricius; ἀθλήσαντες Karstenius. — Vs.

o

40 αὐτὸ μόνον Stephanus; αὐτῷ cod. Regim., αὐτὸς

ον

Ciz. μόνῳ Regim. — Vs. 41 πάντοσ' vulgo; πάντοσ' σ' Ciz., ἐλαυνόμενοι codd.; ἐλαυνόμενος Steinius. τὸ δ' ὅλον εὔχεται εὑρεῖν Codd; τὸ δ' ὅλον μὰψ εὔχεται εὑρεῖν Steinius; τὸ δὲ λώιον Scaliger, τὸ δ' ὅλον πᾶς Bergkius. τὸ δὲ οὖλον ἐπεύχεται Sturzius et Karst. Vs. 42. οὕτως οὔτ' Codd.; αὔτως Karstenius. οὐδ' ἐπιδερκτὰ Bergk., οὐδ' ἐπακουστὰ Codd., οὔτ' ἐπακουστὰ Bergkius. Vs. 43. νόῳ vulgo; νῷ Cod. Ciz. et Vrat. δ' addidit Bergkius. Vs. 44 libri omnes πεύσεαι, οὐ πλεῖόν γε βροτείη μῆτις ὄρωρεν, quod Karstenius propter Sexti interpretationem convertit in πεύσεαι οὐ πλέον ἠὲ βροτείη μῆτις ὄρωρε structura etsi non perusitata, tamen haud mendosa adhibita; Bergkius malebat οὐ πλεῖόν γε βροτοῖς (vel βροτῶν) ἢ μῆτις ὄρωρεν. Cf. de Emped. procem. p. 14, quamquam ibidem p. 17 haud diffitetur scribi etiam posse οὐ πλέον ἤ γε βροτείη μῆτις ὄρωρεν. Hermanno placebat οὗ πλείων γε, Panzerbietero ὃ πλεῖστόν γε βροτείη μῆτις ὄπωπεν. Sed horum fortasse nemo versum Empedocleum restituit. Itaque Karstenius quum dubitanter suam correctionem intulisset, mallem tamen, inquit, hujusmodi quid scriptum esset : « πεύσεαι ὅσσον ἔπι σε—vel ὅσσ' ἀΐειν σε βροτείη μῆτις ὄρωρε i. e. disces, *quantum assequi te sinit humana intel-*

ligentia. » At ὄρωρε non activam, sed neutram habet potestatem. Præterea sententia non tam perfectum ὄρωρε, quam aut hoc ipsum aut aliud verbum præsenti tempore enuntiatum desiderat. Mihi Sexti explicationem spectanti ponendum videtur πεύσεαι οὐ πλέον ἠὲ βροτείη μῆτις ὁρᾶται *non plus cognosces, quam quantum humana intelligentia videt.* Id enim non tantum verbis ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἱ κ ν ε ῖ τ α ι ὁ ἀνθρώπινος λόγος ληπτὴν ὑπάρχειν consentaneum est, sed etiam sequentibus : καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιπλήξας τοῖς πλέον ἐπαγγελλομένοις γινώσκειν παρίστησιν ὅτι κ. τ. λ.

Vss. 45-57. Sextus l. c. καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιπλήξας τοῖς πλέον ἐπαγγελλομένοις γινώσκειν, παρίστησιν ὅτι τὸ δι' ἑκάστης αἰσθήσεως λαμβανόμενον πιστόν ἐστι, τοῦ λόγου τούτων ἐπιστατοῦντος, καίπερ πρότερον καταδραμὼν τῆς ἀπ' αὐτῶν πίστεως. φησὶ γάρ· ἀλλὰ θεοὶ, κτλ. Vs. 50 sine auctoris nomine citat Clemens Alex. Strom. V. p. 628 ed. Pott. Vs. 52 Proclus in Platonis Timæum pag. 106 (p. 252 ed. Schneid.) his verbis : Ἐμπεδοκλῆς δὲ αὐτὴν ἐπαγγέλλεται δώσειν τὴν ἀλήθειαν· καὶ τάδε τῆς σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάζει. Adde Plutarch. de Amicor. mult. pag. 93 (Vol. VI p. 346 ed. R.). Vs. 45. ἀπετρέψατε codd.; ἀποτρέψατε correxit Fabricius. Vs. 46. ὀχεύσατε cod. nonnulli; ὀχετεύσατε emendavit Stephanus. Vs. 48. Pro membranarum vitiis ἐφ' ἡμείροισιν, ἐφημέροισιν vel ἐφημέρησιν reposuit Stephanus ἐφημερίοισιν. Post ἀκούειν non plene distinximus cum Karstenio et Bergkio comm. de Emped. procem. p. 19, sed virgula posita ultimum versum πέμπε παρ' εὐσεβίης ἐλάουσ' εὐήνιον ἅρμα ex ἄντομαι aptum esse voluimus. Precatur enim Musam quæ currum regit, ut sibi dicturo quantum mortalibus audire fas est agilem illum currum a pietate profecta mittat. Quippe a pietate proficisci vult, ut in itinere oculos ab omni turpitudine, dedecore, flagitio avertat. Cæterum Bergkii conjectura πέμπε δέ μ' Εὐσεβίης minime necessaria est. Quod autem Karstenius ait, esse ambiguum, παρ' utrum jungi præstet cum participio ἐλάουσα an cum εὐσεβίης, neutrum vero præpostere fieri quum eadem ambiguitas reperiatur vs. 85 : ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης κέλεται πιστώματα Μούσης, ubi παρὰ vel cum κέλεται conjungi liceat vel cum Μούσης : in eo vir doctus fallitur. Etenim παρὰ hic eundem habet usum, ut in Odyss. lib. XII, 70 παρ' Αἰήταο πλέουσα vel Iliad. VI, 177 σῆμα φέρεσθαι παρά τινος. Itaque Empedocles nequaquam *pietatis currum* finxit ut Karstenius vult, sed superiores poetas imitatus est qui Musarum et Gratiarum currus excogitaverant. Pindarus Pyth. X, 65 τόδ' ἔζευξεν ἅρμα Πιερίδων τετράορον. Simonid. Fragm. CCV, 10 ed. Schneidew. ὅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς. Empedoclis locum procul dubie spectavit Plato in Phædro p. 274 A. τὰ μὲν θεῶν ὀχήματα ἰσορρόπως εὐήνια ὄντα ῥᾳδίως πορεύεται, τὰ δὲ ἄλλα πορεύονται μόγις· βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων ἐπὶ γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων, ᾗν μὴ καλῶς ᾖ τεθραμμένος ὑπὸ τῶν ἡνιόχων. Omnino ad exprimendam sublimitatem nulla veteribus accommodatior videbatur imago quam currus. Cf. Hemsterhusium ad Lucian. Somn. c. 15 pag. 198 ed. Bip. et Ast. ad Platon. l. c. p. 290 seq. Hinc etiam aurei carminis conditor vs. 69 ἡνιόχον γνώμην commentus est, de qua vide Hieroclem pag. 165 seq. ed. nostr. et quæ ibi notavimus p. 174.

Vs. 50. σέ γ' Codd., quod Karstenius demandata subito Musæ loquendi vice positisque lacunæ signis defendit. σύ γ' Bergkius tentavit; τί μ' Panzerbieterus. Porro βιήσεαι Bergkius scripsit. — Vs. 51-52. θνατῶν Sexti membranæ, θνητῶν Bergkius et Karstenius. ἀνελέσθαι Codd., ἀναδεῖσθαι Bergkius. ἐφωθοσείης vel ἐφ' ᾧ θοείης (θώης) Sexti codd. atque editio Genevensis; ἐφ' ᾧθ' ὁσίης Clementis libri et Stephanus. Plene post εἰπεῖν distinxerunt Karstenius et Bergkius, versiculos aliquot inter hunc et proximum excidisse opinati. Sed nihil deesse suspicatus est Hermannus quem Bekkerus ait sublata post εἰπεῖν distinctione vs. 52 pro vulgato θάρσει quod interpretes a Musa vel poeta mortales hortante dictum existimaverant θάρσεϊ exarasse. καὶ τότε δὴ Sextus, καὶ τάδε Proclus, καὶ σύγε δὴ Panzerbieterus. θοάζει Sexti codd. Regimontanus et Vratislaviensis, item Proclus et Stephanus; θοάζῃ Cod. Cizenzis atque editio Genevensis, θαμίζειν Plutarchus, θοάσεις Sturzius secutus Scaligerum in Stephani Poesi phil. p. 216 qui tamen in libro Lugdunobatavo Karstenio teste θόαζε legi volebat quod nuper Panzerbietero in mentem venit. Adde quod θοάσσεις Karstenius conjecit, θοάξεις Meinekius, θοάζεις Bergkius, θοάζειν Hermannus cui astipulati sunt Bekkerus et Steinius. Etsi enim non displicebat illa quam alii philosopho tribuerant sententia θάρσει κτλ. *aude et sic in sapientiæ fastigium involato,* tamen hoc loco Empedocles ea præfatus quæ ad commendandam mortalibus pietatem et modestiam valent non videbatur posse homines aut ipse ita affari aut Musam alloquentem inducere, ut audacia esse opus præ se ferret ad id quod summum in rerum contemplatione est consequendum. Quapropter versibus ita, uti diximus, emendatis negat Empedocles cupiditate *eximii flores honoris a mortalibus reportandi* sese impulsum iri, ut plura quam fas sit audacter enuntiet eaque audacia in sapientiæ fastigium enitatur.

Neque tamen supremam sapientiam par est irrideri ab eo qui paulo ante de cognoscendi difficultate ac de sensuum angustiis et fallaciis (στεινωποὶ μὲν γὰρ παλάμαι κτλ.) conquestus sit, quum a pietate profectus Musa duce in sapientiæ arcem evehi velit. Hæc bene inter se cohærent. Itaque ego imperativum θάρσει teneo, imitatione expressum ab aurei carminis conditore v. 63

ἀλλὰ σὺ θάρσει ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα,

ubi Hierocles pag. 157 ed. nostr. τί οὖν τὸ λειπόμενον, ἢ τούτους μόνους χρῆναι θαῤῥεῖν τοὺς προσιόντας τῇ ἀναφαινούσῃ τὰ οἰκεῖα ἡμῖν ἀγαθὰ ἐπιστήμῃ; κτλ.

Vs. 53. Ante hunc quoque versum nonnulla desiderant Karstenius, Bergkius, alii, sed nihil omissum esse ipse sententiarum ordo evincit. ἀλλὰ γὰρ ἄθρει πᾶς libri; ἀλλ' ἄγε, ἄθρει παμπαλάμῃ Karstenius; ἀλλ' ἄθρει Panzerbieterus; rectius Bergkius ἀλλ' ἄγ' ἄθρει πάσῃ παλάμῃ. — Vs. 54. μήτε codd.; μηδὲ Panzerbieterus. τιν' codd., τι Bergkius. Præterea πιστοῦ cum Panzerbietero posui pro membranarum scriptura πίστει quam intactam reliquerant interpretes, imperativum verbi nescio cujus πιστέω esse opinati. At eo sensu πιστεύειν vel πιστοῦσθαι dici oportebat. Bergkius proposuit πιστήν, sed πίστιν Steinhartus Melet. Plot. p. 59. Idem quod in fine versus est κατ' ἀκουήν mutavit in κατὰ κούρην, toto versu sic scripto: μήτε τιν' ὄψιν ἔχων πίστιν πλέον ἢ κατὰ κούρην. Ego pro κατ' ἀκουὴν restitui κατὰ κούρας. — Vs. 55. ἢ ed. Genev., μήτ' codd. ἀκοὴν membranæ, ἀκουὴν ed. Genev. Pro vulgato γλώσσης codd. Cizensis et Regimontanus cum ed. Genev. exhibent γλώττης. — Vs. 56. μηδὲ ed. Genev., μήτε vulgo. ὅππῃ Karstenius dedit pro vulgato ὁπόσῃ quod alibi non legitur. Sed recte se habet ὅππῃ ut vs. 405 ὅπῃ πρὸς κέρδος ἀταρπός. Itaque supervacaneæ sunt Steinharti et Steinii conjecturæ ἢ ὅσον et ὁπόσων. Cæterum τῶν ἄλλων ita dicitur, ut γυίων *sensuum* subaudiatur. Nec tamen cum Prellero Ephem. antiq. 1837 nr. 18 interpungendum τῶν ἄλλων ὅππῃ πόρος ἐστὶ νοῆσαι γυίων. πίστιν ἔρυκε κτλ. Vocabulum ἐρίδουπος simile est ei quo utitur Parmenides vs. 55 ἠχήεσσα. τρανώματα γλώσσης non recte Schneiderus Lex. gr. intelligit *gustum*, quum sint *verba clare pronuntiata*. Quamobrem locum sic interpretamur: « sed age, quantum potes, cerne qua quidque manifestum sit, neve visis magis crede quam quantum pupillæ docent, neve auditui obtuso magis, quam quantum te clara linguæ pronuntiatio docet. »

Vs. 57. γυίων πίστις significat *sensuum fidem* sive *persuasionem a sensibus ductam*. νόει δ' scripsit Karstenius, quum vulgo νόει θ' legatur. Jam licet facile quis credat illud νοεῖν quod vs. 57 positum est ita accipi oportere, ut ὁ νοῦς ταῖς αἰσθήσεσιν ex altera parte respondeat, quemadmodum fit vs. 82 τὴν σὺ νόῳ δέρκευ μηδ' ὄμμασιν ἧσο τεθηπώς, tamen de hac verborum comprehensione accuratius nobis disserendum est. Etenim quum vs. 56 νοῆσαι de sensuum perceptionibus usurpetur, ut apud Homerum Iliad. lib. XV, 422 Ἕκτωρ δ' ὡς ἐνόησεν ἀνεψιὸν ὀφθαλμοῖσιν ἐν κονίῃσι πεσόντα et alibi, nihilominus νόει vs. 57 Empedocles ad mentis aciem transtulit, ut idem verbum de communi cognoscendi facultate dictum esse appareat. Quæ res nuper induxit Henricum Steinium, ut posita post νοῆσαι distinctionis virgula, quamvis alii gravius interpungendum putassent, proximum versum cum hoc arctius connecteret, ratus haudquaquam ab Empedocle singulis sensibus fidem derogari neque aliam esse vim infinitivi νοῆσαι et imperativi νόει. Ad hoc demonstrandum inconsiderate citat Aristotelem de anim. III, 3 p. 427. a. 23 ed. Bekker. sic scribentem: καὶ οἵ γε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτὸν εἶναί φασιν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε « πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισιν, » καὶ ἐν ἄλλοις « ὅθεν σφίσιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται » κτλ. et Metaph. III, 5 pag. 1009 b. eandem rem hoc modo explicantem: καὶ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν « πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἐναύξεται ἀνθρώποισιν. » καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγει ὅτι « ὅσσον ἀλλοῖοι μετέφυν, τόσον ἄρ σφισιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίστατο. » Talia etiam de Parmenide et Anaxagora adjicit Aristoteles. Priorem locum longa argumentatione illustrat Philoponus fol. 114 A. B. Cf. Simplicius ad Aristot. de anim. III fol. 56 B. Sed non possum non assentiri Herm. Bonitio comm. ad Arist. Metaph. l. c. p. 202 ita judicanti: « Ceterum quod Aristoteles Empedoclem, Parmenidem, Anaxagoram idem statuisse dicit αἴσθησιν et φρόνησιν, sensuum perceptionem et cognitionem rationalem, cavendum est ne ejus auctoritati nimium fidei habeamus. « Nam præterquam quod illi epici sermonis memores verborum νοεῖν et φρονεῖν significatum latius quam vulgo fit patere voluerunt, Aristotelis judicium aliis eorundem philosophorum effatis abunde refutatur. Huc accedit quod Anaxagoræ illud μνημονευόμενον ἀπόφθεγμα apud Aristotelem non e scriptis viri, sed e sermonibus hominum petitum nihil probat. Parmenidis autem versus (vs. 146-149 p. 121 ed. nostr.), depromti ex ea car-

minis parte, quæ τὰ πρὸς δόξαν inscribebatur, ad id quod Aristoteles contendit demonstrandum non valent, quia in ista parte Parmenides, quasi interioribus philosophiæ sacris relictis, vulgatis opinionibus obtemperavit. Quoniam vero de Empedocle tantum hic agimus, reliquos missos faciamus. Hunc autem constat ea quæ sensibus manifesta sunt, generationem et interitum sustulisse. Cf. vs. 98-101. Contra quæ nullo sensu percipiuntur : ea nihilo secius esse affirmat. Hinc patet Empedoclem iis de quibus disputamus versibus cohortari mortales noluisse ad verum sensuum ope indagandum, sed de instrumentorum quibus videmus et audimus fraude et imbecillitate conquestum, quatenus singulis ea solum perciperentur quæ ipsorum naturæ consentanea essent neque liceret transgredi fines a rerum parente positos, aliam quæsivisse viam, qua ultra sensuum præstigias ad ipsam rerum naturam pernoscendam homines accederent. Nimirum hoc indicat verbis ἀλλ' ἄγ' ἄθρει πάσῃ παλάμῃ πῇ δῆλον ἕκαστον, et vs. 57 γυίων πίστιν ἔρυκε, νόει δ' ᾗ δῆλον ἕκαστον *sensuum fidem declina*, *reputa vero*, *quomodo quidque manifestum sit*, i. e. quale quidque nulla sensuum habita ratione appareat. Erravit igitur Steinius ubique hic sensuum auctoritatem commendari opinatus. De reliquo Galenus de simpl. med. temp. l. II princ. t. XIII p. 30 sq. Chart. perstringit et refellit Empedoclem, quod in scrutanda rerum natura ratione, non sensibus utendum esse decreverit. At non omnem sensuum auctoritatem tollere destinaverat Empedocles, sed homines a credendi temeritate ita avocare, ut sensuum visis fidem adjungendam negaret, nisi simul ratione compertum esset, tale quidque esse quale videretur. Hoc illud fere est quod Sextus Empiricus l. c. ait : ὅτι τὸ δι' ἑκάστης αἰσθήσεως λαμβανόμενον πιστόν ἐστι, τοῦ λόγου τούτων ἐπιστατοῦντος. — Vs. 58. Παυσανίη κτλ.] Huic nobili medico Empedocles tres de rerum natura libros inscripsit teste Diogene Laërt. VIII, 61. Vide præfationem. Servanda vulgata Ἀγχίτου υἱὲ quam Karstenius in Ἀγχίτεω υἱὲ mutavit.

Vs. 59-61. Clem. Al. Strom. VI p. 624. Iidem versus variatis tantum verbis repetuntur infra. Conf. vs. 159-162. Karstenius quidem putat eos quos infra posui solos esse Empedocleos, hos fraudulenta manu vati Agrigentino suppositos, vel potius ex aliis carminum locis excerptos et in unum conflatos esse. Primus versus (vs. 59) τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε non differt a versu 159 τέσσαρα γὰρ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἔασι, nisi duobus vocabulis, quamquam etiam ibi pro ἔασι sunt qui legant ἄκουε. Sequitur versus πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖαν ἰδ' αἰθέρος ἄπλετον ὕψος, quem apertum est respondere duobus versibus :

Ζεὺς ἀργὴς Ἥρη τε φερέσβιος ἠδ' Ἀϊδωνεὺς
Νῆστίς θ' ἣ δακρύων τέγγει κρούνωμα βρότειον,

ita ut pro figuratis nominibus ipsa elementorum vocabula substituantur. Illud etiam minime dubium, non multum interesse inter hunc versum et 79 : πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα καὶ αἰθέρος ἤπιον ὕψος. Tertium denique versiculum :

ἐκ γὰρ τῶν ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσσεται ὅσσα τ' ἔασιν

non admodum diversum esse a vs. 128

ἐκ τῶν πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται ὀπίσ- [σω

apparet. Quæ quum ita sint, tamen hos versus, quemadmodum Steinius fecit, omittere nolui. Legitur autem vulgo γέαν pro γαῖαν, ἠδ' pro ἰδ', ὅσα τ' ἔασσιν pro ὅσσα τ' ἔασιν.

Vs. 62-97. δίπλ' ἐρέω—αἰὲν ὁμοῖα] affert Simplicius in Aristotelis Phys. I f. 34 A. ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς τὸ ἓν καὶ τὰ πολλὰ τὰ πεπερασμένα καὶ τὴν κατὰ περίοδον ἀποκατάστασιν καὶ τὴν κατὰ σύγκρισιν καὶ διάκρισιν γένεσιν καὶ φθορὰν οὕτως ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν παραδίδωσι. Sequuntur versus de quibus hic agitur omissis 70 et 91. Vs. 68-74 ἄλλοις μὲν—κατὰ κύκλον idem (prætermisso rursus vs. 70) de Cœlo bis apud Peyron. p. 47. Cf. infra vs. 151 seqq. Vss. 68 et 69 idem Phys. I f. 6 B; VIII, f. 310 A ; Diogenes Laertius VIII, 76; Stobæus Ecl. I c. 11 p. 290 (tom. I p. 111 ed. Gaisf.) Auctor Vitæ Hom. p. 327 ed. Gale. Vss. 70-74 ᾗ μὲν ἓν—κατὰ κύκλον, Aristoteles Phys. VIII, 1 ; p. 319 D. Vss. 72-74 Simplicius Phys. VIII, f. 258 B. Vs. 75 Jo. Damascenus in Stobæi Append. Gaisf. p. 34; tangit Clemens Alexandrinus Strom. V p. 589 C. Vss. 78-81. τοτὲ δ' αὖ διέφυ—μῆκός τε πλάτος τε, Simplicius Phys. I, f. 6 B. Vss. 79-81 πῦρ—πλάτος τε, Sextus Empiricus adv. Math. IX, 10. Vss. 79-80 idem ibid. X, 317. Vs. 79 Plutarchus de Adul. et amic. p. 63 Vol. VI p. 233 ed. Reisk. Vss. 80-81 : καὶ Φιλ.—τεθηπώς, Plutarchus Amator. p. 756, vol. IX p. 30. Vs. 81 Clemens Alex. Strom. V p. 552 C; Simplicius Phys. I, f. 41 A. Vs. 88 attingit Aristot. de Gen. et Corr. II, 6; p. 409 D. Vs. 90 Simplicius Phys. VIII, f. 273 A. cf. infra vs. 147 sq. Vs. 94 Aristoteles de Melisso, Xenophane et Gorgia p. 975 B (pag. 20 ed. nostr.) Vs. 64 δοιὴ δὲ et δοιὴ δ' Simplicius, quod Karst. temere in τοιήδε et τοιήδ' convertit. Vs. 65 θλέκει τε Simplicius; αὔξει τε Karst. con-

jecit, qua mutatione locus non eget. Vs. 66 θρυφθεῖσα Simplicius, θρεφθεῖσα Panz. et Stein. — δρέπτη Simpl., ἀπέπτη Sturz. διέπτη Scaliger et Karsten. Sensus est : « Duplex est mortalium ortus, duplex item interitus. Illum enim coïtus omnium gignit, perdens simul eas quæ antea fuerant res : hic rursus diremtis omnibus, i. e. partibus iis quæ prius unitate continebantur, natus atque alitus dissilit. » Paulo minus accurate hoc dogma rettulit Aristoteles de Melisso, Xen. et Gorgia cap. 2 pag. 21 ed. nostr. ἀλλὰ μισγομένων τε καὶ συντιθεμένων πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρὸς γίγνεσθαι τὰ πολλά, διαλλαττομένων τε καὶ διακρινομένων φθείρεσθαι πάλιν, καὶ εἶναι τῇ μὲν μίξει πολλά τε καὶ τῇ διακρίσει, τῇ δὲ φύσει τέτταρ' ἄνευ τῶν αἰτίων ἢ ἕν. Quæ autem hic traduntur, non satis apte Karst. ad mundi originem rettulit, quum universe ad ortus et interitus leges explicandas pertineant. Vs. 67. οὐδαμᾶ Simpl. edit. Ald.; correxerunt editores. Tzetzes Homeric. p. 58 ed. Schir. subjectos exhibet vss. 67-69 versibus 159-161. Etsi vero pro ἀλλάσσοντα habet ἀμειβόμενά τέ γε omisso καὶ, non tamen propterea cum Schneidewino p. 159 diversum hunc ab altero versiculum esse statuimus. Vs. 68. συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα Simpl. συνερχόμενα τάδε πάντα Stobæus. Vs. 69. αὖ δίχ' ἕκαστα Simplicius; αὖτε ἕκαστα Stobæus; αὖ δίχα πάντα vel δίχ' ἅπαντα Simpl. aliis locis. αὖθις ἕκαστα νείκεος ἄχθει auct. vit. Hom. φορεύμενα Simpl. qui alibi φορούμενα; φρουρούμενα Stob. Vs. 70. οὕτως] a versu sejunxi. Bekkerus Arist. Phys. VIII, 1 p. 250 λέγων οὕτως —ᾗ μὲν ἓν ἐκ κ.τ. λ., οὕτω δ' ᾗ μὲν ἓν Panz. p. 8. Vs. 71. ἠδὲ Bekk. ᾗ δὲ libri cum Simpl. Vs. 72 γίγνεται Simpl. qui laudat hunc versum f. 278 b. τῇ μὲν ἐπείγονται Geelius. Vs. 73. τάδ' ἀλλάσσοντα] Simplicius Phys. VIII f. 258 B; ᾗ δὲ διαλλάσσοντα Simpl. de Cœlo ap. Peyron. l. l. et in Brandis. Schol. p. 476 et 487 quod recepit Sturzius; ᾗ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα Aristoteles Phys. VIII, 1 p. 251 ed. Bekker., ubi alii codd. τὰ διαλλάσσοντα, alii τάδ' ἀλλάσσοντα. Cæterum οὐδαμὰ Aristoteles et Simplicius, apud quem etiam οὐδαμοῦ legitur. Vs. 74. ἀκίνητον] Bergk., ἀκίνητοι Aristoteles et Simplicius, neque aliter Brandis. Schol. p. 476 B. et p. 487. B; ἀκίνητα semel Simplicius (v. 158) quam scripturam ei probatam fuisse ostendit interpretatio adjecta Phys. f. 258 B (in Brandis. schol. p. 425 B.) καὶ ταύτῃ ἀΐδιά ἐστι, τουτέστιν, ἀΐδιος ἡ αὐτῶν εἰς ἄλληλα μεταβολή κτλ. Hinc Karstenius ἀκίνητα h. l. defendit, ἀκινητὶ Panz. Post hunc versum Simplicii auctoritate neglecta, qui omnia uno tenore usque ad αἰὲν ὁμοῖα exhibet, lacunæ signa posuit Steinius. Vs. 75. μάθη] verissime conj. Bergkius; μέθη Simplicius quod temere arripuit Sturzius allato Platonis loco Lys. p. 222 C : μεθύομεν ὑπὸ τοῦ λόγου. Jo. Damascenus in Stob. Append. Gaisf. p. 34 : ἀλλ' ἄγε μύθων κλῦθι, μάθησις γὰρ φρένας αὔξει quem sequitur Prellerus hist. phil. græcorom. p. 115. Eundem Empedoclis versum intuitus Clemens Alex. Strom. V p. 589 C (p. 697 Pott.) ὡς ἡ μάθησις κατ' Ἐμπεδοκλέα τὰς φρένας αὔξει, οὕτως ἡ εἰς τὸν κύριον πεποίθησις αὔξει τὴν πίστιν. Sed ex Damasceno et Clemente recte conclusit Bergkius apud Empedoclem legendum esse μάθη. Vs. 76. πιφαύσκων vulgo; πιφάσκων cod. D. Brandisii. Vs. 78. Simplicius Phys. I f. 6 B seorsum excitans hæc verba legit ἄλλοτε δ' αὖ pro τοτὲ δ' αὖ eorum quæ præcedunt ratione non habita.

Vs. 79. Simplicius utroque loco ἠέρος ἄπλετον ὕψος, Clemens αἰθέρος ἄπλετον ὕψος, Plutarchus αἰθέρος ἤπιον ὕψος. Vs. 80. δίχα· τῶν—ἕκαστον Simplicius ed. Ald. Cæterum idem utroque loco ἀτάλαντον ἕκαστον, Karsten. et Stein. ἀτάλαντον ἁπάντῃ, Panz. ἀτάλαντον ἑκάστῳ. Vs. 81. φιλότης] Plutarchus; φιλίη Sextus. μετὰ τοῖσιν] vulgo; alii libri ἐν. Itaque apud Plut. scribitur etiam ἐν τοῖς, apud Simplicium ἐν τοῖσιν. ἴση] Simplicius; ἴσον Sextus. Quod reliquum est, ea quæ hic traduntur non intelligimus de forma amicitiæ tanquam corporeæ, sed ut discordia ab elementorum globo sejuncta dicitur, ita hæc per omnes eorum partes quoquoversus diffusa esse. Vs. 82. τὴν σὺ νόῳ δέρκευ] correxerunt interpretes ; τὴν σὺ νῷ δέρκου Plutarchus , ἣν σὺ κτλ. Clemens. Vs. 83. θνητοῖσι] vulgo; φυτοῖσι cod. C. Brandisii; θνητοῖσιν ἐνίζεται Karst. propter v. 86 non perspecta sententia. Vs. 84. ἴδ' ὁμοίϊα vulgo, τε καὶ ἄρθμια cod. Brandisii, cf. v. 262. Utraque lectio æque bona. Vs. 85 γηθοσύνην] Etsi inter γηθοσύνη et γειτοσύνη ea est similitudo, quam grammatici agnominationem sive παρονομασίαν nominant : tamen non est quod cum Steinio Empedoclem γηθοσύνην scribentem sic loqui existimemus, ut alterum vocabulum tecte significetur, præsertim quum γειτοσύνη posterioris ætatis vox (cf. Strab. XI, 591), nomenque minime poeticum sit. Vs. 86. τὴν οὔτις μετ' ὅσοισιν Simplicius ed. Ald. Quod quum ferri nequeat, variis conjecturis propositis sanare locum viri docti studuerunt. Ac primum quidem Sturzius male conjecit μεθ' ἅπασιν, quam conjecturam probavit Karstenius, Brandisius hist. phil. tom. I. p. 224 μετὰ τοῖσιν, Bergkius ap. Prellerum hist. phil. p. 116 τὴν ὅσσοισι μέτ' οὔτις, ipse Prellerus τὴν οὔτις γ' (vel οὐδεὶς) ὅσσοισιν. Sed, quod pace doctissimorum virorum dixerim, solus Panzerbieterus sententiam videtur

assecutus esse. Quum enim Aristoteles phys. VIII, 1 de Empedocle dicat : εἰ δὲ προσοριεῖται τὸ ἐν μέρει, λεκτέον ἐφ' ὧν οὕτως, ὥσπερ ὅτι ἔστι τι, ὃ συνάγει τοὺς ἀνθρώπους, ἡ φιλία, καὶ φεύγουσιν οἱ ἐχθροὶ ἀλλήλους· τοῦτο γὰρ ὑποτίθεται καὶ ἐν τῷ ὅλῳ εἶναι· φαίνεται γὰρ ἐπί τινων οὕτως, apparet poetam hoc loco singulis opponere rerum universitatem neque alium verborum sensum esse posse quam eum quem in interpretatione expressi. Nam Empedocle judice credunt sciuntque mortales inesse in suis membris vim Amicitiæ, sed eam per universum eodem modo regnare nemodum perspexit. Quapropter Panzerbieterus legi voluit : τὴν οὔτις μεθ' ὅλοισιν κτλ. τὰ ὅλα minus recte intelligens elementa Steiniumque in suas partes traxit. Verum quoniam Aristoteles de *universo* loquitur quo sensu raro adhibetur pluralis τὰ ὅλα, velut ap. Plutarch. vit. Pericl. c. 5, rectius hic τὸ πᾶν vel τὸ ὅλον vel simile quid reponi liquet. Itaque suspicor Empedoclem scripsisse :

τὴν οὔτις διὰ παντὸς ἑλισσομένην δεδάηκε.

Vs. 87. λόγων κτλ.] vulgo; λόγου cod. D. Brand.

Vs. 88. ταῦτα γὰρ κτλ.] Simplicius f. 34 A hanc apponit interpretationem : ὅτι γὰρ οὐδέτερον τούτων τελέως ἀπολείπει, δηλοῖ τὸ πάντα ἶσα εἶναι καὶ ἥλικα κατὰ τὴν γένναν. Ante hunc versum Steinius lacunam esse statuit, item post eum qui subjungitur τιμῆς δ' ἄλλης κτλ. Panzerbieterum etiam erroris arguens, quod hæc Empedoclis verba de elementis acceperit quæ neque regnent neque regnandi vicissitudinem habeant. At similiter jam Karstenius de hoc loco judicaverat. Ego ad veterum auctoritatem me componere, quam qualescunque doctorum nostri ævi virorum opiniones sequi malui. Neque enim probabile est, Simplicium juncturum fuisse hos versiculos, nisi re argumentoque cohærerent. Vs. 89. τιμὴ *munus* cujusque elementorum proprium atque in hoc situm quod aliud noctem inducit, aliud lucem affert, aliud tellurem, aliud mare, aliud aliam universi partem quasi imperio regit. Ab hoc differt ἦθος ingenium cujusque, cujus diversitas hoc solo continetur, quod aliud est lucidum, aliud obscurum, aliud alia re insigne. Vs. 90. Simplicius Phys. f. 34 A, eâdem paginâ, modo κύκλοιο exhibet modo χρόνοιο; illud vero ibidem f. 8 A., 273 A. Cum hoc loco jungenda Aristotelis verba Phys. VIII, 1 pag. 250 ed. Bekker. Ἐμπεδοκλῆς (λέγει) ἐν μέρει κινεῖσθαι καὶ πάλιν ἠρεμεῖν· κινεῖσθαι μὲν, ὅταν ἡ φιλία ἐκ πολλῶν ποιῇ τὸ ἕν, ἢ τὸ νεῖκος πολλὰ ἐξ ἑνός· ἠρεμεῖν δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις. Placuit autem Empedocli non tantum ambo illa principia amicitiam et discordiam, sed etiam elementa per vices dominari. Vs. 91. Hunc versiculum qui et infra (vers. 148) prægresso additur, cum Karstenio interposui. Simplicius, quamvis f. 34 A. reliquos versus ordine apponens hunc prætermittat, eadem tamen pagina haud multo post, in iisdem explicandis, hunc ipsum quoque adjungit : ὅτι δὲ εἰς ἄλληλα μεταβάλλει, δηλοῖ λέγων, « ἐν δὲ μέρει—αἴσης. » Vs. 92. Simplicius neglecto metro habet : καὶ πρὸς τοῖς οὔτ' ἄρ' ἐπιγίγνεται οὐδ' ἀπολήγει. Ita certe in editione Aldina legitur, sed in codice D. ἄρ τι. Hinc Sturzius effecit καὶ πρὸς τοῖς ἄρα οὔτε τι γίνεται οὐδ' ἀπολήγει, Karstenius καὶ πρὸς τοῖσιν ἄρ' οὔτ' ἐπιγίγνεται, οὔτ' ἀπολήγει, Panzerbieterus proposuit καὶ πρὸς τοῖς οὔτ' ἄλλ' ἐπιγίγνεται οὐδ' ἀπολήγει, Steinius οὐδὲν γὰρ πρὸς τοῖς ἐπιγίγνεται οὐδ' ἀπολήγει. Mihi scribendum videtur : καὶ πρὸς τοῖς οὔτ' ἄλλο τι γίγνεται οὐδ' ἀπολήγει. Vs. 93-95. εἴτε γὰρ ἐφθείροντο—ἀπολοίατ'] Post primum horum versuum εἴτε γὰρ κτλ. manifestum est excidisse alterum inchoatæ sententiæ clausulam complexum. Etenim loci sensum hujusmodi esse oportebat : « Si penitus interciderent illa, in posterum non amplius essent; si orirentur, non fuissent, antequam in lucem essent edita. » Quare lacunæ signa editores inde a Karstenio posuerunt. Tali versuum argumento sequentia respondent. Vs. 94. affert Aristoteles de Mel. Xen. et Gorg. p. 975. B. (pag. 20 ed. nostr.), ubi vide quæ a nobis notata sunt. Hic enim emendationem ibi propositam secuti sumus.

Vs. 95. vulgo scribitur πῇ δέ κε καὶ ἀπόλοιτο; ἐπεὶ κ. τ. λ. Sed præterquam quod hiatus in his verbis offendit, Simplicii codices præbent ἀπόλοιντο, quam scripturam natam esse liquet ex ἀπολοίατο. Quamobrem cum Panzerbietero posui πῇ δέ κε καὶ ἀπολοίατ'; ἐπεί. Quod vero in nonnullis membranis est κῆρυξ ἀπόλοιντο : id si recte interpretamur, in vestigia vocum καὶ ἐξαπολοίατ' incurrimus, pro quibus Bergkius πῇ δὲ καὶ ἐξαπόλοιτό κ', ἐπεὶ τῶνδ' κτλ. conjecerat. De reliquo τῶνδε pertinet ad ἔρημον. Vs. 96-97. ἀλλ' αὔτ'—ὁμοῖα.] In his versibus nihil mutandum, etsi simili loco inductus (cf. vers. 149) Simplicio duce Karstenius ἔστι γε pro vulgato ἔστιν exarari voluit. Neque est, cur mendosum illud Bergkii ταὐτά pro librorum lectione ταῦτα recipiamus. Vs. 97. ἄλλοτε codices exhibent, cujus loco Steinius ἄλλοθεν legi jussit.

Vs. 98-101 affert Plutarchus adv. Colot. p. 1111; vol. X p. 573; item de plac. phil. I, 30. Vs. 98 φύσις κτλ. præterea 100 et 101 Aristoteles Metaph. IV, 4 p. 677 D. Vss. 98 et 100 idem de Gener. et corr. I, 1; p. 384. E. Vss. 100 et

101 idem de Melisso, Xenophane et Gorgia pag. 975 B (pag. 19 seq. ed. nostr.). Porro vs. 98 habet Philoponus de Gener. et Inter. I. f. 4 A; idem Metaph. f. 18 B. Vs. 100 tangunt Aristoteles de Gen. et corr. II, 6 p. 404 G; Philoponus de Gen. et Int. l. c. Simplicius Phys. I, f. 34 B, 39 A, 51 B; alii. Verba hæc e primo carminis Empedoclei de rerum natura libro petita esse diserte testatur Plutarchus de plac. phil. l. c. Ἐμπεδοκλῆς φύσιν μηδὲν (leg. μηδενὸς) εἶναι, μῖξιν δὲ τῶν στοιχείων καὶ διάστασιν· γράφει γὰρ οὕτως ἐν τῷ πρώτῳ φυσικῷ. Sensum indicat Simplicius Phys. I f. 34. B. τὴν γένεσιν καὶ φθορὰν μηδὲν ἄλλο εἶναι, ἀλλὰ μόνον μῖξίν τε καὶ διάλλαξιν μιγέντων, καὶ σύνοδον διάπτυξίν τε γίνεσθαι ἐν μέρει αἴσης. Exponitur enim his versibus nobile illud Empedoclis decretum, quo sublata generatione et morte nihil nisi figuræ mutatio, mistio ac dissolutio in rerum naturæ corpore dicitur inveniri. Non magna scripturæ discrepantia apud Plutarchum est, qui duos priores versus in libro de placitis sic exhibet:

ἄλλο δέ τοι ἐρέω· φύσις οὐδέν ἐστιν ἁπάντων,
θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένου θανάτοιο τελευτή,

in eo quem adversus Coloten scripsit, ita variat:

ἄλλο δέ σοι ἐρέω· φύσις οὐδενός ἐστιν ἑκάστου
θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένη θανάτοιο γενέθλη.

Cæterum φύσις οὐδενός tutum etiam Aristotelis reliquorumque auctoritate, neque dubium quin θανάτοιο τελευτή recte se habeat. Aristotelem non moramur in Metaphysicis pro ἁπάντων memoriæ lapsu legentem ἐόντων, quum proxima verba θνητῶν κτλ. non adjiciat, quibus appositis ἐόντων ferri non posse in promtu est. Deinde illud ἑκάστου quod altero loco Plutarchi membranæ præbent, necessario ex ἁπάντων librariorum culpa, qui sæpius hæc vocabula confuderunt, originem traxit. Vs. 101. Pro φύσις δ' ἐπὶ τοῖς Plutarchus de plac. φύσις δὲ βροτοῖς, sed altero loco ἐπὶ τοῖς, ut Aristoteles apud quem tamen, Metaph. IV, 4 nonnulla exemplaria præferunt τοῖσδ'. Verba φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν idem valent quod γένεσις δ' ἐπὶ τούτοις ὀνομάζεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Nam φύσις pro γένεσις alii etiam dixerunt, velut Ocellus cap. II § 3 pag. 161 ed. nostr. Ælianus var. hist. lib. III cap. 1 quem laudavi ad Ocellum p. 210. Cum Empedocleo dicendi genere ἐπὶ τοῖς i. e. ἐπὶ τούτοις ὀνομάζεται componas locum Platonis Alcib. I p. 108 A: ἐπειδὴ βέλτιον μὲν ὠνόμαζες ἐπ' ἀμφοτέροις, *quoniam istud melius in utroque nominasti*. Adde de Rep ub. V, 16 p. 470 B: ἐπὶ μὲν οὖν τῇ τοῦ οἰκείου ἔχθρᾳ στάσις κέκληται, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ ἀλλοτρίου πόλεμος. Eundem usum illud ἐπί τινι vel ἐπί τινος λέγειν apud philosophos et grammaticos habet, quo fit interdum, ut ἐπὶ vocula ad περὶ præpositionis similitudinem accedere videatur. Sic jam Æschyl. Sept. 905, πάρεστι δ' εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν. Soph. Œd. Col. 415, καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ. Vide quæ notavi ad Aristot. de Melisso, Xenoph. et Gorg. pag. 57 et quæ Herm. Fritzschius ad Ethic. Nicom. lib. VIII, 2 p. 13 observavit.

Vs. 98. φύσις οὐδενός ἐστιν] Quamvis Aristoteles Metaph. lib. IV, 4 nativam vocis φύσις significationem, de qua supra egimus agnoscat, φύσις, inquiens, λέγεται ἕνα μὲν τρόπον ἡ τῶν φυομένων γένεσις: perperam tamen hoc Empedoclis dictum accipit, φύσιν hoc loco substantiam rerum quæ natura sunt esse contendens. Sic enim ait: ἔτι δ' ἄλλον τρόπον λέγεται ἡ φύσις ἡ τῶν φύσει ὄντων οὐσία, οἷον οἱ λέγοντες τὴν φύσιν εἶναι τὴν πρώτην σύνθεσιν, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγει ὅτι « φύσις οὐθενός ἐστιν ἐόντων, ἀλλὰ μόνον » κτλ. Errorem confutarunt cum alii, tum Bonitzius Comment. in Metaph. p. 230. De proprio autem nominis significatu Alexander Aphrodisiensis pag. 315 ed. Bon.: τὴν φύσιν πενταχῶς ἀποδίδοσθαι λέγει. τῆς γὰρ φύσεως τὴν μὲν ὡς φύσιν τε καὶ βλάστησιν λέγει· λέγομεν γὰρ φύεσθαι τὸ γινόμενον, καὶ τὸ εἰς γένεσιν εἰς φύσιν ἄγεσθαι. τὴν τοιαύτην φύσιν ὡρίσατο ἐν τῇ Φυσικῇ Ἀκροάσει. συνήθως μὲν οὖν ἐπὶ τῶν φυτῶν φύεσθαι κατηγορεῖται, καὶ ἐπὶ τῶν ζῴων δὲ λέγεται· γένεσις γὰρ πᾶσα ἡ εἰς τὸ τέλειον εἶδος πρόοδος.

Vs. 101. φύσις δ' ἐπὶ τοῖς κτλ.] Empedocleum dogma reprehendit Aristoteles de Gener. et corr. II, 6 ubi quærens quid causæ esse dicendum sit cur suam quæque res et vim et figuram obtineat, τοῦτο δ' ἐστὶν, inquit, ἡ οὐσία ἡ ἑκάστου, ἀλλ' οὐ μόνον « μῖξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων, » ὥσπερ ἐκεῖνός φησιν. τύχη δ' ἐπὶ τούτων (al. τούτοις) ὀνομάζεται, ἀλλ' οὐ λόγος. ἔστι γὰρ μιχθῆναι ὡς ἔτυχεν. Contraria vero Empedocleæ rationi ponit, pro φύσις in qua λόγος est, τύχην substituens, in qua nullum esse λόγον sponte patet. Male Asclepius Schol. Arist. p. 695. a. ἐπὶ τοῖς ad elementa refert: ἔλεγεν ὅτι φύσις δ' ἐπὶ τούτοις τοῖς στοιχείοις ὀνομάζεται τοῖς ἀνθρώποις.

Vs. 102-104. ἐκ τοῦ γὰρ—ἐρείδῃ] Aristoteles de Melisso, Xenophane et Gorgia pag. 975 B. (p. 18 seq. ed. nostr.) ἔτι εἰ καὶ ὅτι μάλιστα μήτε τὸ μὴ ὂν ἐνδέχεται γενέσθαι, μήτε ἀπολέσθαι τὸ ὄν, ὅμως τί κωλύει, τὰ μὲν γενόμενα αὐτῶν εἶναι, τὰ δ' ἀΐδια, ὡς καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει; ἅπαντα γὰρ κἀκεῖνος ταῦτα ὁμολογήσας, ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέ-

σθαι, τό τε ὂν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον, ἀεὶ γὰρ περιέσεσθαι ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ, ὅμως τῶν ὄντων τὰ μὲν ἀΐδια εἶναί φησι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, τὰ δ' ἄλλα γίγνεσθαί τε καὶ γεγονέναι ἐκ τούτων. Similiter Philo de mundi ætern. (cf. Galeni opusc. p. 510) λέγεται μέντοι καὶ φθορὰ...... ἡ τοῦ ὄντος ἀφαίρεσις παντελής, ἣν καὶ ἀνύπαρκτον ἀναγκαῖον λέγειν. ὥσπερ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίγνεται, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπαυστόν (leg. ἄπρηκτον). Fuse de verbis Aristotelis ac de Empedoclis loco disputavi p. 18 meæ editionis, Aristotelem vero et Philonem duces secutus sic vatis Agrigentini versus restituere conatus sum :

> ἐκ τοῦ γὰρ μὴ ἐόντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι
> τό τ' ἐὸν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον·
> αἰεὶ γὰρ περιέσται ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ.

His versiculis continetur perspicua decreti sexcenties decantati expositio. Simpliciter Lucretius :

> E nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

Vs. 102. Scripsi ἐκ τοῦ γὰρ μὴ ἐόντος, quum apud Aristotelem pro vulgato ἔκ τε μὴ ὄντος Codex Lipsiensis præbeat ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. Sturzius proposuit ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι, Karstenius ἔκ τε μὴ ὄντος, Spaldingius ἐκ μὴ ὄντος, Panzerbieterus ἐκ μὲν γὰρ μὴ ἐόντος, Bergkius ἔκ τε τοῦ μὴ ὄντος. Meam emendationem probavit Steinius.

Vs. 103. posui τό τ' ἐὸν cum Karstenio quum apud Aristotelem pariter atque apud Philonem sit τό τε ὂν neque offendat τό arsis vi productum. Cf. infra vers. 212. τὰ δύο τῶν ὀκτὼ κτλ. et Parmen. vs. 63 : πῆ πόθεν αὐξηθέν; οὔτ' ἐκ μὴ ὄντος ἐάσω et 69 γίγνεσθαί τι παρ' αὐτό. Τοὔνεκεν οὔτε γενέσθαι. Quorum prior propterea insignis est, quod ultimam vocabuli αὐξηθέν syllabam arsi productam continet, posterior quod postrema pronominis αὐτό syllaba solo accentu longa fit. Sunt autem hi loci testimonio haud rarius didacticos poetas ab artificiosa poeticæ norma recessisse, quam epicos, de quorum versibus ἀκεφάλοις cæteraque licentia ex veteribus egit Athenæus lib. XIV p. 632, ex recentioribus Hermannus Elem. doctr. metr. p. 346, Buttmannus Gramm. ampl. I § 7 pag. 40 seqq. Thiersch. Gramm. Hom. § 147 pag. 176 seqq. Empedocleis duobus versibus qui ab articulo arsi producto incipiunt similis est Homericus Iliad. XXI, 352 :

> τὰ περὶ καλὰ ῥέεθρα ἅλις ποταμοῖο πεφύκει.

Quocirca non audiendus Steinius qui me Karstenii de arsis vi somniis fisum ita scripsisse opinatur. Ipse Empedocli obtrusit : καί τ' ἐὸν ἐξόλλυσθαι κ. τ. λ., Panzerbieterus καὶ δ' ἐὸν, Sturzius καὶ τὸ ὂν, Wyttenbachius καὶ τό γ' ὂν conjecit.

Vs. 104. Quum apud Aristotelem vulgo legeretur ἀεὶ γὰρ θήσεσθαι, ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ, ab aliis aliter Aristotelis locus tractatus et versus Empedocleus refictus est. Illud vero minime dubium, quin Empedocles elementorum atque adeo ipsius entis æternitatem ostensurus pro θήσεσθαι vel θήσεται aliud adhibuerit verbum, quod perpetuitatis notionem exprimat. Namque in his mutationibus, quæ continenter fiunt, nunquam accidere censet Empedocles, ut quidquam e nihilo oriatur, vel quocunque urgeas quidquam pereat. Bergkius igitur apud Aristotelem pro θήσεσθαι reposuit θεύσεσθαι eo sensu acceptum quo Empedocles usurpare solet. Nimirum verbum θεῖν ad elementorum mutationes variasque quas induunt formas sæpius transtulit Empedocles, ut vs. 96, 149, et alibi. At hoc verbo non tam ipsa perennitas et mortis vacuitas designatur, quam perpetua mutatio. Karstenius et Steinius præeunte Sturzio rescribi volebant : αἰεὶ γὰρ στήσονται ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ hac sententia : « semper enim stabunt quacunque ratione quis urgeat. » Sed hoc, propter significationis ambiguitatem, qua στήσονται modo *consistent* vertitur, ut apud Homerum Iliad. XI, 608; VIII, 234; XVIII, 278, 308, Eurip. Phœn. vs. 630, modo *erigent*, ut apud eundem Euripidem Androm. vs. 761 τροπαῖον αὐτοῦ στήσομαι, in hujusmodi fragmento non satis commodum apparet. Huc accedit quod si teneas στήσονται, motum secuta quies rerum certis locis statutarum significatur, id quod ab Empedoclis mente alienissimum est. Nihil in hac causa vidit Wyttenbachius, teste Karstenio p. 191 αἰὲν γὰρ θεύσετ' vel θήσετ' ὅπῃ, quod exponit θεύσεται vel θήσεταί τις, legendum suspicatus. Longe melius antiqui vatis dictum in integrum restituere molitus est Fr. Panzerbieterus hac verborum conformatione : αἰεὶ γὰρ τῇ γ' ἔσται, ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ, allato simili loco Iliadis XII, 48 : ὅππῃ τ' ἰθύσῃ, τῇ τ' εἴκουσι στίχες ἀνδρῶν. At versu sic emendato sententia angustioribus quam ipsius natura fert finibus circumscribitur. Neque enim id agit Empedocles, ut doceat quocunque pellamus ens, ibi fore, sed ut demonstret, omnino illud futurum esse semperque victurum, quocunque propellatur. Sola igitur immortalitas hic spectanda. Quare Spaldingius apud Aristotelem reponi jussit : ἀεὶ γάρ, φησίν, ἔσεσθαι, ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ, cui emendationi non adversatus essem, nisi ad versum ex his vocibus compo-

nendum aliquid deesset. Mihi igitur apud Aristotelem scribendum esse visum est ἀεὶ γὰρ περιέσεσθαι ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ, et apud Empedoclem : αἰεὶ γὰρ περιέσται ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ. Cæterum ultima quoque conjecturis vexarunt Karstenius et Steinius, ille pag. 521 ὅπῃ κέ τις ἀντί' ἐρείδῃ, hic ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείπῃ exarandum esse ratus. Sed his mutationibus locus non eget.

Vs. 105-107 ἀλλὰ κακοῖς — λόγοιο] Clemens Al. Strom. V. p. 554. C. Vss. 105 et 106 Theodoretus Therap. Serm. I, Opp. T. IV p. 476. Quum mens humana sæpe incertis opinionum fluctibus agitata, quid statuendum sit, nesciat; malorum esse hominum ait Empedocles diffidere veris ac legitimis contemtaque vel deorum benevolentia vel divinioris animi sapientia suis tantum ingenii viribus fidere. Hunc esse sensum trium de quibus agimus versiculorum e Clementis et Theodoreti verbis efficitur. E quibus Theodoretus l. c. Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος εἴρηκεν· Ἀξύνετοι ἀκούσαντες κωφοῖς ἐοίκασι· φάτις αὐτοῖσι μαρτυρεῖ, παρεόντας ἀπεῖναι. ξυμφωνεῖ δὲ τῷ Ἐφεσίῳ καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς, λέγων ὧδε·

ἀλλὰ κακοῖς μὲν κάρτα πέλει κρατέουσιν ἀπιστεῖν·
ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης κέλεται πιστώματα Μούσης.

τῆς τῶν κακῶν ἄρα μερίδος, κατὰ τὸν Ἀκραγαντῖνον, οἱ ἄπιστοι. Clemens vero : τοῖς μὲν γὰρ κακοῖς τοῦτο σύνηθες, φησὶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, τὸ ἐθέλειν κρατεῖν τῶν ἀληθῶν διὰ τοῦ ἀπιστεῖν, i. e. vera non credendo superare quasi et opprimere velle. Apparet Clementi τὰ κρατέοντα esse τὰ ἀληθῆ eumque consilium diffidentium, cujus apud Empedoclem mentio non fit, aperte indicare. Quod quin recte fecerit non dubito. Bergkius de Emped. procem. p. 28 Clementem pervertisse Empedoclis sententiam arguens, poetam existimat hoc dicere, pravos solere potentibus id est diis refragari. Fateor τοὺς κρατοῦντας esse imperantes, victores, superiores. At Clementem vulgaria græci sermonis vocabula male interpretatum esse vix credibile est. Rectius Karstenius hanc juncturam explicat : « *firmis certisque argumentis vel effatis non credere.* » Steinius ita accipit κρατέουσιν, ut λόγοις intelligat, leges esse dicens per naturæ universitatem pertinentes ac dominantes, qualis est ea quæ modo memorabatur, nihil e nihilo fieri aut ad nihilum redigi, neque tamen falli arbitratur interpretantes : « *eis qui recte monent veritatisque vi vincunt,* » collato Platonis loco Phædr. p. 272 ὁ μὴ πειθόμενος κρατεῖ, i. e. qui sibi persuaderi non patitur recte sentit ac vincit. Verum prior ratio præstat. Neque enim perspicue loqueretur Empedocles, si κρατέουσιν pro rectæ sententiæ auctoribus et confirmatoribus haberi vellet, sed quoniam illa proximi versus πιστώματα respondent κρατέουσιν quorum in primo versu meminit poeta, patet neutro genere κρατέουσιν hic poni. Etsi vero per loci conformationem non licet cum Steinio κρατέουσιν interpretari quasi λόγοις κρατέουσιν scripserit vates Agrigentinus, tamen per sese neutrum participii sensum fere eundem quem πιστώματα continet. Etenim res quoque dicuntur κρατεῖν, i. e. obtinere, invalescere, valere, durare, vim auctoritatemque habere, ut φάτις κρατεῖ, fama obtinet, apud Soph. Ajac. vs. 978; φάτις πολλὴ κρατεῖ, pervulgata obtinet fama, apud Æsch. Suppl. vs. 290; λόγος κρατεῖ σαφηνής apud eundem Pers. vs. 724; νόμιμα δὲ τὰ Χαλκιδικὰ ἐκράτησεν, leges vero Chalcidenses obtinuerunt, apud Thucyd. lib. VI, 5; ἀνάγκη δ' ὥσπερ τέχνης ἀεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖν, necesse est, quemadmodum artibus accidere solet, novissima quæque semper evincere auctoritatemque habere, lib. I, 71. Cf. apud eundem lib. IV cap. 62, τὸ δὲ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος ὡς ἐπὶ πλεῖστον κρατεῖ, ubi scholiastes κρατεῖ exponit τὴν ἰσχὺν ἔχει, et Sophocl. Œd. R. vs. 977, τί δ' ἂν φοβοῖτ' ἄνθρωπος ᾧ τὰ τῆς τύχης κρατεῖ, πρόνοια δ' ἐστὶν οὐδενὸς σαφής; Hinc etiam non mirandum participium neutro genere poni, sive absolute, sive aliis nominibus adjunctum. Eurip. Andromach. vs. 133, τὸ κρατοῦν δέ σ' ἔπεισι. Id. Eurip. Fragm. Melanipp. XXXI pag. 743 ed. Wagner. : τὰ τῆς γυναικὸς γὰρ κρατοῦντ' ἐν δώμασιν δουλοῖ τὸν ἄνδρα κ. τ. λ. Philosopho autem nostro τὰ κρατοῦντα sunt, quæ valent quæque rata habentur, i. e. vera, τὰ ἀληθῆ, ut ne transversum quidem unguem Clemens ab Empedoclis mente discessisse videatur. Quod autem monui τὰ κρατοῦντα respondere iis quæ sequenti versu πιστώματα appellantur : id paulo accuratius expendendum est. Bergkius censet vatem Agrigentinum πιστώματα vocasse arcana illa quæ Musa ipsi benigna voluntate recluserit, ita ut jam non suam, sed quasi divinam quandam sapientiam in medium proferre videatur. Karstenius πιστώματα *effata* esse vult. Neuter diligentis interpretis functus officio est, ut nec Sturzius in eo lapsus quod κέλεται ita vertit, quasi passive eo usus poeta sit. Est vero πίστωμα id quo rei alicui fides fit, vel quo res aliqua confirmatur, sive confirmatio et probatio qua rei fides fit. Sic Aristoteles Rhet. I πιστώματα δὲ παρὰ μαρτυρίων, quæ verba cum Stephano Thes. ling. Gr. exponimus *testimoniis fides fit* sive *testimoniis res probantur et confirmantur.* Apud Æschylum Eumen. vs. 205 Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα sunt *Junonis pronubæ et Jovis confirmationes,* quo nomine

significantur fœdera auspiciis Junonis jugalis et Jovis intersponsum sponsamque juncta. Ejusdem poetæ verba Choeph. vs. 944 ὅρκος τ' ἐμμένει πιστώμασι valent : *jusjurandum data fide servatur.* Quamobrem Empedocles qui Musæ auxilio philosophiam se traditurum esse profitetur non potest πιστώματα nominare nisi *probationes*, vel potius *certa argumenta* quæ tanquam diis ducibus ex infinita argumentorum copia sumuntur ad cujusque rei naturam aperiendam. Jam perspicuum erit quid intersit inter κρατοῦντα et πιστώματα, quorum illa veri loco habenda, hæc fontium instar esse vidimus, a quibus generi humano ad verum profluere liceat. Cæterum Theodoretus initio hujus versus memoriæ lapsu ὧδε γὰρ pro ὡς δὲ παρ' habet.

Vs. 107. διατμηθέντος λόγοιο paucis tractat Astius in Platonis Phædr. comment. p. 362, ubi p. 265 διατέμνειν κατ' ἄρθρα de dialectica usurpatur. Ita fere jam ante eum loci Platonici immemor statuerat Sturzius. Satius est cum Karstenio λόγον hic interpretari τὸν νοῦν (quomodo Parmenides vs. 56 κρῖναι δὲ λόγῳ) ut sit sententia : *mente in præcordiis divisa.* Non multum ab hac abludit Homerica structura Il. lib. I, 189, ἐν δέ οἱ ἦτορ στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν, et Maronis illud Æn. VIII, 20 : *animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.* De humanæ igitur mentis, quæ modo in hanc, modo in illam partem fertur atque alio tempore alia probat, inconstantia et imbecillitate queritur Empedocles. Quocirca Musarum beneficio mortales ad perspiciendam rerum universitatem pervenire posse contendit. Ut vero hic διατέμνειν de animo in varias partes distracto : ita paulo inferius idem verbum [γυῖα κακῇσι διατμηθέντ' ἐρίδεσσι] de corpore morbis afflicto usurpat.

Vss. 108–119. οἱ δ' ὅ τι κεν κατὰ — ἐπεὶ λύθεν οὐδὲν ἄρ' εἰσίν] exhibet Plutarchus adv. Colot. p. 1113, vol. X p. 578-580. Vs. 112 citatur ab eodem Reip. ger. præc. p. 820, vol. IX p. 266 ed. Reisk.; posterior ejusdem versus pars νόμῳ κτλ. adv. Colot. p. 112, vol. X p. 577. Rejicitur his versibus vulgaris opinio, qua nasci atque interire dicunt ea quæ revera tantum mutantur, id est, modo coagmentantur modo dissipantur. Quum autem Empedoclis verba admodum corrupta sint in Plutarchi codicibus, notata scripturæ varietate virorum doctorum conjecturas breviter memorabo. Vs. 108 ita mutilatus est : οἱ δ' ὅτε κατὰ φῶτα μίγεν φῶς αἰθέρι, unde Xylander effecit : οἱ δ' ὅτε δὴ κατὰ φῶτα μίγεν φάος αἰθέρι κύρει, Reiskius suspicatus est οἱ δ' ὅτε ἢ κατὰ φῶτα μιγὲν φάνῃ αἰθέρι λαμπρῷ, Coraes vero quod Sturzius recepit : οἱ δ' εὖτ' ἢ κατὰ φωτῶν (γένος) μιγέντ' ἐς φάος ἔλθῃ, Karstenius οἱ δ', εὖτ' ἢ κατὰ φῶτας ἴδῃ φάος αἰθέριόν γε, Panzerbieterus οἱ δ' ὅτε μὲν κατὰ φῶτα μιγὲν φάος αἰθέρος ἵκῃ, Steinius omni emendandi conatu abstinuit. Mihi scribendum videtur : οἱ δ' ὅ, τι κεν κατὰ φῶτα μιγὲν φάος αἰθέρος ἵκῃ. Falsum enim est quod Karstenius opinatur, necessario hic requiri pluralem φῶτας. Sic etiam Græci τὰ κατ' ἄνθρωπον dicunt quæ facultatem humanam non excedunt. Cf. Soph. Œd. Col. vs. 604, τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς ; Plat. Phileb. pag. 12 C. ed. Steph. τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον κτλ. Vs. 109 legebatur ἢ κατὰ θηρῶν ἀγροτέρων, quod cum Ritschelio apud Steinium mutavi in ἠὲ κατ' ἀγροτέρων θηρῶν κτλ. Vs. 110 Plutarchi codd. exhibent : ἠὲ κατ' οἰωνῶν, τότε μὲν τὸν. . . . . . γενέσθαι. Lacunam explere aggressi sunt Reiskius et Sturzius ita scribendo : τότε μὲν τὸ λέγουσι γενέσθαι, Karstenius τότε μὲν δοκέουσι γενέσθαι, Panzerbieterus τότε μὲν τόγε φασὶ γενέσθαι, Steinius τότε μὲν τὰ λέγουσι γενέσθαι. Ego ponendum arbitror : τόγε μὲν φάσκουσι γενέσθαι.

Vs. 111. Plutarchi exemplaria mendose : εὖτε δ' ἀποκριθῶσι τὰ δ' αὖ δυσδαίμονα πότμον. Rescripsi autem cum Panzerbietero εὖτε δ' ἀποκρινθῶσι, cujus loco Ritschelius apud Steinium malebat ἀποκριθέωσι. Præterea τὸ δ' αὖ δυσδαίμονα πότμον prægresso Reiskio cum plerisque editoribus vulgavi. Vs. 112 ap. Plutarch. adv. Colot. l. c. sic exaratus est : εἶναι καλέουσιν· ὅμως δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός, sed altero loco legitur : ἣ θέμις καλοῦσιν, ὅμως ἐπίφη καὶ αὐτός vel νόμῳ δὲ ἢ τί φημι κτλ. Expulso vocabulo εἶναι Karstenius et Dübnerus εἰκαίως ediderunt, subjunctis his verbis νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός; contra Sturzius et Panzerbieterus probata Reiskii correctione : ἔν γε νόμῳ καλέουσι, νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός. Ab his discesserunt Wyttenbachius et Steinius, quorum alter refragatus Reiskianæ emendationi οὐχ ἣ θέμις ad Plutarch. præc. reip. ger. proposuit ἣ θέμις οὐ et ad ejusdem adv. Colot. librum ἀλοιτὴν καλέουσι legendum sibi videri observavit, alter in Empedoclis editione ἣ θέμις ἐστὶ, καλοῦσι, νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός tentavit. Mihi utriusque loci depravationem comparanti verisimile est adverbium aliquod olim initio versus scriptum fuisse. Quare, quod Empedocle non indignum existimo, ἀπρεπέως καλέουσι, νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός versus supplendi gratia reposui. Vs. 115. Vulgo ἤτοι καταθνήσκειν . . . . . πάντῃ. Sed πάντῃ in ἀπάντῃ jam Stephanus correxit, ἤτοι Sturzius in ἠὲ mutavit. At multo rectius Reiskius in ἤτοι

nihil nisi ᾗ τι latere suspicatus est, qui tamen reliquam versus partem minus bene constituit: καταθνήσκειν κἀξόλλυσθαι πάνυ πάντη. Præstat Sturziana emendatio καταθνήσκειν τε καὶ ἐξόλλυσθαι ἁπάντη, quam omnes postea editores arripuerunt.

Vs. 116. Plutarchi membranæ μαντεύσαιτο præbent, quod Stephano quoque in Poesi philosophica et Scaligero probatum minime recentioribus sollicitandum erat. Neque enim attinebat vel μητεύσαιτο cum Reiskio excogitare, quod inusitatum est, vel μητίσαιτο cum Sturzio conjicere, vel μαστεύσαιτο cum Karstenio comminisci.

Vs. 118. Legebatur vulgo εἰσὶ καί σφι, quod Karstenius correxit in εἰσὶν καί σφιν. Sed jam antea Mich. Neander Op. Aur. T. I p. 526 dederat εἰσὶν, Scaliger autem in codice Lugdunobatavo exarari voluerat σφιν. Pro δεινὰ Bergkius legi jussit δειλά, quod verbis Empedocleis intulit Steinius, quamquam ferri potest vulgata scriptura. Vs. 119. Libri Plutarchei habent: πρὶν δὲ πάγεντε βροτοὶ καὶ λυθέντος οὐδὲ ἄρ' εἰσί. Stephanus in Poesi phil. p. 22 vulgavit πρὶν δὲ παγέντε βροτοὶ καὶ λυθέντες οὐδὲν ἄρ' εἰσίν, cui Scaliger ibid. p. 216 astipulatus est, nisi quod ut παγέντε, ita etiam λυθέντ' ponendum censuit. Neuter sententiam bene conformavit, quæ postulat conjunctionem oppositam præcedenti πρίν. Quamobrem Xylander Empedoclis manum restituere sibi visus est, ὡς λύθεν scribendo. Præclara etiam Reiskii emendatio fuit: πρὶν δὲ πάγεν τε βροτοὶ καὶ ἐπεὶ λύθεν, quam a Karstenio primum receptam postmodum editores tenuerunt. Cæterum Stephani emendationem οὐδὲν ἄρ' εἰσίν forsitan e codicibus petitam nunc Dübneri editio exhibet. Karstenius οὐδ' ἄρ' ἔασι posuit.

Vss. 120–133. Ἀλλ' ἄγε—ἀμείβει] affert Simplicius Phys. I. f. 34 a. Vss. 122-131 ἠέλιον—φέριστοι idem Phys. I, f. 7 b. Vss. 122 et 124 omisso vs. 123 Aristoteles de Gen. et Corr. I, 1, p. 385 a; Plutarchus de pr. frig. p. 949, vol. IX p. 741.

Vs. 122. Galenus περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμ. κρ. L. II, pr. T. XIII p. 31 Chart. Vss. 128–131 ἐκ τῶν πάνθ'—δολιχαίωνες] Aristot. Metaph. II, 4 p. 662 D. Vss. 128-130 idem de Mundo c. 6 pag. 474 A. Multa alia de elementis, de calido, frigido, lucido, opaco ac de iis quæ ex elementorum coitu orta essent præfatus erat Empedocles, antequam ad hos transiret versus, quibus singulorum corporum genitalium naturam adumbrat. Sic enim Simplicius Phys. I. f. 34 a: πλείονα δὲ ἄλλα εἰπὼν ἐπάγει ἑκάστου τῶν εἰρημένων (στοιχείων) τὸν χαρακτῆρα, τὸ μὲν πῦρ ἥλιον καλῶν, τὸν δ' ἀέρα αὐγὴν καὶ οὐρανόν, τὸ δ' ὕδωρ ὄμβρον καὶ θάλασσαν. Similiter fere alibi f. 7 hos versus citans, dicit: ἐν ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔπεσιν, ἐν οἷς καὶ τὰ γνωρίσματα ἑκάστου τῶν τεσσάρων στοιχείων καὶ τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας παραδίδωσι σαφῶς, τὴν ἀμφοῖν ἐν πᾶσι μῖξιν τοῦ τε νείκους καὶ τῆς φιλίας ἐξέφηνεν· ἔχει δὴ οὕτως κτλ. Nomina quibus Simplicius elementa appellari ait, ἥλιος, αὐγή, ὄμβρος, in his versibus inveniuntur; duo reliqua οὐρανός et θάλασσα ipse interpres apposuit. Verum Simplicius non memorat nisi tria elementa, ignem, aerem, aquam, omissa terra; cujus tamen meminit Aristoteles de Gen. et Corr. l. c. hunc locum ita allegans: ὥσπερ καί φησιν Ἐμπεδοκλῆς « ἠέλιον μὲν λευκὸν ὁρᾶν καὶ θερμὸν ἁπάντη, ὄμβρον δ' ἐν πᾶσιν δνοφόεντά τε ῥιγαλέον τε . . . . . » ὁμοίως δὲ διορίζει καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν (στοιχείων). ὥστ' ἐξ ἑνός τινος δῆλον ὅτι διαφοραῖς τισι χωριζομένων καὶ πάθεσιν ἐγένετο τὸ μὲν ὕδωρ τὸ δὲ πῦρ, καθάπερ λέγει τὸν μὲν ἥλιον, λευκὸν καὶ θερμόν, τὴν δὲ γῆν βαρὺ καὶ σκληρόν. Quod reliquum est e verbis ὁμοίως δὲ διορίζει καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν (στοιχείων) probabiliter colligas exiguam disputationis Empedocleæ de elementis partem periisse.

Vs. 120. Pro vulgato ἀλλ' ἄγε Cod. D. ἀλλά τε. Bene autem Scaliger ἐπὶ μάρτυρα quod est in Aldina Simplicii editione in ἐπιμάρτυρα correxit. Hunc cum Karstenio cæteri editores secuti sunt.

Vs. 121. λιπόξυλον, vox Empedoclea, *infirmum* designans. Cf. vers. 277. Sturzius temere mutavit in λιπόζυγον, Prellerus in ὑπόξυλον.

Vs. 122. λαμπρὸν Plutarchus habet et Simplicii cod. D; λευκὸν Aristoteles; θερμὸν ὁρᾶν καὶ λαμπρὸν ἁπάντη Simplicii editio Aldina et Galenus, sed Simplicius altero loco θερμὸν ὁρᾶν καὶ θερμὸν ἁπάντη. Inter Empedoclis editores λαμπρὸν receperunt Sturzius et Panzerbieterus, λευκὸν Karstenius et Steinius. Ego etsi Aristotelis auctoritatem non idcirco labefactandam reor, quia multa memoriter citaverit, tamen τὸ λαμπρὸν melius τῷ δνοφόεντι opponi arbitror, ideoque λαμπρὸν e Plutarcho sumsi. Quod Steinius e Simplicii cod. C. prolatum verbis Empedocleis inseruit ὅρα pro vulgato ὁρᾶν minime necessarium est. Notandum vero quod in exemplari manuscripto nihil legitur nisi ὁρᾶ.

Vs. 123. ἄμβροτα δ' ὅσσα] Simplicius uno loco corrupte: ἄμβροτα δ' ὅσσ' ἔδεται (cod. C. δὲ τοσσ δέ τε), altero ἄμβροτα δ' ὅσσα ἐδεῖτο, quod et ipsum repudiandum est. Quæ quum ita sint, Prellerus conjecit ὅσσ' ἐδέθη, *quæ* (cœlo) *illigata sunt,* quod verbum ita absolute positum ferri posse cum Karstenio negamus. Ipse Karstenius scripsit: ἄμβροτα

θ' ὅσσ' ἕπεταί τε καὶ ἀργέτι.κτλ. Panzerbieterus ἄβρομα δ' ὅσσα πνέει τε καὶ ἀργέτι κτλ. Geelius apud Karstenium p. 522 suspicatus est poetam dixisse ἄμβροτα δ' ὅσσ' ἕλεται, ab obsoleto ἕλω, *volvo*; quæ certissima emendatio foret, nisi vox usu careret. Karstenius in Addendis spreta priore conjectura postmodo proposuit ἄμβροτα δ' ὅσσα τ' ἔγεντο, i. e. ἐγένετο. Nullus ex his emendandi modis mihi satisfacit. Quapropter jam pridem legi volueram ἄμβροτα δ' ὅσσα πέλει τε καὶ ἀργέτι δεύεται αὐγῇ, quum longo tempore interjecto Steinium in eadem vestigia incurrisse vidi. Intelliguntur autem ἄμβροτα corpora cœlestia, astra, quæ e vulgi opinione immortalia solisque tanquam satellites sunt. Cæteroquin αὐγῇ noli cum Simplicio de *aëre* accipere, sed, ut sæpe fit, de *sole* dictum puta.

Vs. 124. ὄμβρον δ' κτλ.] Latinos poetas frequenter aquæ loco imbrem dixisse constat, velut Lucret. I, 713 seqq.

Adde etiam, qui conduplicant primordia rerum,
Aëra jungentes igni terramque liquori;
Et qui quattuor ex rebus posse omnia rentur,
Ex igni, terra atque anima procrescere et imbri.

Eodem modo Empedocles ὄμβρος vocabulum usurpat et hic et infra verss. 354 et 360. Nec defuerunt qui apud Sophoclem Œd. R. vs. 1415 ὄμβρος ἱερός universe de aqua intelligerent (vid. Musgrav. ad eum locum), quamquam ibi vulgaris significatio sufficit. Præterea δνοφόεντα prætulimus alteri scripturæ ζοφόεντα quæ in aliis est Aristotelis et Plutarchi codicibus. Post hunc versum Karstenius desiderans ea quæ ab Empedocle de aëre et terra dicta erant, lacunæ signa posuit. Equidem verborum ordinem talibus notis abrumpere veritus, iis abstinui, præsertim quum nesciamus hic an alibi his de rebus disputaverit poeta.

Vs. 125. ἐθέλυμνά τε καὶ στερεωπά] Simplicius uno loco habet θελίμνατα (cod. C. θελήματα, D. θελημνά τε) καὶ στερέωμα, altero θέλιμνά (codd. C. D. θελημά) τε καὶ στεροπά γε (cod. D. στερεωπά). Vocabulum θέλιμνα bis in Empedocleis fragminibus exstat, hoc loco et vs. 194; sed ut ibi membranæ variant, quarum aliæ θέλημα, aliæ ἐθέλημα præbent, ita hic quoque codices fluctuant inter varias incertasque formas. Neque enim ea qua oportebat diligentia Simplicii codices calamo exaratos a viris doctis collatos esse scio, ut magna in talibus judicandis cautione sit opus. Itaque de his quoque locis Empedocleis alii aliter statuerunt. Ac Sturzius quidem minus recte scripsit θέλυμνά τε καὶ στερεά γε, in quo γε plane abundat; Panzerbieterus ἐθελημά τε καὶ στερεωπά, omnium optime Karstenius ἐθελυμνά τε καὶ στερεωπά, quod a Steinio jam probatum recipere non dubitavi.

Vs. 126. ἐν δὲ κότῳ διάμορφα] Cod. C. male διαμορφία.

Vs. 128. ἐκ τῶν πάνθ' κτλ.] Apud Simplicium uno loco est :

ἐκ τῶν γὰρ πάνθ' ὅσσ' ἦν (codd. C. D. ὅσσα τ' ἦν)
ὅσσα τέ ἐστι καὶ ἔσται,

altero editio Aldina exhibet :

ἐκ τούτων γὰρ πάντ' ἦν, ὅσσα τέ ἐστι καὶ ἔσται,

quod Sturzius edidit. Sed ibidem cod. D. pro πάντ' ἦν habet παντὸς ἄτην et in cod. C. pro ὅσσα τε exstat ὅσσα τ'. Aristoteles de Mundo c. 6 : ἐξ οὗ, κατὰ τὸν φυσικὸν Ἐμπεδοκλέα,

πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἐστὶν ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω.

Extrema in Casauboni editione sic leguntur : ἐστὶν ἰδ' ὅσσα τε ἔσται ὀπίσσω. Verum ἐξ οὗ quod libri auctor ad deum refert, ne de versu ipso dicam, non esse Empedocleum vix est quod demonstrem. Denique Aristoteles Metaph. II, 4 hanc servavit versus formam :

ἐξ ὧν πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται [ὀπίσσω,

quam sequitur Prellerus Hist. phil. p. 118 et Karstenius, nisi quod hic pro ἐξ ὧν dedit ἐκ τῶν. Ad Simplicium se applicuerunt Panzerbieterus et Steinius ἐκ τούτων γὰρ πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔστι καὶ ἔσται ponendum esse rati. Ego Karstenium verum vidisse arbitror.

Vs. 129. δένδρεά τ' ἐβλάστησε] Ita Aristoteles; at Simplicii editio Aldina δένδρα τε βεβλάστηκε, quamvis in cod. C. compareat : δένδρεά τε βεβλάστηκε, in cod. D. autem δένδρεά τ' ἐβλάστησε.

Vs. 131. καί τε θεοὶ] Ita omnino legendum esse viderunt posteriores editores, quum Stephanus in Poesi philos. p. 18 nonnullos Aristotelis codices secutus ediderit κἄν τε θεοί. Perperam autem Scaliger ibid. p. 216 : « Lego, inquit, κ' ἀντίθεοι δολιχαίωνες, h. e. ἥρωες. Nam, ut annotat Aristoteles, θεοὶ hic non concluduntur. » At in codice Lugdunobatavo, animadverso, ut credi par est, errore nihil mutandum censuit. Repetitur vero paulo inferius hic versus cum præcedenti. Cf. vs. 140–141.

Vs. 132–133. αὐτὰ γὰρ κτλ.] Versus haud absimiles iis qui supra leguntur. Cf. vs. 96–97. Commode cum his interpretes Euripideos versiculos compararunt apud Clement. Strom. VI p. 627 D.

θνήσκει δ' οὐδὲν τῶν γιγνομένων,

διακρινόμενον δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο
μορφὴν ἑτέραν ἀπέδειξεν,

in quibus μορφὴν ἑτέραν respondet Empedocleo vocabulo ἀλλοιωπά, cujus loco Sturzius ἀλλοιωτά vulgavit. In Simplicii codice D. legitur ἀλλοιωπά τηγον. Præterea pro ἔστι quod est apud Simplicium Karstenius ἔστι γε posuit, ego ἔστιν cum Panzerbietero et Steinio exaravi. Postrema verba non sine lectionis varietate in Simplicii libris et scriptis et editis inveniuntur. Exemplar Aldinum habet, quod Panzerbieterus versibus Empedocleis intulit, τὰ γὰρ διάκρυψις ἀμείβει, sed codd. C. D. τὰ γὰρ διάκρασις ἀμείβει. Contra idem scriptor f. 34. b tuetur διάπτυξις his verbis Empedoclis dogma exponens : τὴν γένεσιν· καὶ τὴν φθορὰν μηδὲν ἄλλο εἶναι, ἀλλὰ μόνον μῖξίν τε καὶ διάλλαξιν μιγέντων, καὶ σύνοδον διάπτυξίν τε γίνεσθαι ἐν μέρει αἴσης. Quocirca Sturzius et Karstenius διάπτυξις alteri quam noverant scripturæ præoptarunt. Neque tamen diffitendum est versum, qualem illi dederunt,

γίγνεται ἀλλοιωπά· τὰ γὰρ διάπτυξις ἀμείβει,

claudicare. Qua re offensus Bergkius, ut metro consuleret, τὰ γὰρ διάθρεξις ἀμείβει quamvis dubitanter scribendum conjectavit. At non alia mutatione quam deleto τὰ et transpositis verbis opus esse apud Steinium vidit Ritschelius. Hinc optimus nascitur versus : γίγνεται ἀλλοιωπά· διάπτυξις γὰρ ἀμείβει.

Vs. 134-144. Ὡς δ' ὁπόταν—μῦθον ἀκούσας] Simplicius Phys. I f. 34 a. hos versus superioribus (120-133) subjungit, καὶ παράδειγμα δέ, inquiens, ἐναργὲς παρέθετο τοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν γίνεσθαι τὰ διάφορα. Empedocles magnifica similitudine ostendit, quomodo ex iisdem elementis infinita diversissimarum rerum copia oriatur. Contendit enim nativam elementorum compositionem cum pictoris arte qui variis coloribus rite concinnatis ingentem figurarum et imaginum multitudinem format. Vix dubium est quin vatis Agrigentini verba intuitus hæc scripserit Galenus in Hippocr. de hom. nat. Comm. I. T. III p. 101 B : Ἐμπεδοκλῆς ἐξ ἀμεταβλήτων τῶν τεττάρων στοιχείων ἡγεῖτο γίγνεσθαι τὴν τῶν συνθέτων σωμάτων φύσιν, οὕτως ἀναμεμιγμένων ἀλλήλοις τῶν πρώτων, ὡς εἴ τις λειώσας ἀκριβῶς καὶ χνοώδη ποιήσας ἰὸν καὶ χαλκῖτιν καὶ καδμείαν καὶ μίσυ μίξειεν. Eadem similitudinis venustate utitur auctor libri de Mundo (qui inter Aristotelis scripta circumfertur) cap. V, ubi de concentu agens, quem natura e contrariis efficiat, ita pergit : ἔοικε δὲ καὶ ἡ τέχνη τὴν φύσιν μιμουμένη τοῦτο ποιεῖν· ζωγραφία μὲν γὰρ λευκῶν τε καὶ μελάνων, ὠχρῶν τε καὶ ἐρυθρῶν χρωμάτων ἐγκερασαμένη φύσεις, τὰς εἰκόνας τοῖς προηγουμένοις ἀπετέλεσε συμφώνους. . . . . . οὕτως οὖν καὶ τὴν τῶν ὅλων σύστασιν, οὐρανοῦ λέγω καὶ γῆς τοῦ τε σύμπαντος κόσμου, διὰ τῆς τῶν ἐναντιωτάτων ἀρχῶν κράσεως μία διεκόσμησεν ἁρμονία.

Vs. 134. ὡς δ' ὁπόταν γραφέες] Ultima vocabuli γραφέες syllaba arsi producitur. Cf. Spitzner. de versu græc. her. p. 41.

Vs. 135. ἀνέρες ἀμφὶ τέχνης κτλ.] Sic Orph. Argonaut. vs. 33, ἀμφὶ δὲ μαντείης ἐδάης πολυπείρονας οἴμους. In voce τέχνης prior syllaba corripitur hoc Empedoclis loco, quemadmodum fit in carmine Κάμινος ἢ Κεραμὶς inscripto quod inter Homerica exstat vs. 10 :

Ὠμόδαμόν θ' ὃς τῇδε τέχνῃ κακὰ πολλὰ πορίζει.

Quod ut animadvertit Sturzius, ita male retinuit Aldini exemplaris illud ὑπὸ μήτινος, cujus loco flagitatur ὑπὸ μήτιος. Eam autem conjecturam tum ipse fecit, tum ante eum Scaliger in codice Lugdunobatavo. Emendationi huic omnes editores suffragati sunt, nisi quod Panzerbieterus ὑπὸ Μήτιος majuscula littera scripsit, deam esse ratus, quam Hesiodus Theogon. 887 appellat

πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν ἰδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.

Sed quamvis vulgo Μῆτις haberetur dea, Empedocli tamen nulla necessitate subactus eam tribuere nolim. Quare ne Homericum quidem locum Odyss. lib. XVII, 518-519,

ὡς δ' ὅτ' ἀοιδὸν ἀνὴρ ποτιδέρκεται, ὅς τε θεῶν ἐξ
ἀείδει δεδαὼς ἔπε' ἱμερόεντα βροτοῖσι,

quem simillimum arbitratur, cum hoc composuerim. Adde quod nuper excussis Simplicii codicibus C. D. inventum est μήτιος pro Aldini exempli μήτινος. Verum quod iidem codices exhibent ἄμφω pro ἀμφὶ ineptum esse liquet. In fine versiculi Aldus vulgavit δεδαῶτες; uterque codex δεδαῶτε habet, quæ procul dubio vera lectio est. Etenim participium duali numero enuntiatum relatumque ad nomen plurale cum in Homericis hymnis (in Apoll. vs. 487) obvium, tum posterioribus poetis (Oppian. Cyneg. II, 165; I, 72. Arat. Diosem. 968) frequentatum esse constat. Vid. Buttmanni Gramm. ampl. I, p. 135 et 348. Sed ut hic δεδαῶτε Empedocli ascribam non tam aliorum quorundam poetarum auctoritate quam totius loci conformatione adducor. Neque enim unum participium duali numero ponit, reliqua pluraliter enuntiat, sed tria participia eodem numero effert. Ex Empedoclis editoribus primus δεδαῶτε Steinius recepit.

Vs. 136. οἵτ' ἐπεὶ οὖν μάρψωσι] membranarum

scriptura est; in Aldina editione perperam legitur οἴτε. Pro ἐπεὶ οὖν Bergkius in Comment. de Emped. Prooem. p. 12 tanquam exquisitius commendabat ἐπεὶ ἄν. Non refragarer ejus opinioni, nisi et alia omissæ post ἐπεὶ conjunctivo junctum ἂν particulæ exempla in veterum monumentis superessent. Sic Homerus Iliad. lib. XV, 361 seqq.

ἔρειπε δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν
ῥεῖα μάλ', ὡς ὅτε τις ψάμαθον πάϊς ἄγχι θαλάσσης·
ὅστ' ἐπεὶ οὖν ποιήσῃ ἀθύρματα νηπιέῃσιν,
ἂψ αὖτις συνέχευε ποσὶν καὶ χερσὶν ἀθύρων.

Sophocles Antig. vs. 1023 seqq. ed. Br.

ἀνθρώποισι γὰρ
τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν·
ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκ ἔτ' ἔστ' ἀνὴρ
ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
πεσὼν ἀκεῖται μηδ' ἀκίνητος πέλει.

Id. Œdip. Col. vs. 1225 seqq. μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νικᾷ λόγον· τὸ δ', ἐπεὶ φανῇ, βῆναι κεῖθεν ὅθεν περ ἥκει, πολὺ δεύτερον, ὡς τάχιστα. Quare nihil mutandum.

Vs. 137. ἁρμονίῃ μίξαντε] Apud Simplicium pro ἁρμονίῃ male exaratum est ἁρμονίη quod jam correxit Sturzius. Porro in Simplicii libris habetur μόξαν τε, quod Scaliger in μίξαντο, Sturzius et Karstenius in μάξαν τε, Bergkius in μάξαντε, Panzerbieterus et Steinius in μίξαντε converterunt. Nam explosa eorum sententia qui hic verbum finitum poni voluerant postremi editores orationem inchoatam participio continuari intellexerunt. Præstat autem μίξαντε alteri quod Bergkius, ut legeretur, suaserat.

Vs. 138. ἐκ τῶν εἴδεα πᾶσιν κτλ.] Simplicii codd. πᾶσ' ἐναλίγκια, quod Karstenius in πᾶσιν ἀλίγκια correxit. Idem bene πορσύνουσι restituit in cujus locum Sturzius πορσυνέουσι substituerat.

Vs. 139. δένδρεά τε κτίζοντε] Hic quoque exemplar Aldinum et Simplicii membranæ exhibent κτίζον τε, nisi quod codex D. habet κτίζοντες. Scaliger et Karstenius auctores fuerunt, ut κτίζουσι poneretur. At sententia desiderat participium κτίζοντε, quod cum Bergkio, Panzerbietero et Steinio restitui.

Vs. 142. οὕτω μή σ' ἀπάτα κτλ.] In Aldino exemplo invenitur οὕτω μή σ' ἀπατᾷ, in cod. C. μὴν ἀπάτη. Scaliger in margine libri Lugdunobatavi ἀπατῶ notavit. Sed flagitatur ἀπάτα quod reposuit Sturzius. Pro vulgato φρένα recte dederunt φρένας Bergkius, Panzerbieterus, Steinius. Cæteroquin ὡς sequente accusativo cum infinitivo nihil habet insolens. Sic Plato Phæd. p. 108 E ed. Steph. πέπεισμαι τοίνυν, ἦ δ' ὅς, ἐγώ, ὡς πρῶτον μέν, εἰ ἔστιν ἐν μέσῳ τῷ οὐρανῷ περιφερὴς οὖσα, μηδὲν αὐτῇ δεῖν μήτε ἀέρος πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν μήτε ἄλλης ἀνάγκης μηδεμιᾶς τοιαύτης, ἀλλὰ ἱκανὴν εἶναι αὐτὴν ἴσχειν τὴν ὁμοιότητα τοῦ οὐρανοῦ κτλ. ubi vide Heindorfium. Pro νύ κεν Simplicii codd. CD τω.

Vs. 143. θνητῶν, ὅσσα γε φῦλα γεγᾶσιν ἀάσπετα, πηγήν] Legebatur in Aldino exemplo θνητῶν, ὅσσα γε δῆλα γεγάασιν ἄσπετα, πηγήν, quod tolaverunt Sturzius et Panzerbieterus. Karstenius ὅσσα γε δὴ γεγάασιν ἄσπετα scribere ausus est, melius Bergkius ὅσσα γε δῆλα γεγᾶσιν ἀάσπετα, ad cujus sententiam accessit Steinius. Nondum tamen persanatus erat locus; qui quum requirere mihi videretur: *mortalium, quot genera exstiterunt innumerabilia, originem*: pro δῆλα, quam vocem merito deleverat Karstenius, restitui φῦλα. Nam quod Panzerbieterus ait δῆλα esse ea quæ ab Empedocle vs. 234 τὰ νῦν ἐσορώμενα πάντα vocantur: id sermonis usus respuit. Quippe inter eos qui bene sunt græce locuti convenit πολλὰ καὶ τοῖς μηδὲν ὁρῶσι, τοῦτ' ἔστι τοῖς τυφλοῖς εἶναι δῆλα. Sturzius vero interpretans: *quæcunque apparent permulta* s. *magno numero*, pariterque Lommatzschius vertens: *also nicht tæusche den Sinn dir, dass woher anders noch wære sterblichem, welches ja klærlich unmessbar geworden, ein Urquell*, videntur poetæ versum ita accepisse, quasi in soluta oratione dicatur: ὅσσα γε δῆλά ἐστιν ἀναρίθμητα γεγενημένα. Atqui de rerum multitudine unice solliciti earum varietatem quam locus postulat non curarunt.

Vs. 144. ἀλλὰ τορῶς τοῦτ' ἴσθι, θεοῦ πάρα μῦθον ἀκούσας] Legebatur ταῦτ', quod cum Bergkio in τοῦτ' converti. At minus recte Sturzius et Bergkius post πάρα distinctionis virgulam posuerunt, rati Empedoclem dicere, omnem rerum infinitam varietatem a deo tanquam fonte et origine repetendam esse. Karstenius vero et Panzerbieterus perspecta Empedoclis mente qui rerum fontem elementa esse vult, θεοῦ ad Musam (cf. vs. 106 et 483) retulerunt, ut poeta discipulum alloquens auditam a dea (παρὰ τῆς θεοῦ) doctrinam ei tradere se profiteatur.

Vs. 145-146 nuper inventi sunt in Hippolyti [Originis] hæresium omnium refutatione p. 247 ed. Miller. Sic autem scriptor: περὶ ὧν (φιλίας καὶ νείκους) ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ὅτι ἔστιν ἀθάνατα δύο καὶ ἀγένητα, καὶ ἀρχὴν τοῦ γενέσθαι μηδέποτε εἰληφότα, λέγει τοιοῦτόν τινα τρόπον.

Vs. 145. καὶ γὰρ καὶ πάρος κτλ.] In codice versus ita scribitur: εἰ γὰρ καὶ πάρος ἦν καὶ ἔσται, οὐδέπω τοίω quod Millerus in hunc modum corrigebat: εἰ γὰρ καὶ πάρος ἦν καὶ ἔσσεται οὐδέποτ' οἴω. Melius Schneidewinus Philol. t. VI p. 160: καὶ

γὰρ καὶ πάρος ἦν τε καὶ ἔσσεται, οὐδέ ποτ', οἴω, quem cum Steinio secutus sum.

Vs. 146. τούτων ἀμφοτέρων κτλ.] Exemplar manu exaratum habet κενώσεται ἄσδεστος, quod ut par erat Millerus in κεινώσεται ἄσπετος convertit. Addit Hippolytus : οὐ γὰρ ἤρξαντο γίνεσθαι, ἀλλὰ προῆσαν καὶ ἔσονται ἀεί, διὰ τὴν ἀγεννησίαν φθορὰν ὑπομεῖναι μὴ δυνάμενα.

Vss. 147-158. Ἐν δὲ μέρει—κατὰ κύκλον] Simplicius Phys. I. f. 8 a. cf. supra vss. 90 seq. et 68 seqq. Simplicius ubi attulit vs. 122-131 Empedoclem ait brevi intervallo hos subjunxisse : ὀλίγον δὲ προελθὼν αὖθίς φησιν « ἐν δὲ μέρει κρατέουσι » κτλ. Quos autem post vs. 153 iterat Simplicius vss. 70-74 cum Karstenio uncis inclusi.

Vs. 149. αὐτὰ γὰρ ἔστιν ταῦτα] Simplicii cod. D; αὐτὰ γάρ ἐστι γε ταῦτα exemplar Aldinum.

Vs. 150. γίγνοντ' ἄνθρωποί τε κτλ.] Ita editores scripserunt, Simplicius habet γίνονται. Idem versum hoc modo terminat : καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν (cf. vs. 19) quod Sturzius bene in θηρῶν convertit. Bergkius θνητῶν malebat.

Vs. 151. ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς κτλ.] Ita editores posuerunt; apud Simplicium exstat ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμενα εἰς κτλ.

Vs. 152. ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα κτλ.] Sic jam Sturzius hunc versum vulgavit; apud Simplicium legitur ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορούμενα κτλ.

Vs. 153. εἰσόκεν ἂν συμφύντα τὸ πᾶν ὑπένερθε γένηται] De junctura εἰσόκεν ἄν, in qua ἂν particula propter prægressum κεν bis ponitur, legenda quæ disputavit Hermannus Opuscul. vol. IV. p. 190. In Simplicii cod. C. comparet εἰσόκεν ὃν, in cod. D. εἰςόκεν ὃν; utrumque librarii errore. Aldus εἰςόκεν ἂν vulgavit. Præterea συμφύντα Simplicius agnoscit, quam vocem sententia flagitat. Neque enim erat, cur Geelius et Panzerbieterus σύμπαντα legi vellent, vel cur Karstenius p. 522 μεταφύντα proponeret. Est autem τὸ πᾶν hoc loco adverbii more positum ut apud Sophoclem Electr. vs. 1009, ἀλλ' ἀντιάζω, πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν ἡμᾶς τ' ὀλέσθαι, κἀξερημῶσαι γένος, κατάσχες ὀργήν. Denique ὑπένερθε γίγνεσθαι, quod non omnes videntur intellexisse, valet *inferiorem discedere* vel *succumbere*. Ut enim sæpe opponuntur καθύπερθε et ὑπένερθε, velut in Odysseæ lib. III vs. 170 et 172 : ita Empedocleæ locutioni contrariam adhibet Herodotus lib. VIII, 19 : νόῳ δὲ λαβὼν ὁ Θεμιστοκλέης, ὡς, εἰ ἀποῤῥαγείη ἀπὸ τοῦ βαρβάρου τό τε Ἰωνικὸν φῦλον καὶ τὸ Καρικόν, οἷοί τε εἴησαν τῶν λοιπῶν κατύπερθε γίνεσθαι i. e. *fieri posse, ut reliquos superarent*. Cf. ibid. cap. 60, 3 et cap. 75. Quum vero hic versus præcedentis explicationem contineat, commodum habet sensum : *donec quæ concreta fuerunt penitus succubuerint*. Quapropter interpretum somnia et commenta refutare non vacat.

Vs. 154-155. οὕτως ᾗ μὲν ἓν κτλ.]. ἓν omissum in Aldina Simplicii editione addidit Sturzius. Porro quod apud Simplicium est ᾗ μὲν—ᾗ δὲ editores recte mutarunt in ᾗ μὲν—ἠδέ.

Vs. 158. ταύτῃ δ' αἰὲν κτλ.] Simplicius ἀκίνητα, quod cum Bergkio in ἀκίνητον converti. (Cf. supra vs. 74.) Huc referenda Simplicii explicatio ad Aristot. de Cœl. I, 3 ap. Bekk. vol. IV, p. 476, b : ὥστε τὰ ἀπὸ τοῦ νοητοῦ κόσμου διὰ τοῦ νείκους διακριθέντα ἀντὶ τοῦ αἰωνίως εἶναι γίνονται μὲν « καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών, » ἀϊδίως δὲ ἀνακυκλοῦνται, ex qua H. Tischerus Quæst. Emped. p. 28 jure collegit Stagiritæ interpretem, licet alibi aliter de his versiculis statuerit tamen ἀκίνητον κύκλον non improbasse.

Vs. 159-162. Τέσσαρα—νεῖκος] Hos quattuor versus uno tenore citat Stobæus Ecl. I, c. 11, 11, pag. 287 (pag. 110 ed. Gaisford). Tres primos Sextus Empiricus adversus Gramm. IX, 362; X, 315. Plutarchus de placit. phil. I, 3; inde Eusebius Præp. Evang. XIV, p. 749. Probus in Virg. Ecl. VI, 31 ; Hippolytus (Origenes) Philosoph. s. hæres. refut. p. 246 ed. Miller. Secundum et tertium Ζεὺς—βρότειον Athenagoras Legat. pr. Chr. p. 22 Colon. Laertius VIII, 76 ; Heraclitus alleg. Hom. cap. XXIV p. 51 ed. Mehler. (Heraclides p. 443 ed. Gal.) Tertius denique Νῆστις κτλ. est apud Suidam h. v. et in Viol. ms. Bibl. Laur. cod. XXVI plutei IV cit. Sturz. Cf. supra vss. 59-61.

Vs. 159. τέσσαρα τῶν πάντων κτλ.] Pro τῶν πάντων Sextus γὰρ πάντων habet, Probus δὴ πάντων. Idem scripturæ mendo ἔᾶσιν exhibet pro ἔασιν vel ἔασι; reliqui ἄκουε.

Vs. 160. Ζεὺς ἀργὴς κτλ.] Ita omnes præter Plutarchum et Eusebium in quorum libris reperitur Ζεὺς αἰθήρ, quod interpretamentum esse liquet.

Vs. 161 aliter ab aliis scribitur. Est autem in Stobæi, Sexti, Plutarchi, Eusebii, Athenagoræ, Heracliti libris :

Νῆστίς θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον,

quæ scriptura Stephano, Scaligero, Sturzio et Steinio arrisit. Diogenes talem versum servavit :

Νῆστίς θ' ἣ δακρύοις ἐπιπικροῖ ὄμμα βρότειον.

Depravate Probus et Suidas : Νῆστίς θ' ἣ δακρύοις γε πικροῖς νομᾷ vel νωμᾷ βρότειον γένος. Planum est

γένος ab interprete esse adjectum qui versum sic videtur constituere voluisse :

Νῆστίς θ' ἢ δακρύοις γε πικροῖς νωμᾷ τὸ βρότειον.

Arsenius denique, cujus lectionem probavit Karstenius :

Νῆστις δακρυόεσσά τ', ἐπικρούνωμα (vulg. ἐπικρούνομα) βρότειον.

Sic etiam Violarium ms. bibliothecæ Laurentianæ cod. XXVI plutei IV. pag. 128 adversa :

Νῆστις... χρυόεσσά τ' ἐπικρούνωμα βρότειον.

Huc accedit versiculus ab Henr. Stephano Poes. phil. p. 221 memoratus :

Νῆστίς θ' ἢ δακρύοις ἐκπικροῖ ὄμμα βρότειον,

quem a Diogenis textu non admodum diversum e codicibus Parisiensibus petitum esse reor. Atque intelligi quidem posse hos quos e variis scriptoribus protulimus versus omnes confitentur, sententiam vero non esse eam quæ hic potissimum requiratur nemo non videt. Nam de quattuor rerum omnium radicibus vel elementis quæ ῥιζώματα (i. e. interprete Philopono Phys. I, lit. C., p. 2, τὰ ὑλικὰ αἴτια) vocat dicturus Jovem esse Empedocles statuit ætherem sive ignem, Junonis nomine Plutarcho teste aërem afficit, Orcum terram esse vult (cf. vss. 16, 17, 18, 29), licet Heraclitus, Stobæus aliique contrarium perperam affirmaverint, Nestidem denique deam aquarum præsidem nuncupat. Sed in hac descriptione quid attinet lacrimas a mortalibus fusas commemorare? Quod quum frigidum sit, diversa ratione viri docti poetæ manum restituere conati sunt. Itaque Struvius in dissert. de Elem. Empedoclis (Dorpati 1805) versum ita correxit :

Νῆστίς θ' ἢ δακρύουσα πέλει χρούνωμα βροτοῖσι,

Panzerbieterus : N. θ' ἢ δακρύοις τέγγει χρουνωπὰ βροτοῖσιν, Schneidewinus Philol. VI p. 156 :

Νῆστίς θ' ἢ δακρυοσταχτεῖ χρούνωμα ῥυτοῖσιν.

Ex his nemo videtur animadvertisse, ambiguitatem vocabuli δάκρυον in causa fuisse, cur versus a librariis mutaretur. Etenim ut Latini lacrimas non hominibus tantum, sed arboribus etiam et plantis tribuunt, resque inanimatas flere et lacrimare dicunt, velut Lucretius lib. I vs. 349-350, *in saxis ac speluncis permanat aquarum liquidus humor, et uberibus flent omnia guttis* : ita etiam Græci significatum vocis δάκρυον latissime patere voluerunt. Quamobrem quemvis humorem et succum eo nomine vocarunt. Sic Anth. XI, 298 : ἀμπέλου ἡδυτάτης τάδε δάκρυα δός μοι ἀφύσσειν. Quæ quum ita sint, scribendum putavi : Νῆστίς θ' ἢ δακρύων τέγγει χρούνωμα βρότειον, quod duplici modo licet interpretari, ut sit vel : *Nestis quæ lacrimarum fontem humectat mortalibus*, vel *dea quæ mutabilem, ut sunt res humanæ, aquarum fontem irrigat*. Ipsa igitur Nestis quoniam locum inter numina apud Siculos tenet (Cf. Eustath. in Iliad. T, p. 1180, 1, 14, καὶ Σικελικὴ δέ τις, φασί, θεὸς Νῆστις ἐλέγετο), ideoque æternam nacta est vitam, ita rebus fluxis et caducis (τοῖς βροτείοις) præest, ut modo aperiat fontes modo claudat omnemque aquarum vim suo imperio regat.

Vs. 162. Sensus est : « his elementis amicitiæ beneficio coëuntibus, Discordia ad extrema recessit. » In quo notandum vocabulo ἔσχατον designari effectum τοῦ ἐξίστασθαι. Cf. infra v. 198 : ἐξέστηκεν ἐπ' ἔσχατα τέρματα κύκλου. Verba hæc spectavit Aristoteles Metaph. II, 4 pag. 1000 Bekk. : εἰ γὰρ μὴ ἦν τὸ νεῖκος ἐν τοῖς πράγμασιν, ἓν ἂν ἦν ἅπαντα, ὥς φησιν· ὅταν γὰρ συνέλθῃ, τότε δ' ἔσχατον ἵστατο νεῖκος.

Vss. 163-165. Αὐτὰρ ἐπεὶ νεῖκος—μόνον εἶναι] citat Simplicius de Cœlo II ap. Peyronum p. 27; iidem versus corrupti allegantur in ed. Ald. f. 128 b. Adde Simplicium in Arist. Phys. I, f. 7 b. Cæterum iidem versus infra habentur (vss. 191-193). Quum enim ob ea quæ ab Empedocle dicuntur probabile sit eandem sententiam esse repetitam, bis eam, quemadmodum Panzerbietero placuerat, in his fragmentorum reliquiis ponere visum est. Accuratius autem de iis infra disseremus.

Vs. 166. οὐδέ τι κτλ.] Memoratur ab Aristotele de Melisso, Xen. et Gorg. cap. 2 pag. 976 b ed. Bekk. (pag. 35 seq. ed. nostr.) Stobæo Ecl. I, 19 pag. 378 (Tom. I p. 146 ed. Gaisf.), Plutarcho de Plac. phil. I, 18; Galeno hist. phil. X, Theodoreto Therap. Serm. IV, tom. IV p. 529 C. Pertinent ea quæ hic dicuntur ad universi æquabilitatem, qualis in globo potissimum conspicitur, ut indicant etiam Aristotelis verba l. c. : ὅταν γὰρ εἰς μίαν μορφὴν συγκριθῇ ὥσθ' ἓν εἶναι, οὐδέν φησι τό γε κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν. Quocirca Empedocles Parmenidis vestigiis (cf. Parm. vs. 78 πᾶν ἐστιν ὁμοῖον, vs. 107 τὸ γὰρ οὔτε τι μεῖζον οὔτε τι βαιότερον πελέναι χρεών ἐστι τῇ ἢ τῇ) ingressus nihil in rerum universitate nec parum nec nimium esse ait. Variat lectio apud scriptores qui hunc versum servarunt. Namque in Stobæi libris est κενόν quod Heerenius in κενεόν mu-

tavit. Idem mendum apud Galenum reperitur qui etiam omisso articulo παντὸς pro τοῦ παντὸς habet. Adde περιττόν minus recte scriptum pro περισσόν apud eundem Galenum, item apud Stobæum et Theodoretum.

Vs. 167-168. Ἀλλ' ὅγε πάντ'—γαίων] Stobæus Ecl. I, 16 pag. 354 (tom. I pag. 135 ed. Gaisf.). Prior versus apud solum Stobæum exstat, posterior etiam apud Simplic. de Cœlo p. 47 ed. Peyron; Antonin. Phil. XII, 3; Tatium in Arat. p. 77 ed. Petav.; Schol. ibid. p. 96; Procl. in Plat. Timæum p. 160 (pag. 379 ed. Schneid.). Versus 167 in Stobæi codicibus scribitur ἀλλ' ὅγε πάντοθεν ἶσος καὶ πάμπαν ἀπείρων. Qui quum mancus sit, Grotius ἐὼν post ἶσος inseruit, Scaliger ad Manil. Astron. I, 106 p. 17 ed. Lutet. ἶσος ἔφυ ab Empedocle positum, Karstenius ἰσοπαλὴς scriptum conjecit. Versus 168 in Stobæi exemplaribus calamo exaratis sic habetur : σφαῖρος κυκλοτερὴς, μιμίης περιτεθῇ χαίρων vel περιτείθη χαίρων; apud Antonin. est κόνη περιήθεϊ γαίων. Contra Tatius l. c. exhibet μούνη περιηγέϊ χαίρων; schol. ibid. κυκλοτερεῖ μανίᾳ; porro Proclus in Timæum l. c. μόνῃ περιηγέϊ χαίρων, ubi Schneiderus suspicatur μονῇ *habitatione*, denique Simplicius de Cœl. p. 47 ed. Peyr. præbet, quod ab Empedocle profectum esse dicas : σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ γαίων. Ego in conformando altero versu cum Panzerbietero Scaligeri conjecturam, in constituendo eo qui subjungitur Simplicii lectionem secutus sum. Hactenus de scripturæ discrepantia. Restat gravior quæstio de versuum auctore. Namque ambo hi versus apposito Parmenidis nomine servati sunt a Stobæo l. c. Quare ad Parmenidem auctorem eos rettulit Brandisius in Comment. Eleat. p. 132, nos Empedoclem conditorem agnoscimus. Etenim quum posterior versus Empedocli ab antiquis consensu ascriptus sit et quum σφαῖρος vocabulum sit Empedocleum, cujus loco Parmenides σφαῖρα dicere solet : in his rebus nihil valet sive ipsius Stobæi, sive librariorum qui nomina sæpe confuderunt auctoritas. At Parmenidi versus vindicaturus Brandisius Procli etiam testimonio abutitur. Ejus verba e Commentario in Platonis Timæum l. c. deprompta hæc sunt : τὸ νοητὸν πᾶν τοιοῦτόν ἐστι, πανταχόθεν εἰς ἑαυτὸ συννεῦον, « πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ μεσσόθεν ἰσοπαλές; » καὶ « μόνῃ (leg. μονίῃ) περιηγέϊ γαίων, » φησὶν ὁ Παρμενίδης, τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς. Horum quos Proclus affert versuum prior Parmenidis est (cf. Parm. fragm. vs. 103), posterior Empedoclis, quos Proclus memoriter citans commiscuit. Ex his efficitur posteriorem versum σφαῖρος κυκλοτερὴς κτλ. esse Empedoclis. Difficilius vero est de altero versiculo ἀλλ' ὅγε πάντοθεν κτλ. statuere, quem ab uno Stobæo servatum ut Parmenidi tribuam levi illa auctoritate adduci non possum. Quapropter hunc cum posteriore ad eandem sententiam pertinere arbitratus, pariter atque Karstenius et Panzerbieterus fecerunt, Empedocleis reliquiis inserui. Steinius priorem, tanquam alius poetæ, versum omisit. Multa de his versibus Sturzius annotavit quæ omnia memorare supersedemus. Pauca etiam apud Bentlejum ad Horat. serm. II, 7, 83 leguntur.

Vs. 169. ἔνθ' οὔτ' κτλ.] Simplicius Phys. VIII, f. 272 b. Εὔδημος δὲ τὴν ἀκινησίαν ἐν τῇ τῆς φιλίας ἐπικρατείᾳ κατὰ τὸν σφαῖρον ἐκδέχεται, ἐπειδὰν ἅπαντα συγκριθῇ

ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο διείδεται ὠκέα γυῖα,

ἀλλ', ὥς φησιν

οὕτως ἁρμονίης πυκινῷ κρύφᾳ ἐστήρικται
σφαῖρος κυκλοτερὴς μονιῇ περιγηθέϊ αἰών.

ἀρξαμένου δὲ πάλιν τοῦ νείκους ἐπικρατεῖν, τότε πάλιν κίνησις ἐν τῷ σφαίρῳ γίνεται·

πάντα γὰρ ἑξείης πελεμίζετο γυῖα θεοῖο.

In his verbis primus quem laudat versus ἔνθ' οὔτ' κτλ. huc pertinet; de reliquis infra agemus. Intelligitur autem ex Eudemi cujus meminit Simplicius de Empedoclea philosophia judicio, explicationem quandam sive descriptionem quietis rerum naturæ corporis hoc versiculo contineri. Naturam contemplatur poeta quo tempore omnia in sphæræ formam coaluerunt. Cunctis vero in unam hanc figuram conglobatis unam esse totius naturæ faciem, nihil discretum, nihil distinctum reperiri necesse est. Legitur διείδεται ὠκέα γυῖα, cujus loco codex Taurinensis habet δειείεται ὠκέα γῆ. Panzerbieterus γυῖα servavit; Bergkius Act. societ. Gr. I, 1 p. 203 seqq. conjecit ὠκέα αἴγλη, Karstenius ὀξέα αὐγή, Geelius apud Karstenium pag. 521 ἠελίου διαείδεται. Mihi versum 186 (ἥλιος ὀξυβελὴς κτλ.) consideranti poeta videtur ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο διείδεται [ὀξέα] ὠκέα κῆλα scripsisse. Nam κῆλα θεοῖο Iliad. lib. I, 53 scholiastes exponit βέλη; ipsi vero solis radii χρύσεα κῆλα ἠελίου dicuntur Probl. arithm. 32.

Vs. 170. σφαῖρον ἔην] Simplicius Phys. VIII, f. 258 a : τὸν σφαῖρον, ὃν καὶ θεὸν ἐπονομάζει καὶ οὐδετέρως ποτὲ καλεῖ· σφαῖρον ἔην. Ergo non tantum ὁ σφαῖρος Empedocles usurpavit, sed etiam τὸ σφαῖρον. Utrumque haud scio an Siculorum dialecto proprium fuerit.

Vs. 171-173. χωρὶς πᾶν τὸ βαρὺ—θάλασσα]

Hæc Plutarchus de Facie Lun. p. 926, vol. IX p. 663 laudat ad Discordiæ regnum referens. Sic autem ait : σκόπει μὴ μεθιστὰς καὶ ἀπάγων ἕκαστον, ὅπου πέφυκεν εἶναι, διάλυσίν τινα κόσμου φιλοσοφῇς καὶ τὸ νεῖκος μετάγῃς τὸ Ἐμπεδοκλέους τοῖς πράγμασι·—καὶ τὴν μυθικὴν ἐκείνην καὶ φοβερὰν ἀκοσμίαν καὶ πλημμέλειαν ἐπιδεῖν ποθῇς, χωρὶς τὸ βαρὺ πᾶν καὶ χωρὶς τὸ κοῦφον Ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο δεδίττεται ἀγλαὸν εἶδος Οὐδὲ μὲν οὐδ' αἴης λάσιον γένος οὐδὲ θάλασσα, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, οὐ γῆ θερμότητος μετεῖχεν, οὐχ ὕδωρ πνεύματος, οὐκ ἄνω τι τῶν βαρέων οὐ κάτω τι τῶν κούφων, ἀλλ' ἄκρατοι καὶ ἄστοργοι καὶ μονάδες αἱ τῶν ὅλων ἀρχαί, μὴ προσιέμεναι σύγκρισιν ἑτέρου πρὸς ἕτερον μηδὲ κοινωνίαν, ἀλλὰ φεύγουσαι καὶ ἀποστρεφόμεναι κτλ. Præterea Proclus in Parm. V p. 83 τὸ Ἐμπεδόκλειον νεῖκος καὶ τὸν γιγαντικὸν πόλεμον commemorat. Ex his quæ allegavimus concludi licet, vatem Agrigentinum eo loco, unde hi versiculi sumti sunt, informasse naturæ vultum, qualis esset, regnante Discordia. Distractis rerum principiis rudis erat indigestaque moles. Itaque sublata corporum varietate neque sol neque terra neque mare neque aliud quidquam sua forma præditum conspiciebatur. Primo versui ultimum deest vocabulum, quod e Plutarchi verbis nullo negotio eruitur. Quapropter Sturzius adjecit ἔθηκε (τὸ νεῖκος).

Vs. 172. ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο δεδίσκεται κτλ.] Plutarchi membranæ δεδίττεται, cujus loco requiritur δεδίσκεται, i. e. δείκνυται. Ita bene conjecerunt Karstenius et Emperius. Sed fortasse hic quoque poeta usurpavit διείδεται, quod vs. 169 in re prope eadem adhibitum est. Id enim præcipue convenit epicorum poetarum sermoni. Sic Hom. Iliad. lib. VIII, vs. 556 πάντα δέ τ' εἴδεται ἄστρα, et lib. XIII, vs. 98 νῦν δὴ εἴδεται ἦμαρ. Neque tamen δεδίσκεται spernere ausus cum Steinio recepi. Cæterum pro οὔτ' ἠελίοιο Bergkius suasit ut οὐδ' legeretur.

Vs. 173. οὐδὲ μὲν οὐδ' αἴης λάσιον δέμας κτλ.] Apud Plutarchum αἴης λάσιον γένος reperitur, cui Bergkius patrocinari non debebat. Immo sententia λάσιον δέμας flagitat, quod Karstenius verbis Empedocleis intulit. Λάσιον appellatur propter arbores, frutices, herbas, plantas quibus terra convestita hirsutæ quasi speciem præbet. Quod vero Emperio placuit λάσιον σθένος æque improbandum est ac Bergkianum illud λάσιον μένος, in quo commendando frustra laboravit Steinius collato Parmenidis loco vs. 143 ἄστρων θερμὸν μένος.

Vs. 174 erui e Plutarchi loco de Fac. Lun. p. 926, vol. IX p. 663 ad vss. 171-173 descripto. Steinius nihil nisi ἄστοργοι καὶ ἄκρητοι scripsit.

Vs. 175-176. οὕτως ἁρμονίης—γαίων] exstant apud Simplicium Phys. VIII, f. 272 b (vid. supra ad vs. 169) et apud Peyronum p 52. In Aldino exemplo legitur πυκινῷ κρύφα, in cod. Taurinensi πυκινῷ κρυφῷ, cujus loco Karstenius πυκινῷ κρύφῳ edidit. Hujusmodi locutio quum ferri nequeat, ipse quidem poetam exarasse suspicatus est πυκινῷ γόμφῳ στήρικται vel πυκινῇ φρενὶ ἐστήρικται, sed præstat Steinii conjectura πυκινῷ κύτει ἐστήρικται quam carmini inserui. Hesychius κύτος exponit σῶμα, ὄγκος. Sensus igitur est : *sic nexus densa mole continetur*. Versum posteriorem citat Simplicius de Cœl. f. 145 B ed. Ald.; ap. Peyron. p. 47; Antoninus Phil. XII, 3; Achilles Tatius in Arat. p. 77 Antv. Scholiastes Arati ibid. p. 96. Ultima verba μονίῃ κτλ. Proclus in Tim. p. 160. Vide quæ notavimus ad vs. 168.

Vss. 177-179. Αὐτὰρ ἐπεὶ—ὅρκου] servavit Aristoteles Metaph. II, 4 p. 1000 ed. Bekker., item Simplicius Phys. VIII, f. 272 b. Deprompti sunt hi versus ex ea carminis parte, qua necessaria rerum vicissitudo describebatur. Alternis enim Amicitiam et Discordiam dominari Empedocles censuit. Cujus rei, si fides Aristoteli, nullam afferebat causam vates Agrigentinus nisi necessitatem vel quod natura ita comparatum esset, « καὶ ἅμα δὲ αὐτῆς τῆς μεταβολῆς αἴτιον οὐδὲν λέγει, ἀλλ' ἢ ὅτι οὕτως πέφυκεν· ἀλλ' ὅτε δὴ μέγα νεῖκος κτλ. ὡς ἀναγκαῖον μὲν ὂν μεταβάλλειν, αἰτίαν δὲ τῆς ἀνάγκης οὐδεμίαν δηλοῖ. » Pro αὐτὰρ ἐπεὶ apud Aristotelem est ἀλλ' ὅτε δή : sed alterum Empedocleum videtur. Ἐνὶ μελέεσσιν intellige τοῦ σφαίρου quem etiam deum vs. 180 nuncupat. Ἐθρέφθη recte Aristoteles; Simplicii codd. male ἐρέφθη. Porro vs. 179 apud Aristotelem legitur ὅς σφιν, apud Simplicium ὅ σφιν. Denique pro παρελήλαται pars quædam membranarum Stagiritæ παρελήλατο habet, quod sententiæ repugnat. Ex Aristotelis interpretatione efficitur, verba πλατέος ὅρκου *certo jurejurando* i. e. *certo fœdere, certa lege* ad necessitatem spectare. Hunc genitivum Bessarion e παρελήλαται pendere ratus locum perperam accipit : « *cum enim magna contentio in membris nutrita fuit ac ad honores ascendit tempore perfecto, quod eis cum alternum sit, amplum præcessit jusjurandum.* » Contra Panzerbieterus p. 28 πλατέος ὅρκου ex ἀμοιβαῖος aptum esse opinatur ideoque haud minus falso vertit : « aber sobald ihm der mæchtige Streit in die Glieder gewacksen, Und zu Macht und Ehren gelangt, da die Zeit sich erfüllet Die in gewaltigem Eid abwechselnd ihnen gesetzt ist. » At genitivus ille poetarum more dativi loco usurpatur. Cf. Matthiæ Gramm. Gr. § 375 adn. 2. Karstenius autem in voce

παρελήλαται fallitur, ultima vertens : « *quod mutatis vicibus certo fœdere exigunt.* » Improbanda etiam Sturzii et Zelleri ratio παρ' ἐλήλαται ὅρκου [et πάρ' ἐλήλατο ὅρκου] scribentium, quam tuetur Bonitz. ad Aristotelis Met. II, 4 p. 162.

Vs. 180. πάντα—θεοῖο] citat Simplicius Phys. VIII, f. 272 b. Vide supra ad vs. 169. Editio Aldina τελεμίζετο; cod. Paris. teste Brandisio πελεμίξετο; corrige πελεμίζετο quod receptum ab editoribus est. De reliquo ut hunc versum cum præcedentibus jungerem, illud γὰρ quod habet Simplicius post πάντα, in μάλ' converti. Panzerbieterus minus recte πάντα μὲν scripsit.

Vs. 181. σωρευόμενον μέγεθος] sumpsit primus Steinius ex Aristotelis de Gen. et corr. lib. I c. 8 p. 325. b. 22, ubi hæc leguntur : Ἐμπεδοκλεῖ δὲ τὰ μὲν ἄλλα φανερὸν ὅτι μέχρι τῶν στοιχείων ἔχει τὴν γένεσιν, αὐτῶν δὲ τούτων πῶς γίνεται καὶ φθείρεται τὸ σωρευόμενον μέγεθος, οὔτε δῆλον οὔτε ἐνδέχεται λέγειν αὐτῷ, μὴ λέγοντι καὶ τοῦ πυρὸς εἶναι στοιχεῖον· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Ipsene Empedocles ita dixerit, an Aristotelea locutio sit σωρευόμενον μέγεθος vix dubium videbitur reputanti, Aristotelem multa a prioribus aliter nominata suo more interpretari. Quæ quum ita sint, omittere poteram hæc verba, nisi dogma Empedocleum de quo Aristoteles agit, memoratu dignum esset. Contrarium tradit Plutarchus de Plac. philos. I, 13 : Ἐμπεδοκλῆς πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θραύσματα ἐλάχιστα οἱονεὶ στοιχεῖα πρὶν στοιχείων, ὁμοιομερῆ, ὅπερ ἐστὶ στρογγύλα, et I, 17 Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἐκ μικροτέρων ὄγκων τὰ στοιχεῖα συγκρίνει, ἅπερ ἐστὶν ἐλάχιστα καὶ οἱονεὶ στοιχεῖα στοιχείων. Cf. Stobæus Ecl. I, 18 p. 368; Galen. hist. phil. c. X. Huc accedit quod Aristoteles de Cœlo III, 6 p. 375 ait Empedoclem videri elementa facere talia, quæ quamvis dividi possint, non tamen dividantur. Verba græca sunt : εἰ δὲ στήσεταί που ἡ διάλυσις, ἤτοι ἄτομον ἔσται τὸ σῶμα ἐν ᾧ ἵσταται, ἢ διαιρετὸν μέν, οὐ μέντοι διαιρεθησόμενον οὐδέποτε, καθάπερ ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς βούλεσθαι λέγειν. Varie igitur veteres de elementis Empedocleis judicabant. Hanc litem ita tantum componere licet, ut dicamus Empedoclem elementa non illa aspectabilia intellexisse ignem, aërem, aquam, terram, sed puriora et præclariora quædam. Hæc quæ videmus fluxa sunt atque caduca, illa vero æterna; hæc concreta, illa simplicia. Quid? quod mixtis demum illis et contagione infectis mundi corpora cæteraque quæ sensibus percipiuntur orta esse vult, mortalia, ut dicit, ex immortalibus facta. Inde patet quomodo elementa ut divinas naturas individua habere potuerit eademque in mortales mutata formas dissolubilia et dividua esse crediderit. Itaque ἀδιαίρετα vocat Empedoclis elementa Themistius in Aristotelis Metaphys. f. 24 in schol. Aristotel. pag. 812. a. ed. Brand.; διαιρετὰ vero Simplicius de Cœl. 111. f. 134 b.

Vs. 182-188. τοῦτον μὲν—κύμβαις] Simplicius Phys. VIII, f. 258. a. b. δυνατὸν δὲ καὶ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τήν τε ἕνωσιν ὁρᾶν καὶ τὴν διάκρισιν, ἀεὶ μὲν ἄμφω, ἄλλοτε δὲ ἄλλην ἐν ἄλλοις καὶ ἄλλοις μέρεσιν, ἢ ἐν ἄλλοις καὶ ἄλλοις χρόνοις ἐπικρατοῦσαν. καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν παρὰ μέρος ἐπικρατεῖν ἐπί τ' ἀνθρώπων καὶ ἰχθύων καὶ θηρίων καὶ ὀρνέων, Ἐμπεδοκλῆς φησι τάδε γράφων· τοῦτον μὲν βροτέων κτλ. Vs. 182. Accusativus τοῦτον μὲν—ὄγκον a verbo nescio quo pendet quod Simplicius cum versibus prægressis omisit. Sed si quis hoc parum probabile existimat, quia Simplicius ubique inspecto Empedoclis carmine integras laudare soleat sententias, proclive est corrigere δέρκευ μὲν βροτέων κτλ. Μελέων ὄγκον poeta τὸ σῶμα vocat, ut cui corpus nihil nisi compages membrorum forte fortuna in unum conflatorum sit.

Vs. 184 βίου θαλέθουσιν ἐν ἀκμῇ cum Karstenio scripsi pro vulgato θαλέθοντος. Vs. 186 περὶ ῥηγμῖνι βίοιο, *circa vitæ littus, oram* nova metaphora dixit pro *circa vitæ marginem* sive *finem*. Vs. 188 ὀρειλεχέεσσιν e Schneideri emendatione dedi pro vulgato ὀρειμελέεσσιν. Cf. vers. 448. Porro pro πτεροβάμοσι quod legebatur cum Panzerbietero posui πτεροβήμοσι, quemadmodum epicorum poetarum sermo requirit. Denique Hesychio κύμβαι sunt ὄρνιθες, quo significatu et hoc loco Empedocles vocem adhibuit.

Vss. 189-205. Αὐτὰρ ἐγὼ—ἰδέσθαι] Vss. 189-203 αὐτὰρ ἐγὼ—κελεύθους citat Simplicius de Cœlo II, e cod. Taur. prolatos a Peyrono p. 27; iidem versus corrupti reperiuntur in ed. Ald. f. 128 b. Adde Schol. Arist. ed. Brandis. p. 507 a. et Gaisf. poetæ min. Græc. vol. II p. XLII. Vss. 191-205 ἐπεὶ νεῖκος—ἰδέσθαι affert idem Phys. I, f. 7 B. Vss. 198-201 οὔ πω πᾶν ἐξέστηκεν—ὁρμή, idem de Cœlo ap. Peyron. p. 37 (f. 144 b. Ald.). Vss. 208 seq. αἶψα δὲ—κελεύθους citat Theophrastus apud Athenæum X p. 423 sq. Eadem verba usque ad ἄκρητα memorat Aristoteles Poet. c. 25 p. 1461 ed. Bekker. et Eustathius in Iliad. I p. 746, 57. Denique initium versus 203 habet Plutarchus Symp. V, 4 p. 677, vol. VIII p. 696 ed. Reisk. Simplicius eo consilio his versibus utitur, ut demonstret de Empedoclis sententia in mundo non tantum Discordiam dominari, sed Amicitiam quoque, atque hanc esse rerum naturalium fictricem. Ex his

poetæ effatis concludi oportet, eum jam in prægressis qui interciderunt versibus de Amicitiæ et Discordiæ lite quædam protulisse, inde porro digressum, jam in viam reverti (παλίνορσος ἐλεύσομαι) et pergere eo quo tendat, ad definiendum, qua ratione paullatim mundi corpora et res naturales exstiterint.

Vs. 189-191. Iis quæ prius dixit poeta alia annectere vult. Continentur autem prius dicta verbis ἐπεὶ νεῖκος μὲν ἐνέρτατον—ἓν μόνον εἶναι. Inest vero annectendi notio participio ἐποχετεύων, quod proprie valet *affundens* vel *per canalem in aliquid deducens*. Simili translatione Plutarchus Symp. 4 procem. utitur : λόγος τῷ οἴνῳ τὸ φιλάνθρωπον καὶ ἠθοποιὸν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἐποχετεύει. Porro apud Platonem Phædr. p. 251 C. ἰδοῦσα δὲ καὶ ἐποχετευσαμένη ἵμερον κτλ. medium ἐποχετεύεσθαι significat *haurire;* ubi vide Astium. Huc accedit quod Simplicii codices a Brandisio inspecti Schol. Aristot. p. 507. a. agnoscunt ἐποχετεύων, quamvis Peyronus e libro Taurinensi protulerit ὑποχετεύων et Gaisfordius ex Oxoniensi A. ἐξοχετεύων ediderit, qui in Oxoniensi B. ἐπιχετεύων pro ἐποχετεύων reperiri testatur. Usu caret ὑποχετεύων cujus patrocinium suscepit Nækius Chœril. p. 118 sq. Quod vero Bergkius olim excogitaverat λόγῳ λόγον εἰσοχετεύων, id non magis probandum est quam quæ ei postea in mentem venit junctura λόγου λόγον ἐξοχετεύων καινόν. Hæc enim ita a Græcorum dicendi consuetudine abhorrent, ut mirum sit Panzerbieterum quoque et Steinium λόγου λόγον ἐξοχετεύων scripsisse, cui alter subjungit κεῖνον, alter κείνου. Quis enim unquam λόγου λόγον ἐξοχετεύων pro *e verbis verba efficiens* vel *colligens* usurpavit? Quippe sic acceperunt qui ἐξοχετεύων quod proprie *derivandi* potestatem habet carmini Empedocleo inferre ausi sunt. Verum etiamsi ita adhiberetur ἐξοχετεύειν, tamen hoc loco ineptum esset. Neque enim quidquam hic concludit Empedocles, sed alia aliis annectit. Quamobrem in Aldino exemplo (Simplic. ad Arist. de Cœlo 2. fol. 128 b) ubi iidem versus corrupti exstant, apparet tamen interpretem eorum de quibus quæritur verborum sensum recte expressisse. Nam quæ apud Brandisium l. c. sic exhibentur : μᾶλλον δὲ ἐβιάσθη νομίζων τὸν κόσμον τοῦτον ὑπὸ μόνου τοῦ νείκους κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα γενέσθαι. Μήποτε δὲ κἂν ἐπικρατῇ ἐν τούτῳ τὸ νεῖκος, ὥσπερ ἐν τῷ σφαίρῳ ἡ φιλία, ἀλλ' ἄμφω ὑπ' ἀμφοῖν λέγονται γίνεσθαι. καὶ τάχα οὐδὲ κωλύει παραθέσθαι τινὰ τῶν τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἐπῶν τοῦτο δηλοῦντα·

αὐτὰρ ἐγὼ παλίνορσος ἐλεύσομαι ἐς πόρον ὕμνων,
τὸν πρότερον κατέλεξα λόγῳ λόγον ἐποχετεύων·

ea apud Aldum in hunc modum partim mutata, partim depravata leguntur :
μᾶλλον δὲ βιάζεται, οἰόμενος τὸν κόσμον τοῦτον ὑπὸ μόνου τοῦ νείκους κατὰ Ἐμπεδοκλέα γίνεσθαι. ἴσως δὲ καὶ εἰ ὑπερισχύει ἐν τούτῳ τὸ νεῖκος, ὥσπερ ἐν τῷ σφαίρῳ ἡ φιλία, ἀλλ' ἄμφω ὑπ' ἀμφοῖν λέγει γίνεσθαι. καὶ ἴσως οὐδὲν κωλύει προθέσθαι τινὰ τῶν τοῦ Ἐμπεδοκλέους ῥημάτων, τοῦτο παρεμφαίνοντα·

τίη δ' ἐγὼ ὑποστρέψας ἔρχομαι πρὸς ὁδὸν
αἰνέων τὸν πρὶν κατειλημμένον, προσάπτων μύθῳ [μῦθον.

Ut reliqua omittam de quibus hic non est quod disseram, liquet interpretem ἐποχετεύων apposite ad scriptoris mentem reddidisse simili vocabulo προσάπτων. Constat igitur Empedoclem scripsisse ἐποχετεύων. Sed sunt qui hoc poetam salvis prosodiæ legibus ponere potuisse negent. O plumbeum, ut dicitur, pugionem quem jam ad vs. 103 e Steinii viri docti manibus extorsimus. Nam hic quoque ut aliis locis (cf. etiam vs. 134) carminum Empedocleorum arsis vi breves syllabæ producuntur. Cæterum Karstenius etiam ἐποχετεύων recepit.

Vs. 191-192. ἐπεὶ νεῖκος μὲν ἐνέρτ. κτλ.] Apertum est ἐνέρτατον ἵκετο βένθος δίνης idem valere quod vs. 198 ἐπ' ἔσχατα τέρματα κύκλου. Δίνη et στροφάλιγξ dicuntur vortex et turbo in mundi globo per elementorum agitationem circumacto exorti. Utrumque vocabulum celebrat Orpheus in mundi conversione depingenda apud Macrob. Saturn. I, 23; fragm. VII, 25-28 :

κέκλυθι, τηλεπόρου δίνης ἑλικαυγέα κύκλον
οὐρανίαις στροφάλιγξι περίδρομον αἰὲν ἑλίσσων,
ἀγλαὲ Ζεῦ Διόνυσε, πάτερ πόντου, πάτερ αἴης,
Ἥλιε παγγενέτορ, Πὰν αἰόλε χρυσεοφεγγές.

Modorum enallage in verbis ἐπεὶ νεῖκος μὲν ἵκετο βένθος δίνης, ἐν δὲ μέσῃ φιλότης στρ. γένηται sic explicanda, ut poeta ab eo quod factum est ad id quod fieri soleat transire dicatur, ἐπεὶ ἵκετο—ὅταν γένηται. Sed ne ἐπεὶ quidem conjunctivo junctum offendit considerantem quæ ad vs. 136 ea de re disputata sunt. Quare Petersenii conjectura στροφάδι γεγένηται in Ephem. litt. Hal. 1837, n. 97 proposita non egemus. Quod reliquum est cod. Oxon. A. et Taur. librariorum culpa δίνησιν δὲ pro δίνης, ἐν δὲ habent.

Vs. 193. ἔνθ' ἤδη τάδε κτλ.] ἐν τῇ δὴ ed. Ald. Phys. et cod. Oxon. A. libr. de Cœl. Brandis. scholl. l. c. Alii codices ἐν τῇ ἤδέ, ἐν τῆδὶ, ἐν τῆδε

οὖν δ' αὖ mendose. Vulgata ἐν τῇ δὴ refertur ad φιλότητι. Sed præstat Bergkiana emendatio ἔνθ' ἤδη quam cum Steinio in verborum ordinem recepi. Τάδε πάντα sunt elementa eorumque qualitates.

Vs. 194. οὐκ ἄφαρ, ἀλλ' ἐθελημὰ κτλ.] Variant libri. Nam Aldus in ed. Phys. οὐκ ἄφαρ ἀλλὰ θέλιμνα; Cod. Ox. A. θέλημα; Oxon. B. οὐκ ἄφορ' ἀλλὰ θέλημα. Taur. οὐκ ἄφορ' ἀλλ' ἐθέλημα. Brandis. schol. l. c. οὐκ ἄφαρ, ἀλλ' ἐθέλημα. Sturzius edidit : οὐκ ἄφαρ, ἀλλὰ θέλυμνα, Peyronus οὐκ ἄφορ' ἀλλὰ θέλυμνα, Karstenius οὐκ ἄφαρ, ἀλλ' ἐθελυμνά. Scripsi flagitante sententia cum Panzerbietero et Steinio οὐκ ἄφαρ, ἀλλ' ἐθελημά. Præterea συνιστάμεν' codices præbent quod Sturzius non debebat in συνίσταται mutare. Denique ἄλλοθεν ἄλλα codex Taurinensis et Brandisius; reliqui ἄλλοθεν ἄλλο.

Vs. 195. Ejecerunt hunc versum Bergkius et Schneidewinus qui vs. 162 hic interponi jussit. At multo plus valet μισγομένων quam συνερχομένων. Hic vero poetam μισγομένων exarasse argumento sunt sequentia πολλὰ δ' ἄμιχθ' ἕστηκε. Schneidewinum Steinius secutus est.

Vs. 196-197. πολλὰ δ' ἄμιχθ' κτλ.] Satis emendate hi versus leguntur in Phys. ed. Ald. πολλὰ δὲ ἅμα κατεστήκει cod. Taur.; πολλὰ δ' ἄμικτ' Ald. codd. ABD, item Sturzius et Karstenius; ἄμικτα Brandisius, ἄμιχθ' Panzerbieterus et Steinius. κατέστη cod. C; ἔστι cod. D. κεραιαμένοισιν cod. A; κεκερασμένοισιν codd. C. D; κεραϊζομένοισιν cod. Taur.; κερασσαμένοισιν Ald. et Sturzius, κερασσομένοισιν Gaisfordius, κεραιομένοισιν cod. Oxon. B. quod ediderunt Brandisius, Karstenius, Steinius. ἐναλλάξ. ὅσσ' ἔτι νεῖκος ἔρυκε μετάρσιον· οὐ γὰρ ἀμφαφέως cod. Taur. ἀμφαφέως cod. B, ἀμεμφέως cod. A., item Aldus, Sturzius, Karstenius, Bergkius; *non sine querela* vertit Morbeca, unde οὐκ ἀμέμπτως interpres de Cœl. ed. Ald. ἅμ' ἀμφὶς Panzerb. quod recepimus. Cæterum quod ad νεῖκος μετάρσιον attinet, huic opposita ἠπιόφρων φιλότης vs. 201.

Vss. 198. Sequentia in hanc sententiam dicta esse ait Simplicius de Cœlo ap. Peyron. p. 37, apud Brandisium p. 512. a. μήποτε οὖν οὐκ ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῆς φιλίας ταῦτα λέγει γίνεσθαι ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ὡς ἐνόμισεν ὁ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ τότε ὅτε οὔπω τὸ νεῖκος πᾶν ἐξεστήκειν κτλ. Variat lectio : τὸ πᾶν ἐξέστηξεν ἐπ' ἔστατα κύκλου cod. Taur. τὸ πᾶν ἐξεστήκει ἐπέστατα τεύματα κύκλου cod. B. πᾶν ἐξεστήκειν Brandisius utroque loco. πω πᾶν Aldus, cod. A. Sturzius, Karstenius, Panzerbieterus. οὔπω cod. D. ἐς τὸ πᾶν conjecit Bergkius, τὸ πᾶν Petersenius, πάντως Steinius. Sed si quis post οὐ γὰρ ἅμ' ἀμφὶς ponat πω πᾶν ἐξέστηκεν, Simplicio duce usus constructionem non insolentiorem habebit quam quæ est apud Homerum Odyss. lib. XVI, 161 : οὐ γάρ πω πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς. (Cf. Hermann. ad Soph. Aj. 965.) Porro ἐπ' ἔσχατα ἐξέστηκεν Sturzius perturbato verborum ordine, quem etiam in codicibus Oxon. A. B. altero loco offendimus. Iidem libri cum cod. D in οὔπω congruunt.

Vs. 199. ἀλλὰ τὰ μέν τ' ἐνέμιμνε μελέων, κτλ.] codd. A. C. D; ἐνέμιμνε, μελέων cod. B. Sturzius μελέων temere mutavit in μερέων. Eos autem errasse manifestum est qui ex hoc loco concluserunt Empedoclem præter mundum creatum ordinatumque statuisse indigestæ materiæ molem. Sic enim Eusebius Præp. Evang. XV, 33 p. 841 D : τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν εἶναι τὴν ὕλην. Hic vero Empedocles non de mundo creato et aspectabili, sed de ortu rerum loquitur.

Vs. 200. ὅσσον δ' αἰὲν κτλ.] ὑπεκπροσθέει Simpl. Phys. ed. Ald. ὑπεκπροθέει cod. Oxon. C. et Sturzius; ὑπεκροθέοι Brandisius utroque loco. Rectius codices Taurinenses et Oxon. ABD. ὑπεκπροθέοι quod cum Gaisfordio, Karstenio, Panzerbietero, Steinio recepi.

Vs. 201. ἠπιόφρων φιλότητος κτλ.] Versus hic in Simplicii comm. ad Phys. ed. Ald. ita exhibetur :

ἡ πίφρων φιλότης ἀμεμφέως ἄμβροτος ὁρμή,

quem Sturzius sic immutatum edidit :

ἡ 'πίφρων φιλότης ἀμεμφέως ἀμβρότῳ ὁρμῇ.

Melius rem Scaliger gessit, qui Karstenio teste in codice Lugdunobatavo exaravit :

ἠπίφρων φιλότητος ἀμεμφέος ἄμβροτος ὁρμή.

Hoc prope abest a vera scriptura quam agnoscunt Scholia a Brandisio vulgata p. 507. Cod. Oxon. A. et Taurinensis uno loco apud Peyronum p. 37 præbent : ἠπιόφρων φιλότητος ἀμεμφέος ἄμβροτος ὁρμή, altero inepte : ἠπιόφρων φιλότης ἀμφεῦσσον ἄμβροτος ὁρμή. Cod. Oxon. B. habet : ἠπιόφρων φιλότητι ἄμφεσον ἄμβροτος ὁρμή. Adde quod in cod. Oxon. C. est περίφρων, in D. πίφρων. Morbeca penultimam vocem vertit : *sine querela,* unde in Aldinum exemplar librorum de Cœlo fluxit ἀμέμπτου. Steinius asyndeton illud ἠπιόφρων—ἄμβροτος in verbis ἠπιόφρων φιλότητος ἀμεμφέως ἄμβροτος ὁρμή ferri non posse arbitratus Empedoclem scripsisse conjecit : τόσον αἰὲν ἐπῄει ἠπιόφρων φιλότης τε καὶ ἔμπεσεν ἄμβροτος ὁρμή; parum feliciter. Quemadmodum enim apud Homerum non solum tolerantur, sed etiam admirationi sunt orationis non vinctæ exempla,

velut Odyss. lib. XI, 573, χερσὶν ἔχων ῥόπαλον παγχάλκεον, αἰὲν ἀαγές, vel Iliad. lib. VI, 344, δᾶερ ἐμεῖο, κυνὸς κακομηχάνου, ὀκρυοέσσης, ubi nemo καὶ ante αἰὲν ἀαγές vel ante ὀκρυοέσσης desiderat : sic Empedocli similis licentia concedenda est. Itaque cum Brandisio, Karstenio, Panzerbietero membranarum quarundam lectionem revocavi. Peyroni commentum : ἠπιόφρων φιλότης ἀμφαμφῶσ' ἄμβροτος ὁρμῇ, quo ἀμφαμφῶσ' pro Homerico ἀμφαφόωσα accipitur, nolo refutare. Nam si perspexisset sententiam, ab hoc emendandi conatu abstinuisset.

Vs. 202–203. αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο κτλ.] Hi versus in eam sententiam scripti sunt, ut quæ pura prius et integra fuerant elementa postmodo mixta variisque modis inter se conflata esse dicerentur. Quo facto Empedocles statuit ex immortalibus naturis mortalia rerum genera exstitisse. Lectio horum versuum qui a pluribus laudantur scriptoribus satis certa est. Neque enim librariorum menda quemquam morari possunt. Ac primum quidem pro αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο ut est apud Simplicium ed. Ald. Aristotelem ejusque interpretem Riccobonum, Simplicii cod. Taur. et Oxon. B. habent αἶψα δ' ἔθνεά τ' ἐφύοντο, quod vulgavit Brandisius. Huc accedit quod pro ἐφύοντο Athenæus et Eustathius legunt φύοντο; pro ἄκρητα autem quod agnoscit etiam Brandisius, Simplicii ed. Phys. et cod. Taur. de Cœlo exhibent ἄκριτα pariter atque vs. 424. Simpl. Phys. ζωρὰ δὲ τὰ πρὶν, sed Athenæus ζωρά τε τὰ πρίν. Pro διαλλάξαντα Athenæi membranæ διαλλάττοντα vel διαλλάσσοντα vel διαλλάσσονται. Plutarchus sive memoriæ lapsu sive librariorum errore hoc effatum ita scribit : ζωρότερον τὰ πρὶν ἄκρατα, mendosissime autem Bekkerus in Aristotelis editione exaravit : αἶψα δὲ θνήτ'..... ἀθάνατα ζῷά τε πρὶν κέκριτο. Eadem prope menda in veteribus Stagiritæ editionibus reperiuntur hoc excepto quod pro ζῷά τε in Genevensi exstat Σωρά τε. Contra Riccobonus interpretationi latinæ versus græce sic scriptos adjecit : αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατα εἶναι, ζωρά τε πρὶν ἄκρητα. Morbecam in Simplicii exemplari manu exarato ζῷα scriptum offendisse argumento est ejus vertendi ratio qua tamen sententia evertitur : « quæ antequam addiscant immortalia esse *animalia* ac prius indiscreta disponunt vias. » Sed ζωρά verum esse conficitur ex Theophrasti verbis apud Athenæum : Θεόφραστος δ' ἐν τῷ περὶ μέθης ζωρότερόν φησιν εἶναι τὸ κεκραμένον, παρατιθέμενος Ἐμπεδοκλέους τάδε κτλ. Adde Plutarchum et Eustathium. Illud vero scrupulum injecit criticis, quod ζωρά et ἄκρητα hic opponantur quæ vulgo synonyma sint. Quocirca Hermannus in Aristotelis libro scribi jussit : ζωρά τε πρὶν κέκρητο, alii ζωρά τε τὰ πρὶν κέκρατο. Verum iis mutationibus nihil proficimus. Immo acquiescendum arbitramur in veterum judicio qui hanc vocis potestatem Empedocli vindicarunt.

Vss. 204-205. τῶν δέ τε—ἰδέσθαι] Pro παντοίης Ald. παντοίαις. Verba θαῦμα ἰδέσθαι referuntur ad monstra βουγενῆ ἀνδρόπρωρα κτλ. quorum mentio fit vs. 314 seqq. Cæterum Empedoclis de mundi ortu placitum respicit Tzetzes ap. Matrang. Anecd. t. I pag. 10 seq. :

ζάλη δεινὴ καὶ σύγχυσις γέγονε τῶν στοιχείων,
ὡς καὶ ὁ φυσικός φησιν Ἐμπεδοκλῆς ἐκεῖνος·
ποτὲ μὲν γὰρ ὁ κάθυγρος ἀὴρ ὑπερενίκα,
ὁ ζοφερός, ὁ κάθυγρος, ὁ συντεθολωμένος,
ὃν Ἀθηνᾶν εἰρήκαμεν κτλ.

Vss. 206–210. Ἡ δὲ χθὼν τούτοισιν—σαρκός] servavit Simplicius Phys. I, f. 7 b. Vs. 206 ibid. II, f. 74 b. Priore loco ait : ἐν οἷς (φυσικοῖς) καὶ τῆς ἐνταῦθα δημιουργικῆς συγκράσεως τὴν Ἀφροδίτην ἤτοι τὴν φιλίαν αἰτίαν φησί. καλεῖ δὲ τὸ μὲν πῦρ καὶ Ἥφαιστον καὶ ἥλιον καὶ φλόγα, τὸ δὲ ὕδωρ ὄμβρον, τὸν δὲ ἀέρα αἰθέρα. λέγει οὖν πολλαχοῦ μὲν ταῦτα, καὶ ἐν τούτοις δὲ τοῖς ἔπεσιν.

Vs. 206 μάλιστα mutavit Karstenius in μιγεῖσα, quod minime necessarium. Tangit his versibus Empedocles carnis et sanguinis formationem, quæ æqualibus quatuor elementorum portionibus constare vult. Indicatur illud vocabulo ἴση. Sed quamvis de elementorum concursu et commixtione agat, tamen μιγεῖσα participium non requiritur, quum fortuita collisio et incursio satis exprimatur verbo συνέκυρσε constructione eadem qua utitur Sophocles Œd. Col. vs. 1404, ἀλλ' ὄντ' ἄναυδον τῇδε συγκύρσαι τύχῃ. Neque dubium quin versiculus Κύπριδος ὁρμισθεῖσα κτλ. coitus mentione injecta ad rem de qua disputatur significandam sufficiat.

Vs. 207. τε omittit Simplicii cod. D.

Vs. 208. ὁρμησθεῖσα Aldus, ὁρμισθεῖσα Simplicii cod. C. quod jam Sturzius dederat. Ejus loco Steinius ὁρμισθεῖσι scribi volebat, probata simul Karstenii conjectura μιγεῖσα, de qua ad vs. 206 diximus. Sed hujusmodi commenta locus respuit. Elegans translatio Κύπριδος ἐν λιμένεσσι repetitur vs. 331, λιμένας σχιστοὺς Ἀφροδίτης. Qua de re Euripidis schol. ad Phœniss. vs. 18 : Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς ἀλληγορῶν φησι Σχιστοὺς λιμένας Ἀφροδίτης, ἐν οἷς ἡ τῶν παίδων γένεσίς ἐστιν. Quum vero τέλος, τελεῖσθαι et inde derivata a latiore initiandi potestate ad nuptiarum sacra, quæ marem feminamque, velut novæ vitæ mysteriis initiatos

conjungunt, transiisse manifestum sit : non tantum pronuba Juno græce dicitur Ἥρα τελεία, sed multa similiter a poetis usurpantur. Vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. voc. Platonic. p. 224.

Vs. 209. Apud Aldum legitur εἴτ' ὀλίγον μεῖζον εἴτε πλέον ἐστὶν ἔλασσον, quod servarunt Sturzius et Karstenius nisi quod μεῖζόν γ' scripserunt. Non male Panzerbieterus conjecerat εἴτ' ὀλίγον μείζων, εἴτε πλεόνεσσιν ἐλάσσων, hic ὀλίγον pro adverbio esse arbitratus, ut Iliad. lib. XXIII, 789, Αἴας μὲν γὰρ ἐμεῖ' ὀλίγον προγενέστερός ἐστιν, et sæpe alibi. Nuper e Simplicii codice D prolatum est : εἴτ' ὀλίγον μείζων εἴτε πλέον ἐστὶν ἐλάσσων, quorum verborum Steinius hunc sensum esse existimat : « Gravissima quæque elementa tenuissimam, levissima largissimam molem habent, sive quo gravius elementum est eo tenuiorem, quo levius est eo largiorem habet molem. » Suspicatur autem aliqua ante hunc versum excidisse. Steinii explicationem ferri non posse vix est quod uberius ostendam. Idem de Sturzii Karsteniique opinionibus dicendum qui locum se intelligere negarunt. Apertum vero est, si hic versus cum primo ἡ δὲ χθὼν τούτοισιν κτλ. cohæreat, necessario poetam exarasse : εἴτ' ὀλίγον μείζων εἴτ' οὐ πολὺ ἔσχεν ἐλάσσων.

Vs. 210. In Simplicii editione Aldina exstat : ἐκ τῶν αἷματ' ἐγένοντο, in cod. D. αἷμα τάγεντο. Sturzius correxit ἐκ τῶν αἷμά τε γέντο, Panzerbieterus vero ἐκ τῶν αἵματ' ἔγεντο cui αἵματα videntur esse εἴδεα αἵματος. Sed ut non minor corporum quam ingeniorum dissimilitudo est : ita Empedoclem reor ἄλλης εἴδεα σαρκός *reliquæ carnis species* ad humanorum corporum discrimina quæ oculis notantur rettulisse. Sanguinis non eadem est ratio. Neque enim facile dicas, quid inter sanguinem et sanguinem intersit, nisi ad ea confugias quæ fingi facilius quam sciri possunt. Quamobrem posui ἐκ τῶν αἷμά τ' ἔγεντο καὶ ἄλλης εἴδεα σαρκός. Quam sententiam ne quis aliter conformandam censeat, velut cum Sturzio ἄλλα δὲ vel cum Karstenio ἀλλοῖ' εἴδεα, id Græci sermonis legibus cautum est. Quis enim ignorat ἄλλος ex abundanti adjectum apud Homerum Odyss. II, 412, μήτηρ δ' ἐμὴ οὔτι πέπυσται οὐδ' ἄλλαι δμωαί, apud Plat. Alcib. I, p. 112 b. αἱ μάχαι τοῖς τε Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν ἐγένοντο, et alios scriptores.

Vss. 211-214. Ἡ δὲ χθὼν—θεσπεσίηθεν] laudat Simplicius Phys. II, f. 66 b. Primos tres versus : ἡ δὲ χθὼν—γένοντο Aristoteles de An. I, 5 p. 410 a; et interpretes ad h. l. ut Themistius f. 72 a; Philoponus lit. E, p. 16; Simplicius f. 18 b; Syrianus Metaph. XIII, f. 118 a. interp. lat.; Alexander Aphrod. in Metaph. pag. 99 ed. Bonitz. et in Schol. Arist. p. 587 b. ed. Brandis.; Christophorus Contoleon schol. in Iliad. lib. XI vs. 26-28 apud Matrang. Anecd. tom. II p. 514. Vss. 211 et 213 Philoponus Metaph. XIV, f. 66, b. int. lat. Aristoteles l. c. ait : ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν συνθέτων· οὐ γὰρ ὁπωσοῦν ἔχοντα τὰ στοιχεῖα τούτων ἕκαστον, ἀλλὰ λόγῳ τινὶ καὶ συνθέσει, καθάπερ φησὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὸ ὀστοῦν· ἡ δὲ χθὼν κτλ. Simplicius : καὶ γὰρ καὶ λόγῳ τινὶ ποιεῖ σάρκας καὶ ὀστοῦν καὶ ἄλλων ἕκαστον. λέγει γοῦν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν κτλ. Describitur quomodo certa elementorum temperie corporum partes et ossa exstiterint.

Vs. 211 εὐτύκτοις habent Simplicius in Phys. et Alexander Aphrodisiensis in Metaph. l. c. quos cum Scaligero, Karstenio, Panzerbietero secutus sum. At apud Simplicium de Anim., Aristotelem, Contoleontem cæterosque est εὐστέρνοις χοάνοισι, hoc excepto quod εὐστέρνης in Themistii libris et χαόνοισι in Contoleontis membranis scripturæ mendum esse patet. Prius unice aptum vasis epitheton, posterius ab Hesiodo de ipsa terra (γαῖ' εὐρύστερνος), ab aliis de cœlo dictum huic rei minus congruit.

Vs. 212. Elementorum partes ad ossa in terræ fornacibus fabricanda sic distribuuntur, ut ex octo partibus binæ sint ipsius terræ, binæ item æris et aquæ, quaternæ denique Vulcani sive ignis. Lectio aliquantulum variat. Pro τὰ δύο alii codices præbent τῶν δύο et τὰς δύο, pro μερέων alii μορίων et μοιράων. E recentioribus Scaliger et Sturzius dederunt τῶν δύο—μορίων, Brandisius τὰς δύο—μερέων, Trendelenburgius τὰς δύο—μοιρῶν, Gœttlingius conjecit τὰ—μοιρέων, τὰ duali numero accipiens; sed femininum non convenit sequenti τέσσαρα δ'. Itaque recte Bekkerus, Karstenius, Panzerbieterus τὰ δύο τῶν ὀκτὼ μερέων vulgarunt. Quæ scriptura ne cui propter metri difficultatem vitiosa videatur, ad vs. 103 demonstravi didacticos poetas haud secus atque Homerum breves syllabas tam in principio versuum quam in mediis versibus arsis vi producere. Unus Steinius δοιὼ τῶν ὀκτὼ μερέων posuit, cujus mutationis hanc reddit rationem, quod articulo ante δύο justa sedes non sit. Verum qui talem juncturam græcam esse negat, cum optimo quoque scriptore pugnat. Sic Homerus Iliad. lib. X vs. 252-253 :

ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε· παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ
τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.

Thucydides lib. I cap. 10 : καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται κτλ. — Pro Νήστιδος

Αἴγλης apud Alexandrum legitur Νήστιδος αἴγλη. Alii minuscula littera scribunt αἴγλης, ego Karstenio præeunte majuscula usus sum. Prellerus Hist. phil. p. 127 non percepta poetæ mente locum sic refingere tentabat: τὰ δύο τῶν ὀκτὼ μοιρέων λάχε Νήστιδος, Αὐγῆς τέσσαρ' ἴδ' Ἡφαίστοιο, αὐγήν de aëre ab Empedocle dici contendens. Vid. ad vers. 123. At nihil mutandum. Nam aquam et aërem conjunctim nominat Νῆστιν Αἴγλην, quemadmodum Φοῖβος Ἀπόλλων, Παλλὰς Ἀθήνη dicitur, Νῆστιν μὲν διὰ τὸ ὑγρόν, ἀπὸ τοῦ νάειν καὶ ῥεῖν (cf. ad vers. 161), Αἴγλην δέ, ὡς διαφανῆ, quæ sunt Simplicii verba ad Arist. de Anim. ut statim videbimus. In quo ὕδατος καὶ ἀέρος δύο μοίρας sive ἑκατέρας ἀνὰ μίαν μοῖραν, Philopono interprete esse vult. Cæterum quatenus Empedocles aliorum auctoritatem curarit qui Αἴγλην unam Gratiarum vel earum matrem conjuge Sole esse statuerunt (vid. Hesych. in v.), quatenus ipse in his rebus aliquid novarit, non laboro. Præterea nihil refert, utrum Νῆστιν Αἴγλην *aquam pellucidam* sive *aeriam*, an *fluidum* (*aeris*) *splendorem* exponas.

Vs. 213 λευκὰ γένοντο plerique scriptores; λεύκ' ἐγένοντο Alexander ad quem tanquam magistrum spretis membranis hoc loco in Aristotele recensendo se applicavit Bekkerus, nisi forte pars quædam librorum Aristotelis ita habet, quod e docti illius viri notulis non patet. Quod Simplicius et Philoponus existimant, Empedoclem in hoc decreto enuntiando harmonicos Pythagoreorum numeros intuitum esse, nobis neutiquam persuadent. Sic autem Simplicius ad Aristot. de Anim. f. 18 b: ἐπίηρος δέ, τουτέστιν ἐναρμόνιος, εἴρηται ἡ γῆ ὡς κύβος, κατὰ τὴν Πυθαγορείων παράδοσιν· τὸν γὰρ κύβον διὰ τὸ δώδεκα μὲν ἔχειν πλευράς, ὀκτὼ δὲ γωνίας, ἓξ δὲ ἐπίπεδα, τὴν ἁρμονικὴν ποιοῦντα ἀναλογίαν, ἁρμονίαν ἐκάλουν. χόανα δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ (Ὁμήρῳ), ἐν οἷς ἡ τῶν μιγνυμένων γίγνεται κρᾶσις, ἀγγεῖα (Il. XVIII, 470)·

φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων.

ἃ καὶ εὔστερνα, ὡς πλατέα, διὰ τὸ χωρητικὸν καλεῖ· μίγνυσι δὲ πρὸς τὴν τῶν ὀστῶν γένεσιν τέσσαρα μὲν πυρὸς μέρη, διὰ τὸ ξηρὸν καὶ λευκὸν χρῶμα ἴσως πλείστου λέγων μετέχειν αὐτὰ πυρός· δύο δὲ γῆς, καὶ ἓν μὲν ἀέρος, ἓν δὲ ὕδατος· ἃ δὴ ἄμφω νῆστιν αἴγλην προσαγορεύει, νῆστιν μὲν διὰ τὸ ὑγρόν, ἀπὸ τοῦ νάειν καὶ ῥεῖν, αἴγλην δὲ ὡς διαφανῆ. Sed neque ἐπίηρος idem est quod ἐναρμόνιος, neque γῆν licet κύβον interpretari. Cætera plana sunt. Nemo autem verius de Empedocleo dogmate disputavit quam Alexander l. c. ὅτι δὲ ταῦτα ἔλεγον οὐ διαρθροῦντες, Ἐμπεδοκλέους μέμνηται λέγοντος τὸ ὀστοῦν κατὰ τὸν λόγον ὀστοῦν εἶναι, οὐ κατὰ τὴν ὕλην· ἡ μὲν γὰρ ὕλη κοινὴ καὶ τοῖς ἄλλοις κατ' αὐτόν (τὰ γὰρ τέσσαρα στοιχεῖα), ὀστοῦν δὲ ἐν τῇ ποιᾷ τούτων καὶ ποσῇ κράσει φησὶ γίγνεσθαι, λέγων· ἡ δὲ χθὼν κτλ. εἰ δὲ τοῖς ὀστοῖς κατὰ τὸν λόγον, τουτέστι κατὰ τὸ εἶδος καὶ τὸ τί ἦν εἶναι (τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ λόγος), τὸ ὀστοῦν εἶναι κατ' αὐτόν, δῆλον ὡς καὶ τῇ σαρκὶ καὶ τῷ νεύρῳ καὶ ἑκάστῳ τῶν ὄντων, οἷον λίθῳ ξύλῳ, κατὰ τὸν λόγον καὶ τὸ εἶδος· ἢ γὰρ ἐπὶ πάντων τὸ εἶδος καὶ ὁ λόγος αἴτιος τοῦ ἕκαστον εἶναι ὅ ἐστιν, ἢ ἐπ' οὐδενός, κτλ.

Vs. 215. ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς κτλ.] servavit Plutarchus de Amic. mult. pag. 95, vol. VI p. 357: ἡ μὲν γὰρ (φιλία) συνάγει καὶ συνίστησι καὶ συνέχει καταπυκνοῦσα ταῖς ὁμιλίαις καὶ φιλοφροσύναις, ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς —κατ' Ἐμπεδοκλέα. Cum hoc jungendus Aristoteles de Gen. anim. IV, 4 p. 771 b. ed. Bekker. τὸ δὲ σπέρμα τὸ τοῦ ἄῤῥενος, εἴτε συμβάλλεται πρὸς τὴν ὕλην μόριον γινόμενον τοῦ κυήματος καὶ τῷ τοῦ θήλεος σπέρματι μιγνύμενον, εἴτε καὶ μὴ τοῦτον τὸν τρόπον, ἀλλ' ὥσπερ φαμὲν συνάγον καὶ δημιουργοῦν τὴν ὕλην τὴν ἐν τῷ θήλει καὶ τὸ περίττωμα τὸ σπερματικόν, καθάπερ ὁ ὀπὸς τὴν ὑγρότητα τοῦ γάλακτος, διὰ τίνα ποτ' αἰτίαν οὐχ ἓν ἀποτελεῖ ζῷον μέγεθος ἔχον; Quamvis autem incertum sit, in qua carminum parte hunc versiculum Empedocles ad probandam rem de qua forte agebat adhibendum putarit, tamen e Plutarchi verbis conjici licet, cum in celebrandis Amicitiæ viribus hac similitudine usum esse. Eandem imaginem Aristoteles ad partûs formationem transtulit. Neque vero dubium quin Empedocli obversatus sit locus Homericus Il. lib. V, vs. 902:

ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν,
ὑγρὸν ἐόν, μάλα δ' ὦκα περιστρέφεται κυκόωντι·
ὣς ἄρα καρπαλίμως ἰήσατο θοῦρον Ἄρηα.

Vss. 216-217. Ταῦτα τρίχες—μέλεσσιν] Aristoteles Meteor. IV, 9 p. 387 b. ed. Bekker. λέγω δὲ καὶ ὀστᾶ καὶ τρίχας καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἐν ταὐτῷ· οὐ γὰρ κεῖται ὄνομα κοινόν, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν ὅμως ἐν ταὐτῷ πάντ' ἐστίν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι· ταὐτὰ τρίχες κτλ. Pro ταὐτὰ cum Panzerbietero scripsi ταῦτα. Deinde initio versus sequentis ex Olympiodoro ad h. l. qui habet corrupte φολιδονίδες et Hesychio (φλονίδες, λεπίδες) Empedoclearum vocum custode reposui cum Karstenio καὶ φλονίδες γίγνονται. Nam librorum Aristoteleorum scripturam λεπίδες vel λοπίδες rarioris vocabuli interpretamentum esse arbitror.

Vss. 218-219. ἐξ ὧν ὄμματ'—Ἀφροδίτη] exhibet Simplicius de Cœlo a Peyrono prolatus l. c. p. 28; corrupti exstant in ed. Ald. f. 128 b. Leguntur etiam apud Brandisium in Schol. p. 507 a. ἀλλὰ καὶ περὶ γενέσεως τῶν ὀφθαλμῶν τῶν σωματικῶν τούτων λέγων ἐπήγαγεν· ἐξ ὧν ὄμματ' κτλ. καὶ

μετ' ὀλίγον· γόμφοις ἀσκήσασα κτλ. Oculos Empedocles compositos esse docuit interiore parte ex igni, exteriore ex aqua et terra. Cæterum ἀτειρέα dicuntur ob aciem cuncta penetrantem et vim indefessam, quomodo de luce poeta ait vs. 225 λάμπεσκεν ἀτειρέσιν ἀκτίνεσσιν. Iidem γόμφοι κατάστοργοι, i. e. *cuneoli* amabiles appellantur, quia oculi sunt amoris sedes omnique in re prout libuerit *defiguntur*.

Vss. 220-229. ὡς δ' ὅτε τις—ταναώτερον ἦεν] exstant apud Aristotelem de Sensu cap. 2 p. 437 b. ed. Bekker. et apud Alexandrum Aphrodisiensem Comment. in h. l. f. 96 b. Continetur his versibus Empedoclis de visu sententia. In oculi pupilla ignem latere vult poeta laternæ instar membranis vel tunicis tectum, quæ circumfluentem humorem ab eo arceant, flammam autem foras emicantem res visui objectas collustrare. Idem etiam statuit effluvia (cf. Democrit. fragm. pag. 401), id est imagines e visis effluentes in oculos incurrere eoque fieri ut res cernantur. Testis Aristoteles l. c. dicens: Ἐμπεδοκλῆς δ' ἔοικε νομίζοντι ὁτὲ μὲν ἐξιόντος τοῦ φωτός, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, βλέπειν· λέγει γοῦν οὕτως· ὡς δ' ὅτε τις πρόοδον νοέων κτλ. ὁτὲ δὲ ταῖς ἀποῤῥοίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ὁρωμένων. Omnium optime Empedoclis locum Alexander Aphrodisiensis exposuit in Comment. ad Aristot. de Sensu p. 97 a (ed. cum Simplic. de Anim. Venet.) cujus verba hic ponam: ἀπεικάζει γὰρ διὰ τῶν ἐπῶν τὸ ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῆς ὄψεως φῶς τῷ διὰ τῶν λυχνείων φώτων· ὡς γὰρ ὁδοιπορεῖν τῆς νυκτὸς μέλλων λύχνον παρασκευασάμενος ἐντίθησι λαμπτῆρι· (ὁ γὰρ λαμπτὴρ τὰ μὲν ἔξωθεν πνεύματα ἀπείργει τε καὶ κωλύει, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ λεπτότατον ὡς τὸ ἔξω δίεισιν, ὅπερ ἐστὶ φῶς·) οὕτω, φησίν, ἐν ταῖς μήνιγξι καθειργόμενον τὸ πῦρ ὑπὸ λεπτῶν ὑμένων περιέχεται, οἳ τὰ μὲν ἔξωθεν προσπίπτοντα λυμαντικὰ τοῦ πυρὸς ἀπείργουσι καὶ οὐκ ἐῶσιν ἐνοχλεῖν τῇ κόρῃ, τὸ δὲ λεπτότατον τοῦ πυρὸς ὡς τὸ ἔξω δίεισιν. ἀμουργοὺς δὲ λέγοι ἂν τοὺς λαμπτῆρας τοὺς ἀπερκτικοὺς (corr. Karst. pro παρεκτικοὺς) ἀπὸ τοῦ ἀπερύκειν τὰ πνεύματα καὶ σκέπειν τὸ περιεχόμενον ὑπ' αὐτῶν πῦρ· ἢ ἀμουργεῖς τοὺς πυκνούς, διὰ πυκνότητα ἀπερύκοντας τὰ πνεύματα. ταναὸν δὲ πῦρ τὸ διὰ λεπτότητα τεινόμενόν τε καὶ διεκπίπτειν διὰ τῶν πυκνῶν δυνάμενον. κατὰ βηλὸν δὲ τὸν οὐρανόν. Ὅμηρος (Il. O, 23)·

> ῥίπτεσκον τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρ' ἂν ἵκηται
> γῆν ὀλιγηπελέων.

λεπτῇσιν δὲ ὀθόνῃσιν ἐχεύατο κύκλοπα κούρην, πρὸς τὸ ὄνομα τῆς κόρης χρησάμενος ποιητικῶς ταῖς ὀθόναις ἀντὶ τῶν ὑμένων.

Vs. 221. In verbis πυρὸς σέλας αἰθομένοιο Homericæ imitationis vestigia reperiuntur. Cf. Iliad. lib. VIII, 563; lib. XIX, 366. Distinctionis virgulas posui post λύχνον et post αἰθομένοιο cum Bekkero, Karstenio, Panzerbietero, quam rationem minus recte sic mutavit Bergkius in Ind. lect. Marb. 1844-45, ut sublato utroque commate post διὰ νύκτα distingueret.

Vs. 222. E codicibus Aristoteleis plerique ἀμοργούς præbent, nonnulli ἀμουργούς quod vulgarunt Bekkerus et Sturzius. Alexander ἀμουργούς et ἀμουργεῖς exhibet. Hinc Suidas quoque et Phavorinus Empedoclei loci memores habent: ἀμουργοί, λαμπτῆρες. Satis inepte. Differat enim epitheton a nomine cui adjicitur necesse est. Sed quum ἀμουργοί explicari nequeat, quidam illud corruptum esse rati ἀμοργοί solum ab Empedocle profectum crediderunt. Ac Schneiderus quidem in Ecl. Phys. p. 185 sq. vocabulum ἀμοργός confert cum μολγός, μοργός et latino *bulga*, λαμπτῆρας ἀμοργούς existimans idem valere quod μολγινούς, *folliculis obvolutos*. Atqui hoc sensu abundat genitivus παντοίων ἀνέμων, quem qui cum Bergkio l. c. absolutum esse putarunt post ἄψας et post ἀνέμων incidentes constructionis simplicitatem turbant. Namque verborum ordinem hunc esse Bergkius censet: ὡς δ' ὅτε τις πρόοδον νοέων χειμερίην διὰ νύκτα παντοίων ἀνέμων, ἄψας πυρὸς σέλας αἰθομένοιο ὡπλίσσατο λύχνον, λαμπτῆρας ἀμοργούς. Qua perversitate admissa tollamus oportet etiam λαμπτῆρας ἀμοργούς, quæ verba explicationis gratia præcedenti λύχνον doctus ille vir subnectit. Neque vero Homericus quem affert locus ex Iliad. lib. II, 394 quidquam probat:

> Ὣς ἔφατ'· Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ὡς ὅτε κῦμα
> ἀκτῇ ἐφ' ὑψηλῇ, ὅτε κινήσῃ Νότος ἐλθών,
> προβλῆτι σκοπέλῳ· τὸν δ' οὔποτε κύματα λείπει,
> παντοίων ἀνέμων, ὅτ' ἂν ἔνθ' ἢ ἔνθα γένωνται,

ubi tantum abest, ut verba παντοίων ἀνέμων eo modo quo ipse apud Empedoclem accipit dicantur, ut dispar utriusque loci ratio sit. Etenim quum poeta non nude dicat παντοίων ἀνέμων, sed adjungat ὅτ' ἂν ἔνθ' ἢ ἔνθα γένωνται, quod non multum distat a παντοίων ἀνέμων ἔνθ' ἢ ἔνθα γενομένων, omittere poterat ἀέντων post ἀνέμων. Adde quod Bergkius ἄψας cum πυρὸς σέλας αἰθομένοιο jungendum esse contendit, ad λαμπτῆρας pertinere negat, quia accensam esse lucernam diserte dicendum fuerit; quo nihil unquam minus vere de his versibus scriptum est. Licet enim proprie non laterna (ὁ λαμπτήρ), sed lucerna laternæ immissa (ὁ λύχνος ὁ τῷ λαμπτῆρι ἐντεθειμένος) accendi perhibeatur: tamen interdum istæ voces a Græcis confunduntur. Sic Xenophon Conviv. cap. V,

a lucernam λαμπτῆρα nominat, sed ibid. § 9 eandem rem λύχνον esse vult. Quocirca non magis recte λύχνον ἅπτειν quam λαμπτῆρα ἅπτειν vel ἀνάπτειν a Græcis usurpari convenit. Insolens vero est quod Bergkius commendat ἅψας πυρὸς σέλας αἰθομένοιο : non enim splendor, sed ignis accenditur. Id autem liquet cardinem rei verti in explicatione vocabuli ἀμοργούς quod Bergkius pariter ac Schneiderus ad materiam, unde confecta laterna sit, refert. Verum hoc fieri non posse jam supra monui. Sed operæ pretium est videre, quales fuerint veterum laternæ, quo facilius de Bergkiana interpretatione liceat judicare. Apparet hic eam designari laternam, quæ tantum luminis emittat, ut via eo collustretur. Apertum vero est hujusmodi laternam e cornu potissimum factam veteribus sæculis in pretio fuisse. Auctore utimur Plinio qui Nat. hist. lib. XI cap. 45 de vario cornuum usu hæc prodit : « Apud nos in laminas secta translucent, atque etiam lumen inclusum latius fundunt multasque alias ad delicias conferuntur. » Græcorum igitur laternæ i. e. λαμπτῆρες, apud Atticos etiam λυχνοῦχοι, apud posteriores φανοί, corneæ esse solebant. Sic Gramm. in Bekk. An. λυχνοῦχος· σκεῦός τι ἐν κύκλῳ ἔχον κέρατα, ἔνδον δὲ λύχνον ἡμμένον διὰ τῶν κεράτων τὸ φῶς πέμποντα. Photius p. 238 : Λυχνοῦχον, τὸν κεράτινον φανόν, ἀπὸ τοῦ λύχνον ἐν αὐτῷ περιέχεσθαι· φανὸς δὲ ἡ ἐκ ξύλων λαμπάς· Φιλιππίδης. Adde Phrynich. pag. 59 ed. Lobeck : φανός, ἐπὶ τῆς λαμπάδος, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ τοῦ κερατίνου λέγε, τοῦτο δὲ λυχνοῦχον. Hoc modo Philippides apud Athenæum lib. XV p. 699 F :

> ἐγὼ δὲ δεξιᾷ γε τόνδ' ἔχω τινά,
> σιδηρότευκτον ἐναλίων θηρῶν βέλος,
> κερατίνου τε φωσφόρου λύχνου σέλας·

et Aristophanes ibid. in Æolosicone :

> καὶ διαστίλβονθ' ὁρῶμεν,
> ὥσπερ ἐν καινῷ λυχνούχῳ,
> πάντα τῆς ἐξωμίδος.

Pherecrates in Dulodidascalo ibid.

> Ἄνυσόν ποτ' ἐξελθών· σκότος γὰρ γίγνεται,
> καὶ τὸν λυχνοῦχον ἔκφερ', ἐνθεὶς τὸν λύχνον.

Idem de Romanis dicendum. Martialis lib. XIV, 61

> Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis,
> et tuta est gremio parva lucerna meo,

ubi aurea vocatur laterna cornea propterea quod pellucida est. Neque dubium quin Scaliger apud Plautum Aul. III, 6, 30 laternam Punicam recte de eodem de quo loquimur laternarum genere acceperit. Poetæ verba sunt : « ita is pellucet quasi laterna Punica. » Huc spectant ejusdem facetiæ Amph. I, 1, 185 :

> Quo ambulas tu qui Vulcanum in cornu conclusum [geris?

intelligendæ de flamma lucernæ in cornea laterna inclusæ. Proximæ corneis ponebantur laternæ e vesicis factæ, quæ et ipsæ tantum luminis transmittebant, ut nonnunquam vix a corneis distingui possent. Id Martialis lib. XIV, 62 tali exprimit epigrammate :

> Cornea si non sum, numquid sum fuscior? aut me
> vesicam contra qui venit esse putat?

Harum mentio fit apud Aristotelem Hist. anim. lib. IV, cap. 5 : κατὰ μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν συνεχὲς τὸ σῶμα τοῦ ἐχίνου ἐστί, κατὰ δὲ τὴν ἐπιφάνειαν οὐ συνεχές, ἀλλ' ὅμοιον λαμπτῆρι μὴ ἔχοντι τὸ κύκλῳ δέρμα, i. e. laternæ cui membrana prætenta non sit. Rarior videtur vitrearum usus fuisse, de quibus Isidorus XX, 10 his verbis agit : « Laterna dicta, quæ lucem interius habet clausam : fit enim ex vitro, intus recluso lumine, ut venti flatus adire non possit, et ad præbendum lumen facile ubique circumferatur. » Ut corneæ omnium pretiosissimæ fuerunt : ita vilissimæ lineæ fuisse existimandæ sunt. Quippe in hanc sententiam Cicero epist. ad Attic. lib. IV, 3 : « Clodii vestibulum vacuum sane mihi nuntiabatur : pauci pannosi, linea laterna, » ubi alii *sine laterna* legunt. Sed contemtus apparet etiam in his Plauti verbis Bacchid. III, 3, 42 :

> It magister quasi lucerna uncto exspretus linteo,

i. e. abit magister spretus tanquam lucerna circumdata linteo, quod quo pellucidius esset oleo tinctum erat. Vide ibi Lambinum. Talibus igitur pauperes aliquando usi videntur, quæ quamvis satis luminis præberent, minus tamen ventis eas restitisse quam quæ e cornu vel vesica fiebant probabile est. Denique ne surdæ quidem laternæ, hodie furibus propriæ ac peculiares, apud veteres defuerunt. Nimirum de his intelligenda quæ habet Ducangius in Gloss. med. et inf. græc. pag. 788 ex Philonis Belopœicis mss., ubi usus τῶν ξυλίνων λαμπτήρων ita describitur : ἐκκοιτίας τε καὶ ἐφοδίας προσηκούσας ποιητέον καὶ δοτέον αἷς (leg. οἷς) χρήσονται ξυλίνοις λαμπτῆρσιν, ἵνα κατὰ τοὺς πόδας μόνον φαίνωνται καὶ μὴ καταφανεῖς ποιῶσι τοὺς ἀφοδεύοντας τοῖς ὑπεναντίοις. Quum autem me-

dio ævo eadem quæ memoravimus laternarum genera exstiterint, ut patet ex scriptorum locis a Ducangio in Gloss. med. et inf. lat. s. v. laterna allegatis, nullum tamen rerum gestarum pronuntiatori cuidam ad arcendos ventos accommodatius visum est quam quod e lignis et cornuum laminis conficiebatur. Hujus verba Ducangio teste sunt : « Excogitavit unde talem ventorum sufflationem prohibere posset, consilioque artificiose atque sapienter invento lanternam ex lignis et bovinis cornibus pulcherrime construi imperavit (bovina namque cornua alba tenuiter dolabris rasa, non minus vitreo vasculo elucent) etc. » Cf. Salmas. Plin. Ex. p. 166 et Casaub. ad Suet. in Jul. c. 31.

Accedamus ad Bergkii interpretationem. « Ἀμοργός, inquit, substantivum proprie est, unde ἀμόργινα ἱμάτια dicuntur; vide Harpocrationem : Ἀμοργός ἐστι παραπλήσιόν τι βύσσῳ· Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου· μνημονεύουσι δὲ οἱ κωμικοὶ πολλάκις τῶν ἀμοργίνων, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ καὶ Εὔπολις Πόλεσιν. Et Pausanias apud Eustath. ad Dionys. p. 204 : Παυσανίας δὲ οὗ τὸ Ἀττικὸν λεξικόν, ἄλλο τι ἐμφαίνει λέγων· ἀμοργός, ὅμοιον βύσσῳ. Falso hæc ad Amorgum insulam referunt; tum enim Ἀμοργῖνος dicendum fuit. Rectissime Stephanus Byzantius Ἀμοργός — ἀπὸ τῆς Μινώας ἦν Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιός, Ἀμοργῖνος λεγόμενος, ὡς Εὐρυχῖνος — τὸ δ' Ἀμόργινος (scr. ἀμόργινος) χιτὼν χρώματος ἴδιον. Ceterum hoc loco ἀμοργὸς adjectivi vice dictum est, quemadmodum ἰκτῆρι θαλλῷ, βρωτῆρας αἰχμάς, κύνας βοτῆρας, alia plurima apud poetas Græcos. Itaque λαμπτῆρες ἀμοργοὶ hoc loco significat ipsam *lanternam.* » Hæc ille, e quibus efficitur eum hic de laterna byssina eaque linteo pellucido undique munita agi putavisse. Sed diu huic argumento immoratus sum, ut demonstrarem primum laternam qualem Empedocles fingat non posse nisi corneam esse vel e vesica factam quum ceteræ facile sævientibus ventis exstinguerentur : deinde vocem ἀμοργούς quam pro ἀμοργίνους nullo auctore accipere audet Bergkius non posse hoc loco materiæ indicem esse propter genitivum παντοίων ἀνέμων. Scaliger conjecit ἀμορβούς, quod nemo probaverit. Restat ut dicamus ἀνέμων λαμπτῆρας ἀμοργούς significare ἀνεμοσκεπεῖς, *laternam quæ arceat ventos* vel *ventorum prohibitricem* si ad verbum vertere velis, sicut secundum Alexandrum Aphrodisiensem plerique interpretes intellexerunt. Ambigunt tantum de origine vocabuli, quod Sturzius perperam ab εἴργειν ducit, rectius Karstenius et Panzerbieterus ab ἀμέργειν. Quamobrem statuendum ἀμοργός a *decerpendi* et *exsugendi* significatu sive poetica licentia sive singulari Siculorum usu ad *arcendi* notionem transiisse.

Vs. 223. οἵτ' quod in membranis reperitur servandum est. Karstenius οἱ δ' scripsit.

Vs. 226. ὡς δὲ τότ' κτλ.] Alexander Aphrodisiensis Comment. cit. f. 99 a mendose : ὡς δ' ὁπότε μήνιγξιν εἰργόμενον. Cæterum codicum Aristoteleorum scripturam ὡς δὲ τότ' κτλ. retineri par est, quum nesciamus e qua carminum parte hoc Empedoclis fragmentum petitum sit. Fortasse illud τότε pariter atque imperfecta λοχάζετο, ἀπέστεγον referuntur ad tempus quo primum oculi a Venere formabantur. Cf. vers. 218. Quare Sturzii et Karstenii rationem qui hic ὡς δὲ τό τ' posuerunt non secutus sum. — μήνιγξ Alexandro quidem videtur esse ὁ τὴν κόρην περιέχων χιτών, sed assentior Karstenio credenti potius, non pupillæ, sed oculi membranam hoc vocabulo significari, ut distinguatur ab ὀθόνῃσι; itaque ἐν μήνιγξιν ἐεργμένον interpretandum *oculorum membranis inclusum.* — ὠγύγιον πῦρ *ignis nativus*, proprie *antiquus*, e cœlesti igne delibatus ideoque *purus* atque *æthereus.* Ipsa enim Venus formandorum oculorum artifex divini luminis sinceritatem servavit.

Vs. 227. λεπτῇσιν ὀθόνῃσι λοχάζετο κτλ.] Ita optimi Aristotelis libri quos Bekkerus et Karstenius secuti sunt. Scaliger λεπτῇσι χθονίῃσι λοχάζετο cum quibusdam membranis nisi quod in his fere χθονίῃσι exstat. In aliis exemplaribus manu exaratis est χοανῇσιν. Casaubonus edidit λεπτῇσιν ὀθόνῃσιν ἐχεύατο, ut postea Sturzius. Alexander Aphrodisiensis ὀθόνῃσιν et ἐχεύατο legit. Quum autem alii Aristotelis codices ἐχεύατο, alii λοχάζετο habeant, quæsiverunt interpretes, utrum illud an hoc rectius esset. Verum qui ἐχεύατο tueri student ad ineptias confugiunt, velut Sturzius ἐχεύατο passiva potestate accipiendum dicens, ut sit *diffunditur* et ad accusativos κύκλοπα κούρην præpositionem ἀνά subaudiendam esse contendens hac sententia : *per circularem oculi pupillam* sive *pupulam.* Nihil difficile in altera scriptura λοχάζετο, in qua explicanda frustra laboravit Karstenius. Is enim sensum hunc esse arbitratur : « ignis oculis inclusus pupulam tenuissimis membranis *tanquam speculatorem occuluit, sepsit.* » Jam pupulam sepsit idem esse existimat quod *sese sepsit*, quia pupula oculi aciem contineat atque adeo oculi fax sit. Sed λοχάζεσθαι quod et ipse haud aliter atque λοχᾷν ab Empedocle usurpatum esse reor adjuncto accusativo sic intelligo ut apud Herodot. lib. V, 121 ἐλόχησαν τὴν ἐν Πηδάσῳ ὁδόν, *viam Pedasæam insidiis collocatis occuparunt et quasi implerunt.* Similiter Empedocles : λοχάζετο

κύκλοπα κούρην (i. e. κυκλοειδῆ), *circularem pupillam implet*. Hesychius quidem : λοχάζει, ἐνεδρεύει; sed hic sola occupandi et implendi notio valet nullo insidiarum vestigio relicto. Quodsi λοχάζετο pertinet ad illud tempus quo oculi formabantur, quod e verbis Aristoteleis non patet, vertendum *implebat* vel *occupabat*. Pro λεπτῇσιν ὀθόνῃσιν, quod Bekkero et Karstenio arrisit, Osannus in Philemonis Grammat. p. 113 scribi voluit λεπτοσύναις. Neque vero metrum hac correctione eget, quum ultima in λεπτῇσιν arsi produci queat. Vide adn. ad vs. 103. Huc accedit quod Bekkerus in uno codice emendatum invenit λεπτῇσίν γ' ὀθόνῃσιν, si ea est emendatio vocanda. Sensus enim requirit quod Karstenius et Panzerbieterus suspicati sunt, Steinius probavit, λεπτῆς εἰν ὀθόνῃσι.

Vs. 228 ἀμφινάοντος recte Aristotelis et Empedoclis editores; ἀμφινάεντος vel ἀμφιναέντος vitiose plerique codices, quæ scriptura in uno libro ita depravata est, ut in ἀμφὶ καέντος transierit.

Vs. 230-231. κορυφὰς κτλ.] Plutarchus de Orac. def. p. 418, vol. VII p. 647 ed. Reisk. : ἀλλ' ἵνα μὴ (κατὰ) τὸ Ἐμπεδόκλειον εἰπεῖν δόξω « κορυφὰς ἑτέρας ἑτέραις προσάπτων μύθων μήτε λέγειν ἀτραπὸν μίαν, » ἐάσατέ με τοῖς πρώτοις προσῆκον ἐπιθεῖναι τέλος. Versus constituit Xylander, mutato ἑτέραις in ἑτέραισι. Idem pro προσάπτων scribi voluit προσάπτειν. Karstenius Scaligero auctore pro ἑτέραις vulgavit ἑτέρῃσι et de Wyttenbachii sententia λόγων pro λέγειν. Utrumque cum Steinio probavi. De verborum Empedocleorum sententia nolim plura dicere quam quæ e Plutarchi loco concludi possunt. Videtur illud dictum in eos convenire qui, quum sibi non constent, diversissima miscentes, relicta de qua dicere instituerunt dicendi materia, ad aliud atque aliud argumentum transeunt.

Vs. 232. Plutarchus Non posse suaviter vivi sec. Epic. p. 1103, vol. IX, pag. 541 ed. Reisk. : καὶ δεῖ παρ' ὃ (leg. καὶ δὶς γὰρ ὃ) δὴ καλόν ἐστιν ἀκοῦσαι, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα. Scholiastes Platonis in Gorgiam pag. 124 ed. Ruhnk. δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν, ὅτι χρὴ περὶ τῶν καλῶν πολλάκις λέγειν. Ἐμπεδοκλέους τὸ ἔπος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία· φησὶ γὰρ

καὶ δὶς γάρ, ὃ δεῖ, καλόν ἐστιν ἐνισπεῖν.

In Siebenkeesii Anecd. Gr. p. 33 exaratum est ὃ δὲ καλόν. E Plutarcho Karstenius et Steinius scribendum putarunt καὶ δὶς γὰρ ὃ δὴ καλόν ἐστιν ἐνίσπειν (sic). Sturzius talem composuit versum :

δὶς γὰρ καὶ τρὶς δεῖ ὅ, τι δὴ καλόν ἐστιν ἐνίσπειν.

Hunc quum quid Empedocles scripserit incertum sit servandum esse duxi, hoc excepto quod pro ἐνίσπειν posui ἐνισπεῖν. De ipso proverbio consule Zenob. 111, 33; Erasmi Adag. Chil. 1 cent. 11 p. 68; Sturz. in Comment. Soc. Phil. Lips. Tom. I, p. 272 et Stallbaum. ad Platonis Philebum pag. 198 (pag. 59 ed. Steph.).

Vs. 233-236. Εἰ δ' ἄγε—ἅπαντα] Clemens Alexandrinus Strom. V p. 674 Pott. : ἄμεινον δὲ ἐκδέχεσθαι τὸν αἰθέρα, πάντα συνέχοντα καὶ σφίγγοντα, καθὰ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς φησιν· εἰ δ' ἄγε κτλ. Planum est his versibus Empedoclem singularem quandam de rerum principiis eorumque omnium quæ sub oculos cadunt origine disputationem exorsum esse.

Vs. 233. εἰ δ' ἄγε τοι νῦν ἐγὼ Clem.; εἰ δ' ἄγε τοι λέξω Sylburgius cum Stephano in Poesi phil. p. 28; εἰ δ' ἄγε τοι μὲν ἐγὼ Potter.; εἰ δ' ἄγ' ἐγὼ τοι νῦν Sturzius; εἰ δ' ἄγε, νῦν τοι ἐγὼ λέξω Karstenius quem cum Steinio secutus sum. Præterea ἥλιον ἀρχὴν codices præbent; quod quum ferri nequeat cum Steinio ἡλίου ἀρχὴν scripsi. Post hunc versum Sturzius et Karstenius lacunæ signa posuerunt, Panzerbieterus unum deesse versiculum ratus locum sic corrigit :

εἰ δ' ἄγε, νῦν τοι ἐγὼ λέξω πρῶτ' ἠελίοιο
(ὄμβρου τε χθονίης τε καὶ ἀπλέτου αἰθέρος) ἀρχήν.

Sed horum nemo scriptoris mentem assecutus videtur.

Vs. 234. In codicibus est : ἐξ ὧν δὴ ἐγένοντο τὰ νῦν ἐσορώμενα πάντα, quod Scaliger mutavit in ἐξ ὧν ἐξεγένοντο, Karstenius in ἐξ ὧν (vel ἐκ τῶν) δὴ γεγάασι. Neutra emendatio satisfacit. Nam illud ἐξ ὧν non habet quo referatur. Itaque ne Steinii quidem explicationem probamus membranarum scripturam in hunc modum vertentis : « *dicam tibi principia atque originem solis, unde nempe orta sint quæ nunc conspiciuntur, terra, mare* » etc. Quippe desideratur particula qua orationis membra colligantur. Quamobrem suspicor Empedoclem posuisse : καὶ τίνος ἐξεγένοντο κτλ. in hanc sententiam : *dicam tibi solis originem atque unde orta sint* etc.

Vss. 235-236. ἀὴρ—ἠδ' αἰθὴρ σφίγγων περὶ κύκλον] *Aer* ab Empedocle aliis locis vocatur αἰθήρ. cf. vs. 60 et 79. Hic aer ab æthere sic discernitur, ut non tam diversa elementa, quam diversæ cœli partes his nominibus designentur. Apud Empedoclem περὶ κύκλον idem valet quod vulgo περὶ κύκλῳ sive περικύκλῳ. Cf. Bernhardi Synt. ling. Gr. pag. 260. qui cum hoc confert Platon. Critia p. 117 C. Quod quamvis minime dubium sit, tamen Karstenius legi vult σφίγγων περίκυκλος

i. e. περιφερής hoc sensu : « æther *circumactus* sive *circumactu suo* omnia coercens vel continens. » Utrumque æque commodum est; sed prius Empedocleum esse arbitror.

Vss. 237-239. εἴπερ ἀπείρονα — ἰδόντων] Aristoteles de Melisso, Xenophane et Gorgia cap. 2 pag. 32 ed. nostr.: δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς· ἐπιτιμᾷ γάρ, ὡς λεγόντων τινῶν τοιαῦτα, ἀδύνατον εἶναι οὕτως ἐχόντων, ξυμβαίνειν αὐτά· εἴπερ ἀπείρονα κτλ. Idem de Cœlo II, 13 pag. 294 a ed. Bekker. : οἱ μὲν γὰρ διὰ ταῦτα ἄπειρον τὸ κάτω τῆς γῆς εἶναί φασιν, ἐπ' ἄπειρον αὐτὴν ἐῤῥιζῶσθαι λέγοντες, ὥσπερ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ἵνα μὴ πράγματ' ἔχωσι ζητοῦντες τὴν αἰτίαν· διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς οὕτως ἐπέπληξεν εἰπὼν ὡς (leg. αὐτοῖς ἐπέπληξεν εἰπὼν ὧδε)· εἴπερ ἀπείρονα κτλ. Simplicius de Cœlo f. 127 a. Versum 238 cum sequenti citat Clemens Alexandrinus Strom. VI pag. 688 D. Quæsitum a veteribus est, utrum aer atque item terra finita essent an infinita. Huc spectant hi Empedoclis versus. Quum autem, ne de aliis loquar, Xenophanes terram suis radicibus ac fundamentis nixam in infinitum pertinere statuisset similemque de aeris infinitate sententiam tulisset, Aristotele teste his versibus ab Empedocle reprehensus est. Disputavi de illa Xenophanis opinione ac de hoc Empedoclis loco jam ad Aristot. de Melisso etc. pag. 31 et 32. Deest apodosis in versibus Empedocleis, sed ex iis quæ ab Aristotele prodita sunt facile intelligitur vatem Agrigentinum sic esse philosophatum, ut diceret singulas mundi partes, ætherem, aerem, mare, terram, certis finibus circumscriptas esse, quia reliquis locus non foret, si, ut quidam effutiunt, aer et terra infinita essent. Cæteroquin ἀπείρων minus usitatum quam ἄπειρος alio etiam loco Empedocles habet. Cf. vers. 167. Præterea δαψιλός pro δαψιλής agnoscit Hesychius, ex hoc fortasse Empedoclis versu ductum. Porro pro βροτέων, quod comparet in omnibus libris apud Aristotelem de Meliss. l. c., altero Aristotelis loco et apud Clementem exstat γλώσσης, pro ῥηθέντα vero ἐλθόντα mala est Clementis membranarum scriptura, in quibus etiam εἰδότων pro ἰδόντων legitur.

Vs. 240. ἥλιος ὀξυβελὴς κτλ.] Plutarchus de fac. Orb. lun. p. 920 : vol. IX p. 642, τὸν ἥλιον ὀξὺν ἀπαντῶντα καὶ πλήκτην, ὥς που καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἑκατέρων (ἡλίου καὶ σελήνης) ἀποδίδωσιν οὐκ ἀηδῶς διαφοράν,

ἥλιος ὀξυμελὴς ἠδὲ λάϊνα σελήνη,

τὸ ἐπαγωγὸν αὐτῆς καὶ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον οὕτω προσαγορεύσας. Empedoclis versum a librariis depravatum esse in promtu est. Pro ὀξυμελής Xylander legendum proposuit ὀξυβελής, quod Hutteno etiam, Wyttenbachio et aliis placuit. Quippe nemo ignorat Apollinis βέλη, de quibus præter poetas vide Macrob. Saturn. I, 17. Huc accedit Plutarchi auctoritas verbis ὀξὺς καὶ πλήκτης hoc vocabulum explicantis. Sed istud λάϊνα σελήνη *lapidea luna* quod Empedocleum esse Sturzius opinatur nos cum aliis ineptum judicamus. Neque enim huic notioni Plutarchi interpretatio τὸ ἐπαγωγὸν αὐτῆς καὶ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον respondet. Quocirca Xylander ἡ δ' αὖ vel ἠδ' αὖ ἱλάειρα σελήνη conjecit Hesychio duce, apud quem legitur ἱλάειρα, σελήνη. Atqui hæc Hesychii glossa sine dubio ex alio Empedoclis loco (vid. vers. 243), non ex hoc petita est. Etsi vero Huttenus, Wyttenbachius, Steinius Xylandri conjecturam receperunt, minime tamen in illam Plutarchi interpretatio convenit. Cur enim tribus vocabulis uteretur Plutarchus, si una esset vox ἱλάειρα exponenda? Nempe hæc nomine ἱλαρόν satis illustratur. Karstenius suo periculo scripsit ἀγλαέεσσα. Mihi Plutarchi verba spectanti probabile visum est Empedoclem posuisse : ἥλιος ὀξυβελής, τερπνὴ δ' ἱλαρή τε σελήνη, *sol acute jaculans*, i. e. telis acutis omnia petens (ὀξὺς ἀπαντῶν καὶ πλήκτης), *jucunda vero lætaque luna*. Nimirum ita eam appellavit poeta, quod ejus aspectus neminem lædit ipsaque citra molestiam conspicitur (διὰ τὸ ἄλυπον), adeo ut idcirco quia læta est (διὰ τὸ ἱλαρὸν) contemplantium oculos alliciat (διὰ τὸ ἐπαγωγόν).

Vs. 241. ἀλλ' ὁ μὲν κτλ.] servarunt Etymolog. M.; Orionis Etym.; Suidas in v. ἥλιος; Macrob. Saturn. lib. I, 17; Cramer. Anecd. tom. II p. 444; sed est quædam lectionis discrepantia. Etym. M. ἥλιος — παρὰ τὸ ἅλες τὸ συνηθροισμένον πῦρ. λέγεται γὰρ παρὰ τὸ ἀολίζω (ἁλίζω) τὸ συναθροίζω, ὡς Ἐμπεδοκλῆς·

ἀλλ' ὁ μὲν ἁλισθεὶς μέσον οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.

Suidas : ἥλιος, ἀπὸ τοῦ ἀολλίζεσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις. — ὁ δὲ ἥλιος ἀπὸ τοῦ ἀλεαίνειν, ὅ ἐστι θερμαίνειν καὶ διαχεῖν. τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς γινομένης διαπνεύσεως ἐκ τοῦ στόματος πρὸς τοὺς δακτύλους, ὃ λέγεται αὔειν καὶ ἄζειν κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς θάλψεως τοῦ στόματος. Ἐμπεδοκλῆς·

ἀλεῖσθαι μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύειν.

Corrupte item Cramer Anecd. l. c., ubi ἀλεῖσθαι et ἀμφοπολεῖ exstat. Macrobius Saturn. I, 17 : Apollo ἐλελεὺς appellatur, ὅτι συναλισθέντος πολλοῦ πυρὸς περιπολεῖ; vel ut ait Empedocles : οὕνεκ' ἀναλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει. « Ergo Macrobio auctore participium illud vertendum *collecto igni*

sive *collectum ignem continens*. Versum edidi ut exhibet Etymologus, hoc excepto quod μέγαν pro μέσον Sturzii et Karstenii exemplo e Suida et Macrobio sumsi. Constat autem veteres de etymologia nominis ἥλιος sæpe commentatos esse. Sic Plato Cratyl. p. 409 A : ἅλιος (dorice) οὖν εἴη μὲν ἂν κατὰ τὸ ἁλίζειν εἰς ταὐτὸ τοὺς ἀνθρώπους, ἐπειδὰν ἀνατείλῃ· εἴη δ' ἂν καὶ τῷ περὶ τὴν γῆν ἀεὶ εἱλεῖν ἰών. Quodsi Empedocles similiter philosophatus est, versum sic scribi oportet : οὕνεκεν ἁλισθεὶς μέγαν κτλ. Sed incerta res est. Quum autem ἁλίζειν non solum *congregandi* significationem habeat, sed etiam *volvendi* (cf. Hesych. v. ἁλίσας), posteriorem hic secutus sum. Denique notandum primam hujus verbi literam a poetis arsi, cujus vis in aliis quoque vocabulis cernitur (cf. ad. vers. 103), hic produci.

Vs. 242. ἀνταυγεῖ κτλ.] Plutarchus de Pyth. orac. pag. 400, vol. VII p. 574 ed. Reisk. : ὑμεῖς δὲ τοῦ μὲν Ἐμπεδοκλέους καταγελᾶτε φάσκοντος τὸν ἥλιον περὶ γῆν (Wyttenb. περιαυγῆ) ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον, αὖθις ἀνταυγεῖν πρὸς Ὄλυμπον ἀταρβήτοις προσώποις. Galenus de usu partt. lib. III, 3, T. IV p. 343 F : τὸ οἴεσθαι διὰ τοῦτο ὀρθῶς ἑστάναι τὸν ἄνθρωπον, ἵν' εἰς τὸν οὐρανὸν ἑτοίμως ἀναβλέπῃ καὶ λέγειν ἔχῃ, Ἀνταυγέω τὸν Ὄλυμπον κτλ. Quod Plutarcho teste Empedocles de sole dixit, id Galenus ad hominem cœlum intuentem transtulit. Id tantum quærendum scripseritne Empedocles τὸν Ὄλυμπον ἀνταυγεῖ ut Euripides Orest. vs. 1520, ἄπεχε φάσγανον· πέλας γὰρ δεινὸν ἀνταυγεῖ φόνον, an πρὸς Ὄλυμπον. Ego cum Karstenio et Steinio hoc prætuli, quia ἀνταυγεῖν proprie verbum neutrum est. Cf. Nækius Chœr. p. 178. Sturzius typographorum fortasse errore vulgavit ἀνταυγέει τὸν Ὄλυμπον. Cæterum de Empedoclis sententia sol e lucis cœlestis splendore ortus speculi instar repercussa imagine eo unde accepit lucem assidue regerit. Concinit autem ἀνταυγεῖ πρὸς Ὄλυμπον fere cum versu 247, ubi similiter poeta de luna solem intuente ait ἀθρεῖ μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἁγέα κύκλον. Est autem Ὄλυμπος h. l. idem qui οὐρανός, purissimus cœli orbis. Cf. Parmen. vs. 141. Cum Empedocle recte comparavit Karstenius versum illum ex oraculo, quem excitat Proclus in Timæum pag. 279 (p. 677 ed. Schneid.)

ἠέλιος πάρεδρος ἐπισκοπέων πόλον ἁγνόν,

ubi Schneiderus legi vult ἠελίοιο πάρεδρος. Ego nihil mutandum censeo, quum versus antecedentes et sequentes interciderint.

Vs. 243. ἡ δὲ φλὸξ κτλ.] Simplicius in Arist. Phys. I, f. 74 b hunc versum inter alia affert exempla, quæ argumento sunt Empedoclem in rerum naturalium explicatione haud raro ad fortunam et casum (τύχην, τυχεῖν) confugisse. Sed libri manu exarati mendose habent : ἡ δὲ φλὸξ ἱλάειρα μινυνθαδίης ψύχε γαίης. Quamobrem Sturzius ψύχε mutavit in τύχε, relicto γαίης, secutus nisi fallor Xylandrum qui in adnotationibus ad Plutarch. libellum de Fac. orb. lun. versum sic interpretatur : « Obtigit et flammæ lunari portio terræ. » Vitavit hic ineptias. Nam γαίη μινυνθαδίη significat *terram exigui temporis*, quod ferri non potest. Quæ quum ita sint, Karstenius expulso γαίης substituit αἴσης, Steinius minus recte αὐγῆς. Liquet autem referri hæc verba ad plenilunium quod cito transit. Huc pertinent duæ Hesychii glossæ : ἱλάειρα, σελήνη, et μινυνθαδία, ἡ σελήνη, ἀπὸ τοῦ μινύθειν. Vox ἱλάειρα quæ apud alios scriptores non legitur accedit ad similitudinem epicorum nominum ἀντιάνειρα, βιοθρέπτειρα, πρέσβειρα et aliorum.

Vs. 244. ὡς αὐγὴ κτλ.] Plutarchus de Fac. orb. lun. pag. 929, vol. IX p. 673 ed. Reisk. : ἀπολείπεται τοίνυν τὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἀνακλάσει τινὶ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν σελήνην γίνεσθαι τὸν ἐνταῦθα φωτισμὸν ἀπ' αὐτῆς. ὅθεν οὐδὲ θερμὸν οὐδὲ λαμπρὸν ἀφικνεῖται πρὸς ἡμᾶς ὥσπερ ἦν εἰκός, ἐξάψεως καὶ μίξεως φώτων γεγενημένης· ἀλλ' οἷον αἵ τε φωναὶ κατὰ τὰς ἀνακλάσεις ἀμαυροτέραν ἀναφαίνουσι τὴν ἠχὼ τοῦ φθέγματος, αἵ τε πληγαὶ τῶν ἀφαλλομένων βελῶν μαλακώτεραι προσπίπτουσιν, « ὡς αὐγὴ τύψασα σεληναίης κύκλον εὐρύν, » ἀσθενῆ καὶ ἀμυδρὰν ἀνάρροιαν ἴσχει πρὸς ἡμᾶς, διὰ τὴν κλάσιν ἐκλυομένης τῆς δυνάμεως, i. e. » Restat igitur, ut verum sit Empedoclis illud placitum, fieri quodam luminis solaris ad lunam repercussu, ut res quæ hic sunt ab ea collustrentur. Unde sequitur, ut neque calidum neque splendidum lumen ad nos perveniat, quod futurum videbatur, si inflammatio et permixtio luminis fieret. Sed quemadmodum voces repulsæ obscuriorem sonum referunt et repercussorum telorum ictus leniores accidunt : *sic solis fulgor feriens latum lunæ orbem* hebetior et languidior ad nos redundat, propter fractionem vi ejus debilitata. » Præclara hæc qua Plutarchus utitur similitudo magnam partem e vatis Agrigentini carmine sumta videtur. Versatur enim Empedocles libenter in rerum similium comparatione. Quare ne quod orationis Empedocleæ vestigium periret, totum locum laudavi et latinum feci.

Vs. 245. κυκλοτερὲς κτλ.] exstat apud Achillem Tatium Introd. in Arat. c. 21; pag. 83 ed. Antv. Eodem fere modo Parmenides vs. 144 pag. 120 ed. nostr. de luna :

νυκτιφαὲς περὶ γαῖαν ἀλώμενον ἀλλότριον φῶς,

quem versum Empedocles haud scio an imitatus sit. Sententiam hic expressam non unius fuisse Empedoclis indicant Achillis Tatii verba quæ præcedunt : ἡ πλείων δόξα πρώτην τὴν σελήνην λέγει· ἐπεὶ καὶ ἀπόσπασμα τοῦ ἡλίου λέγουσιν αὐτήν, ὡς καὶ Ἐμπεδοκλῆς κτλ.

Vs. 246. ἅρματος κτλ.] Plutarchus de Fac. orb. lun. p. 925, vol. IX p. 658 : (ἡ σελήνη) τῶν μέν γ' ἄστρων κατωτέρω τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον οὐκ ἄν τις εἴποι μέτρον. . . . τῆς δὲ γῆς τρόπον τινὰ ψαύει, καὶ περιφερομένη πλησίον, « ἅρματος ὥσπερ ἴχνος ἀνελίσσεται (φησὶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς) ἥτε περὶ ἄκραν. » Versum Empedocleum multimodis interpretes e verbis a Plutarcho servatis elicere conati sunt. Wyttenbachius posuit : ἅρματος ὥσπερ ἂν ἴχνος ἑλίσσεται, ἡ περὶ ἄκραν. Contra Sturzius scripsit : ἡ περὶ γῆν ὡς ἅρματος ἴχνος ἑλίσσεται ἄκραν, Karstenius : ἅρματος ὥσπερ ἴχνος ἀνελίσσεται γῆν περὶ ἄκραν, Panzerbieterus : ἅρματος ὥσπερ ἴχνος νύσσῃ ἐνελίσσεται ἄκρῃ vel ἅρματος ὡς περὶ χνοιὴ ἑλίσσεται, ἥτε . . . . Steinius omni conjectura abstinuit. Ego Empedoclem suspicor exarasse : ἅρματος ὡς ἴχνος περὶ γῆν ἀνελίσσεται ἄκραν, *luna velut orbita currus circa terræ oram subvolvitur.* Eodem modo ἀνελίττεσθαι usurpat Aratus Phæn. vs. 714.

Vs. 247. ἀθρεῖ κτλ.] laudatur a Grammatico in Bekkeri Anecd. vol. I p. 337. Poetæ verba apertum est ad lunam referri. Sic etiam Parmenides vs. 145, αἰεὶ παπταίνουσα πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο. Quocirca ἄθρει quod est apud Grammaticum Karstenius recte mutavit in ἀθρεῖ. Notabile est nomen ἀγής cujus causa hic versiculus a Grammatico citatur pro composito εὐαγής. Ut enim Parmenides vs. 134 habet : σήματα καὶ καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο, ita hic Empedocles ἀγέα κύκλον dixit. Utrumque modo *rotundum,* modo *sanctum* interpretantur Grammatici; qua de re alii accuratius egerunt. Nos apud Parmenidem de *rotundo*, hic de *sancto* intelligimus. Cæterum penultimæ quæ corripi solet productio apud Parmenidem et hoc loco arsi attribuenda est.

Vs. 248–250. ἐπεσκίασεν δὲ—μήνης] Plutarchus de Fac. Lun. p. 929, vol. IX p. 672 ed. Reisk. : αὐτή τε γὰρ (ἡ σελήνη) ἄδηλός ἐστι τηνικαῦτα, κἀκεῖνον (τὸν ἥλιον) ἀπέκρυψε καὶ ἠφάνισε πολλάκις, « ἀπεσκεύασε δέ οἱ αὐγάς, ὥσπερ φησὶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἔστ' αἶαν καθύπερθεν, ἀπεσκνίφωσε δὲ γαίης τόσσον ὅσον τ' εὖρος ἔπλετο γλαυκώπιδος μήνης, » καθάπερ εἰς νύκτα καὶ σκότος, οὐκ εἰς ἄστρον ἕτερον τοῦ φωτὸς ἐμπεσόντος. Pro ἀπεσκεύασεν Xylander et Scaliger conjecerunt ἀπεσκέδασεν, minus recte Bergkius ἀπεσκίασεν, Steinius ἐπεσκίασεν. Præterea ἔστ' αἶαν Xylander bene convertit in ἐς γαῖαν, Sturzius perperam in ἔστ' ἐπ' αἶαν, Steinius ne percepta quidem sententia ἱσταμένη καθύπερθεν initio versus poni jussit. Nam quod hanc correctionem Stobæi Ecl. phys. I, 25 pag. 350 firmari ait fallitur. Quippe quæ ibi leguntur ἔκλειψιν δὲ γίγνεσθαι σελήνης αὐτὸν ὑπερχομένης, his contrarium probatur. Etenim Empedocli placebat luna subeunte, non superstante solem deficere. Porro ἀπεσκνίφωσε Karstenius mutavit in ἐπεσκνίφωσε, quod minime necessarium. Ultimum denique versum Xylander et Scaliger in hunc modum restituerunt : τόσσον ὅσον τ' εὖρος γλαυκώπιδος ἔπλετο μήνης. Sic autem explicatur hoc loco solis defectio, ut ejus radii lunæ objectu intersepiri dicantur : ἡ σελήνη ἀπεσκέδασε τὰς τοῦ ἡλίου αὐγὰς τὰς καθύπερθεν (ἄνωθεν) εἰς τὴν γῆν τεταμένας. Hinc Lucretius lib. V, 751 seqq.

> nam cur luna queat terram secludere solis
> lumine et a terris altum caput obstruere eii,
> objiciens cæcum radiis ardentibus orbem.

De epitheto γλαυκῶπις tenenda quæ refert Plutarchus libro de Orb. Lun. p. 934, vol. IX p. 689 ed. Reisk. Is, auroram versus, inquit, luna colorem accipit κυανοειδῆ καὶ χαροπήν, ἀφ' ἧς δὴ καὶ μάλιστα γλαυκῶπιν αὐτὴν οἱ ποιηταὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀνακαλοῦνται. Huc pertinet Agesianactis de luna dictum apud Plutarch. l. c. pag. 920 :

> πᾶσα μὲν ἥδε πέριξ πυρὶ λάμπεται, ἐν δ' ἄρα [μέσσῃ
> γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται ἠΰτε κούρης
> ὄμμα καὶ ὑγρὰ μέτωπα.

Quapropter illud epitheton de luna usurpatum albentem ejus splendorem notat.

Vs. 251. νύκτα δὲ κτλ] Plutarchus Qu. Platon. p. 1006, vol. X pag. 185 : οἱ γὰρ τῶν ὡρολογίων γνώμονες οὐ συμμεθιστάμενοι ταῖς σκιαῖς, ἀλλὰ ἑστῶτες, ὄργανα καὶ χρόνου μέτρα γεγόνασι μιμούμενοι τῆς γῆς τὸ ἐπιπροσθοῦν τῷ ἡλίῳ περὶ αὐτὴν ὑποφερομένῳ, καθάπερ εἶπεν Ἐμπεδοκλῆς, νύκτα δὲ κτλ. i. e. « etenim horologiorum quoque gnomones non quia una cum umbris locum mutent, sed quia suo in loco persistunt, instrumenta sunt dimetiendi temporis : eoque terram imitantur, quæ solis infra ipsam delati lumen intercipit, sicut ait Empedocles » etc. Id. de Fac. orb. lun. IX p 752 : τὴν δὲ νύκτα ποιηταὶ μὲν ἐκ γῆς γεγονέναι μυθολογοῦσι, μαθηματικοὶ δὲ σκιὰν γῆς οὖσαν ἀποδεικνύουσιν, ἀντιφραττούσης πρὸς τὸν ἥλιον. Simpliciter Plinius Hist. nat. II, 10 : « Noctem (Empedocles) negat aliud esse quam terræ umbram. » Pro ὑφισταμένη Scaliger non male Plutarchi verbis convenienter conjecit ἐφισταμένη, sed servanda est vulgata.

Vs. 252. νυκτὸς κτλ.] Idem Sympos. VIII, 3 p. 720, vol. VIII p. 875. σκοτεινὸς γὰρ ὢν ὁ ἀὴρ κατ' Ἐμπεδοκλέα « νυκτὸς ἐρημαίης ἀλαώπιδος. » Ita recte Xylander pro membranarum scriptura ἀγλαώπιδος. Hesychius : ἀλαῶπιν· σκοτεινήν, οὐ βλέπουσαν.

Vs. 253-254. καὶ μέλαν—ἄντροις] sic interpretatus sum Empedoclis verba, quæ e codice Mediolanensi Plut. Quæst. natur. 39 sumpta latina fecit Gybertus Longolius, Empedocleis versibus primus intulit Steinius. Cæterum Plutarchi verba latina (ap. Dübn. p. 1126) hæc sunt : « Cur aqua in summa parte alba, in fundo vero nigra spectatur? An quod profunditas nigredinis mater est cæt.? Superficies autem, quoniam continuo a sole afficitur, candorem luminis recipiat oportet. Quod ipsum et Empedocles approbat :

> Et niger in fundo fluvii color exstat ab umbra,
> atque cavernosis itidem spectatur in antris. »

Vs. 255. πολλὰ δ' κτλ.] Proclus in Tim. III p. 141 (pag. 335 ed. Schneid.) : καὶ γὰρ ὑπὸ γῆς ῥύακές εἰσι πυρός, ὥς πού φησι καὶ Ἐμπεδοκλῆς, « Πολλὰ δ' ἔνερθε οὔδεος πυρὰ καίεται. » καὶ οὐ δεῖ θαυμάζειν, πῶς οὖν ἐν ὕδατι ὂν τὸ πῦρ οὐ σβέννυται· χωρεῖ γὰρ πάντα δι' ἀλλήλων, καὶ ἔστι τὸ ἐπικρατοῦν ἄλλο ἐν ἄλλοις, καὶ ἔστι καὶ τὸ φῶς πῦρ διιὸν διὰ πάντων. Recte Sturzius pro Procli ἔνερθε οὔδεος substituit ἔνερθ' ὔδεος quod sensus et metrum flagitat.

Vs. 256. φῦλον ἄμουσον κτλ.] Plutarchus Sympos. V extr. vol. VIII p. 733 affert hunc versum eo consilio ut probet nullum neque terrestrium animalium nec volucrium genus esse æque fecundum ac pisces. Itaque quum vulgo πολυσπερής *late multumque disseminatus* sit, apud Empedoclem valeat oportet *multum seminans*, quod de *fecunditate* accipi convenit, ut jam Stephanus in Thes. Ling. Gr. Vol. III pag. 932 F intellexit. Quare non est cur Karstenio assentiamur pro πολυσπερέων legendum proponenti πολυσπορέων quod usu caret, etsi eo quo ipse vult sensu πολυσπόρων si metrum pateretur dici posse non diffiteor. De nomine χαμασῆνες cujus genitivum plur. χαμασήνων pro χαμασηνῶν, ut est in membranis, scripsi vide infra ad vers. 281. Refertur autem ἄγουσα ad θάλασσα, quæ vox cum antegressis versibus intercidit.

Vs. 257. ἅλς κτλ.] servavit Hephæstion Enchir. c. 1 pag. 4 ed. Gaisf. Codex Cantabrigiensis habet ἑωσμένως; Hephæstionis editio Florentina ἕως μένος, quod Gaisfordius, Dorvillio auctore, recepit hoc sensu : (ἡ) ἅλς ἐπάγη ῥιπῇσιν, ἕως μένος ἠελίοιο . . . . *mare* (*boreæ*) *impetu fuit concretum, donec vis solis* (*illud solveret*). Rectius Turnebus rescripsit ἑωσμένος quod cum nomine ἅλς ita jungitur ut hoc de *sale* vel de maris *salsugine* accipiatur, quum *mare* intelligi non possit nisi quum femininum est ἡ ἅλς.

Vs. 258. γῆς κτλ.] effecit Steinius ex Aristotelis Meteor. II, 2 : ὁμοίως δὲ γελοῖον καὶ εἴ τις εἰπὼν ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλατταν οἴεταί τι σαφὲς εἰρηκέναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς. Plutarchus de Plac. phil. III, 16 : Ἐμπεδοκλῆς (θάλασσαν) ἱδρῶτα τῆς γῆς ἐκκαιομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ τὴν ἐπὶ τὸ πλεῖον πίλησιν (λέγει), i. e. « Empedocles mare esse dicit sudorem terræ, adustæ a sole, eumque nimia sui compressione emittentis. » Cf. Clem. Alex. Strom. p. 676, Porphyr. Vit. Plot. c. 41; Plutarch. de Is. et Osir. pag. 365, B.

Vs. 259-260 μακρῇσι—ἄλλως] habet Aristoteles ed Gen. et Corr. II, 6 (vid. ad v. 261) pag. 334 a. ed. Bekker. Id. Phys. II, 4 pag. 196 a. ed. Bekker. : Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ἀεὶ τὸν ἀέρα ἀνωτάτω ἀποκρίνεσθαί φησιν, ἀλλ' ὅπως ἂν τύχῃ. λέγει γοῦν ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ, ὡς οὕτω συνέκυρσε κτλ. Cæterum ῥοίζοις posui cum Scaligero et Karstenio; codd. ῥίζαις.

Vs. 261. καρπαλίμως κτλ.] Eustathius ad Odyss. lib. I vs. 320, pag. 1419 (ex Herodiano περὶ σχημ. Ὁμηρ. v. Creuzer. ad Plot. de Pulchr. p. 197) : τὸ ἀνόπαια—δοκεῖ τισι ἀντὶ τοῦ ἀνωφερὴς εἶναι ὡρμημένοις ἐκ τῶν Ἐμπεδοκλέους εἰπόντος ἐπὶ πυρὸς τὸ « καρπαλίμως ἀνόπαιον. » Aristoteles de Gen. et corr. II, 6 p. 334 a. ed. Bekker. : διέκρινε μὲν γὰρ τὸ νεῖκος, ἠνέχθη δ' ἄνω ὁ αἰθὴρ οὐχ ὑπὸ τοῦ νείκους, ἀλλ' ὁτὲ μέν φησιν ὥσπερ ἀπὸ τύχης· « οὕτω γὰρ συνέκυρσε κτλ. », ὁτὲ δέ φησι πεφυκέναι τὸ πῦρ ἄνω φέρεσθαι· « ὁ δ' αἰθήρ, φησί, μακρῇσι κτλ. » De voce ἀνόπαιον, cujus auctorem etiam Homerum adhibent Odyss. lib. I vs. 320 dicentem ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια (vel ut Herodianus vult ἀνοπαῖα) διέπτατο veterum opiniones collegit Henr. Stephanus Thes. Ling. Gr. tom. V sive Append. p. 454. Karstenius Empedoclem scripsisse conjicit (πῦρ μὲν ὄρουσε) καρπαλίμως ἀνόπαιον, quum ignem primum emicuisse inter plerosque auctores conveniat. Cf. Ovid. Metam. I, 26. Atqui incertum est, quomodo Empedocles in his rebus exornandis versatus sit, variæ autem sunt versus resarciendi rationes, velut : ἔκθορε μὲν πρῶτον πῦρ καρπαλίμως ἀνόπαιον.

Vs. 262-270. ἄρθμια—ὀργή] Simplicius Phys. I, f. 34 a. b. Vss. 267 et 268 ἐχθρὰ—ἐκμάκτοισι etiam Theophrastus de Sensu s. 16 p. 653 : ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν ἡδονὴν καὶ λύπην ὁμολογουμένως ἀποδίδωσιν, ἥδεσθαι μὲν ποιῶν τοῖς ὁμοίοις, λυπεῖσθαι δὲ τοῖς ἐναντίοις· ἐχθρὰ γὰρ εἶναι· διὸ πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων διέχουσιν κτλ. Hos versus Sturzius ad elementorum descriptionem rettulit, Karstenius e

Theophrasti loco colligens verba hæc ab Empedocle ad aperiendam voluptatis et doloris naturam esse adhibita iis fragmentis in quibus de mortalium ingenio et sensu agitur ea inseruit. Nos in hac fragmentorum paucitate ac depravatione minus de sede hujus loci quam de ejus emendatione et interpretatione solliciti fuimus. Placuit igitur Empedocli elementorum genera et partes alia congruere inter se, alia discrepare : illa facile coalescere et amice conspirare, hæc odisse inter se et discordare; illis coeuntibus voluptatem, his, dolorem nasci.

Vs. 262. ἄρθμια κτλ.] Simplicius ed. Ald. habet : ἄρτια μὲν γὰρ αὐτὰ ἑαυτῶν πάντα μέρεσσιν. Verba αὐτὰ et πάντα transposuit Sturzius, præterea quoniam pro ἄρτια Simplicii cod. D. præbet ἄρθμια, μέλεσσιν autem elegantius videtur, Karstenius edidit : ἄρθμια μὲν γὰρ πάντα ἑαυτῶν αὐτὰ μέλεσσιν. Neque tamen hæc corrigendi versiculi ratio Panzerbietero satisfecit legendum proponenti : ἄρθμια μὲν γάρ τ' αὐτὰ ἑαυτῶν πάντα μέρεσσιν. Sed hic quoque versus insuavis atque Empedocle indignus est. Quare Steinii exemplo rescripsi : ἄρθμια μὲν γὰρ πάνθ' αὐτῶν ἐγένοντο μέρεσσιν.

Vs. 263. Verba ἠλέκτωρ—θάλασσα, protasi et apodosi interjecta, per appositionem vocabulo πάντα adjuncta sunt. Quum autem ἠλέκτωρ alias sit *sol* ut apud Homerum Iliad. lib. VI, 513 τεύχεσι παμφαίνων ὡς ἠλέκτωρ Ὑπερίων, et lib. XIX, 398, Empedocles hoc nomine pro *igne* usus est. Similiter οὐρανόν hic *aerem* esse vult, θάλασσαν *aquam*. Etenim elementorum appellationes, quemadmodum poesis ratio fert, sæpius variavit.

Vs. 264. ὅσσα κτλ.] Legebatur ὅσσα φιν ἐν θνητοῖσι κτλ. quod per se intelligi potest *quæcunque ipsis* etc., si φὶν h. l. doricum esse pro σφὶν statuamus, e posterioribus Callimachum etiam et Nicandrum auctores citantes qui hanc formam frequentarunt. Atqui non credo Empedoclem semel posuisse φὶν pro σφὶν vel σφίσιν, ut alibi dicit, quia antiquiores poetæ in hujusmodi rebus sibi constare solent. Male Panzerbieterus conjecit ὅσσα τιν' quæ junctura quæstionibus obliquis relinquenda. Quapropter Steinio præeunte φὶν converti in νυν. Est vero, ne quid dubii remaneat, hic verborum ordo : πάντα ἐγένοντο ἄρθμια (τοῖς) αὐτῶν μέρεσσιν (οἷον ἠλέκτωρ κτλ.) ὅσσα ἀποπλαγχθέντα (ἀπ' αὐτῶν) πέφυκέν νυν ἐν θνητοῖσιν. Sententia satis plana. Elementa amica sunt suis quæque partibus, inde delibatis et ex immortali stirpe in mortalem naturam depressis et quasi demersis, sive in mortalia corpora mutatis.

Vs. 265. ὡς δ' αὔτως] Ita cum Steinio exaravi; ὡς δ' αὔτως Sturzius et Karstenius. Verba ὅσα κρᾶσιν ἐπαρκέα μᾶλλον ἔασιν interpretatione potius quam emendatione egent. Karstenius expulso ἐπαρκέα versui intulit ἐπαρτέα *congruum* valere dicens. At ἐπαρτής appellatur *paratus* vel *qui est in promtu*. Item Panzerbieterus nulla necessitate subactus auctor fuit, ut pro ἐπαρκέα apud Empedoclem ἐπάρμενα reponeretur. Quod enim ait requiri adjectivum, quod *idonei* significationem habeat : id recte quidem monet, sed ea notio vulgata lectione continetur. Nam si quid ad miscendum sufficit (ἐπαρκές ἐστι) : id idoneum ad mixturam faciendam sit necesse est. Licet autem ἐπαρκές dativum asciscere soleat, tamen ne accusativum quidem κρᾶσιν simpliciter ac nude positum, quo sensu Græci κατὰ κρᾶσιν dicere consueverunt, repudiandum esse apparet. Hoc vero quod caput rei est silentio transeunt Karstenius et Panzerbieterus.

Vs. 266. ἀλλήλοις κτλ.] Verba ὁμοιωθέντ' Ἀφροδίτῃ eodem sensu dicuntur quc apud Simplicium ad Aristot. lib. II de Cœl. fol. 129 a. ὅσα νῦν φαίνεται ἁρμοσθέντα Ἀφροδίτη (leg. Ἀφροδίτῃ), quem locum ex Empedocle, ut ait Stagiritæ interpres, petitum jam Sturzius comparavit. Sed inspiciendi codices, ut quid auctoritatis Aldino exemplo tribuendum sit appareat.

Vs. 267. ἐχθρὰ δ' ἀπ' ἀλλήλων κτλ.] Apud Aldum versus sic scribitur : ἔχθρα πλεῖστον ἐπ' ἀλλήλων διέχουσι μάλιστα. Pro ἔχθρα Simplicii cod. D vitiose ἔργα; Sturzius mutavit in ἔχθει. At restituendum ἐχθρὰ quod ex Theophrasto ductum vulgavit Karstenius. Idem particulam δὲ addidit. Præterea pro ἐπ' ἀλλήλων Simplicii codd. C. D. præbent ἀπ' ἀλλήλων, uti Sturzius correxerat. Denique μάλιστα Karstenius bene convertit in ἄμικτα, ita ut talis prodiret versus : ἐχθρὰ δὲ πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων διέχουσιν, ἄμικτα, quem transpositis cum Steinio tribus verbis sic emendavi : ἐχθρὰ δ' ἀπ' ἀλλήλων πλεῖστον διέχουσιν ἄμικτα.

Vs. 268. γέννῃ τε κτλ.] Codd. lectio γέννῃ cujus loco Karstenius et Steinius posuerunt γέννᾳ. Cf. Eurip. Rhes. vs. 905, Phœn. vs. 130 et alia exempla, in tragœdiis obvia, in quibus α propter chorica carmina satis excusationis habet. Nam Euripidis versus apud Valckenarium Diatr. p. 6 θνητῶν τε γέννᾳ· τῶν μὲν αὔξεται βίος citari non debebat a Karstenio ad Empedocl. p. 200 et 196, siquidem Valckenarius invitis libris omnibus ita edidit pro membranarum scriptura θνητῶν τε γενεᾷ· τοῖς μὲν αὔξεται βίος. Vid. Eurip. fragm. p. 717 ed. Wagner. Apud Parmenidem vs. 62 : ἓν ξυνεχές. τίνα γὰρ γέννην διζήσεαι αὐτοῦ; fluctuant codices inter γένναν et γέννην. Etenim

Simplicius ad Phys. f. 34 b versum illum afferens habet γέννην, sed Phys. f. 31 a et Comm. ad libr. de Cœl. ap. Peyron p. 56 γένναν. Itaque apud Parmenidem cum Karstenio vulgavi γέννην, neque ejus rei me nunc pœnitet. In Pindari Olymp. VII, 23 reperiri γέννᾳ et Pyth. IV, 100 γένναν vix memorandum est. Aliter de Empedocle judicandum qui, si quid integri in membranis superest, vs. 88 scripsit : ταῦτα γὰρ ἶσά τε πάντα καὶ ἥλικα γένναν ἔασιν, sed hoc loco γέννῃ, qua in re codicum fidem labefactare nolui. Itaque reprobata Karstenii conjectura γέννᾳ hic γέννῃ retinendum esse arbitratus sum. — In fine ejusdem versus pro vulg. ἐκμακτοῖσι reposui cum Steinio ἐκμάκτοισι.

Vs. 270. νεικεογεννήτοισιν κτλ.] Aldinum Simplicii exemplum exhibet : νεικεογεννήστεσιν ὅτι σφισι γέννας ὀργᾷ, cod. C δ' ὑγραίνει κεο γεννέστησιν, ὅτι σφίσι γεννᾶν ὀργᾷ, cod. D δ' ὑγρὰ νεικεογέννεστισιν. His vitiis tollendis viri docti manus emendatrices admoverunt. Ac Sturzius quidem duplicem proposuit conjecturam : νεικεογεννέστησιν, ὅτι σφίσι γέννη ὀργᾷ vel ὅτι σφίσι πᾶν γένος ὀργᾷ, Scaliger νεικεογεννήταισιν, Karstenius νεικεογεννητῆσιν vel νεικειογενέτῃσιν ὅτι σφίσι πᾶν δέμας ὀργᾷ, Panzerbieterus νείκεος ἐννεσίῃσιν, ὅτι σφίσι γένν' ἄστοργος, Lobeckius Paralipom. p. 451 νεικεογεννήτοισιν, quem sequitur Steinius versum ita corrigens : νεικεογεννήτοισιν ὅτ' οὐκ ἀγανὴ σφισιν ὀργή. Hæc omnium optima emendatio est, in qua acquievissem, nisi versiculum omissa verborum transpositione restituendum putarem. Quamobrem exaravi : νεικεογεννήτοισιν ὅτι σφίσι δύσχολος ὀργή. Quæ si recte se habent, verba sic cohærent : (τὰ) πάντῃ συγγίγνεσθαι ἀήθεα καὶ μάλα λυγρά, ἐχθρὰ ἀπ' ἀλλήλων πλεῖστον διέχουσιν, ἄμικτα (ὄντα) γέννῃ τε κράσει τε καὶ εἴδεσιν ἐκμάκτοισι, ὅτι νεικεογεννήτοισιν (οὖσιν) δύσκολός σφισιν ὀργή (ἐστιν) quæ superioribus bene respondent : ὅσα κρᾶσιν ἐπαρκέα ἔασιν, ἀλλήλοις ἔστερκται, ὁμοιωθέντ' Ἀφροδίτῃ.

Vs. 271. τῇδε μὲν κτλ.] Simplicius Phys. f. 74 b. Particulam οὖν inseruit Karstenius. Ostendit hic quoque versus, quantum Fortuna in rerum naturæ corpore secundum Empedoclem valeat.

Vs. 272. καὶ καθόσον κτλ.] Simplicius Phys. f. 74 b hunc et præcedentem versiculum laudat his verbis : καὶ πολλὰ ἄν τις εὕροι ἐκ τῶν Ἐμπεδοκλέους φυσικῶν τοιαῦτα παραθέσθαι, ὥσπερ καὶ τοῦτο· τῇδε μὲν ἰότητι τύχης πεφρόνηκεν ἅπαντα· καὶ μετ' ὀλίγον· καὶ καθόσον μὲν ἀραιότατα ξυνέκυρσε πεσόντα. Sensus videtur esse : « quanto tenuiores partes in corpore humano forte congregatæ sunt, tanto acutiores sunt oculi ac velocior mens est » vel, ut planius loquar : « quatenus corpus humanum e tenuissimis partibus conflatum est, eatenus homines ceteris animantibus summa oculorum et mentis acie præstant. » In eandem fere sententiam hæc Karstenius accepit. Cæteri tacent, excepto Panzerbietero qui hunc versum illustrari putat loco Theophrasteo de Sens. § 10, καὶ ὧν μὲν μανὰ καὶ ἀραιὰ κεῖται τὰ στοιχεῖα, νωθροὺς καὶ ἐπιπόνους. Quod ut incertum est : ita diffido ejus conjecturæ qua versus in hunc modum interpolatur : καὶ καθ' ὅσων μὲν ἀραιὰ τάδε ξυνέκυρσε πεσόντα. Cæterum apud Simplicium exstat ἁραιότατα pro ἀραιότατα. Sturzius asperum afflatum servavit motus Eustathii auctoritate ad Odyss. lib. X p. 1649, 46 observantis : ἀραιή—ὅ ἐστι λεπτή, στενή. ὃ καὶ δασύνουσιν οἱ παλαιοὶ πρὸς διαστολὴν τοῦ ἁπλῶς ἀραιοῦ. Verum spiritus asper in hac voce Atticis relinquendus. Quapropter Scaligero obsecuti qui primus ἁραιότατα rescribi voluerat, Karstenius et Steinius vocabulo leniter aspirarunt.

Vss. 273-274. πυρὶ δ' αὐξάνεται κτλ.] Aristoteles de Gen. et Corr. II, 6 pag. 333. b. 1 ed. Bekker. : ἀλλὰ μὴν οὐδ' αὔξησις ἂν εἴη κατ' Ἐμπεδοκλέα, ἀλλ' ἢ κατὰ πρόσθεσιν· « πυρὶ γὰρ αὔξει τὸ πῦρ· αὔξει δὲ χθὼν μὲν σφέτερον γένος, αἰθέρα δ' αἰθήρ. » Ex interpretibus alii verba πυρὶ γὰρ αὔξει τὸ πῦρ Aristoteli assignarunt, alii cum sequentibus usque ad αἰθήρ Empedocli ascripserunt. Utcunque est, malui cum Karstenio etiam priora Empedoclea esse statuere, quam poetam aptissima sententiæ parte privare. Hoc igitur auctore initium sic conformavi : πυρὶ δ' αὐξάνεται πῦρ, ut esset versus clausula. Præterea pro γένος recepi δέμας e cod. Vatic. ut jam alii fecerant. Cf. vs. 173 et Parmenid. vs. 115 et 119, ubi δέμας similiter de elementis usurpatur. Nec abludit Lucretius lib. II vs. 1113 : « nam sua cuique, inquiens, locis ex omnibus, omnia plagis corpora distribuuntur et ad sua secla recedunt :

> humor ad humorem, *terreno corpore* terra
> crescit, et ignem ignes procudunt, *ætheraque æther*,

ubi alii legunt *aeraque aer*, ne hac quidem mutatione Empedocleæ imitationis vestigia abolentes. Quod reliquum est Steinius pro δέμας tentabat μένος parum probabiliter.

Vs. 275. ἄλφιτον κτλ.] Aristoteles Meteor. IV, 4 pag. 382 ed. Bekker. : τὸ γὰρ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ αἴτιον τοῦ ὁρίζεσθαι, καὶ ἑκάτερον ἑκατέρῳ οἷον κόλλα γίγνεται, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησεν ἐν τοῖς Φυσικοῖς « ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας. » Idem Problem. XXI, 22 p. 929 ed. Bekker. : κόλλῃ γὰρ χρῆται (τὸ ἄλευρον) τῷ ὕδατι, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς μετήνεγ-

κεν ἐν τοῖς Περσικοῖς (leg. Φυσικοῖς) εἰπών· « ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας, » ubi postrema Theod. Gaza aut liberius vertit, dicens : « munus ubi larga Cereris conjunxerit unda, » aut græce scriptum repperit : ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας Δημήτερος ἀκτήν. Adde Aristotelis interpretes Olympiodor. in Meteor. f. 66 b; Alexand. Aphrod. in eund. libr. f. 131 b; et quæ in Probl. l. c. annotata sunt, ex quibus hæc nobis depromere visum est: καὶ γὰρ ἐκεῖνος κολλήσει εἴκασε τὴν τοῦ ὑγροῦ τῷ ξηρῷ μῖξιν, καὶ διὰ τοῦτο συνεστός τε καὶ ὡρισμένον σῶμα πᾶν ἐξ ἀμφοῖν φησιν εἶναι, ὑγροῦ τε καὶ ξηροῦ, ὡς ἐκείνων, εἰ ἄκρατα λαμβάνοιτο, ἀορίστων ὄντων. Apparet Empedoclem naturæ sollertiam cum pistoris opificio comparasse. Namque ut pistor farinam aqua conglutinatam (κολλήσας) igni coquit : sic rerum parens humida et arida commiscet. Idem cadit in Venerem. Vid. vs. 282 seqq.

Vs. 276 erui e Plutarch. de pr. frig. p. 952 : καὶ ὅλως τὸ μὲν πῦρ διαστατικόν ἐστι καὶ διαιρετικόν, τὸ δὲ ὕδωρ κολλητικὸν καὶ σχετικόν, τῇ ὑγρότητι συνέχον καὶ πῆττον· ἧ καὶ παρέσχεν Ἐμπεδοκλῆς ὑπόνοιαν, ὡς τὸ μὲν πῦρ νεῖκος οὐλόμενον, σχεδύνην δὲ φιλότητα τὸ ὑγρὸν ἑκάστοτε προσαγορεύων. Nimium tribuit huic testimonio Brandisius Hist. phil. I p. 204, reprehensus idcirco a Karstenio p. 349. Quod in codd. est σχεδύνην servarunt Karstenius l. c. et Steinius, etsi ferri nequit; Buttmannus σχεσύνην, Lobeckius Pathol. p. 128 σχεδίην scribi voluit. Omnium optime Xylander Homerici vocabuli σφεδανός memor σφεδανήν legendum arbitratus est. Hæc autem vox a membranarum scriptura non multum discrepat et sensum satis commodum habet, quum Eustathio teste sit παρὰ τὸ σπεύδω et τὸ σφοδρὸν significet. Neque spernenda Nicandri Theriacorum enarratoris explicatio qui ad vs. 642 σφεδανὸν esse vult τὸ τραχὺ καὶ σκληρὸν καὶ σφιγκτόν. Sed ad Eustathium tanquam meliorem magistrum se applicuit Xylander, Plutarchi verba sic interpretatus : « quod etiam innuens subinde ignem Litem perniciosam, aquam Amicitiam vehementem appellavit. » Hic obiter tangam Karstenii errorem e Plutarchea locutione παρέσχεν ὑπόνοιαν quam vertit *suspicionem facit* colligentis, fuisse quidem quorundam opinionem, Empedoclem Amicitiam nihil aliud intellexisse quam humorem, Discordiam ignem, quia altera earum colligandi, altera dissipandi vim habeat, sed ipsum philosophum nunquam tale quid præcepisse neque his nominibus esse usum. Nam ὑπόνοια hoc loco est *sensus reconditus* in quo est allegoria. Sic δι' ὑπονοίας λέγεσθαι dicitur quod tropice et figurate dicunt. Vide Stephani Thes. ling. gr. Quo fit, ut apud Plutarchum παρέσχεν Ἐμπεδοκλῆς ὑπόνοιαν sit *reconditum sensum Empedocles præbuit*, i. e. *figurate locutus est.*

Vs. 277-280. εἰ δ' ἔτι—Ἀφροδίτῃ] Simplicius de Cœlo apud Peyronum l. l. p. 28. Poet. Gr. min. tom. II p. XLIII ed. Gaisford.; Schol. Aristot. pag. 507. a. ed. Brand. ὅτι δὲ περὶ τούτων λέγει τῶν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ἄκουε τούτων τῶν ἐπῶν· εἰ δέ τί σοι κτλ.

Vs. 277. εἰ δ' ἔτι σοι edidi cum Gaisfordio et Karstenio e Cod. Ox. A; Oxon. B. exhibet quod Steinius recepit, εἰ δέ τί σοι; Taurinensis male εἰ δέ τισιν. Λιπόξυλος hic quoque legitur ut vs. 121 ubi ineptam Prelleri conjecturam ὑπόξυλος memoravi. Injuria Prellerus utrumque locum pro uno eodemque fragmento habet.

Vs. 279. Vulgabatur κιρναμένων εἴδη τε γενοίατο χροιά τε θνητῶν, quod Karstenius mutavit in κιρναμένων εἴδη τε χρόαι τε γενοίατο θνητῶν, Panzerbieterus in κιρναμένων εἴδη τε γενοίατο χρεῖά τε θνητῶν, Ritschelius apud Steinium restituit scribendo κιρναμένων χροιαί τ' εἴδη τε γενοίατο θνητῶν. Cf. Anaxagoræ effatum apud Simpl. Phys. f. 8 a (fragm. 3) : σπέρματα πάντων χρημάτων καὶ ἰδέας παντοίας ἔχοντα καὶ χροιὰς καὶ ἡδονάς.

Vs. 280. τόσσ' ὅσα præeunte Karstenio scripsi pro codd. lectione τοῖ' ὅσα.

Vs. 281. πῶς καὶ δένδρεα κτλ.] Athenæus Dipn. lib. VIII p. 334 B : οὐ λανθάνει δέ με καὶ ὅτι κοινῶς πάντες οἱ ἰχθύες χαμασῆνες ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους ἐλέχθησαν τοῦ φυσικοῦ οὕτως· πῶς καὶ δένδρεα μακρὰ καὶ εἰνάλιοι χαμασῆνες. Fortasse hic versus præcedentibus quattuor ab Empedocle subjungebatur. Statuit autem philosophus ante homines natos arbores et plantas esse procreatas. Cf. Plutarch. Plac. phil. V, 26; Galen. Hist. phil. XXXVIII; Porphyr. de Abstin. II, 5; Lucret. V, 781-789. Cæterum arbores et pisces h. l. componuntur, inter quæ ea intercedit similitudo, quod ambo non vivos pariunt fetus, sed ova vel semen fundunt. Cf. vers. 286. Pro μακρὰ Scaliger legendum suspicatus est καλὰ qua mutatione locus non eget. Ita et paulo inferius Empedocles vs. 286 multique alii poetæ, velut Homer. Iliad. lib. XI, 88; Odyss. lib. V, 238. Est vero χαμασῆνες rarum quidem vocabulum, sed tamen aliis quoque poetis usurpatum. Hos perstringit Antipater Thessalonicensis in Brunckii Anal. tom. II p. 120 :

Φεύγεθ' ὅσοι λόχκας ἢ λοφνίδας ἢ χαμασῆνας
ᾄδετε, ποιητῶν φῦλον ἀκανθολόγων.

Athenæo jungendus Eustathius ad Odyss. lib. XII p. 1720, 44. Apud Hesychium exaratum est χαμασῖνες, ἰχθύες. Sed Suidæ verba Καμασσηνός, ἐθνικόν huc non pertinent. Quamobrem supra vs.

256, spreta membranarum scriptura χαμασηνῶν, genitivum plur. χαμασήνιων scripsi.

Vss. 282-283. ὣς τότ' ἔπειτ'—κρατῦναι] Simplicius de Cœlo apud Peyronum l. l. p. 28 (Cf Schol. Arist. p. 507. a. ed. Brandis.) versus hos sine ulla explicatione citat. Quum autem iis quos modo explicui (vss. 277—280 εἰ δ' ἔτι—Ἀφροδίτη) hosce subjunctos fuisse significet verbis καὶ μετ' ὀλίγα, utriusque fragmenti commune fuisse argumentum probabile est. In codd. prior versus sic scribitur : ὡς δὲ τότε χθόνα Κύπρις, ἔπειτ' ἐδίηνεν ἐν ὄμβρῳ. Ita certe Gaisfordius et Brandisius ex Oxoniensi A. ediderunt, rejecta Oxoniensis B. lectione ἐδείκνεεν εν et Taurinensis scriptura ἐδείκνυεν ὄμβρῳ. Sed flagitante sententia qua similitudo quædam exprimitur dedi ὣς pro ὡς, quemadmodum Karstenius scribi voluerat. Idem vir doctus ἐπεί τ' Herodoteo more (cf. lib. III, 117; VII, 8, 1, ubi nihil aliud quam ἐπεὶ significat) exaravit, ἔπειτ' i. e. ἔπειτα hoc loco intelligi posse negans. Quamvis autem Steinius ei astipulatus sit, tamen mihi id non persuasit. Illud ἐπεί τ' vero vix Empedocleum esse Panzerbieterus quoque arbitratus poetam in hunc modum loquentem facit : ὣς δὲ τότε χθόνα Κύπρις ἔπειξ' ἐδίηνέ τ' ἐν ὄμβρῳ, parum recte. Nam ἔπειξε pro ἔμαξε *farinam subegit* accipiendo in alienam sententiam detorsit. Ego versum a librariis male habitum verborum transpositione unaque voce abjecta, una item addita sanare posse mihi visus sum. Itaque vulgatam scripturam sic refinxi : ὣς τότ' ἔπειτ' ἐδίηνε Κύπρις χθόνα δηρὸν ἐν ὄμβρῳ. Cæteroqui nulla difficultas in nomine Κύπρις est, cujus penultimam Empedocles modo corripit modo producit. Cf. vs. 305 et 419. Posterior versus multimodis depravatus est. Codd. Taur. ἡ δὲ ἀποπνείουσα, Oxon. A. ἡδέ' ἀποπνέουσα, Oxon. B. εἰ δὲ ἀποπνοίουσα, cujus loco Brandisius edidit ἡ δ' ἀποποιπνύουσα. Extrema in Cod. A. scribuntur θωο πυρὶ δέδωκε, in cæteris reperitur θοῷ πυρὶ δῶκε κρατῦναι. Versus initium hoc esse voluerat Karstenius : ἡδὲ' ἐπιπνείουσα, *placide afflans*, a quo non multum discrepat Panzerbieteri inventum ἡδὺ δ' ἐπιπνείουσα. Postea inspectis scholiis interpretum Aristoteleorum a Brandisio editis Karstenius conjecit εἴδεα ποιπνύουσα, quod interpretatur *mortalium figuras sedulo formans*, sensu bono, modo ποιπνύειν ita a Græcis usurparetur. Nam Pindaricus quem affert locus Pyth. X, 64 ἐμὰν ποιπνύων χάριν, *meam gratiam quærens*, τὴν ἐξ ἐμοῦ χάριν ἐπιθυμῶν, ut exponit scholiastes, id non probat. Steinius quartum præterea elementum desiderans talem composuit versum : αἰθέρ' ἐπιπνείουσα θοῷ πυρὶ δῶκε κρατῦναι. Atqui non tam quarti elementi commemoratio ad sententiæ integritatem deest, quam eorum descriptio, quæ poeta Veneri facienda committit. Hanc enim deam non modo miscere elementa, sed mixtura etiam efficere aliquid necesse est, cujus rei in Steiniano versu nec vola nec vestigium exstat. Quocirca iisdem quibus Karstenius ad verum reperiendum vestigiis ingressus Empedoclea fuisse verba suspicor : εἴδεα καὶ ποιοῦσα θοῷ πυρὶ δῶκε κρατῦναι. Nimirum ποιεῖν accipio ut apud Xenophanem fragm. 6 : καί κε θεῶν ἰδέας ἔγραφον καὶ σώματ' ἐποίουν.

Vss. 284-285. τῶν δ' ὅσ' ἔσω μὲν κτλ.] Simplicius de Cœlo apud Peyronum l. l. p. 28; iidem versus corrupti leguntur in ed. Ald. f. 128 b. Vs. 285 Κύπριδος κτλ. affert etiam Simplicius Phys. II, f. 74 b. Hæc de oculis dixit Empedocles explicans quomodo fiat, ut alii noctu, alii interdiu acutius cernant. Testis Simplicius cujus verba sunt : ἀλλὰ καὶ περὶ γενέσεως τῶν ὀφθαλμῶν τῶν σωματικῶν τούτων λέγων ἐπήγαγεν· ἐξ ὧν ὄμματ' κτλ. καὶ τὴν αἰτίαν λέγων τοῦ τοὺς μὲν ἐν ἡμέρᾳ τοὺς δὲ ἐν νυκτὶ κάλλιον ὁρᾶν κτλ. Sententia aperte abrupta est neque de posteriore ejus parte quæ desideratur quidquam conjectari licet. Codices variant partim ἔκτοθι exhibentes, partim ἔκτοθε, partim ἔκτοθεν. Extrema in Taurinensi et Oxoniensibus scribuntur : Κύπριδος ἐν παλάμῃσι πλάδης τοιῆσδε τυχόντα, apud Simplicium in Phys. Κύπριδος ἐν παλάμης πλάσιος τοίης τε τυχόντα. Scaliger conjecit Κύπριδος εὐπαλάμης quod reprobandum, quum ἐν παλάμῃς satis aptum sit. Cæterum πλάδης quod interpretes omnes cum πλάδος confundentes de *humore* accipiunt scripturæ mendum esse patet; restituendum πλάσιος ex altero Simplicii loco. *Figuram* enim, non *humorem* hic dici convenit. Denique τοίης τε repudiandum atque alterius loci scripturam τοιῆσδε sequendam esse vix est quod moneam.

Vs. 286. οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ κτλ.] Aristoteles de Gen. Anim. I, 23 pag. 731 a. ed. Bekker. : καὶ τοῦτο καλῶς λέγει Ἐμπεδοκλῆς ποιήσας, οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ κτλ. τό τε γὰρ ᾠὸν κύημά ἐστιν, καὶ ἔκ τινος αὐτοῦ γίγνεται τὸ ζῶον, τὸ δὲ λοιπὸν τροφή, καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος καὶ ἐκ μέρους γίγνεται τὸ φυόμενον, τὸ δὲ λοιπὸν τροφὴ γίγνεται τῷ βλαστῷ καὶ τῇ ῥίζῃ τῇ πρώτῃ. In versu Empedocleo pars quædam librorum Aristotelis pro μακρὰ habet μικρά, quod etiam Philoponus agnoscit. Sed μακρὰ recte in Aristotelis contextu dedit Bekkerus, quemadmodum Sturzius, Karstenius aliique Empedoclem scripsisse statuerunt. Eandem lectionem exhibet Theophrastus de Caus. plant. I, 7, ubi hæc ait : οὐ κακῶς Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε, φάσκων ᾠοτοκεῖν μακρὰ

δένδρα. παραπλησία γὰρ τῶν σπερμάτων ἡ φύσις τοῖς ὠοῖς. πλὴν ἔδει περὶ πάντων (intell. φυτῶν) εἰπεῖν, καὶ μὴ μόνον τῶν δένδρων. Pro ἐλαίας Scaliger male conjecit ἐλαίης. Comparasse Empedoclem arborum baccas cum olivis ex Aristotelis et Theophrasti verbis intelligitur, quibus jungendus Philoponus in Aristotelis l. c. ita commentatus : λέγει δὲ μικρὰ δένδρεα καὶ ἐλαίας τὰς πυρίνας, ὧν τὸ περικάρπιον ἐσθίομεν. ἀντὶ οὖν τοῦ εἰπεῖν, οὕτω τὰ δένδρεα αἱ ἐλαῖαι γεννῶσιν ἐλαίας, ὧν ἐν τῇ γῇ αἱ πυρῖναι σπαρεῖσαι, πρῶτον μὲν γίνονται ἐξ αὐτῶν μικρὰ δένδρα, εἶθ' οὕτως ἐλαῖαι, εἶπεν, οὕτω δ' ὠοτοκεῖ. διὰ γὰρ τὸ εἶναι τὸ ὠὸν, οὐ τὸ ὑπηνέμιον, ἀλλὰ τὸ ἐξ ὀχείας γεγονός, κύημα, εἶναι δὲ καὶ ἑκάστην τῶν πυρινῶν κύημα, τροπῇ χρησάμενος ὡς ποιητής, εἴρηκε τὰς ἐλαίας, αὐτά φημι τὰ ἤδη καρποφορεῖν δυνάμενα δένδρα, ὄρνιθας ὠοτοκούσας, τικτούσας δὲ οὐχὶ ὠά, ἀλλὰ ἐλαίας. δένδρα δὲ μικρὰ ἐκάλεσεν αὐτάς, ὅτι δυνάμει δένδρα εἰσίν. ὥσπερ δὲ, φησὶν [ὁ Ἀριστοτέλης], μέρος μέν τι τοῦ ὠοῦ γίνεται νεοττός, μέρος δέ τι καταλιμπάνεται εἰς τροφὴν τοῦ νεοττοῦ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν μέρος μέν τι γίνεται βλάστη, μέρος δέ τι τροφὴ τῆς βλάστης, ἥτινι τροφὴ ἐπιγίνεται καὶ ἄλλη καθ' ἑκάστην ἐκ τῆς γῆς, καὶ οὕτω κατὰ βραχὺ αὔξεται ἡ βλάστη. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο (εἴη ἂν) τὸν Ἐμπεδοκλέα εἰπεῖν τὰς ἐλαίας ὠοτοκεῖν. Ergo Philopono interprete arbores (proceras) appellat oleas, quas cum avibus oviparis contendit, parere autem eas pro ovis baccas sive olivas significat. Cur vero oleam primum tulisse fructus dixerit Empedocles, minime obscurum est. Quippe olea prima omnium arborum olim habita est. Vid. Colum. V, 8, 1 et scriptores laudatos a Niclas. ad Geopon. IX, 1 pag. 568.

Vs. 287. οὕνεκεν κτλ.] Plutarchus Sympos. V, 8 p. 683, vol. VIII p. 721 sq. ed. Reisk. : διὰ τί τὴν μηλέαν ἀγλαόκαρπον ὁ ποιητὴς (Hom. Odyss. lib. VII, 115; lib. XI, 588) εἶπεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὑπέρφλοια τὰ μῆλα;.... τοῦ δὲ Ἐμπεδοκλέους εἰρηκότος « οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι καὶ ὑπέρφλοια μῆλα » τὸ μὲν τῶν σιδῶν ἐπίθετον νοεῖν ἔφαμεν, ὅτι τοῦ φθινοπώρου λήγοντος ἤδη καὶ τῶν καυμάτων μαραινομένων, ἐκπέττουσι τὸν καρπόν. ἀσθενῆ γὰρ αὐτῶν τὴν ὑγρότητα καὶ γλίσχραν οὖσαν οὐκ ἐᾷ λαβεῖν σύστασιν ὁ ἥλιος, ἂν μὴ μεταβάλλειν ὁ ἀὴρ ἐπὶ τὸ ψυχρότερον ἄρχηται. διὸ καὶ μόνον τοῦτό φησι Θεόφραστος τὸ δένδρον ἐν τῇ σκιᾷ βέλτιον ἐκπέττειν τὸν καρπὸν καὶ τάχιον· τὰ δὲ μῆλα καθ' ἥντινα διάνοιαν ὁ σοφὸς προσειρήκει, διαπορεῖν...... εἰπόντος οὖν ἐμοῦ ταῦτα γραμματικοί τινες ἔφασαν, ὑπέρφλοια λελέχθαι τὰ μῆλα διὰ τὴν ἀκμήν· τὸ γὰρ ἄγαν ἀκμάζειν καὶ τεθηλέναι φλοίειν ὑπὸ τῶν ποιητῶν λέγεσθαι, καὶ τὸν Ἀντίμαχον οὕτω πως φλοίουσαν ὀπώραις εἰρηκέναι τὴν τῶν Καδμείων πόλιν (vid. Antimach. p 101 Schellenb.) ὁμοίως τὸν Ἄρατον ἐπὶ τοῦ Σειρίου λέγοντα (Phænom. vs. 335)

καὶ τὰ μὲν ἔῤῥωσεν, τῶν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα,

τὴν χλωρότητα καὶ τὸ ἄνθος τῶν καρπῶν φλόον προσαγορεύειν· εἶναι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὰς οἳ Φλοίῳ Διονύσῳ θύουσιν. ἐπεὶ τοίνυν μάλιστα τῶν καρπῶν ἡ χλωρότης καὶ τὸ τεθηλέναι τῷ μήλῳ παραμένει, ὑπέρφλοιον αὐτὸ τὸν φιλόσοφον προσαγορεῦσαι. Apparet ex his Plutarchi verbis Empedoclem eo loco, unde versus petitus est, de varia arborum quarundam natura disseruisse. Σίδη duplici sensu dicitur, ut non modo *punica malus* sit ipsamque arborem designet, sed etiam *malum punicum*, id est fructum significet. Vulgo ῥοά vel ῥοιά eadem potestate dicuntur. Serius autem maturescere τὰς σίδας quum allatis rationibus doceat Plutarchus, tum optime Empedoclei vocabuli ὑπέρφλοιον vim et notionem interpretatur. Neque enim audiendus qui ibidem memoratur Lamprias ὑπέρφλοιος a φλοιός *cortex* ducendum esse opinatus. Ergo Plutarcho interprete mala punica ὑπέρφλοια hic vocantur, quia diutius vigorem et viriditatem retinent, vel etiam quia turgent et succo abundant, siquidem utraque potestas in verbo φλοίειν inest. Cæterum pro ὑπέρφλοια cum Karstenio metri causa posui ὑπέρφλοα.

Vs. 288. οἶνος κτλ.] Plutarchus Quæst. Nat. pag. 912 (vol. IX p. 613) : ἡ δὲ πέψις ἔοικεν εἶναι σῆψις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ λέγων· οἶνος κτλ. Idem versus repetitur ibidem p. 919 (vol. IX p. 638 ed Reisk.). Aristoteles Topic. IV, 5 extr. p. 127. a. ed. Bekker. posteriorem versus partem in hunc modum citat : ὁμοίως δ' οὐδ' ὁ οἶνός ἐστιν ὕδωρ σεσηπός, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ· ἁπλῶς γὰρ οὐκ ἔστιν ὕδωρ, ad quem locum Alexander Aphrodisiensis hæc notat pag. 179 : ἀναιροῖτο δ' ἂν καὶ τὸ ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους περὶ τοῦ οἴνου λεγόμενον, ὅτι οἶνός ἐστι σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ· οὐ γάρ ἐστιν ὁ οἶνος ὕδωρ, ἐν ᾧ ὡς γένει ἔθηκεν αὐτὸν ὁ οὕτως ἀποδιδούς. Non recte Scaliger pro οἶνος apud Steph. Poes. phil. p. 216 οἶον legi voluit. Plutarchi codices vulgo habent ἀπὸ φλοιοῦ, quod Karstenius in ἀποφλοῖον convertit hoc sensu : « vinum est *exæstuans* humor in vitis ligno putrefactus. » Rectius Meziriacus ὑπὸ φλοιῷ *sub cortice* ab Empedocle exaratum esse conjecit. At hoc ipsum jam Xylander aut in membranis scriptum repperit, aut a poeta positum esse suspicatus est. Utroque enim loco versum sic exprimit : « In ligno putrefacta aqua fit sub cortice vinum. » Quum autem concoctio Empedocli tabes videatur, ut e Plutarchi verbis patet, aquæ vivæ mustum, putrefactæ vinum vetus compa-

rasse dicendus est. Quod nisi statuisse crederetur, nequaquam ab Aristotele reprehensus esset.

Vss. 289-298 : exstant apud Hippolytum αἱρεσ. ἐλεγχ. pag. 251 ed. Miller. Hujus verba sunt : τοιαύτη τις ἡ κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα ἡμῖν ἡ τοῦ κόσμου γένεσις καὶ φθορὰ καὶ σύστασις ἐξ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ συνεστῶσα φιλοσοφεῖται· εἶναι δέ φησι καὶ νοητὴν τρίτην τινὰ δύναμιν, ἣν καὶ ἐκ τούτων ἐπινοεῖσθαι δύνασθαι, λέγων ὧδέ πως, εἰ γὰρ κτλ. Sed ex hoc Hippolyti testimonio nihil ad Empedoclis sententiam illustrandam colligi licet. Vs. 298 servatus est etiam a Sexto Empirico adv. Math. VIII, 286 : ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἔτι παραδοξότερον πάντα ἠξίου λογικὰ τυγχάνειν, καὶ οὐ ζῶα μόνον ἀλλὰ καὶ φυτά, ῥητῶς γράφων· πάντα γὰρ κτλ. Extrema sic exponenda sunt, ut philosophum mentem a sensu non distinxisse perhibeamus.

Vs. 289. εἰ γὰρ κτλ.] In cod. legitur εἰ γὰρ καὶ ἐν σφαδίνῃσιν ὑπὸ πραπίδεσιν ἐρείσας. Millerus pro καὶ ἐν substituit κέν; idem pro σφαδίνῃσιν posuit σφαδανῆσιν. Paulo rectius Schneidewinus Philol. VI p. 165 σφ' ἀδινῇσιν et πραπίδεσσιν scripsit. At fortiore medicina opus videtur. Ego poetæ manum restitui posse arbitror exarando : εἰ γὰρ ταῦτ' ἀδινῇσι τορῶς πραπίδεσσι νοήσας. Similiter τορῶς usurpatum est vs. 144 ἀλλὰ τορῶς τοῦτ' ἴσθι.

Vs. 290. εὐμενέως κτλ.] Cod. habet ἐποπτεύεις quod Millerus mutavit in ἐποπτεύῃς, Schneidewinus in ἐποπτεύσῃς.

Vs. 291. ταῦτά τέ σοι] Ita correxit Schneidewinus codicis scripturam ταῦτα δέ σοι.

Vs. 292. ἄλλα τε πόλλ' ἀπὸ τῶν κεκτήσεαι] Ita Ritschelius emendavit et supplevit deperditarum vocum reliquias, quæ in codice comparent : κτ. . . . . . . Schneidewinus κατερχόμεν' versui intulit, sed κατέρχεται Millerus qui etiam ἥξει proposuit.

Vs. 293. ταῦτ' ὀργῇ κατὰ φῶτας κτλ.] Exemplar manu exaratum ταῦτ' εἰς ἔθος ἕκαστον præbet, quod quum ferri non possit a Millero in ταῦτ' εἰς ἦθος ἕκαστον conversum est. Mihi vero hæc correctio in qua Schneidewinus et Steinius acquieverunt nondum satisfacit. Nam ne de molesta ejusdem prope rei iteratione dicam (quid enim sibi vult ὅπῃ φύσις ἐστὶν ἑκάστῳ, postquam poeta ταῦτ' εἰς ἦθος ἕκαστον dixit?) restitui quod sententia requirit : ταῦτ' ὀργῇ κατὰ φῶτας.

Vs. 294. εἰ δὲ σύ γ' κτλ.] τάλλ' οἰῶν ἐπιρέξεις codex; γ' ἀλλοίων ἐπορέξεαι emendavit Schneidewinus.

Vs. 295. μυρία κτλ.] δῆλα πέλονται—μεριμναι codex; δείλ' ἀπάλαμνα—μερίμνας Schneidewinus. Non male Steinius μυρία δειλὰ πέλονται, τάτ' ἀμβλύνουσι μερίμνας, sed requiritur δεινά. Cf. vs. 37.

Vs. 296. ζῆν ἄφαρ κτλ.] σῆς cod.; ἴσ' Schneidewinus. Recte Steinius ζῆν, qui etiam γῆν tentabat.

Vs. 297. σφῶν αὐτῶν κτλ.] γέναν cod.; γένναν correxit Millerus. Idem γαῖαν parum probabiliter conjecit.

Vs. 298. πάντα γὰρ ἴσθι κτλ.] Extrema in Hippolyti codice sic depravata sunt : καὶ γνωματοσισον, unde Millerus immemor loci Sextiani suspicatus est reponi oportere γνώματος ἰσχύν. Empedocleam locutionem νώματος αἶσαν servavit Sextus l. c. Cf. οὔδεος αἶσα vs. 322.

Vs. 299. μειλιχίη τε χάρις κτλ.] erui ex his Plutarchi verbis (Sympos. IX p. 745, vol. VIII p. 971 ed. Reisk; pag. 910, 32 Dübn.) : ἄμουσον γὰρ ἡ ἀνάγκη, μουσικὸν δὲ ἡ πειθὼ καὶ Μούσαις φιλοδαμοῦσα πολὺ μᾶλλον, οἶμαι, τῆς Ἐμπεδοκλέους χάριτος στυγέει δύστλητον. Sturzius et Karstenius nihil nisi hæc posuerunt : (χάρις) στυγέει δύστλητον ἀνάγκην, rejecta Scaligeri conjectura δύσλητον, Steinius (χάρις) Μούσαις ἔμφυλος στυγέει δύστλητον ἀνάγκην. Sed opus est cautione. Quippe in quibusdam codicibus non omnia videntur legi quæ in vulgatis Plutarchi exemplaribus exstant. Sic enim Xylander : « Aliena enim est a Musis Necessitas, amica iis Suada quæ multo magis, puto, quam Gratia Empedoclis intolerabilem odit Necessitatem. » Apparet eum vocem φιλοδαμοῦσα non exprimere, cujus loco fuerunt qui ἐμφιλοδαμοῦσα vel φίλον· διὸ Μοῦσα exarari vellent. Neutrum doctorum hominum commentum nobis probatur apud Plutarchum rescribentibus ἐμφιληδονοῦσα. Apertum vero hoc vocabulum Plutarcheum esse, non Empedocleum, multoque plura Steinium quam e Plutarchi testimonio cogi licet Empedocli donasse. Si quis versum componere velit, non impedio quominus cum Sturzio comment. p. 596 scribat : ἱμερόεσσα χάρις στυγέει δύστλητον Ἀνάγκην, vel quod mihi in mentem venit μειλιχίη τε χάρις στυγέει δύστλητον Ἀνάγκην. Cæterum χάρις Karstenio eadem quæ Φιλία videtur, quod an pro explorato habendum sit nescio. Amicitia saltem non aversatur Necessitatem, ut quæ ipsam cogat Discordiæ cedere, sed pariter atque Discordia Necessitati paret. Certe Empedocles in conjuncta utriusque actione necessitatem inesse vult. Cf. Plutarch. de Anim. procreat. p. 1026 B, vol. X pag. 252 seq. ed. Reisk. : ἀνάγκην, ἣν εἱμαρμένην οἱ πολλοὶ καλοῦσιν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ φιλίαν ὁμοῦ καὶ νεῖκος.

Vs. 300-302. τοῦτο μὲν—ναιετάουσαν] habet Plutarchus Sympos. I p. 618, vol. VIII p. 443 ed.

Reisk. : καὶ τὸν θεὸν ὁρᾷς οὐ πανταχοῦ τὸ πῦρ ἄνω τάττοντα καὶ κάτω τὴν γῆν, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ χρεῖαι τῶν σωμάτων ἀπαιτῶσι. τοῦτο μὲν ἐν κόγχαισι θαλασσονόμοις βαρυνώτοις, ναὶ μὴν κηρύκων τε λιθοῤῥίνων χελύων τε, φησὶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἔνθ' ὄψει κτλ., οὐχ ἣν ἡ φύσις δίδωσι χώραν, ἀλλ' ἣν ἡ πρὸς τὸ καινὸν ἔργον ποθεῖ σύνταξις, ταύτην ἔχουσαν. Duos posteriores citat idem de Fac. orb. Lun. pag. 927, vol. IX p. 667 ed. Reisk. : οὐδὲ τοῦ πυρὸς τὸ μὲν ἄνω περὶ τὰ ὄμματα ἀποστίλβον κατὰ φύσιν ἐστί, τὸ δ' ἐν κοιλίᾳ καὶ καρδίᾳ παρὰ φύσιν, ἀλλὰ ἕκαστον οἰκείως καὶ χρησίμως τέτακται· ναὶ μὴν κηρύκων τε λιθοῤῥίνων χελύων τε καὶ παντὸς ὀστρέου φύσιν, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς καταμανθάνων, ἔνθ' ὄψει κτλ. Ex his Plutarchi verbis sequitur elementa in corporibus non semper suum propriumque locum tenere, velut ignem superiores partes, terram inferiores, sed ita esse disposita uti cujusque corporis usus postulet. Huic præcepto consentanei sunt tres quibus utitur Empedoclis versiculi. Ante verba ἔνθ' ὄψει κτλ. nescio quid excidisse ait Reiskius in Plutarchi Symp. l. c. Quod Karstenius dicit Plutarchum altero loco lacunam quasi explere verbis καὶ παντὸς ὀστρέου φύσιν καταμανθάνων, id mihi non persuasit. Est enim ista Plutarchi, non Empedoclis oratio. Mihi nullus desiderari versus videtur, quamquam tres hi de quibus agitur emendatione egent. Quocirca non astipulamur Steinio etiam post βαρυνώτοις deesse aliquid contendenti scribentique μαινῶν κηρύκων τε κτλ. ubi Xylander conjectaverat καὶ μὴν κηρύκων. Requiritur enim quod edidi καὶ ἐπὶ κηρύκων. Sic ἐπὶ genitivo junctum sæpenumero idem valere quod ἐν nota res est. Utramque voculam in eadem sententia copulat Demosthenes Olynth. I init. : ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν γενομένην τῇ πόλει, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι. Neque poetæ hunc usum spreverunt. Eurip. Melanipp. fragm. XXII p. 743 ed. Wagn. : οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα, i. e. qui in sapientibus viris (commemorandis et perstringendis) impudenti ore utuntur. In fine versus exemplar Aldinum itemque Basileense de Fac. Lun. exhibent χελωνῶν τε, cujus loco Karstenio præeunte τε χελωνῶν vulgavi. Cum Empedocleo dicto comparavit Xylander illud quod extat apud Herodot. I, 47 κραταιρίνοιο χελώνης. Similiter de his rebus judicat Aristoteles de Gen. Anim. III, 11 : ἡ τῶν ὀστρακοδέρμων γίνεται φύσις, κύκλῳ μὲν τοῦ γεώδους σκληρυνομένου καὶ πηγνυμένου τὴν αὐτὴν πῆξιν τοῖς ὀστοῖς καὶ τοῖς κέρασιν . . . . . ἐντὸς δὲ περιλαμβανομένου τοῦ τὴν ζωὴν ἔχοντος σώματος. Cf. idem de Partibus Anim. IV, 7.

Vs. 303–304. αὐτὰρ ἐχίνοις κτλ.] Plutarchus de Fortuna p. 98, vol. VI p. 371 : τὰ μὲν γὰρ (τῶν ἀλόγων) ὥπλισται κέρασι καὶ ὀδοῦσι καὶ κέντροις· αὐτὰρ ἐχῖνος, φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, ὀξυβελὴς δέ τε νώτοις ἐπιπεφρίκασι. Verba edidi ut leguntur in Vulcanii codice scripta, quem etiam Sturzius et Karstenius secuti sunt. Sed in eo præterea τὰ δὲ νώτοις exstare dicitur. Xylander in suo aliam lectionem in margine exaratam invenit, cujus nihil supererat præter extrema verba ἄκανθαι ἐπιπεφρίκασι, præcisa ut fit a glutinatore priore versus parte. Hinc ipse quidem conjicit : ἐχῖνος ὀξυβελής, νώτοισι δ' ἄκανθ' ἐπιπεφρίκασι, ut ὀξυβελὴς ad echinum referatur aut ὀξυβελεῖς ad ἄκανθαι. At nihil verius ea scriptura quam Stephanus in Poes. phil. pag. 30 exhibet quamque Reiskius in Vulcanii membranis postea repperit. Eandem agnoscit Scaliger, hoc excepto quod pro ἐχίνοις habet ἐχίνῳ.

Vs. 305. Κύπριδος κτλ.] laudat Simplicius de Cœlo editus a Peyrono l. l. p. 28; corruptus legitur versus in ed. Ald. f. 128 b. Eundem versiculum memorat Simplicius Phys. II, f. 74 b. Adde Schol. Arist. p. 507. a. ed. Brandis. Simplicius ostendens in mundi rebus non solam, ut quorundam ferebat opinio, discordiam dominari, sed amicitiam quoque sive Venerem, cujus præcipuæ in formandis rebus naturalibus partes sint, cum aliis, tum hoc utitur exemplo, quod ad oculorum formationem refertur. Verba ὅτε ξὺμ πρῶτ' ἐφύοντο per tmesin dicta sunt pro ὅτε πρῶτα ξυνεφύοντο, *quum primum coaluerunt*. Peyronus posuit ξὺν πρῶτ', Gaisfordius et Brandisius ξύμπρωτ' e cod. A. vulgarunt spreta codicis B. scriptura ξυμπρώταις et Taurinensis ξὺ πρώτ'. Cæterum ex iis quæ apud Simplicium præcedunt verbis καὶ τὴν αἰτίαν λέγων τοῦ τοὺς μὲν ἐν ἡμέρᾳ, τοὺς δὲ ἐν νυκτὶ κάλλιον ὁρᾶν, Κύπριδος, φησί, κτλ. non multum lucis huic versui affulget.

Vs. 306. Plutarch. Sympos. p. 683 : τοῦ ἀνδρὸς (Ἐμπεδ.) οὐ καλλιγραφίας ἕνεκα τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων ὥσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι τὰ πράγματα γανοῦν εἰωθότος, ἀλλ' ἕκαστον οὐσίας τινὸς ἢ δυνάμεως δήλωμα ποιοῦντος· οἷον, ἀμφιβρότην χθόνα, τὸ τὴν ψυχὴν περικείμενον σῶμα· καὶ νεφεληγερέτην τὸν ἀέρα, καὶ πολυαίματον τὸ ἧπαρ.

Vss. 307-312 ᾗ πολλαὶ — ἐξεγένοντο] e Taurinensi Simplicii codice protulit Peyronus p. 46; corrupti habentur in ed. Ald. f. 144 b. Exstant etiam apud Gaisfordium p. XLIV et in Scholl. Arist. p. 512 a. ed. Brandis. Primum horum versuum ᾗ πολλαὶ κτλ. allegat Aristoteles de Cœlo III, 2 pag. 300 b. ed. Bekker; idem de Anima III, 6 p. 430 a. his subjunctis ἔπειτα συντίθεσθαι τῇ φιλίᾳ; idem de Gener. Anim. I, 18 pag. 722 b. ed. Bekker.

ὥσπερ γὰρ καὶ μεγάλα ὄντ' ἀδύνατον διεσπασμένα σώζεσθαι καὶ ἔμψυχα εἶναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς γεννᾷ, ἐπὶ τῆς φιλότητος λέγων, ᾗ πολλαὶ κτλ. εἶθ' οὕτως συμφύεσθαί φησιν· item alii, ut Simplicius de An. f. 70 a; in Categ. f. 85 b; Philoponus de An. lit. Q. p. 15; Tzetzes in Lycophr. verss. 507, 711. Referuntur hæc cum sequentibus ad animantium ortum. Primum singula membra exorta esse fingit, deinde his membris huc atque illuc perlatis et inter se mixtis corpora exstitisse sibi persuasit. Haud scio an commentum istud repetendum sit ab eo quod in bestiolis quibusdam animadvertitur, quarum mancæ primo imperfectæque formæ paulatim absolvuntur. Cf. Diodor. I, 10; Lucret. V, 835; Virgil. Georg. IV, 308 seqq. Ovidius Metam. I, 422 seqq. Lectio variat. Nam apud Aristotelem de Cœlo l. c. legitur ὡς πολλαί, de Anima ᾗ πολλῶν, de Animal. Generat. ᾗ πολλαί, apud Simplicium de Cœlo ᾗ πολλαί, apud Philoponum πολλῶν, apud Tzetzem denique utroque loco ὡς πολλῶν. Sed πολλῶν depravatum esse patet; siquidem multa capita quæ nulliusdum corporis essent in lucem prodiisse Empedocles ait.

Vss. 308-309. γυμνοὶ δ' ἐπλάζοντο κτλ.] Gaisfordius omittit δ', quod agnoscit Brandisius Schol. Arist. l. c. et cod. Taur. ubi tamen ut in Oxon. A. vitiose ἐμπλάζοντο scriptum est. Porro οἵ' ἐπλανᾶτο Gaisfordius, Peyronus, Brandisius, cujus loco Taurinensis, quem Karstenius sequitur, οἷα πλανᾶτο exhibet. Cf. Lucretii versus infra appositi.

Vss. 310-312. αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μεῖζον κτλ.] Simplicius l. c.: ἐν ταύτῃ οὖν τῇ καταστάσει μουνομελῆ ἔτι τὰ γυῖα ἀπὸ τῆς τοῦ νείκους διακρίσεως ὄντα ἐπλανᾶτο, τῆς πρὸς ἄλληλα μίξεως ἐφιέμενα· αὐτὰρ ἐπεί, φησί, κτλ. ὅτε τοῦ νείκους ἐπεκράτει λοιπὸν ἡ φιλότης, ταῦτά τε κτλ. ἐπὶ τῆς φιλότητος οὖν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκεῖνα εἶπεν, οὐχ ὡς ἐπικρατούσης ἤδη τῆς φιλότητος, ἀλλ' ὡς μελλούσης ἐπικρατεῖν, ἔτι δὲ τὰ ἄμικτα καὶ μονόγυια δηλούσης. Ergo dispersa prius membra per Amicitiam coaluerunt. Verba ὅπῃ συνέκυρσεν ἕκαστα laudat Simplicius etiam Phys. f. 73 b et 74 b (ubi pro ἕκαστα invenitur ἅπαντα) probans Empedocli multa forte et casu gigni placuisse. Cf. vss. 260 et 272. Cæterum pro membranarum scriptura διηνεκῆ cum Peyrono et Karstenio διηνεκες exaravi. In Taurinensi B. librariorum errore exstat ἐξεγένετο; in eodem desideratur δαίμονι.

Vss. 313-316. πολλὰ μὲν γυίοις] affert Ælianus Hist. Animal. XVI, 29: Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικός φησι περὶ ζώων ἰδιότητος λέγων καὶ ἐκεῖνο δήπου, γίνεσθαί τινα συμφυῆ καὶ κράσει μορφῆς μὲν διάφορα, ἑνώσει δὲ σώματος συμπλακέντα. ἃ δὲ λέγει ταῦτά ἐστι. Infinitivos φύεσθαι et ἐξανατέλλειν quos versibus Empedocleis inseruit Ælianus, poetæ verba suæ orationi aptaturus, cum Karstenio in ἐφύοντο et ἐξανέτελλον mutavi. Scaliger inverso ordine ἀμφίστερνα καὶ ἀμφιπρόσωπα posuit. Ἐξανατέλλειν eadem potestate dicitur vs. 321. Pars quædam librorum Æliani male ἀνδρόπρωνα et ἐξανατείνειν habet. Ante βουγενῆ ἀνδρόπρωρα subaudiendum τὰ μέν, cui respondeat sequens τὰ δ' ἔμπαλιν; item ante μεμιγμένα rursus intelligendum ἄλλα δέ. Istud βουγενῆ ἀνδρόπρωρα celebratum in antiquorum scriptis. Cf. Aristot. Phys. II, 8 ejusque interpretes ad h. l. Themistius f. 27 sq. Simplic. f. 86 b Philoponus lit. H. p. 13-16; Plutarchus adv. Colot. p. 1123; Theophylact. ep. 44. Hesychius: ἀνδρόπρωρος, ἀνδροπρόσωπον. Vide quæ ibi a viris doctis notata sunt et quæ ad v. ἀντίπρωρον eruditi observarunt. Contrarium est illud Sophoclis Trach. 12 ἀνδρείῳ κύτει βούπρωρος.

Vs. 315. μεμιγμένα τῇ μὲν κτλ.] ἀπ' ἀνδρῶν recte dedit Jacobsius pro vulg. ὑπ' ἀνδρῶν. Neque enim *a viris generata* dicendum erat, sed *e virilibus membris composita*. Pro librorum scriptura σκιεροῖς Karstenius conjecit χλιεροῖς, Panzerbieterus διεροῖς, Bergkius στιβαροῖς, hic parum apte. In androgynum imprimis convenire videtur τρυφεροῖς, *mollibus*. Empedocli congruentia tradit Lucretius lib. V, 835 sqq.:

> multaque tum tellus etiam portenta creare
> conata est mira facie membrisque coorta : [remotum;
> androgynum inter utrumque et utrumque et utrimque
> orba pedum partim, manuum viduata vicissim,
> muta sine ore etiam, sine vultu cæca reperta.

Vs. 317. εἱλίποδ' ἀκριτόγυια] Plutarchus adv. Colot. p. 1123 (vol. X p. 617): ταῦτα μέντοι καὶ πολλὰ τούτων ἕτερα τραγικώτερα τοῖς Ἐμπεδοκλείοις ἐοικότα τεράσμασιν, ὧν καταγελῶσιν, εἱλίποδα κριτόχειρα καὶ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα κτλ. Reiskius Empedoclem scripsisse conjecit κριοειδέα vel κριόχηλα, sed κριός primam producit. Rectius ἀκριτόχειρα vel ἀκριτόχηλα Empedocleum vocabulum esse Karstenius suspicatus est. Mihi nulla littera addita ἀκριτόγυια *membris indiscretis* reponendum videtur. Quum vero εἱλίποδες i. e. *flexipedes* non modo boves a veteribus dicantur, sed mulieres etiam ab Eupolide apud Athenæum lib. VII p. 286. B, propterea quod lente et quasi flexis pedibus incedant, hoc quoque versus fragmentum superiori, in quo de androgynis agitur, adjungendum existimavi. Huc accedit quod ἀκριτόγυια sic intelligi licet, ut γυῖα de muliebribus inter-

pretemur. Cf. Hom. hymn. in Merc. vs. 20 et Coraen ad Theophrast. Charact. pag. 22.

Vss. 318–325 servavit Simplicius Phys. II f. 86 b.: εἰπόντος δὲ τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Φυσικῶν πρὸ τῆς τῶν ἀνδρείων καὶ γυναικείων σωμάτων διαρθρώσεως ταῦτα τὰ ἔπη, νῦν δ' ἄγ' ὅπως ἀνδρῶν κτλ. ταῦτα οὖν εἰπόντος Ἐμπεδοκλέους ἐφίστησιν (ὁ Ἀριστοτέλης) ὅτι καὶ αὐτός, ὡς ἔοικε, σπέρμα πρὸ τῶν ζώων γεγονέναι φησί. καὶ τὸ οὐλοφυὲς μὲν πρῶτα παρ'. αὐτοῦ εἰρημένον σπέρμα ἦν οὔπω μελέων ἐρατὸν δέμας ἐμφαῖνον. Statuit igitur principio rerum, antequam exstitisset humana progenies, e terra prodiisse informia quædam hominum simulacra eaque promiscua i. e. nullo sexus discrimine notabilia, postea vero utrumque sexum discretum esse.

Vss. 318–320. νῦν δ' ἄγ' — ἀδαήμων] Pro ὅπως Scaliger non recte ὅσους posuit. Panzerbieterus nulla necessitate subactus ἐννυχίους in ἐμμυχίους convertit. Nam etsi rudes illæ hominum formæ e terræ visceribus eduntur, tamen quia e tenebris in lucem emergunt, tamquam noctis propago, nocturnæ vocantur. ὅρπηκες, proprie *surculi*, nominantur liberi vel proles, qua significatione usitatiora sunt ἔρνος, θάλος et alia vocabula. Cf. Valcken. in Eurip. Phœn. vs. 88. κρινόμενον πῦρ est ignis dum separatur a reliquis elementis, flamma e pristina rerum compage secedens et patefactis terræ faucibus prorumpens. Itaque non erat quod Karstenius ὀρνύμενον πῦρ scriberet. Cæterum nullum hic video de quo Sturzius et Karstenius loquuntur Veneris ardorem. Uterque male Empedoclis verba sic interpretatur, ut poetam tradere dicat, quomodo nocturno coitu liberi gignantur.

Vs. 321. οὐλοφυεῖς κτλ.] Spectat hoc Empedoclis dictum Aristoteles Phys. II, 8 p. 270 D: ἀνάγκη σπέρμα γενέσθαι πρῶτον, ἀλλὰ μὴ εὐθὺς τὰ ζῶα· καὶ τὸ οὐλοφυὲς μὲν πρῶτα σπέρμα ἦν. Accipitur autem οὐλοφυὲς de eo quod *natura totum* sive *integrum* est. Quamobrem τύποι οὐλοφυεῖς intelligenda integra hominum simulacra in quibus nulla sexus diversitas notatur, sed quæ maribus æque ac feminis communia habentur. Quid? quod ipse Aristoteles de Partt. Anim. IV, 12 pronas supinasque corporis partes et thoracem, quæ in quadrupedibus discretæ sunt, in avibus indiscretas esse dicens hac ipsa utitur voce. Ait enim τὰ δὲ πρανῆ τοῦ σώματος καὶ τὰ ὕπτια, καὶ τὰ τοῦ καλουμένου θώρακος ἐπὶ τῶν τετραπόδων, ὁλοφυὴς ὁ τόπος ἐπὶ τῶν ὀρνίθων ἐστίν. Quum vero rudes illæ figuræ prima generis humani exempla et origo essent, Aristoteles Phys. l. c. τὸ οὐλοφυὲς exponit σπέρμα. In eandem sententiam Simplicius l. c.: εἰ δὲ τὸ (οὐλοφυὲς) σπέρμα ἦν, θαυμαστῶς μοι δοκεῖ τὸ οὐλοφυὲς αὐτῷ ἐπιπρέπειν· οὐλοφυὲς γὰρ κυρίως ἐκεῖνό ἐστιν, ὅ, καθ' ὃ ἔστιν, αὐτὸ πᾶν ἐστιν ὅπερ ἂν ἐστιν (leg. ᾖ), μήπω γενομένης ἐν αὐτῷ διακρίσεως. Philoponus in Phys. l. l. lit. H, p. 16: καὶ αὐτὸς δέ, φησὶν (ὁ Ἀριστοτέλης), ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὸ οὐλοφυὲς πρῶτόν φησι γενέσθαι· τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο σημαίνοι ἂν αὐτῷ ἢ τὸ σπέρμα συνεστραμμένον καὶ ὅλως ἅμα ἔχον ἐν ἑαυτῷ τοὺς λόγους τοῦ φυομένου. παρὰ γὰρ τὸ τὴν τοῦ ὅλου φύσιν περιέχειν, τὸ ὁλοφυὲς αὐτῷ κέκληται. Ab humani generis primordiis qualia fingit Empedocles multum distat Platonicum illud commentum in Sympos. p. 189 sq. cujus mentionem movet Karstenius. Major est loci Empedoclei cum Lucretii verbis similitudo. Vid. ad vs. 315.

Vs. 322. ὕδατός τε καὶ οὔδεος] οὔδεος quod sententia postulat primus vulgavit Sturzius pro membranarum scriptura εἴδεος. Nam e Plutarchi loco de Plac. phil. V, 19 ubi legitur ἐκ γῆς καὶ ὕδατος apparet hic restituendum esse οὔδεος. Fallitur autem Simplicius sua interpretatione εἴδεος firmare studens: τὸ οὐλοφυὲς μὲν . . . . . σπέρμα ἦν, οὔπω μελέων ἐρατὸν δέμας ἐμφαῖνον, διότι ὕδωρ μὲν ἦν ἐνεργείᾳ ὑγρὸν ὄν, δυνάμει δὲ τὸ εἶδος τοῦ ἀνθρώπου.

Vs. 323. τοὺς μὲν πῦρ κτλ.] Ignis sub terra latens quum ad sui simile tenderet superioresque peteret regiones, sublimes rapuit res usque adhuc occultas suaque vi effecit, ut omnia e telluris gremio enascerentur. In his nominatim hominum simulacra commemorat Empedocles. Quum vulgo legeretur ἀνέπεμπε θέλον πρὸς ὅμοιον, recte Karstenius dedit ἀνέπεμπ' ἐθέλον πρὸς ὁμοῖον.

Vs. 325. οὔτ' ἐνοπὴν κτλ.] Vulgatam οὔτ' αὖ male mutavit Karstenius in οὔτ' οὖν, offensus tautologia; sequitur enim ἐπιχώριον ἀνδράσι γῆρυν. Locum sanavit Steinius e duobus codicibus a Brandisio excussis, quorum alter (P. 1.) omittit αὖ et exhibet γύων pro γῆρυν, alter (P. 2) versum sic depravatum continet: οὔτ' ἐνοπὴν οἷα τ' ἐπιχωρίοις ἀνδράσι γύων. Hinc manifestum est scribi oportere ἐπιχώριον ἀνδράσι γυῖον. Cf. ad vs. 317. Sine dubio Empedocli placuit, defuisse istius ætatis hominibus membra genitalia, quum hæc de eo prodat Plutarchus de Plac. phil. V, 19: Ἐμπεδοκλῆς τὰς πρώτας γενέσεις τῶν ζώων καὶ φυτῶν μηδαμῶς ὁλοκλήρους γενέσθαι, ἀσυμφυέσι δὲ τοῖς μορίοις διεζευγμένας· τὰς δὲ δευτέρας, συμφυομένων τῶν μερῶν εἰδωλοφανεῖς· τὰς δὲ τρίτας, τῶν ἀλληλοφυῶν· τὰς δὲ τετάρτας, οὐκ ἔτι ἐκ τῶν ὁμοίων, οἷον ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, ἀλλὰ δι' ἀλλήλων ἤδη, τοῖς μὲν πυκνωθείσης τῆς τροφῆς, τοῖς δὲ τῆς εὐμορφίας τῶν γυναικῶν ἐπερεθισμὸν τοῦ σπερματικοῦ κινήματος ἐμποιησάσης.

Vss. 326-327 ἀλλὰ διέσπασται κτλ.] Aristoteles de Generat. animal. I, 18 p. 722 b. ed. Bekker. : φησὶν (ὁ Ἐμπεδοκλῆς) ἐν τῷ ἄρρενι καὶ τῷ θήλει οἷον σύμβολον ἐνεῖναι, ὅλον δ' ἀπ' οὐδετέρου ἀπιέναι, « ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις ἡ μὲν ἐν ἀνδρός. » Ib. IV, 1 pag. 746 b. : οὔτε γὰρ διεσπασμένον ἐνδέχεται τὸ σῶμα τοῦ σπέρματος εἶναι, τὸ μὲν ἐν τῷ θήλει τὸ δ' ἐν τῷ ἄρρενι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησιν εἰπών· « ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις ἡ μὲν ἐν ἀνδρός. » Verba ἡ δὲ γυναικὸς adjicit Philoponus Comment. in h. l. f. 81 b : ἔλεγεν ὅτι διέσπασται ἡ μὲν ἐν ἀνδρὸς ἡ δ' ἐν γυναικός. Idem de Anim. gen. I f. 16 a. ait : εἰπὼν δὲ (ὁ Ἀριστοτέλης) « ἡ μὲν ἐν ἀνδρὸς » οὐκ ἀπέδωκε τὸ ἡ δ' ἐν γυναικός. Vs. 326 ἐν utroque loco omittit cod. z apud Bekkerum. Panzerbieterus qui φύσιν hic γένεσιν esse statuit, legendum conjicit ἡ μὲν ἀπ' ἀνδρὸς κτλ. sensu bono : *membrorum generatio duplex et quasi distracta* est, *ita ut partim a viro, partim a femina proficiscatur.* At obstat Galeni locus quo res imprimis illustratur. Namque ille de Semin. II, 7 hæc de Empedocle prodit : ὁ Ἐμπεδοκλῆς διεσπάσθαι φησὶ τὰ τοῦ γεννηθησομένου μόρια, καὶ τὰ μὲν ἐν τῷ τοῦ ἄρρενος σπέρματι, τὰ δ' ἐν τῷ τῆς θηλείας περιέχεσθαι· καὶ αὐτῆς γε τῆς Ἀφροδισίου συμπλοκῆς ἐντεῦθεν γίνεσθαι τοῖς ζώοις τὴν ἐπιθυμίαν, ὀρεγομένων ἀλλήλοις ἑνωθῆναι τῶν διεσπασμένων μορίων. Hinc efficitur ἐν præpositionem servandam esse, membrorum autem φύσιν ad sexus diversitatem relatam potius naturam ab Empedocle vocari.

Vs. 327 ἐν omissum a Karstenio post γυναικὸς posuit Steinius, quem secutus sum. Conjunxit Sturzius hos cum verss. 329 et 330 apud Aristotelem unius paginæ intervallo disjunctis, quos tamen Philoponus οὐκ ἀπὸ τῶν ἐφεξῆς ἀλλήλοις ὄντων στίχων, ἀλλὰ πόρρω ἀπ' ἀλλήλων fuisse testatur.

Vs. 328. τοὺς δέ τε κτλ.] Plutarchus Qu. N. pag. 917, vol. IX p. 631 ed. Reisk. : τὸ συντρέφεσθαι καὶ συναγελάζεσθαι τὰ θήλεα τοῖς ἄρρεσιν ἀνάμνησιν ποιεῖ τῶν ἀφροδισίων καὶ συνεκκαλεῖται τὴν ὄρεξιν· ὡς ἐπ' ἀνθρώπων Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησε, τῷ δέ τι καὶ πόθος εἴτε διὰ πέψεως ἀμμίσγων. Quotidiana igitur marium et feminarum consuetudine Veneris desiderium in bestiis excitari ait Plutarchus. Simile quid Empedoclem de hominibus prodidisse scribit; sed versus ejus ita corruptus est, ut difficile sit eum in integrum restituere. Itaque variæ a viris doctis propositæ sunt conjecturæ. Wyttenbachius enim legi voluit τοὺς δέ τε καὶ πόθος εἷλε δι' ὄψεως ἄντ' ἀναμίσγων, Karstenius τῷ δ' ἐπὶ καὶ πόθος εἶσι (sive ᾗε) δι' ὄψιος ἄντ' ἀΐσσων, Panzerbieterus τῷ δέ τε καὶ πόθος εἷλε δι' ὄψιος ἀμμιμνήσχων, Steinius τῷ δ' ἐπὶ καὶ πόθος ἦλθε δι' ὄψιος ἀμμιχθέντι, sed sententia flagitare videtur : τοὺς δέ τε καὶ πόθος εἷλε δι' ὄψιος ἀμμιχθέντας.

Vss. 329-330. ἐν δ' ἐχύθη—ἀντιάσαντα] Aristoteles de Gener. Animal. I, 18 p. 723 a. ed. Bekker. : πρὸς δὲ τούτοις εἰ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν ἐν τῇ κυήσει διαφέρει, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγει· ἐν δ' ἐχύθη κτλ. Patet hoc fragmentum ad sexus discrimen explicandum pertinuisse; sed quomodo orationem conformarit Empedocles dictu difficile est. Lectio non variat nisi quod Bekkeri cod. S. male pro ἐχύθη habet ἐλύθη et Philoponus pro τὰ μὲν olim τὰ δὲ exaratum fuisse testatur. Id autem efficitur ex ejus interpretatione : ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι· τὸ δὲ ἄρρεν χέεται ἤτοι συνίσταται ὑπὸ καθαρωτέρων καὶ θερμοτέρων αἱμάτων. τὰ δὲ τελέθουσι γυναῖκες ψύχεος ἀντιάσαντα· τὰ δὲ τῶν αἱμάτων τελέθουσι καὶ γίγνονται γυναῖκες, ψυχθέντα. Bekkerus vulgavit τὰ μὲν, sed in veteribus quoque Aristotelis editionibus exstat τὰ δέ. Neutrum Gazæ ante oculos fuit vertenti : *funditur in puris mas, femina frigore misto,* quasi legerit : ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖς ἄρρεν, τελέθουσι γυναικῶν ψύχεος ἀντιάσαντα γένη. Quum vero Empedocles existimarit semen in calidiorem uteri partem infusum mares gignere, in frigidiorem feminas (vid. vs. 332), apparet ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι referri ad semen puris uteri locis (τόποις τῆς γαστρός) injectum. Scaliger Empedoclem scripsisse conjecit : ἐν δ' ἐχύθη ταλάροισι, τὰ δὴ ..., Sturzius autem ἐγκέχυται θερμοῖσι· τὰ δ' ἐκτελέθουσι γυναῖκες ψύχεος ἀντιάσαντα. Reliqui in scriptura qualis a Bekkero edita est acquieverunt, sententiam emendare non ausi. Sed quis necessarium enuntiationis Empedocleæ membrum quod ad mares spectat ab Aristotele omissum esse sibi persuadeat? Quapropter pro τὰ μὲν vel τὰ δὲ suspicor restitui oportere ἄρρεν, deinde post ἀντιάσαντα requiri γένη (γυναικῶν), quod Gazæ obversatum fuisse dixi.

Vs. 331. λιμένας κτλ.] Schol. Eurip. Phœn. pag. 600 ed. Valck. ad vs. 18 μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ hæc annotat : Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς ἀλληγορῶν φησι σχιστοὺς λιμένας Ἀφροδίτης, ἐν οἷς ἡ τῶν παίδων γένεσίς ἐστιν. Ad metrum restituendum transpositis opus esse verbis Steinius vidit, quem secutus edidi λιμένας σ. Ἀ. Empedoclis placito lumen affert Galeni locus quem ad vers. 326 laudavi.

Vss. 332-334. ἐν γὰρ θερμοτέρῳ—μᾶλλον] Galenus in Hippocrat. Epidem. IV, 2, T. IX p. 430 : τὸ μέντοι ἄρρεν ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς μήτρας κυΐσκεσθαι καὶ ἄλλοι τῶν παλαιτάτων ἀνδρῶν εἰρήκασιν . . . . ὁ δ' Ἐμπεδοκλῆς οὕτως· ἐν γὰρ θερμοτέρῳ τὸ κατ' ἄρρενα ἔπλετο γαίης κτλ. Ex his Galeni verbis satis intelligitur vulgatum γαίης mutandum esse

aut in μήτρης aut quod poetam magis decet γαστρός. Utrumque Sturzio jam in mentem venerat, qui tamen a membranarum scriptura non recessit. Ego cum posterioribus editoribus γαστρός recepi. Cæterum non erat quod Steinius versum in hunc modum refingeret : ἐν γὰρ θερμοτέρῳ ἄῤῥεν δέμας ἔπλετο γαστρός, siquidem τὸ κατ' ἄῤῥενα (χωρίον) recte a Karstenio exponitur *locus maribus destinatus*. Quare si hiatus vitandi causa pluraliter scribas τὸ κατ' ἄῤῥενας, locus sanus atque integer erit. Pro ἀνδρωδέστεροι Karstenius scribi jussit ἀδρομελέστεροι, qua correctione poetæ verba non egent.

Vs. 335. Aristoteles de insecabilibus lineis extr. pag. 972 b. ed. Bekker. : ἔτι ἡ γραμμὴ καὶ τὸ ἐπίπεδον ἄρθρα ἔσονται· ἀνάλογον γὰρ ἔχουσιν, ὅτι τὸ ἄρθρον διάφορόν πώς ἐστιν. διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησε· διὸ δεῖ ὀρθῶς. Empedoclis dictum corruptum esse indicio est Martianus Rota interpres hunc exhibens versum :

Articulis constat semper junctura duobus.

Hujus vestigiis ingressus Karstenius pag. 154 vatem Agrigentinum sic posuisse opinatus est :

δοιῶν δὴ ἄρθρον μελέων ἐκ πήγνυται αἰεί,

quamquam antea Sturzius pag. 416 rectius scripserat :

ἐξ ἄρθροιν δὲ δυοῖν καρπὸς συντάσσεται αἰεί.

Verum, nisi fallor, versus Empedocleus fuit :

δοιῶν δ' ἐξ ἄρθρων ἁρμὸς συμπήγνυται αἰεί.

Vs. 336. μηνὸς ἐν ὀγδ. κτλ.] Aristoteles de Gener. Anim. IV, 8 p. 777 a. ed. Bekker. : Ἐμπεδοκλῆς δ' ἢ οὐκ ὀρθῶς ὑπελάμβανεν ἢ οὐκ εὖ μετήνεγκε ποιήσας, ὡς τὸ γάλα μηνὸς ἐν ὀγδοάτου κτλ. σαπρότης γὰρ καὶ πέψις ἐναντίον, τὸ δὲ πύον σαπρότης τίς ἐστιν, τὸ δὲ γάλα τῶν πεπεμμένων. Empedocles πύον λευκὸν *pus album* vocat *lac matris*, quod Aristoteli reprehensione dignum videtur. Aristotelis verba longa paraphrasi exponit Philoponus in h. l. f. 101 B. Sed Empedoclem πέψιν et σῆψιν idem esse judicasse jam ad vs. 288 observavimus.

Vs. 337. γνῶθ', ὅτι κτλ.] Plutarchus Quæst. Nat. pag. 96, vol. IX pag. 627, subjunctis his verbis : οὐ γὰρ ζώων μόνον οὐδὲ φυτῶν οὐδὲ γῆς οὐδὲ θαλάσσης, ἀλλὰ καὶ λίθων ἄπεισιν ἐνδελεχῶς πολλὰ ῥεύματα καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου. Spectat hic versus cum sequentibus ad rerum omnium incrementa. Declarat enim poeta, quomodo corpora crescant, alantur, senescant, minuantur. Quippe cunctorum effluvia esse statuit, quibus aliud alii misceatur. Verum hanc mixtionem sic informat, ut similia appetant similia et cognata cum cognatis commercium habeant. Apud Plutarchum legitur γνοὺς et ἀπόῤῥοιαι, quæ suadentibus Wakefieldio ad Lucret. III, 517 et Nækio in Chœril. p. 181 recte Karstenius in γνῶθ' et ἀποῤῥοαὶ convertit.

Vss. 338-339. Plutarchus Sympos. IV p. 663, vol. VIII p. 632 ed. Reisk. : εἴτε γὰρ ἐξ ὁμοίων ἀναλαμβάνει τὸ οἰκεῖον ἡ φύσις καὶ εἰς τὸν ὄγκον αὐτόθεν ἡ ποικίλη τροφὴ πολλὰς μεθιεῖσα ποιότητας ἐξ ἑαυτῆς ἑκάστῳ μέρει τὸ πρόσφορον ἀναδίδωσιν, ὥστε γίνεσθαι τὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους· ὡς γλυκὺ μὲν ἐπὶ γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσε, ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ, δαλερὸν δαλεροῦ λαβέτω, ubi Turnebi codex ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, δολερὸν δολεροῦ λάβετ' ὧδε. De cibis et nutrimento item loquens Macrobius Saturn. lib. VII, 5 : Singula autem, inquit, ad se similitudinem sui rapere, testis est Empedocles qui ait : ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσε· ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ. Macrobium liquet poetæ verba sic servasse, ut nulla vitii vel depravationis suspicio sit. Nam ne priora attingam, extrema θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ aptissime efferuntur. Nimirum ἐποχεύειν quod vulgo de mare feminam ineunte dicitur, hoc loco latius patet, ut ἐποχεύεσθαι nihil sit nisi *misceri*. Quocirca cum Sturzio Macrobium secutus sum. Quum autem simile ad simile ferri Empedocles tradiderit idque ipsum his versibus, si Macrobio fides, expresserit : non erat quod de solis gustibus eum loqui vellet Steinhartus Meletem. Plotin. pag. 60, rejectisque ultimis verbis θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ aliam excogitaret clausulam λάβε δ' ἁλμυρὸν ἁλμυρὸν ὧδε. Improbandæ etiam cæteræ virorum doctorum conjecturæ e quibus Lobeckius Ῥηματ. pag. 201 et 355 apud Macrobium scribi vult θερμὸν δ' ἐπεχεύατο θερμῷ et apud Plutarchum δαλερὸν δαλερῷ δ' ἐπεχεῖτο. Quis inauditum hoc vocabulum tueri potest? Nempe sapienter jam Xylander ad Plutarchi locum notaverat, Empedoclis versus ibi corruptos e Macrobio corrigendos esse, nisi forte fieri potuit, ut philosophus δαλερὸν a δαλὸς *titione* poetice pro *calido* dixerit. At obstat α vocalis mensura quæ ut in δαλὸς producitur (cf. Hom. Od. lib. V, 488; Hesiod. Op. et D. vs. 703), ita in δαλερός corripi non posset, si ejusmodi vocem a veteribus usurpatam esse constaret. Nemo vero tali epitheto usus est. Quapropter Leopardus Emendat. VIII, 10 ejus loco μαλερόν ut poneretur auctor fuit. Parum cogitate igitur Karstenius versui intulit δαλερὸν δαλερῷ δ' ἐποχεῦτο, licet etiam ἐποχεῖτο et ἐπόχευεν proposuerit, quorum posterius Steinio arrisit. Denique ne quis nodum in scirpo quærat, addo quemadmodum in priore versu dulcia amaris opponuntur,

sic in posteriore acuta calidis opposita de frigidis intelligenda videri. Siquidem hac translatione Horatius Carm. lib. I, 9, 4 *gelu acutum* dixit et ante eum Pindarus Pyth. I, 20 χιὼν ὀξεῖα, ubi interpres Græcus : ὀξεῖαν δὲ χιόνα φησίν, ἤτοι παρὰ τὴν πυκνότητα τῆς καταφορᾶς ἢ παρὰ τὴν ψυχρότητα, ὅτι οἱ ἐφαπτόμενοι ὅμοιόν τι πάσχουσι τοῖς κεντουμένοις.

Vss. 340-341. οἴνῳ ὕδωρ κτλ.] Philoponus in Aristot. de Generat. Anim. II f. 59 a. : Ἐμπεδοκλῆς ἐν ἅπασι τοῖς σώμασι τοῖς ὑπὸ σελήνην, οἷον ὕδασι, ἐλαίοις καὶ τοῖς ἄλλοις εἶναι ἔλεγεν ἀναμεμιγμένους πόρους καὶ ναστά· καὶ τοὺς μὲν πόρους ἐκάλεσε κοῖλα, τὰ δὲ ναστὰ πυκνά. Καὶ ὧν μέν εἰσι τὰ ναστὰ καὶ οἱ πόροι, τουτέστι τὰ κοῖλα καὶ πυκνά, σύμμετρα, ὥστε δύνασθαι δι' ἀλλήλων χωρεῖν, τούτων ἔφασκεν εἶναι μῖξιν καὶ κρᾶσιν, οἷον ὕδατος καὶ οἴνου· ὧν δὲ ἀσύμμετρα, ἄμικτα ταῦτα εἶναι ἔφασκεν, ὥσπερ ἔλαιον καὶ ὕδωρ· φησὶ γάρ· ὕδωρ οἴνῳ μᾶλλον ἐναρίθμιον, αὐτὰρ ἐλαίῳ οὐκ ἐθέλει. Quum verba quæ ex Philopono attuli metro repugnent, Empedocles autem penultimam vocis ὕδωρ syllabam modo corripiat, ut vs. 358, modo producat, ut vs. 357, Sturzius edidit : οἴνῳ μᾶλλον ὕδωρ ἐναρίθμιον, αὐτὰρ ἐλαίῳ. Atqui ἐναρίθμιον quod valet *adnumerandum* vix quisquam dixerit de rebus quæ vel coalescunt vel miscentur. Nam ne de aliis vocabulis loquar, imprimis hic exspectaveris ἄρθμιον quod eo sensu supra usurpavit Empedocles vs. 262. Qua re animadversa Karstenius scripsit ὕδωρ οἴνῳ μᾶλλον ἐνάρθμιον, αὐτὰρ ἐλαίῳ, Steinius vero οἴνῳ ὕδωρ μᾶλλον μὲν ἐνάρθμιον, αὐτὰρ ἐλαίῳ. At offendit compositum ἐνάρθμιον idonea auctoritate destitutum. Hinc haud gravatim reposui : οἴνῳ ὕδωρ μᾶλλον πέλει ἄρθμιον, αὐτὰρ ἐλαίῳ. Exemplum hoc proposuit Empedocles, ut demonstraret, quomodo in concubitu semen utriusque sexus nunc concordare, nunc discordare soleat, interdum fetum gignat, alias sterile maneat : unde mulorum etiam sterilitatem explicare conatus est. Discimus hoc e duobus Aristotelis locis, ubi effatum illud tangit de Gener. Animal. I, 18 p. 805 D : οὐ γὰρ δὴ οὐδὲ τοῦτο ἐνδέχεται λέγειν, ὡς (τὸ σπέρμα) τῇ κατακεράσει αὐξάνεται ὕστερον, ὥσπερ οἶνος ὕδατος προσεγχυθέντος. Cf. ibidem II, 8 p. 830 E; Theophrastus de Sensu c. 12 p. 651 ed. Schneid. Quod reliquum est istud οὐκ ἐθέλει subaudito συμμίγνυσθαι intelligendum. Diserte id ponit Plato Soph. p. 262 E : καὶ μὴν ἕν γέ τι τούτων ἀναγκαῖον, ἢ πάντα ἢ μηδὲν ἢ τὰ μὲν ἐθέλειν, τὰ δὲ μὴ συμμίγνυσθαι. Notum verbi ἐθέλειν usum, quo etiam ad res inanimatas transfertur, cum alii illustrarunt, tum Stallbaumius in Plat. Phædon. p. 102 D et de Rep. II p. 307 B.

Vs. 342. βύσσῳ δὲ κτλ.] Plutarchus de Orac. def. pag. 433, vol. VII p. 704 ed. Reisk. ostendens alia aliis esse congruentia Empedocle utitur auctore. Hæc autem ejus verba sunt : ἄλλα γὰρ ἄλλοις οἰκεῖα καὶ πρόσφορα, καθάπερ τῆς μὲν πορφύρας ὁ κύαμος, τῆς δὲ κόκκου τὸ νίτρον δοκεῖ τὴν βαφὴν ἄγειν μεμιγμένον· « βύσσῳ δὲ γλαυκῆς κρόκου καταμίσγεται, » ὡς Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε. Patet depravatas esse versus Empedoclei reliquias, ut difficile sit poetæ manum resituere. Ac Xylander quidem tentavit : βύσσῳ δὲ γλαύκοιο κρόκου καταμίσγεται ἄνθος, Sturzius vero ita edidit : βύσσῳ δὲ γλαυκῇ τὸ κρόκου καταμίσγεται ἄνθος, sed in Addendis mutata sententia scribi voluit : βύσσῳ δὲ γλαυκῇ κόχλου καταμίσγεται αἷμα. Displicet in his conjecturis Plutarcheæ explicationis ab Empedoclea oratione discrepantia. Quis enim credat Empedoclem scripsisse κρόκου, Plutarchum κόκκου? Videtur autem poeta nihil nisi hoc dixisse, byssum nitro imbutam facile accipere et servare coccineum colorem, quoniam ambo, coccus et nitrum, nullo negotio commisceantur. Constat etiam nitrum ad purpuram et quodvis tincturæ genus adhibitum esse. Quæ quum ita sint, Karstenius astipulante Steinio vulgavit βύσσῳ δὲ γλαυκῇ κόκκου καταμίσγεται (ἄνθος). Apparet vero hic potius ξανθῇ quam γλαυκῇ requiri hoc sensu : « bysso autem flavæ cocci flos atque ornamentum i. e. coccineus color admiscetur. »

Vss. 343-367. ὧδε δ' ἀναπνεῖ—ἴσον ὀπίσσω] Aristoteles de Respiratione c. 7 pag. 473 b. ed. Bekker. hoc fragmentum servavit quo Empedoclis de respiratione sententia continetur. Ait quidem Aristoteles, illum non distincte significare, utrum de oris an de narium respiratione loquatur, sed ipse de naribus potissimum accipit, ut indicat ejus explicatio his versibus adjecta : Ἐμπεδοκλῆς . . . . περὶ τῆς διὰ τῶν μυκτήρων ἀναπνοῆς λέγων, οἴεται περὶ τῆς κυρίας λέγειν ἀναπνοῆς. τὴν κυρίαν vocat eam quæ fit per arteriam. In sequentibus vero paulo dubitantius loquitur. Cæterum interpretes antiqui non magis quam recentiores cardinem rei in voce ῥινῶν vs. 346 quam *nasum* interpretantur verti intelligentes totum locum ad narium respirationem referunt. Ab his omnibus discesserunt Lommatzschius et Karstenius contendentes Empedoclem nihil hic præcipere de respiratione quæ aliqua corporis parte per os vel nares fiat, sed de ea quæ toto corpore per meatus animalibus contingit. Mihi ambo ista respirationis genera sic videtur hoc loco descripsisse philosophus, ut generatim illum respirandi modum qui toto fit corpore adumbret, sed de narium respiratione sigillatim disserat.

Juvat autem ipsius Aristotelis interpretationem memorare: Γίνεσθαι δέ φησι τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν διὰ τὸ φλέβας εἶναί τινας, ἐν αἷς ἔνεστι μὲν αἷμα, οὐ μέντοι πλήρεις εἰσὶν αἵματος, ἔχουσι δὲ πόρους εἰς τὸν ἔξω ἀέρα, τῶν μὲν τοῦ σώματος (leg. αἵματος cum Karst.) μορίων ἐλάττους, τῶν δὲ τοῦ ἀέρος μείζους· διὸ τοῦ αἵματος πεφυκότος κινεῖσθαι ἄνω καὶ κάτω, κάτω μὲν φερομένου, εἰσρεῖν τὸν ἀέρα καὶ γίνεσθαι ἀναπνοήν, ἄνω δ' ἰόντος, ἐκπίπτειν θύραζε καὶ γίνεσθαι τὴν ἐκπνοήν, παρεικάζων τὸ συμβαῖνον ταῖς κλεψύδραις. Similiter Plutarchus de Plac. phil. IV, 22 Empedoclis præceptum proponit: Φερομένου τοῦ αἵματος ὡς πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν καὶ τὸ ἀερῶδες διὰ τῶν ῥινῶν ταῖς ἑαυτοῦ ἐπιῤῥοίαις ἀναθλίβοντος, καὶ τὴν ἐκχώρησιν (leg. τῇ ἐκχωρήσει deleto καὶ) αὐτοῦ [τοῦ ἀέρος] γίνεσθαι τὴν ἐκπνοήν· παλινδρομοῦντος δὲ (τοῦ αἵματος) καὶ τοῦ ἀέρος ἀντεπεισαχθέντος εἰς τὰ διὰ τοῦ αἵματος ἀραιώματα, τὴν εἰσπνοήν· ὑπομιμνήσκει δὲ αὐτὸ ἐπὶ τῆς κλεψύδρας.

Vs. 343-344. ὧδε δ' ἀναπνεῖ—τέτανται] σύριγγας intelligit fistulas sive tubulos in summo corpore, quo nomine Aristoteles et ipse utitur de Respirat. c. 15: Αἴτιον τοῦ μὲν ἀναπνεῖν ὁ πνεύμων σομφὸς ὢν καὶ συρίγγων πλήρης. Hic φλέβας τινὰς interpretatur, ut vidimus, sed exsangues venas vel potius non plenas sanguinis.

Vss. 345–347. καί σφιν ἐπὶ στομίοις πυκναῖς κτλ.] Ita recte hæc verba edidit Bekkerus, quum antea legeretur ἐπιστομίοις πυκνοῖς. Præterea pro τέρθρα aliquot libri mendose τέθρα, pro φόνου plerique φανόν, quæ vitia jam Stephanus sustulit. σφιν pertinet ad animalia, στομίοις ad σαρκῶν σύριγγας. ῥινῶν ἔσχατα τέρθρα Karstenius cum Lommatzschio *cutis superficiem* interpretatur, parum probabiliter. Rectius hæc cum antiquis enarratoribus *narium prominentem extremitatem* esse dicas, i. e. *nares in extremo corpore prominentes*. Quocirca Leonicus simpliciter *extremas nares* vertit.

Vss. 348-350. ἔνθεν ἔπειθ'—πάλιν ἐκπνεῖ] ἀπαΐξῃ e membranis quibusdam vulgavit Bekkerus pro veteri scriptura ἐπαΐξῃ quæ non recte opponebatur sequenti ἀναθρώσκῃ. κατανίσσεται Karstenius scripsit pro vulgato καταβήσεται, quod ferri non potest. Neque enim de re futura agitur. Nonnulli codices habent καταΐσσεται, vocabulum commodissimum nisi metrum obstaret. Deinde vs. 350 vulgo legitur εὖτε δ' ἀναθρώσκει cujus loco Karstenius melius posuit ἀναθρώσκῃ. Cf. infra vs. 367.

Vs. 351. κλεψύδρης παίζῃσι διιπετέος κτλ.] Olim scribebatur κλεψύδραις παίζουσα δι' εὐπετέος χαλκοῖο mutatum a Bekkero codicum ope in κλεψύδρην παίζῃσι δι' εὐπετέος χαλκοῖο. εὖτε μὲν κτλ. Codices partim κλεψύδραις, partim κλεψύδρην, sed requiritur κλεψύδρης. Præstat vero παίζῃσι participio παίζουσα quia verbo finito anacoluthon vitatur. Quod duo libri ambigue παίζουσι exhibent vix memorandum est. Pro vitioso δι' εὐπετέος optime codices præbent id quod Bergkius conjecerat, διιπετέος. Reciprocus ille aeris et sanguinis motus declaratur similitudine clepsydræ qua puella ludit. Quales fuerint veterum clepsydræ cum ex hoc loco patet, tum ex aliis antiquorum testimoniis. Vide Simplicium in Aristot. Phys. IV, 6 f. 151, b et de Cœl. II f. 127, b ed. Ald. cf. Schol. Aristot. ed. Brandis. p. 506 b. Adde Heronis Alexandrini Pneumatica in Vett. Mathematicorum operibus Parisiis 1693 fol. p. 145 et Petav. in Synesii Dionem p. 21.

Vs. 353. εἰς ὕδατος κτλ.] ὕδατος δέμας periphrasis est ut vs. 173 αἴης λάσιον δέμας.

Vs. 354. οὔ τότ' ἐς ἄγγοσδ' ὄμβρος κτλ.] posui e Steinii conjectura; quum in plerisque libris legatur οὐδετ' et ἄγγοσδ', pauci habeant οὐδ' ὅτ' vel οὐδ' ὅτι, unde Bekkerus fecit οὐδ' ὅγ' ἐς ἄγγοσδ' ὄμβρος. Antea vulgabatur οὐδέ γ' ἐς ἄγγος ἔτ' ὄμβρος. Karstenius edidit οὐδέ τ' ἐς ἄγγοσδ' ὄμβρος.

Vs. 357. πνεύματος ἐλλείποντος κτλ.] αἴσιμον h. l. idem valet quod χρήσιμον. Hesychius αἴσιμον· ἀγαθόν, συμφέρον, καὶ τὰ ὅμοια. Vocatur autem aqua *utilis* propterea quod in vita communi frequens erat clepsydrarum usus, in quas quotidie infundebatur. Licet etiam comparare Pindari (Olymp. I, 1) illud: ἄριστον μὲν ὕδωρ, ubi Scholiastes: τὸ μὲν ὕδωρ [ἄριστον] εἰς τὸ ζῆν, οὗ ἄνευ βιοῦν ἀδύνατον. Quod reliquum est quamquam ὕδατος αἶσα vs. 322 de certa aquæ quantitate dicitur, tamen hîc αἴσιμον ὕδωρ ad certam aquæ portionem quantam vas capiat non possis referre, siquidem optimorum scriptorum usus obstat. Neque vero eo sensu accepit Simplicius in Phys. lib. IV, 6 f. 151, b (Schol. Aristot. ed. Brandis. p. 380): Τὰς κλεψύδρας ἐπιδεικνύντες, τουτέστι τοὺς ἅρπαγας, ὅταν μὲν ἔχωσιν ἀέρα, μὴ δεχομένας ὕδωρ, ἐκμυζηθέντος δὲ αὐτοῦ (τοῦ ἀέρος), εὐθέως ἁρπάζουσι τὸ ὕδωρ, καὶ οὐ πρότερον ἀφιᾶσι, πρὶν τὸν ἐπιπωματίζοντα τὴν ὀπὴν δάκτυλον ἀφελών τις, τῷ ἐξιόντι ὕδατι ἀνάλογον εἰσελθεῖν ἀέρα συγχωρήσει. Fallitur Karstenius ex hoc Simplicii loco colligens eum ἀνάλογον ὕδωρ hîc esse velle Empedocleum αἴσιμον ὕδωρ. Inest hoc magis in ipsa rei natura quam in Empedocleo vocabulo. Multo minus aptum est quod ex aliis libris petitum recepit Bekkerus αὔξιμον ὕδωρ.

Vs. 358–360. ὡς δ' αὔτως—ἐρύκει] Priores editiones ἔχῃ quod ex epicorum poetarum usu restituit jam Karstenius. Bekkerus vulgavit ἔχει nulla lectionis varietate memorata. Porro κάτα

cum eodem Karstenio pro κατὰ posui, quia verbo ἔχῃ jungendum est. Deinde βροτέῳ χροὶ retinui de *manu* intelligens spreto interpretamento χερὶ quod ex uno codice enotavit Bekkerus. Sequentia vulgo sic scribebantur : αἰθὴρ δ' ἐκτὸς ἔσω κτλ. Sed quum hic versiculus apodosin contineat præcedentium, deleta opus fuit particula δὲ quam primus omisit Karstenius.

Vs. 363. αἴσιμον ὕδωρ hîc quoque servavi, ut vs. 354; Bekkerus αὔξιμον.

Vs. 364 sq. Pro κλαδασσόμενον Lobeckius Pathol. p. 89 injuria κλυδασσόμενον exarandum esse statuit neglecta Hesychii glossa : κλαδᾶσαι· σεῖσαι, unde suspicari licet κλαδᾶν et κλαδάσσειν de vehementi motu dictum eamdem prope vim habuisse. Quod versum claudit διὰ γυίων jam restituit Stephanus expulsa falsa scriptura plurimorum codicum δι' ἀγυιῶν. Hujus autem emendationem paucorum librorum auctoritate in quibus διὰ γυίων, γύων vel γυῶν est, firmatam invenit Bekkerus. Membranæ omnes in ὁππότε ἐπαΐξειε conspirant, sed ut vs. 348 quorumdam codicum lectionem ἀπαΐξῃ merito prætulit Bekkerus vulgatæ ἐπαΐξῃ propter verbum oppositum ἀναθρώσκῃ : ita etiam hîc ἐπαΐξειε in ἀπαΐξειε mutari oportuit, quoniam idem vocabulum altera ex parte respondet. Correctionem hanc a Steinio propositam recepi.

Vs. 366. αἰθέρος εὐθὺς ῥεῦμα κτλ.] Ita Bekkerus e quattuor codicibus edidit; reliqui pro αἰθέρος habent ἕτερον, veteres editiones θάτερον quod mirum est Karstenio placuisse. Nam post interjectam longam comparationem quis non videt aeris vocabulum repetendum perspicuitatis causa fuisse?

Vs. 367. εὖτε δ' ἀναθρώσκῃ κτλ.] scripsi cum Bekkero; libri partim ἀναθρώσκῃ partim ἀναθρώσκοι vel ἀναθρώσκει.

Vs. 368. κέμματα κτλ.] Plutarchus Quæst. nat. p. 917; vol. X p. 642 ed. Reisk. : Πότερον αἱ κύνες, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, κέμματα θηρείων μελέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶσαι τὰς ἀποῤῥοίας ἀναλαμβάνουσιν, ἃς ἐναπολείπει τὰ θηρία τῇ ὕλῃ κτλ. Idem de Curiositate pag. 520; vol. VIII pag. 67 ed. Reisk. versum omisso auctoris nomine sic exhibet : Οἱ κυνηγοὶ τοὺς σκύλακας . . . . ἀνακρούουσι, καθαρὸν αὐτῶν καὶ ἄκρατον φυλάττοντες τὸ αἰσθητήριον ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ἔργον, ἵνα εὐτονώτερον ἐμφύηται τοῖς ἴχνεσι, « τέρματα θηρίων μελέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶν. » Pertinet igitur hic versus ad canum sagacium odoratum. Comparato utroque Plutarchi loco Empedoclis manum restituere mihi visus sum scribendo : κέμματα θηρείων μελέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶν intell. κύων hac sententia : « *canis ferinorum membrorum cubilia naribus indagans* » i. e. ut vulgo loquimur, *ferarum lustra indagans*. Interpretum conjecturas variasque opiniones referre vix attinet, e quibus Sturzius τέρματα μελέων, *extremitates membrorum*, perperam esse vult pedes et pedum vestigia; Buttmannus Comment. Soc. Lips. vol. IV κέρματα parum probabiliter conjecit, Karstenius τέρματα θηρείων λεχέων posuit. Quod posteriore Plutarchi loco Dübneri editio habet πέλματα, tenuit Steinius.

Vs. 369. ὧδε μὲν κτλ.] legitur apud Theophrastum de Sensu cap. 22 p. 656, qui Empedoclem reprehendens, quod respirationem et olfactum ex eadem causa repetat, his utitur verbis : Ὁ δὲ ὡς ταύτης οὔσης τῆς αἰτίας καὶ ἐπὶ τέλει πάλιν εἴρηκεν ὥσπερ ἐπισημαινόμενος· ὧδε μὲν κτλ. Hesychio etiam ὀσμὴ est ὄσφρησις qui fortasse hanc vocis significationem ex Empedocle annotavit.

Vs. 370. Theophrastus ibid. cap. 9 : Τὴν δ' ἀκοὴν ἀπὸ τῶν ἔσωθεν γίνεσθαι ψόφων· ὅταν γὰρ ὑπὸ τῆς φωνῆς κινηθῇ (ἡ ἀκοὴ), ἠχεῖν ἐντός· ὥσπερ γὰρ εἶναι κώδωνα τῶν ἔσω ἤχων τὴν ἀκοήν, ἣν προσαγορεύει σάρκινον ὄζον, κινουμένην δὲ παίειν τὸν ἀέρα πρὸς τὰ στερεὰ καὶ ποιεῖν ἦχον, i. e. « auditum interioribus sonis effici : quippe aurem, quando voce feriatur, intra se ipsam sonare : esse enim velut tubam eorum quæ intus sonant aurem, quam carneum nodum appellat, quo tempore vero feriatur eam aerem densis (h. e. cartilagineis) parietibus repercutere sonitumque reddere. » Scripsi cum Karstenio ἀπὸ τῶν ἔσωθεν pro vulgato ἀπὸ τῶν ἔξωθεν inductus Theophrasti refutatione cap. 21 dogma Empedocleum sic refellentis : Ἀλλὰ περὶ τὴν ἀκοὴν ὅταν ἀποδῷ τοῖς ἔσωθεν γίγνεσθαι ψόφοις, ἄτοπον τὸ οἴεσθαι, δῆλον εἶναι, πῶς ἀκούουσιν ἔνδον ποιήσαντα ψόφον ὥσπερ κώδωνα· τῶν μὲν γὰρ ἔξω δι' ἐκεῖνον (τὸν κώδωνα) ἀκούομεν, ἐκείνου δὲ ψοφοῦντος διὰ τί; quorum verborum sensus est : « sed ineptum esse credere quæ de auditu interioribus sonis effecto dicat apparere quærenti quomodo audiant tubam, intus sonantem : externos enim sonos per tubam audimus; at qua ratione ipsam tubam? » Similiter Plutarchus de Plac. phil. IV, 16 : Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι κατὰ πρόσπτωσιν πνεύματος τῷ χοχλιώδει, ὅπερ φησὶν ἐξηρτῆσθαι ἐντὸς τοῦ ὠτός, κώδωνος δίκην αἰωρούμενον καὶ τυπτόμενον, i. e. « auditum effici aere illapso in cochleam cartilagineam, quam intra aurem aptatam dicit, tintinnabuli in modum suspensam et pulsatam. » Jam si a vocabulo χοχλιῶδες discesseris quod ab interprete profectum esse dicas, parum refert, tubam an tintinnabulum Empedocles in aure inesse voluerit : patet autem philosophum statuisse, auditum effici partim externo

sonitu sive aeris tactu, partim auris ipsius resonantia, quæ ambo inter se congrua esse et alterum alteri respondere. Ipsam vero aurem nominavit σάρκινον ὄζον, *carneum nodum*. Haud minus audaci translatione brachia κλάδους vs. 393 vocat. De utriusque vocis discrimine vide quæ disputavit Stephanus in Thes. ling. græc.

Vs. 371. μία γίγνεται κτλ.] citat Strabo lib. VIII pag. 364 ed. Cas. et omisso poetæ nomine Aristoteles Poet. cap. 21, pag. 1458 a ed. Bekker. uterque tamquam apocopes exemplum. Etenim ὄψ ἀντὶ τοῦ ὄψις dici volunt. Ex Empedocle sine dubio hausit Hesychius qui ὄψ exponit ὄψις, ὀφθαλμός, ἡ φωνή, quamquam eumdem usum Antimachus etiam agnoscit. Cf. fragm. LV pag. 94 ed. Schellenb.

Vss. 372-374. αἵματος—νόημα] laudat Porphyr. apud Stobæum Eclog. Phys. lib. I p. 1026 (pag. 439 ed. Gaisf.). Vetus opinio eaque jam Homero tributa, sed imprimis ab Empedocle celebrata mentis sedem vel ipsam mentem esse cordi suffusum sanguinem. Testis Stobæus l. c. multique antiquorum quorum locos collegerunt Menagius in Diog. Laert. VII, 159, Wakefieldius in Lucret. III vs. 43, Sturzius Emped. pag. 439 seqq. Lectio multimodis vitiata est. Canterus inepte αἵματος ἐν πελάγεσσι τετραμμένου ἀντιθρῶντος et pro κυκλίσκεται κικλήσκεται. Scaliger αἵματος ἀνθρώποισι τεθραμμένη [pro vulg. τετραμμένα] ἀντιθορόντος, item κικλήσκεται. Pleraque hæc menda jam Heerenius sustulit qui τεθραμμένη (intell. φρήν) e Grotii emendatione recepit, κυκλίσκεται e membranis. Pro ἀντιθρῶντος idem e codice protulit ἀντιθροῶντος, quod Karstenius mutavit in ἀμφιθροῶντος. Bergkius de reliqq. com. Att. p. 167 scribi volebat τεθραμμένον ἀντιθορόντος, Panzerbieterus κεχραμένα ἀνθρώσκοντος, τῇ δὲ νόημα. Sed requiritur ἀντιθροοῦντος. Ultimus versus corrupte exaratus est in Etym. M.: αἷμα γὰρ ἀνθρώποισι περικάρδιον νόημα, omisso ἐστί; similiter in Orion. Etym. excerpt. p. 185 (Sturz.). At nihil vitiosius ea scriptura quam habet Etym. Gud. v. αἷμα· καὶ ὁ Ἐμπαιδοκλῆς (sic)· αἷμα γὰρ ἀνθρώπῳ ποιήσει περικάρδιον νόημα τοῦ ἀνθρώπου. Fallitur Philoponus de An. cap. 8 hunc versum Critiæ assignans. Cf. Fabric. Bibl. Græc. vol. X p. 659 ed. Harl. Latine eum verterunt Tertullianus de An. c. 15 p. 576 et Chalcidius in Plat. Tim. p. 305. Cæterum falso Steinius τεθραμμένη ita inpretatur, ut κραδίη intelligat allatis Censorini verbis e cap. VI quibus nihil probatur.

Vss. 375-377. Aristoteles de An. III, 3 pag. 427 ed. Bekker.: Οἱ ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτὸν εἶναί φασιν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε· « πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισιν, » καὶ ἐν ἄλλοις, « ὅθεν σφίσιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται. » Repetiit hos versus Philoponus Comment. de An. III, lit. P. Primum refert etiam Themistius ad Aristot. de An. I, f. 72 a (85. b). Aristoteles Metaph. III, 5 p. 1009 b ed. Bekker.: Καὶ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν· « πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἐναύξεται ἀνθρώποισιν. » καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγει ὅτι « ὅσσον ἀλλοῖοι μετέφυν, τόσον ἄρ σφισιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίστατο. » Pro ἀέξεται alii ἐναύξεται. Aristoteles e verbis Empedocleis colligit, Agrigentinum vatem ut plerosque veteres τὸ φρονεῖν et τὸ αἰσθάνεσθαι idem putasse. Intelligit autem τὸ παρεὸν res præsentes quæ sensibus percipiuntur, quasi dicat τὸ αἰσθητόν; jam quod τῷ αἰσθητῷ afficitur αἴσθησις est: ergo μῆτις sive φρόνησις idem atque αἴσθησις. Qua de re uberrime disserit Philoponus l. l. lit. P. p. 3. Aristoteles de Anim. l. c. cum Empedoclis decreto componit Homericum illud Odyss. XVIII, 135:

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quod imitando expressit Archilochus ap. Laert. IX, 71. Discrepat ab Aristotelis interpretatione ea quam proponit Simplicius de An. III, f. 56 b, dicens, posse quidem τὸ παρεὸν accipi de eo quod est τὸ αἰσθητὸν, non tamen ab Empedocle ita acceptum esse: Ἡ γὰρ μῆτις οὐ τοῖς αἰσθητοῖς, ἀλλὰ τοῖς νοητοῖς αὐτῇ παροῦσιν ἀεὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς ἐπιδίδωσι (ἀέξεται) τελειότητα· καὶ τὸ φρονεῖν ἐν τοῖς ὀνείροις ἀλλοῖα παριστᾷ (παρίστατο), οὐ διὰ τὰ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν. . . . ἐγκαταλείμματα· οὐ γὰρ φρονεῖν τὸ τοιόνδε· ἀλλ' ὅτε, τοῦ λόγου ἀπολυομένου τῆς πρὸς τὸ σῶμα καταστάσεως, κρείττων τις ἐν τοῖς ὕπνοις τῆς ἐν τῷ ἐγρηγορέναι γνῶσις τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τοῦ ἀληθοῦς γίνεται. Sed verum vidit Aristoteles. Male Scaliger vs. 376 superiori adjunxit legens καὶ ὅσον ἀλλ., rectius Sturzius et Karstenius ὅσσον γ' ἀλλ., ego ὅσσον τ' ἀλλ. cum Steinio posui. Olim vulgabatur ἀλλοίοις μετέφην, perperam a Sturzio mutatum in μετέην. Optime Bekkerus e membranis protulit: ἀλλοῖοι μετέφυν i. e. ἀλλοῖοι μετεπλάσθησαν, quod metaphysicorum interpres Bessarion procul dubio in codice suo scriptum repperit. Pro καὶ τὸ φρονεῖν Karstenius malebat καὶ φρονέειν. Quod e Simplicii verbis modo allatis sequitur Empedoclem hîc de somniis agere, id etiam a Philopono in Aristot. de Anim. l. l. docetur: Ὁ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς τὰς διαφορὰς τῶν ὀνειράτων λέγων, φησὶν ὅτι ἐκ τῶν μεθ' ἡμέραν ἐνεργημάτων αἱ νυκτεριναὶ γίνονται φαντασίαι· ταύτην δὲ τὴν φαντασίαν φρόνησιν καλεῖ ἐν οἷς φησιν· « ὅθεν σφίσιν καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται. »

Qui si fide digni sunt auctores, dicti Empedoclei hic erit sensus : « Ut homines corpore et sensibus mutantur, ita varia iis somniorum visa objiciuntur. » Sed dubia res est. Nam Aristotele certe judice latius patuit præceptum Empedocleum qui Metaph. l. l. cum his contulit versus Parmenideos : ὡς γὰρ ἕκαστος ἔχει κτλ. Vid. nos ad Parm. vss. 146-149.

Vss. 378-382. Tres versus inde a γαίῃ usque ad λυγρῷ citant Aristoteles de An. I, 2 pag. 404 b ed. Bekker. : Ὅσοι μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι τὸ ἔμψυχον ἀπέβλεψαν, οὗτοι τὸ κινητικώτατον ὑπέλαβον τὴν ψυχήν· ὅσοι δ' ἐπὶ τὸ γινώσκειν καὶ αἰσθάνεσθαι τῶν ὄντων, οὗτοι δὲ λέγουσι τὴν ψυχὴν τὰς ἀρχάς, οἱ μὲν πλείους ποιοῦντες, οἱ δὲ μίαν ταύτην, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς μὲν ἐκ τῶν στοιχείων πάντων, εἶναι δὲ καὶ ἕκαστον ψυχὴν τούτων, λέγων οὕτω· γαίῃ κτλ. et Metaph. II, 4 pag. 1000 ed. Bekk. : ἡ δὲ γνῶσις τοῦ ὁμοίου τῷ ὁμοίῳ· γαίῃ κτλ.; item Sextus Empiricus adv. Math. I, 303; VII, 92, 121 : Ἔοικε καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐξ οὐσῶν τῶν τὰ πάντα συνεσταχυιῶν ἀρχῶν λέγειν ἰσάριθμα ταύταις ὑπάρχειν τὰ κριτήρια, δι' ὧν γέγραφε· γαίῃ κτλ. ἐμφαίνων ὡς γῆν μὲν καταλαμβανόμεθα μετουσίᾳ γῆς, ὕδωρ δὲ κατὰ μετοχὴν ὕδατος, ἀέρα δὲ μετουσίᾳ τοῦ ἀέρος, καὶ ἐπὶ πυρὸς τὸ ἀνάλογον. Philoponus in Aristot. de Gener. et Corr. II, 6, f. 59 b; Hippolytus αἱρέσ. ἔλεγχ. p. 165. Vs. 378 γαίῃ κτλ. affert Galenus de Hippocr. et Plat. plac. VII, 5 T. V p. 218 Chart. Philoponus in Aristot. de Anim. I, lit. E, p. 4 et sæpius in eodem commentario; ibidem lit. F, p. 3 laudat vss. 378 et 380 conjunctim omisso versu 379. Idem facit Proclus Comm. in Plat. Tim. III p. 232, C (pag. 561 ed. Schneid.). Latine hos versus Chalcidius in Tim. pag. 131 sic reddidit :

Terram terreno comprendimus, æthera flammis,
Humorem liquido, nostro spirabile flatu,
Pacem tranquillo, Litem quoque litigioso.

Initium inde a γαίῃ usque ad ἀΐδηλον exstat etiam in Stobæi Flor. Append. ed. Gaisf. pag. 73. Versus hi ad animi cognitionem spectant. Cognoscimus res propterea quod animi sensuumque natura cum externarum rerum natura congruit et cognata est. Hinc illud γιγνώσκεσθαι τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον. Quamobrem ὀπώπαμεν non solum de visu, sed de omni cognoscendi facultate intelligendum, ut efficitur e versu 382 : καὶ τούτοις φρονέουσι. Idem est verborum ἀθρεῖν vs. 53 et δέρκεσθαι vs. 82 usus, quæ de mente usurpantur. Quum igitur mens nostra elementa et quæ ex his coaluerunt cernat, ipsa quoque easdem has naturas complectitur, terram, aquam, aerem, ignem, non quidem crassam illam materiem, sed subtiliorem quamdam, divinæ elementorum naturæ cognatam. Placitum hoc quo simile simili cognosci statuitur, illustrat Aristoteles de Anim. l. l. : Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ· γιγνώσκεσθαι γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, τὰ δὲ πράγματα ἐκ τῶν ἀρχῶν εἶναι. Vid. Plat. Tim. p. 35. In eamdem sententiam Plotinus de Pulchrit. p. 57, G : Τὸ γὰρ ὁρῶν πρὸς τὸ ὁρώμενον συγγενὲς καὶ ὅμοιον ποιησάμενον, δεῖ ἐπιβάλλειν τῇ θέᾳ. οὐ γὰρ ἂν πώποτε εἶδεν ὀφθαλμὸς ἥλιον, ἡλιοειδὴς μὴ γεγενημένος, οὐδὲ τὸ καλὸν ἂν ἴδοι ψυχή, μὴ καλὴ γενομένη. Cf. Proclus in Tim. p. 232 (p. 561 ed. Schneid.); id. in Parmen. T. V, p. 182, 248; Theol. Plat. I, 3. — αἰθέρα h. l. aerem dicit ut vs. 79. Apud Sextum semel (adv. Math. I, 303) ἠέρι δ' ἠέρα δῖον quod pro interpretamento habemus. δῖον Aristot. Metaph. ed. Bekk. sed de Anim. δῖαν, licet ibi membranarum scriptura variet; δῖαν exhibet etiam Philoponus. Utrumque satis frequens est. Pro στοργῇ δὲ στοργὴν in quibusdam libris invenitur στοργὴν δὲ στοργῇ, denique pro νεῖκος δέ τε inepte νεῖκος δέ γε.

Vss. 381-382. ἐκ τούτων γὰρ κτλ.] citat Theophrastus de Sensu cap. 10 p. 651 ed. Schneid. : Διαριθμησάμενος γὰρ ὡς ἕκαστον ἑκάστῳ γνωρίζομεν, ἐπὶ τέλει προσέθηκεν ὡς ἐκ τούτων πάντα πεπήγασιν ἁρμοσθέντα· καὶ τούτοις φρονέουσι καὶ ἥδονται καὶ ἀνιῶνται. διὸ καὶ αἵματι μάλιστα φρονεῖν· ἐν τούτῳ γὰρ μάλιστα κεκρᾶσθαι [ἐστὶ] τὰ στοιχεῖα τῶν μερῶν. Pro ἥδονται καὶ Karstenius recte posuit ἥδοντ' ἠδ' quum doricæ formæ hîc nihil loci sit, καὶ autem ferri nequeat. Præterea ἐστι quod post κεκρᾶσθαι abundat uncis inclusi.

Vss. 383-386. Hippolytus (Origenes) αἱρέσ. ἔλεγχ. p. 254 : Μέσον δὲ εἶναι τῶν διαφόρων ἀρχῶν δίκαιον λόγον, καθ' ὃν συγκρίνεται τὰ διῃρημένα ὑπὸ τοῦ νείκους καὶ προσαρμόζεται κατὰ τὴν φιλίαν τῷ ἑνί. τοῦτον δὲ αὐτὸν τὸν δίκαιον λόγον τὸν τῇ φιλίᾳ συναγωνιζόμενον Μοῦσαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς προσαγορεύων καὶ αὐτὸς αὐτῷ (leg. cum Steinio αὐτὴν αὐτῷ) συναγωνίζεσθαι παρακαλεῖ, λέγων ὧδέ πως. Vs. 383 codicis scripturam εἰκάραι φημερίων correxit Millerus qui et ἕνεκεν mutatum volebat in ἔμελεν. Præterea pro τινος quod est in codice Schneidewinus scripsit τί σοι. Vs. 384 ἡμετέρης posuit idem vir doctus pro exemplaris manu exarati lectione ἡμετέρας, simulque ἔμελεν metri redintegrandi gratia addidit. Sequitur in codice μελέτας cujus loco ego πρώην versui intuli. Vs. 385 εὐχομένῳ reposuit Schneidewinus, ubi codex inepte εὐχομένων. Vs. 386 μακάρων Milleri correctio est; cod. μακαρίων. Pro ἀγαθὸν λόγον, i. e. bona verba sive boni ominis verba, Schneidewinus malebat καθαρὸν λόγον quo minime opus est.

Vss. 387-388. ὄλβιος—μέμηλεν] servavit Clemens Alex. Strom. VI p. 615 A. Jam a rebus humanis transitus fit ad divinas, quas tertio libro ab Empedocle tractatas esse conjicimus e verss. 392 seqq. Πραπίδων πλοῦτον dixit etiam vs. 429. Ita vero θείας πραπίδας memorat poeta, ut mentem non tam per se divinam quam divinarum rerum cognitione repletam intelligat. Opponitur enim eorum hominum socordia quibus obscura de diis opinio, poetarum potissimum commentis innixa, *cordi est.*

Vss. 389-396. conjunxi cum Bergkio et Steinio. Vss. 389-391 Clemens Alex. Strom. V p. 587 B (p. 644): τὸ γάρ τοι θεῖον ὁ Ἀκραγαντῖνός φησι ποιητής, οὐκ ἔστιν κτλ. Theodoret. Therap. I p. 476 D, exigua lectionis varietate. Nam apud Clementem est οὐκ ἔστιν πελάσασθαι ἐν ὀφθ. apud Theodoretum οὐκ ἔστι πελάσασθ'. οὐδ' ὀφθ. — Vs. 390, ᾗπερ γε jam a Sturzio propositum recepi cum Karstenio pro vulgato ᾗπερ τε. Empedoclis locum in dispari argumento imitatus est Lucretius V, 101 sqq :

> Ut fit, ubi insolitam rem apportes auribus ante,
> nec tamen hanc possis oculorum subdere visu,
> nec jacere indu manus, via quâ munita fidei
> proxuma fert humanum in pectus templaque mentis.

Respondet autem *oculorum subdere visu* Empedocleo ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτόν, *jacere indu manus* χερσὶ λαβεῖν, *via munita fidei* etc. πειθοῦς ἀμαξιτὸς κτλ. Neque vero probamus Karstenii conjecturas qui pro ᾗπερ e Lucretio corrigendum censet ᾗπερ *qua* et pro μεγίστη, ἀγχίστη *proxima.*

Vss. 392-396. οὔτε γὰρ ἀνδρ.—θοῇσιν] Ammonius in Aristot. de interpretatione f. 199, b. ed. Venet. 1545: Ὁ Ἀκραγαντῖνος σοφὸς ἐπιῤῥαπίζων τοὺς περὶ θεῶν ὡς ἀνθρωποειδῶν ὄντων παρὰ τοῖς ποιηταῖς λεγομένους μύθους, ἐπήγαγε προηγουμένως μὲν περὶ Ἀπόλλωνος, περὶ οὗ ἦν αὐτῷ προσεχῶς ὁ λόγος, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τοῦ θείου παντὸς ἁπλῶς ἀποφαινόμενος· οὔτε κτλ. Tzetzes Chil. XIII, 79: Ἐμπεδοκλῆς τί ὁ θεὸς τάδε κατ' ἔπος λέγει. — Vs. 392 οὔτε γὰρ ἀνδρομέῃ κεφαλῇ Ammonius, quod Sturzius et Karstenius mutarunt in οὔτε γὰρ ἀνδρομέῃ κεφαλῇ; sed Tzetzes: οὐ μὲν γὰρ βροτέῃ κεφαλῇ, quem secuti sunt Bergkius et Steinius. — Vss. 393 et 394. Hippolytus αἱρέσ. ἔλεγχ. p. 248: περὶ μὲν τῆς τοῦ κόσμου ἰδέας ὁποία τίς ἐστιν ὑπὸ τῆς φιλίας κοσμουμένη, λέγει τοιοῦτόν τινα τρόπον, subjunctis his versus reliquiis: ἀλλὰ σφαῖρος ἔην καὶ ἴσός ἐστιν αὐτῷ, unde Schneidewinus suspicatus est versus 393 et 394 bis ab Empedocle scriptos, altero autem loco hanc iis clausulam adjectam fuisse:

> ἀλλὰ σφαῖρος ἔεις καὶ πάντοθεν ἶσος ἑαυτῷ.

Sic enim ipse versum corrigendum esse statuit. Ego hujusmodi versiculum a poeta profectum quidem non nego, sed perperam ab Hippolyto superioribus annexum existimo. — Vs. 393 οὐ μὲν ἀπαὶ Tzetzes; οὐ γὰρ ἀπὸ Hippolytus; οὔτ' ἀπό οἱ posuit Karstenius. Deinde νώτων γε Ammonius et Tzetzes; recte Hippolytus νώτοιο, quod primus probavit Schneidewinus. Sequitur δύο apud Tzetzam, cujus loco Ammonius δύω habet, receptum a Karstenio. κλάδοι intell. brachia. Cf. ad vs. 370. ἀΐσσονται Hippolytus, ἀΐσσουσιν Ammon. et Tzetzes. Vs. 394 γοῦνα καὶ Tzetzes, quod Stephanus et Scaliger in γοῦν', οὐ converterunt, γούνατ' οὐ Hippolytus. μήδεα λαχνήεντα Tzetzes; μήδεα γενήεντα Hippolytus.

Vss. 395 et 396 egregiam de Deo sententiam continent e tertio Physicorum libro sumtam teste Tzetze Chiliad. VII, 522 seq.: Ἐμπεδοκλῆς τῷ τρίτῳ τε τῶν φυσικῶν δεικνύων τίς ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ κατ' ἔπος οὕτω λέγων· ἀλλὰ φρὴν κτλ. Idem de eadem re agens ap. Matrang. Anecd. Tom. I pag. 230 Empedoclem, Platonem et Anaxagoram hoc modo jungit:

> Ἐμπεδοκλῆς γὰρ Πλάτων τε καὶ ὁ Ἀναξαγόρας,
> ἄλλοι τε πόσοι τῶν ἐκτός, νοῦν τὸν θεὸν καλοῦσιν.

Vss. 397–408. ὦ φίλοι—εὐηχέα βάξιν] exstant apud Diogenem Laertium VIII, 62 his paulo post subjunctis: αὐτοὺς δὲ τούτους τοὺς καθαρμοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ διαῤῥαψῳδῆσαι λέγεται Κλεομένην τὸν ῥαψῳδόν, item in Anthol. gr. Bosch. lib. I tit. 86 T. I p. 338 exceptis vss. 399 et 407. Adde Anthol. gr. Jacobs. IX, 569.

Vss. 397 sq. ὦ φίλοι—πόλευς, præterea vs. 400 χαίρετ'—πωλεῦμαι memorantur a Laertio VIII, 54 et 66, e cujus verbis discimus hos versus initium lustralium carminum fuisse. Ait enim ὅτι δ' ἦν Ἀκραγαντῖνος ἐκ Σικελίας, αὐτὸς ἐναρχόμενος τῶν Καθαρμῶν φησι. Vs. 400 afferunt etiam Philostratus Vit. Apoll. I, 1; Lucianus Pro lapsu inter salut. T. I p. 726 ed. Hemst; Cedrenus Chron. T. I p. 157; Sextus Empiricus adv. Math. I, 302 usque ad τετιμένος. Vs. 399 ξείνων κτλ. insertus est e Diodoro Siculo qui lib. XIII, 83 hæc de Agrigentinis memoriæ prodit: Ὁ δὲ τῶν Ἀκραγαντίνων σχεδὸν πλουσιώτατος ἦν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Γελλίας, ὃς κατὰ τὴν οἰκίαν ξενῶνας ἔχων πλείους πρὸς ταῖς πύλαις ἔταττεν οἰκέτας, οἷς παρηγγελμένον ἦν ἅπαντας τοὺς ξένους καλεῖν ἐπὶ ξενίᾳ. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἀκραγαντίνων ἐποίουν τὸ παραπλήσιον, ἀρχαϊκῶς καὶ φιλανθρώπως ὁμιλοῦντες· διόπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ αὐτῶν « ξείνων αἰδοῖοι λιμένες, κακότητος ἄπειροι. » Hoc testimonio simul refutatur Bergkii conjectura ξείνων αἰδοίων λιμένες. Non

enim qui hospitio excipiuntur, sed qui excipiunt laudandi erant. Quod vero Agrigentini vocantur ξείνων λιμένες, *hospitum portus et perfugia*, id Græcorum loquendi consuetudini convenienter fit. Simili metaphora Euripides Med. vs. 766 seq. dixit : οὗτος γὰρ ἀνὴρ — λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. Vs. 407 effecit Bergkius e verbis Clementis Strom. VI p. 754 : παρακολουθεῖν τε αὐτῷ ἔλεγεν τοὺς μὲν μαντοσυνῶν κεχρημένους, τοὺς δ' ἐπὶ νοῦσον σιδηρὸν δὴ χαλεποῖσι πεπαρμένους. Vix dubium est quin Empedocles tale quid hic posuerit. Sed quum versiculo qualem Bergkius fecit turbetur constructio aut saltem epitheton παντοίων importune divellatur a νούσων, inventum istud uncis includendum putavi.

Vs. 397 sq. οἳ μέγα ἄστυ—ἄκρα πόλευς κτλ.] Cod. Vind. mendose ἢ μέγα. Verba sic cohærent : οἳ κατανχίετε ἄστυ ξανθοῦ Ἀκράγαντος. Ipsa urbs et flumen eam alluens eodem nomine vocabatur. Huc spectat Stephani Byzantii observatio : Ἀκράγαντες πόλεις πέντε. Σικελίας, ἀπὸ ποταμοῦ παραῤῥέοντος. φησὶ γὰρ Δοῦρις ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται κτλ. Πολύβιος δὲ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς χώρας ὠνομάσθαι Ἀκράγης διὰ τὸ εὔγεων. Empedocles hic Ἀκράγαντος vocabulo memorato flumen intelligit, cujus etiam Pindarus Olymp. II, 10 sacrum domicilium urbem esse vult, Agrigentum ἱερὸν οἴκημα ποταμοῦ nominans. Adjicit Laertius VIII, 63, μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν φησι Ποταμίλλα, ἐπεὶ μυριάδες αὐτὸν κατῴκουν. Fluvius autem ille, teste Æliano Var. Hist. II, 33, sacer erat Agrigentinis et formosi juvenis specie (παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντες) colebatur. Hinc fortasse ξανθὸς cognominatus est, nisi forte epitheton istud ad aquarum colorem pertinet. Sic enim latine *flavus Tiberis* dicitur apud Horatium Od. I, 2, 13. Minime igitur necessaria est Bergkii correctio ζαθέου Ἀκράγαντος.—ἀν' ἄκρα πόλευς edidi cum Stephano, Karstenio et aliis, quum Æolica forma πόλευς (cf. Ahrens de dial. Æol. p. 103, Maittaire de Dial. p. 248 seq. ed. Sturz.) qua utitur etiam Theognis vs. 776 in Bergkii Poet. Lyr. pag. 425, Empedocli abjudicari nequeat. Variant libri scripti et editi : ναίετ' ἀν ἄκρα πόλεως, ἄκρην πόλεως, ἄκρων πόλεως, πόλευς, πόληος, πόλιος. Cæterum ἀν' ἄκρα πόλευς idem valet quod ἐν πόλει ἄκρῃ apud Homerum Iliad. 6, 317, *in summa urbis parte* i. e. *in arce*, ubi principes et reges habitare solebant.

Vs. 400. χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὕμμιν κτλ.] ὔμμιν e Philostrato et Suida correxit Menagius, quum Laertii codices præbeant ὑμῖν. Mendose Cedrenus ἐγὼ δδ' εἰμὶ θεὸς κτλ.—θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς hic dicitur ut in carminis aurei clausula : ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς, ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός. Quippe Empedocles jam vivus honore mortuis debito decoratus sibi videtur.

Vs. 402. στέφεσίν τε θαλείοις exstat in Codice Regio, item in Anthologia, ubi Scholiastes : γράφεται καὶ θαλείαις καὶ θαλήαις, sed vulgo apud Laertium θαλείης quod Menagius et Sturzius probarunt. Cæteri eam quam nos secuti sumus scripturam prætulerunt.

V. 403 sq. τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι κτλ.] Verborum ordo est : τοῖσιν εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλ., σεβίζομαι ἅμα ἀνδρ., ita ut τοῖσιν dativus commodi sit ad prægressum πᾶσι pertinens, ἅμα autem e posteriore in priorem sententiæ partem translatum esse statuatur ut ap. Herodotum IV, 160 : κτίζοντες δ' ἅμα αὐτὴν ἀπιστᾶσι ἀπὸ τῶν Κυρηναίων τοὺς Λίβυας pro κτίζοντες δ' αὐτὴν ἅμα ἀπιστᾶσι κτλ. Sed alii quoque scriptores ejusmodi hyperbata amant.

Vs. 406. οἱ μὲν μαντοσυνέων κτλ.] Laertius et Anthologia οἱ δέ τι νούσων, quod Sturzius emendavit scribendo οἱ δ' ἐπὶ νούσων; Bergkius conjecit vel ἐπὶ νούσῳ vel δέ τε νούσων.

Vs. 408. παντοίων ἐπύθοντο κτλ.] εὐηκέα βάξιν libri manu exarati (cf. Lobeck. ad Soph. Ajac. v. 286); εὐηχέα βάξιν e conjectura Scaligeri in codice Lugdunobatavo et Rittershusii in Porphyrii vit. Pyth. p. 37 edidit Karstenius.

Vss. 409-410 quos superioribus adjunxi laudat Sextus Empiricus adv. Math. I, 302 post præcedentes. Referuntur sine dubio ad idem argumentum, quum his quoque versibus poeta suam excellentiam et quasi divinitatem laudibus extollat. Nam τοῖσδε videtur spectare ad ea quibus modo gloriatus est. Cæterum πρήσσων cum Karstenio edidi pro πράσσων.

Vss. 411-413. ὦ φίλοι—ὁρμή] Clemens Alexandrinus Strom. V p. 549 B (p. 648). Sturzius hos versus ad Physica rettulit. In primo versu jam Hœschelius ὅτ' ἀληθείη correxit; vulgo vitiose ἔκ τ' ἀληθείη; ed. Colon. ἔτ' ἀληθείη. In secundo Stephanus item mendose ἐγώγ' ἐξερέω pro ἐγὼ ἐξ. Postrema sic jungenda : ὁρμὴ δὲ πίστιος ἐπὶ φρένα μάλα ἀργαλέη γε καὶ δύσζηλος τέτυκται ἀνδράσι, hoc sensu : « Mihi persuasum est vera esse quæ dicturus sum, sed ægre homines fidem adjungunt dictis quæ supra captum suum esse arbitrantur. » Locutio πίστιος ὁρμὴ ἐπὶ φρένα similis est ei quæ legitur vs. 391 πειθοῦς ἀμαξιτὸς εἰς φρένα πίπτει.

Vs. 414 Stobæus Ecl. phys. I, p. 1050 (tom. I, p. 462 ed. Gaisf.) e Porphyrio hæc affert verba quibus versiculi sensus abunde ostenditur : Αὐτῆς

γὰρ τῆς μετακοσμήσεως εἱμαρμένη καὶ φύσις ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους δαίμων ἀνηγόρευται· « σαρκῶν ἀλλογνῶτι περιστέλλουσα χιτῶνι » καὶ μεταμπίσχουσα τὰς ψυχάς. Neque obscurum est quod de eo tradit Plutarchus de Esu carn. II p. 998 (vol. X, p. 154 ed. Reisk.). Hic enim, licet omisso poetæ nomine, ait: ἀλλάσσει δὴ ἡ φύσις ἅπαντα καὶ μετοικίζει, « σαρκῶν ἀλλογνῶτι » κτλ. Plutarchi lectio ἀλλογνῶτι satisfacit eaque restituenda Stobæo apud quem vulgo ἀλλόγνωτι habetur, quamvis membranæ etiam corruptum vocabulum ἀλλοιχῶτι et ἀλλογλῶτι exhibeant. Hinc conjecerunt quidem Heerenius ἀλλοιοχρῶτι, Wakefieldius in Lucretii lib. III, 613 et IV, 56 ἀλλοχρῶτι, Karstenius ἀλλοιόχρωτι vel αἰολόχρωτι quibus adde Lobeckium ad Phryn. p. 607 et Paralip. p. 260 varia proponentem, sed mihi Plutarchi scriptura quam codicum consensus et sententiæ perspicuitas commendant servanda videtur. Nimirum Plutarcho et Porphyrio testibus Empedocles dixit naturam et fatalem necessitatem omnia mutare et transferre alieno carnis velantem amictu. Intelligendum hoc tam de hominum quam bestiarum animis prout ratio fert alia atque alia corpora ingredientibus. Qua in re nemo mirabitur vestis similitudinem Empedoclis fortasse exemplo a Lucretio quoque lib. III, 611 seqq. ad humanum corpus translatam:

..... Quod si immortalis nostra foret mens,
non tam se moriens dissolvi conquereretur,
sed magis ire foras vestemque relinquere ut anguis

gauderet.—Cæterum ἀλλογνώς sic comparatur cum ἀλλόγνωτος apud Homerum Odyss. lib. II, vs. 366, ut ἀγνώς cum ἄγνωτος apud Sophoclem Œd. R. 58 pro vulgari ἄγνωστος.

Vs. 415. Verba hæc servavit Plutarchus Sympos. p. 683. Vid. ad vs. 306.

Vs. 416. ἐκ μὲν γὰρ κτλ.] Clemens Alexandrinus Strom. III, p. 432, B. In verbis ἐτίθει νεκρά deest ὁ δαίμων vel potius πότμος. Pro εἴδε' ἀμείβων Buttmannus notante Sturzio non magis recte conjecit κήδε' ἀμείβων quam nuper Steinius juncto præcedenti vocabulo νεκροειδέ' ἀμείβων. Viva enim respondent mortuis, non item iis quæ mortuorum similitudinem gerunt. Sententia igitur requirit νεκρὰ εἴδε' ἀμείβων: « e vivis mortua faciebat, species commutans. » Accedit quod hiatus ante εἴδεα non offendit, quia hæc vox olim a digammo incipiebat. Apud Stephanum in Poesi phil. p. 29 perperam editum est ἦδε ἀμείβων. Sed Scaliger in annotationibus p. 216: lege, inquit, εἴδε'. Intelligit enim τὴν γένεσιν ἐκ τῆς ἀλλοιώσεως, non ἐκ τῆς μεταβολῆς fieri, quum dicit formam tantum mutari. Referenda autem cum Karstenio poetæ verba ad animarum lapsum ex immortali conditione in mortalem, ut vs. 202 αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι. Sunt igitur νεκρὰ Empedocli homines vivi, mortales, quo sensu Euripides apud Stobæum CXX, 18, quærit: τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν, τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; In eamdem sententiam Heraclitus apud Hieroclem pag. 142 ed. nostr.: ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον. Addit Hierocles: κάτεισι γὰρ καὶ ἀποπίπτει τῆς εὐδαίμονος χώρας ὁ ἄνθρωπος, ὥς Ἐμπεδοκλῆς φησιν— φυγὰς θεόθεν κτλ. Quid autem sibi velit illud εἴδε' ἀμείβων declara tidem Hierocles p. 143: Ἡ δὲ ἔφεσις τοῦ φεύγοντος τὸν τῆς Ἄτης λειμῶνα πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας ἐπείγεται λειμῶνα· ὃν ἀπολιπών, τῇ ὁρμῇ τῆς πτερορρυήσεως εἰς γήινον ἔρχεται σῶμα ὀλβίου — αἰῶνος ἀμερθείς. Ergo alatus olim genius alis amissis in mortale corpus transit. Hoc vero fati necessitate fieri, initio carminis Empedocles cecinit. Quæ quum ita sint, πότμος subaudiendum esse dixi.

Vss. 417-426. οὐδέ τις ἦν —ἠέα γυῖα] Hos versus laudat Porphyrius de Abstin. II, 21 et 27, priore loco usque ad vs. 424 ταύρων—βωμός, posteriore inde ab hoc versu usque ad ἠέα γυῖα additis verbis: Ἐμπεδοκλῆς ὃς περί τε τῶν θυμάτων καὶ περὶ τῆς θεογονίας διεξιὼν παρεμφαίνει λέγων.

Vss. 417-423 οὐδέ τις—οὖδας exstant apud Athenæum lib. XII principio p. 510 D. Primos tres versus affert etiam Eustathius ad Iliad. XXII, p. 1261, 44; postremos tres e Porphyrio Eusebius Præp. Ev. IV p. 152 C, item Cyrillus c. Julian. IX p. 307.

Vss. 417-419. οὐδέ τις ἦν κτλ.] Porphyrius in secundo versu habet: οὐδ' ὁ Κρόνος οὐδ' ὁ Ποσειδῶν, rectius Athenæus omisso articulo οὐδὲ Κρ. οὐδὲ Π. Apud Eustathium desiderantur verba οὐδὲ Κρόνος. Haud scio an Empedocles imitatus sit effatum illud Homeri Il. 18, 535: ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ὁμίλεον, ἐν δ' ὀλοὴ Κῆρ. Aratus certe in aureæ ætatis descriptione Phænom. vs. 108-109 Empedocleum locum intuitus est ita canens:

Οὔπω λευγαλέου τότε Νείκεος ἠπίσταντο,
οὐδὲ Διακρίσιος πολυμεμφέος, οὐδὲ Κυδοιμοῦ.

Unde facile conjicias, quod interpretes dudum observarunt, Empedoclem his verbis antiquissimorum hominum vitam adumbrare voluisse. Si fides Natali Comiti tertium versum sic vertenti: « *sola fuit regina Venus Cytherea virorum,* » suspicari licet, eum in suo Athenæi codice scriptum offendisse: ἀλλὰ Κύπρις βασίλεια γυναικῶν ἦν τε καὶ ἀνδρῶν, vel simile quid in membranis deprehendisse.

Vs. 420 sq. τὴν οἵγ' εὐσεβέεσσιν κτλ.] De incruentis priscorum hominum sacrificiis quæ Orpheo etiam placuerunt hæc traduntur a Platone de Legg. VI, 22, p. 782 C : Οὐδὲ βοὸς ἐτολμῶμεν γεύεσθαι θύματά τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖς ζῷα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα, σαρκῶν δ' ἀπείχοντο ὡς οὐχ ὅσιον ὂν ἐσθίειν οὐδὲ τοὺς τῶν θεῶν βωμοὺς αἵματι μιαίνειν, ἀλλὰ Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι ἐγίγνοντο ἡμῶν τοῖς τότε, ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ τοὐναντίον πάντων ἀπεχόμενοι. Ad quem locum pauca notavit Astius. Apposite ad hanc rem Plutarchus de Esu carn. II, vol. X p. 152 ed. Reisk. : τὰ δὲ Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους δόγματα νόμοι τῶν παλαιῶν ἦσαν Ἑλλήνων. Quod reliquum est, Dindorfius in Athenæi contextu vulgavit γραπτοῖς δέ; apud Porphyrium legitur δαιδαλεόσμοις, apud Athenæum δαιδαλεόδμοις. Cf. Herm. Opusc. V, 210.

Vs. 422 sq. σμύρνης τ' ἀκρήτου—ξουθῶν τε κτλ.] Athenæus ἀκρήτου, Porphyrius ἀκράτου. Idem ξουθῶν μελιτῶν, quum Athenæus ξανθῶν μελίτων præbeat. Ex utroque igitur fonte petitum est quod carmini intuli ξουθῶν μελίτων. Præterea pro vulgari vocabulo ῥίπτοντες quod in Athenæi libris invenitur Porphyrius exhibet ῥιπτοῦντες.

Vs. 424. ταύρων δ' ἀκρήτοισι φόνοις] Eusebius ἀκράτοισι, Porphyrius et Cyrillus ἀκρίτοισι, unde Scaliger primus effecit ἀκρήτοισι. Sententia similis est ei quæ legitur apud Sextum Empiricum IX, 128 : (Pythagorei) ἀσεβεῖν ἔφασκον τοὺς ἀνθρώπους

Βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρων θερμοῖσι φόνοισι.

Vs. 425 seq. ἀλλὰ μύσος—ἠέα γυῖα]. Pro ἔσκεν Cyrillus ἔσχον.—ἀποῤῥαίσαντες ἐέδμεναι Eusebius quem sequuntur Stephanus et Scaliger; male Porphyrii codices ἀποῤῥέξαντας ἐέλμεναι. Denique libri manu exarati habent ἠΐα γυῖα, quam scripturam Reiskius mutari volebat in ἤπια γυῖα. Præstat tamen Ruhnkenii et Vigeri inventum ἠέα γυῖα. Hesychius : ἠέα, ἀγαθά.

Vss. 427-432. ἦν δέ τις—αἰώνεσσιν] citat Porphyrius vit. Pythag. 30 : Αὐτὸς (ὁ Πυθαγόρας) τῆς τοῦ παντὸς ἁρμονίας ἠκροᾶτο, συνεὶς τῆς καθολικῆς τῶν σφαιρῶν καὶ τῶν κατὰ ταύτας κινουμένων ἀστέρων ἁρμονίας.... τούτοις καὶ Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων περὶ αὐτοῦ· ἦν δέ τις κτλ. Item Iamblichus Vit. Pythag. 67 : Τοῦτο φαίνεται καὶ Ἐμπεδοκλῆς περὶ αὐτοῦ αἰνίττεσθαι, καὶ τῆς ἐξαιρέτου καὶ θεοδωρήτου ὑπὲρ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως, ἐν οἷς φησιν· ἦν δέ τις κτλ. Versus 427 et 428 habet etiam Diogenes Laertius VIII, 54. Omnes Pythagoræ laudem iis celebrari aiunt, nisi quod Diogene teste nonnulli Parmenidis virtutem hac verborum magnificentia exaggeratam esse putarunt. Cæterum Porphyrius et Iamblichus sensum illorum versuum exponentes hæc adjiciunt : Τὸ γὰρ περιώσια καὶ τῶν ὄντων λεύσσεσκεν ἕκαστα καὶ πραπίδων πλοῦτον καὶ τὰ ἐοικότα, ἐμφαντικὰ μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστέρας παρὰ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως ἔν τε τῷ ὁρᾷν καὶ τῷ ἀκούειν καὶ τῷ νοεῖν τοῦ Πυθαγόρου. Quod reliquum est, πραπίδων πλοῦτον legitur etiam supra vs. 387. Sequentia sic cohærent : τὰ μάλιστα ἐπιήρανος παντοίων σοφῶν ἔργων, ut σοφὰ ἔργα sint doctrinæ studia. Similiter Ion apud Athenæum lib. X, p. 447 F. καλῶν ἐπιήρανε ἔργων. Scripsi autem cum Bergkio Comment. de Emp. procem. p. 22 τὰ μάλιστα quum vulgo τε μάλιστα legeretur quod adeo displicebat viris doctis ut Karstenius πάντων τ' ἦν μάλιστα reponi vellet, nisi metrum obstaret, Steinius verss. 428 et 429 transponeret. Commendatur vero τὰ μάλιστα pro simplici μάλιστα, ne de prosæ scriptoribus dicam, simul Æschyli auctoritate Sept. adv. Theb. vs. 1070. Præterea Porphyrius exhibet πάσῃσι, Iamblichus πάσαισι.

Vss. 433-434. ἦσαν γὰρ—δεδήει] laudat Scholiastes Nicandri ad Ther. vs. 452 pag. 186 ed. Didot. : τὰ κτίλα ἐπὶ τῶν ἡμέρων καὶ τιθασσῶν τίθεται..... Ἐμπεδοκλῆς ἐπὶ τῶν ἡμέρων καὶ πραέων·

ἦσαν γὰρ κτίλα πάντα καὶ ἀνθρώποισι προσηνῆ
θῆρές τ' ἄνθρωποί τε φιλοφροσύνη τε δεδήει.

Sed hîc vulgo legitur ἠδ' ἦσαν κτίλα πάντα καὶ ἀνθρώποις προσηνῆ φῆρές τ'. In altero versu Sturzius pro ἄνθρωποι recte substituit οἰωνοί. Idem male φιλοφροσύνη in φιλοφροσύνῃ convertit. Hæc quoque cum sequentibus ad auream ætatem cui ver æternum et animantium omnium mutuum inter se amorem tribuit Empedocles pertinere in promptu est.

Vss. 435-436. δένδρεα—ἐνιαυτόν] Theophrastus de Caus. plant. I, 13 (14) : Εἰ δὲ καὶ συνεχῶς ὁ ἀὴρ ἀκολουθοίη τούτοις (τοῖς δένδροις), ἴσως οὐδὲ τὰ παρὰ τῶν ποιητῶν λεγόμενα δόξειεν ἂν ἀλόγως ἔχειν, οὐδὲ ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἀείφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπά φησι θάλλειν καρπῶν ἀφθονίῃσι κατ' ἠέρα πάντ' ἐνιαυτόν, ὑποτιθέμενός τινα τοῦ ἀέρος κρᾶσιν τὴν ἠρινὴν κοινήν, unde Hermannus apud Sturzium p. 624 hunc versum concinnavit : δένδρεα δ' αἰείφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα τέθηλε. Verum e Plutarchi loco Sympos. III, 2 pag. 649 : τὸ δ' ἀειθαλὲς τοῦτο καί, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, ἐμπεδόφυλλον, οὐκ ἔστι θερμότητος, conjicias Empedoclem scripsisse : δένδρεα δ' ἐμπεδόφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα τεθήλει, in quo ultimam vocem τεθήλει cum Steinio esse volui, ratus hos versus a poeta iis quos e Nicandri enarratore protuli esse subjunctos. Sturzius minus eleganter scripsit : θάλλει δένδρεα ἐμπεδόφυλλα καὶ

ἐμπεδόκαρπα καρπῶν ἀφθονίῃσι κατ' ἠέρα πάντ' ἐνιαυτόν. In altero versu pro καρπῶν Karstenius malebat μήλων, Scaliger autem pro inepto κατ' ἠέρα versui intulit κατήρεα qua emendatione nihil felicius. Sic et Nicander Ther. vs. 69 λασίοισιν ἀεὶ φύλλοισι κατήρης. Itaque non egemus Lobeckii conjectura Pathol. p. 209 proposita κατήορα i. e. ὧν καταχρεμάννυνται καρποί.

Vss. 437-439. Aristoteles Rhet. I, 13 : Ἔστι γάρ, ὃ μαντεύονταί τι πάντες, φύσει κοινὸν δίκαιον καὶ ἄδικον, κἂν μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ᾖ μηδὲ συνθήκη, οἷον καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη (vs. 456) φαίνεται λέγουσα, ὅτι δίκαιον ἀπειρημένον θάψαι τὸν Πολυνείκη, ὡς φύσει ὂν τοῦτο δίκαιον·

οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
ζῇ τοῦτο, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου 'φάνη.

καὶ ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ τοῦ μὴ κτείνειν τὸ ἔμψυχον· τοῦτο γὰρ οὐ τισὶ μὲν δίκαιον τισὶ δ' οὐ δίκαιον, ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον κτλ. Vs. 437 ex Aristotele sic restituere conatus est Sturzius : οὐ πέλεται τοῖς μὲν δίκαιον τόδε, τοῖς δ' ἀθέμιστον. Rectius Karstenius : οὐ πέλεται τοῖς μὲν θεμιτὸν τόδε κτλ. quem secutus sum. Vs. 439 αὐγῆς dedi quod veteres Aristotelis editiones et nonnulli Bekkeri codices præbent. Ipse Bekkerus vulgavit αὖ γῆς quam lectionem Scaliger etiam in libro Lugdunobatavo annotavit. Est autem αὐγὴ Empedocli cœlum solis luce collustratum. Cf. vs. 123.

Vss. 440-441. Sextus Empiricus adv. math. IX, 127 : Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τῶν Ἰταλῶν πλῆθός φασι μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναί τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζῴων· ἓν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆκον ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα. Διόπερ καὶ κτείνοντες αὐτὰ καὶ ταῖς σαρξὶν αὐτῶν τρεφόμενοι ἀδικήσομέν τε καὶ ἀσεβήσομεν ὡς συγγενεῖς ἀναιροῦντες. Ἔνθεν καὶ παρῄνουν οὗτοι οἱ φιλόσοφοι ἀπέχεσθαι τῶν ἐμψύχων, καὶ ἀσεβεῖν ἔφασκον κτλ. καὶ Ἐμπεδοκλῆς πού φησιν· οὐ παύσασθε κτλ. Pro φόνοιο δυσηχέος noli cum Bergkio δυσηχέος substituere. Cæterum hos versus cum sequentibus latinos fecit Chalcidius in Plat. Tim. p. 286.

Vss. 442-447 superioribus subjungit Sextus Empiricus l. c. Vss. 442-443 μορφὴν—νήπιος habet etiam Plutarchus de superstitione p. 171, vol. VI p. 654 : ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι τῶν τὰ ζῷα θυόντων καθαπτόμενος κτλ.; minus accurate citat Origenes contra Celsum V, 49 p. 615. Initium inde a μορφὴν usque ad νήπιος integrum est neque ulla explicatione eget. Sequentia sic scribuntur apud Sextum : οἱ δὲ πορεῦνται λισσόμενοι θύοντες, ὁ δ' ἀνήκουστος ὁμοκλέων, σφάξας, ἐν μεγάροισι, quæ manifesto corrupta sunt. Hinc alii aliter locum corrigere tentarunt. Scaliger ὃς δὲ πορεῦται, Steinius ὃς δ' ἀπόρουσε vel ἀφορμᾶται, Hermannus οἱ δὲ πονεῦνται, Bergkius οἱ δ' ἐπορεῦνται, deinde λισσόμενον Stephanus edidit, θύοντος pro θύοντες Hermannus proposuit, θύοντ' Karstenius legendum esse suspicatus est, qui simul ὁ δ' ἀνηκούστησεν ὁμοκλέων, σφάξας δ' ἐν vulgavit, in Addendis autem pag. 525 partim Bergkii conjecturam (cf. de Rell. Comœd. Att. p. 281) λισσόμενον θύοντες· ὁ δὲ νήκουστος ὁμοκλέων· σφάξας δ' ἐν probavit, partim novam ipse protulit : οἱ δ' ἐσορεῦνται λ. θ. ὁ δὲ νήκουστος ὁμοκλέων, σφάξας ἐν—ὁμοκλέων. Sed hi emendandi conatus quibus adjicio Lobeckianum (vide Ῥηματ. pag. 201) ὃς δ' ἐπαρᾶται et Steinianum λισσόμενος θύοντος· ὁ δ' ἂρ νήκουστος ὁμοκλέων parum satisfaciunt. Latet in verbis οἱ δὲ πορεῦνται aliquid quod ad filium propter mutatam figuram patri ignotum referatur. Nihil vero aptius visum quam ὃς δ' ἐβόησε. In cæteris Karstenium secutus sum qui etiam vs. 447 codicum mendum ἀποῤῥαίσαντα sustulit, ἀποῤῥαίσαντε ponendo quod solum sententiæ accommodatum est. Vid. quæ de duali numero notavi ad vs. 135. Totum autem fragmentum comparandum est cum iis quæ de Pythagoræ doctrina Ovidius Met. XV, 130 seqq. canit.

Vss. 448-449. Ælianus Hist. Anim. XII, 7 : Λέγει δὲ καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἀρίστην εἶναι μετοίκησιν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὲν εἰς ζῷον ἡ λῆξις αὐτὸν μετάγάγοι, λέοντα γίνεσθαι, εἰ δὲ εἰς φυτόν, δάφνην· ἃ δὲ Ἐμπεδοκλῆς λέγει, ταῦτά ἐστιν κτλ. Adde Schol. in Aphthon. Progymn. cit. Gesnero Orph. fragm. ined. n. 32, p. 511 Herm. Vs. 448 ἐν θήρεσσι scholiastes qui inepte hoc fragmentum Orpheo tribuit, ἐν θηρσὶ δὲ λέοντες Ælianus. Vs. 449 ἐνὶ δένδρεσιν Ælianus; ἐν δένδρεσιν Scholiastes.

Vs. 450. Plutarchus Sympos. II, 1 p. 646, vol. VIII p. 562 ed. Reisk. : καὶ οὐ μόνης, ὡς ἔοικε, κατ' Ἐμπεδοκλέα τῆς δάφνης τῶν φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθαι χρή. Hinc Sturzius Empedoclem scripsisse conjecit : χρὴ τῆς δάφνης τῶν φύλλων ἄπο πάμπαν ἔχεσθαι, Karstenius δάφνης φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθε, Steinius vero δαφναίων φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθε. Mihi magis poeticum videtur : δάφνης γὰρ χλωρῶν φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθε. Cur lauri folia mandi noluerit Empedocles nemo veterum tradidit. Quum autem divinandi vis inesse in ea arbore crederetur, fuerunt qui ejus foliis edendis vaticinandi facultatem augeri statuerent. Vid. Creuzer. Symbol. vol. II p. 162 adn. Sed Empedoclis ratio, ut abstinerent iis homines præcipientis, ad μετεμψυχώσεως doctrinam videtur pertinuisse. Nam hominibus mutata figura in arbores abeuntibus optimum lauri specie indui

testis Ælianus H. A. XII, 7, cujus verba ad vs. 448-449 attuli.

Vs. 451. δειλοί κτλ.] Gellius Noct. Att. IV, 11; Didymus Geopon. II, 35, 8. Gellius ἔχεσθαι quod servavit etiam Martinus Hertzius p. 150; in Mosellani editione legitur ἐλέσθαι. Sed in Geopon. est ἔχεσθε. De re ipsa vide Gellium l. c.

Vss. 452-453. Theon Smyrnæus Arithm. Platon. c. I p. 21 ed. Gelder. posteaquam exposuit quinque initiationis esse partes sive gradus, hujus rei similitudinem ad disciplinam et institutionem transfert his verbis : Κατὰ ταῦτα (leg. ταὐτὰ cum Karst.) δὴ καὶ ἡ τῶν πολιτικῶν λόγων παράδοσις τὸ μὲν πρῶτον ἔχει καθαρμόν τινα, οἷον ἡ ἐν τοῖς προσήκουσι μαθήμασιν ἐκ παίδων συγγυμνασία· ὁ μὲν γὰρ Ἐμπεδοκλῆς « κρηνάων ἀπὸ πέντ' ἀνιμῶντα, φησίν, ἀτειρέϊ χαλκῷ δεῖν ἀποῤῥύπτεσθαι. » ὁ δὲ Πλάτων ἀπὸ πέντε μαθημάτων δεῖν φησι ποιεῖσθαι τὴν κάθαρσιν· ταῦτα δέ ἐστιν ἀριθμητική, γεωμετρία, στερεομετρία, μουσική, ἀστρονομία, i. e. « (ut sacra) sic civilis quoque institutio primum quasi purgationem quamdam habet, quæ sita est in earum quibus pueri communiter exercentur artium disciplina. Quemadmodum enim Empedocles ait, e quinque fontibus haurientem puro ære purgari oportere : sic Plato quinque disciplinis adolescentium animos quasi purgandos esse docet, quæ sunt arithmetice etc. » De versibus pauca monenda. Nam ἀτειρέϊ χαλκῷ pro ἀτηρεῖ vel ἀκηρεῖ jam e Bullialdi emendatione receperunt Sturzius et Karstenius, quorum ille scripsit κρηνάων ἄπο πέντ' ἀνιμῶντα ἀτειρέϊ χαλκῷ, Karstenius ἄπο in ἀπὸ mutavit, addito hemistichio χρὴ ἀπορύπτεσθαι. Contra Steinius posuit ἀποῤῥύπτεσθε κρηνάων ἄπο πέντ' ἀνιμῶντες ἀτειρέϊ χαλκῷ. Hic igitur sustulit hiatum, quem in ἀνιμῶντα a Sturzio relictum Karstenius etiam tolli posse arbitrabatur scribendo ἀνιμῶντ' ἐν ἀτειρέϊ. Mihi probabilius videtur poetam sic conformasse sententiam, ut exararet κρηνάων ἀπὸ πέντ' ἀνιμῶντας ἀτειρέϊ χαλκῷ χρὴ μὲν ἀποῤῥύπτεσθαι. Sed quid posterioris versus principio subjunxerit, non liquet.

Vs. 454. νηστεῦσαι κακ.] Plutarchus de Ira coh. extr. pag. 464, vol. VII p. 818 ed. Reisk. : τὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους καὶ θεῖον ἡγούμην κτλ. Jejunium vulgo in καθαρμοῖς commendatum non tam ad corporis quam ad animi castitatem referendum esse hæc philosophi sententia declarat. Similiter Eurip. Bacch. 73 felicem prædicat eum qui τελετὰς θεῶν

εἰδὼς βιοτὰν ἁγιστεύει
καὶ θιασεύεται ψυχάν.

Vss. 455-456. τοιγάρτοι—θυμόν] Clemens Alexandrinus Protrept. p. 17 A (p. 23). Alloquitur Empedocles improbos vel ἀμυήτους qui jura divina et humana contemnunt vel negligunt. Cf. Carm. aur. vs. 54 seqq. γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας κτλ.

Vss. 457-461 conjunxi. Vss. 457-459 servavit Clemens Alexandrinus Strom. IV p. 534 C (p. 632) : φησὶ δὲ καὶ Ἐμπεδοκλῆς τῶν σοφῶν τὰς ψυχὰς θεοὺς γίνεσθαι, ὧδέ πως γράφων κτλ. item Theodoretus Therapeut. Serm. VIII p. 599 D. Recte se habet ἀναβλαστοῦσι, cujus loco Theodoretus ἀναβλαστάνουσι præbet. Vss. 460-461 ἀθανάτοις—ἀτειρεῖς] habet Clemens ibid. V pag. 607 B (p. 722) : Ἢν δὲ ὁσίως καὶ δικαίως διαβιώσωμεν, μακάριοι μὲν ἐνταῦθα, μακαριώτεροι δὲ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν, οὐ χρόνῳ τινὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἔχοντες, ἀλλὰ ἐν αἰῶνι ἀναπαύεσθαι δυνάμενοι « ἀθανάτοις ἄλλοισιν κτλ. » ἡ φιλόσοφος Ἐμπεδοκλέους λέγει ποιητική. Eadem sunt apud Eusebium Præp. evang. XIII, 13 pag. 684 sq. Tandem expleto mutationum orbe in præstantiores naturas, vates, poetas, medicos, reges transeunt; hinc ad deos evehuntur. Pro ἔν τε τραπέζαις apud Eusebium exstat αὐτοτράπεζοι. Ultimus versus a Scaligero ad Stephani Poes. phil. pag. 216 sic emendatus est ut a nobis est editus, quum vulgo mendose legeretur : ἐόντες ἀνδρείων Ἀχαιῶν (Steph. ἀχέων p. 28) ἀπόκληροι ἀπηρεῖς.

Vss. 462-470. φάρμακα—ἀνδρός] exhibent Diogenes Laertius VIII, 59; Eudocia p. 170; Suidas v. ἄπνους; Tzetzes Chil. II, 906 sqq. Vss. 464-466 παύσεις-ἐπάξεις Clemens Alex. Strom. VI p. 630 D (p. 754 ed. Pott.). Versus hos quos Sturzius et Bergkius inter lustralia carmina locum habuisse existimarunt, potius e libro de arte salutari composito sumtos esse cum Karstenio arbitror. Vide supra disputationem de Empedocle.

Vs. 462. Tzetzes δ' omittit. Quæ sequuntur magnifica promissa magorum indolem referunt. Hi enim incantationibus suis nihil non consequi et perficere se posse gloriabantur. Vs. 464 pro ἀνέμων μένος Suidas vitiose ἀνέμων βίας in suo codice legit. Pro ἄρουραν Laertii liber Vindobonensis ἀρούρας præbet, superscripto tamen ν, ut appareat librarium ἄρουραν exarare voluisse. Sed ἀρούρας agnoscunt etiam Tzetzes et Clemens. Utrumque recte hîc dicitur. Vs. 466 verba καὶ πάλιν a versus continuitate sejungunt Suidas, Clemens et Eudocia, cum reliqua versus parte, quemadmodum fieri oportet, jungunt Diogenes et Tzetzes. Deinde εὖτ' apud unum Clementem exstat quod utique præoptandum est ceterorum lectioni ἤν κ'. Subjungitur παλίντιτα in Laertii et Tzetzæ libris, quamquam nonnulla exemplaria

corrupte παλίντητα vel πάλιν τι τά, vel πάλιν τί το πνεῦμα τ' habent. In Suidæ codicibus παλίντονα, in Tzetzæ membranis πάλιν τι τά comparet. Quum vulgata scriptura intelligi queat, non egemus Steinii conjectura παλίσσυτα. Pro πνεύματ' ἐπάξεις male Clemens πνεύματα θήσεις.

Vss. 467-468. θήσεις δ' ἐξ ὄμβρ.—αὐχμοῖο θερείου] Ita Diogenes; apud Suidam ambo hi versus depravati sunt. Sic autem ibi scripti leguntur :

στήσει δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ ῥόον καίριον
αὐχμὸν ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο

omisso θερείου. Tzetzes in utroque versiculo pro θήσεις suo ut videtur ingenio obsecutus dedit στήσεις.

Vs. 469. Apud Diogenem vulgo invenitur ῥεύματα δενδρεόθρεπτα τὰ δ' ἐν θέρει ἀήσαντα, in cod. Vindob. τά τ' ἐν θέρει ἀήσοντα. Suidas habet τά τ' ἐν θέρει ἔσονται, Tzetzes τά τ' αἰθέρινα θήσονται (cod. quidam ἤσονται). Quæ vitiata esse viri docti intelligentes varias proposuerunt conjecturas. Scaliger in cod. ms. Lugdunobatavo notavit ἀΐξαντα, Sturzius conjecit ἀτμίζοντα, Buttmannus in Comment. philol. Lips. tentavit τά τ' αἰθέριν' ἀΐσσονται, Hermannus apud Sturzium suspicatus est τά τ' αἰθέρι' αἰθύσσονται, Karstenius correxit κατὰ θέρος αἰθύσσοντα, Steinius κατ' αἰθέρος ἀΐσσοντα, Bergkius τά τ' αἰθρίαν θήσονται. At his omnibus conjecturis locus non est restitutus. Scribendum quod edidi : καλὸν θέρος ἀρδεύσοντα.

Vs. 470. ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο κτλ.] Hæc verba alii aliter interpretantur. Fabricius in Sext. Empir. Pyrrh. Hyp. I, c. 33 p. 61 intelligit de vita medicinæ ope e letali morbo servata, ut vs. 476 φῶτας ἀπέστρεψεν Περσεφόνης θαλάμων. Tale quid Hermippus apud Diogenem Laertium VIII, 69 de Empedocle prodit : Ἕρμιππος δέ φησι, Πάνθειάν τινα Ἀκραγαντίνην, ἀπηλπισμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν θεραπεῦσαι αὐτόν. Cf. ibid. 60 et Suidas v. ἄπνους.

Vss. 471-472 ἄκρον ἰητρὸν κτλ.] Diogen. Laert. VIII, 65 : Πάλιν δ' Ἄκρωνος τοῦ ἰατροῦ τόπον αἰτοῦντος παρὰ τῆς βουλῆς εἰς κατασκευὴν πατρῴου μνήματος διὰ τὴν ἐν τοῖς ἰατροῖς ἀκρότητα, παρελθὼν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκώλυσε, τά τε ἄλλα περὶ ἰσότητος διαλεχθεὶς καί τι καὶ τοιοῦτον ἐρωτήσας· τί δὲ ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον; ἢ τοῦτο· Ἄκρον κτλ. τινὲς δὲ τὸν δεύτερον στίχον οὕτω προφέρονται· ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει. τοῦτό τινες Σιμωνίδου φασὶν εἶναι. Idem epigramma exstat apud Hesychium Milesium pag. 24 ed. Orell. ubi legitur ἰατρόν, et in Walzii Rhet. Gr. III, p. 641, ubi Ἀκραγαντίνων et vs. 2 κρημνὸς ἀήρ scriptum est. Adde Anthol. Bosch. T. III p. 332, Suidam v. Ἄκρων. Omisso auctoris nomine affert Eustathius ad Odyss. lib. IX pag. 1634, 12. Spectat hoc fortasse Plinius Hist. nat. XXIX, 5. Κρημνὸς quod cum aliis *tumulum* interpretatus sum pertinet ad collem montis in quo Agrigentum oppidum situm erat. De verborum sensu et ornatu satis multa ab Empedoclis editoribus et aliis dicta sunt. Empedocleas facetias hujusque elegii gratiam, sitam in agnominatione quam Acronis et Agrigenti nomina cum ἄκρος epitheto efficiunt, vix latino disticho reddi posse censuerunt Hadr. Junius ad Hesychium Milesium pag. 133 ed. Orell. et Fabricius Bibl. Gr. Tom. XIII p. 33. Periculum tamen ejus rei fecere præter ipsum Junium l. c. p. 25 Grotius apud Boschium T. III p. 333 et Karstenius p. 61. Nos Ἄκρωνα *Celsum* vocantes hujusmodi quid lusimus :

Celsum Acragantinum medicum celso patre natum
præcelsæ tumulus celsus habet patriæ.

Inter Simonideas reliquias hoc epigramma recensuit Schneidewinus pag. 424 sq. Rectius Empedocli tribuit Bergkius Poet. Lyr. pag. 468.

Vss. 473-476. Παυσανίην ἰητρὸν κτλ.] Diogenes Laertius lib. VIII, 60 : Ἦν δὲ ὁ Παυσανίας, ὥς φησιν Ἀρίστιππος καὶ Σάτυρος, ἐρώμενος αὐτοῦ, ᾧ δὴ καὶ τὰ περὶ φύσεως προσπεφώνηκεν (Ἐμπεδοκλῆς)... ἀλλὰ καὶ ἐπίγραμμα εἰς αὐτὸν (Παυσανίαν) ἐποίησεν· Παυσανίαν κτλ. Adde Anthol. Palat. VII, 508 ubi appositum est lemma Σιμωνίδου εἰς Παυσανίαν τὸν ἰατρόν. Lectio non multum variat. Vs. 473 Παυσανίην ἰητρὸν Diogenes, Παυσανίαν ἰατρὸν Anthol. Palatina (ἰητρὸν Planudea); præterea Ἀγχίτου Diog., Ἀγχίτεω Anthol. Vs. 474 φῶτ' Diog., τόνδ' Anthol., porro ἔθρεψε Γέλα Diogenes, ἔθαψε πέλας Cod. Palat., ἔθαψε κόνις Plan. Vs. 475 apud Diogenem scribitur, ut a nobis vulgatus est. Contra Anthologiæ codices exhibent : ὃς πλείστους χρυεραῖσι μαραινομένους ὑπὸ νούσοις quod pro alterius scripturæ interpretamento haberi convenit. Vs. 476 Περσεφόνης Diogenes, licet Cobetus scripserit Φερσεφόνης. Id vero legitur in Anthol. cod. Palat., cujus loco in Plan. reperitur Περσεφόνας. Denique ἀδύτων Diogenes, θαλάμων Anthologia.

Vs. 473. Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον] Notandum ἐπώνυμον hîc aliorum poetarum exemplo vocari eum qui posterioribus Græcis est φερώνυμος. Nomen enim a re invenerat Pausanias h. e. παύων τὴν ἀνίαν, ideoque dignus ea appellatione ac merito sic nominatus videri poterat.

Vs. 474 φῶτ' Ἀσκληπιάδην] intelligendum de viro medicinæ perito. Sic Homerus Iliad. lib. IV, vs. 194 Machaonem medicum φῶτ' Ἀσκληπιοῦ υἱὸν appellavit. Huius autem vestigiis ingressus

vetus poeta apud Ciceronem Tuscul. II, 38 medicos Æsculapi liberos nuncupavit.

Vs. 477 κλυτὲ κοῦρε κτλ.] Diogenes Laertius VIII, 43: Ἦν καὶ Τηλαύγης υἱὸς αὐτοῦ (τοῦ Πυθαγόρου), ὃς καὶ διεδέξατο τὸν πατέρα καὶ (κατά τινας) Ἐμπεδοκλέους καθηγήσατο. Ἱππόβοτός γέ τοί φησι λέγειν Ἐμπεδοκλέα Τηλαύγει « κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε. » Ex his Laertii verbis patet in illo versu sublato Telaugis nomine nihil scriptum fuisse nisi κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε, Hippobotum vero dixisse, Telaugem eo versiculo compellari. Jam quum propter temporis intervallum nulla Empedocli cum Telauge, Pythagoræ filio, consuetudo esse potuerit, intelligitur philosophum Agrigentinum nullum e majoribus carminibus Crotoniatæ dicasse, eum autem versum, si Empedocleus fuit, ex epigrammate esse petitum. Cæterum sunt qui apud Laertium rescribant : λέγειν Ἐμπεδοκλέα « Τήλαυγες κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε » ut integer sit versus. Ego rem admodum dubiam in suspenso relinquendam censeo.

Vs. 478. Ἶρις δ' ἐκ πελάγους κτλ.] Joannes Tzetzes Alleg. Homer. in Iliad. lib. XV vs. 82 seqq. apud Matrangam Anecd. I pag. 120 :

Ἀπόλλων δὲ ὁ ἥλιος· Ἶρις νεφῶδες τόξον·
ἡ Ποσειδῶνος κέλευσις ἐξ Ἴριδος ὑπάρχει,
ἡ πρὸς τὴν θάλασσαν αὐτὸν ἢ πρὸς θεὸν καλοῦσα,
ὅπερ φησὶν Ἐμπεδοκλῆς εἴτε τις τῶν ἑτέρων,
« Ἶρις δ' ἐκ πελάγους ἄνεμον φέρει ἢ μέγαν ὄμβρον· »
ἐμοὶ βιβλιοθήκη γὰρ ἡ κεφαλὴ τυγχάνει,
βίβλοι δ' ἡμῖν οὐ πάρεισι δεινῶς ἀχρηματοῦσιν,
ὅθεν οὐ λέγειν ἀκριβῶς τὸν ποιητὴν γινώσκω.

Apparet ipsum Tzetzam poetæ nomen ignorasse ac dubitanter hoc effatum ad Empedoclem auctorem rettulisse. Ut versiculi conditor incertus, ita dea de qua hîc disputatur in vulgus nota atque ab antiquis passim memorata est. Vide Natalem Comitem Mythol. libr. VIII cap. 20 qui satis multa collegit omisso Ovidii loco Metam lib. I, vs. 270-271.

DE HIPPONE.

Hippo, Rheginus, non diversus fortasse a Pythagoreo quem Aristoxenus Samium fuisse tradidit, Censorinus (1) Metapontinum vocavit, incertæ et ætatis et sectæ philosophus est. Etsi autem nihil de ejus vita proditum in veterum monumentis legimus, tamen ex hoc quod Cratinus (2), antiquæ comœdiæ atticæ poeta, in ea fabula quam Oculatos (Πανόπτας) inscripsit Hipponem exagitare non gravatus est colligendum videtur, utrumque Periclis tempore Athenis vixisse. Etenim comici poetæ in illustrissimos sui sæculi philosophos invehi solebant, rati rerum divinarum humanarumque cognitionem et veri indagationem quam viri illi profitebantur non esse virtutis magistram, sed impietatis et pravitatis effectricem. Neque vero dubium, quin Hippo aperte deorum naturam sustulisse creditus sit (unde etiam athei (3) cognomen invenit) quia rerum omnium principium aut Thaletis (4) instar *aquam*, aut, ut aliis placet, *humidum* quod quidam de aere interpretantur, aut aquam igni conjunctam esse contendit. Cæterum qui terram ab eo pro rerum fundamento positam esse putant in errore versantur. Sed humidum rerum prin-

(1) Censorinus de Die natali cap. 5 : « Hipponi vero Metapontino sive, ut Aristoxenus auctor est, Samio etc. »

(2) Aristophanis enarrator ad Nub. vs. 96 : Κυρίως δὲ πνιγεύς, ἔνθα οἱ ἄνθρακες ἔχονται καὶ πνίγονται· ταῦτα δὲ πρότερος Κράτης (leg. Κρατῖνος) ἐν Πανόπταις δράματι περὶ Ἵππωνος τοῦ φιλοσόφου κωμῳδῶν αὐτὸν λέγει· ἀφ' οὗ στοχαζόμενοί τινές φασιν, ὅτι μηδεμιᾶς ἔχθρας χάριν Ἀριστοφάνης ἧκεν ἐπὶ τὴν τῶν Νεφελῶν ποίησιν, ὅς γε μήτε πρὸς ἴδιόν τι, μήτε ἁρμόττον, ἀλλὰ μηδὲ πρὸς ἓν ἔγκλημα ἦλθε Σωκράτους· δύο γὰρ κατ' αὐτοῦ ταῦτα προθεὶς ἐγκλήματα, τὸ περὶ οὐρανοῦ, ὅτι ἐστὶ πνιγεύς, καὶ ὡς ἱκανός ἐστι τὸν ἥττω λόγον διδάσκειν καὶ τὸν κρείττονα· τὸ μὲν κοινὸν τῶν φιλοσόφων ἁπάντων ἐπήγαγεν ἔγκλημα. Φαίνεται δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ Ἵππων κωμῳδηθῆναι φθάσας. Τὸ δὲ τῶν ἐγκλημάτων οὐδὲ τὸ σύνολον ἐπικοινωνεῖ φιλοσοφίᾳ· οὐ γὰρ τοῦτο ἐπαγγέλλονται οἱ φιλόσοφοι, δεινοὺς ποιήσειν λέγειν· ἴδιον δὲ τὸ τοιοῦτο μᾶλλον τῆς ῥητορικῆς· ὡς ἐπ' ἀμφοτέροις τὸν φιλόσοφον καθαρεύειν. Οἱ δὲ ὅτι ὁλόκληρον εἰς αὐτὸν συνέταξε δρᾶμα καὶ δι' ἔχθραν νομίζουσιν αὐτὸν πεποιηκέναι, οὐκ ὀρθῶς οἴονται· πρῶτον μὲν γὰρ Δίφιλος εἰς Βοίδαν τὸν φιλόσοφον ὁλόκληρον συνέταξε ποίημα, δι' οὗ καὶ εἰς δουλείαν ἐρρυπαίνετο ὁ φιλόσοφος· οὐ διὰ τοῦτο δὲ ἐχθρὸς ἦν· ἔπειτα Εὔπολις, εἰ καὶ δι' ὀλίγων ἐμνήσθη Σωκράτους, μᾶλλον ἢ Ἀριστοφάνης ἐν ὅλαις ταῖς Νεφέλαις αὐτοῦ καθήψατο. In hanc sententiam etiam schol. Clement. Alexandr. Protrept. pag. 20 ed. Lips. : Τοῦ Ἵππωνος καὶ αὐτοῦ ὡς ἀσεβοῦς γενομένου μέμνηται ὁ Κρατῖνος. Cf. Bergk. Comm. de Reliq. comœd. Attic. p. 164-181.

(3) Alexander Aphrodisiensis in Aristotelis Metaph. I, 3, pag. 21 ed. Bonitz : Τοῦτο δὲ λέγοι ἂν περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἄθεος ἦν· τοιοῦτο γὰρ καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα. Plutarchus adv. Stoicos c. 31 : Οἱ γοῦν ἄθεοι προσαγορευθέντες οὗτοι, Θεόδωροι καὶ Διαγόραι καὶ Ἵππωνες οὐκ ἐτόλμησαν εἰπεῖν, τὸ θεῖον ὅτι φθαρτόν ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἐπίστευσαν, ὡς ἔστι τι ἄφθαρτον. Factum etiam quadam Diagoræ Melii similitudine et specie, ut Hippo Melius interdum nominaretur. Sic Clem. Alex. Cohort. ad Gent. p. 15 : Θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὅτῳ τρόπῳ Εὐήμερον τὸν Ἀκραγαντῖνον καὶ Νικάνορα τὸν Κύπριον καὶ Διαγόραν καὶ Ἵππωνα τὸν Μήλιον κτλ. ἀθέους ἐπικεκλήκασιν, ubi fortasse ponendum τοὺς Μηλίους. Arnobius IV, 29 : « Et possumus quidem hoc in loco omnes istos nobis quos inducitis atque appellatis deos, homines fuisse monstare, vel Agragantino Euemero replicato — vel Nicanore Cyprio, vel Pellaeo Leonte, vel Cyrenensi Theodoro, vel Hippone ac Diagora Meliis. Cf. Σωκράτης ὁ Μήλιος apud Aristoph. Nub. v. 828.

(4) Alexander Aphrodisiensis in Aristotelis Metaph. I, 3, pag. 21 ed. Bonitz : Ἵππωνα ἱστοροῦσιν ἀρχὴν ἁπλῶς τὸ ὑγρὸν ἀδιορίστως ὑποθέσθαι, οὐ διασαφήσαντα πότερον ὕδωρ, ὡς Θαλῆς, ἢ ἀήρ, ὡς Ἀναξιμένης καὶ Διογένης· διὸ καὶ παραιτεῖται αὐτοῦ τὴν δόξαν ὡς ἐπιπόλαιον καὶ οὐδὲν διασαφοῦσαν. Ἢ οὐχ ὡς ἀδιάρθρωτον αὐτοῦ τὴν δόξαν παραιτεῖται· οὐ γὰρ εἶπε διὰ τὴν εὐτέλειαν αὐτοῦ τῆς δόξης, ἀλλ' ὡς οὐκ ὀφείλοντα ἐν τοῖς φιλοσόφοις ἐγκαταριθμεῖσθαι διὰ τὴν τῆς διανοίας εὐτέλειαν. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε τὸ μετὰ τούτων, λέγων τῶν φιλοσόφων. Ipse Aristoteles Metaph. I, 3, p. 984, a, 2 ed. Bekker. ait :... Θαλῆς μέντοι λέγεται οὕτως ἀποφήνασθαι περὶ τῆς πρώτης αἰτίας· Ἵππωνα γὰρ οὐκ ἄν τις ἀξιώσειε θεῖναι μετὰ τούτων διὰ τὴν εὐτέλειαν αὐτοῦ τῆς διανοίας. Id. de Anima I, 2 : Τῶν δὲ φορτικωτέρων καὶ ὕδωρ τινὲς ἀπεφήναντο [τὴν ψυχήν], καθάπερ Ἵππων· πεισθῆναι δ' ἐοίκασιν ἐκ τῆς γονῆς, ὅτι πάντων ὑγρά· καὶ γὰρ ἐλέγχει τοὺς αἷμα φάσκοντας τὴν ψυχήν, ὅτι ἡ γονὴ οὐχ αἷμα· ταύτην δ' εἶναι τὴν πρώτην ψυχήν. Simplicius ad Phys. fol. 6 : Ὥσπερ Θαλῆς... καὶ Ἵππων, ὃς δοκεῖ καὶ ἄθεος γεγονέναι, ὕδωρ ἔλεγον τὴν ἀρχήν. Et ibid. p. 32, a : Πάντες γὰρ σωματικόν τι τὸ ἓν ὑποτίθενται τοῦτο· ἀλλ' οἱ μὲν ἕν τι τῶν τριῶν στοιχείων· ὥσπερ Θαλῆς μὲν καὶ Ἵππων τὸ ὕδωρ. Idem ad Aristot. de Cœlo p. 148, a : Ἦσαν δέ τινες οἱ ἓν λέγοντες Θαλῆς μὲν καὶ Ἵππων ὕδωρ, Ἀναξιμένης δὲ καὶ Διογένης ἀέρα. Origenes Philosoph. 16 : Ἵππων δὲ ὁ Ῥηγῖνος ἀρχὰς ἔφη ψυχρὸν τὸ ὕδωρ καὶ θερμὸν τὸ πῦρ, γεννώμενον δὲ τὸ πῦρ ὑπὸ ὕδατος, κατανικῆσαι τὴν τοῦ γεννήσαντος δύναμιν, συστῆσαί τε τὸν κόσμον. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hyp. III, 30 p. 130 ed. Fabr. et adv. Math. IX, 361 p. 620 : Ἵππων δὲ ὁ Ῥηγῖνος πῦρ καὶ ὕδωρ, quod totidem verbis legitur apud Galenum Hist. phil. c. 5. t. XIX, p. 243. Schol. in Aristot. p. 514 ed. Brandis : Θαλῆς μὲν ὁ Μιλήσιος. καὶ Ἵππων τὸ ἓν ὑπέθεσαν, ἐπειδὴ ἐξ ὕδατος τά τε σπέρματα τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν. Fallitur Jo. Diaconus Alleg. in Hesiodi Theog. p. 456 ed. Gaisf. : Ὁ μὲν τὸ πῦρ τιθεὶς πρεσβυγενέστερον τῶν ἄλλων, ὁποῖος Ἡράκλειτος, ὁ δὲ τὴν γῆν ὡς Ἵππων ὁ ἄθεος.

cipium esse opinatus id præcipue sine dubio egit, ut corporum membrorumque naturam et fabricam explicaret. In iis quæ ipsi placuissent exponendis Hippo parum subtilis disputator fuit. Quare Aristoteles modo τοῖς φορτικωτέροις τῶν φιλοσόφων eum adnumerat de Anim. I, 2, modo propter mentis imbecillitatem a severiorum philosophorum numero segregat Metaph. I, 3. Quod autem posteriore loco Stagirites Hipponem Thaleti subjunxit, id eo consilio fecit, ut non ætate sed placitis Thaleti proximum fuisse significaret. Exigui momenti sunt quæ de hominum generatione apud Censorinum libro de Die natali Hippo docet. Ibi scriptor cap. V, postquam semen unde exeat inter sapientiæ professores non constare dixit, in hunc modum pergit: « Parmenides enim tum ex dextris tum lævis partibus oriri putavit. Hipponi vero ...ex medullis profluere semen videtur, idque eo probari, quod post admissionem pecudum si quis mares interimat, medullas utpote exhaustas reperiat. » Omitto cæteras ejus opiniones quarum in eodem libello Censorinus meminit. Dogmata sua Xenophanis, Parmenidis aliorumque exemplo versibus persecutus est, sed unum an plures scripserit libros non liquet. Vix autem crediderim, eum peculiarem edidisse disputationem *de locis quæ dicuntur perdere, quidquid in illa inciderit*, ut conclusit Fabricius Bibl. Græc. vol. II, p. 658 ed. Harl. ex Antigoni Carystii verbis, apud quem Hist. mirab. cap. 131 hæc reperiuntur : Ἵππων δὲ ὁ Ῥηγῖνος περὶ τῶν λεγομένων τόπων φθείρειν τὰ ἐμπίπτοντα τοιοῦτόν τι γράφει· φησὶν ἐν Ἀθήναις ἐπὶ βασιλέως Ἐπαινέτου Ὀλυμπιάδος ἕκτης καὶ τριακοστῆς, ἐν ᾗ Ἀρυτάμας Λάκων νικᾷ στάδιον, τῆς Σικελίας ἐν Παληκίοις οἰκοδομηθῆναι τόπον εἰς ὃν ὅστις ἂν εἰσέλθῃ, εἰ μὲν κατακλιθείη, ἀποθνήσκει, εἰ δὲ περιπατοίη, οὐδὲν πάσχει. Hoc enim argumentum ab eo in majori de rerum natura carmine tractatum esse probabile est. Poematum ejus reliquias, paucis versiculis exceptis, nullas habemus.

ἹΠΠΩΝΟΣ ἈΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

HIPPONIS FRAGMENTA.

Πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν.

O eruditionem, qua nihil vanius.

(Athenæus XIII p. 610, B : Τοσαῦτα τοῦ Μυρτίλου ἑξῆς καταλέξαντος καὶ πάντων αὐτὸν ἐπὶ τῇ μνήμῃ θαυμασάντων ὁ Κύνουλκος ἔφη· πουλυμαθημοσύνης κτλ. Ἵππων ἔφη ὁ ἄθεος. Ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ὁ θεῖός φησι· « πουλυμαθίη νόον ἔχειν οὐ διδάσκει. » Καὶ ὁ Τίμων δὲ ἔφη· « ἐν δὲ πλατυσμὸς πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο. » Vide Timonis et Heracliti fragmenta. Cf. Bergk. Comm. de Reliq. com. attic. p. 180; Bakhuizen van den Brink. Var. Lectt. ex Hist. phil. antiq. p. 57 ; Uhrig. de Hippone atheo pag. 9.)

Ἵππωνος τόδε σῆμα, τὸν ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἶσον ἐποίησεν Μοῖρα καταφθίμενον.

Hipponis hoc sepulcrum est, quem Diis immortalibus
exæquavit Parca defunctum.

(Alexander Aphrodisiensis in Aristot. Metaph. I, 3 pag. 21 ed. Bonitz. : Τοῦτο δὲ λέγοι ἂν περὶ αὐτοῦ ὅτι ἄθεος ἦν· τοιοῦτο γὰρ καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα. Ἵππωνος κτλ. quod quidem epigramma ipse composuit, ut ait Clemens Alexandrinus ad Gentes p. 36 : Οὐ νέμεσις τοίνυν οὐδὲ Ἵππωνι ἀπαθανατίζοντι τὸν θάνατον τὸν ἑαυτοῦ· ὁ Ἵππων γὰρ ἐπιγραφῆναι ἐκέλευσε τῷ μνήματι τῷ αὐτοῦ τόδε τὸ ἐλεγεῖον· Ἵππωνος τόδε σῆμα κτλ. Εὖ γε Ἵππων ἐπιδεικνύεις ἡμῖν τὴν ἀνθρωπίνην πλάνην· εἰ γὰρ καὶ λαλοῦντί σοι μὴ πεπιστεύκασι, νεκροῦ γενέσθωσαν μαθηταί· χρησμὸς οὗτός ἐστιν Ἵππωνος· νοήσωμεν αὐτόν. Dicit igitur philosophus, se morte sua cum Diis immortalibus æquatum esse. Quorum verborum sensus est, quum atheus fuerit Hippo, homines morte ad nihilum recidere Diisque immortalibus qui non sint pares fieri.)

DE TIMONE PHLIASIO.

Τίμωνος ἀποσπασμάτια] Timon Phliasius quum adolescens in theatris saltasset, postea rerum divinarum humanarumque contemplationi deditus primum Stilponem audivit, deinde Pyrrhonem, cujus dogmata per totam vitam professus est. Floruit autem sub Antigono Macedonum rege et Ptolemæo Philadelpho. Hic clarus sapientiæ studio pietatisque qua Scepticorum principem colebat documentis, clarior poetica facultate et scriptorum multitudine id potissimum in condendis carminibus spectavit, ut omnes excepto Pyrrhone philosophos rideret et cavillaretur. Quo in genere nobilissimos tres Sillorum libros reliquerat magna ex parte ad Homericæ Νεκυίας formam (cf. Meinek. Exercit. in Athen. I p. 6 seq.) institutos. Ex iis primus simplicem narrationem, secundus et tertius sermonem cum Xenophane habitum continebat. Diversum ab illis aliud fuit poema Imaginum (Ἰνδαλμῶν) nomine inscriptum. Memorantur etiam Timonis comœdiæ et tragœdiæ aliaque ingenii monumenta. Harum rerum testes nobis sunt Aristocles et Diogenes Laertius. Quorum prior apud Eusebium Præp. Evang. XIV, 18 ait : Ἐγένετο δὲ μαθητὴς αὐτοῦ [τοῦ Πύῤῥωνος] Τίμων Φλιάσιος, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν τοῖς θεάτροις, ἔπειτα δ' ἐντυχὼν αὐτῷ συνέγραψεν ἀργαλέας παρῳδίας καὶ βωμολόχους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκε πάντας τοὺς πώποτε φιλοσοφήσαντας. Οὗτος γὰρ ἦν ὁ τοὺς Σίλλους γράψας. Posterior vero lib. IX, 110-111 hæc tradit : Καὶ γὰρ ποιήματα συνέγραφε καὶ ἔπη καὶ τραγῳδίας καὶ σατύρους καὶ δράματα κωμικὰ τριάκοντα, τραγικὰ δὲ ἑξήκοντα, σίλλους τε καὶ κιναίδους. Φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ καταλογάδην βιβλία, εἰς ἐπῶν τείνοντα μυριάδας δύο, ὧν καὶ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος μέμνηται, ἀναγεγραφὼς αὐτοῦ καὶ αὐτὸς τὸν βίον. Τῶν δὲ Σίλλων τρία ἐστίν, ἐν οἷς ὡς ἂν σκεπτικὸς ὢν πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικοὺς ἐν παρῳδίας εἴδει. Ὧν τὸ μὲν πρῶτον αὐτοδιήγητον ἔχει τὴν ἑρμηνείαν, τὸ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον ἐν διαλόγου σχήματι. Φαίνεται γοῦν ἀνακρίνων Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον περὶ ἑκάστων, ὁ δὲ αὐτοδιηγούμενός ἐστι· καὶ ἐν μὲν τῷ δευτέρῳ περὶ τῶν ἀρχαιοτέρων, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ὑστέρων. — Τὸ δὲ πρῶτον ταὐτὰ περιέχει πράγματα, πλὴν ὅτι μονοπρόσωπός ἐστιν ἡ ποίησις. Cf. Fred. Pauli de Sillis Græcorum disputatio, Berolini 1821 ; Welandi de præcipuis Parodiarum scriptoribus liber; Wœlkii de Græcorum Sillis commentatio, Varsoviæ 1820. Adde Fabricii Bibl. Gr. vol. III, pag. 623 seqq. ed. Harl. et Diogenis Laertii interpretes. Fragmenta ejus quæ exstant prope omnia e Sillis petita sunt, pauca ex Imaginum libro deprompta, nonnullos quoque versus antiqui ex aliis carminibus servarunt. Has carminum reliquias primus laudabili studio collegit Henricus Stephanus in Poesi philosophica, postea edidit Isaacus Fred. Langheinrich in tribus de Timone dissertationibus (Lipsiæ 1720 et 1721) quas non vidimus; Brunckius in Analectis veterum poetarum et Paulus l. c. Profuisse Timoni inprimis Stephanum et Brunckium non negaverim. Sed deerat accuratior Phliasii poetæ recensio qua plurimæ maculæ librariorum incuria illi aspersæ abstergerentur. Hanc igitur lectoribus offero. Emendatis versibus novam adjunxi interpretationem latinam brevesque adnotationes.

ΤΙΜΩΝΟΣ

ΤΟΥ

ΦΛΙΑΣΙΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΙΛΛΩΝ.

Ἔσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονές ἐστε σοφισταί.

* * *

Πολλοὶ μὲν βόσκονται ἐν Αἰγύπτῳ πολυφύλῳ
βιβλιακοὶ χαρακῖται, ἀπείριτα δηριόωντες
Μουσέων ἐν ταλάρῳ.

* * *

Φοιτᾷ δὲ βροτολοιγὸς Ἔρις κενεὸν λελακυῖα,
Νίκης ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη καὶ ἔριθος·
ἥτ' ἀλαὴ περὶ πάντα κυλίνδεται· αὐτὰρ ἔπειτα
ἐς βρῖθος στήριξε κάρη, καὶ ἐς ἐλπίδα βάλλει.

* * *

τίς γὰρ τούσδ' ὀλοῇ ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
Ἠχοῦς σύνδρομος ὄχλος· ὁ γὰρ σιγῶσι χολωθεὶς
νοῦσον ἐπ' ἀνέρας ὦρσε λάλην, ὀλέκοντο δὲ πολλοί.

* * *

TIMONIS

PHLIASII

FRAGMENTA.

E SILLIS.

Dicite nunc mihi, quotquot estis multarum rerum periti [sophistæ.

* * *

Multi quidem aluntur in Ægypto nationibus frequenti
librorum scriptores infinitum quantum inter se rixantes
Musarum in qualo.

* * *

Ingreditur autem hominum pernicies Discordia vaniloqua,
Victoriæ virorum interfectricis soror et adjutrix,
quæ cæca circa omnia versatur, sed postea
in gravitatem componit caput et spem objicit.

* * *

Quis enim hosce commisit, ut perniciosa contentione inter [se decertarent?
Echûs socia turba; hæc enim tacentibus irata [multi.
morbum adversus viros excitavit vocem, peribant autem

* * *

Vs. 1. ἔσπετε νῦν κτλ.] Diogenes Laertius IX, 112: Ἀρχὴ δὲ αὐτῷ ἥδε· ἔσπετε κτλ. Imitatus est Timon Iliad. II, 484: Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.

Vss. 2-4. πολλοὶ μὲν—ταλάρῳ] Athenæus lib. I cap. 41: Ὅτι τὸ μουσεῖον ὁ Φλιάσιος Τίμων ὁ σιλλογράφος ταλάριόν πού φησιν ἐπισκώπτων τοὺς ἐν αὐτῷ τρεφομένους φιλοσόφους, ὅτι ὥσπερ ἐν πανάγρῳ τινὶ σιτοῦνται καθάπερ οἱ πολυτιμότατοι ὄρνιθες· πολλοὶ μὲν βόσκονται κτλ. Cf. Eustath. ad Odyss. lib. IV p. 157 ed. Basil. (p. 1488, 61). Pro πολυφύλῳ apud Eustathium est πολυφύλλῳ, qui etiam βιβλιακῇ pro βιβλιακοὶ habet. Suspicor Timoni obversata fuisse Theocriti verba Idyll. XVI, 34: Πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις καὶ ἄνακτος Ἀλεύα ἁρμαλιὰν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται κτλ.

Vss. 5-8 leguntur apud Clementem Alexandrinum Strom. lib. V p. 235 ed. Sylb. Cf. Euseb. Præp. evang. lib. XV p. 855 ed. Viger. — Vs. 6 scripsi Νίκης pro vulg. Νείκης. — Vs. 7 ἥτ' ἀλαὴ Eusebius præbet; male Clemens ἥ τ' ἄλλα. — Vs. 8 ἐς βρῖθος στήριξε flagitante metro posui, cujus loco Eusebius exhibet ἐς βρίθος ἐστήριξε, Clemens autem ἔς τε βροτοὺς στήριξε. Cf. Iliad. IV, 440: Καὶ Ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα, Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη ἑτάρη τε, ἥτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει, et Carm. aur. vs. 57 seqq.: Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὡς δὲ κύλινδροι ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες. Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς Ἔρις βλάπτουσα λέληθε σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.

Vss. 9-11. τίς γὰρ τούσδ' ὀλοῇ—πολλοί] exstant apud Clementem et Eusebium l. c. præmissis verbis: ἔπειτα ὀλίγον ὑποβὰς ἐπιφέρει. Vs. 11 pro λάλην quod in codicibus reperitur Potterus edidit κακήν. Expressit Timon Iliad. I, 8 seqq.: Τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός. Ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν, ὀλέκοντο δὲ λαοί.

σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον,
οἵων ἔκ τ' ἐρίδων ἔκ τε στοναχῶν πέπλασθε!
ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί.

Duri homines, ignavum genus, ventres solum,
quibus e litibus et suspiriis conflati estis!
homines vanæ opinionis pleni utres.

* * *

Οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα, ποιμένα μύθων,
ἀμφίνοον λέσχηνα μετὰ πρώτοισιν ἀνέγνων.

Ut Democritum cordatum, dicendi artificem,
subtilem disputatorem inter primos agnovi.

* * *

Οἷόν θ' ἑπτὰ Θάλητα σοφῶν σοφὸν ἀστρονόμημα.

Ut Thaletem septem sapientum sapientem astronomum.

* * *

Πυθαγόρην τε γόητος ἀποκλίνανт' ἐπὶ δόξαν
θήρῃ ἐπ' ἀνθρώπων, σεμνηγορίης ὀαριστήν.

Pythagoramque ad præstigiatoris famam inclinantem,
alliciendis hominibus, magniloquum sodalem.

* * *

Vss. 12-14. σχέτλιοι ἄνθρωποι—ἀσκοί] servavit Eusebius Præp. evang. lib. XIV p. 763 et Theodoretus De curandis gentium morbis Serm. 2. (T. IV p. 489). Vs. 12 pro οἷον quod sententia desiderat, Stephanus in notis ad Sext. Emp. Pyrrh. hyp. p. 211 ed. Fabr. οἶον, sed in Poesi philosophica recte οἷον. — Vs. 13 οἵων ἔκ τ' ἐρίδων dedi pro codicum lectione τοίων apud Eusebium et ποίων apud Theodoretum. Præterea ἔκ τε στοναχῶν πέπλασθε exhibet Eusebius, καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε Theodoretus. Retinuit poeta Hesiodi versum, quantum licebat. Est enim in Theogon. vs. 26:

Ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον,

quem Gœttlingius contulit cum Homer. Il. lib. V, 787:

Αἰδώς, Ἀργεῖοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστερες οἶον,

et Lennepius cum Epimenidis versiculo in Pauli Apostoli Ep. ad Tit. I, 12:

Κρῆτες ἀεὶ ψευσταί, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Cæterum γαστέρες οἷον Hesychius explicat τροφῆς μόνον ἐπιμελούμενοι· ὡς Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ. Similiter Hesiodi Schol. Par. C. μόνον τὰ τῆς τροφῆς φρονοῦντες, et Schol. Vat. μόνον γαστρίμαργοι. Adde quod sillographus hoc loco Empedoclem intuitus est vs. 31 ita canentem: Οἵων ἐξ ἐρίδων ἔκ τε στοναχῶν ἐγένεσθε. Vid. adn. ad Empedocl. vs. 14. Ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί spectavit fortasse Horatius Sat. II, 5, 98 eadem translatione dicens: « Crescentem tumidis infla sermonibus utrem », ubi Schol. Cruq: « Præconiis, inquit, effer et falsis laudibus velut utrem ventis inflare contende. »

Vss. 15-16. Diog. IX, 40 de Democrito: Ὅν γε καὶ Τίμων τοῦτον ἐπαινέσας τὸν τρόπον ἔχει: οἷον Δημόκριτόν τε κτλ.

Vs. 16 scripsi λέσχηνα pro vulg. λέσχην, ἅ, Meinekius Exerc. in Ath. I p. 6 λεσχῆνα. Dubium utrum λέσχην an λεσχήν fuerit nomen non lectum alibi, unde λεσχηνεύω fluxit, quum vocabula εἴρην, πυθμήν, αὐχήν et alia de quibus vide Lobeckium Paral. p. 191 seqq. utriusque analogiæ exempla præbeant. Pertinet hic locus cum iis quæ de Zenone Citiensi, Archelao, Platone, Anaxarcho, Heraclito, Empedocle, Parmenide, Zenone Eleata, Melisso, Pythagora aliisque philosophis in sequentibus dicuntur ad Νεκυίαν. Memoravi hos versus in Democrit. fragm. lib. II p. 94.

Vs. 17. Diogenes Laertius I, 34: Οἶδε δ' αὐτὸν ἀστρονομούμενον καὶ Τίμων, καὶ ἐν τοῖς Σίλλοις ἐπαινεῖ αὐτὸν λέγων· οἷόν θ' ἑπτὰ Θάλητα κτλ. ubi ante Casaubonum legebatur οἷον ἔπειτα Θάλητα. Menagius ἀστρονόμημα recte explicat ἀστρολόγος.

Vss. 18-19. Diogenes Laertius VIII, 36: Τὴν δὲ σεμνοπρέπειαν τοῦ Πυθαγόρου καὶ Τίμων ἐν τοῖς Σίλλοις, δάκνων αὐτόν, ὅμως οὐ παρέλιπεν εἰπὼν οὕτω· Πυθαγόρην τε γόητος κτλ. Cur ad præstigiatoris famam Pythagoram inclinasse scripserit sillographus intelligimus e Plutarchi Numa cap. 8. Ibi enim hæc produntur: Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀετόν τε δοκεῖ πραῦναι φωναῖς τισιν ἐπιστήσας καὶ καταγαγὼν ὑπεριπτάμενον, τόν τε μηρὸν ἀποφῆναι χρυσοῦν Ὀλυμπίασι διαπορευόμενος τὴν πανήγυριν. Ἄλλας τε τερατώδεις μηχανὰς αὐτοῦ καὶ πράξεις ἀναγγέλλουσιν· ἐφ' αἷς καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἔγραψε·

Πυθαγόρην δὲ γόητα ἀποκλίνοντ' ἐπὶ δόξας,
θήρῃ ἐπ' ἀνθρώπων, σεμνηγορίης ὀαριστήν.

Prior versus etiam in Laertii codicibus corruptus est. Editio Frobeniana: Πυθαγόρην τε γοητείας ἀποκλειὸν ἐπίδοξον, sed Stephani exemplum γόητας

Παρμενίδου τε βίην μεγαλόφρονα, τὴν πολύδοξον,
ὅς ῥ' ἐπὶ φαντασίας ἀπάτης ἀνενείκατο νώσεις.

* * *

Ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν
Ζήνωνος, πάντων ἐπιλήπτορος, ἠδὲ Μέλισσον
πολλῶν φαντασμῶν ἐπάνω, παύρων γε μὲν ἥσσω.

* * *

Τοῖς δ' ἔνι κοκκυστὴς ὀχλολοίδορος Ἡράκλειτος
αἰνικτὴς ἀνόρουσε καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ἀγοραίων
κηλητὴς ἐπέων· ὅσα δ' ἔσθενε, τοσσάδε εἷλεν
ἄρχων, ὃς διέθηκ' ἀρχὰς ἐπιδευέας ἄλλων.

* * *

Ξεινοφάνης, ὑπάτυφος Ὁμηραπάτης ἐπικόπτης,
ἄλλον ἀπάνθρωπον θεὸν ἐπλάσατ', ἶσον ἁπάντη,

Parmenidemque magnanimum atque illustrem,
qui ad vanas species animi sensuumque notiones revocavit.

* * *

Bilinguisque illius magnam vim non imbecillam
Zenonis, omnium vituperatoris, et Melissum
multis spectris majorem, paucis quidem minorem.

* * *

Inter hos clamator et plebis insectator Heraclitus, [tiæ vi
obscure loquens, surrexit et Empedocles forensis eloquen-
animorum delenitor : quantum vero valuit, tantum cepit
princeps, qui magistratus aliis indigentes constituit.

* * *

Xenophanes, satis modestus fallaciæ Homericæ reprehensor,
alium finxit deum inhumanum, undique æqualem,

ἀποκλίναντ' ἐπιδόξην. Legendum γόητος ἀποκλίναντ' ἐπὶ δόξαν, quemadmodum Diogenis editores restituerunt.

Vss. 20-21. Παρμενίδου τε βίην—νώσεις] Diogenes Laertius IX, 23 : Διὸ καὶ περὶ αὐτοῦ φησιν ὁ Τίμων· Παρμενίδου τε κτλ. Attuli et explanavi hæc Timonis verba jam ad Parmenidis vs. 30.

Vss. 22-24 ἀμφοτερογλώσσου τε —ἥσσω] Diogenes Laertius IX, 25 : Περὶ τούτου καὶ Μελίσσου Τίμων φησὶ ταῦτα· ἀμφοτερογλώσσου τε κτλ. Plutarchus Vit. Pericl. cap. 4 : Διήκουσε δὲ Περικλῆς καὶ Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου, πραγματευομένου περὶ φύσιν ὡς Παρμενίδης· ἐλεγκτικὴν δέ τινα καὶ δι' ἐναντιολογίας εἰς ἀπορίαν κατακλείουσαν ἐξασκήσαντος ἕξιν· ὥσπερ καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος εἴρηκε διὰ τούτων·

Ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀπατηλὸν
Ζήνωνος, πάντων ἐπιλήπτορος.

Quod apud Laertium vulgabatur οὐκ ἀλαπαδνὸν Ζήνωνός τε Πλάτων ἐπιλήπτορος ex Plutarcho correxit Casaubonus scribendo Ζήνωνος πάντων ἐπιλήπτορος. Nam illud ἀλαπαδνὸν quod habent Diogenis membranæ minime sollicitandum. Sequitur apud Diogenem ἠδὲ Μελίσσου cujus loco Meinekius l. c. p. 7 ἠδὲ Μέλισσον rescribi jussit. Denique pro παύρων γε μὲν εἴσω, quæ vetus scriptura erat, Menagius e regio codice protulit ἥσσω. Concinit cum hoc Aldobrandinus vertens : *paucis inferiorem.*

Vss. 25-28. τοῖς δ' ἔνι κοκκυστὴς—ἄλλων] Diogenes Laertius IX, 6 : Τοῦτον δὲ καὶ ὁ Τίμων ὑπογράφει, λέγων·

Τοῖς δ' ἔνι κοκκυστὴς ὀχλολοίδορος Ἡράκλειτος
αἰνικτὴς ἀνόρουσε.

Idem lib. VIII, 67 : Οὐ παρῆκε δὲ οὐδὲ τοῦτον ὁ Τίμων, ἀλλ' ὧδ' αὐτοῦ καθάπτεται λέγων·

καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀγοραίων
κηλητὴς ἐπέων· ὅσα δ' ἔσθενε, τοσσάδε εἷλεν
ἄρχων, ὃς διέθηκ' ἀρχὰς ἐπιδευέας ἄλλων.

Junxi hæc superioribus, quod ab ipso poeta uno tenore scripta videbantur. In verbis ἀγοραίων κηλητὴς ἐπέων genitivus, quemadmodum apud poetas ionicos interdum fit, dativi vicem obtinet. Vid. ad Empedoclis vs. 179. Sunt qui pro ἄρχων legant ἀρχῶν. Utrumque intelligi potest.

Vss. 29-31. Sextus Empiricus Pyrrhon. hyp. I, 33 : Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑπάτυφον αὐτὸν λέγει [ὁ Τίμων] καὶ οὐ τελέως ἄτυφον δι' ὧν φησι· Ξεινοφάνης κτλ. Ὑπάτυφον γὰρ εἶπε τὸν κατά τι ἄτυφον, Ὁμηραπάτης δὲ ἐπικόπτην, ἐπεὶ τὴν παρ' Ὁμήρῳ ἀπάτην διέσυρεν. Ἐδογμάτιζε δὲ ὁ Ξενοφάνης παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων προλήψεις, ἓν εἶναι τὸ πᾶν καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσιν· εἶναι δὲ σφαιροειδῆ καὶ ἀπαθῆ καὶ ἀμετάβλητον καὶ λογικόν. Diogenes Laertius IX, 18 : Ξενοφάνης Δεξιοῦ, ἢ (ὡς Ἀπολλόδωρος) Ὀρθομένους, Κολοφώνιος, ἐπαινεῖται πρὸς τοῦ Τίμωνος. Φησὶ γοῦν·

Ξεινοφάνην ὑπότυφον, Ὁμηραπάτην, ἐπικόπτην.

Laertium e Sexto emendavit Menagius. Apud Sextum tamen vulgo repugnante metro legitur ἐπισκώπτης.

Vs. 30. ἄλλον ἀπάνθρωπον flagitat sententia; Sexti codices ἐκτὸν ἀπ' ἄνθρωπον. Fabricius ἐκτὸς edidit, Paulus ἀπ' ἀνθρώπων, utrumque inepte. Est vero θεὸς ἀπάνθρωπος, ut utar Kuhnii verbis ad Laertium, ὁ μηδὲν ὅμοιον ἔχων ἀνθρώπῳ, qui cum homine nihil habet commune, nec similitudinem

ἀσκηθῆ, νόον αὐτόν, ἀΐδιον ἠδὲ νόημα.

integrum, ipsam mentem æternamque cogitationem.

* * *

Ὡς καὶ ἐγὼν ὄφελον πυκινοῦ νόου ἀντιβολῆσαι,
ἀμφοτερόβλεπτος· δολίῃ δ' ὁδῷ ἐξαπατήθην,
πρεσβυγενὴς ἔτ' ἐών, ἄδολος καὶ ἄμοιρος ἁπάσης
σκεπτοσύνης. Ὅππη γὰρ ἐμὸν νόον εἰρύσαιμι,
εἰς ἓν ταὐτό τε πᾶν ἀνελύετο· πᾶν δ' ἐὸν αἰεὶ
πάντῃ ἀνελκόμενον μίαν εἰς φύσιν ἵσταθ' ὁμοίαν.

Utinam et mihi prudens contigisset animus,
circumspecto judicio; sed dolosa via deceptus sum,
senex adhuc sincerus et expers omnis [terem,
cautæ considerationis. Quocumque enim mentem conver-
in unum idemque universa resolvebantur, et universum
quod semper est] circumcirca in unam sui similem naturam
[reductum constringebatur.

* * *

Ἐν δὲ τὸ θαρσαλέον τε καὶ ἐμμανὲς ὅππῃ ὀρούσαι
φαίνετ' Ἀναξάρχου κύνεον μένος· ὅς ῥα καὶ εἰδώς,
ὥς φασιν, ἄθλιος ἔσκε, φύσις δέ μιν ἔμπαλιν ἦγεν
ἡδονοπλὴξ, ἣν πλεῖστοι ὑποτρείουσι σοφιστῶν.

Inter alios autem audax et furibunda quocumque se verteret
canina Anaxarchi vis conspiciebatur, qui et rerum cogni-
tione instructus,] ut perhibent, miser erat, quia retrorsum
ipsum agebat natura] voluptatibus dedita, quam plurimi
[sophistarum reformidant.

* * *

Καί που Ἀναξαγόρην φάσ' ἔμμεναι ἄλκιμον ἥρω,
Νοῦν, ὅτι δὴ νόος αὐτῷ, ὃς ἐξαπίνης ἐπαγείρας
πάντα συνεσφήκωσεν ὁμοῦ τεταραγμένα πρόσθεν.

Etiam Anaxagoram alicubi esse dicunt fortem heroem,
Mentem, quia mens ipsi fuit, quæ subito collecta
omnia compegit simul, turbata prius.

* * *

Πρωταγόρης τ' ἐπίμικτος, ἐριζέμεναι εὖ εἰδώς.

Protagorasque immixtus (sodalibus) verbis concertare do-
[ctus.

* * *

formæ. Quod vero Kuhnius apud Laertium Ὁμηροπάτην poni vult, improbandum. Vs. 31 in membranis ita exhibetur : ἀσκηθῆ, νοερωτὸν—ἠὲ νόημα. Fabricius interponendum censuit σύμπαντ' aut πάνθ' ὅσον vel simile quid. Brunckius malebat : ἀσκηθῆ, σύμπαντα νόον, σύμπαντα φρόνημα, quum Diogenes IX, 19 hæc fere verba usurpet : σύμπαντά τε εἶναι νοῦν καὶ φρόνησιν. Paulus conjecit ἀσκηθῆ, θνητῶν νοερώτερον ἠὲ νόημα, in carmine autem exaravit ἀσκηθῆ, νοερωτόν, ἀΐδιον ἠὲ νόημα. Mihi Timon videtur scripsisse : ἀσκηθῆ, νόον αὐτόν, ἀΐδιον ἠδὲ νόημα.

Vss. 32-37. ὡς καὶ ἐγὼν—ὁμοίαν] Sextus Empiricus l. c. : Ὁ γὰρ περὶ ἑνὸς δογματίζων ἢ προκρίνων φαντασίαν φαντασίας ὅλως κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν περί τινος τῶν ἀδήλων, τοῦ δογματικοῦ γίνεται χαρακτῆρος, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Τίμων διὰ τῶν περὶ Ξενοφάνους αὐτῷ λεγομένων· ἐν πολλοῖς γὰρ αὐτὸν ἐπαινέσας τὸν Ξενοφάνην, ὡς καὶ τοὺς Σίλλους αὐτῷ ἀναθεῖναι, ἐποίησεν αὐτὸν ὀδυρόμενον καὶ λέγοντα· ὡς καὶ ἐγὼν κτλ. Vs. 33 ἀμφοτερόβλεπτος accipiendum de eo qui utramque partem caute circumspicit. — Vs. 34 vulgo sic legitur : πρεσβυγενὴς ἔτ' ἐὼν καὶ ἀπενθήριστος ἁπάσης. Parum probabilis Schneideri conjectura ἀναμφήριστος; requiritur enim ἄδολος καὶ ἄμοιρος ἁπάσης σκεπτοσύνης quod carmini inserui.

Vss. 38-41. ἐν δὲ τὸ θαρσαλέον—σοφιστῶν] Plutarchus de Virtute morali p. 446, C. (vol. VII pag. 753 ed. Reisk.) : Τῷ γὰρ ὄντι πλησίστιος μὲν ἐπὶ τὰς ἡδονὰς ὁ ἀκόλαστος ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν φέρεται, καὶ δίδωσιν ἑαυτὸν καὶ συγκατευθύνει· πλάγιος δὲ ὁ ἀκρατής, ὥσπερ ἐξαναφέρειν γλιχόμενος καὶ διωθεῖσθαι τὸ πάθος, ὑποσύρεται καὶ περιπίπτει περὶ τὸ αἰσχρόν. Ὡς Ἀνάξαρχον ἐσίλλαινε Τίμων· ἐν δὲ τὸ θαρσαλέον κτλ. Partem hujus loci non nominato auctore allegavit idem Plutarchus de Vitioso Pudore p. 529, A et Sympos. VII pag. 705, F. — Vs. 38 pro ὀροῦσαι omnium librorum lectione Meinekius Exerc. in Athen. l. c. recte scripsit ὀρούσαι, mutato etiam ἐμμενὲς in ἐμμανές. — Vs. 39-40 pro vulgato ὃ ῥα καὶ εἰδώς, ὡς φάσαν rescripsi ὅς ῥα καὶ εἰδώς, ὥς φασιν.

Vss. 42-44. καί που Ἀναξαγόρην—πρόσθεν] Diogenes Laertius II, 6 : Παρ' ὃ καὶ νοῦς ἐπεκλήθη (ὁ Ἀναξαγόρας). Καί φησι περὶ αὐτοῦ Τίμων ἐν τοῖς Σίλλοις οὕτω· καί που Ἀναξαγόρην κτλ. Vocabulo utitur de fabris et architectis dici solito, sed cujus sensus latissime patet, συνεσφήκωσεν. Hesychius : σφήκωμα, πύκνωμα καὶ ὁ δεσμός. Cf. Ernest. ad Iliad. XVII, 52. Mentis cognomen Anaxagoræ fuisse testantur multi scriptores quorum locos collegit Schaubach. Fragm. Anaxag. p. 36.

Vs. 45. Πρωταγόρης τ' ἐπίμικτος κτλ.] Diog. Laert. IX, 52 : Καὶ τὸ νῦν ἐπιπόλαιον γένος τῶν ἐριστι-

......ὡς καὶ μετέπειτα σοφιστῶν
οὔτ' ἀλιγυγλώσσῳ οὔτ' ἀσκόπῳ οὔτ' ἀκυλίστῳ
Πρωταγόρῃ· ἔθελον δὲ τέφρην συγγράμματα θεῖναι,
ὅττι θεοὺς κατέγραψ' οὔτ' εἰδέναι, οὔτε δύνασθαι,
ὁπποῖοί τινές εἰσι καὶ οἵτινες, ἀθρήσασθαι,
πᾶσαν ἔχων φυλακὴν ἐπιεικείης· τὰ μὲν οὔ οἱ
χραίσμησ', ἀλλὰ φυγῆς ἐπεμαίετο, ὄφρα μὴ οὕτως
Σωκρατικὸν πίνων ψυχρὸν ποτὸν Ἄϊδα δύῃ.

. . . . ut etiam postea sophistarum
neque fusca voce prædito neque inconsiderato neque rigido
Protagoræ; volebant autem scripta ejus in cineres convertere,
quia deos scripserat se neque scire, neque posse,
quales sint et qui, dispicere,
quamvis omni æquitate observata. Neque tamen hæc ei
profuerunt, sed fugam meditabatur, ne sic [verba
Socraticam bibens frigidam potionem in Orcum descenderet.

* * *

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λιθοξόος, ἐννομολέσχης,
Ἑλλήνων ἐπαοιδός, ἀκριβολόγους ἀποφήνας,
μυκτήρ, ῥητορόμικτος, ὑπάττικος, εἰρωνευτής.

Ab his igitur discessit lapicida, legulejus,
Græcorum incantator, accurate loquentes efficiens,
derisor, rhetoribus immixtus, satis atticus, in sermone dissimulator.

* * *

Ἀσθενική τε λόγων δυὰς ἢ τριάς, ἢ ἔτι πόρσω,
οἷος Ξεινοφόων, ἴς τ' Αἰσχίνου οὐκ ἐπιπειθὴς
γράψαι.

Exsanguesque verbis duo vel tres vel etiam porro [alii],
ut Xenophon et Æschines non adductus
ad scribendum.

* * *

κῶν ἐγέννησεν, ὅθεν καὶ Τίμων φησὶ περὶ αὐτοῦ· Πρωταγόρης κτλ.

Vss. 46-53. ὡς καὶ μετέπειτα—Ἄϊδα δύῃ] Sextus Empiricus adv. Math. IX, 57: Ὁ δὲ Πρωταγόρας ῥητῶς που γράψας· περὶ θεῶν οὔτε εἰ εἰσίν, οὐθ' ὁποῖοί τινές εἰσι, δύναμαι λέγειν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Παρ' ἣν αἰτίαν θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένων τῶν Ἀθηναίων διαφυγὼν καὶ κατὰ θάλατταν πταίσας ἀπέθανε. Μέμνηται δὲ ταύτης τῆς ἱστορίας καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Σίλλων, ταῦτα διεξερχόμενος· ὡς καὶ μετέπειτα κτλ.

Vs. 46. Olim scribebatur ὥστε καὶ μετέπειτα, ut est apud Stephanum in Poesi philosophica; ὡς καὶ primus correxit Menagius ad Diogen. IX, 52. — Vs. 48. σὺν γράμματι Stephanus, συγγράμματι Menagius; sed flagitatur συγγράμματα, quemadmodum postea editum est. — Vs. 53 Ἄϊδι δύῃ Sexti membranæ, sed sententia desiderat Ἄϊδα δύῃ. Ἄϊδα jam emendavit Menagius ad Laertii l. c.; de δύῃ mutato in δύη vid. Buttmanni Gramm. ampl. II, 114. Timonis locum respexit Io. Frei. Quæst. Protag. pag. 61 seq.

Vss. 54-56. ἐκ δ' ἄρα τῶν—εἰρωνευτής] Diogenes Laertius II, 19: Δοῦρις δὲ καὶ δουλεῦσαι αὐτὸν [τὸν Σωκράτη φησὶ] καὶ ἐργάσασθαι λίθους. Εἶναί τε αὐτοῦ καὶ τὰς ἐν ἀκροπόλει Χάριτας ἔνιοί φασιν, ἐνδεδυμένας οὔσας· ὅθεν καὶ Τίμωνα ἐν τοῖς Σίλλοις εἰπεῖν· ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λιθοξόος κτλ. Sextus Empiricus adv. Math. VII, 8: Τοῦ δὲ ἠθικοῦ μόνος ἐπεμελεῖτο Σωκράτης κατά γε τοὺς ἄλλους αὐτοῦ γνωρίμους, εἴγε καὶ ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι ῥητῶς φησιν ἀπαρνεῖσθαι αὐτὸν τὸ φυσικόν, ὡς ὑπὲρ ἡμᾶς καθεστηκός, καὶ σχολάζειν τῷ ἠθικῷ, ὡς πρὸς ἡμᾶς ὄντι. Τοιοῦτο οἶδε καὶ ὁ Τίμων ἐν οἷς φησιν· « ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαοξόος ἐννομολέσχης· » τουτέστιν ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐπὶ τὴν ἠθικὴν θεωρίαν. Διὸ καὶ ἐννομολέσχης προσέθηκεν, ἅτε τοῦ ἠθικοῦ μέρους ὄντος τὸ περὶ νόμων διαλέγεσθαι. Clemens Alexandrinus Strom. lib. I pag. 129 de Socrate loquens:

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαοξόος ἐννομολέσχης,
Ἑλλήνων ἐπαοιδός,

ὁ Τίμων ἐν τοῖς Σίλλοις φησί, διὰ τὸ ἀποκεκλικέναι τῶν φυσικῶν ἐπὶ τὰ ἠθικά. — Vs. 54. Non dubium quin ἐννομολέσχης, *leges loquens*, vera sit lectio, quam etiam in Poesi philosophica sequitur Henr. Stephanus, etsi in Diogenis editione se in membranis εὐνομολέσχης repperisse testatur. Multum refert, utrum e Diogene λιθοξόος an e reliquis scriptoribus λαοξόος versui inferas; alterum enim metri ratio excludit. — Vs. 56 ῥητορόμικτος Henr. Stephanus in Poesi phil.; ῥητορόμυκτος vulgata scriptura apud Diogenem est, quam neglecto metro Hemsterhusius in ῥητορομύκτης convertit propter præcedens μυκτήρ. Hoc enim, quum proprie *nasum* designet, hic *derisorem* valet.

V. 57-59. ἀσθενική τε—γράψαι] Diogenes Laertius lib. II, 55 de Xenophonte: Τίμων δ' ἐπισκώπτει αὐτὸν ἐν τούτοις· ἀσθενική τε κτλ. Idem II, 62 de Æschine: Ἔπειτ' ἀφικόμενον Ἀθήναζε μὴ τολμᾶν σοφιστεύειν, εὐδοκιμούντων τότε τῶν περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀρίστιππον· ἐμμίσθους δὲ ἀκροάσεις ποιεῖσθαι· εἶτα συγγράφειν λόγους δικανικοὺς τοῖς ἀδικουμένοις. Διὸ καὶ τὸν Τίμωνα εἰπεῖν ἐπ' αὐτῷ· ἴς τ' Αἰσχίνου οὐκ ἐπιπειθὴς γράψαι..... Τούτου τοὺς διαλόγους καὶ Ἀρίστιππος ὑπώπτευεν· ἐν γοῦν Μεγάροις ἀναγινώσκοντος αὐτοῦ φασι σκῶψαι, εἰπόντα, Πόθεν σοι, λῃστά, ταῦτα; — Vs. 57. ἀσθενική τε λόγων δυὰς ἢ τριάς

Οἷά τ' Ἀριστίππου τρυφερὴ φύσις ἀμφαφόωντος
ψεύδη.

Atque ut mollis Aristippi natura tactu
falsum a vero discernentis.

* * *

ἠὲ βαρὺν βουπλῆγα, τομώτερον ἢ Λυκοόργου,
ὅς ῥα Διωνύσου ἀῤῥυθμοπότας ἐπέκοπτε,
ἐκ δὲ ῥυτὰ ῥίπτασκεν ἀπληστοίνους τ' ἀρυσάνας.

vel gravem boum stimulum, acutiorem quam Lycurgi,
qui Bacchi immoderatos potatores percutiebat,
pocula vero ejiciebat cyathosque vini insatiabiles.

* * *

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς
ἡδυεπής, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' Ἑκαδήμου
δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν.

Omnes autem præcedebat latissimus, sed orator
suaviloquens, in scriptis dulcis ut cicadæ, quæ Hecademi
arbori insidentes vocem suavem emittunt.

* * *

καὶ σὺ Πλάτων· καὶ γάρ σε μαθητείης πόθος ἔσχε·
πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον,
ἔνθεν ἀπαρχόμενος Τιμαιογραφεῖν ἐδιδάχθης.

Et tu Plato, (nam te doctrinæ desiderium tenebat,)
grandi pecunia parvum emisti librum,
unde orsus Timæum conscribere didicisti.

* * *

---

i. e. *exsanguesque verbis duo vel tres*. Apparet hic quoque genitivum λόγων pro dativo poni. Sic Homerus Iliad. XXII, 281 : ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων. Vid. supra ad vss. 25-28. — Vs. 58 ἴς τ' Αἰσχίνου e Casauboni emendatione; ἤ τ' Αἰσχίνου Laertii codices. Præterea οὐκ ἐπιπειθὴς γράψαι Stephani ed. præbet pro vitioso οὐκ ἀπειθὴς (vel ἀπειθεὶς) quod priores editiones utroque loco habent. — Vs. 59 γράψαι membranæ omnes excepto regio codice in quo γράψας librarii errore scriptum est. Dicitur autem Æschines non adductus ad scribendum, quia pauca scripsit, adeo ut Aristippus etiam dialogos ejus suspectos haberet. Nam orationes quas paupertate coactus aliis scribebat vix memorare licet.

Vss. 60-61. οἷά δ' Ἀριστίππου κτλ.] Diogenes Laertius II, 66 de Aristippo : Ὁ δὲ Τίμων παρέφαγεν ὡς θρυπτόμενον, οὑτωσί πως εἰπών· οἷά τ' Ἀριστίππου κτλ.—ἀμφαφόωντος ψεύδη significat interprete Eustathio ad Odyss. lib. VIII, 196, τῇ ἀφῇ διερευνῶντος.

Vss. 62-64. ἠὲ βαρὺν βουπλῆγα—ἀρυσάνας] Athenæus X, 64, p. 445, E · Σὺ δέ, ὦ Οὐλπιανέ, ἀῤῥυθμοπότης μὲν εἶ, κατὰ τὸν Φλιάσιον Τίμωνα. Οὕτως γὰρ ἐκεῖνος ὠνόμασε τοὺς τὸν πολὺν σπῶντας οἶνον ἄκρατον ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Σίλλων· ἠὲ βαρὺν βουπλῆγα, τομώτερον ἢ Λυκόοργος κτλ. Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. p. 341. Λυκοόργου correxit hac sententia quæ sola apta est : τομώτερον τῆς τοῦ Λυκούργου βουπλῆγος. Obversabatur poetæ Iliad. VI, 133 seqq. : Αἱ δ' ἅμα πᾶσαι θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν, ὑπ' ἀνδροφόνοιο Λυκούργου θεινόμεναι βουπλῆγι. — Vs. 64 ἀρυταίνας Athenæi codices; ἀρυσάνας emendavit Casaubonus ex eodem scriptore lib. X, 23 p. 424, B dicente : Τίμων δ' ἐν δευτέρῳ Σίλλων ἀρυσάνας κέκληκε τοὺς κυάθους φάσκων οὑτωσί· ἀπληστοίνους τ' ἀρυσάνας. Utrumque græcum est, sed diverso significatu.

Vss. 65-67. τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο—ἱεῖσιν] Diogenes Laertius III, 7 : Ἀλλὰ καὶ ὁ Τίμων εἰς τὸν Πλάτωνα λέγων φησί· τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο κτλ. πρότερον γὰρ διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. Hesychius Milesius s. v. Πλάτων pag. 44 ed. Orell. : Πλατὺς δὲ ὢν τὰ στέρνα ἢ τὸ μέτωπον Πλάτων προσηγορεύθη· οἱ δὲ ὡς πλατὺν ἐν λόγοις οὕτω φασὶ κληθῆναι. Τίμων δὲ κωμῳδῶν αὐτὸν ἐν Σίλλοις φησί· τῶν πάντων ἡγεῖτο κτλ. — Vs. 66 τέττιξιν ἰσογράφος legitur apud Diogenem, i. e. in scriptis dulcis ut cicadæ. Hinc emendandus Hesychius Milesius τέττιξ ἰσογράφος librariorum incuria exhibens. Compara Theocriti illud Idyll. I, 146 : τέττιγος ἐπεὶ τύ γα φέρτερον ᾄδεις, et anonymum poetam apud Brunck. Anal. III p. 250 : εἰ κόκκυξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι. — Vs. 67 δένδρει Diogenes, δένδρῳ Hesychius Milesius. Timonem δενδρέῳ exarasse putabat Menagius propter similem Hesiodi locum Oper. vs. 582 seqq. :

> Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ
> δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν κατεχεύετ' ἀοιδὴν
> πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ

Sed sine dubio imitatus est Homer. Iliad. lib. III, 150 seqq. :

> . . . . ἀλλ' ἀγορηταὶ
> ἐσθλοί, τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵτε καθ' ὕλην
> δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

Cæterum Stephanus in Poesi philosophica p. 66 ἱᾶσι pro ἱεῖσι edidit.

Vss. 68-70. Gellius Noct. att. III, 17 : Timon

ὡς ἀνέπλαττε Πλάτων πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.	ut fingebat Plato conficta miracula sciens.
* * *	* * *
Τοιγὰρ ἔχων Μενεδήμου ὑπὸ στέρνοισι μόλυβδον θεύσεται ἐς Πύῤῥωνα τὸ πᾶν κρέας, ἢ Διόδωρον.	Itaque Menedemi sub pectore plumbum habens curret ad Pyrrhonem carnosum, vel ad Diodorum.
* * *	* * *
νήξομαι εἰς Πύῤῥωνα καὶ εἰς σκολιὸν Διόδωρον.	Natabo ad Pyrrhonem et ad versutum Diodorum.
* * *	* * *
καὶ νόον οὐ λήσεις ἐπιπλήξεσιν ἐγκαταμιγνύς.	neque clam sanam mentem reprehensionibus admiscebis.
* * *	* * *

amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, qui σίλλος inscribitur. In eo libro Platonem philosophum, quem diximus tenui admodum pecunia familiari fuisse, contumeliose appellat, quod impenso pretio librum Pythagoricæ disciplinæ emisset exque eo Timæum, nobilem illum dialogum, concinnasset. Versus super ea re Timonis hi sunt :

καὶ σὺ Πλάτων, καὶ γάρ σε μαθητὴν ὁ πόθος ἔσχεν·
πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἤλλαξας βίβλον,
ὅθεν ἀπαρχόμενος γράφειν ἐδιδάχθης.

Proclus in Platonis Timæum init. : Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Τιμαίου γράμμα περὶ φύσεως τὸν Πυθαγορικὸν τρόπον διατάττεται, ἔνθεν ἀφορμηθεὶς ὁ Πλάτων τιμαιογραφεῖν ἐπιχειρεῖ κατὰ τὸν σιλλογράφον. Schol. Platon. p. 200 ed. Ruhnken. : Τίμαιος ἐκ Λοκρῶν τῶν Ἐπιζεφυρίων, τῆς ἐν Ἰταλίᾳ πόλεως, φιλόσοφος Πυθαγόρειος, ἔγραψε μαθηματικά τε καὶ περὶ φύσεως σύγγραμμα, τὸν Πυθαγορικὸν τρόπον· ἔνθεν ὁ Πλάτων καὶ τὸν διάλογον εἰς αὐτὸν ἔγραψε, καθὰ καὶ ὁ σιλλογράφος φησὶ περὶ αὐτοῦ·

πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξατο βίβλον,
ἔνθεν ἀφορμηθεὶς τιμαιογραφεῖν ἐπεχείρει.

Cf. etiam Iamblichum in Nicomach. arithm. p. 148 ed. Tenull. et Synes. de dono astrolab. p. 307. E cæteris auctoribus Gellius corrigendus. Scripsi autem hos versus ut nuper a Martino Hertzio vulgati sunt, ita ut vs. 68 pro μαθητὴν ὁ πόθος ponerem μαθητείης πόθος, vs. 69 pro ἤλλαξας, ἠλλάξαο, denique vs. 70 pro ὅθεν ἀπαρχόμενος γράφειν restituerem ἔνθεν ἀπαρχόμενος Τιμαιογραφεῖν. De hac emtione vide Diogenem III, 9 et VIII, 15.

Vs. 71. ὡς ἀνέπλαττε κτλ.] Athenæus XI, 113 p. 505, E : Διὸ καλῶς ὁ Τίμων περὶ αὐτοῦ ἔφη· ὡς ἀνέπλαττε κτλ. Diogenes Laertius III, 26 : Ἀλλὰ καὶ Τίμων οὑτωσὶ παραγραμματίζων αὐτόν· ὡς ἀνέπλασε κτλ. Pro ἀνέπλασε apud Laertium ἀνέπλαττε reponendum esse jam Aldobrandinus vidit. Quod in antiquioribus Athenæi exemplaribus reperitur θύματα editorum cura dudum emendatum est.

Vss. 72-73. τοιγὰρ ἔχων—Διόδωρον] Diogenes Laertius IV, 33 de Arcesilao : Καὶ ὁ Τίμων ἐπ' αὐτοῦ φησιν οὕτως·

τῇ γὰρ ἔχων Μενέδημος ὑπὸ στέρνοισι μόλυβδον
θήσεται ἢ Πύῤῥωνα τὸ πᾶν κρέας ἢ Διόδωρον.

Cf. Eusebium Præp. evang. XV p. 729, apud quem legitur :

τῇ γὰρ ἔχων Μενεδήμου ὑπὸ στέρνοισι μόλυβδον
θεύσεται ἢ Πύῤῥωνα τὸ πᾶν κρέας ἢ Διόδωρον.

Vs. 72 pro τῇ γὰρ necessario requiritur τοιγὰρ quod edidi. Deinde neque Μενέδημος ferri potest, siquidem hæc non de Menedemo sed de Arcesilao accipienda, neque Μενέδημον, ut exhibent quædam Diogenis membranæ, sed sententia desiderat quod est apud Eusebium Μενεδήμου. Id autem jam Casaubonus Laertio reddi oportere dixerat. — Vs. 73 θεύσεται ἐς Πύῤῥωνα rescribendum esse idem Casaubonus observavit. Verba τὸ πᾶν κρέας i. e. carnosum recte contendit Menagius cum Theocriti Idyll. III vs. 18, τὸ πᾶν λίθος, ubi scholiastes τὸ πᾶν perhibet dici ἐπιῤῥηματικῶς ἀντὶ τοῦ διόλου, τουτέστι σκληρὰ σφόδρα καὶ ἀμείλικτος.

Vs. 74. νήξομαι εἰς Πύῤῥωνα κτλ.] Diogenes Laertius l. c. : Καὶ διαλιπὼν αὐτὸν ποιεῖ λέγοντα· νήξομαι κτλ. Veterem scripturam κολιὸν Διόδωρον optime Casaubonus in σκολιὸν Διόδωρον convertit.

Vs. 75. Diogenes Laertius l. c. 33 item de Arcesilao : Ἦν δὲ ἀξιωματικώτατος καὶ συνηγμένος, καὶ ἐν τῇ λαλιᾷ διαστατικὸς τῶν ὀνομάτων, ἐπισκώπτης θ' ἱκανῶς καὶ παῤῥησιαστής. Διὸ καὶ πάλιν ὁ Τίμων οὑτωσὶ περὶ αὐτοῦ·

καὶ νέον οὐ λήσῃς ἐπιπλήξεσιν ἐγκαταμιγνύς.

Pro νέον ex egregia Casauboni conjectura reposui νόον; præterea λήσῃς in λήσεις mutavi. In codice regio pro οὐ male scriptum est μή.

Ὣς εἰπὼν ὄχλοιο περίστασιν εἰσκατέδυνεν·
οἱ δέ μιν ἤΰτε γλαῦκα πέρι σπίζαι τερατοῦντο,
ἠλέματον δεικνύντες. Ὅθ' οὕνεκεν ὄχλῳ ἀρέσκεις,
οὐ μέγα πρῆγμα, τάλας· τί πλατύνεαι ἠλίθιος ὥς;

* * *

ἢ τὸν ἀπάνθρωπον καὶ ἀπόσχολον, αὐτολάλητον,
οὐκ ἐμπαζόμενον δόξης ἐρίδων τε, Φίλωνα.

* * *

λῆρον ἀναστήσας, ὀφρυωμένος, ἀφροσιβόμβαξ.

* * *

Ἀλλ' οὔ μοι τούτων φλεδόνων μέλει, οὐδὲ γὰρ ἄλλου
οὐδενός, οὐ Φαίδωνος, ὅτις γε μέν, οὐδ' ἐριδάντεω
Εὐκλείδου, Μεγαρεῦσιν ὃς ἔμβαλε λύσσαν ἐρισμοῦ.

* * *

οὐδ' Ἀκαδημαϊκῶν πλατυρημοσύνης ἀναλίστου.

* * *

οὐδ' ἄρ' Ἀριστοτέλους εἰκαιοσύνης ἀλεγεινῆς.

* * *

Sic locutus circumstantem turbam ingrediebatur :
illi vero eum ut noctuam aviculæ valde admirabantur,
vanum monstrantes. Quia plebeculæ places,
quæ res non magni momenti est, infelix; cur superbis tan-
[quam stultus?

* * *

aut inhumanum, nulli scholæ addictum, secum loquentem,
incuriosum famæ rixarumque Philonem.

* * *

nugarum excitator, superciliosus, stultiloquus.

* * *

Non ego horum nugatorum curam gero, nec alterius
cujusquam, non Phædonis, quisquis ille sit, nec rixatoris
Euclidis, qui Megarensibus contentionis rabiem invexit.

* * *

nec Academicorum loquacitatis insulsæ.

* * *

neque Aristotelis molestæ vanitatis.

* * *

Vss. 76-79. ὣς εἰπὼν ὄχλοιο—ἠλίθιος ὥς.] Diogenes Laertius IV, 42 : Εἰς δὲ τὸ διαβαλλόμενον αὐτῷ φίλοχλον καὶ Τίμων τά τε ἄλλα φησίν, καὶ δὴ καὶ τοῦτον τὸν τρόπον· ὣς εἰπὼν ὄχλοιο κτλ. — Vs. 77 πέρι σπίζαι emendavit Menagius; antea legebatur περισπίζα vel περὶ σπιζοῖ. — Vs. 78 ὄχλῳ ἀρέσκεις quædam Laertii editiones et Hesychius Milesius p. 12 ed. Orell. Nonnulli Diogenis libri male ὀχλοάρεσκος vel ὀχλοαρέσκης.

Vss. 80-81. ἢ τὸν ἀπάνθρωπον—Φίλωνα] ὁ δὲ Φίλων τὰ πλεῖστα διελέγετο, ὅθεν καὶ περὶ τούτου φησὶν οὕτως· ἢ τὸν ἀπάνθρωπον κτλ. — Vs. 80 ἀπάνθρωπον καὶ ἀπόσχολον emendavit Casaubonus; codd. τὸν ἀπ' ἀνθρώπων ἀπόσχολον. Pro αὐτολάλητον Stephani editio et regiæ membranæ αὐτολαλητήν. — Vs. 81. Φίλωνα codices; Brunckius malebat Φίλων ὥς.

Vs. 82. λῆρον ἀναστήσας κτλ.] Diogenes Laertius II, 126, de Menedemo : ὁ δὲ Τίμων οὕτω· λόγον ἀναστήσας κτλ. Hesychius Milesius pag. 36 ed. Orell. : ὁ δὲ Τίμων οὕτω· Λῆρον ἀναστήσας κτλ. Omnino repudiato λόγον quod metrum non fert, rescribendum est λῆρον. Pro ἀφροσιβόμβαξ non erat quod Scaliger ἀφρασιβόμβαξ legendum suspicaretur apud Stephanum in Poesi philosophica p. 217. Sensum loci ostendit Menagius allatis Laertii verbis lib. II, 140 hæc de Menedemo narrantis : Τὰ μὲν οὖν πρῶτα κατεφρονεῖτο, κύων καὶ λῆρος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων ἀκούων.

Vss. 83-85 ἀλλ' οὔ μοι—ἐρισμοῦ] Diogenes Laertius lib. II, 107 : Διὰ ταῦτα δὲ καὶ περὶ αὐτοῦ [τοῦ Εὐκλείδου] ταῦτά φησι Τίμων, προσπαρατρώγων καὶ τοὺς λοιποὺς Σωκρατικούς· ἀλλ' οὔ μοι τούτων κτλ. Fortasse Antisthenis facta mentione Timon hos omnes philosophos φλέδονας appellat. Vid. ad vs. 140. Haud scio an hic locus expressus sit ex Iliad. VI, 450 sqq. :

Ἀλλ' οὔ μοι Τρώων τόσσον μέλει ἄλγος ὀπίσσω,
οὔτ' αὐτῆς Ἑκάβης, οὔτε Πριάμοιο ἄνακτος,
οὔτε κασιγνήτων, οἵ κεν πολέες τε καὶ ἐσθλοὶ
ἐν κονίῃσι πέσοιεν ὑπ' ἀνδράσι δυσμενέεσσιν,
ὅσσον σεῦ κτλ.

Qua de re incorruptius nobis judicare liceret, si apodosis sententiæ adversus Socraticos scriptæ servata esset.

Vs. 86. οὐδ' Ἀκαδημαϊκῶν κτλ.] Diogenes Laertius IV, 67 : Καθόλου δὲ τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς ὁ Τίμων οὕτω διασύρει· οὐδ' Ἀκαδημαϊκῶν κτλ. Pro ἀναλίστου editio Basileensis et codices quidam inepte ἀναλύστου.

Vs. 87. οὐδ' ἄρ' Ἀριστοτέλους κτλ.] Diogenes Laertius lib. V, 11 : Ἀλλὰ καὶ Τίμων αὐτοῦ καθήψατο, εἰπών· οὐδ' ἄρ' Ἀριστοτέλους κτλ. Dan. Heinsius cum hoc versu comparabat Homer. Iliad. XV, 16 : οὐ μὰν οἶδ', εἰ αὖτε κακορραφίης ἀλεγεινῆς, sed unius vocis similitudo incertam reddit parodiam.

καὶ Φοίνισσαν ἴδον λιχνόγραυν σκιερῷ ἐνὶ τύφῳ
πάντων ἱμείρουσαν· ὁ δ' ἔῤῥει γύργαθος αὐτῆς
μικρὸς ἐών, νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα σκινδαψοῖο.

* * *

ὄφρα πενεστάων σύναγεν νέφος, οἳ περὶ πάντων
πτωχότατοί τ' ἦσαν καὶ κουφότατοι βροτοὶ ἀστῶν.

* * *

εἰς δὲ φακῆν ἔμϐαλλε δυωδέκατον κοριάννου.

* * *

καὶ Ζηνώνειόν γε φακῆ ὃς μὴ μεμάθηκεν
ἕψειν εὖ φρονίμως....

* * *

πολλῶν λακεδόνων λυμάντορες αἰπυδολωταί.

* * *

Φὴ δέ τις αἰάζων, οἷα βροτοὶ αἰάζουσιν·
οἴμοι ἐγὼ τί πάθω; τί νύ μοι σοφὸν ἔνθα γένηται;
πτωχὸς μὲν φρένας εἰμί, νόου δ' ἐμοὶ οὐχ ἔνι κόκκος.

Et Phœnissam vidi gulosam anum umbroso in fastu
omnium rerum cupidam : at delluebat plaga ejus
parva (quam texuerat), ut cui scindapso inferior mens [esset.

* * *

donec famulorum nubem coegit, qui longe omnium
civium pauperrimi et levissimi homines erant.

* * *

In lentes injice duodecimam coriandri partem.

* * *

et Zenonianas quidem lentes qui non probe didicit
coquere. . . . . . .

* * *

Multorum dictorum corruptores admodum dolosi.

* * *

Dicit aliquis lamentans, ut mortales lamentantur .
Hei mihi, quid dé me fiet? quid callidi mihi hic continget?
inops animi sum, neque mentis hilum mihi inest.

Vss. 88-90. καὶ Φοίνισσαν ἴδον λιχνόγραυν—σκινδαψοῖο] Diogenes Laert. VII, 15 de Zenone Citieo : Ἦν δὲ καὶ ζητητικὸς καὶ περὶ πάντων ἀκριϐολογούμενος. ὅθεν καὶ Τίμων ἐν τοῖς Σίλλοις φησὶν οὕτω· καὶ Φοίνισσαν κτλ. — Vs. 89. γύργαθος hoc loco est interprete Apostolio Byzantio apud Menagium et Glossarii veteris auctore : *reticulum*. Γύργαθον φυσᾷς ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων. Σημαίνει δὲ τὸ δίκτυον. Componebant veteres captiosas Stoicorum argumentationes cum retibus sive plagis. Cf. Cic. Acad. 4, 48, et Lucian. Vit. auct. cap. 22 : τὰς τῶν λόγων πλεκτάνας, αἷς συμποδίζω τοὺς προσομιλοῦντας. Præterea αὐτῆς e Menagii emendatione versui illatum est. Laertii codices habent ὥς τις; Suidas citans hoc fragmentum s. v. σκινδαψός exhibet αὐτοῦ. — Vs. 90. Σκινδαψός fuit instrumentum musicum tetrachordon teste Athenæo lib. IV, cap. 81, pag. 183. Quum non esset qua uterer commoda vox latina, græcam in interpretatione servavi.

Vss. 91-92. ὄφρα πενεστάων—βροτοὶ ἀστῶν] Diogenes Laertius lib. VII, 16 : Ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν καὶ γυμνοῤῥύπαροί τινες, ὥς φησι καὶ ὁ Τίμων· ὄφρα πενεστάων κτλ. Hæc quoque ad Zenonem referuntur. — Vs. 91. νέφος de ingenti multitudine accipiendum, ut apud Homerum Iliad. IV, 274 : νέφος εἵπετο πεζῶν. Verba οἳ περὶ πάντων πτωχότατοί τ' ἦσαν καὶ κουφότατοι βροτοὶ ἀστῶν eadem constructionis varietate dicuntur quam adhibuit Homerus Il. VII, 289 : περὶ δ' ἔγχει Ἀχαιῶν φέρτατός ἐσσι.

Vs. 93. εἰς δὲ φακῆν ἔμϐαλλε κτλ.] Timon apud Athenæum lib. IV, cap. 47 pag. 158. Vid. ad vss. seqq. Pro κοριάννου male alii κορίαννον.

Vs. 94-95. καὶ Ζηνώνειόν γε—φρονίμως] Athenæus lib. IV, cap. 47, p. 158 : Στωικὸν δὲ δόγμα ἐστὶν ὅτι τε πάντα εὖ ποιήσει ὁ σοφὸς καὶ φακῆν φρονίμως ἀρτύσει. Διὸ καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἔφη « καὶ Ζηνώνειόν γε φακῆν ἕψειν ὃς μὴ φρονίμως μεμάθηκεν » ὡς οὐχ ἄλλως δυναμένης ἑψηθῆναι φακῆς, εἰ μὴ κατὰ τὴν Ζηνώνειον ὑφήγησιν, ὃς ἔφη· εἰς δὲ φακῆν ἔμϐαλλε κτλ. Versus varie restituere conati sunt viri docti. Ego secutus sum Fr. Jacobsium in Additamentis animadversionum in Athenæi Dipnosophistas p. 99 ita scribentem :

καὶ Ζηνώνειόν γε φακῆν ὃς μὴ μεμάθηκεν
ἑψεῖν εὖ φρονίμως,

nisi quod ἕψειν pro ἑψεῖν posui.

Vss. 96. πολλῶν λακεδόνων κτλ.] servavit Sextus Empiricus adv. Math. XI, 171. Pro αἰπυδολωταί male Stephanus in Poesi phil. p. 61 ἐπιδολωταί.

Vss. 97-104. Φή δέ τις αἰάζων—κηφῆνας ἐλαστρεῖ] exstant apud Sextum Empiricum adv. Math XI, 172.

Vs. 97. φὴ δέ τις scripsi pro vulgato φῇ δέ τις, siquidem etiam Anacreon teste Apollonio in Bekkeri Anecd. p. 543, 10 φή pro φησί usurpavit. Cf. Bergkii Poet. Lyr. Gr. p. 784. Similis est hic versus Homerico Odyss. V, 197 : ἔσθειν καὶ πίνειν, οἷα βροτοὶ ἄνδρες ἔδουσιν. — Vs. 98 expressus est ex Odyss. V, 465 : ὦ μοι ἐγὼ τί πάθω, τί νύ μοι μήκιστα γένηται; Cf. ejusdem libri vs. 299. — Vs. 99

Ἦ με μάτην φεύξεσθαι ὀίομαι αἰπὺν ὄλεθρον.
Τρὶς μάκαρες μέντοι καὶ τετράκις οἱ μὲν ἔχοντες
μηδὲ κατατρώξαντες ἐνὶ σχολῇ ὅσσ' ἐπέπαντο.
Νῦν δ' ἐμὲ λευγαλέαις ἔρισιν εἵμαρτο δαμῆναι, [τρεῖ.
καὶ πενίῃ, καὶ ὅσ' ἄλλα βροτοὺς κηφῆνας ἐλασ-

*   *   *

καί τις Ἀρίστωνος γέννην ἄπο αἱμύλου ἕλκων.

*   *   *

Τίς δ' οὕτως κτίλος ὡς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν;
μωλύτης, ἐπέων φίλος, Ἄσσιος, ὅλμος ἄτολμος.

*   *   *

Ἡνίκ' ἐχρῆν δύνειν, νῦν ἄρχεται ἡδύνεσθαι.
ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

*   *   *

Πάντων μὲν πρώτιστα κακῶν ἐπιθυμίη ἐστί.

*   *   *

Profecto falso existimo, me grave exitium effugiturum esse.
Ter quaterque beati certe divites illi
qui non consumpserunt in otio quæcumque possidebant.
Nunc vero mihi fatum fuit perniciosis contentionibus perire,
et paupertate, et quibuscumque aliis mortalium ardeliones
[agitantur.

*   *   *

atque ab Aristone urbano genus aliquis ducens.

*   *   *

Quis vero sic arietis instar obit virorum ordines?
tardus, verbosus, Assius, timidus truncus.

*   *   *

Quando oportebat mortem obire, incipit gaudio frui;
tempus est amandi, tempus item conjugii, tempus etiam
[cessandi.

*   *   *

Omnium quidem malorum primum libido est.

*   *   *

---

comparari potest cum Odyss. XXI, 288: ἆ δειλὲ ξείνων, ἔνι τοι φρένες οὐδ' ἠβαιαί. Adde Odyss. III, 14 et Iliad. XIV, 141. — Vs. 100 fontem habet Odyss. XXII, 67: ἀλλά τιν' οὐ φεύξεσθαι ὀίομαι αἰπὺν ὄλεθρον. — Vs. 101-102 vulgo sic eduntur: τρὶς μάκαρες μέντοι καὶ τετράκις οἱ μὴ ἔχοντες μήτε κατατρώξαντες ἐνὶ σχολῇ ὅσσ' ἐπέπαντο. Apparet priorem versum effictum esse ex Odyss. V, 306: τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο. Inducitur juvenis dolens, quod frustra philosophiæ dederit operam, adeo ut famem sibi imminentem prævideat. Quapropter eos beatos prædicat qui bona sua adhuc possident nec in otio literato consumpserunt. Quæ quum ita sint, Villoisonus ad Cornutum de Nat. deor. p. 354 ed. Osann. pro οἱ μὴ ἔχοντες legendum censuit μὲν ἔχοντες. Non enim eos quibus res est angusta domi, sed qui sua bona in philosophorum scholis minime profusa adhuc retinent felices esse existimat ille juvenis. Sunt vero οἱ ἔχοντες *divites*. Vid. Democrit. fragm. p. 261. Sed recte observat Osannus p. 355, si quis hanc conjecturam probet, simul in sequenti versu pro μήτε reponendum esse μηδέ. — Vs. 103 haud absimilis est Homerico Odyss. V, 312: νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι. — Vs. 104. κηφῆνας, qui proprie sunt fuci, hic desides vel ardeliones apte vocaveris.

Vs. 105. καί τις Ἀρίστωνος κτλ.] Diogenes Laertius VII, 161 de Aristone: Ἦν δέ τις πειστικὸς καὶ ὄχλῳ πεποιημένος· ὅθεν ὁ Τίμων φησὶ περὶ αὐτοῦ· καί τις Ἀρίστωνος γέννης ἄπο αἱμύλου ἕλθων. Hic γέννης mutavi in γέννην. Vid ad Parmenid. vs. 62. Sublato mendo vidi Coraen etiam Ἀτάκτ. III pag. 183 γέννην correxisse.

Vss. 106-107. τίς δ' οὕτως κτίλος—ἄτολμος] Diogenes Laertius VII, 170 de Cleanthe: Ἦν δὴ πονικὸς μέν, ἀφύσικος δὲ καὶ βραδὺς ὑπερβαλλόντως. Διὸ καὶ Τίμων περὶ αὐτοῦ φησιν οὕτως· τίς δ' οὗτος κτίλος ὡς κτλ. Pro οὗτος Stephanus in Poesi phil. p. 68 habet οὕτω quod pronomini prætuli. Videtur autem prior versus compositus ad similitudinem Homerici Iliad. III, 196: αὐτὸς δὲ κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν. — Vs. 107 μωλύτης idem est quod μῶλυς apud Nicandrum Ther. vs. 32: μῶλυς ἐπιστείχων, tardus et segnis, vel, scholiasta interprete, βραδὺς καὶ νωθὴς ἢ μογερὸς ἢ νωχελὴς καὶ μόλις βαίνων.

Vss. 108-109. Athenæus lib. VII cap. 14 pag. 281: Περὶ δὲ Διονυσίου τοῦ Ἡρακλεώτου τί δεῖ καὶ λέγειν; ὃς ἄντικρυς ἀποδὺς τὸν τῆς ἀρετῆς χιτῶνα ἀνθινὰ μετημφιάσατο, καὶ Μεταθέμενος καλούμενος ἔχαιρε, καίτοι γηραιὸς ἀποστὰς τῶν τῆς Στοᾶς λόγων καὶ ἐπὶ τὸν Ἐπίκουρον μεταπηδήσας. περὶ οὗ οὐκ ἀχαρίτως ὁ Τίμων ἔφη· ἡνίκ' ἐχρῆν κτλ. Pro πεπαῦσθαι codd. nonnulli παύεσθαι. Δύνειν ponitur absolute pro *mori, mortem obire*, ut apud Æschylum Agam. vs. 1094, βίου δύντος, *occidentis vitæ*. De re ipsa vide Diogenem Laertium lib. VII, 166 ejusque interpretes.

Vs. 110. πάντων μὲν πρώτιστα κτλ.] Athenæus lib. VIII cap. 16: Παγκάλως δὲ καὶ ὁ Τίμων ἔφη· πάντων μὲν πρώτιστα κτλ. Incertum quem philosophum Timon hoc versu designaverit.

γαστρὶ χαριζόμενος, τῆς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν.

* * *

οὔτε μοι ἡ Τηΐη μᾶζ' ἁνδάνει, οὔτε καρύκη
ἡ Λυδῶν· λιτῇ δὲ καὶ αὐαλέῃ ἐνὶ κόγχῳ
Ἑλλήνων ἡ πᾶσα περισσοτρύφητος ὀϊζύς.

* * *

ὕστατος αὖ φυσικῶν καὶ κύντατος ἐκ Σάμου ἐλθών,
γραμμοδιδασκαλίδης, ἀναγωγότατος ζωόντων.

* * *

γραμματική, τῆς οὔτις ἀνασκοπὴ οὐδ' ἀνάθρησις
ἀνδρὶ διδασκομένῳ Φοινικικὰ σήματα Κάδμου.

* * *

ἐν δὲ πλατυσμὸς
πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο.

* * *

Ventri indulgens quo nihil impudentius.

* * *

Neque Teïa mihi maza placet, neque intritum
Lydorum, sed in tenui siccaque concho
Græcorum tota miseria nimis delicata consistit.

* * *

Ultimus porro physicorum et impudentissimus Samo profectus,
ludimagister, indoctissimus mortalium.

* * *

Grammatica, cujus nulla neque consideratio neque contemplatio est
homini discenti Phœnicias Cadmi notas.

* * *

Inter alia autem ostentatio
eruditionis, qua nihil vanius aliud.

* * *

Vs. 111. γαστρὶ χαριζόμενος κτλ.] Athenæus lib. VII, 11 p. 279 : Περὶ δὲ τοῦ Ἐπικούρου Τίμων ἐν τρίτῃ Σίλλων φησίν· γαστρὶ χαριζόμενος κτλ. Similiter idem lib. IV cap. 56 p. 163, D : διὰ τὴν γαστέρα, « ἧς οὐ λαμυρώτερον οὐδὲν » ὁ Τίμων σου. Conf. Homer. Odyss. lib. VII, 216 : οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο.

Vss. 112-114. οὔτε μοι ἡ Τηΐη ὀϊζύς] Athenæus lib. IV cap. 50 pag. 160 : Ἀπαίδευτοί ἐστε, ἔφη, ἄνδρες δαιτυμόνες, οὐκ ἀναγινώσκοντες βιβλία ἃ μόνα παιδεύει τούς γε ἐπιθυμοῦντας τῶν καλῶν· λέγω δὲ τὰ Τίμωνος τοῦ Πυῤῥωνίου τῶν Σίλλων. οὗτος γάρ ἐστιν ὃς καὶ τοῦ κόγχου μνημονεύει ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Σίλλων λέγων οὕτως · οὔτε μοι ἡ Τηΐη κτλ. διαφόρων γὰρ οὐσῶν καὶ τῶν ἐκ Τέω μαζῶν... καὶ τῶν Λυδίων καρυκῶν, προκρίνει ἀμφοτέρων ὁ Τίμων τὸν κόγχον.— Vs. 112 ἡ Τηΐη vel ἡ Τεΐη emendavit Casaubonus; codices ἡ τηι vel ἦτε vel ἡ τῇ; vulgo ἐκταίη. De conche (κόγχῳ) vid. Juvenal. 3, 293; Martial. 13, 7.

Vss. 115-116. ὕστατος αὖ φυσικῶν—ζωόντων] Diogenes Laertius lib. X, 3 : Διὸ καὶ τὸν Τίμωνα φάσκειν περὶ αὐτοῦ [τοῦ Ἐπικούρου]· ὕστατος αὖ κτλ. Athenæus lib. XIII, 53 pag. 588 : Ὅθεν αὐτὸν καὶ ὁ Τίμων φησὶ « γραμμαδιδασκαλίδην ἀναγωγότατον ζωόντων. » Atque hæc quidem omnium Athenæi codicum scriptura est, sed rectius etiam Lobeckio judice ad Phryn. p. 669 legitur γραμμοδιδασκαλίδης quod exstat apud Diogenem l. c. Valet autem γραμμοδιδασκαλίδης idem quod γραμματοδιδάσκαλος, qualis fuit Epicurus antequam philosophiæ operam daret. Vid. Diog. l. c.

Vss. 117-118. γραμματική, τῆς οὔτις—Κάδμου] Sextus Empiricus adv. Math. I, 53 : Καίτοι δόξειεν ἄν τισιν ἐπὶ τῆς ἐναντίας εἶναι προλήψεως ὁ προφήτης τῶν Πύῤῥωνος λόγων Τίμων, ἐν οἷς φησι· γραμματική, τῆς οὔτις κτλ. Οὐ μὴν οὕτως ἔχειν φαίνεται. τὸ γὰρ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον οὐκ ἔστι τοιοῦτον κατ' αὐτῆς τῆς γραμματικῆς καθ' ἣν διδάσκεται τὰ Φοινικικὰ σήματα Κάδμου· τὸ, οὐδεμία ἐστὶν ἀνασκοπὴ οὐδ' ἀνάθρησις. Πῶς γὰρ, εἰ διδάσκεταί τις αὐτήν, οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἐπιστροφὴν αὐτῆς; ἀλλὰ μᾶλλον τοιοῦτό φησι, διδαχθέντι τὰ Φοινικικὰ σήματα Κάδμου, οὐδεμιᾶς ἄλλης παρὰ τοῦτό ἐστι γραμματικῆς ἐπιστροφή.

Vss. 119-120. ἐν δὲ πλατυσμὸς πουλυμαθημ. κτλ.] Athenæus lib. XIII, 91 pag. 610, B : Τοσαῦτα τοῦ Μυρτίλου ἑξῆς καταλέξαντος καὶ πάντων αὐτὸν ἐπὶ τῇ μνήμῃ θαυμασάντων ὁ Κύνουλκος ἔφη· « πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν, » Ἵππων ἔφη ὁ ἄθεος. Ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ὁ θεῖός φησι « Πουλυμαθίη νόον ἔχειν οὐ διδάσκει. » Καὶ ὁ Τίμων δὲ ἔφη·

Ἐν δὲ πλατυσμὸς
πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο.

Bergkius de Comœd. Attic. Reliq. p. 180 conjecit hæc a Timone aut in Hipponem ipsum, cujus versum paululum immutatum in suum carmen transtulit, esse dicta aut ad Platonem referri, in cujus nomine sæpius lusit sillographus. Cf. vs. 65 et 71. De Hippone atheo vide disputationem Guil. Uhrigii (Gissæ 1848) pag. 9, et Bakhuizen van den Brink. Var. Lectt. ex hist. phil. ant. pag. 57, et quæ supra exposita sunt pag. 81. Ego quem philosophum his versibus perstrinxerit Phliasius poeta, incompertum habeo. Timonis

δειπνομανές, νεκροῦ ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἀκύλιστον.

*   *   *

ἀλλ' οἷον τὸν ἄτυφον ἐγὼ ἴδον ἠδ' ἀδάμαστον
πᾶσιν ὅσοις δαμνᾶται, ἅμ' ἀῤῥήτοις τε φατοῖς τε,
λαῶν ἔθνεα κοῦφα βαρυνόμεν' ἔνθα καὶ ἔνθα
ἐκ παθέων δόξης τε καὶ εἰκαίης νομοθήκης.

*   *   *

οὐκ ἂν δὴ Πύῤῥωνί γ' ἐρίσειεν βροτὸς ἄλλος.

*   *   *

ὦ γέρον, ὦ Πύῤῥων, πῶς ἢ πόθεν ἔκδυσιν εὗρες
λατρείης δοξῶν τε κενοφροσύνης τε σοφιστῶν,
καὶ πάσης ἀπάτης πειθοῦς τ' ἀπελύσαο δεσμά;
οὐδὲ μέλει σοι ταῦτα μεταλλήσειν τίνος αὖραι
Ἑλλάδ' ἔχουσι, πόθεν τε καὶ εἰς ὃ κυρεῖ τὰ ἕκαστα.

*   *   *

Εὔβοιος Πάριος .....

*   *   *

Helluo, cadaverosos oculos habens et cor immotum.

*   *   *

sed qualem ego vidi modestum indomitumque
omnibus iis quibus domantur, simul tacendis et dicendis,
leves hominum nationes agitatæ ultro citroque
commotionibus, gloria et temere scriptis legibus.

*   *   *

cum Pyrrhone quidem non alius sane mortallium concertaret.

*   *   *

O senex, o Pyrrho, quomodo aut unde effugisti [menta,
deorum cultum opinionesque et vana sophistarum commenta,
omnisque fraudis et persuasionis vincula dissolvisti?
Neque tibi curæ est inquirere, cujus (dei) ventus
Græciam perflet atque unde singula sint et quo pertineant.

*   *   *

Eubœus Parius . . . .

---

versum falso Hipponi ascriptum esse statuit Meinekius Exerc. in Athen. II, p. 33.

Vs. 121. δειπνομανές κτλ.] Athenæus lib. IV cap. 55 pag. 162, F : Κτησίβιος δὲ ὁ Χαλκιδεὺς, Μενεδήμου γνώριμος, ὥς φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τοῖς βίοις, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος τί περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας αὐτῷ; ἔφη, Ἀσυμβόλως δειπνεῖν. Διὸ καὶ ὁ Τίμων που πρὸς αὐτὸν ἔφη· δειπνομανές, κτλ. Hunc versum laudavit etiam Eustathius p. 1404, 3. Pro νεκροῦ Schweighæuserus exarari voluit νεβροῦ, quod in hunc locum non convenit. Imitatus est Timon Iliad. lib. I, vs. 225 : οἰνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.

Vss. 122-125. ἀλλ' οἷον τὸν ἄτυφον—νομοθήκης] Eusebius Præp. evang. I, 14 pag. 761 : Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο φαίη τις ἂν ὅτι τοὺς νόμους δεδοίκασι κριτὰς καὶ τὰς τιμωρίας οἱ τοιοῦτοι. Πῶς γάρ; οἵ γε ἀπαθεῖς καὶ ἀτάραχοι (καθάπερ αὐτοί φασιν) ὄντες; ὅ γέ τοι Τίμων ταῦτα καὶ λέγει περὶ τοῦ Πύῤῥωνος· ἀλλ' οἷον κτλ. Stephanus in Poes. phil. p. 71 non recte ἀλλοῖον.

Vs. 126. οὐκ ἂν δὴ κτλ.] εἰ δ' οὐδὲν ὄφελός ἐστι τῶν λόγων, τί ἡμῖν ἐνοχλοῦσιν, ἢ διὰ τί Τίμων φησίν· οὐκ ἂν δὴ κτλ. Hic versus a Timone præcedentibus quattuor subjunctus esse videtur.

Vss. 127-131. ὦ γέρον, ὦ Πύῤῥων,—κυρεῖ τὰ ἕκαστα] Diogenes Laertius lib. IX, 64 : Καὶ δὴ καὶ ζηλωτὰς εἶχε πολλοὺς [ὁ Πύῤῥων] τῆς ἀπραγμοσύνης. Ὅθεν καὶ ὁ Τίμων περὶ αὐτοῦ φησιν οὕτως ἐν τῷ Πύθωνι καὶ ἐν τοῖς Σίλλοις· ὦ γέρον, ὦ Πύῤῥων κτλ. — Vs. 127 ἔκδυσιν Stephani editio et membranæ regiæ; ἔκλυσιν exemplum Frobenianum. — Vs. 131 Ἑλλάδ' ἔχουσι, πόθεν τε καὶ εἰς ὃ κυρεῖ τὰ ἕκαστα emendavit Casaubonus; antea legebatur : Ἑλλάδ' ἔχουσι, πόθεν τε καὶ εἰς ὅ, τι κυρεῖ ἕκαστα. Cæterum verba τίνος αὖραι Ἑλλάδ' ἔχουσι verti : *cujus dei ventus Græciam perflet*. Hæc commodissima visa est ratio. Quippe venti, quorum flatum sentiunt mortales, Diis aut obediunt aut adnumerantur. Vide Hesiodum Theogon. vs. 378 cum Lennepii adnotatione. Diversum quidem ab hoc est Homericum istud Od. IX, 111 : καί σφιν Διὸς ὄμβρος ἀέξει, ubi Eustathius : ὄμβρος δὲ Διός, τουτέστιν ἀέρος, sed tamen cognatum. Illud non dubium quin τίνος in τίνες mutato omnis difficultas evanescat, ut apud Eurip. Suppl. vs. 1058 τίς αὔρα. Ego vero vulgatam lectionem explicare quam versum hunc interpolare malui. Cf. Eurip. Iphig. Aul. vs. 69 : ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι, ubi legendum ὅποι πνοαὶ κτλ. Vulgari locutione *cujus venti auræ*, qua utitur Euripides Med. vs. 836, licet paululum immutata, τοῦ καλλινάου τ' ἀπὸ Κηφισοῦ ῥοὰς τὰν Κύπριν κλῄζουσιν ἀφυσσαμέναν χώραν καταπνεῦσαι μετρίας ἀνέμων ἡδυπνόους αὔρας, hic abstinendum erat.

Vs. 132. Εὔβοιος Πάριος] Athenæus lib. XV, 55 p. 698, A : Πολλοί τινες παρῳδιῶν ποιηταὶ γεγόνασιν, ὦ ἑταῖρε, ἐνδοξότατος δ' ἦν Εὔβοιος ὁ Πάριος, γενόμενος τοῖς χρόνοις κατὰ Φίλιππον. Οὗτός ἐστιν ὁ καὶ Ἀθηναίοις λοιδορησάμενος, καὶ σώζεται αὐτοῦ τῶν παρῳδιῶν βιβλία τέσσαρα. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ Τίμων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Σίλλων. Hujus exemplo Timonem sillos composuisse ideoque operis initio eum memorasse Paulus suspicatus est.

.... σκωπαίους Συβαριτῶν

* * *

.... καλός τε μέγας τε.

* * *

Σπεύσιππος δ' ἀγαθὸς σκῶψαι......

* * *

[καὶ Χίων κόσμος κολακεύσας αἰὲν Ἀρίστων
Περσαῖον κρατερόν τε καὶ Ἀντιγόνοιο ἑταῖρον.]

* * *

[ἐχθαίρων τε μάλιστα σοφιστὰς αἱπυδολωτάς]

* * *

οὐκ ἐθέλοντα....... ἠθολόγον μεῖναι..........

* * *

.... παντοφυῆ φλέδονα......

* * *

ἘΚ ΤΩΝ ἸΝΔΑΛΜΩΝ.

Ἀλλὰ τὸ φαινόμενον πάντῃ σθένει οἷπερ ἂν ἔλθῃ.

* * *

. . . . nanos Sybaritarum

* * *

. . . . pulcherque magnusque.

* * *

Speusippus autem cavillator. . . . . .

* * *

[Et qui Chiis ornamento est Aristo semper adulatus
Persæum fortem Antigonique sodalem.]

* * *

[maximoque in sophistas dolosissimos odio flagrans]

* * *

nolentem morum descriptorem manere. . . . . . .

* * *

. . . . . ingeniosum nugatorem . . . .

* * *

EX IMAGINIBUS.

Sed quod apparet omnibus partibus pollet, quocumque [venerit.

* * *

Vs. 133. σκωπαίους Συβαριτῶν] effeci e verbis Athenæi lib. XII, 16 pag. 518 : Ἐπιχωριάζειν δὲ παρ' αὐτοῖς διὰ τὴν τρυφὴν ἀνθρωπάρια μικρὰ καὶ τοὺς σκωπαίους, ὥς φησιν ὁ Τίμων, τοὺς καλουμένους παρά τισι στίλπωνας. Loquitur autem de Sybaritis. Timonis loco Timæi nomen requisivit Rœperus ap. Meinek. II, 22.

Vs. 134. καλός τε μέγας τε] Athenæus lib. IV cap. 51 pag. 160 : Σὺ δέ μοι δοκεῖς, ὦ Κύνουλκε, κατὰ τὸν σὸν Τίμωνα εἶναί μοι « καλός τε μέγας τε. » Hæc e Sillis petita videntur. Cf. Iliad. XXI, 108 : οὐχ ὁράας, οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε. Fortasse totum versum carmini suo inseruit Timon, quemadmodum idem dictum a Domitiano imperatore in libello quodam usurpatum esse refert Suetonius in ejus vita cap. 18.

Vs. 135. Σπεύσιππος δ' ἀγαθὸς σκῶψαι] effeci e Plutarchi testimonio qui in Dione cap. 17 ait : Σπευσίππῳ μάλιστα τῶν Ἀθήνησι φίλων ἐχρῆτο καὶ συνδιητᾶτο [ὁ Δίων], βουλομένου τοῦ Πλάτωνος ὁμιλίᾳ χάριν ἐχούσῃ, καὶ παιδιᾶς ἐμμελοῦς κατὰ καιρὸν ἁπτομένῃ κεραννύμενον ἀφηδύνεσθαι τοῦ Δίωνος τὸ ἦθος. Τοιοῦτος δέ τις ὁ Σπεύσιππος ἦν· ᾗ καὶ σκῶψαι ἀγαθὸν αὐτὸν ἐν τοῖς Σίλλοις ὁ Τίμων προσηγόρευσεν.

Vss. 136-137. καὶ Χίων κόσμος κτλ.] composui ex Athenæi testimonio lib. VI, 53 pag. 251 hæc tradentis : Τίμων ὁ Φλιάσιος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Σίλλων Ἀρίστωνά φησι τὸν Χῖον, Ζήνωνος δὲ τοῦ Κιτιέως γνώριμον, κόλακα γενέσθαι Περσαίου τοῦ φιλοσόφου, ὅτι ἦν ἑταῖρος Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως.

Vs. 138. ἐχθαίρων τε μάλιστα κτλ.] erui e Diog. Lært. IX, 69 : Καὶ ἐν Ἤλιδι καταπονούμενος [ὁ Πύῤῥων] ὑπὸ τῶν ζητούντων ἐν τοῖς λόγοις, ἀποῤῥίψας θοιμάτιον, διενήξατο τὸν Ἀλφειόν. Ἦν οὖν πολεμιώτατος τοῖς σοφισταῖς, ὡς καὶ Τίμων φησίν. Non ipsa Timonis verba attulit Diogenes, sed sententiam ejus indicavit. Quapropter poetæ versum restituere conatus sum.

Vs. 139. οὐκ ἐθέλοντα κτλ.] Sextus Empiricus adv. Math. VII, 10 : Ὁ Τίμων αἰτιᾶται τὸν Πλάτωνα ἐπὶ τῷ καλλωπίζειν τὸν Σωκράτην πολλοῖς μαθήμασιν. Ἢ γάρ, φησί, τὸν οὐκ ἐθέλοντα μεῖναι ἠθολόγον.

Vs. 140. παντοφυῆ φλέδονα] Diogenes Laertius VI, 18 : Ὁ Τίμων δὲ διὰ τὸ πλῆθος [τῶν συγγραμμάτων] ἐπιτιμῶν αὐτῷ [τῷ Ἀντισθένει] παντοφυῆ φλέδονά φησιν αὐτόν. Cf. supra vs. 83.

Vs. 141. ἀλλὰ τὸ φαινόμενον κτλ.] Diogenes Laertius lib. IX, 105 : Ὅθεν καὶ ὁ Τίμων ἐν τῷ Πύθωνί φησι, μὴ ἐκβεβηκέναι [τὸν Πύῤῥωνα] τὴν συνήθειαν. Καὶ ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς οὕτω λέγει· ἀλλὰ τὸ φαινόμενον παντὶ σθένει οὗπερ ἂν ἔλθῃ. Legendum πάντῃ et οἷπερ. Eumdem Timonis versum laudat et Sextus advers. Math. pag. 143.

Τοῦτό μοι, ὦ Πύῤῥων, ἱμείρεται ἦτορ ἀκοῦσαι,
πῶς ποτ' ἀνὴρ ἔτ' ἄγεις πάντα μεθ' ἡσυχίης,
μοῦνος δ' ἀνθρώποισι θεοῦ τρόπον ἡγεμονεύεις,
ὃς περὶ πᾶσαν ἑλῶν γαῖαν ἀναστρέφεται,
δεικνὺς εὐτόρνου σφαίρης περικαύτορα κύκλον.

* * *

ῥῆστα μεθ' ἡσυχίης
αἰεὶ ἀφροντίστως καὶ ἀκινήτως κατὰ ταὐτά,
μὴ προσέχων δεινοῖς ἡδυλόγου σοφίης.

* * *

Ἦ γὰρ ἐγὼν ἐρέω ὥς μοι καταφαίνεται εἶναι,
μῦθον ἀληθείης ὀρθὸν ἔχων κανόνα·
ὡς ἡ τοῦ θείου τε φύσις καὶ τἀγαθοῦ αἰεί,
ἐξ ὧν ἰσότατος γίγνεται ἀνδρὶ βίος.

* * *

ἘΞ ἈΛΛΩΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ.

... λαβάργυρος ὡρολογητής

* * *

Hoc mihi, o Pyrrho, animus audire gestit,
quomodo tandem etiam nunc homo tranquille omnia
solus vero hominibus dei more imperes, [modereris,
qui totam terram ambiens (ubique) versatur,
monstrans bene tornatæ sphæræ ardentem orbem.

* * *

(vitam traducat) facillime et tranquille
semper securo et immoto circa easdem res animo,
non attendens miserias suaviloquentis sapientiæ.

* * *

Profecto enim ego dicam ut mihi videtur esse,
veritatis orationem certissimam regulam habens,
Dei bonique naturam esse semper,
e quorum præscriptis acta justissima homini vita fit.

* * *

EX ALIIS CARMINIBUS.

. . . . mercenarius horarum index.

* * *

Vss. 142-146. Τοῦτό μοι, ὦ Πύῤῥων—κύκλον] Diogenes Laertius IX, 65: καὶ πάλιν [ὁ Τίμων περὶ τοῦ Πύῤῥωνος] ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς·

Τοῦτό μοι, ὦ Πύῤῥων, ἱμείρεται ἦτορ ἀκοῦσαι,
πῶς ποτ' ἀνὴρ ἔτ' ἄγεις ῥᾶστα μεθ' ἡσυχίης,
μοῦνος ἐν ἀνθρώποισι θεοῦ τρόπον ἡγεμονεύων.

Sextus Empiricus adv. Mathem. pag. 61: Τίμωνος δὲ τοῦ Φλιασίου τὸν Πύῤῥωνα ἡλίῳ ἀπεικάζοντος, ἐν οἷς φησι·

Μοῦνος δ' ἀνθρώποισι θεοῦ τρόπον ἡγεμονεύεις,
ὃς περὶ πᾶσαν ἑλῶν γαῖαν ἀναστρέφεται,
δεικνὺς εὐτόρνου σφαίρας περικαύτορα κύκλον.

Junxi utrumque fragmentum, ut uno tenore oratio inde a τοῦτό μοι usque ad κύκλον decurreret. Mutavi autem vs. 143 ῥᾶστα in πάντα et vs. 146 σφαίρας in σφαίρης. Est vero hic ἀνὴρ non de viro, sed de homine accipiendum, ut vs. 153. Cf. Hermann. ad Viger. p. 722 seq.

Vss. 147-149. ῥῆστα μεθ' ἡσυχίης—σοφίης] Sextus Empiricus adv. Math. XI, 1: Οὕτω γὰρ ἕκαστος ἡμῶν τὴν τελείαν καὶ σκεπτικὴν ἀπολαβὼν διάθεσιν, κατὰ τὸν Τίμωνα βιώσαι· ῥῆστα μεθ' ἡσυχίης κτλ. — Vs. 148. pro κατὰ ταὐτά alii male κατὰ ταῦτα. — Vs. 149 δεινοῖς scripsi pro vulg. δειλοῖς.

Vss. 150-153. ἦ γὰρ ἐγὼν—βίος] Sextus Empiricus adv. Math. XI, 20: Περὶ μὲν γὰρ τῆς πρὸς τὴν φύσιν ὑποστάσεως τῶν τε ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν οὐδετέρων ἱκανοί πώς εἰσιν ἡμῖν ἀγῶνες πρὸς τοὺς δογματικούς. Κατὰ δὲ τὸ φαινόμενον τούτων ἕκαστον ἔχομεν ἔθος ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἢ ἀδιάφορον προσαγορεύειν, καθάπερ καὶ ὁ Τίμων ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς ἔοικε δηλοῦν ὅταν φῇ· ἦ γὰρ ἐγὼν ἐρέω κτλ. — Vs. 151 μῦθον ἀληθείης non alio sensu dixit Timon quam Euripides Phœn. vs. 479, ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Præterea κανόνα vocat ὀρθὸν eo intellectu quo ab Aristotele memorantur ὀρθαὶ πολιτεῖαι quæ revera tales sunt et recte eo nomine appellantur: quibus opponuntur αἱ παρεκβεβηκυῖαι Polit. lib. III cap. 7 et 10; et lib. IV cap. 2: Ἐν τῇ πρώτῃ μεθόδῳ περὶ τῶν πολιτειῶν διειλόμεθα τρεῖς μὲν τὰς ὀρθὰς πολιτείας, βασιλείαν, ἀριστοκρατίαν, πολιτείαν· τρεῖς δὲ τὰς τούτων παρεκβάσεις, τυραννίδα μὲν βασιλείας, ὀλιγαρχίαν δὲ ἀριστοκρατίας, δημοκρατίαν δὲ πολιτείας. Latine igitur ὀρθὸν κανόνα *certissimam regulam* nominare licet. Hæc addenda putavi, quod magna fuit doctorum hominum in explicandis his versibus de singulis fere poetæ verbis dissensio. In universum tenendum Timonem cum bona et mala opinabilia habuisse, tum naturam divinam, quam vitæ normam esse statuit. Quippe persuasum ei erat, Scepticorum animos in sola rerum indifferentium (τῶν ἀδιαφόρων) meditatione defixos virtutis participes fieri summamque beatitudinem consequi. Nam ut inter vitam et mortem, ita inter optimam valetudinem et gravissimum morbum nihil prorsus interesse judicavit. Cf. Cic. de Fin. II, 13, 43. Epictetus ap. Stobæum Serm. 121, 28; Aristocles apud Eusebium Præp. Evang. XIV, 18 pag. 758.

Vs. 154. λαβάργυρος ὡρολογητής] Athenæus lib.

.... πάντη γὰρ ἐπεῖχε γαλήνη.

* *

τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησ' ἐν νηνεμίῃσι γαλήνης.

* * *

.... ἀφυγὴς καὶ ἀναίρετος ἔσται.

* * *

. . . . . circumcirca enim tranquillitas exstiterat.

* * *

Postquam igitur hunc vidit tranquillo mari quiescentibus [ventis.

* * *

ei nulla erit effugiendi facultas et eligendi potestas.

* * *

IX, 71 pag. 406 : Τίς δ' αὕτη ἡ λιθίνη βαλλητύς; Ἐλευσῖνι γὰρ τῇ ἐμῇ οἶδά τινα πανήγυριν ἀγομένην καὶ καλουμένην Βαλλητύν· περὶ ἧς οὐκ ἄν τι εἴποιμι μὴ παρ' ἑκάστου μισθὸν λαβών. Ἀλλ' ἔγωγε, φησὶν ὁ Δημόκριτος, οὐκ ὢν « λαβάργυρος ὡρολογητὴς » κατὰ τὸν Τίμωνος Πρόδειπνον (al. τὸ Τίμωνος Περίδειπνον), λέξω τὰ περὶ τοῦ Ἡγήμονος. Apparet hic nominari λαβάργυρον ὡρολογητήν facete τὸν ἐπὶ μισθῷ ὡρολογοῦντα, ut ait Eustathius pag. 1349, 10.

Vs. 155. πάντη γὰρ ἐπεῖχε γαλήνη] servavit Sextus Empiricus adv. Math. XI, 141. Hemistichium hoc ex Imaginibus sumtum esse putabat Brunck. Id nobis non liquere ingenue confitemur. Cæterum Timonis verba proxime accedunt ad Herodoteum illud lib. II, 96 : ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ.

Vs. 156. τὸν δ' ὡς οὖν κτλ.] exstat apud Sextum Empiricum adv. Math. XI, 141. Conf. Odyss. V, 391 seq. : καὶ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο, ἠδὲ γαλήνη ἔπλετο νηνεμίη, et ibi Eustathium.

Vs. 157. ἀφυγὴς καὶ ἀναίρετος ἔσται] affert Sextus Empiricus adv. Math. XI, 164. Hoc quoque fragmentum ex Imaginibus petitum esse conjecit Fabricius ad Sexti locum, sed nihil probavit.

PRÆFATIO DE XENOPHANE.

Xenophanes (1) Colophonius patre vel Orthomene, ut Apollodorus tradit, vel Dexio sive Dexino natus insigne patriæ suæ decus atque ornamentum fuit. Nam quum Colophonii, Ionum in Asia prope potentissimi, non solum divitiis affluerent viribusque et armis valerent, sed etiam summa ingeniorum ac doctrinarum laude aliis præstarent : multos ea civitas tulit poetas quorum memoriam Nicander (2), et ipse Colophonis urbis alumnus, scripto quodam fertur celebrasse. Ex his præ cæteris poetica facultate conspicui fuerunt gloriamque consecuti sunt Mimnermus, elegiacorum carminum scriptor, et Xenophanes de quo hic agitur (3). Hujus autem ætatem in magna antiquorum testium dissensione definire difficillimum est. Nos Apollodorum (4) sequimur qui eum Olympiade quadragesima natum esse scripsit, quod confirmat Sextus Empiricus adv. Math. I cap. 12, 257. Neque alia videtur Eusebii et Diogenis Laertii sententia fuisse, quorum alter (5) in Canone chronico Xenophanem quarto Olympiadis quinquagesimæ sextæ anno, alter (6) sexagesima Olympiade floruisse auctor est. Etenim admodum senex obiit Xenophanes, quem Lucianus in Longævis (7) unum et nonaginta annos vixisse, Censorinus cap. XV (8) centum annis majorem exspirasse testatur. Certe Diogenes Laertius lib. IX, 19 e Colophonii poetæ carminibus aliquot versus affert anno ætatis nonagesimo secundo ab eo compositos (9). Relicta patria in Siciliam profectus primo Zanclen, deinde Catanam habitatum concessit (10). Veliæ quoque eum degisse etsi non diserte ab antiquis proditum sit, satis tamen probatur eo quod ab omnibus Eleaticæ doctrinæ auctor nominatur, et quod carmine quodam primordia hujus urbis celebravit (11). Exstat etiam dictum ejus ad Eleatas apud Aristotelem Rhet. II, 23, p. 447, C (12). Dubium est quibus magistris usus sit, siquidem alii alios memorant. Etenim ferunt Botonem (13) quemdam Atheniensem ab eo auditum esse, cujus et ætas et doctrina incomperta est. Sed qui Archelaum præceptorem addunt summo in errore versantur, quia temporum ratio videtur obstare. Quamobrem fuerunt qui nullius eum auditorem fuisse opinarentur.

(1) Diogenes Laertius lib. IX, 18 : Ξενοφάνης Δεξιοῦ, ἢ (ὡς Ἀπολλόδωρος) Ὀρθομένους, Κολοφώνιος. De patris nomine cum Apollodoro consentiunt Pseudorigenes in Philosophicis et Theodoretus Therapeut. serm. IV, Ὀρθομένους υἱὸν appellantes. Sed Δεξίνου υἱὸν esse vult Lucianus in Longævis 20, tom. III p. 222 ed. Hemsterhus.

(2) Nicandri liber περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν laudatur ab ejus interprete ad Theriac. vs. 3 pag. 173 ed. Didot. cf. Schellenberg. de Antimachi Colophonii reliquiis p. 7.

(3) Strabo lib. XIV, 28 pag. 643 ed. Casaub. : Ἄνδρες δ' ἐγένοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων Μίμνερμος, αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγείας, καὶ Ξενοφάνης ὁ φυσικός.

(4) Clemens Alexandrinus Strom. I p. 301, C : Τῆς δὲ Ἐλεατικῆς ἀγωγῆς Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος κατάρχει, ὅν φησι Τίμαιος κατὰ Ἱέρωνα, τὸν Σικελίας δυνάστην, καὶ Ἐπίχαρμον τὸν ποιητὴν γεγονέναι· Ἀπολλόδωρος δὲ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα γενόμενον παρατετακέναι (τὸν βίον) ἄχρι τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων. Sextus Empiricus adv. Math. I, 12, 257 pag. 270 ed. Fabric. : Ὅτι Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐγένετο περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα.

(5) Eusebius Canon. chronic. ad Olymp. 56 ann. 4 : Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐγνωρίζετο.

(6) Diogenes Laertius lib. IX, 20 : Ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.

(7) Lucianus Longæv. 20, tom. III pag. 222 ed. Hemsterh. : Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου μὲν υἱός, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητής, ἐβίωσεν ἔτη ἓν καὶ ἐνενήκοντα.

(8) Censorinus de Die natali cap. 15 : « At Xenophanes Colophonius major annorum centum fuit. »

(9) Vide fragm. 24.

(10) Diogenes Laertius IX, 18 : Οὗτος ἐκπεσὼν ἧς πατρίδος ἐν Ζάγκλῃ τῆς Σικελίας διέτριβε καὶ ἐν Κατάνῃ.

(11) Plato Sophist. p. 242, D : Τὸ δὲ παρ' ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις. Aristoteles Metaph. I cap. 5 : Ξενοφάνης πρῶτος τούτων ἑνίσας (ὁ γὰρ Παρμενίδης τούτου λέγεται μαθητής) οὐδὲν διεσαφήνισεν, οὐδὲ τῆς φύσεως τούτων (τοῦ κατὰ λόγον ἑνὸς καὶ τοῦ κατὰ τὴν ὕλην) οὐδετέρας ἔοικε θιγεῖν· ἀλλ' εἰς τὸν ὅλον οὐρανὸν ἀποβλέψας τὸ ἓν εἶναί φησι τὸν θεόν. Similiter Plutarchus, Sextus Empiricus, Clemens Alexandr. Strom. I pag. 300.

(12) Vid. fragm. incert. 8.

(13) Diogenes Laertius IX, 18 : Διήκουσε δὲ κατ' ἐνίους μὲν οὐδενός, κατ' ἐνίους δὲ Βότωνος Ἀθηναίου, ἢ (ὥς τινες) Ἀρχελάου.

Verum multa eum ingenii monumenta reliquisse apparet. Nam Diogenes Laertius (1) testificatur, eum versus heroicos et elegias edidisse, ac præterea iambis Hesiodum atque Homerum insectatum esse, quum ea quæ de diis dixerant perstringeret. Idem scriptor (2) Xenophanem Colophonis et Veliæ urbium origines duobus millibus versuum persecutum esse refert. Adjungunt alii Sillos et Parodias (3), sive diversa hæc a reliquis carmina fuerunt, sive reliquorum partes. Denique de Rerum Natura librum laudat Pollux VI, 9. Fallitur autem Eusebius (4), physicum et tragœdiarum scriptorem Xenophanem vocans, nisi tragœdias eo sensu accepit, quo Plato (5) Homerum tragœdiæ principem esse dixit, ut poema grave atque a comœdiæ jocis abhorrens intelligatur. Cæterum jam ab aliis improbata est Menagii conjectura ad Diogen. Laert. lib. IX, 18 proposita, qua bis apud Athenæum lib. X pag. 424, C et lib. XIII p. 576, D pro Ζηνοφάνης quod in membranis reperitur Ξενοφάνης substitui volebat, ignotum libellum τὸ συγγενικὸν inscriptum cujus priore loco meminit Athenæus a Xenophane contextum esse ratus. Ex elegiis Diogenes Laertius VIII, 36 servavit fragmentum quo Pythagoræ metempsychosis exagitatur (6), et alium locum Athenæus IX, p. 368, E (7); e parodiis quinque versus habet idem Athenæus lib. II, p. 54, E (8). E libro de rerum natura versum profert Stobæus Eclog. phys. I p. 294 (tom. I p. 112 ed. Gaisf.) qui dubiæ auctoritatis est (9). Neque pluris faciendum quod Pollux VI, 46 p. 590 ex eodem fontein medium affert (10). Cæteri loci unde sumti sint, ignoramus. Xenophanis philosophiam exposuit Aristoteles libro de Melisso, Xenophane et Gorgia, qui a nobis editus et commentario illustratus est. Ipsa quæ supersunt carmina et fragmenta uberiore disputatione non egent. Hæc primus colligere instituit Henr. Stephanus in Poesi philosophica, sed omissa omni explicatione et doctrinæ apparatu. Quod inchoaverat vir incomparabilis duobus sæculis post alii perficere tentarunt. Namque Georg. Gust. Füllebornius in Silvis historicis et philosophicis (*Beytræge zur Geschichte der Philosophie*), Jenæ et Lipsiæ, 1799) easdem Xenophanis carminum reliquias recensuit, sed copiosius et doctius interpretatus est Chr. Aug. Brandisius, divulgata Commentationum Eleaticarum parte prima, Altonæ 1813, in qua Xenophanis, Parmenidis et Melissi disciplinam rationemque adhibitis ipsorum effatis explanavit. His accesserunt Victor Cousinus et Simon Karstenius, quorum ille in elegantissimo Fragmentorum philosophicorum volumine (*Nouveaux Fragments philosophiques*, Parisiis 1828) pag. 9-95, de Xenophanis vita, studiis, doctrina dedita opera egit, hic philosophi dicta et versus plenius collegit adjectis locis quorum Stephanus aliique immemores fuerant. Adde quod de Colophonii poetæ vita, scriptis et philosophia abundanter et erudite disseruit (11). Secuta est duplex editio nostra, prior Berolini anno 1845 promulgata, posterior hæc ad præsentis operis institutum accommodata. Quamvis autem in Xenophanis, Parmenidis, Melissi fragminibus quæ prope omnia intellectu facilia sunt copiose explicandis operam ponere noluerim, nihil tamen neglexi quo ipsa philosophorum oratio Füllebornii, Brandisii, Karstenii aliorumque virorum doctorum studio pluribus locis jam emendata magis etiam expoliretur. Præterea qua diligentia ad ornanda hæc laceri corporis membra incubui, eadem in singulis partibus e græco in latinum sermonem vertendis usus sum.

(1) Diog. Laert. l. c. : Γέγραφε δὲ καὶ ἐν ἔπεσι, καὶ ἐλεγείας καὶ ἰάμβους καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα.

(2) Diog. Laert. IX, 20 : Ἐποίησε δὲ καὶ Κολοφῶνος κτίσιν, καὶ τὸν εἰς Ἐλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμόν, ἔπη δισχίλια.

(3) Strabo lib. XIV, 28 pag. 643 ed. Casaub. : Ξενοφάνης ὁ φυσικός, ὁ τοὺς σίλλους ποιήσας διὰ ποιημάτων. Eustath. ad Iliad. lib. II p. 154 : Ὅτι οὐ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε σίλλους ἐν οἷς εὐδοκίμησε κτλ. Athenæus lib. II pag. 54, E : Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν παρῳδίαις κτλ. Cf. Menag. ad Diog. Laert. IX, 18.

(4) Eusebius Canon. chronic. ad Olymp. 60 ann. 2 : Φωκυλίδης καὶ Ξενοφάνης φυσικὸς τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο.

(5) Plato Theaetet. p. 152. E : Καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοί, πλὴν Παρμενίδου, ξυμφέρεσθον, Πρωταγόρας τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας· κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος κτλ.

(6) Vid. fragm. 18.

(7) Fragm. 22.

(8) Fragm. 17.

(9) Vide quæ dixi ad fragm. 8.

(10) Vid. fragm. incert. 2.

(11) Philosophorum græcorum veterum, præsertim qui ante Platonem floruerunt, operum reliquiæ. Recensuit et illustravit Simon Karsten. Volumen I, pars I. Xenophanes. Amstelodami, sumtibus J. Mülleri et soc. 1830. Aristotelis de Melisso, Xenophane et Gorgia disputationes cum Eleaticorum philosophorum fragmentis et Ocelli Lucani qui fertur de universi natura libello conjunctim edidit, recensuit, interpretatus est F. G. A. Mullachius. Berolini, 1845.

ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ
ΕΠΕΩΝ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΩΝ
ΛΕΙΨΑΝΑ.

1. Εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος,
οὔτε δέμας θνητοῖσιν ὁμοίϊος οὔτε νόημα.
2. Οὖλος ὁρᾷ, οὖλος δὲ νοεῖ, οὖλος δέ τ' ἀκούει.
3. Ἀλλ' ἀπάνευθε πόνοιο νόου φρενὶ πάντα κραδαίνει.
4. Αἰεὶ δ' ἐν ταὐτῷ τε μένειν κινούμενον οὐδέν,
οὐδὲ μετέρχεσθαί μιν ἐπιπρέπει ἄλλοτε ἄλλῃ.
5. Ἀλλὰ βροτοὶ δοκέουσι θεοὺς γεννᾶσθαι [ὁμοίως]

XENOPHANIS
CARMINUM ET DICTORUM
RELIQUIÆ.

1. Unus est deus deorum hominumque summus,
nec corpore mortalibus similis nec mente.
2. Totus videt totusque intelligit totusque audit.
3. Sed sine negotio mentis vi cuncta permovet.
4. Semper enim immotum eodem statu manere,
neque alias alio migrare perspicuum est.
5. At mortales opinantur deos generari [pariter atque ipsos]

---

1. Profert hos versus Clemens Alex. Strom. V p. 601, C, ex cujus opere eos mutuatus est Eusebius Præp. Evang. XIII, 13 p. 678, D. Versu secundo lectionem οὔτε—οὔτε codd. mss. auctoritate firmatam vulgatæ scripturæ οὔτι—οὐδὲ præoptavi. Horum versuum sensum esse vult Clemens ὅτι εἷς καὶ ἀσώματος ὁ θεός, quam Xenophanis sententiam esse e sequentibus satis patet.

2. Citatur hic versus non nominato auctore a Sexto Empir. adv. Matth. IX, 144, vindicaturque Xenophani a Fabricio ad h. l. Diog. Laert. IX, 19 Xenophanem ait censuisse, deum ὅλον ὁρᾷν καὶ ὅλον ἀκούειν—σύμπαντά τε εἶναι νοῦν καὶ φρόνησιν. Idem testatur Plutarchus apud Euseb. Præp. Evang. I p. 23 : ἀκούειν δὲ καὶ ὁρᾷν καθόλου, καὶ μὴ κατὰ μέρος. Similia veterum dicta notiora sunt quam quæ commemoratione indigeant.

3. Servavit hunc versum Simplicius in Aristot. Phys. f. 6. Recte quidem observat Karstenius φρένα esse *omnem mentis animique vim*, in qua posita sit *cogitatio* sive ὁ νοῦς, sed idem falso hunc versiculum sic exprimit : *sine negotio mente et cogitatione cuncta gubernat*, quasi νόου φρενὶ tantumdem valeat quantum φρενὶ καὶ νόῳ. In qua interpretatione apparet eum etiam κραδαίνειν male accepisse. Cum nostro loco contulit Brandisius dictum Empedocleum v. 395-396 : φρὴν ἱερὴ—φροντίσι κόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα θοῇσι, quod tamen non idem sonat.

4. Hunc locum Simplicius laudat ad Aristot. Phys. fol. 6, a. Sed ibi vulgo scribitur : αἰεὶ δ' ἐν ταὐτῷ μένει κινούμενον οὐδέν, οὐδὲ μετέρχεσθαι μήν, ἐπεὶ πρέπει ἄλλοτε ἄλλῃ. Depravatam scripturam, ut fieri oportebat, correxit Karstenius, cujus translationem tamen mutavimus.

5. Hoc fragmentum legitur apud Clementem Alex. Strom. V p. 601, C, et Eusebium Præp. Evang. XIII, 13 p. 678, D, post versus quos primo loco posuimus interpositis verbis καὶ πάλιν. Uterque scriptor hos versus sic exhibet :

Ἀλλὰ βροτοὶ δοκέουσι θεοὺς γεννᾶσθαι....
τὴν σφετέρην δ' ἐσθῆτα ἔχειν φωνήν τε δέμας τε.

Ita certe vulgata exemplaria habent, sed in Florentina editione prior versus in iambicum mutatus hoc modo exaratur :

Ἀλλ' οἱ βροτοὶ δοκοῦσι γεννᾶσθαι θεούς,

quæ et codicis Parisiensis scriptura est, nisi quod in hoc pro δοκοῦσι reperitur δοκέουσι. Apud Theodoretum Græc. affect. curat. Serm. III p. 49 ed. Sylb. idem locus quamvis ex Clemente petitus, tamen in hunc modum a librariis interpolatus est :

Ἀλλ' οἱ βροτοὶ δοκοῦσι γεννᾶσθαι θεούς,
καὶ ἴσην τ' αἴσθησιν ἔχειν φωνήν τε δέμας τε.

Karstenius veriorem esse ratus vulgatam Clementis lectionem, eam quod versu secundo δ' ἐσθῆτα ἔχειν metro repugnet et φωνὴν parum commodum sensum præbeat hac ratione emendari vult :

Ἀλλὰ βροτοὶ δοκέουσι θεοὺς γεννᾶσθαι....
τὴν σφετέρην ἐσθῆτά τ' ἔχειν μορφήν τε δέμας τε.

At præter necessitatem φωνήν in μορφήν convertit; quare illud Xenophani restituendum. Post γεννᾶσθαι excidit fortasse ἐπ' ἴσης, quo Herodotus uti solet, vel quod præfero ὁμοίως. Id enim frequenter absolute dici non est quod exemplis doceam. Cæterum pro ἐσθῆτα magis congruum est αἴσθησιν, denique pro δ' post σφετέρην ponendum est τ'. Quare locus in hanc formam redigendus est :

Ἀλλὰ βροτοὶ δοκέουσι θεοὺς γεννᾶσθαι ὁμοίως

τὴν σφετέρην τ' αἴσθησιν ἔχειν φωνήν τε δέμας τε.
6. Ἀλλ' εἴτοι χεῖράς γ' εἶχον βόες ἠὲ λέοντες,
ἢ γράψαι χείρεσσι καὶ ἔργα τελεῖν ἅπερ ἄνδρες,
ἵπποι μέν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὁμοίας
καί κε θεῶν ἰδέας ἔγραφον καὶ σώματ' ἐποίουν
τοιαῦθ', οἷόν περ καὶ αὐτοὶ δέμας εἶχον ὁμοῖον.
7. Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε
ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστί,
καὶ πλεῖστ' ἐφθέγξαντο θεῶν ἀθεμίστια ἔργα,
κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.
8. [Ἐκ γαίης γὰρ πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ.]

mortalique sensu et voce et figura esse præditos.
6. Si vero manus haberent boves vel leones,
aut pingere manibus atque eadem quæ homines efficere
equi similes equis, boves autem bobus similes [possent,
deorum quoque formas pingerent figurasque formarent
tales, quales suo cujusque corpori similes forent.
7. Omnia diis tribuerunt Homerus et Hesiodus
quæcumque inter homines dedecus et probrum putan-[tur,
plurimaque pronuntiarunt nefarie a diis facta,
furari inter se, adulterare, fraudare.
8. [E terra oriuntur omnia et in terram resolvuntur.]

Τὴν σφετέρην τ' αἴσθησιν ἔχειν φωνήν τε δέμας τε.

Huc referenda sunt porro quæ legimus apud Clementem Alex. Strom. VII p. 711, B: Ἕλληνες δὲ ὥσπερ ἀνθρωπομόρφους, οὕτως καὶ ἀνθρωποπαθεῖς τοὺς θεοὺς ὑποτίθενται, καὶ καθάπερ τὰς μορφὰς αὐτῶν ὁμοίας ἑαυτοῖς ἕκαστοι διαζωγραφοῦσιν, ὥς φησιν ὁ Ξενοφάνης· Αἰθίοπές τε μέλανας σιμούς τε, Θρᾷκές τε πυῤῥοὺς καὶ γλαυκούς· οὕτως καὶ τὰς ψυχὰς ὁμοιοῦσιν καὶ τοῖς ἀναπλάττουσιν (corr. cum Karstenio τὰς ψυχὰς ὁμοίας ἑαυτοῖς ἀναπλάττουσιν). In eamdem sententiam Theodoretus: Εἶτα σαφέστερον κωμῳδῶν (ὁ Ξενοφάνης) τήνδε τὴν ἐξαπάτην, ἀπὸ τοῦ χρώματος τῶν εἰκόνων διελέγχει τὸ ψεῦδος· τοὺς μὲν γὰρ Αἰθίοπας μέλανας καὶ σιμοὺς γράφειν ἔφησε τοὺς οἰκείους θεούς· ὁποῖοι δὴ καὶ αὐτοὶ πεφύκασι· τοὺς δέ γε Θρᾷκας γλαυκούς τε καὶ ἐρυθρούς, καὶ μέντοι καὶ Μήδους καὶ Πέρσας σφίσιν αὐτοῖς ἐοικότας, καὶ Αἰγυπτίους ὡσαύτως αὐτοὺς διαμορφοῦν πρὸς τὴν οἰκείαν μορφήν.

6. In his versibus qui item apud Clementem, Eusebium et Theodoretum l. l. inveniuntur exigua lectionis varietas est. Initio Eusebius perperam: ἀλλ' εἰ χεῖρας ἔχον, post χεῖρας Stephanus metri causa posuit γ', denique pro ἠὲ λέοντες Theodoretus ἢ ἐλέφαντες. Versu secundo infinitivos γράψαι et τελεῖν ex εἶχον pendere sponte patet. Versu tertio pro ὁμοίας quod Theodoretus præbet, apud Clementem et Eusebium ὁμοῖοι reperitur. Versu quarto καί κε Sylburgio debetur in Theodoreti editione: cæteri καί τε tuentur. Pro σώματα Eusebius male δώματα. Versu quinto καὶ αὐτοὶ legitur in cod. Paris. et in Stephani Poesi philosophica p. 36: vulgata scriptura est χαὐτοί, vel ut Brandisius exaravit κ' αὐτοί. At non elidendum esse καί, sed per synizesin cum sequenti αὐτοί conjungendum esse recte notat Karstenius. Idem vir doctus tertio versu in fine fragmenti posito duobusque vocabulis mutatis totum fragmen ita edidit:

Ἀλλ' εἴτοι χεῖράς γ' εἶχον βόες ἠὲ λέοντες,
ἢ γράψαι χείρεσσι καὶ ἔργα τελεῖν ἅπερ ἄνδρες,
καί κε θεῶν ἰδέας ἔγραφον καὶ σώματ' ἐποίουν
τοιαῦθ', οἷόν περ καὶ αὐτοὶ δέμας εἶχον ἕκαστον,
ἵπποι μέν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὁμοῖον.

Sed hæ emendationes mihi non videntur necessariæ. Xenophanis sententia illustratur a Cicerone de Nat. deor. I, 27. Cf. et Epicharmi dictum apud Diogenem Laert. III, 16.

7. Quattuor versus quos deinceps scripsimus duobus apud Sextum Empiricum locis separatim positi reperiuntur. Nam adv. Mathem. IX, 193 legimus:

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε
ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστί,
κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν,

et in eodem opere I, 289: Ὅμηρος δὲ καὶ Ἡσίοδος κατὰ τὸν Κολοφώνιον Ξενοφάνη·

Οἳ πλεῖστ' ἐφθέγξαντο θεῶν ἀθεμίστια ἔργα,
κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

In his verbis οἳ πλεῖστ' ἐφθέγξαντο a Stephano profectum est; antea enim apud Sextum legebatur adversante metro ὃς πλεῖστα ἐφθέγξαντο. Fabricius scribi jussit ὡς πλεῖστ' ἐφθέγξαντο. Nos hos quattuor versus ea qua Karstenius volebat ratione conjunximus ac tertii initio καὶ pro ὃς substituimus.

8. Servarunt hunc versum Sextus Empiricus adv. Math. X, 313, Stobæus Eclog. phys. I p. 294 ed. Heer. Schol. ad Hom. Iliad. η, 99, atque alii. Quum vero Sextus dicat: Ξενοφάνης δὲ κατ' ἐνίους ἐκ γῆς κ. τ. λ. atque hac ratione non se ipsum testem esse velit, sed alios testes adhibeat, insuper autem hoc præceptum cum Xenophanea doctrina difficulter queat conciliari, jam Meinersius Hist. doctrinæ de vero deo p. 327 et Heerenius ad Stobæi loc. cit. hunc versiculum Xenophani suppositum esse dixerunt, quibus nuper Karstenius astipulatus est. Omnino non absimilis est atque ab eodem forsitan architecto compositus versus Pseudoheracliteus apud Stob. II p. 282:

9. Πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα.
10. Γῆ καὶ ὕδωρ πάνθ' ὅσσα γίνονται ἠδὲ φύονται.
11. Πηγὴ δ' ἐστὶ θάλασσ' ὕδατος.....
12. Γαίης μὲν τόδε πεῖρας ἄνω πὰρ ποσσὶν ὁρᾶται
αἰθέρι προσπλάζον, τὰ κάτω δ' ἐς ἄπειρον ἱκάνει.
13. Ἥν τ' Ἶριν καλέουσι, νέφος καὶ τοῦτο πέφυκε
πορφύρεον καὶ φοινίκεον καὶ χλωρὸν ἰδέσθαι.
14. Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ γένετ' οὐδέ τις ἔσται
εἰδώς, ἀμφὶ θεῶν τε καὶ ἅσσα λέγω περὶ πάντων·
εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχοι τετελεσμένον εἰπών,
αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδε· δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.
15. Ταῦτα δεδόξασται μὲν ἐοικότα τοῖς ἐτύμοισι.
16. Οὔτοι ἀπ' ἀρχῆς πάντα θεοὶ θνητοῖς ὑπέδειξαν,
ἀλλὰ χρόνῳ ζητοῦντες ἐφευρίσκουσιν ἄμεινον.

9. Namque e terra et aqua omnes orti sumus.
10. Terra et aqua sunt omnia quæ fiunt et nascuntur.
11. Mare fons est omnis aquæ.
12. Telluris quidem hæcce superficies ante pedes conspicitur
ætheri imminens, inferiores autem partes in infinitum [pertinent.
13. Quam Iridem vocant, ea quoque nubes est
purpurea et punicea et pallida aspectu.
14. Nec fuit quisquam neque futurus est qui certo
sciat hæc, quæ de diis et de rerum universitate loquor;
nam licet aliquis quam maxime verum ratumque dicat,
id tamen ipse haud certo scit: (sola) opinio omnibus in [rebus valet.
15. Hæc mihi veri similia visa sunt.
16. Non statim ab initio omnia dii mortalibus ostenderunt,
sed tempore procedente ipsi meliora quærendo repperere.

Ἐκ πυρός γε τὰ πάντα καὶ εἰς πῦρ πάντα τελευτᾷ.

Itaque hunc versum ut spurium aut saltem suspectum uncis inclusi.

9. Hic versus ab iisdem citatur auctoribus l. l., a Sexto altero etiam loco adv. Math. IX, 361, item ab Eustathio ad Il. η, 99 p. 668. Xenophani suppositum esse credidit Meinersius l. c. Sed quum Sextus Empiricus Pyrrhon. Hyp. II, 30 aperte dicat Xenophanem terram et aquam rerum elementa posuisse, id quod simul cum sequenti versu congruit, neque prorsus a verisimilitudine abhorreat philosophum Colophonium tempore procedente placita sua immutasse et prius probata rejecisse: hunc quoque versum cæteris adjungere non gravati sumus.

10. Affertur hic versus a Simplicio ad Aristot. Phys. I p. 258, E, fol. 41, a, atque a Joh. Philopono ad eumdem locum fol. 1, a. Apud Simplicium pro Ἀναξιμένην ex Philopono corrige Ξενοφάνην. Uterque Aristotelis interpres in ea re Porphyrii auctoritate utitur. Quod apud Philoponum claudicante metro scriptum est:

Γῆ καὶ ὕδωρ πάντ' ἐσθ' ὅσα φύονται ἠδὲ γίνονται,

librariis imputari convenit.

11. Exstant hæc Xenophanis verba apud Stobæum in Florilegii appendice ed. Gaisf. t. IV p. 6.

12. Laudantur hi versus ab Achille Tatio in Isagoge ad Aratum edita in Petavii Doctr. Tempor. vol. III p. 76. Versum secundum qui vulgo sic legitur:

Καὶ ῥεῖ προσπλάζον, κάτω δ' εἰς ἄπειρον ἱκνεῖται,

emendavit Karstenius.

13. Hoc fragmentum laudant Eustathius ad Il. λ, 27 p. 827, Schol. Leydens. ap. Valckenar. Diatr. Euripid. p. 195 et Schol. Villois. ad Iliad. l. l., ubi in priore versu pro καὶ vitiose legitur δέ, pro quo fortasse substituendum δή.

14. Hos quattuor versus affert Sextus Empir. adv. Math. VII, 49 et 110, VIII, 326. Porro duos priores versus citat Plutarch. Aud. poet. p. 15, E (vol. VI p. 61 Reisk.), initium usque ad εἰδώς Diog. Laert. IX, 72, versum tertium itemque quartum Orig. philosoph. c. XIV t. I p. 892 ed. Delarue, Galenus de Different. puls. III, 1 t. VIII p. 62 (ed. Charter.), ultima verba inde a δόκος Sextus Empir. Pyrrhon. Hypotypos. II, 18; Proclus ad Timæum p. 78, Stobæus Eclogg. Ph. II p. 14 ed. Heer. Versu primo pro γένετ' quod est apud Plutarchum Sextus et Diogenes habent ἴδεν. Versu secundo ἅσσα Sexti lectio est, Plutarchi ὅσσα. Fortasse hanc Xenophanis sententiam tangit Aristoteles Poet. c. 25, sed ibi incerta est codd. scriptura. Tertius versus apud Galenum male sic exhibetur:

Ἣν γὰρ καὶ τὰ μέγιστα τύχῃ τετελεσμένα εἰπών.

Cæterum τετελεσμένον accipiendum ut in carminibus Homericis Il. α, 212, ξ, 195, Od. ε, 90. Cf. Apollonii Lex. Hom. p. 643 ed. Toll. Versu quarto nulla lectionis varietas est nisi quod Epiphanius Adv. hæreses l. III vol. I p. 1087 evitato antiquo vocabulo δόκος sententiam ita citat: δόκησις δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.

15. Hic versiculus laudatur a Plutarcho Sympos. IX p. 746, B. Pro δεδοξάσθαι cum Karstenio scripsi δεδόξασται. Probabile est Xenophanem in fine carminis hæc verba posuisse.

16. Exstat hic locus apud Stobæum in Florileg. tit. XXIX, 41 ed. Gaisf. et in Eclogg. physicis I, p. 224. Pro ὑπέδειξαν alii ἐπέδειξαν, alii παρέδειξαν; præterea in Eclogis ἐφεύρισκον, unde Grotius metro consulturus edidit ἐφεύρισκόν τι ἄμεινον.

17. Πὰρ πυρὶ χρὴ τοιαῦτα λέγειν χειμῶνος ἐν ὥρῃ
ἐν κλίνῃ μαλακῇ κατακείμενον, ἔμπλεον ὄντα,
πίνοντα γλυκὺν οἶνον, ὑποτρώγοντ' ἐρεβίνθους·
Τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόσα τοι ἔτη ἐστί, φέριστε;
πηλίκος ἦσθ' ὅθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο; —

18. Νῦν αὖτ' ἄλλον ἔπειμι λόγον, δείξω δὲ κέλευθον.

. . . .

Καί ποτέ μιν στυφελιζομένου σκύλακος παριόντα
φασὶν ἐποικτεῖραι καὶ τόδε φάσθαι ἔπος·
Παῦσαι, μηδὲ ῥάπιζ', ἐπειὴ φίλου ἀνέρος ἐστὶ
ψυχή, τὴν ἔγνων φθεγξαμένης αἴων.

19. Ἀλλ' εἰ μὲν ταχυτῆτι ποδῶν νίκην τις ἄροιτο
ἢ πενταθλεύων, ἔνθα Διὸς τέμενος
πὰρ Πίσαο ῥοῆς ἐν Ὀλυμπίῃ, εἴτε παλαίων
ἢ καὶ πυκτοσύνην ἀλγινόεσσαν ἔχων,
εἴτε τὸ δεινὸν ἄεθλον ὃ παγκράτιον καλέουσιν,
ἀστοῖσίν κ' εἴη κυδρότερος προσορᾶν,
καί κε προεδρίην φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο,
καί κεν σῖτ' εἴη δημοσίων κτεάνων
ἐκ πόλιος καὶ δῶρον ὅ οἱ κειμήλιον εἴη·
εἴτε καὶ ἵπποισιν, ταῦτά χ' ἅπαντα λάχοι,
οὐκ ἐὼν ἄξιος ὥσπερ ἐγώ· ῥώμης γὰρ ἀμείνων
ἀνδρῶν ἠδ' ἵππων ἡμετέρη σοφίη.
Ἀλλ' εἰκῇ μάλα τοῦτο νομίζεται, οὐδὲ δίκαιον
προκρίνειν ῥώμην τῆς ἀγαθῆς σοφίης.
Οὔτε γὰρ εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσι μετείη
οὔτ' εἰ πενταθλεῖν, οὔτε παλαισμοσύνην,
οὐδὲ μὲν εἰ ταχυτῆτι ποδῶν, τόπερ ἐστὶ πρότιμον

17. Hiemali tempore sic sermocinari convenit ad ignem
molli in lecto cubantem, saturum,
dulce bibentem vinum, subinde cicera edentem :
quis es unde gentium? quot annos natus es, o bone?
quotum agebas annum, quando Medus invasit?

18. Nunc aliud argumentum aggredior viamque monstrabo.

. . . .

Aliquando illum prætereuntem canis verberati
aiunt esse miseratum et sic locutum (*Pythagoram*):
Desine verberare, siquidem cari viri est
anima, quam agnovi auscultans clamitantem.

19. Si vero aut pedum pernicitate victoriam quis conse-
aut quinquertio, illic ubi Jovis templum est [quatur
ad Pisæ undas Olympiæ, sive etiam luctando,
sive durum exercendo pugilatum
sive grave illud certamen pancration quod vocant,
is solet apud cives suos aspectu esse honoratior,
et præstantiorem sedem palam in certaminibus (spectan-
et publico civitatis sumtu sustentatur [dis obtinet),
et donatur munere quod ei in pretio sit;
sive denique curru vincat, cuncta hæc accipiat,
etsi dignitate me est inferior : robore enim præstantior
virorum equorumque nostra est sapientia.
Perversus vero admodum iste mos est, neque justum
bonis ingenii artibus corporis robur anteponi.
Non enim, si bonus pugil sit in civitate,
aut quinquertio aliquis excellens aut lucta
aut pedum pernicitate quae est robori anteferenda,

---

17. Athenæus Dipnos. II p. 54, E : Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν παρῳδίαις· Πὰρ πυρὶ κ. τ. λ. Medus hic nominatur Harpagus Cyri dux qui Iones subegit. Quo facto Xenophanes in Siciliam se contulit.

18. Diogenes Laertius VIII, 36 : Περὶ δὲ τοῦ ἄλλοτε ἄλλον γεγενῆσθαι (Πυθαγόραν) Ξενοφάνης ἐν ἐλεγείᾳ προσμαρτυρεῖ, ἧς ἀρχή·

Νῦν οὖν τ' ἄλλον ἔπειμι λόγον, δείξω δὲ κέλευθον.

ὁ δὲ περὶ αὐτοῦ φησιν οὕτως ἔχει· Καί ποτέ μιν κ. τ. λ. Mutavi νῦν οὖν τ' cum Bergkio Poet. lyr. p. 379 in νῦν αὖτ'. Eosdem versus e Diogene petivit Suidas v. Ξενοφάνης. Perstringitur his versibus Pythagoræ μετεμψύχωσις. In Anthol. Gr. lib. I tit. 86 p. 345 ed. Bosch. eidem sententiæ duo versus prorsus alieni, ut videtur, præmittuntur :

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρετο γράμμα
κεῖν', ἐφ' ὅτῳ κλειτὴν ἤγαγε βουθυσίην,

quos versus Plutarchus de Vit. secund. Epicur. tom. X pag. 501 ed. Reisk., Athenæus lib. X p. 418 extr, Diogenes lib. VIII, 12 Apollodoti vel potius Apollodori esse volunt. Versu quinto vulgatam τὴν ἔγνων φθεγξαμένης αἴων Karstenius convertit in τῆς ἔγνων κ. τ. λ. non male, sed præter necessitatem.

19. Athenæus X p. 413 seq. hoc carmen laudat quo Xenophanes publica Græcorum certamina vituperat, sapientium virorum studia civibus utiliora esse dicens. De versu secundo tenendum quod ait Stephanus Byzantius : Πίσα, πόλις καὶ κρήνη τῆς Ὀλυμπίας. Flumen aut fons Pisa, cujus apud Xenophanem mentio est, fortasse etiam Πίσας nominabatur; inde genitivus Πίσαο. Urbem ita nominatam esse non putaverim; certe nulla apud Pindarum ejus formæ vestigia inveniuntur. Pro πὰρ Πίσαο ῥοῆς non male suspicatur Schneidewinus in Cens. poet. lyr. gr. a Bergkio editorum πὰρ Πίσαο ῥοάς propter verba quæ infra leguntur Πίσαο παρ' ὄχθας. Versu quarto reliquimus vulgatam ἔχων, pro qua Karstenius ἑλὼν scribi vult. Versu quinto εἴτε τὸ δεινὸν e Wakefieldii conjectura est pro eo quod in codd. legitur εἴτε τι δεινόν. Versu sexto κυδρότερος προσορᾶν debetur Jacobsio Additam. ad Athenæum p. 220 pro vulgata scriptura κυδρότερος πρὸς ἄκρα. Versu octavo σῖτ' εἴη scripsimus ex Turnebi emendatione, ne deesset verbum ad quod in subsequenti versu δῶρον referretur.

ῥώμης, ὅσσ' ἀνδρῶν ἔργ' ἐν ἀγῶνι πέλει,
τοὔνεκεν ἂν δὴ μᾶλλον ἐν εὐνομίῃ πόλις εἴη.
Σμικρὸν δ' ἄν τι πόλει χάρμα γένοιτ' ἐπὶ τῷ
εἴ τις ἀεθλεύων νικῷ Πίσαο παρ' ὄχθας·
οὐ γὰρ πιαίνει ταῦτα μυχοὺς πόλιος.
20. Ἀφροσύνας δὲ μαθόντες ἀνωφελέας παρὰ Λυδῶν,
ὄφρα τυραννείης ἦσαν ἄνευ στυγερῆς,
ἤιεσαν εἰς ἀγορὴν παναλουργέα φάρε' ἔχοντες
οὐ μείους ἤπερ χίλιοι ὡς ἐπίπαν
αὐχαλέοι, χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι χαριέσσῃς,
ἀσκητοῖς ὀδμὴν χρίμασι δευόμενοι.
21. Νῦν γὰρ δὴ ζάπεδον καθαρὸν καὶ χεῖρες ἁπάντων

(quae sunt virorum in ludis certamina,)
ideo melioribus temperata legibus fuerit respublica.
Parvum modo gaudium civitas inde capit,
si quis certamine vicerit ad Pisæ ripas:
non enim talibus rebus penetralia urbis ditantur.
20. Insanas damnosasque libidines a Lydis edocti,
dum expertes adhuc erant invisæ tyrannidis,
prodibant in forum purpureis amicti palliis
non pauciores quam mille plerumque
habitu superbi, capillis decore compositis insignes,
unguentis suavi odore instructis delibuti.
21. Jam enim lautum est pavimentum, lautæ manus omnium

Versu 9 et 22 e Schneidewini correctione πόλιος posuimus pro vulg. πόλεως. Versu 10 Dindorfius dedit χ' ἅπαντα, cæteri γ' ἅπαντα vel κε πάντα. Versu 11 Bergkius in Poet. Lyr. p. 378 ὧν conjecit pro vulg. ἐὼν, sed ἐὼν commodum sensum præbet. Versu 16 λαοῖσι μετείῃ conjecit Stephanus in Poesi phil. p. 221; nam quod legebatur λαοῖσιν ἔτ' εἴη ferri non potest. Ad πενταθλεῖν et παλαισμοσύνην subaudiendum ἀγαθός, præterea ad ταχυτῆτι ποδῶν supple νίκην ἄροιτο, quod initio carminis auctor posuit. Cæterum cum hoc carmine confer Panegyrici Isocratei principium.

20. Hos Xenophanis versus, quibus Colophoniorum luxuriam a Lydis mutuo commercio acceptam traducit, Athenæus XII p. 526 conservavit. Versu primo pro ἀφροσύνας Schneiderus Saxo ἁβροσύνας legi voluit; versu secundo pro vulg. ἦσαν ἐπὶ στυγερῆς Dindorfius codicum vestigia secutus edidit ἦσαν ἄνευ στυγερῆς, id quod sententiæ convenit. Ait enim Xenophanes eos quo tempore libertate adhuc fruerentur jam mollitie effeminatos fuisse, quæ causa esse existimanda est, ut mox adventanti Persarum exercitui parum resistentes libertatem amiserint. Ab his autem luxum ad Milesios ac deinde ad reliquas Ionum civitates serpsisse auctor est Clearchus apud Athenæum XII p. 324. Versu quarto pro εἰς ἐπίπαν recte scripsit Karstenius ὡς ἐπίπαν, quod jam Schweighæusero in mentem venerat. Idem dubium esse ait, utrum ὡς ἐπίπαν cum præcedente χίλιοι, *mille omnino*, an cum sequenti αὐχαλέοι, *plerumque superbi*, rectius jungendum sit, quoniam utriusque generis exempla (cf. Herod. VI, 46 et VII, 157) æque frequenter reperiantur. Mihi posterior ratio præplacet, quod certus in hac re hominum numerus non requiritur. Versu quinto pro αὐχαλέοι Casaubonus vulgaverat αὐχμαλέοι, quæ emendatio minime necessaria est. Vid. adnot. ad Hesych. h. v. Cæterum verba ἀγαλλόμενοι εὐπρεπέεσσιν, quæ varie a viris doctis tentata sunt, nihil continere putat Karstenius, quod metro repugnet, modo synizesi jungantur a pronunciantibus syllabæ οι et ευ. At mihi εὐπρεπέεσσιν glossema videtur in legitimæ vocis locum substitutum. Fortasse scripserat poeta ἀγαλλόμενοι χαριέσσῃς. Bergkius Poet. Lyr. p. 379 conjecit: αὐχαλέοι χαίτῃσιν, ἄγαλμ' ὥς, εὐπρεπέεσσιν.

21. Servavit hoc carminis convivalis fragmentum Athenæus XI p. 462. Versu primo ζάπεδον pro δάπεδον notum ex Hesychii explicatione. Versu secundo in verbis πλεκτοὺς δ' ἀμφιτιθείς participium verbi finiti vicem gerit, ut apud Hesiodum Ἔργ. v. 21. Cf. Thucyd. lib. I, 25 et quos citat locos Bernhardus Syntax. ling. gr. p. 470. Quocirca Jacobsii, Dindorfii aliorumque virorum doctorum conjecturas, quibus hunc locum tanquam corruptum sanare voluerunt, omittimus. Pro ἄλλος δ' εὐῶδες Hermannus in censura Delectus poet. a Schneidewino editi conjicit ἄλλος, ὁ δ'. Verba οἶνος ὃς οὔποτέ φησι προδώσειν e codice Marciano petita (cf. Ritschl. in Mus. Rh. 1841 p. 140 seq.), *vinum copiosum quod ipsum spondet se convivas non defecturum*, nihil significant nisi vinum quod convivas non deficiet. Pro ὀσδόμενος cum Hermanno scripsi ὀζόμενος. Versu undecimo pro αὐτὸ μέσον i. e. ἐν τῷ μέσῳ forsitan una voce αὐτόμεσον scribendum ex adverbiorum αὐτόχρημα, αὐτῆμαρ aliorumque analogia, quamquam aliis exemplis hunc usum verborum αὐτὸ μέσον vix licet firmare. Quamobrem Karstenius ἂν τὸ μέσον reponi jussit. In sequentibus προχειρότερον mutavit Schneidewinus in προαιρετέον, nos coll. XIX, 17 scripsimus πρότιμ' ἕταροι. Præterea πρόπολον Xenophanes vocat παῖδα δᾳδοφόρον. Versus vicesimus in codd. sic legitur:

Ὡς ἡ μνημοσύνη καὶ τὸν ὃς ἀμφ' ἀρετῆς,

quem quomodo alii correxerint aut explicuerint longum est commemorare, mihi maxime probatur quod non multum a vulgata distat ὥς οἱ μνημοσύνη καὶ μένος, ἀμφ' ἀρετῆς hac constructione: ὃς πιὼν ἀναφαίνει ἐσθλὰ ἀμφ' ἀρετῆς, ὡς οἱ μνημοσύνη καὶ

καὶ κύλικες· πλεκτοὺς δ' ἀμφιτιθεὶς στεφάνους,
ἄλλος δ' εὐῶδες μύρον ἐν φιάλῃ παρατείνει·
κρητὴρ δ' ἕστηκεν μεστὸς εὐφροσύνης·
οἶνος δ' ἐστὶν ἑτοῖμος ὃς οὔποτέ φησι προδώσειν,
μείλιχος, ἐν κεράμοις, ἄνθεος ὀζόμενος·
ἐν δὲ μέσοις ἁγνὴν ὀδμὴν λιβανωτὸς ἵησι·
ψυχρὸν δ' ἔστιν ὕδωρ καὶ γλυκὺ καὶ καθαρόν·
πάρκειντai δ' ἄρτοι ξανθοὶ γεραρή τε τράπεζα
τυροῦ καὶ μέλιτος πίονος ἀχθομένη·
βωμὸς δ' ἄνθεσιν αὐτὸ μέσον πάντῃ πεπύκασται,
μολπὴ δ' ἀμφὶς ἔχει δώματα καὶ θαλίη.
Χρὴ δὲ πρῶτον μὲν θεὸν ὑμνεῖν εὔφρονας ἄνδρας
εὐφήμοις μύθοις καὶ καθαροῖσι λόγοις
σπείσαντάς τε καὶ εὐξαμένους τὰ δίκαια δύνασθαι
πρήσσειν· ταῦτα γὰρ ὦν ἐστι πρότιμ', ἕταροι,
οὐχ ὕβρεις· πίνειν δ' ὁπόσον κεν ἔχων ἀφίκοιο
οἴκαδ' ἄνευ προπόλου, μὴ πάνυ γηραλέος.
Ἀνδρῶν δ' αἰνεῖν τοῦτον ὃς ἐσθλὰ πιὼν ἀναφαίνει
ὥς οἱ μνημοσύνη καὶ μένος ἀμφ' ἀρετῆς.
Οὔτε μάχας διέπειν Τιτήνων οὐδὲ γιγάντων
οὐδὲ τὰ Κενταύρων, πλάσματα τῶν προτέρων,
ἢ στάσιας, φλεδόνας ταῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι·
θεῶν δὲ προμηθείην αἰὲν ἔχειν ἀγαθήν.
22. Πέμψας γὰρ κωλῆν ἐρίφου, σκέλος ἤραο πῖον
ταύρου λαρινοῦ τίμιον ἀνδρὶ λαχεῖν,
τοῦ κλέος Ἑλλάδα πᾶσαν ἀφίξεται οὐδ' ἀπολήξει
ἔς τ' ἂν ἀοιδάων ᾖ γένος Ἑλλαδικόν.
23. Οὐδέ κεν ἐν κύλικι πρότερον κεράσειέ τις οἶνον
ἐγχέας, ἀλλ' ὕδωρ, καὶ καθύπερθε μέθυ.
24. Ἤδη δ' ἑπτά τ' ἔασι καὶ ἑξήκοντ' ἐνιαυτοὶ
βληστρίζοντες ἐμὴν φροντίδ' ἀν' Ἑλλάδα γῆν·
ἐκ γενετῆς δὲ τότ' ἦσαν ἐείκοσι πέντε τε πρὸς τοῖς,
εἴπερ ἐγὼ περὶ τῶνδ' οἶδα λέγειν ἐτύμως.
25. Οὐκ ἴση πρόκλησις αὕτη, ἀσεβεῖ πρὸς εὐσεβῆ.

(convivarum) et calices : plectiles imponit coronas
alius, alius odoratum unguentum in phiala ministrat;
crater adstat gaudii et deliciarum plenus; [ficiet
vinum præsto est, quod convivas haud profecto de-
dulce, in doliis paratum, suavem spiritum exhalans.
Mediosque inter convivas castum odorem thura emit-
frigida quoque adest aqua et dulcis et pura; [tunt;
appositi sunt panes flavi mensaque lauta
pingui caseo et melle onusta.
Suggestus in medio est floribus circum stipatus,
cantu autem resonant ædes et convivii lætitia.
Jam primum decet probos viros deum venerari
faustis verbis castisque vocibus
libantes et precantes ut quæ justa sint liceat
Facere : hæc enim longe præferenda sunt, sodales,
non injusta; tantum autem bibere convenit, ut possis
domum sine comite reverti, nisi sis admodum vetulus.
Laudandus vero is est qui inter bibendum res utiles,
quantum ei suppetit memoria ac animus, de virtute
Ne prœlia referamus Titanum Gigantumve [narret.
aut res Centaurorum, fabulas a veteribus fictas,
neque jurgia, nugas infructuosas,
sed deos justa semper observantia colamus.
22. Missa enim hœdi perna, accepisti crus pingue
bovis saginati, honorificum viro munus,
(cujus facti laus) universam pervadet Græciam neque
quamdiu Græcæ gentis carmina vigebunt. [cessabit
23. Neque quisquam in poculo prius miscuerit vinum
infusum, sed aquam, insuper autem merum.
24. Septem jam et sexaginta sunt anni [agitant;
qui me cogitationibus curisque intentum per Græciam
natus autem tum eram quinque et viginti annos,
si vere de his ego possum dicere.
25. Non æqua hæc postulatio impii hominis adversus pium.

μένος, quæ extrema verba idem sonant quod ὥς αὐτῷ μνήμη καὶ ὁρμή vel ὡς ἔχει μνήμης τε καὶ ὁρμῆς. Versum vicesimum secundum itemque sequentem edidimus probatis ex parte Bergkii, Schweighæuseri et Scaligeri emendationibus. Nam in Casauboniana editione sic legebatur :

Οὐδέ τε Κενταύρων ἢ στάσιας προτέρων
**** φενδόνας, τοῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι.

22. Hos quattuor versus servavit Athenæus IX p. 368, E, præpositis verbis : Ξενοφάνης δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν τοῖς ἐλεγείοις φησί. Sententia hæc videtur esse : Quamvis levidense fuerit munus quod amico nescio cui misisti, ille tamen pretiosissimo dono te remuneratus est. Karstenius pro ἀφίξεται legi vult ἐφίξεται, quod non reprobamus. Pro ἑλλαδικόν in epitome legitur ἑλλαδικῶν.

23. Xenophanem hæc dixisse testatur Athenæus XI p. 782 ed. Casaub. (p. 213 seq. ed. Schweigh.), narrans moris fuisse olim, ut prius aqua, deinde vinum poculo infunderetur. Id etiam Theophrastus docet apud eumdem scriptorem vol. V p. 196 ed. Schweigh. : Ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τὴν κρᾶσιν ἐναντίως εἶχε τὸ παλαιὸν τῷ νῦν παρ' Ἕλλησιν ὑπάρχοντι· οὐ γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὸν οἶνον ἐπέχεον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὕδωρ τὸν οἶνον. Neminem præterea offendet synizesis in voce ἐγχέας, qui meminerit Homericorum hujus figuræ exemplorum quæ satis multa sunt.

24. Hæc a Diogene Laertio IX, 19 laudata plurimum valent ad cognoscendam vitæ Xenophanis longitudinem. Ait autem se a quinto et vicesimo anno usque ad nonagesimum alterum, quem tum agebat, negotiis curisque intentum atque alias alibi commorantem per universam Græciam temporum procellis jactatum esse.

25. Aristoteles Rhetor. I, 15 p. 422, E, de jurejurando disputans : Si quis, inquit, postulante

26. Ἀνδρὸς γηρέντος πολλὸν ἀφαυρότερος.	26. Sene multo infirmior.
27. Ἑστᾶσιν δ' ἐλατῶν πυκινῶν περὶ δώματα βάκχοι.	27. Densarum abietum rami circa domos sunt.

FRAGMENTA INCERTA

ET LOCI QUIDAM VETERUM SCRIPTORUM AD XENOPHANEM PERTINENTES.

1. Scholiastes ad Aristoph. Pac. v. 696, ubi poeta Simonidis et Sophoclis avaritiam attingit, hæc observat : Ὁ Σιμωνίδης διεβέβλητο ἐπὶ φιλαργυρίᾳ, καὶ τὸν Σοφοκλέα οὖν (λέγει ὁ Ἀριστοφάνης) διὰ φιλαργυρίαν ἐοικέναι τῷ Σιμωνίδῃ· λέγεται δὲ ὅτι (ὁ Σοφοκλῆς) ἐκ τῆς στρατηγίας τῆς ἐν Σάμῳ ἠργυρίσατο. Χαριέντως δὲ πάνυ (ὁ Ἀριστοφάνης) τῷ λόγῳ διέσυρε τοὺς β' ἰαμβοποιοὺς (Σιμωνίδην καὶ Σοφοκλέα) καὶ μέμνηται ὅτι σμικρολόγοι· ὅθεν Ξενοφάνης κίμβικα αὐτὸν προσαγορεύει. In his verbis αὐτὸν spectat ad Simonidem, quem ait a Xenophane κίμβικα i. e. pecuniæ tenacem et avarum vocatum esse. Non aliter multi veterum de Simonide judicarunt; sed quum vix probabile sit Xenophanem usque ad illud tempus vixisse, quo Simonides carminibus quæstum faciens summo flore conspicuus fuit, fortasse pro Ξενοφάνης apud scholiasten reponendum Ἀριστοφάνης statuendumque in deperdita quadam comœdia ab Aristophane Simonidem sic vocatum esse. Cæterum de Chamæleonte idem testificatur Athenæus XIV p. 656, D : Ὄντως δὲ ἦν ὡς ἀληθῶς κίμβιξ ὁ Σιμωνίδης καὶ αἰσχροκερδής, ὡς Χαμαιλέων φησίν.

2. Pollux VI, 46 p. 590 : Συκάμινα· ταῦτα δὲ καὶ μόρα Αἰσχύλος ὠνόμασεν, οὕτως εἰπὼν τὰ ἐκ τῆς βάτου· τάχα δ' ἄν τις καὶ κεράσια φαίη, κέρασον τὸ δένδρον ἐν τῷ Περὶ φύσεως Ξενοφάνους εὑρών. Dubium est quid de hoc loco censendum sit. Xenophanis librum Περὶ φύσεως præter Pollucem citat Stobæus Eclogg. Phys. I p. 294. Utriusque fides suspecta viris doctis visa est, ideoque hunc librum Xenophani abjudicarunt. Cf. Ritteri Histor. phil. t. I p. 444. Sunt enim qui nihil scripto mandasse Xenophanem velint, sed quidquid docuerit, sola voce elocutum perhibeant, rati versus qui hodie supersunt ab aliis esse servatos. Sed hæc opinio mihi non probatur. Utcumque se habet res, id tamen apparet, si forte in Xenophanis carminibus κέρασος arbor memorata sit, κεράσια non posse, ut Pollux existimat, eodem significatu dici quo συκάμινα et μόρα. Cujus erroris fons fortasse vulgaris hominum opinio fuit, qua ferebatur Lucullus non modo arborem primus in Italiam attulisse, sed etiam nomen ei dedisse. At multo ante Lucullum Græci noverant cerasum. Vid. interpp. ad Athen. II p. 50.

3. Etymologus M. : Βρόταχος· τὸν βάτραχον Ἴωνες, καὶ Ἀριστοφάνης καὶ παρὰ Ξενοφάνει. De variis

---

adversario jusjurandum in judicio detrectet, ei dicendum erit se honestatis causa id detrectare, non perjurii metu, et huic conveniens erit Xenophanis dictum, τὸ τοῦ Ξενοφάνους ἁρμόττει, ὅτι οὐκ ἴση πρόκλησις αὕτη ἀσεβεῖ πρὸς εὐσεβῆ, ἀλλ' ὁμοία καὶ εἰ ἰσχυρὸς ἀσθενῆ πατάξαι ἢ πληγῆναι προκαλέσαιτο. Postrema inde a verbis ἀλλ' ὁμοία ab Aristotele adjecta putamus cum Karstenio propter sequentia quibus Xenophanis sententiam invertens : Contra, inquit, si accipiat jusjurandum τὸ τοῦ Ξενοφάνους μεταστρέψαντα φατέον οὕτως· ἴσον εἶναι ἐὰν μὲν ὁ ἀσεβὴς διδῷ, ὁ εὐσεβὴς δ' ὀμνύῃ. Xenophanis dictum quod textui inseruimus esse tetrametrum trochaicum catalecticum, vel si οὐκ ἴση ad prægressum versum referas, reliqua pro trimetro iambico esse habenda sponte patet. Cujus versiculi hiatus in voce αὕτη cæsuræ excusationem habet, prima autem syllaba in ἀσεβεῖ producitur ad aliorum nominum velut ἀθάνατος similitudinem.

26. Etymologus M. v. Γηράς—οἷον πιμπλῶ, πιμπλᾷς καὶ πιμπλεῖς, οὕτως οὖν καὶ γηρῶ, γηρᾷς καὶ γηρεῖς. Ἡ μετοχὴ γηρείς, γηρέντος, ὥσπερ τιθέντος. Ξενοφάνης οἷον κ. τ. λ. Tum affert versum, quem in textu posuimus. Licet alibi participium γηρείς, γηρέντος non reperiatur, tamen non puto quidquam in versu Xenophaneo mutandum esse. Cf. Buttm. gr. ampl. II p. 98.

27. Scholiastes ad Aristoph. Equit. vs. 406 hæc refert : Βάκχους ἐκάλουν καὶ τοὺς κλάδους οὓς οἱ μύσται φέρουσι· μέμνηται δὲ Ξενοφάνης ἐν σίλλοις οὕτως·

Ἑστᾶσιν δ' ἐλάται πυκινὸν περὶ δῶμα,

quem versum ejecto nomine quod interpres exponit mutilum factum ac postea interpolatum esse in promptu est. Itaque legendum suspicor :

Ἑστᾶσιν δ' ἐλατῶν πυκινῶν περὶ δώματα βάκχοι.

hujus vocabuli formis cf. Hesych. tom. I c. 770 ed. Alb., Koen. ad Gregor. Corinth. p. 455 ed. Schaefer., Ducang. Glossar. med. et inf. Gr. p. 211.

4. A. Gellius Noctt. Att. III, 11 : « Alii Homerum quam Hesiodum majorem natu fuisse scripserunt, in quibus Philochorus et Xenophanes, alii minorem. » Scripsisse Xenophanem Colophonium de Homero, quem civibus suis adnumerabant Colophonii, non miramur. At non ex ipso Xenophanis libro, sed ex Philochori scriptis id quod prodit sumsisse putandus est A Gellius. Xenophanis opinio plerisque antiquorum arrisit, id quod in re nota vix opus est demonstrari.

5. Diogenes Laertius I, 111 Epimenidem vixisse tradit ὡς Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἀκηκοέναι φησί, τέσσαρα πρὸς τοῖς πεντήκοντα ἑκατὸν (ἔτη). Quid alii veterum de Epimenidis ætate retulerint, nunc non curo; a Xenophane non longe discedunt Theopompus et Phlegon Trallianus, qui eum centum et quinquaginta septem annos vixisse scriptum reliquerunt. Vid. Theopompi fragm. 69 ed. Wichers. ejusque adnot. p. 159.

6. Apud Pollucem IX, 83 p. 1063 de nummorum origine disceptatur εἴτε Φείδων ὁ Ἀργεῖος πρῶτος ἔγραψε νόμισμα, — εἴτε Λυδοί, καθά φησι Ξενοφάνης. Xenophanem hunc non esse alium nisi Colophonium liquere arbitror ex fragm. XX. Eadem quæ Xenophanes narrat Herodotus I, 94 : Πρῶτοι δὲ ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν (οἱ Λυδοὶ) νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο.

7. Aristoteles Rhet. II, 23 p. 446, C : Ξενοφάνης ἔλεγεν, ὅτι ὁμοίως ἀσεβοῦσιν οἱ γενέσθαι φάσκοντες τοὺς θεοὺς τοῖς ἀποθανεῖν λέγουσιν· ἀμφοτέρως γὰρ συμβαίνει μὴ εἶναί ποτε θεούς. Hoc dicto veteres poetæ perstringuntur, qui quum diis æternitatem tribuerent, eos tamen hominum instar ortos esse affirmabant eorumque parentes et originem copiose enarrabant.

8. Aristoteles Rhetor. II, 23 p. 447, C : Ξενοφάνης Ἐλεάταις ἐρωτῶσιν, εἰ θύσουσι τῇ Λευκοθέᾳ καὶ θρηνήσουσιν ἢ μή, συνεβούλευεν, εἰ μὲν θεὸν ὑπολαμβάνουσι, μὴ θρηνεῖν, εἰ δ' ἄνθρωπον, μὴ θύειν. Non abhorret a verisimilitudine Inonem post varios casus inter deas marinas accepto Leucotheæ nomine relatam apud Eleatas, maritimæ urbis incolas, divinos honores consecutam esse. His igitur utrum lacrimis Ino an divino cultu Leucothea esset prosequenda interrogantibus satis apte respondit Xenophanes. Minor quam Aristotelis, Plutarchi auctoritas est qui Xenophanis effatum in hunc modum exprimit Amat. p. 763, D, vol. IX p. 59 Reisk. : Ξενοφάνης Αἰγυπτίους ἐκέλευσε τὸν Ὄσιριν, εἰ θνητὸν νομίζουσι, μὴ τιμᾶν ὡς θεόν, εἰ δὲ θεὸν ἡγοῦνται, μὴ θρηνεῖν. Cf. De Is. et Osir. p. 379, B, vol. VII p. 490 seq. Neque enim ab antiquioribus proditum est Xenophanem in Ægypto fuisse.

9. Plutarchus De vitioso pudore p. 530, t. VIII p. 103 ed. Reisk., præcipiens ne quis inter potandum vitioso pudore ductus aut convicia metuens tesseris ludat cum iis qui id postulant, Xenophanis exemplum allegat : Ξενοφάνης, Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως μὴ βουλόμενον αὐτῷ συγκυβεύειν δειλὸν ἀποκαλοῦντος, ὡμολόγει καὶ πάνυ δειλὸς εἶναι πρὸς τὰ αἰσχρὰ καὶ ἄτολμος. Cum Laso Hermionensi, quem sub Pisistrati filio Hipparcho Athenis peregrinatum esse scribit Herodotus VII, 6, quominus collocutus sit Xenophanes, temporum rationes non obstant. Quare non est quod hanc narratiunculam veram esse negemus.

10. Diog. Laert. IX, 20 : Ἐμπεδοκλέους εἰπόντος αὐτῷ, ὅτι ἀνεύρετός ἐστιν ὁ σοφός, Εἰκότως, ἔφη· σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἐπιγνωσόμενον τὸν σοφόν. Diogenis verba transcripsit Hesychius Milesius pag. 42 ed. Orell. Sed si Xenophanes fere intra Olymp. 45 et 70 vixit ac circa Ol. 60 floruit, ut Karstenius aliique conjecerunt, nulla potuit inter hunc et Empedoclem esse consuetudo, quem intra Olymp. 72 et 87 vixisse idoneis argumentis nostra memoria ab eruditis demonstratum est. Itaque hoc dictum Xenophani attribui nequit, sed ab eo inventum esse apparet, qui quum Empedoclem in carmine suo Xenophani oblocutum reperisset (cf. Aristot. De cœl. II, 13 p. 364, D), ambos eodem tempore degisse et commercium inter se quoddam habuisse statueret.

11. Plutarchus adv. Stoic. p. 1084 (tom. X p. 462 ed. Reisk.) : Ὁ μὲν οὖν Ξενοφάνης, διηγουμένου τινὸς ἐγχέλεις ἑωρακέναι ἐν ὕδατι θερμῷ ζώσας, Οὐκοῦν, εἶπεν, ἐν ψυχρῷ αὐτὰς ἑψήσομεν.

12. Diogenes Laertius IX, 19 Xenophani hoc præceptum ascribit : τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν ἢ ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἥδιστα. Eumdem ejus auctorem ferunt Hesychius Milesius p. 42 ed. Orell. et Suidas v. ἥκιστα, qui et alterum hoc dictum adjicit : ἥκιστα μελῆσαι αὐτοῖς (τοῖς τυράννοις) τῆς ἀληθείας. At si fides Valerio Maximo VII, 2, ex. 11, Aristoteles Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum dimittens monuit, ut cum eo aut rarissime aut quam jucundissime loqueretur; quæ verba leguntur etiam apud Ammianum Marcellinum lib. XVIII, p. 118. Inde colligas incertum esse hujus effati auctorem.

PRÆFATIO DE PARMENIDE.

Parmenides (1), Eleaticæ scholæ princeps, natalium splendore et opibus apud suos præcellens, patriam habuit Eleam, patrem Pyrrhetem. Quando autem vixerit, a nemine veterum accurate perscriptum est. Exstant hac de re duorum auctorum testimonia admodum diversa, Platonis et Diogenis Laertii. Quorum alter ætate illi proximus fuit, alter temporum quidem intervallo disjunctus, sed repetita antiquorum chronologorum sententia minime contemnendus. Plato (2) initio dialogi Parmenidis nomine inscripti memoriæ prodit venisse quondam Athenas ad festam Panathenæorum celebritatem Parmenidem sexaginta fere et quinque annorum senem una cum Zenone quadraginta circiter annos nato, quem ejus delicias fuisse dicebant. Horum sermoni de rebus difficillimis habito Socratem peradolescentulum tum interfuisse refert. Quocum concinunt duo alii loci quibus Socrates se puerum cum Parmenide ætate provecto collocutum esse narrat. Jam quum Socratem Apollodorus (3) in Chronicis quarto Olympiadis septuagesimæ septimæ anno partu editum esse testetur, si eum quo tempore factum est hoc colloquium quindecim annorum adolescentem fuisse ponamus, Parmenides qui tum sexagenario major erat, Olympiade 64 fere in lucem susceptus est, Zeno autem viginti amplius annis illo posterior Olympiade 69 vel 70 in hanc vitam profectus videtur. Laertius (4) vero Parmenidem circa Olympiadem 69 floruisse ait, quod mirabuntur qui Platonem vera tradidisse sibi persuaserint. Neque enim probabile est Parmenidem jam ephebum ætatis maturitatem adeptum in gloriæ fastigio stetisse. Ac fuerunt quidem apud veteres qui Platonis in ista re fidem labefactare conarentur. Nam Athenæus (5) et Macrobius Parmenidem Socrate antiquiorem fuisse contenderunt, ita ut hujus pueritia vix illius senectutem attingeret, quæcumque de temporibus et personis a Platone dicuntur ad ipsius consilium accommodate fingi existimantes. Sed falluntur. Congruit enim Zenonis ætas in illo dialogo notata cum chronographorum (6) testimoniis qui ejus florem in Olympiadem 79 incidere scripserunt. Quodsi de Zenone omnia vere rettulit Plato, non est quod eum de Parmenidis senectute loquentem transversum unguem a vero discessisse putemus.

Missum igitur faciamus Diogenem. Non audiendus præterea Theophrastus (7) qui Diogene teste Parmenidem Anaximandri auditorem appellavit. Etenim Anaximander (8) secundo Olympiadis quinquagesimæ octavæ anno mortuus aliquot annis ante conditam Eleam e vita excessit. Qua in urbe a Phocæensibus Olympiade 61 condita quum natus esset Parmenides, Anaximandrum neque videre neque versari cum eo potuit.

Falsum item quod apud eumdem Diogenem (9) legitur, auditorem Parmenidis Anaximenem fuisse.

---

(1) Diogenes Laertius lib. IX, 21 : Ξενοφάνους δὲ διήκουσε Παρμενίδης Πύῤῥητος Ἐλεάτης. . . . γένους τε ὑπάρχων λαμπροῦ καὶ πλούσιος. Cf. Suidas v. Παρμενίδης. Theodoretus Therap. Serm. IV. Eusebius Præp. Ev. XIV, 3 p. 720, D. Epiphanius adv. Hæres. III, vol. I p. 1087. Strabo lib. VI, init : Οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσιν, ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο, ἄνδρες Πυθαγόρειοι.

(2) Plato Parmenid. p. 127, A : Ἔφη δὲ δὴ ὁ Ἀντιφῶν λέγειν τὸν Πυθόδωρον ὅτι ἀφίκοιντό ποτε εἰς Παναθήναια τὰ μεγάλα Ζήνων τε καὶ Παρμενίδης. Τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτην εἶναι, σφόδρα πολιόν, καλὸν δὲ κἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα· Ζήνωνα δὲ ἐγγὺς τῶν τετταράκοντα τότε εἶναι, εὐμήκη δὲ καὶ χαρίεντα ἰδεῖν· καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου γεγονέναι. καταλύειν δὲ αὐτοὺς ἔφη παρὰ τῷ Πυθοδώρῳ ἐκτὸς τείχους ἐν Κεραμεικῷ. οἷ δὴ καὶ ἀφικέσθαι τόν τε Σωκράτη καὶ ἄλλους τινὰς μετ' αὐτοῦ πολλοὺς κτλ. Sophist. p. 217, C : Παρμενίδῃ χρωμένῳ καὶ διεξιόντι λόγους παγκάλους παρεγενόμην ἐγὼ νέος ὤν, ἐκείνου μάλα δὴ τότε ὄντος πρεσβύτου. Theæt. p. 183, E : Συμπροσέμιξα γὰρ δὴ τῷ ἀνδρὶ πάνυ νέος πάνυ πρεσβύτῃ.

(3) Diogenes Laertius lib. II, 44 : Ἐγεννήθη δὲ [ὁ Σωκράτης], καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, ἐπὶ Ἀφεψίωνος ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, Θαργηλιῶνος ἕκτῃ.

(4) Diogenes Laertius lib. IX, 23 : Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.

(5) Athenæus lib. IX, 15 p. 505 F : Παρμενίδῃ καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγους τὸν τοῦ Πλάτωνος Σωκράτην, μόλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ, οὐχ ὡς καὶ τοιούτους εἰπεῖν ἢ ἀκοῦσαι λόγους. Cf. Macrobius Saturn. lib. I cap. 1.

(6) Diogenes Laertius IX, 29 : Ἤκμαζε δὲ οὗτος [ὁ Ζήνων] κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν ὀλυμπιάδα.

(7) Diogenes Laertius lib. IX, 21 : Ξενοφάνους δὲ διήκουσε Παρμενίδης. . . . τοῦτον Θεόφραστος ἐν τῇ ἐπιτομῇ Ἀναξιμάνδρου φησὶν ἀκοῦσαι.

(8) Diogenes Laertius lib. II, 2 : . . . Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, ὅς φησιν αὐτὸν [τὸν Ἀναξίμανδρον] ἐν τοῖς Χρονικοῖς τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος ἐτῶν εἶναι ἑξήκοντα τεσσάρων, καὶ μετ' ὀλίγον τελευτῆσαι.

(9) Diogenes Laertius lib. II, 3 : Ἀναξιμένης Εὐρυστράτου

Namque Anaximenes, cui nihil cum Eleaticorum ratione commune est, Anaximandri auditor fuisse creditus, aut prior Parmenide aut æqualis ei fuit, inferior certe ætate non fuit. Eusebii (10), Syncelli (11) aliorumque errores redarguere supervacaneum judicamus. Platonem igitur secuti statuimus tempus quo floruit Parmenides fere intra Olymp. 70-80 esse ponendum. Ad hoc temporis spatium eos quoque referri oportet qui cum Parmenide a veteribus tanquam huic ætati suppares conjungi solent. Tales fuerunt Xenophanes, Eleaticorum parens, circa Olymp. 60 clarus, Heraclitus, Parmenidi prope æqualis, Olympiade 69 illustris, Zeno ejus discipulus, æqualis fere Anaxagoræ, Olympiade 79 summo flore conspicuus.

De Parmenidis vita et studiis pauca sunt ab antiquis prodita, e quibus tamen conjici licet, qualis quantusque fuerit vir, quo ingenio præditus, quibus litteris institutus, quomodo denique paullatim ad summum in philosophia pervenerit. Natus Veliæ audivit Xenophanem (12) grandævum adolescens, cujus placitis perceptis procul dubio fundamenta jecit doctrinæ, quam deinceps excoluit et professus est. Fuit ei etiam cum Pythagoreis quibusdam, eruditionis et scientiæ fama florentibus, consuetudo (13), e quibus duo memorantur, quos studiorum duces et moderatores habuerit, Aminias et Diochætes. Horum ille adolescentem ab aliarum rerum cura ad litteras atque ad otium et tranquillitatem traduxit, hic pauper sed morum probitate nobilitatus adeo ei carus fuit, ut mortuo sacellum dedicaverit, ut ait Sotion apud Diogenem. Parmenidem ejusque discipulum Zenonem Pythagoreos (14) multi nominarunt sive propter Pythagoreorum conversationem et familiaritatem, quæ tamen nullam disciplinæ similitudinem peperit, sive propter illorum famam et claritatem quæ diu tanta fuit, ut nemo fere esset sapientiæ studio nobilis, quin huic scholæ adnumeraretur. Pythagorica vero institutio magis ad ingenium ejus philosophiæ initiis imbuendum, quam ad perficiendam ejus doctrinam valuisse videtur.

Cebes (15) quidem Πυθαγόρειον καὶ Παρμενίδειον βίον prædicat, non certum quoddam vivendi genus, sed vitam e philosophiæ decretis cum dignitate et modestia actam intelligens. Similiter Plato Theæt. p. 183, E : Παρμενίδης δέ μοι φαίνεται τὸ τοῦ Ὁμήρου αἰδοῖός τε ἅμα δεινός τε...... καί μοι ἐφάνη βάθος τι ἔχειν παντάπασι γενναῖον, et Sophist. p. 237, A : Παρμενίδης δὲ ὁ μέγας. Huc etiam spectat Timo Phliasius apud Diogenem Laertium IX, 23 exaggerans

Παρμενίδου τε βίην μεγαλόφρονα τὴν πολύδοξον.

In philosophia Parmenides quamvis Xenophanis exemplo naturæ verique interpretem se esse studeret, sua tamen ratione verum scrutatus est neque magistri placitis contentus fuit (16). Litterarum studia ita coluit, ut a reipublicæ administratione non vacaret. Leges quas Eleatis scripsit tam bonæ fuerunt, ut magistratus quotannis cives adigerent jurejurando, se Parmenidis leges observaturos (17). Habitasse quidem videtur Eleæ, sed nonnunquam in exteras regiones excurrisse. Certe Athenas cum aliquando venisse atque in eruditorum hominum consessu de rebus arduis disputasse locuples auctor Plato, ut vidimus, testificatur. Quare non mirum tantam fuisse ejus gloriam et disciplinæ auctoritatem, ut Eleaticorum princeps ab omnibus haberetur. Multi illa ætate viri ingenio et eruditione præstantes fuerunt qui nascentis adhuc philosophiæ semina per Ioniam atque universam Græciam spargentes ad rerum divinarum humanarumque intelligentiam omnes cogitationes

---

Μιλήσιος, ἤκουσεν Ἀναξιμάνδρου· ἔνιοι δὲ καὶ Παρμενίδου φασὶν ἀκοῦσαι αὐτόν.

(10) Eusebius Canon. chron. ad Olymp. (80 : 4) π' δ'· Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παρμενίδης φιλόσοφοι φυσικοὶ ἐγνωρίζοντο. Ζήνων καὶ Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινὸς ἤκμαζον.

(11) Syncellus Chronogr. p. 253, D, manifesto errore Empedoclem, Parmenidem, Zenonem, Heraclitum et Democritum regnante Artaxerxe qui Longimanus nominatur, intra Olympiades 82-91 floruisse et circa idem tempus natum esse Socratem ait.

(12) Aristoteles Metaph. I, 5 : Ὁ γὰρ Παρμενίδης τούτου (τοῦ Ξενοφάνους) λέγεται μαθητής. Alexander Aphrodisiensis in Aristotelis Metaph. p. 24 ed. Bonitz. : Περὶ Παρμενίδου καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τῶν Φυσικῶν οὕτως λέγει· τούτῳ δὲ ἐπιγενόμενος Παρμενίδης Πύρητος ὁ Ἐλεάτης (λέγει δὲ καὶ Ξενοφάνην) ἐπ' ἀμφοτέρας ἦλθε τὰς ὁδούς. Diogenes Laertius lib. IX, 21 : Ξενοφάνους δὲ διήκουσε Παρμενίδης. Cf. Plutarchus apud Eusebium Præp. Ev. I p. 23, C; Eusebius ibid. X p. 504, D; XIV p. 758, A; Simplicius Phys. f. 2, a; Suidas v. Παρμενίδης.

(13) Diogenes Laertius lib. IX, 21 : Ἐκοινώνησε δὲ [ὁ Παρμενίδης] καὶ Ἀμεινίᾳ καὶ Διοχαίτῃ τῷ Πυθαγορικῷ (ὡς ἔφη Σωτίων) ἀνδρὶ πένητι μὲν, καλῷ δὲ καὶ ἀγαθῷ, ᾧ καὶ μᾶλλον ἠκολούθησε, καὶ ἀποθανόντος ἡρῷον ἱδρύσατο.

(14) Callimachus apud Proclum in Parm. T. IV p. 5 : Ἐλεᾶται δ' ἄμφω, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ διδασκαλείου μεταλαβόντε. Iamblichus Vit. Pyth. s. 166, 267. Anonymus scriptor Vit. Pyth. s. 8 ed. Kuster. Strabo lib. VI init : Οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσιν, ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο, ἄνδρες Πυθαγόρειοι.

(15) Cebes Tab. pr. : Ἀνὴρ ἔμφρων καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον.

(16) Plutarchus apud Eusebium Præp. Ev. I p. 23. C : Παρμενίδης δ' ὁ Ἐλεάτης, ἑταῖρος Ξενοφάνους, ἅμα μὲν καὶ τῶν τούτου δοξῶν ἀντεποιήσατο, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἐναντίαν ἐνεχειρήσατο στάσιν. Diogenes Laert. l. c. : Ὅμως δ' οὖν ἀκούσας καὶ Ξενοφάνους, οὐκ ἠκολούθησεν αὐτῷ.

(17) Speusippus ap. Diog. Laert. IX, 23; Plutarch. adv. Colot. p. 1126; Strabo l. c.

suas atque omnia studia contulerunt, Heraclitus, Anaxagoras, Leucippus, Empedocles, alii. Horum nonnullis familiariter usus esse videtur Parmenides, ut Empedocle (18) et Leucippo (19), qui ejus vel auditores vel æmuli fuisse memorantur. Præcipui vero sodales ejus et discipuli nominantur Zeno et Melissus (20), uterque disciplinæ communione et societate cum magistro, ille etiam amicitia et familiaritatis usu conjunctus. Quæ res eo valuit, quod a Platone narratum supra diximus, ut ei in deliciis atque in amoribus fuisse putaretur (21).

Parmenides philosophiam suam tam scriptis quam sermonibus exposuit. In sermonibus interrogando verum reperire idque a falso discernere conabatur. Quo in genere disputationum ejus pulchritudinem Socrates apud Platonem (22) admiratus est. Fuit hæc *dialectica* ratio, quæ a colloquendo et disceptando nomen invenit et Eleaticorum propria est habita ut mathematica Pythagoreorum, etymologia Heracliticorum (23). Dialecticæ inventorem Aristoteles Zenonem fert; Parmenidem tamen non ignorasse eam artem Sextus Empiricus (24) adnotat. Quocum consentit Plato, (25) a quo ambo ἐλεγκτικοὶ et περὶ τὰς ἔριδας ἐσπουδακότες merito vocantur. Cæterum Xenophanes parens videtur fuisse ejus artis quam Parmenides idoneis nutrimentis aluit, Zeno corroboravit atque in aciem et pugnas eduxit. In dialecticorum conclusiunculis ornata laudibus est argumentatio Ἀχιλλεὺς appellata et altera διχοτομία dicta, quarum illam Phavorinus, hanc Porphyrius Parmenidi ascripserunt (26); utramque tamen Zenoni tribuendam esse Aristotelis et Simplicii auctoritate notum testatumque est.

De philosophia versibus scripsit Parmenides, Xenophanem, Hesiodum et alios imitatus, qui in didactico genere elaborarunt ac de rerum natura, deorum generatione ac similibus argumentis carmine vaticinati sunt (27). Erat tum prosæ orationis scriptio nondum magnopere frequens, ita ut difficillimæ philosophorum quæstiones poeticæ dictionis ornatu non commendari, sed explicari tantum posse viderentur.

Ipsa vero dialecticæ infantia non modo pulchris verborum luminibus tegebatur, sed etiam imaginum majestate interdum exculta consummatæ artis speciem præbebat. Sed Parmenidem exceptis numeris caruisse propemodum omni orationis venustate et poetico spiritu recte plures veterum animadverterunt. Quapropter Proclus (28) sic de eo judicat : Ὁ Παρμενίδης ἐν τῇ ποιήσει, καίτοι δι' αὐτὸ δήπου τὸ ποιητικὸν εἶδος χρῆσθαι μεταφοραῖς ὀνομάτων καὶ σχήμασι καὶ τρόποις ὀφείλων, ὅμως τὸ ἀκαλλώπιστον καὶ ἰσχνὸν καὶ καθαρὸν εἶδος τῆς ἀπαγγελίας ἠσπάσατο... ὥστε μᾶλλον πεζὸν εἶναι δοκεῖν ἢ ποιητικὸν λόγον. Cicero Acad. Qu. IV, 23 Parmenidem sapientiæ præcepta minus bonis versibus tradidisse ait. Quo nomine a Plutarcho (29) etiam vituperatus est, qui eum haud secus atque Empedoclem poesin tanquam vehiculum quo pedestrem incessum vitaret usurpasse putavit. Verum hæc ipsa res argumento est Parmenidem magis ætatis morem secutum quam furore divino incensum fudisse versus, neque delectare lectores carminum dulcedine quam docere decretorum gravitate voluisse. Sunt tamen loci quibus philosophus relicto vulgari dicendi genere rerum quas informat sublimitate ductus et ingenii æstu abreptus tum assurgit, tum incitatior fertur verborumque tam granditate quam elatione omnium animos et capit et permulcet. Hujusmodi est mirabile illud quod Sextus Empiricus servavit carminis prooemium, in quo ea apparet dictionis animique amplitudo et exaggeratio, ut Parmenidem non prorsus ditioris venæ exsortem fuisse constet.

(18) Diogenes Laertius VIII, 55, 56 : Ὁ δὲ Θεόφραστος Παρμενίδου φησὶ ζηλωτὴν αὐτὸν (τὸν Ἐμπεδοκλέα) γενέσθαι καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασι . . . . . Ἀλκιδάμας δὲ ἐν τῷ φυσικῷ φησι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ζήνωνα καὶ Ἐμπεδοκλέα ἀκοῦσαι Παρμενίδου. Cf. Suidas v. Παρμενίδης.

(19) Cf. Simplicius in Aristotelis Phys. f. 7, a.

(20) Diogenes Laertius IX, 24 : Οὗτος [ὁ Μέλισσος] ἤκουσε Παρμενίδου.

(21) Plato Parmen, 127, B; Diogenes lib. IX, 25. Reprehenditur Plato idcirco ab Athenæo lib. XI p. 505, F, his verbis : Τὸ δὲ πάντων σχετλιώτατον καὶ τὸ εἰπεῖν, οὐδεμιᾶς κατεπειγούσης χρείας, ὅτι παιδικὰ γεγόνοι τοῦ Παρμενίδου Ζήνων ὁ πολίτης αὐτοῦ. Aliter accepit Proclus in Parmenidem T. IV pag. 88 sic interpretans : Παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου γέγονεν ὁ Ζήνων, δῆλον ὅτι πρὸς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν θεὸν ἀμφοτέροις ἡ ἄνοδος ἦν.

(22) Plato Sophist. p. 217. C.

(23) Proclus in Parmen. T. IV, p. 12 : Τὴν διαλεκτικὴν . . . . . ἐξαίρετον οὖσαν τοῦ Ἐλεατικοῦ διδασκαλείου, καθάπερ ἄλλο τι τοῦ Πυθαγορείου λέγουσιν, ὡς τὴν διὰ τῶν μαθημάτων ἀγωγήν, ... καὶ ἄλλο τοῦ Ἡρακλειτείου, τὴν διὰ τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν ὁδόν.

(24) Sextus Empiricus adv. Math. VII, 5.

(25) Plato Sophist. init.

(26) Phavorinus apud Laertium IX, 23, ubi vid. Menag.; Porphyrius apud Simplicium in Phys. f. 30.

(27) Plutarchus de Pyth. Orac. p. 402; Diog. Laert. IX, 22; Suidas v. Παρμ.

(28) Proclus in Parm. T. IV, p. 62.

(29) Plutarchus de Aud. poet. p. 16, C : Τὰ δὲ Ἐμπεδοκλέους ἔπη καὶ Παρμενίδου, καὶ Θηριακὰ Νικάνδρου καὶ Γνωμολογίαι Θεόγνιδος λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς ὥσπερ τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν. Id. de auditione pag. 41 : Μέμψαιτο δ' ἄν τις Ἀρχιλόχου μὲν τὴν ὑπόθεσιν, Παρμενίδου δὲ τὴν στιχοποιίαν, Φωκυλίδου δὲ τὴν εὐτέλειαν, Εὐριπίδου δὲ τὴν λαλιάν, Σοφοκλέους δὲ τὴν ἀνωμαλίαν.

Fuerunt qui pedestri quoque sermone eum scripta quædam vulgasse opinarentur. Nam Suidas hæc de eo refert : Ἔγραψε δὲ.... καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην, ὧν μέμνηται Πλάτων (30). Qui error haud scio an ortus sit e Platonis loco in Sophista (31), ubi ille Parmenidis placita proponens dicit : Τοῦτο ἀπεμαρτύρατο, πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων καὶ μετὰ μέτρων. At Plato videtur πεζῇ ad pedestrem versuum incessum, μετὰ μέτρων ad orationem numeris vinctam rettulisse. Fertur etiam fragmentum soluta oratione compositum quod Simplicius versibus interjectum, tanquam ipsius Parmenidis, se repperisse testatur. Sed illud *tanquam* a Simplicio additum probat dubitasse eum de loci istius auctore. Vide quæ dixi ad primum fragmentorum incertorum. Præterea unum modo Parmenidis librum sive unum poema exstitisse a multis testibus proditum est (32).

Carmen de natura (Περὶ φύσεως) inscripsit (33), non tam rerum ortarum multitudinem et varietatem hac appellatione designandam ratus, (licet eam quoque attigerit), quam naturam æternam atque ab omni concretione liberam intuitus, quam entis nomine vocavit (34). Duplex autem poematis argumentum est, de veritate ac de opinionibus seu visis, unde antiqui in duas partes diviserunt et proprio utramque nomine appellarunt, alteram τὰ πρὸς ἀλήθειαν sive περὶ τοῦ νοητοῦ, alteram τὰ πρὸς δόξαν sive περὶ τοῦ αἰσθητοῦ inscribentes (35). Falso autem nonnulli horum titulorum et argumenti diversitate decepti putarunt Parmenidem duos scripsisse libros inter se dissimiles (36). Verum uno eodemque libro philosophum utramque poematis partem complexum esse ex ejus reliquiis patet. Earum partium priore de ente et veritate, posteriore de rebus fluxis sive de mundi ortu et natura agit, unde a Plutarcho Κοσμογονία vocatur (37). In eadem parte de diis quoque videtur disputasse poetarumque de divina progenie fabulas et commenta narrasse atque explicuisse, ita ut deorum vim ac numen non tolleret, sed ad physicas rationes revocaret (38).

Parmenidis ratio ac disciplina quam nobilis atque illustris apud antiquos fuerit, multa exstant documenta. Etenim hujus dicendi genus imitatus est Empedocles (39), hujus dogmata Zeno magna disputandi subtilitate contra adversarios defendit (40); hunc porro cum Zenone ut sua ætate claros memoravit Democritus (41), hunc etiam cum cæteris Eleaticis frequenter disputationum suarum materiam sophistæ sumserunt; hunc denique Megarici admirati sunt, quorum princeps Euclides Parmenidis dialecticam cum morali Socratis disciplina copulare instituit (42). Imprimis vero Parmenidis philosophiam illustravit Plato præclaro illo dialogo quo ejus laudem ab hominum oblivione vindicavit. Quid? quod cum reliqui omnes philosophi, tum Neoplatonici hunc dialogum lectitarunt, quamquam eorum culpa accidit, ut Platonica cum Parmenideis permiscerentur. Accurate Parmenidis scita exploravit ac sæpe cum aliorum decretis contendit Aristoteles, quem tamen peculiari commentatione illius doctrinam refutasse falso nonnulli dixerunt (43).

---

(30) In eamdem sententiam Eudocia p. 149 ed. Villois.

(31) Plato Sophist. p. 237, A.

(32) Diogenes Laertius Procem. 16 : Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν [τῶν φιλοσόφων] κατέλιπον ὑπομνήματα, οἱ δ' ὅλως οὐ συνέγραψαν. . . . . . οἱ δὲ ἀνὰ ἓν συγγράψαντες Μέλισσος, Παρμενίδης, Ἀναξαγόρας, πολλὰ δὲ Ζήνων, πλείω Ξενοφάνης κτλ. Plato Parmen. p. 128, A, C : Σὺ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ποιήμασιν ἓν φῂς εἶναι τὸ πᾶν, similiter ac Theophrastus apud Laertium VIII, 55 : Καὶ γὰρ ἐκεῖνον [τὸν Παρμενίδην] ἐν ἔπεσι τὸν περὶ φύσεως λόγον ἐξενεγκεῖν. Clemens Alexandrinus Strom. V. p. 552, C : Παρμενίδης ἐν τῷ αὐτοῦ ποιήματι. Simplicius Phys. f. 31, a : Διὰ τὴν σπάνιν τοῦ Παρμενιδείου συγγράμματος. Cæterum ποιήματα et ἔπη apud Platonem et Theophrastum de uno carmine accipiuntur.

(33) Theophrastus apud Laertium VIII, 55; Sextus Empiricus adv. Math. VII, 111. Sed Porphyrius Antr. nymph. C. 22 φυσικὸν vocat; Suidas et Eudocia p. 361 φυσιολογίαν eodem sensu.

(34) Similiter Melissi liber de natura sive ente (περὶ φύσιος ἢ περὶ ἐόντος) inscriptus erat teste Simplicio de Coelo III, f. 138, a.

(35) Proclus in Parm. T. V, p. 310 sq. : Καὶ αὐτὸς Παρμενίδης τὰ μὲν πρὸς ἀλήθειαν ἔγραφε, τὰ δὲ πρὸς δόξαν. Jo. Philoponus Phys. I. lit. A, p. 9; lit. C, p. 11 ed. Trincav. Simplicius Phys. I. f. 7, b.

(36) Sic recentiores Jo. Camotius in Theophrasti Met. f. 44, b : Παρμενίδης γράψας δύο βιβλία, ἓν κατὰ τὴν κοινὴν δόξαν, ἕτερον δὲ κατὰ τὴν ἀλήθειαν. Cf. Bessarion adv. Calumn. Platon. II, 11. f. 31, b. Lescaloperius ad Cicer. de Nat. deor. I p. 45.

(37) Plutarch. Amator. p. 756, F.

(38) Plato Symp. p. 195, C : Τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα περὶ θεούς, ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης λέγουσιν. Macrobius in Somn. Scip. I cap. 2 extr. : « Pythagoras ipse atque Empedocles, Parmenides quoque et Heraclitus de Diis fabulati sunt. » Menander de Encom. I, c. V p. 39, ὕμνους φυσιολογικοὺς ei tribuit, addens : Χρῶνται δὲ τοιούτῳ τρόπῳ Παρμενίδης τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀκριβῶς· κέχρηται δὲ καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ. ... Παρμενίδης μὲν οὖν καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐξηγοῦνται, Πλάτων δ' ἐν βραχυτάτοις ἀνυμνεῖ. . . . καὶ οἱ ποιηταί, ὧν ἐπεμνήσθημεν, πραγματείας ὅλας καθέθεντο.

(39) Diogenes lib. VIII, 55.

(40) Plato Parm. p. 128, C.

(41) Diog. Laert. IX, 42.

(42) Id. II, 106-107. Cf. Cic. Ac. IV, 42.

(43) Jo. Philoponus Phys. Lit. B. pag. 9 : Φασὶ δὲ γεγράφθαι αὐτῷ ἰδίᾳ βιβλίον πρὸς τὴν Παρμενίδου δόξαν, ὃ νῦν αἰνίττεται διὰ τοῦ εἰπεῖν, καὶ εἴ τινες ἄλλοι ἕτεροι (leg. ἴδιοι) non intellecto Aristotelis loco in Phys., I, 3 pag. 255. E. : Καὶ πρὸς Παρμενίδην δὲ ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν λόγων, καὶ εἴ τινες ἄλλοι ἴδιοί εἰσιν.

Xenocratis liber singularis citatur (44) Περὶ τῶν Παρμενίδου α'. Theophrastus quoque et Eudemus Rhodius multam operam in cognoscenda Parmenidis ratione posuisse reperiuntur. Horum igitur virorum studiis qui haud raro Parmenidis effata laudant versusque proferunt factum est ut postea quoque tanti philosophi fama vigeret. Nam et Cicero (45) ejus versuum mentionem facit, et Plutarchum (46) ejus poema legendo contrivisse apparet. Idem dicendum de Sexto Empirico, Galeno, Clemente Alexandrino, Cœlio Aureliano, qui satis multos ejus versiculos attulerunt. Jam etsi inferior ætas superiorum philosophorum scripta neglexit, adeo ut Platonici et Aristotelei plerique in judicandis ejus placitis non ipsum fontem adiisse, sed rivulos consectati videantur (47); Proclus tamen quinto post Chr. n. sæculo in interpretando Parmenide carmen ejus inspexit dictaque aliquot diligenter excerpsit. Sed præcipua cura Simplicius (48) in excerpendis explicandisque Eleatici philosophi versibus versatus est, cui uni plus debet Parmenides quam cæteris omnibus. Sunt autem carminis reliquiæ primarius fons e quo Parmenidis philosophia hauriri et explanari debeat. Quapropter omissa omni de ejus decretis disputatione lectores ad ea quæ ad ipsum carmen a nobis adnotata sunt relegamus. In recensendo vertendoque Parmenide idem mihi proposui quod in Xenophanis memoria renovanda. Qua de re dictum est in præfatione ad Xenophanem.

(44) A Diogene Laertio IV, 13.

(45) Cicero Acad. Quæst. IV, 23.

(46) Plutarchus adv. Colot. p. 1114.

(47) Porphyrius de antr. Nymph. c. 22 tangens Parmenidis vs. 11 (vid. adnot.) hæc ait : Τῶν δύο πυλῶν τούτων μεμνῆσθαι καὶ Παρμενίδην ἐν τῷ φυσικῷ φασι. Unde patet eum Parmenidis poema non vidisse. Quare Simplicius in Arist. Phys. I, f. 25, a, sic de eo scribit : Πορφύριος δὲ. . . τὰ μὲν ἐκ τῶν Παρμενιδείων ἐπῶν, ὡς οἶμαι, τὰ δὲ ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους καὶ ὧν ἄν τις πιθανῶς ἐκθέσθαι τὴν Παρμενίδου δόξαν βουλόμενος εἴποι, γράφει ταῦτα.

(48) Simplicius Phys. f. 9, a, de Parmenide loquens, Ταῦτα μέν, inquit, διὰ τὴν πολλὴν ἄγνοιαν νῦν τῶν παλαιῶν συγγραμμάτων μηκύνειν ἀναγκάζομαι. Ibid. f. 31, a : Ἡδέως ἂν τὰ περὶ τοῦ ἑνὸς ὄντος ἔπη τοῦ Παρμενίδου τοῖσδε τοῖς ὑπομνήμασι παραγράψαιμι, διά τε τὴν πίστιν τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων καὶ διὰ τὴν σπάνιν τοῦ Παρμενιδείου συγγράμματος.

ΠΑΡΜΕΝΙΔΟΥ
ΕΠΕΩΝ ΛΕΙΨΑΝΑ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἵπποι ταί με φέρουσιν, ὅσον τ' ἐπὶ θυμὸς ἱκάνοι,
πέμπον, ἐπεί μ' ἐς ὁδὸν βῆσαν πολύφημον ἄγουσαι
Δαίμονος ἣ κατὰ πάντ' αὐτὴ φέρει εἰδότα φῶτα·
τῇ φερόμην, τῇ γάρ με πολύφραστοι φέρον ἵπποι
ἅρμα τιταίνουσαι· κοῦραι δ' ὁδὸν ἡγεμόνευον

PARMENIDIS
CARMINUM RELIQUIÆ.

PROŒMIUM.

Equi quibus vehor, et qui quo animi impetus ferretur,
me deduxerunt, postquam in celebrem me vexerunt viam
Deæ quæ ipsa per omnia ducit doctum virum,
hac ferebar, namque hac me sollertes portabant equi
currum agentes; nymphæ autem itineris erant duces

V. 1. Parmenidei carminis exordium a Sexto Empirico servatum est qui adv. Math. VII, 111 pag. 213 ed. Bekker. triginta primos versus inde a voce ἵπποι usque ad verba πίστις ἀληθής allegat, quibus uno tenore versus 53–58 (ἀλλὰ σὺ τῆσδ'— λείπεται) subjungit, omissis reliquis quos aliunde petivimus. Ea est hujus exordii non modo suavitas ac venustas, sed etiam gravitas et majestas, ut haud facile inter ea quæ ætatem tulerunt poetarum græcorum opera reperias carmen, quod cum hujus prooemii præstantia possit componi. Fingit poeta primum se sublime elatum ad sapientiæ sacrarium in æthere situm Solis filiabus comitantibus atque iter monstrantibus curru evehi, deinde in perpetuæ lucis via progressum atque ad deæ templum delatum ex ejus ore et æternæ veritatis præcepta et de falsis mortalium opinionibus monita accipere. Initio ἵπποι idem sonat quod ἅρμα καὶ ἵπποι. Sextus Empiricus doctius quam verius ἵππους interpretatur τὰς ἀλόγους τῆς ψυχῆς ὁρμάς τε καὶ ὀρέξεις. Quæ sequuntur in hunc ordinem redigenda : πέμπον με ἐφ' ὅσον θυμὸς ἱκάνοι, quamquam concedimus non minus recte jungi ἐπὶ cum ὅσον quam cum ἱκάνοι.

V. 2. ἐπεί μ' ἐς ὁδὸν) Karstenius ἐπεὶ vertendum censuit *siquidem*, priores tres versus primam sententiam esse suspicatus. Eamdem rationem tueri videtur Bekkerus puncto post εἰδότα φῶτα posito. At quum longe concinnior sit enuntiatio, si priores septem versus primam periodum esse velis, hanc alteram quoque rationem Karstenius, licet dubitanter, probavit. Ait enim tum locum in hunc modum sibi emendandum videri :

ἵπποι, ταί με φέρουσιν, ὅσον τ' ἐπὶ θυμὸς ἱκάνῃ
πέμπουσ', ἐπεί μ' ἐς ὁδὸν βῆσαν . . . .
τῇ φερόμην κ. τ. λ.

Sed hæc emendatio neque necessaria est, et metro repugnat. Equidem nihil mutandum existimo, præsertim quum nesciamus, sitne integrum hoc initium an quædam desiderentur. Pro βῆσαν mendose libri nonnulli ζῆσαν, Stephanus in Poes. phil. p. 41 γ' ἦσαν. Denique ὁδὸν πολύφημον poeta appellat viam, quæ ad sapientiam ducit.

V. 3. Δαίμονος) De sapientiæ et cognitionis dea quadam hic agi, cujus nomen reticetur, planum esse arbitror. Sextus τὸν φιλόσοφον λόγον sive φιλοσοφίαν esse statuit, Proclus in Parm. T. IV p. 34 ed. Cousin. νύμφην ὑψιπύλην vocat. — ἣ κατὰ πάντ' αὐτὴ φέρει) In codd. legitur vel ᾗ πάντα φέρει τῇ vel ἣ κατὰ πάντ' ἄτη φέρει, atque ita edidit Stephanus in Poesi phil. Bekkerus vulgavit ἣ κατὰ πάντα τῇ φέρει. Sed quum hujusmodi scriptura tolerari nequeat, Bœckhius legendum esse conjecit πᾶν πάντῃ φέρει, Brandisius πάντα σαφῆ φέρει, Meinekius πάντ' ἀσινῆ φ., Karstenius πάντ' ἀδαῆ, alii πάντ' ἀϊδῆ, Hermannus denique ἣ καὶ πάντ' αὐτὴ φέρει hoc sensu : *quæ eadem quemvis sapientem virum ducit.* Ego una littera inserta scribo ἣ κατὰ πάντ' αὐτὴ φέρει. Nam Hermannianæ explicationi, qua πάντ' pro singulari accipitur, imprimis obstat Sexti auctoritas, qui κατὰ πάντα φέρει recte interpretatur ἐπὶ τὴν ἁπάντων ὁδηγεῖ γνῶσιν. Quod reliquum est, εἰδότα φῶτα nominat virum qui quamvis supra vulgus sapiat, tamen nondum perfecta eruditione repletus sit.

V. 4. πολύφραστοι ἵπποι) Hoc nomine *sollertes* potius quam *multum celebratos* et *generosos* equos Parmenides vocasse censendus est. Ambiguus enim vocis intellectus non solum propter duplicem verbi φράζειν potestatem, sed etiam propter vim tam activam quam passivam adjectivorum verbalium, qua in hoc ipso verbo fit, ut θεόφραστος non magis designet eum qui a deo dictus est quam qui deorum more loquitur vel divina præditus eloquentia est. Quocirca πολύφραστος cum Karstenio idem hic valere puto quod πολυφραδής. Etenim equorum sollertia in eo cernitur quod poetam in veritatis viam deducunt.

V. 5. κοῦραι δ' ὁδὸν ἡγεμόνευον) Exigua hic a

Ἡλιάδες κοῦραι, προλιποῦσαι δώματα νυκτός,
εἰς φάος, ὠσάμεναι κρατῶν ἄπο χερσὶ καλύπτρας.
Ἄξων δ' ἐν χνοιῇσιν ἵει σύριγγος ἀϋτὴν
αἰθόμενος, δοιοῖς γὰρ ἐπείγετο δινωτοῖσι
κύκλοις ἀμφοτέρωθεν, ὅτε σπερχοίατο πέμπειν.
Ἔνθα πύλαι νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κελεύθων,
καί σφας ὑπέρθυρον ἀμφὶς ἔχει καὶ λάϊνος οὐδός,
αὐταὶ δ' αἰθέρι κέκλεινται μεγάλοισι θυρέτροις·
τῶν δὲ Δίκη πολύποινος ἔχει κληῖδας ἀμοιβούς.
Τὴν δὴ παρφάμεναι κοῦραι μαλακοῖσι λόγοισι
πεῖσαν ἐπιφραδέως, ὥς σφιν βαλανωτὸν ὀχῆα
ἀπτερέως ὤσειε πυλέων ἄπο· ταὶ δὲ θυρέτρων

(Heliades nymphæ, noctis domo relicta,)
ad lucem, velaminibus a capite remotis.
Axis autem in modiolis ciebat fistulæ stridorem
fervens, (binis enim agitabatur tornatis
rotis utrimque,) quotiescumque [majore impetu] vehere [festinarent.
Illic est porta noctis et lucis viarum,
quam supra hyperthyrum, infra limen lapideum continet;
ipsa autem æthere clauditur ingentibus valvis,
quarum vindex Justitia tenet reciprocas claves.
Hanc igitur nymphæ blandis verbis precatæ
scite induxerunt, ut sibi vectem ferrea glande munitum
confestim amoveret a foribus; illæ aperto ostio

---

nobis cum Karstenio versuum transpositio facta est. Etenim vulgo post hunc versum ponuntur verss. 8-10 : ἄξων δ' ἐν χνοιῆς—πέμπειν, tum ii quibus sextum et septimum locum dedimus : Ἡλιάδες—καλύπτρας. — Verba δώματα νυκτός nihil significant nisi νύκτα; quippe e nocte in lucem Solis filiæ tendunt. Præstat autem εἰς φάος referre ad ὁδὸν ἡγεμόνευον quam ad προλιποῦσαι.

V. 7. ὠσάμεναι κρατῶν ἄπο) Codd. κρατερῶν, alii κρατεραῖς. Heinrichius legit jussit κροτάφων, Karstenius κρατῶν. Imagini inchoatæ valde conveniens est hujus versus sententia. Flammea rejiciunt puellæ, utpote e tenebris in lucem emersuræ.

V. 8. ἄξων δ' ἐν χνοιῇσιν ἵει) Hic versus in libris ita mutilatus est : ἄξων δ' ἐν χνοιῇσιν σύριγγος ἀϋτήν. Karstenius recte addidit ἵει; cæterorum conjecturas omittimus.

V. 10. σπερχοίατο magis consentaneum est ad equos quam ad Heliades referre.

V. 11. Ἔνθα πύλαι νυκτὸς) Hunc versum attingit Porphyrius de Antr. Nymph. c. 22. Aditum ad deæ fanum ita describit Parmenides, ut cœli plagam esse dicat in qua sitæ sint lucis et noctis viæ. Hunc locum non vulgo patentem, sed valvis septum esse ait, quas custodiat Justitia. Per has valvas aditus est ad ædem. Sunt autem lucis et noctis viæ nihil nisi veritatis et falsarum opinionum rationes, quas dea Parmenidi traditura est. De reliquo πύλαι etsi pluraliter expressum, tamen ut apud Homerum pro una tantum porta accipi oportet.

V. 13. αὐταὶ δ' αἰθέρι κέκλεινται) Intactam reliquerunt Karstenius et Bekkerus membranarum scripturam αἰθέριαι πλῆνται, quam ob formæ insolentiam et loci naturam, non defuerunt qui mutato etiam sequenti vel antecedenti vocabulo in πλῆντο converti vellent, vel qui aliud verbum in ejus locum substituerent. Itaque Lobeckius ad Buttmanni Gramm. Gr. II p. 17 αἰθέρι πεπτέαται μεγάλοισι poetam scripsisse suspicatus est, Seidlerus πλῆνται in πηκταί, Lachmannus in κλησταί correxit, Bergkius αἰθέριαι πλῆντ' εὐκελάδοισι ponendum esse conjectavit. Mihi Parmenides αἰθέρι κέκλεινται videtur exarasse.

V. 14. Claves dicuntur ἀμοιβοί quod alternis vicibus januam occludunt et recludunt. Cæterum initium carminis, quo Parmenidis poema olim imitatus sum, hic apponere liceat :

Sollertes quibus alta peto pro mentis amore
In celebri currum postquam posuere jugales
Tramite, diva potens ubi cunctas edocet artes
Hos qui magnanimo cœlestia pectore quærunt :
Portabar grata Heliadum comitante caterva,
Quæ raptim noctis tenebrosa sede relicta
Ac velaminibus placida de fronte remotis
Ostendebat iter divinæ lucis ad oras.
Stridebant axes quos ingens robur equorum
Perpetuo nisu biga fervente movebat.
Illic conspicitur noctis lucisque viarum
Porta, super limen pulchrum quam splendet et infra.
Ætheriis fundata locis occluditur ipsi
Justitiæ, claves valvarum quæ tenet usque.
Hanc igitur nymphæ blanda tum voce precatæ
Eloquio induxere, sonoræ ut ferrea vincla
Dejiceret portæ : quæ postquam adaperta recessit,
Immanem foribus passis reseravit hiatum,
Æratis magna qui constant arte retrorsum
Cardinibus versis. Subito rexere puellæ
Cœlestes manibus spatioso tramite currum.
Tum dea mortali dextram porrexit et ore
Terrigenam dulci sic est affata benigne :
O puer aurigis quibus est æterna juventa
Nunc comitate, rotis nostras evectus ad arces,
Caste puer, salve, neque enim male fida timentem
Adduxit sors hoc ad iter sublime deorum,
Sed veri intemeratus amor. Tu cuncta reconde
Mente tua veri sincera invictaque verba
Et quæcumque homines errantes somnia credunt.

V. 17. Dubitatum est ab interpretibus, utrum ταὶ—ἀναπτάμεναι ad πύλας an ad κούρας referri satius esset. Ad πύλας rettulerunt Heinrichius et

χάσμ' ἀχανὲς ποίησαν ἀναπτάμεναι, πολυχάλκους
ἄξονας ἐν σύριγξιν ἀμοιβαδὸν εἱλίξασαι
γόμφοις καὶ περόνῃσιν ἀρηρότας· ῇ ῥα δι' αὐτῶν
ἰθὺς ἔχον κοῦραι κατ' ἀμαξιτὸν ἅρμα καὶ ἵππους.
Καί με θεὰ πρόφρων ὑπεδέξατο, χεῖρα δὲ χειρὶ
δεξιτερὴν ἕλεν, ὧδε δ' ἔπος φάτο καί με προσηύδα·
Ὦ κοῦρ', ἀθανάτοισι συνάορος ἡνιόχοισιν,
ἵπποις ταί σε φέρουσιν ἱκάνων ἡμέτερον δῶ,
χαῖρ' ἐπεὶ οὔτι σε μοῖρα κακὴ προὔπεμπε νέεσθαι
τήνδ' ὁδὸν (ῆ γὰρ ἀπ' ἀνθρώπων ἐκτὸς πάτου ἐστίν),
ἀλλὰ θέμις τε δίκη τε. Χρεὼ δέ σε πάντα πυθέσθαι,

vastum valvarum hiatum fecerunt, æratos
in fistulis cardines retrorsum convertentes
nexos clavis et fibulis; qua ratione per eam
cito rexerunt nymphæ lato tramite currum et equos.
Ac dea me propitia excepit, dextraque dextram
prehendit, atque his me verbis affata est :
O puer, divinis comitate aurigis,
equis qui te vehunt ad nostram domum adveniens,
salve, siquidem non mala te fors induxit ad ingrediendam
hanc viam (nam longe a trita mortalium semita distat),
sed justitiæ veritatisque amor. Oportet autem omnia te scire,

Karstenius, ad κούρας Füllebornius. Brandisius denique ad pronomen ταὶ intelligit Δίκην cum suis et ἀναπτάμεναι in ἀναπταμένως converti vult. Heinrichius interpretatur *portæ fecerunt ingentem januarum hiatum*, cui explicationi Karstenius addit ἀναπτάμεναι convenire cum πύλαι, pro quo proprie dici oportuerit ἀναπταμένων, quoniam non porta revolvatur, sed fores pandantur, esse autem hanc hypallagen, qua verbum passivum accipiat vim medii. Displicet hoc additamentum. Ac primum quidem non requiritur ἀναπταμένων, quum in poetarum sermone tolerabilis sit hujusmodi junctura : *porta patescens valvarum fecit hiatum*. Tum ἀναπτάμεναι non est passivum, sed medium. Quæ quum ita sint, ferenda videretur Heinrichii interpretatio, nisi potior esset Füllеborniana, quam Buttmannus Gramm. Gr. tom. II p. 211 amplectitur. Nam Brandisium hic nihil vidisse, non est quod uberius doceam. E pluribus Græcorum scriptorum locis apparet confudisse veteres interdum verba πεταννύναι et πέτεσθαι, cujus rei memorabile est exemplum illud χεῖρας ἀναπτάς quod Zenodotus Iliad. lib. I, 351 pro χεῖρας ὀρεγνύς legebat. Atque ut proprie non dicitur græce ἡ θύρα ἀναπέτεται, sed ἀναπετάννυται : ita Zenodoteæ apud Homerum scripturæ memor nemo negabit posse formas quasdam verbi πέτεσθαι eo modo ad πεταννύναι transferri, ut transitivam potestatem accipiant. Hujusmodi autem locis quibus illud probabiliter ostendi posset, recte Buttmannus versum Parmenideum quem enarramus adnumerandum putavit. Itaque κοῦραι ἀναπτάμεναι hic sunt *puellæ quæ aperuerunt*. Quumque altera dilucidandi ratio tolerabilis sit, hac tamen nihil simplicius cogitari posse omnes concedent. Neque vero πέτεσθαι solum ita usurpatur, ut nonnullæ ejus formæ in notionem verbi πεταννύναι transeant, sed quasi talione quadam verbum πεταννύναι alterius verbi vices gerere, aut ita dici videtur, ut ab illo non longe absit. Testis fortasse Democritus in cujus fragmentis libri de Agricultura pag. 254 nostræ editionis hæc leguntur verba : τοῦ δὲ οἴκου ὁ μελισσὼν ἐγγὺς ἔστω, καὶ ὅταν ἐκπετάσωσιν (αἱ μέλισσαι) ἀνοιγμέναις ταῖς θυρίσιν, ὑποθυμία κ. τ. λ. Si Cassianus Bassus hic nihil aliud quam formas ionicas in communes mutavit, loco Democriteo id quod volumus demonstratur.

V. 20. In codd. legitur ῆ ῥα, quod Hermannus non injuria in ῇ ῥα mutari jussit.

V. 22. Θεὰ hoc loco eadem vocatur quæ supra δαίμων a poeta dicta erat. Quare mirabilis est Ritteri error qui in Hist. phil. vol. I p. 465 hanc deam quæ advenientem alloquitur non Sapientiam, sed Justitiam esse censet. Etenim attente hos versus legenti patet Justitiam esse templi custodem et janitricem longeque diversam a dea cujus fano præposita sit. Neque dubium quin Parmenides significare voluerit, nisi justitia duce ad veram sapientiam non perveniri.

V. 24. Pro ἀθανάτοισι συνάορος quod in membranis exstat, Brandisius edidit ἀθανάτῃσι συνήορος, non male, sed præter necessitatem. Brandisii emendationem recepit Bekkerus. Post ἡνιόχοισιν virgulam posui cum Scaligero in libro manuscripto Lugdunobatavo et Simone Karstenio. Contra Fabricius et Bekkerus non distinguentes post hanc vocem ἵπποις etiam ad superiora pertinere censent. Præterea Bekkerus Hermanni conjecturam pro ἵπποις ταί rescribentis ἵπποις θ' αἵ verbis Parmenideis inseruit. At hic conjecturis locum non esse arbitramur.

V. 28. Verba ἀλλὰ θέμις τε δίκη τε non ita accipio, quasi deæ commemorentur, id quod haud commode fieri potest, quum in versibus prægressis una Δίκη delubri custos nominata sit, sed ut poeta justitiæ veritatisque amorem in causa esse dicat, cur gradus fiat ad philosophiam. Quapropter etiam in translatione latina amoris vocabulum adjeci. Collocatio verborum χρεὼ δέ σε displicuit Meinekio qui Bekkero teste scribi malebat σὲ δὲ χρεὼ, quo modo a Parmenide scriptum esse a verisimilitudine non abhorret. Cæterum quinque versus inde a verbis χρεὼ δέ σε usque ad πάντα περῶντα laudat Simplicius de Cœlo f. 138, a. ed.

ἡμὲν ἀληθείης εὐπειθέος ἀτρεκὲς ἦτορ,
ἠδὲ βροτῶν δόξας, ταῖς οὐκ ἔνι πίστις ἀληθής.
Ἀλλ' ἔμπης καὶ ταῦτα μαθήσεαι ὡς τὰ δοκοῦντα
χρὴ δοκίμως γνῶναι διὰ παντὸς πάντα περῶντα.

et veritatis facile persuadentis mentem sinceram,
et mortalium opiniones, in quibus non est vera fides.
Verumtamen et hoc disces, quomodo in opinione sita
probe te pernoscere oporteat omnia penitus pervestigantem.

Τὰ πρὸς ἀλήθειαν.

Εἰ δ' ἄγ', ἐγὼν ἐρέω, κόμισαι δὲ σὺ μῦθον ἀκούσας
αἵπερ ὁδοὶ μοῦναι διζήσιός εἰσι νοῆσαι·
ἡ μέν, ὅπως ἔστιν τε καὶ ὡς οὐκ ἔστι μὴ εἶναι,

De veritate.

Age vero, ego dicam, tu dicta accipito audiens,
quæ solæ sint quærendi viæ ad cognoscendum propositæ :
altera, esse ens, non esse non ens,

Ald., quæ præcipua fuit ratio, cur transpositis versibus 53-58 ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ—λείπεται, quos Sextus Empiricus primis triginta versibus parum apte subjungit illos hoc loco interponendos cum Karstenio putaverimus. Præterea versus 28-30 (χρεὼ δέ σε—ἀληθής) citantur a Diogene Laertio lib. IX, 22, denique versus 29 et 30 afferuntur a Plutarcho adv. Colot. pag. 1114, vol. X p. 585 ed. Reisk.; Clemente Alexandrino Strom. V p. 576 et Proclo Comm. in Platonis Timæum II p. 105 ed. Cous.

V. 29. Pro ἡμὲν—ἠδὲ Proclus τὸ μὲν—ἠδὲ, Clemens ἡ μὲν—ἡ δὲ. In medio versu εὐπειθέος unice probandum cujus loco Proclus εὐφεγγέος habet, Simplicius autem in Scholl. Arist. p. 509 ed. Brand. εὐκύκλεος præbet, quod ne græcum quidem est. Græci enim non εὐκύκλης, sed εὔκυκλος dicunt. Male etiam apud Aldum idem Simplicius κυκλικῆς exhibet. Sequens vocabulum apud Plutarchum et Diogenem est ἀτρεκές, sed apud Clementem, Proclum et Simplicium ἀτρεμές, cui respondet Aldina lectio ἄφοβον. Diogenis et Plutarchi scripturam quæ antiquior videtur alteri prætulimus.

V. 30. βροτῶν δόξας ταῖς οὐκ ἔνι) Alii δόξαις vel δόξαι, nonnulli τῆς, Diogenes τῶν οὐκ ἔτι, Proclus ταῖς οὐκ ἔτι. Hunc vel alium Parmenidis versum, quo mortalium opiniones perstringuntur, respexit Timon Phliasius apud Diogenem lib. IX, 23 ita canens :

Παρμενίδου τε βίην μεγαλόφρονα τὴν πολύδοξον,
ὅς ῥ' ἐπὶ φαντασίας ἀπάτης ἀνενείκατο νώσεις

i. e. ὃς τὰς νοήσεις εἰς ἀπατηλὰς φαντασίας ἀνήνεγκε, qui animi sensuumque notiones ad vanas species revocavit.

V. 31. ἀλλ' ἔμπης κ. τ. λ.) Versus trigesimus primus et secundus in Simplicii codice Taurinensi sic exarantur :

ἀλλ' ἔμπις καὶ ταῦτα μαθήσεται ὡς τὰ δοκοῦντα
χρῆν δοκίμως εἶναι διὰ παντὸς πάντα περῶντα.

In cod. Oxoniensi alter versus in hunc modum depravatus est : δοκίμους—πάντα περ ὄντα. Peyronus membranæ Taurinensis lectionem sic corrigit :

ἀλλ' ἔμπης καὶ ταῦτα μαθήσεαι ὡς τὰ δοκοῦντα
χρὴ δοκίμως ἰέναι διὰ παντὸς πάντα περῶντα

hoc sensu : *attamen hæc disces, qua ratione oportet te semper probate ire sensibilia quæque* (τὰ δοκοῦντα πάντα) *pertranseuntem.* Servavimus ipsa Peyroni verba quæ cum ejus emendatione verborum græcorum probantur Brandisio, mihi neutiquam arrident. Karstenius Mœrbecæ interpretationem secutus, in qua legitur : *quibus non est vera fides, sed deceptio; et hæc discite quomodo quæ videntur oportebit probata esse per omne omnia terminantia*, et Aldinam Simplicii editionem, in qua reperitur : οὐκ ἔστι πίστις ἀληθής, ἀλλ' ἀπάθη. Καὶ ταῦτα μάθετε πῶς τὰ δοκοῦντα δεῖ δοκιμάζειν εἶναι, διὰ παντὸς πάντα ὁρίζοντα, Parmenidis manum sic restitui voluit, ut poneret : ἀλλ' ἀπατή· καὶ ταῦτα μαθήσεαι ὥς τε δοκοῦντα Χρὴ δοκίμως ἰέναι διὰ παντὸς πάντα περῶντα, quod ita convertit : *In quibus non est vera fides sed fallacia; et hæc nosces quomodo existimantem te oporteat clare perdiscere omnia pervestigantem.* Quum Mœrbecæ exigua sit auctoritas, non dubitavi in scriptura codicis Taurinensis a Peyrono emendata acquiescere, ita tamen, ut in altero versu pro ἰέναι rescriberem γνῶναι, quo omnis difficultas tollitur.

V. 33. Qui sequuntur octo versus inde a verbis εἰ δ' ἄγ' usque ad οὔτε φράσαις laudantur a Proclo ad Platonis Timæum l. l. qui post versus 29 et 30, interposito καὶ πάλιν, eos subjicit. Ex his ultimi sex (ἡ μὲν ὅπως—φράσαις) allegantur etiam a Simplicio ad Phys. I f. 25, a. Cæterum εἰ δ' ἄγ', ἐγών e Karstenii conjectura est pro vulgato ἄγε τῶν.

V. 34. αἵπερ ὁδοὶ μοῦναι διζήσιος. Recepi certam Brandisii emendationem μοῦναι pro eo quod apud Proclum invenitur μοῦσαι. — De structura ὁδοί —εἰσι νοῆσαι conf. Bernhardy Syntax. ling. græc. pag. 361.

V. 35. ὅπως hoc loco reddendum accusativo cum infinitivo ut apud Sophoclem OEd. R. v. 548 : τοῦτ' αὐτὸ μή μοι φράζ', ὅπως οὐκ εἶ κακός. Cf. Heindorf. ad Plat. Euthyd. 296, E. Sequentia paulo brevius enuntiantur a philosopho, sed ad integritatem sententiæ nihil desideratur præter τὸ εἶναι

Πειθοῦς ἐστι κέλευθος, ἀληθείη γὰρ ὀπηδεῖ·
ἡ δ', ὡς οὐκ ἔστιν τε καὶ ὡς χρεών ἐστι μὴ εἶναι,
τὴν δή τοι φράζω παναπειθέα ἔμμεν ἀταρπόν·
οὔτε γὰρ ἂν γνοίης τό γε μὴ ἐόν, (οὐ γὰρ ἐφικτόν,)
οὔτε φράσαις. Τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἐστίν τε καὶ εἶναι.

* * *

ξυνὸν δέ μοί ἐστιν,
ὁππόθεν ἄρξωμαι, τόθι γὰρ πάλιν ἵξομαι αὖθις.

* * *

Χρὴ τὸ λέγειν τε νοεῖν τ' ἐὸν ἔμμεναι, ἔστι γὰρ εἶναι,
μηδὲν δ' οὐκ εἶναι· τά σ' ἐγὼ φράζεσθαι ἄνωγα·

Suadæ via est; veritas enim comitatur;
altera, non esse ens ac necessario esse non ens,
hanc vero tibi aio plane incredibilem esse viam:
nam non ens nec animo percipias, quum assequi non liceat,
nec verbis enunties. Idem est enim cogitare et esse.

* * *

mea autem nihil interest,
unde ordiar; namque rursus illuc revertar.

* * *

Oportet dicere et cogitare esse ens, namque est ens,
nihil vero non ens; quod te animo perpendere jubeo.

---

vel τὸ ὄν post ἔστιν. Sensus enim est: ὅτι ἔστι τὸ εἶναι καὶ ὅτι οὐκ ἔστι τὸ μὴ εἶναι.

V. 35-37. Pro ἡ μὲν—ἡ δὲ apud Simplicium legitur ἠμὲν—ἠδέ, sed recte se habet ἡ μὲν quod pertinet ad ὁδοί.—κέλευθος ut v. 38 ἀταρπός et v. 74 ὁδός, significatione admodum usitata pro via et ratione vel disputatione usurpatur. — οὐκ ἔστιν τε καὶ) Proclus γε καί.

V. 38. παναπειθέα ἔμμεν) Simplicius παναπευθέα ἔμμεναι.

V. 39. ἐφικτόν) Ita Proclus; apud Simplicium reperitur ἀνυστόν. Parmenidis verba respicit Plato Soph. p. 238, C: Συννοεῖς οὖν ὡς οὔτε φθέγξασθαι δυνατὸν ὀρθῶς οὔτε εἰπεῖν οὔτε διανοηθῆναι τὸ μὴ ὂν αὐτὸ καθ' αὑτό, ἀλλ' ἔστιν ἀδιανόητόν τε καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄφθεγκτον καὶ ἄλογον.

V. 40. τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἐστίν τε καὶ εἶναι) Hæc verba afferuntur a Plotino Ennead. V, 1, 8 p. 489 et Clemente Alex. Strom. VI p. 627, B. Sensum hunc esse patet: Quidquid cogitamus id sic comparatum esse oportet, ut sit, neque enim id quod non sit aut cogitatione assequi aut verbis comprehendere licet, præterea quod est, id simul cogitationi pervium sit necesse est. Quodsi tollis *ens*, eodem tempore cogitatio necessario tollitur; si *cogitare* statuis, *esse* quoque statui oportet. Idem igitur est *cogitare* et *esse*. Latius dictum Parmenideum patere vult Plotinus, affirmans Eleaten τὸ ὂν vocasse νοῦν atque *ens* intellexisse *cogitantem naturam*. At hujusmodi explanatio cum philosophi nostri mente conciliari non potest.

V. 41-42. ξυνὸν — αὖθις) Ambo versus petiti sunt ex Procli in Plat. Parmenid. Comm. T. IV p. 120 ed. Cousin. Proclum horum quoque verborum interpretem etsi ingeniosum, erroris tamen manifestum nolim hic confutare, quum jam ab aliis rejecta sit ejus interpretatio.

V. 43-51. Versum quadragesimum tertium et sequentis initium usque ad verba οὐκ εἶναι allegat Simplicius Phys. f. 19, a. Idem versus novem inde a quadragesimi tertii fine (ἔστι γὰρ εἶναι) usque ad quinquagesimum primum (ἐστι κέλευθος) profert ibid. f. 25, a, et versum quinquagesimum separatim citat f. 17, a. Simplicius argumentationis summam l. c. f. 19, a, sic enuntiat: εἰ οὖν ὅπερ ἄν τις ἢ νοήσῃ ἢ εἴπῃ τὸ ὄν ἐστι, πάντων Εἷς ἔσται ὁ λόγος ὁ τοῦ ὄντος. Quamobrem Heindorfius ad Platon. Soph. p. 239, B, hunc locum sic emendari volebat:

χρὴ τὸ λέγεις, τὸ νοεῖς τ' ἐὸν ἔμμεναι· ἔστι γὰρ εἶναι,
μὴ δ' εἶν' οὐκ ἔστιν· τά τέ σε φράζεσθαι ἄνωγα.

Recte posuit ἐὸν pro ὂν quod est apud Simplicium; præterea metri causa addidit τε post τά, sed cætera non sunt emendanda. Aperte enim Parmenides hoc ait: oportet dicere et cogitare esse ens, quod Füllebornius sic expresserat: *es ist nothwendig, dass das Sagen und Denken das Seiende ist.* Est enim *dicere* et *cogitare*, quidquid autem est, necessario ens est; ergo *dicere* et *cogitare* ens est. Neque tamen id efficere studet philosophus, ut deleatur discrimen quod est inter esse et cogitare omnisque rerum discrepantia tollatur, sed nihil prorsus non esse, ens per omnia esse diffusum neque sine hoc dici cogitarive quidquam posse, affirmat.

V. 44. Simplicius f. 19, a, pro οὐκ εἶναι legit οὐκ ἔστιν, non inepte, sed melius opponuntur τὸ εἶναι et τὸ οὐκ εἶναι, pro quo soluta oratio postulat τὸ μὴ εἶναι. Sententia igitur hæc est: τὸ μὲν εἶναι ἔστι, τὸ δὲ μὴ εἶναι μηδέν ἐστιν. Qua de re ita Plato Parmen. p. 163, C: Τοῦτο τὸ μὴ ἔστι, λεγόμενον ἁπλῶς, σημαίνει ὅτι οὐδαμῶς οὐδαμῇ ἔστιν οὐδέ πῃ μετέχει οὐσίας τό γε μὴ ὄν. — οὔτ' ἄρα εἶναι δύναιτο ἂν τὸ μὴ ὂν οὔτε ἄλλως οὐδαμῶς οὐσίας μετέχειν. Cæterum quum apud Simplicium nihil sit nisi τά σε φράζεσθαι ἄνωγα neque ad sensum satis apta videatur Heindorfii conjectura supra memorata, metrum restituimus scribendo τά σ' ἐγὼ φράζεσθαι ἄνωγα, quam emendationem jam olim Bergkius

πρῶτ' ἀφ' ὁδοῦ ταύτης διζήσιος εἶργε νόημα·
αὐτὰρ ἔπειτ' ἀπὸ τῆς ἣν δὴ βροτοὶ εἰδότες οὐδὲν
πλάζονται δίκρανοι· ἀμηχανίη γὰρ ἐν αὐτῶν
στήθεσιν ἰθύνει πλαγκτὸν νόον· οἱ δὲ φορεῦνται
κωφοὶ ὁμῶς τυφλοί τε, τεθηπότες, ἄκριτα φῦλα,
οἷς τὸ πέλειν τε καὶ οὐκ εἶναι ταὐτὸν νενόμισται
κ' οὐ ταὐτόν· πάντων δὲ παλίντροπός ἐστι κέλευθος.

* * *

Οὐ γὰρ μήποτε τοῦτο δαῇς εἶναι μὴ ἐόντα,
ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος εἶργε νόημα,
μηδέ σ' ἔθος πολύπειρον ὁδὸν κατὰ τήνδε βιάσθω

Primum ab ista quærendi via mentem avoca;
deinde vero ab illa, qua mortales utique ignari
errant ambigui; hæsitatio enim in eorum
pectoribus huc illuc dirigit fluctuantem mentem; illi autem
surdi cæcique, stupentes, dementia secla, [feruntur.
quibus esse et non esse idem putatur
et non idem: horum omnium anceps et retrograda est via.

* * *

Non enim unquam hoc didiceris, esse quæ non sunt,
tu vero ab ista quærendi via mentem avoca,
neve te consuetudo in hac multiplicis scientiæ via inducat,

---

proposuerat in Commentatione de Empedoclis procemio pag. 27.

V. 45. πρῶτ' ἀφ' ὁδοῦ ταύτης) Ita versum correxit Bergkius l. l. Simplicius legit: πρώτης γὰρ ἀφ' ὁδοῦ ταύτης. Claudicanti metro succurrere studuerunt Füllebornius et Brandisius ejecto ταύτης, sed pronomen abesse nequit. Idcirco Karstenius scripsit πρῶτον τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ, at Bergkiana emendatio præstat.

V. 46. Parmenides *non esse* reprobans simul iis adversatur qui *esse* et *non esse* contendunt.

V. 47-48. δίκρανος, *biceps*, a poeta ponitur pro eo qui inter duas easque oppositas sententias hæret. *Dubium* licet interpretari. — φορεῦνται edidi cum Karstenio pro φοροῦνται.

V. 49. κωφοὶ ὁμῶς τυφλοί τε dicuntur a Parmenide qui non rationem ducem, sed sensuum commenta sequuntur. Cf. v. 55. — ἄκριτος, *rationis expers, qui judicio non valet.* Cf. Gatakerus ad Antonin. lib. II § 17.

V. 50. Tangit eorum decretum qui *esse* et *non esse* statuentes utrumque diversum simul atque idem faciebant. Ubi enim ens non-enti opponitur, diversa statuuntur, ubi ambo *esse* dicuntur, idem fieri in promptu est. Atque hoc quidem decretum eorum est, quibus esse videntur res caducæ ac cito perituræ, quarum modo ortum modo interitum cernimus. Quapropter postea v. 99 connectit γίγνεσθαί τε καὶ ὄλλυσθαι, εἶναί τε καὶ οὐχί. In eamdem sententiam Plato de Rep. V p. 479, C: Καὶ γὰρ ταῦτα ἐπαμφοτερίζειν, καὶ οὔτ' εἶναι οὔτε μὴ εἶναι οὐδὲν αὐτῶν δυνατὸν παγίως νοῆσαι, οὔτ' ἀμφότερα οὔτ' οὐδέτερον.

V. 52. Hunc versum ex iis quæ apud Platonem Soph. p. 237, A, tanquam Parmenidis verba soluto metro leguntur, restituit Heindorfius. Ait autem Plato: Παρμενίδης δὲ ὁ μέγας . . . . . . ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους τοῦτο ἀπεμαρτύρατο, πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων καὶ μετὰ μέτρων·

Οὐ γὰρ μήποτε τοῦτ' οὐδαμῇ (φησιν) εἶναι μὴ ὄντα,
ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος εἶργε νόημα.

Idem Parmenidis effatum citatur a Platone ibid. p. 258, D; et Aristotele Metaph. XIII, 2 p. 761 B. (p. 294 Br.). E Platone sumpsit Simplicius Phys. f. 29, a; 31, a; 53, b. Heindorfii conjecturam probarunt Stallbaumius et Bekkerus, qui etiam in Aristotelem eam transtulit. Atqui prægressa Platonis verba πεζῇ τε καὶ μετὰ μέτρων fortasse a versificandi negotio hic deterrere nos debent. Quamobrem Karstenius hoc dictum ut pedestri sermone compositum separatim posuit. Neque tamen ullum libri soluta oratione a Parmenide scripti apud veteres vestigium est. Itaque Karstenius existimat Platonem sermones ab Eleaticæ doctrinæ antistite habitos, quibus Socrates interfuerit, vocabulo πεζῇ significasse, præsertim quum ne partes quidem Parmenidei carminis prosa oratione conscriptas fuisse credibile sit. Sed quod in sermonibus dicebat Parmenides, id etiam versibus ab eo celebratum esse non dubitaverim. Quæ quum ita sint, non credo quod ait Karstenius, quamvis sequatur versus ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ, tamen ea quæ præcedant non esse Parmenidis verba, sed sententiam Parmenideam Platonicis verbis expressam. Utcumque se habet hæc res, difficillimum videtur certi aliquid statuere, ideoque, licet dubitanter, Heindorfii conjecturam in textum recepimus.

V. 53-58 init. ἀλλὰ σὺ τῆσδ'—λείπεται allegantur a Sexto Empirico, ut supra adnotavimus. Versum 53 citat Plato Soph. p. 237, A, et 258, D. Simplicius Phys. f. 17, a; 152, b. Versus 54-56 μηδέ σ' ἔθος—ἔλεγχον affert Diogenes Laert. IX, 22. Porro versus 57—112 μόνος δ' ἔτι μῦθος—ἀπατηλὸν ἀκούων omissis versibus 90-93 leguntur apud Simplicium Phys. f. 31, a, b. Item versus 57-70 μόνος δ' ἔτι μῦθος—χαλάσασα πέδησιν apud eumdem l. l. f. 17, a, et versus 59-61 ibidem f. 7, a, Denique versus 58 et 59 exstant apud Clementem Alex. Strom. V p. 603., A, a quo eos mutuatus est Eusebius Præp. Evang. XIII p. 680, C.

V. 54. πολύπειρον non refero ad ἔθος, sed ad ὁδόν.

νωμᾶν ἄσκοπον ὄμμα καὶ ἠχήεσσαν ἀκουὴν
καὶ γλῶσσαν· κρῖναι δὲ λόγῳ πολύδηριν ἔλεγχον
ἐξ ἐμέθεν ῥηθέντα. Μόνος δ' ἔτι μῦθος ὁδοῖο
λείπεται, ὡς ἔστιν· ταύτῃ δ' ἐπὶ σήματ' ἔασι
πολλὰ μάλ' ὡς ἀγένητον ἐὸν καὶ ἀνώλεθρόν ἐστιν,
οὖλον, μουνογενές τε καὶ ἀτρεμὲς ἠδ' ἀτέλεστον·
οὔ ποτ' ἔην οὐδ' ἔσται, ἐπεὶ νῦν ἔστιν ὁμοῦ πᾶν,
ἓν ξυνεχές. Τίνα γὰρ γέννην διζήσεαι αὐτοῦ;
πῇ πόθεν αὐξηθέν; οὔτ' ἐκ μὴ ὄντος ἐάσω
φάσθαι σ' οὐδὲ νοεῖν· οὐ γὰρ φατὸν οὐδὲ νοητόν,
ἔστιν ὅπως οὐκ ἔστι· τί δ' ἄν μιν καὶ χρέος ὦρσεν

ut moveas cæcos oculos et obtusas aures
et linguam; sed ratione judica litigiosam argumentationem
a me propositam. Una autem argumentationis via
relinquitur, ut sit ens; in qua indicia sunt
multa, ingenitum illud esse et immortale,
totum, unigenumque et immobile et perenne;
non fuit olim neque erit, quoniam nunc est simul omne,
unum continuum. Quem enim ortum ejus quæres?
unde et qua ratione auctum? ex non ente nec dicere
te sinam, nec cogitare : nam nec dici nec cogitari potest,
non esse ens. Quæ autem necessitas illud excitasset

V. 55. ἄσκοπος, proprie inconsideratus, temerarius, atque Eustathio interprete ad Il. XXIV, 157 ὁ μὴ τοῦ συμφέροντος προνοούμενος. Quum autem in rebus quas sola mentis acie perspicimus non liceat corporis uti oculis, qui tum nihil vident, quumque temerarii hominis sit ea appetere quæ scit consequi se non posse : commoda translatione a poeta ipsi oculi appellantur temerarii et inconsiderati, si eo convertuntur, ubi cæcutiunt. Itaque ἄσκοπον ὄμμα interpretatus sum cæcos oculos.

V. 56. πολύδηριν edidimus, quod legitur apud Diogenem, probante Menag. Observ. p. 401 ed. Meibom. Alii codd. apud eumdem scriptorem exhibent πολύδηνιν. In Sexti Empirici libris reperitur πολύπειρον, quod nuper Bekkerus recte repudiavit atque in ejus locum πολύδηριν substituit. In eodem versu apud Sextum nonnullæ membranæ κρῖνε, aliæ κρῖνον habent.

V. 57. μόνος δ' ἔτι μῦθος ὁδοῖο λείπεται. Ultima sunt hæc apud Sextum; quæ deinceps sequuntur a Simplicio servata sunt. Neque vero dubium, quin ista cum superioribus arcte connectenda sint, quoniam a Simplicio uno tenore ponuntur. Sexti codd. vitiose μόνος δέ τι (al. δέ τοι, cujus loco Fabricius dedit δέ γε) θυμὸς ὁδοῖο.

V. 59. Hunc versum exhibet Plutarchus adv. Colot. p. 1114, D (vol. X p. 584 Reisk.), item Eusebius Præp. Ev. I p. 23, C; Theodoretus Therap. Serm. IV p. 57 Sylb.; Philoponus ad Aristot. Phys. B. pag. 9; Simplicius de Cœl. III. f. 138, a; Phys. f. 26, a, et initium versus ibid. f. 19, a.

V. 60. Attingunt hunc versum Ammonius Herm. Περὶ ἑρμηνείας D. f. 7 ed. Ald.; Philoponus l. c.; Proclus in Platonis Parmenidem T. IV p. 62 ed. Cousin. Pro οὖλον nonnulli legunt μοῦνον, porro variant libri in voce ἀτέλεστον, pro qua alii habent ἀτέλευτον, alii ἀγένητον. Prellerus in Histor. phil. Græcorum, p. 92 conjecit ἀτάλαντον laudatis versibus Empedocleis 30 et 51 ed. Sturz. [cf. Emp. v. 80 ed. nostr.] et inter Parmenideos 93 et 105, sed hac conjectura non est opus. Docet autem accurata hujus carminis pervestigatio ἀτέλεστον Parmenidi esse *perenne* vel ut Bessarion vertit, *sine fine perenne*. Neque enim ens licet ingenitum, immortale, totum atque immobile sit, tamen infinitum est, siquidem necessitatis finibus circumscriptum ejusque vinculis constrictum tenetur. Vide quæ diximus ad versum 88.

V. 61. οὔ ποτ' ἔην—νῦν ἔστι) οὔποτ' ἔην recte edidit Karstenius pro vulgato οὐδέ ποτ' ἦν, quod legitur apud Simplicium. Memoriæ lapsu Ammonius Herm. Περὶ ἑρμηνείας D. f. 7 versum sic immutavit :

οὐ γὰρ ἔην οὐδ' ἔσται (φησὶ) ὁμοῦ πᾶν, ἔστι δὲ μοῦνον.

Ammonium sequitur Philoponus ad Arist. Phys. B. p. 9. Tangit præterea hæc verba Proclus in Parm. Tom. IV p. 62 Cous. In eamdem sententiam Plato Tim. p. 37, E : Τό τε ἦν τό τ' ἔσται, χρόνου γεγονότα εἴδη, ἃ δὴ φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν οὐκ ὀρθῶς. Λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν ἔστι τε καὶ ἔσται, τῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει, τὸ δὲ ἦν τό τ' ἔσται περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν ἰοῦσαν πρέπει λέγεσθαι. Cf. Simplic. ad Arist. Phys. f. 17, a, Parmenidis verba respicit Plotinus Enn. VI, 4, 4 p. 648, A.

V. 62. Versus 62-66 τίνα γὰρ γέννην—φῦναι repetit Simplicius ad Phys. f. 34, b. Iidem versus usque ad 65 initium ἔστιν ὅπως οὐκ ἔστι ab eo ponuntur Comm. ad Arist. libb. de Cœl. ap. Peyron. p. 56 seq., ubi, quemadmodum et alibi, γένναν scribitur pro γέννην et versus 64 in hunc modum corrumpitur : φάσθαι ἃ οὐδὲν νοεῖν, οὐδὲν γὰρ φατὸν οὐδὲ νοητόν.

V. 65. Τί δ' ἄν μιν καὶ χρέος) Recte Simplicius f. 34, b, horum et sequentium verborum sensum sic declarat : τὴν δ' αἰτίαν τοῦ δεῖν πάντως ἐξ ὄντος γίγνεσθαι τὸ γιγνόμενον θαυμαστῶς ὁ Παρμενίδης προσέθηκεν· ὅλως γάρ φησιν· εἰ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, τίς ἡ ἀποκλήρωσις τοῦ τότε γενέσθαι ὅτε ἐγένετο, ἀλλὰ μὴ πρότερον ἢ ὕστερον;

ὕστερον ἢ πρόσθεν; φύσις οὐ γὰρ ἐόντι καὶ ἀρχή.
Οὕτως ἢ πάμπαν πελέμεν χρεών ἐστιν ἢ οὐκί.
Οὐδέ ποτ' ἐκ τοῦ ἐόντος ἐφήσει πίστεος ἰσχὺς
γίγνεσθαί τι παρ' αὐτό. Τοὔνεκεν οὔτε γενέσθαι
οὔτ' ὄλλυσθαι ἀνῆκε δίκη, χαλάσασα πέδησιν,
ἀλλ' ἔχει. Ἡ δὲ κρίσις περὶ τούτων ἐν τῷδ' ἐστίν·
ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν. Κέκριται δ' οὖν, ὥσπερ ἀνάγκη,
τὴν μὲν ἐᾶν ἀνόητον, ἀνώνυμον, (οὐ γὰρ ἀληθής
ἔστιν ὁδός,) τὴν δ' ὥστε πέλειν καὶ ἐτήτυμον εἶναι.
Πῶς δ' ἂν ἔπειτα πέλοι τὸ ἐόν; πῶς δ' ἄν κε γένοιτο;
Εἴ γε γένοιτ', οὐκ ἔστ', οὐδ' εἴ ποτε μέλλει ἔσεσθαι·
τὼς γένεσις μὲν ἀπέσβεσται καὶ ἄπιστος ὄλεθρος.
Οὐδὲ διαίρετόν ἐστιν, ἐπεὶ πᾶν ἐστιν ὁμοῖον,
οὐδέ τί πη μᾶλλον, τό κεν εἴργοι μιν ξυνέχεσθαι,

postea aut ante? neque enim enti ortus et initium est.
Ergo aut esse omnino aut non esse necesse est.
Neque unquam ex ente permittet fidei vis
fieri quidquam præter ens ipsum. Quapropter nec natum esse
neque interire illud patitur justitia, remissis vinculis,
sed cohibet. Judicium autem de his in hocce positum :
aut est aut non est. Jam vero decretum est, sicut necesse,
alterum mittere incomprehensibile, nominis expers (non vera
est enim ista via), ita ut alterum sit ac vere exstet.
Qui igitur postea futurum sit ens? vel qui antea fuerit?
Si fuit, non est, neque si quando futurum est :
sic et ortus exstinctus est et incredibilis interitus.
Neque dividuum est, siquidem omne sui simile est,
neque usquam magis, quod prohiberet ipsum cohærere,

V. 66. Ὕστερον ἢ πρόσθεν; φύσις οὐ γὰρ ἐόντι καὶ ἀρχή) Ita ipsi emendavimus versum qui apud Simplicium neglecto metro sic scribitur : ὕστερον ἢ πρόσθεν τοῦ μηδενὸς ἀρξάμενον φῦναι. Videtur enim simpliciana scriptura nihil esse nisi explicatio eorum quæ a Parmenide scripta erant.

V. 67. Pro οὐχί ionice scripsit οὐκί hoc loco et versu 100 Karstenius, quæ mutatio et nobis probatur.

V. 68. οὐδέ ποτ' ἐκ τοῦ ἐόντος) Ita jam correxerat Karstenius duce Brandisio qui legi volebat οὐδ' ἔκ γε τοῦ ὄντος pro eo quod apud Simplicium reperitur οὐδ' ἔκ γε μὴ ὄντος vel μὴ ἐόντος. Hoc enim falsum esse sententiarum ordo evincit; neque huic emendationi repugnat Simplicius effatum Parmenideum sic interpretans Phys. f. 17, a : Ταῦτα δὴ περὶ τοῦ κυρίως ὄντος λέγων ἐναργῶς ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἀγένητον τοῦτο τὸ ὄν· οὔτε γὰρ ἐξ ὄντος (γενέσθαι) . . . . οὐ γὰρ προϋπῆρχεν ἄλλο ὄν· οὔτε ἐκ μὴ ὄντος, ... οὐ γὰρ ἔστι τὸ μὴ ὄν. Similiter f. 34, b : Παρμενίδης ὅτι ἀγένητον τὸ ὄντως ὂν ἔδειξεν ἐκ τοῦ μήτε ἐκ τοῦ ὄντος γίνεσθαι, μήτε ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. Cæterum totum locum inde a versu 59 usque ad 70 Bessarion adv. Platonis Calumn. II, 11 f. 31, b, sic expressit :

> Ingenitum quando est, sit et immortale necesse,
> Unigenum, immotum, immensum, sine fine perenne,
> Quod nec erat nec erit, totum nunc esse fatendum est,
> Unum, continuum. Nam quem ejus dixeris ortum?
> Aut quo tandem? aut unde? nec ex non ente putandum [est;
> Nec dici ore potest, nostra nec mente revolvi,
> Quod nihil est. Nam quid post ipsum fecit oriri
> Aut prius? Entis enim non sunt primordia primi.
> Nunquam ergo aut semper, de quo nunc dicimus, ens [est;
> Ex nihiloque nihil fieri sententia perstat :
> Ergo ortus nullus nec erit post sæcula finis.

V. 71-72 ἡ δὲ κρίσις—ἔστιν) Hæc verba quæ servavit Simplicius f. 31, b, ab interpretibus præter Karstenium omissa sunt. Füllebornius ea non esse Parmenidis, sed inserta a Simplicio putavit; Brandisius nulla eorum ratione habita inchoatam argumentationem abrupit interjectis versibus, quos cum Karstenio infra posuimus 90-93 (λεῦσσε δ'—συνιστάμενον).

V. 73. τὴν μὲν—τὴν δ' ὥστε) i. e. τὴν μὲν ὁδὸν ὡς οὐκ ἔστι, — τὴν δ' ὡς ἔστι, in qua junctura τὴν μὲν ad posterius, τὴν δὲ ad prius membrum refertur, cujus generis exempla aliquot citantur a Petersenio Philos. Chrysipp. p. 72 et Prahmio in Annal. philol. ed. Jahn. XII, 3 p. 317. Præterea ἀνόητον aliis præeuntibus edidi pro vulgato ἀνόνητον.

V. 74. Karstenius hunc versum sic refingit : ἔστιν ὁδός, τὴν δ' ὡς πελέναι, πανετήτυμον εἶναι, sed etsi ὥστε hoc loco aliquid insolens habet, versum tamen mutare non audeo.

V. 77. Hic versus exstat in Simplicii de Cœlo comment. ap. Peyron. p. 56; fol. 138, a ed. Ald. In Cod. Taur. recte legitur ἀπέσβεσται pro ἀπέσβηται, sed ibidem ἄπυστος falso scribitur pro ἄπιστος. Apud Aldum pro ἄπιστος ὄλεθρος reperitur δακνηρ' ἀπώλεια.

V. 78. Servatus est hic versus a Simplicio ad Aristot. Phys. fol. 19, a, ubi tamen scribitur καὶ ἀδιαίρετον. Veram scripturam οὐδὲ διαιρετόν exhibet idem interpres fol. 31, a et b. Huc refer locum Plutarchi adv. Colot. p. 1114, qui Parmenideum ens ὅμοιον ἑαυτῷ nominat.

V. 79. οὐδέ τι τῇ μᾶλλον—οὐδέ τι χειρότερον) Hæc vulgata est lectio, in qua quum verborum structura non commode cohæreat, Karstenius scribi voluit aut οὐδέ τι τῇ μᾶλλον—τῇ δ' αὖ χειρότερον aut quod præfert οὐδέ τι μᾶλλον ἐόν—οὐδέ τι χειρότερον. Mihi τῇ mutandum videtur in πη; quo facto omnia recte se habent. Sic infra v. 104 seq.

οὔτε τι μεῖζον
οὔτε τι βαιότερον πελέναι χρεών ἐστι τῇ ἢ τῇ.

οὐδέ τι χειρότερον· πᾶν δὲ πλέον ἐστὶν ἐόντος·
τῷ ξυνεχὲς πᾶν ἐστιν, ἐὸν γὰρ ἐόντι πελάζει.
Αὐτὰρ ἀκίνητον μεγάλων ἐν πείρασι δεσμῶν
ἐστὶν ἄναρχον, ἄπαυστον, ἐπεὶ γένεσις καὶ ὄλεθρος
τῆλε μάλ' ἐπλάγχθησαν, ἀπῶσε δὲ πίστις ἀληθής·
τωὐτόν τ' ἐν τωὐτῷ τε μένον καθ' ἑωυτό τε κεῖται·
οὕτως ἔμπεδον αὖθι μένει· κρατερὴ γὰρ ἀνάγκη
πείρατος ἐν δεσμοῖσιν ἔχει τε καὶ ἀμφὶς ἐέργει.
Οὕνεκεν οὐκ ἀτελεύτητον τὸ ἐὸν θέμις εἶναι·

neque minus, sed omne plenum est entis :
ideo continuum est omne; nam ens cum ente convenit.
Est vero immotum magnorum vinculorum terminis cinctum
principii finisque expers, quoniam ortus et interitus
procul admodum recesserunt, quos repulit veritatis fides;
atque idem eodem statu manens ipsum per se consistit;
sic firmiter ibi constitutum manet : dura enim necessitas
terminorum vinculis cohibet circumque coercet.
Quocirca infinitum esse ens non licet :

V. 80. πᾶν δὲ πλέον) Simplicius πλέων. Parmenideam sententiam alio transfert idem Aristotelis explanator de An. III f. 72, b. Ait autem : Ὥσπερ τοῖς νοητοῖς οὐδαμῇ φησιν ὁ Παρμενίδης τὸ μὴ ὂν ἐνθεωρεῖσθαι, οὕτω καὶ ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς καὶ ἡ κατὰ τὴν οὐσίαν ἱσταμένη ἐνέργεια, πλήρης οὖσα ἑαυτῆς, τῷ μὴ ὄντι χώραν οὐ δίδωσι.

V. 81. Verba ἐὸν γὰρ ἐόντι πελάζει citantur a Plotino Enn. VI. lib. IV, c. 4 p. 648, A; Philopono ad Arist. Phys. B. p. 9 et Proclo in Parmen. T. IV p. 62 et 120. Apud Proclum mendose legitur πελάξαι.

V. 82. Versus 82-89 (Αὐτὰρ ἀκίνητον—παντὸς ἐδεῖτο) exstant apud Simplicium ad Arist. Phys. f. 9, a, omisso versu 85 quem tangit Proclus in Parmen. Tom. IV p. 32 ed. Cous. Præterea versus 82-84 (Αὐτὰρ — ἐπλάγχθησαν) allegantur ab eodem Simplicio l. l. f. 17, a. et sequentes 85-89 (τωὐτόν —ἐδεῖτο) f. 7. A. Eleaticorum argumentationem, qua entis immobilitas demonstratur, sic concludit Alexander Aphrodisiensis ap. Simplic. ad Arist. Phys. f. 17, a, b : Ἀκίνητον δεικνύουσι τὸ ὄν, διότι τὸ κινούμενον ἐξίστασθαι δοκεῖ τούτου ἐν ᾧ ἐστιν· εἰ οὖν καὶ τὸ ὂν κινοῖτο, ἐκσταίη ἂν τούτου ἐν ᾧ ἐστιν, ἐστὶν δὲ ἐν τῷ εἶναι· τὸ δὲ ἐξιστάμενον τοῦ εἶναι φθείρεται, ἄφθαρτον δὲ τὸ ὄν. Quum autem illa entis immobilitas ad statum formamque referatur, nihil est nisi immutabilis natura.

V. 83. ἄναρχον, ἄπαυστον) Simplicius f. 17 ἄναρχον καὶ ἄπαυστον.

V. 84. τῆλε μάλ' ἐπλάγχθησαν emendavit Karstenius pro vulgato τῆδε μάλ' ἐπλ. quod ferri nequit. Ita procul dubio legerat Bessarion vertens : *longe recedunt.* Idem Scaligero placuisse Karstenius refert.

V. 85. τωὐτόν τ') In codd. reperitur ταὐτόν et ἑαυτό pro quibus formis ionicas restituit Karstenius. Cf. vers. 117 seqq. Idem pro τωὐτόν τ' quod est apud Simplicium f. 31 edidit τωὐτὸν δ'. Recte se habet scriptura τε μένον quam Füllebornius et Brandisius perperam mutarunt in θέμενον. Parmenides enim Plutarcho teste adv. Colot. p. 1114 τὸ ὂν dixerat ὅμοιον ἑαυτῷ καὶ μόνιμον ἐν τῷ εἶναι, præterea ὅτι τῷ μὲν ὄντως ὄντι προσήκει διαμένειν ἐν τῷ εἶναι. Cf. Platon. Theæt. p. 180, E. Adde Plotin. Enn. V, 1, 8. et Procl. in Parmen. Tom. IV p. 32 ed. Cous. — καθ' ἑωυτό τε κεῖται interpretati sumus *ipsum per se consistit*, possis etiam vertere *suis ponderibus libratum consistit.*

V. 86-89. Universe de hoc loco monemus, Parmenidis ens non esse infinitum, ut quod necessitatis vinculis constrictum teneatur, sed finitum. Siquidem in hoc discrimen esse situm ait Aristoteles Metaph. I, 5 quo Parmenidis et Melissi doctrina sejungatur, quod alter unum secundum rationem, alter secundum materiam attigerit, ideoque ille finitum, hic infinitum esse decreverit. Verba græca sunt : Παρμενίδης μὲν γὰρ ἔοικε τοῦ κατὰ τὸν λόγον ἑνὸς ἅπτεσθαι, Μέλισσος δὲ τοῦ κατὰ τὴν ὕλην· διὸ καὶ ὁ μὲν πεπερασμένον, ὁ δ' ἄπειρόν φησιν εἶναι αὐτό. Similiter Phys. I, 2 et III, 6 : Ὁ δὲ (Παρμενίδης) τὸ ὅλον πεπεράνθαι μεσσόθεν ἰσοπαλές. Merito autem Simplicius f. 7, a, b, nostro utitur loco, quo ostendat Parmenidi ens visum esse πεπερασμένον, idque hoc syllogismo e poetæ verbis collecto efficere studet : Εἰ γὰρ ὂν ἔστι καὶ οὐχὶ μὴ ὄν, ἀνενδεές ἐστιν· ἀνενδεὲς δὲ ὂν τέλειόν ἐστι, τέλειον δὲ ὂν ἔχει τέλος, καὶ οὐκ ἔστιν ἀτελεύτητον· τέλος δὲ ἔχον πέρας ἔχει καὶ ὅρον.

V. 87. Dedimus e Karstenii conjectura ἔχει τε καὶ ἀμφὶς ἐέργει pro vulgato ἔχει τέ μιν vel ut est apud Simplic. f. 9 ἔχει τό μιν. Nam quum τε non possit ut καὶ præcedere ea, ad quæ pertinet, vocabula, aut transposito opus est τε aut alia emendatione, τὸ autem scripturæ mendum esse apparet.

V. 88. Recte Simplicius ἀτελεύτητον capit de eo quod est ἄπειρον, ἀτελές : quare οὐκ ἀτελεύτητον exponit τέλειον sive πεπερασμένον. Neque hoc repugnat versui 83, ubi ens appellatur ἄπαυστον pariter atque ἄναρχον, *principii finisque expers.* Nimirum ibi principium pro ortu, finem pro interitu dixit. Cf. supra ad vers. 60. Hinc satis patet errasse Karstenium qui quum ἀτελεύτητον, *æternum*, esse vellet Parmenidem hic οὐδὲ τελευτητὸν scripsisse suspicatus est.

ἔστι γὰρ οὐκ ἐπιδευές, ἐὸν δέ κε παντὸς ἐδεῖτο.

* * *

Λεῦσσε δ' ὅμως ἀπεόντα νόῳ παρεόντα βεβαίως·
οὐ γὰρ ἀποτμήξει τὸ ἐὸν τοῦ ἐόντος ἔχεσθαι,
οὔτε σκιδνάμενον πάντῃ πάντως κατὰ κόσμον
οὔτε συνιστάμενον.

* * *

Τωὐτὸν δ' ἐστὶ νοεῖν τε καὶ οὕνεκέν ἐστι νόημα·

non enim indigens est; nam si esset, omnibus egeret.

* * *

Sed absentia animo tamen ut præsentia firme contemplare;
non enim ens ab ente, ne cohæreat, divellet animus,
ita ut neque omnino quoquoversus soluta compage dissipetur
neque copuletur.

* * *

Idem est cogitare atque illud cujus causa est cogitatio;

V. 89. Simplicius f. 7, a, hunc versum sic exhibet : ἐστὶ γὰρ οὐκ ἐπιδευές, μὴ ἐὸν γὰρ ἂν πάντως ἐδεῖτο, sed fol. 9 et f. 31 extrema paulo aliter leguntur. Etenim priore loco invenitur μὴ ἐὸν δ' ἂν παντός, posteriore μὴ ὂν δ' ἂν παντός. Quibus verbis metrum turbari manifestum est. Itaque Karstenius pro ἂν ionice scripsit κε, claudicanti autem metro ita succurrere studuit, ut vel ἐπιδευές per synizesin trisyllabum faceret vel μὴ ἐόν, cujus loco ponendum μὴ ὄν, in unam syllabam contraheret. Sensum igitur hunc esse putat : non-ens, si foret, omni parte indigens esset, quippe essentia carens. At hoc loco ubi de ente agit poeta, mirabilis est subita non-entis mentio, neque bene singula cohærent. Quamobrem omisi μὴ ante ἐόν, quo facto non solum metro consuluisse, sed etiam veram Parmenidis sententiam restituisse videor. Apparet enim hoc dicere Parmenidem : Ens non potest esse infinitum, neque enim finis ei deesse potest quod omnium est perfectissimum. Nimirum si quid ei deesset (ἐὸν δὲ ἐπιδευές), omnibus rebus egeret, id est, ipsum non esset vel non-ens esset. Vidit hoc jam olim Bessarion qui adv. Plat. Calumn. II, 11 f. 31, b; 32, a, versus 82-89 sic reddidit :

Immotum validis injecta in finibus arcent
Vincula principiique expers finisque futuri;
Hinc etenim longe finisque ortusque recedunt :
Vera fides hæc est, nec hoc qui credit aberrat.
Est et idem per seque manens ens semper eodem,
Immotum fixumque simul; vis magna necessi
Implicat hoc circum, summo quoque fine coercet.
Quodsi fine vacet, nequaquam dicimus esse :
Si quid namque deest, opus est ens omne deesse.

Concinunt etiam cum his Eleatæ verba apud Platonem Soph. p. 245, C : Καὶ μὴν ἐάν γε τὸ ὂν ᾖ μὴ ὅλον, ... ἐνδεὲς τὸ ὂν ἑαυτοῦ ξυμβαίνει . . . . καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον ἑαυτοῦ στερόμενον οὐκ ὂν ἔσται τὸ ὄν. Postremo memoremus Simplicii argumentationem, qua poetæ dictis subnixus ens immotum esse conficit. Ait Aristotelis enarrator f. 7, a, b : Ὡς γὰρ τὸ μὴ ὂν ἐνδεὲς πάντων ἐστίν, οὕτω τὸ ὂν ἀνενδεὲς καὶ τέλειον· τὸ δὲ κινούμενον ἐνδεὲς ἐκείνου δι' ὃ κινεῖται· τὸ ἄρα ὂν οὐ κινεῖται.

V. 90-93. Post versum proxime superiorem Simplicius ad Phys. f. 31, a, b, versus 94-112 (τωὐτὸν δ' ἐστὶ—ἀπατηλὸν ἀκούων) uno tenore subjungit. Interposui hic cum Karstenio quattuor versus sumtos ex Clemente Strom. V p. 552, D, quibus vix aptior alibi sedes eligi queat. Versum nonagesimum separatim citat Theodoretus Therap. Serm. I p. 13 Sylb. Λεῦσσε δ' ὅμως κ. τ. λ. verba deæ sunt, quam loquentem sub prooemii finem induxit Parmenides. Hæc igitur virum sapientiæ cupidum hortatur, ut quæ de æterna, individua, immobili entis natura docentur, ea licet oculorum aciem fugiant, ut absentia videantur, tamen animo tanquam præsentia contempletur. Neque enim vulgi judicium probari oportere, quod alia modo esse, modo non esse, alia nunc dissipari, nunc conflari putet, sed statui convenire, unum esse ens, continuum, individuum, per omnia diffusum. Clementis et Theodoreti interpretationes ad rem nihil pertinentes silentio præterimus.

V. 91. Pro ἀποτμήξει quod ego ad νόον rettuli, Brandisius conjiciebat ἀποτμήξεις. Karstenius scribi volebat : οὐ γὰρ ἀποτμηξεῖται ἐὸν μετ' ἐόντος ἔχεσθαι.

V. 92. οὔτε σκιδνάμενον) Sententia est : ita ut ens neque omnino quoquoversus soluta compage dissipetur, neque copuletur. Opponuntur hæc non vulgo solum rerum ortum et interitum credenti, sed etiam philosophis qui corpora συγκρίνεσθαι et διακρίνεσθαι tradebant. Talia Anaxagoræ, Empedocli, Leucippo et Democrito placuerunt. Vid. Democr. fragmm. pag. 386. — κατὰ κόσμον i. e. compositione, compage. Est enim antiquissimis Græcis κόσμος non tam ipse mundus vel rerum universitas, quam ornata et apta rerum compages.

V. 94. Idem ait poeta esse cogitare atque illud cujus causa sit cogitatio. Sed id cujus causa est cogitatio nihil aliud quam *ens* est, quod e sequentibus intelligitur atque ex eo quod supra versi-

οὐ γὰρ ἄνευ τοῦ ἐόντος, ἐν ᾧ πεφατισμένον ἐστίν,
εὑρήσεις τὸ νοεῖν· οὐδὲν γὰρ ἢ ἔστιν ἢ ἔσται
ἄλλο παρὲκ τοῦ ἐόντος· ἐπεὶ τόγε μοῖρ' ἐπέδησεν
οἷον ἀκίνητόν τ' ἔμεναι, τῷ πάντ' ὄνομ' ἐστίν,
ὅσσα βροτοὶ κατέθεντο πεποιθότες εἶναι ἀληθῆ
γίγνεσθαί τε καὶ ὄλλυσθαι, εἶναί τε καὶ οὐχί,
καὶ τόπον ἀλλάσσειν, διά τε χρόα φανὸν ἀμείβειν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πεῖρας πύματον τετελεσμένον ἐστίν,
πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ
μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ· τὸ γὰρ οὔτε τι μεῖζον
οὔτε τι βαιότερον πελέναι χρεών ἐστι τῇ ἢ τῇ.
Οὔτε γὰρ οὐκ ἐὸν ἔστι, τό κεν παύοι μιν ἱκέσθαι

neque enim seorsum ab ente, in quo enuntiatum est,
reperies cogitare : nihil enim aut est aut erit
aliud præter ens, quoniam hoc fatum ita vinculis illigavit,
ut solum et immobile sit, cui rerum universitati nomen est,
(de iis loquor) quæ mortales statuerunt credentes esse vera,
nasci atque interire, esse et non esse,
et locum mutare, et nitidum colorem convertere.
Sed quoniam extremus entis finis perfectus est :
undique moli rotundæ sphæræ simile est
a medio æqualiter ubique distans; nam neque majus
neque minus hac illave parte esse oportet.
Neque enim non-ens est, quod ipsum prohibeat pervadere

---

bus 39 et 40 docuit, non ens neque dici neque cogitari posse.

V. 96. Simplicius f. 19, a, scripturam habet metro repugnantem οὐδὲν γὰρ ἔστιν ἢ ἔσται, quam tamen servarunt interpretes. Idem fol. 31 legit : οὐδ' εἰ χρόνος ἐστίν. Karstenius a Parmenide scriptum esse existimat vel οὐδὲ χρεὼν ἐστί πη εἶναι vel οὐδὲ χρεὼν ἐστι νοῆσαι. At nihil mutandum.

V. 97. Correxi παρὲκ pro vulgato παρὲξ quod ante consonam ferri non potest.

V. 98. Afferuntur hæc Parmenidis verba a Platone Theæt. pag. 180, item a Simplicio in Aristot. Phys. fol. 7, a; fol. 19, a, et fol. 31, b. In Platonis libris exaratum a librariis est : Οἷον ἀκίνητον τελέθει τῷ παντὶ ὄνομ' εἶναι, eodemque modo hunc versum exhibet Simplicius f. 7, a, nisi quod πᾶν præbet pro παντὶ, sed secundo loco habet : οὖλον ἀκίνητόν τ' ἔμεναι ᾧ πάντ' ὄνομα ἔσται, et tertio : οὖλον ἀκίνητόν τ' ἔμεναι ᾧ πᾶν ὄνομ' ἐστίν. His vestigiis insistens olim emendaverat Buttmannus οἷον ἀκίνητον τελέθειν, ᾧ πάντ' ὄνομ' εἶναι, cf. Heindorf. ad Plat. l. c.; sed idem postea mutata sententia legi voluit οἷον ἀκίνητόν τ' ἔμεναι, τῷ πάντ' ὄνομ' ἐστίν. Vide quæ hac de re disputavit in Auctario animadvv. in Plat. Gorg. et Theæt. pag. 506 seq. Karstenius edidit : οἷον ἀκίνητον τελέθειν τῷ παντὶ ὄνομ' εἶναι. Mihi posterior Buttmanni ratio unice probatur propter Simplicii verba (f. 7, a) : ἀκίνητον αὐτὸ ἀνυμνεῖ καὶ μόνον ὡς πάντων ἐξῃρημένον, in quibus μόνον est explicatio vocis οἷον, καὶ autem pro τε dictum, ut inde necessario ad scripturam τ' ἔμεναι ducamur.

100. εἶναί τε καὶ οὐχὶ hoc loco idem fere valet quod γίγνεσθαί τε καὶ ὄλλυσθαι.

V. 102. Servavimus vulgatam scripturam ἐπεὶ cujus loco Karstenius edidit ἐπί. Si sana est hæc ectio, primum hunc versum protasin esse oportet, cui sequentia verba usque ad πάντῃ pro apodosi subjunguntur. In hac apodosi desideratur ἐστί quod eo facilius subaudiri potest, quia initio enuntiationis a poeta expressum est. Nihil tamen obstat quin scribatur ἐπί, quod arsi producendum erit.

Versus 103—105 (πάντοθεν—τῇ ἢ τῇ) citantur a Platone Soph. p. 244, E, Aristotele de Mel. Xen. et Gorg. cap. 2, Proclo Theol. Platon. III, 20, p. 155, Simplicio Phys. I. f. 12, a, et 19, b, Boethio Consol. philos. III, Stobæo Ecl. I, 15 p. 352 ; præterea versus 103 et 104 laudantur ab Aristotele l. l. cap. 4 et Proclo in Tim. p. 160 ed. Bas. item a Simplicio in Arist. Phys. f. 27, b; denique versuum 104 et 105 dictum οὔτε τι μεῖζον—χρεών ἐστι allegatur a Proclo in Parmen. T. IV p. 62 et verba μεσσόθεν ἰσοπαλὲς memorantur ab Aristotele Phys. III, 6, Proclo in Parm. T. IV p. 120 ed. Cous. atque ab aliis scriptoribus.

V. 103. Parmenides globum perfectissima figura præditum arbitratus huic ens assimilat; quam rem Simplicius Phys. f. 31, b, poeticam fictionem non immerito vocavit. Ait autem : Εἰ δὲ εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ τὸ ἓν ὄν φησι, μὴ θαυμάσῃς· διὰ γὰρ τὴν ποίησιν καὶ μυθολογικοῦ τινος παράπτεται πλάσματος.

V. 104. Philoponus in Arist. Phys. III p. 12 verba μεσσόθεν ἰσοπαλές recte sic exponit : Μεσσόθεν εἶναί φησιν ἰσοπαλές, τουτέστιν ἴσον ἐκ τοῦ μέσου πανταχόθεν ἀπέχον, ἵνα σφαιρικὸν αὐτὸ δείξῃ. Idem quod hoc Parmenidis loco a Platone traditur in Parmen. p. 150, E : Καὶ μὴν καὶ αὐτό γε τὸ ἓν πρὸς ἑαυτὸ οὕτως ἂν ἔχοι· μήτε μέγεθος ἐν ἑαυτῷ μήτε σμικρότητα ἔχον οὔτ' ἂν ὑπερέχοιτο οὔτ' ἂν ὑπερέχοι ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἴσου ὂν ἴσον ἂν εἴη ἑαυτῷ.

V. 105. Pro πελέναι Simplicius f. 12 πελέμεν legit; reliquam lectionis varietatem, quæ fere scripturæ menda sunt, apponere supersedeo.

V. 106. Sententia τό κεν παύῃ μιν ἱκνεῖσθαι εἰς ὁμόν a nobis metri gratia et ob subsequentium verborum analogiam mutata in τό κεν παύοι μιν ἱκέσθαι εἰς ὁμόν prope tantumdem sonat quantum v. 79 τό κεν εἴργοι μιν ξυνέχεσθαι.

εἰς ὁμόν, οὔτ' ἐόν ἐστιν ὅπως εἴη κεν ἐόντος
τῇ μᾶλλον, τῇ δ' ἧσσον, ἐπεὶ πᾶν ἐστιν ἄσυλον.
Ἦ γὰρ πάντοθεν ἶσον ὁμῶς ἐν πείρασι κυρεῖ.
Ἐν τῷ σοι παύω πιστὸν λόγον ἠδὲ νόημα
ἀμφὶς ἀληθείης· δόξας δ' ἀπὸ τοῦδε βροτείας
μάνθανε, κόσμον ἐμῶν ἐπέων ἀπατηλὸν ἀκούων.
Τὰ πρὸς δόξαν.
Μορφὰς γὰρ κατέθεντο δύο γνώμης ὀνομάζειν·

ad æquale, neque fieri potest, ut ens sit entis (in potestate)
alibi magis, alibi minus, quia totum est incolume.
Nam æquabile sane undique simul in terminis hæret.
Hic tibi jam finio fida dicta et cogitata
de veritate : visa dehinc mortalia
cognosce, fallacem verborum meorum ornatum audiens.
De visis et opinionibus.
Duas enim rerum formas mentibus statuerunt appellare

V. 107. Vulgatam lectionem κενεὸν ἐόντος, pro qua Brandisius poetæ hujus dictioni parum convenienter exaravit κενὸν ὄντος Karstenio auctore converti in κεν ἐόντος, qui tamen non bene interpretatur *ens ente* nec *præstantius nec deterius potest esse*. Brandisium miramur locutione οὐκ ἔστιν ὅπως de qua jam Vigerus recte præcepit p. 235 ed. Herm. offensum ὅ πως scripsisse.

V. 110. Absoluta hac priore carminis parte, qua de vero disputavit Parmenides, tres interponit versus ea mente ut sibi viam muniat ad mortalium opiniones posteriore parte explicandas. Has autem partes continuo ordine cohærere e Simplicii testimoniis quæ in medium proferemus necessario colligitur. Nam in Phys. fol. 7, b, ubi excitat versus 110—119 (ἐν τῷ σοὶ π. — ἐμβριθές τε), Μετελθὼν δέ, inquit, ἀπὸ τῶν νοητῶν ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ ὁ Παρμενίδης, ἤτοι ἀπὸ ἀληθείας, ὡς αὐτός φησιν, ἐπὶ δόξαν . . . . τῶν μὲν γενητῶν ἀρχὰς ἔθετο, ... λέγων ἐφεξῆς τοῖς προτέροις παρακειμένοις ἔπεσι· Μορφὰς γὰρ κατέθεντο. Idem ad Aristot. de Cœlo III f. 138, a ed. Ald. (ap. Peyron. p. 55) versus 110—112 (ἐν τῷ σοι π. — ἀκούων) laudans : Συμπληρώσας, inquit, τὸν περὶ τοῦ ὄντος λόγον καὶ μέλλων περὶ τῶν αἰσθητῶν διδάσκειν ἐπήγαγεν· Ἐν τῷ σοι παύω κ. τ. λ. Notandum præterea versus 110—121 (ἐν τῷ σοι παύω — παρελάσσῃ) exstare apud eumdem Comm. in Phys. f. 9, a, et vers. 113 — 119 (μορφὰς—ἐμβριθές τε) inveniri ibidem f. 38 seq. Pro παύω Aristotelis interpres de Cœlo l. c. præbet παύσω.

V. 111. βροτείας posuimus pro eo quod et ipsum in codd. legitur βροτείους, illud ob frequentem poetarum usum præferentes. Cæterum verba ἐν τῷ σοι παύω κ. τ. λ. ipsius Deæ esse putanda sunt, quæ si narrationem poematis exordio adumbratam sequimur philosopho jam traditura est mortalium visa et opiniones.

V. 113. Inde ab hoc versu poeta mundi aspectabilis ordinem atque ornatum docere instituit. Duo autem ponit rerum genera vel formas (εἴδη, μορφάς) e quibus omnia nata sint, ut vere elementa dici queant. Quorum alterum lucis, ignis et calidi, alterum noctis, tenebrarum et frigidi nomine vocatur. Horum elementorum motibus et copulationibus ut omnia orirentur, eorum præses dea effecit. Quæ postquam ex sese primum omnium genuit Amorem cæterosque deos immortales, ad reliqua procreanda animum adjecit. At reliqua illa non sunt nisi mortalia et caduca, quæ ut exstiterunt, ita mutentur atque intereant necesse est. Eo valent non solum verba κόσμον ἐμῶν ἐπέων ἀπατηλὸν, sed etiam tres illi versus, quos in fine poematis collocavit Parmenides, quibus significat ea se esse persecutum, quæ quum hominum opinione exstitissent jamque essent, tamen maturitatem adepta postmodum interitura essent. Sed quoniam ambo elementa ad res generandas ita necessaria sunt ut illa mundi opifex dea neutrius ope possit carere : non probamus Stagiritæ de Parmenidea doctrina judicium, qui Metaph. I, 5 alterum elementum enti, non-enti alterum comparat. Sic enim ait : Παρὰ γὰρ τὸ ὂν τὸ μὴ ὂν οὐθὲν ἀξιῶν εἶναι, ἐξ ἀνάγκης ἓν ᾤετο εἶναι τὸ ὄν, καὶ ἄλλο οὐθέν.... Ἀναγκαζόμενος δ' ἀκολουθεῖν τοῖς φαινομένοις, καὶ ἓν μὲν κατὰ λόγον, πλείω δὲ κατὰ τὴν αἴσθησιν ὑπολαμβάνων εἶναι, δύο τὰς αἰτίας καὶ δύο τὰς ἀρχὰς πάλιν τίθησι, θερμὸν καὶ ψυχρόν, οἷον πῦρ καὶ γῆν λέγων· τούτων δὲ κατὰ μὲν τὸ ὂν τὸ θερμὸν τάττει, θάτερον δὲ κατὰ τὸ μὴ ὄν. Neque aliter De gen. et corr. I, 3 : ὥσπερ, inquit, Παρμενίδης λέγει δύο (στοιχεῖα), τὸ ὂν καὶ τὸ μὴ ὂν εἶναι φάσκων, πῦρ καὶ γῆν. Nam quum Parmenide judice nihil sit præter ens, non-ens autem prorsus non sit, eorum elementorum, a quibus originem trahunt quæcumque de hominum sententia modo oriuntur modo occidunt, neutrum ejusmodi est quod cum entis æternitate componere liceat. Huc accedit quod vel aperte fabulosa, ut deorum generatio e poetarum commentis ducta, vel ea quæ non essent, sed esse tantum viderentur in hac carminis parte versibus celebrata erant. Itaque illud Aristotelis judicium eo magis nobis improbandum est, quod videmus eum quasi intellecto errore de Cœl. III, 1 eamdem rem melius æstimasse. Ibi autem in hunc modum pronunciat : Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀνεῖλον ὅλως γένεσιν καὶ φθοράν· οὐδὲν γὰρ οὔτε γίγνεσθαί φασιν, οὔτε φθείρεσθαι τῶν ὄντων, ἀλλὰ μόνον δοκεῖν ἡμῖν. Jam ad singula transeamus. Μορφή, *corporis forma*, a priscis ita interdum usurpatur, ut ab ipso corpore

(τῶν μίαν οὐ χρεών ἐστιν, ἐν ᾧ πεπλανημένοι εἰσίν·)
ἀντία δ' ἐκρίναντο δέμας καὶ σήματ' ἔθεντο
χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων· τῇ μὲν φλογὸς αἰθέριον πῦρ
ἤπιον ἐόν, μέγ' ἀραιόν, ἑωυτῷ πάντοσε τωὐτόν,
τῷ δ' ἑτέρῳ μὴ τωὐτόν· ἀτὰρ κἀκεῖνο κατ' αὐτὸ
ἀντία, νύκτ' ἀδαῆ, πυκινὸν δέμας ἐμβριθές τε.
Τῶν σοι ἐγὼ διάκοσμον ἐοικότα πάντα φατίσω,
ὡς οὐ μήποτέ τίς σε βροτῶν γνώμη παρελάσσῃ.

* * *

Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα φάος καὶ νὺξ ὀνόμασται

(quarum alterutram solam poni non oportet, in quo errant)
easque bifariam distinxerunt corporibus notasque addi-[derunt
diversas: hinc ignem flammæ æthereum,
mitem, pertenuem, sui quoquoversus similem,
alteri dissimilem, verum hoc quoque sibi consentiens
ex opposito, noctem obscuram, corpus densum et grave.
Quorum ego tibi ordinem, qualis videatur, omnem exponam,
ut ne ulla te mortalium doctrina fugiat.

* * *

Quum autem omnia nominata sint lux et nox

---

parum differat, ut ap. Pindar. I, 3, 71 μορφὰν βραχύς. Quamobrem hoc loco Parmenides μορφὰς duo primaria rerum elementa intelligit, quorum discrimina hominum instituto v. 115 ad corporum diversitatem revocat. Minus perspicuum in ejusmodi sententia *corporis* nomen est, id quod Karstenium impulit, ut δέμας interpretaretur *materiem*. At hîc antiquorum magis quam nostro more loquendum est.

V. 114. Sensum verborum τῶν μίαν οὐ χρεών ἐστιν neque Bessarion assecutus est neque Füllebornius nec Brandisius. Bessarion adv. Plat. calumn. lib. II, 11 fol. 32, a, versus 110—119 sic fecit latinos :

Hactenus et veri mentem intemerataque verba ;
Nunc res mortales, carmen quoque sumite fallax.
Principio duplicem statuerunt dicere formam ;
Altera sed minus est tali cognomine digna,
Quod simulans verum fallit mortalia corda.
Has contra adverso statuerunt ordine metas :
Hic flammam ætheriam statuunt raramque levemque ;
Ipsa sui similis semperque sibi undique constat ;
Illic obscuram adversantemque undique noctem,
Incomtam, humentem, gelidam, densamque gravem-[que.

Apparet eum in errorem inductum esse Aristotelis auctoritate, quæ et Brandisio fraudi fuit. Nam Füllebornius se hæc verba percipere negat. Brandisius sic explicat, ut illorum quæ memorantur generum alterum i. e. noctem esse velit nonens. Verum recte animadvertit Karstenius ad hoc exprimendum dicendum fuisse τῶν μίαν οὐ χρεὼν εἶναι, quod omisso ἐστί diceretur pro τῶν (ὧν) μίαν οὐκ εἶναι χρεών ἐστι. Quæ nunc leguntur e præcedentibus sic illustranda sunt : τῶν (ὧν) μορφῶν μίαν μόνον καταθέσθαι οὐ χρεών ἐστι, quarum formarum unam i. e. alterutram solam poni non oportet ; falluntur enim qui alterutram statuunt. Dum igitur duo elementa fingit, simul eos vituperat physicos qui simplex rerum principium esse dicebant. Eodem redit Simplicii explicatio qui ad Arist. Phys. f. 7, b, οὕτω σαφῶς, inquit, ἀντιθέτως δύο στοιχεῖα ἔλαβε, ... καὶ πεπλανῆσθαι δέ φησι τοὺς τὴν ἀντίθεσιν τῶν τὴν γένεσιν συνιστώντων στοιχείων μὴ συνορῶντας, ἢ μὴ σαφῶς ἀποκαλύπτοντας.

V. 115. σήματα poetice dicit pro ποιότητες vel διαφοραί. Ex hoc genere citantur ἤπιον, ἀραιόν, πυκινόν, ἐμβριθές, etc.

V. 116. Opponuntur in hac verborum comprehensione τῇ μὲν φλογὸς et v. 118 ἀτὰρ . . . . . ἀντία νύκτ', suspensa ex ἔθεντο.

V. 117. Simplicius f. 7, b, hunc versum sic exhibet : Ἤπιον ὄν, μέγ' ἀραιόν, ἐλαφρόν, ἑαυτῷ πάντοσε τωὐτόν, neque aliter f. 9, a, nisi quod ibi exstat ἑωυτῷ, sed f. 39, a, ita : Ἠπιόν ἐστιν, ἐλαφρόν, ἑαυτῷ πάντοσε τωὐτόν. Quæ quum ita sint, ἐόν e Parmenidis consuetudine vulgavi pro ὄν, et ἐλαφρόν quod glossema sapit cum Karstenio e versu ejeci, substituto in ejus locum ἀραιόν. Prellerus Hist. phil. p. 95 pro ἤπιον ἐόν, quod per synizesin pronuntiandum, legendum conjecit ἠπιόφρον. Sed hac mutatione versus non indiget.

V. 119 ap. Simpl. f. 7, b, sic exaratur : τἀναντία νυκτάδα ἠδὲ πυκινόν, sed f. 9, a : ἀντία νυκτάδα ἠδὲ πυκνόν et f. 39 ἀντία νυκτάδα ἢ πυκινόν. Pro νυκτάδα ἢ Scaliger teste Karstenio emendavit νύκτ' ἀδαῆ, in qua emendatione ipse Karstenius et post eum Prellerus l. c. p. 95 aliique acquieverunt. Neque secus de hoc loco videtur sensisse Bessarion *noctem obscuram* vertens, quanquam fatendum, hunc significatum tam rarum esse, ut vix aliis exemplis demonstrari queat. Neque vero dubium quin hîc eadem vi dixerit poeta νύκτ' ἀδαῆ, qua infra v. 124 νυκτὸς ἀφάντου, i. e. ἀφανοῦς.

V. 120. τῶν σοι ἐγὼ διάκοσμον) τῶν scripsi cum Karstenio pro τόν. De voce διάκοσμος quæ hîc ordinem et dispositionem significat cf. præter alios, quos excitavi ad Democriti fragmenta pag. 129, Cl. Salmasium ad Epictetum et Simplicium pag. 168 seq. et 177 ed. Lugd. Bat. 1640. — ἐοικότα dicit quod quæ sequuntur omnia τῇ τῶν βροτῶν δόξῃ consentanea sunt.

V. 122—125 (αὐτὰρ ἐπειδὴ—μέτα μηδέν) le-

καὶ τὰ κατὰ σφετέρας δυνάμεις ἐπὶ τοῖσί τε καὶ τοῖς,
πᾶν πλέον ἐστὶν ὁμοῦ φάεος καὶ νυκτὸς ἀφάντου,
ἴσων ἀμφοτέρων, ἐπεὶ οὐδετέρῳ μέτα μηδέν.

* * *

Αἱ γὰρ στεινότεραι πεποίηντο πυρὸς ἀκρίτοιο,
αἱ δ' ἐπὶ ταῖς νυκτός, μετὰ δὲ φλογὸς ἵεται αἶσα·
ἐν δὲ μέσῳ τούτων Δαίμων ἣ πάντα κυβερνᾷ·
πάντῃ γὰρ στυγεροῖο τόκου καὶ μίξιος ἀρχὴ
πέμπουσ' ἄρσενι θῆλυ μιγῆναι, ἐναντία τ' αὖθις
ἄρσεν θηλυτέρῳ.

* * *

et quæ harum potentiæ consentanea huc et illuc pertineant,
rerum universitas completa est simul luce et nocte obscura,
æqualibus inter se elementis, quoniam neutri quidquam
[cum altero commune est.

* * *

Angustiores enim orbes constant ex igne minus puro;
his subjecti e nocte, quam intervolitat ignis pars;
in mediis his Dea est quæ cuncta gubernat.
Ubique enim diri partus coitusque effectrix
impellens feminam ut mari atque e contrario rursus
marem ut feminæ se misceat.

* * *

---

guntur apud Simplicium Comm. ad Arist. Phys. f. 39, a.

V. 123. τὰ κατὰ σφετέρας δυνάμεις non intelligo cum Karstenio qualitates ἀραιόν, πυκνόν et alia hujusmodi, sed noctis et lucis potentiæ consentanea, utriusque vim et effectum.

125. ἴσων ἀμφοτέρων) Æqualia dicit ambo elementa, id est pari dignitate ac vi prædita. Hanc æqualitatem in eo versari arbitratur, quod neutri quidquam cum altero commune sit. Sic Simplicius hæc verba accepit: εἰ δὲ μηδετέρῳ, inquiens, κατὰ (corr. μέτα) μηδέν, καὶ ὅτι ἀρχαὶ ἄμφω καὶ ὅτι ἐναντίαι δηλοῦται. Ergo Parmenidis verba ita supplevit: ἐπεὶ οὐδετέρῳ τῶν στοιχείων μηδὲν μέτεστι τοῦ ἑτέρου, ut constructio τοῦ μετεῖναι eadem sit quæ habetur ap. Plat. Apol. 19, C: ἐμοὶ τῶν τοιούτων οὐδὲν μέτεστιν. Sunt qui Parmenidem hîc dixisse putent, æqualia esse duo hæc elementa, quia nihil exstet, quin ex ambobus conflatum sit. Quæ sententia et mihi arrideret, si aliter locutus esset poeta, verbi causa ἐπεὶ ἀμφοτέρων δίχα μηδέν. Aliorum interpretationes, e quibus nihil proficias, prætermittendas censemus.

V. 126—128. Simplicius Phys. fol. 9, a: Μετ' ὀλίγα δὲ πάλιν περὶ τῶν δυοῖν στοιχείων εἰπὼν (ὁ Παρμενίδης) ἐπάγει καὶ τὸ ποιητικόν, λέγων οὕτως· αἱ γὰρ στεινότεραι—κυβερνᾷ. V. 129—131 (π. γ. — θηλυτέρῳ) cum præcedentibus junguntur apud eumdem Aristotelis interpretem Phys. fol. 7, a.

V. 126. In codd. legitur αἱ γὰρ στεινότεραι ποίηντο, cujus loco vulgavi πεποίηντο. Metrum igitur non constat nisi οι diphthongo ante sequentem vocalem η correpta ac simul posteriore syllaba in πυρός propter arsin producta. Cæterum quantum e Simplicii verbis conjicere licet, αἱ spectat ad coronas (στεφάνας) sive orbes partim ætheria, partim terrena materie compositos, alium supra alium sitos, quibus mundum constare putavit Parmenides et quorum in medio Deam reperiri naturæ moderatricem statuit. Huc pertinent quæ Stobæus Ecl. phys. I, 23 p. 482 servavit et quæ de Parmenide affirmat Cicero de Nat. Deor. I, 11. Quum αἱ στεινότεραι sint coronæ angustiores, dubium videtur utrum eæ quæ has excipiunt supra illas an infra sitæ sint. Sed prius illud vix conciliari cum Parmenidis sententia poterit, quem manifestum est ita de his rebus disserere, ut orbem supremum eumque omnia cingentem οὐρανόν sive ὄλυμπον ἔσχατον (cf. v. 141) vocet, infra hunc angustiores orbes, quos hîc commemorat, primum lucis, deinde noctis collocet atque inter has mediam versari Deam perhibeat. Cf. Stob. l. l. Plutarch. de Plac. phil. II, 7. Galen. Hist. Phil. c. XI. Euseb. Præp. Ev. XV, 38. — πυρὸς ἀκρίτοιο non explico h. l. *ignem magnum* et *ingentem*, sed ut plerique interpretum voluerunt *non purum* et tenebris mixtum.

V. 128. ἐν δὲ μέσῳ τούτων Δαίμων) Dæmonem mundique animam a Parmenide Δίκην et Ἀνάγκην nominatam esse prodit Stob. Ecl. I, p. 484, Ἀφροδίτην Plutarch. Amator. 12. Ex qua nominis discrepantia colligendum nullo vocabulo hanc deam a philosopho insignitam esse.

V. 129. Pro vulgata πάντα γὰρ στυγεροῖο Karstenius dedit πάντα γ' ἄρα, Prellerus in Hist. phil. p. 96 παντὸς γὰρ στυγ.; mihi ponendum videtur πάντῃ γάρ. Dea Parmenidis appellatur ἀρχή similiter atque apud Orpheum frag. 15 p. 508 ed. Herm. ἔρως vocatur μέγας ἀρχὸς ἁπάντων.

V. 130. Apud Simplicium hic versus sic scribitur: πέμπουσ' ἄρσενι θῆλυ μιγέν, τό τ' ἐναντίον αὖθις. Karstenius edidit μίγεν, pro ἐμίγησαν positum putans. Idem vir doctus ἀρχὴ πέμπουσα pro nominativo absoluto accepit hac constructione: πάντα τῆς ἀρχῆς πεμπούσης μίγεν (ἐμίγησαν) ἄρσενι θῆλυ κ. τ. λ.; sed in commentario hanc emendationem proposuit: πέμπε σὺν ἄρσενι θῆλυ μιγῆναι ἐναντία τ' αὖθις. Ex hac emendatione verba μιγῆναι ἐναντία τ' cum Prellero l. c. probanda censui. Porro notamus πέμπουσ'...μιγῆναι recte comparari a Karstenio cum junctura Homerica Il. α, 8: ξυνέηκε μάχεσθαι. De reliquo participium πέμπουσ' ideo su-

Πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.

Primum quidem omnium deorum formavit Amorem.

* * *

Εἴσῃ δ' αἰθερίην τε φύσιν τά τ' ἐν αἰθέρι πάντα
σήματα καὶ καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο
λαμπάδος ἔργ' ἀΐδηλα καὶ ὁππόθεν ἐξεγένοντο,
ἔργα τε κύκλωπος πεύσῃ περίφοιτα σελήνης
καὶ φύσιν· εἰδήσεις δὲ καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχοντα,
ἔνθεν ἔφυ τε καὶ ὥς μιν ἄγουσ' ἐπέδησεν ἀνάγκη
πείρατ' ἔχειν ἄστρων.

Cognosces autem et ætheriam naturam et quæcumque
sunt in æthere signa et claræ facis rotundi solis
labores occultos et unde hæc exstiterint,
gestaque rotundæ disces circumvaga lunæ
naturamque; pernosces quoque cœlum omnia cingens,
et unde exstiterit et quomodo regens ipsum necessitas illi-
ut astrorum terminos teneat. [gavit,

* * *

πῶς γαῖα καὶ ἥλιος ἠδὲ σελήνη
αἰθήρ τε ξυνὸς γάλα τ' οὐράνιον καὶ ὄλυμπος
ἔσχατος ἠδ' ἄστρων θερμὸν μένος ὡρμήθησαν
γίγνεσθαι.

quomodo terra et sol atque luna
communisque æther, lacteusque orbis et olympus
summus atque astrorum fervida vis cœperint
exsistere.

* * *

Νυκτιφαὲς περὶ γαῖαν ἀλώμενον ἀλλότριον φῶς.

Nocte lucens terram ambiens lumen alienum.

* * *

---

spicamur non esse sollicitandum quod fieri potest, ut Simplicius verbum finitum versu sequenti demum a poeta post ἄρσεν θηλυτέρῳ positum omiserit.

V. 132. Laudant hunc versum Plat. Sympos. p. 178. B; Aristot. Metaph. I, 4 p. 646, E; Plutarch. Amator. p. 756, F (tom. IX p. 32 ed. Reisk.); Sextus Empir. adv. Math. IX, 9; Stobæus Ecl. Phys. I, 10 p. 274; Simplic. ad Arist. Phys. f. 9, a. Amorem Parmenidi primum rerum motorem fuisse testis est Aristoteles Metaph. I, 4, præter quem Cicero bellum etiam, discordiam, cupiditatem ab eodem philosopho rebus generandis adhibitam esse prodit de Nat. Deor. I, 11. Cf. Plat. Conviv. p. 195. Huc etiam pertinere volunt Aristotelis verba Metaph. I, 5 de Parmenide dicta: δύο τὰς αἰτίας καὶ δύο τὰς ἀρχὰς τίθησι, quod non liquet ac vel propterea dubium est, quia Stagirita Eleatæ de visis et opinionibus placita male explicuit. Vide quæ notavimus ad v. 113.

V. 133—139 (εἴσῃ δ' αἰθερίην—ἄστρων) afferuntur a Clemente Alexandrino Strom. V extr. p. 614, A. His verbis Parmenides accurate terrena, ætheria et cœlestia se traditurum profitetur. Terrena probabile est in antecedentibus quæ perierunt ab eo memorata esse. In æthere collocat solem, lunam aliaque sidera, in cœlesti regione supra ætherem stellas inerrantes. Cf. Plutarch. adv. Colot. p. 1114.

V. 134. εὐαγής, cujus α hic producitur, vix aliter interpreteris quam cum Heinrichio *rotundus*. Suidas εὐαγής· καλῶς περιηγμένος καὶ μεταφορικῶς κύκλος, corrige κυκλοειδής. Cognata sunt περιαγής et περιηγής.

V. 136. περίφοιτα a Scaligero restitutum est; antea legebatur περὶ φοιτά.

V. 138. Hunc versum et sequentem quum in Clementis cod. Par. et editione Florentina turbatos reperisset Stephanus, nulla mutatione sic edidit in Poesi philos. pag. 44:

Ἔνθεν μὲν γὰρ ἔφυγε καὶ ὥς μιν ἄγουσ' ἐπέδησεν
ἀνάγκη πείρατ' ἔχειν ἄστρων.

Metrum restituit Scaliger ibid. p. 217, servavit tamen post ἔφυ particulam γε, in cujus locum posteriores horum carminum editores rectius substituerunt τε.

V. 140—143 (πῶς γαῖα—γίνεσθαι) exstant in Simplicii Comm. ad Arist. de Cœlo III f. 138, B Ald. et apud Peyron. pag. 55 sqq. In his versibus poeta ita usurpat voculam καί, ut ea sejungantur majores mundi partes, de quibus ad vers. 133 locuti sumus. Itaque verba καὶ ἥλιος ἠδὲ σελήνη Αἰθήρ τε ξυνὸς γάλα τ' οὐράνιον ad eamdem referuntur regionem. Est autem hic usus congruens primariæ hujus vocis potestati, de qua vide Hermanni disputationem opusc. III p. 152 seqq.

V. 141. αἰθήρ τε ξυνός) æther a poeta ideo nominatur ξυνός, quia ipsius judicio communis est soli, lunæ et lacteo orbi.

V. 144. Hic versus quem servavit Plutarch. adv. Colot. p. 1116, A (vol. X p. 590 R.) una cum sequenti ad lunam refertur, quam plerique veterum solis luce illustrari censuerunt. Cf. Stob.

Αἰεὶ παπταίνουσα πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο.

Semper solis radios aspectans.

* * *

Ὡς γὰρ ἑκάστῳ ἔχει κρᾶσις μελέων πολυκάμπτων,
τὼς νόος ἀνθρώποισι παρέστηκεν· τὸ γὰρ αὐτό
ἐστιν ὅπερ φρονέει μελέων φύσις ἀνθρώποισι
καὶ πᾶσιν καὶ παντί· τὸ γὰρ πλέον ἐστὶ νόημα.

Nam ut cuique comparata est varie flexorum temperatio
membrorum, sic cuique intellectus inest : hoc enim ipsum
est quod sapit, corporis natura, hominibus
et omnibus et singulis ; quod enim prævalet intelligentia est.

* * *

Δεξιτεροῖσιν μὲν κούρους, λαιοῖσι δὲ κούρας.

Dextris quidem partibus pueros, lævis autem puellas.

* * *

Οὕτω τοι κατὰ δόξαν ἔφυ τάδε νῦν τε ἔασι,
καὶ μετέπειτ' ἀπὸ τοῦδε τελευτήσουσι τραφέντα·
τοῖς δ' ὄνομ' ἄνθρωποι κατέθεντ' ἐπίσημον ἑκάστῳ.

Sic quidem ex opinione hæc exstiterunt et nunc sunt,
ac postea dehinc maturitatem consecuta interibunt ;
his autem homines nomen cuique certum imposuerunt.

ΑΔΗΛΑ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Καταλογάδην μεταξὺ τῶν ἐπῶν ἐμφέρεταί τι ῥησείδιον, ὡς αὐτοῦ Παρμενίδου, ἔχον οὕτως· « Ἐπὶ τῷδέ ἐστι τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ φάος καὶ τὸ μαλθακὸν καὶ τὸ κοῦφον, ἐπὶ δὲ τῷ πυκνῷ ὠνό-

---

Ecl. phys. I, 27 p. 556. νυκτιφαές pro vulg. νυκτὶ φάος emendavit Scaliger apud Stephanum in Poesi philos. p. 217. Idem arrisit Casaubono ad Diog. Laert. II, 1.

V. 145 legitur ap. Plutarchum Qu. Rom. p. 282, B; de Fac. lun. p. 929, A (vol. VII p. 138; vol. IX p. 671 R.)

V. 146—149. Ut universam mundi machinam duobus elementis constare docuit Parmenides : ita singulorum hominum naturam et ingenium elementorum temperatione oriri his verbis significat. Quum autem quattuor versus in hanc sententiam scripti apud Aristotelem Metaph. III, 5 p. 671, C, et Theophrastum lib. de sensu et sensil. init. reperiantur, in constituendo textu modo Aristotelem, modo Theophrastum secuti sumus.

V. 146. Aristoteles præbet ὡς γὰρ ἕκαστος ἔχει κρᾶσιν μελέων πολυκάμπτων, contra Theophrastus ὡς γὰρ ἑκάστῳ ἔχει κρᾶσις μελέων πολυπλάγκτων.

V. 147. Aristoteles παρίσταται, quod metro reluctatur ; recte Theophrastus παρέστηκεν.

V. 148. τὸ γὰρ αὐτό ἐστιν ὅπερ) Sensus : *membrorum compages est id ipsum quod sapit,* sive νοῦς *ipse.*

V. 149. τὸ γὰρ πλέον ἐστὶ νόημα) Hæc Theophrastus l. c. ita exponit : Δυοῖν ὄντοιν στοιχείοιν κατὰ τὸ ὑπερβάλλον ἐστὶν ἡ γνῶσις· ἐὰν γὰρ ὑπεραίρῃ τὸ θερμὸν ἢ τὸ ψυχρόν, ἄλλην γίνεσθαι τὴν διάνοιαν. Quare πλέον hic non est *plenum*, ut censet Preller. Hist. phil. p. 98.

V. 150. Exstat hic versus apud Galenum in Hippocr. Epidem. VI, 48 Comment. II T. IX p. 430 ed. Charter. Ad sententiam quod attinet, idem multi antiquorum de hac re judicarunt. Vide Menag. ad Laert. lib. II, 9 p. 75 ed. Meibom. Inseram hic Parmenidis versus de hominum generatione quos latine redditos exhibet Cœlius Aurelianus de Morb. chron. IV, 9 p. 545 ed. Wetsten :

Femina virque simul Veneris quum germina miscent
Venis, informans diverso ex sanguine virtus,
Temperiem servans, bene condita corpora fingit;
At si virtutes permixto semine pugnent
Nec faciant unam, permixto in corpore diræ
Nascentem gemino vexabunt semine sexum.

V. 151. Absoluta posteriore carminis parte coronidis loco hos tres versus posuit Parmenides, quos servavit Simplicius ad Arist. de Cœlo III, f. 138, b; apud Peyron. p. 55 seq. Simplicii verba sunt : Παραδοὺς δὲ τὴν τῶν αἰσθητῶν διακόσμησιν ἐπήγαγεν· Οὕτω τοι κ. τ. λ. Pro ἔφυ Moerbeca in codice suo male legerat ἔφη, vertit enim *inquit.* In exitu hujus versus vulgatam scripturam νῦν ἔασι correxit Peyronus inserta copula τε, quam expressit etiam Moerbeca *et nunc sunt et postea.*

V. 152. Pro τραφέντα idem Moerbeca invenerat γράφοντα, *scribentem* interpretans. Hujus errores postea vulgavit Aldinæ editionis interpres.

V. 153. Ultima verba ἐπίσημον ἑκάστῳ recte transposuit Karstenius, quum ἑκάστῳ ἐπίσημον metro repugnaret.

1. Hic locus apud Simplicium versibus 119 ἀντία

μασται τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ζόφος καὶ τὸ σκληρὸν καὶ τὸ βαρύ. Ταῦτα γὰρ ἀπεκρίθη ἑ::ατέρως ἑκάτερα. » Simplicius ad Aristotelis Phys. I f. 7, b.

2. Suidas v. Μακάρων νῆσοι, ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν τὸ παλαιόν, ὡς Παρμενίδης. Similiter Photius Lex. v. μακάρων νῆσος. Adde Hesych. v. μακάρων νῆσος, qui quidem Parmenidis nomen omittit.

νύκτ' ἀδαῆ κ. τ. λ. et 120 τῶν σοι ἐγὼ κ. τ. λ. interpositus non solum ob ipsius Simplicii dubitationem significatam verbis ὡς αὐτοῦ Παρμενίδου, sed etiam quia Parmenidem prosa oratione scripsisse veteres non produnt, jure a Karstenio pro interpretamento habitus est, quod postea a librariis philosophi versibus esset adsutum. Cæterum verba ἐπὶ δὲ τῷ πυκνῷ ὠνόμασται non bene respondentia superioribus sic corrigo : ἐπὶ δ' ἐκείνῳ τὸ πυκνὸν ὠνόμασται (scil. ὑπὸ τοῦ Παρμενίδου) καὶ τὸ ψυχρὸν κ. τ. λ.

2. Hæc non e Parmenidis carminibus, sed ex alio nescio quo scriptore petita videntur. Vide imprimis græcum Lycophronis interpretem ad Cass. vss. 1194—1204. Adde Eustath. ad Od. δ' p. 1509.

PRÆFATIO DE EPICHARMO.

Epicharmus, patriâ Cous (1), sed a plurimis Siculus (2) habitus, quod trimestris fere in Siciliam delatus maximam vitæ partem ibi transegisset, non modo inter Pythagoricos philosophos (3), sed etiam inter comicos poetas nomen suum professus est. Quum enim Bacchi festum tam tragœdiæ quam comœdiæ origo fuerit, e quibus altera a dithyramborum, altera a fescenninorum versuum (φαλλικῶν ᾀσμάτων) cantoribus inventa fertur, donec incompositum primo carminum genus a multis tractatum poetis paulatim perfectum atque ad altiorem dignitatis gradum evectum est: poliendis rudibus comœdiæ initiis primus apud Siculos manum admovit Aristoxenus Selinuntius (4), Epicharmus vero circa Ol. LXXV tantum artis adhibuit, ut ipse comœdiæ inventor jure meritoque diceretur (5). Sapiens videlicet talium rerum arbiter comœdiam cujus etiam tum vilia erant et levia argumenta, quæ omni gravitate et venustate carerent, sic immutavit, ut poesis formam, quoad ejus fieri posset, omnibus numeris absolutam exhiberet. Quamobrem Grammaticus de comœdia apud Dindorf. p. XII hæc ait: Ἐπίχαρμος οὗτος πρῶτος τὴν κωμῳδίαν διεῤῥιμμένην ἀνεκτήσατο, πολλὰ προσφιλοτεχνήσας· χρόνοις δὲ γέγονε κατὰ τὴν ογ′ Ὀλυμπιάδα, τῇ δὲ ποιήσει γνωμικὸς καὶ εὑρετικὸς καὶ φιλότεχνος. Epicharmus igitur quum suopte ingenio et inveniret et inventa ad eximiam quamdam pulchritudinis et artis speciem, quæ ipsius animo obversabatur, referret, primus fabularum auctor ab Aristotele (6), comœdiæ autem princeps a Platone (7) nominatus est. Huc accedit quod præter cætera quæ in præstanti poeta inesse debent omnem philosophiæ vim et majestatem mente complexus erat. Etenim postquam diuturna rerum divinarum humanarumque contemplatione excitatus ingenium ad altitudinem extulit, a servilibus dicteriis et vulgaribus facetiis, quibus vel apud Atticos Cratinus et Aristophanes, illa veteris comœdiæ ornamenta, delectabantur, hujus animus abhorrere cœpit. Statuebat omnium disciplinarum reginam philosophiam solam vitæ magistram vitiorumque expultricem esse, sed Hieronis tyrannide a profitendis publice sapientiæ præceptis deterritus Pythagoricæ rationis granditatem cum poetica facultate copulavit, quo facilius scenæ præsidio ab adversariis tutus Pythagoræ dogmata in lucem atque in hominum celebritatem proferret. Quocirca comœdiæ ita jecit fundamenta, ut in iis quas docuit fabulis boni malique causas aperiret simulque hominum mores, ingenia eorumque abditos recessus patefaceret et mortales doctrinæ excellentia sententiarumque gravitate alliceret. Adde quod virtutum vitiorumque exempla ex ipsa natura expressa exhibuit et audientium animos tam suavitate delectare, quam rationibus ad virtutis studium convertere conatus est. Sed quoniam nihil ad vitam humanam regendam aptius et ad civitates quolibet bonorum genere cumulandas accommodatius est, quam rectus deorum cultus: pravas quæ tum ferebantur de diis opiniones ex hominum mentibus evellere poetarumque commenta verborum suavitate infirmare ten-

(1) Diog. Laert. VIII, 78: Ἐπίχαρμος Ἡλοθαλοῦς, Κῷος, καὶ οὗτος ἤκουσε Πυθαγόρου. Τριμηνιαῖος δ' ὑπάρχων ἀπηνέχθη τῆς Σικελίας εἰς Μέγαρα, ἐντεῦθεν δὲ εἰς Συρακούσας, ὥς φησι καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς συγγράμμασι.

(2) Cicero Tuscul. I, 8: Sed tu mihi videris Epicharmi, acuti, nec insulsi hominis, ut Siculi, sententiam sequi. Cf. Aristot. de Poetica cap. 3; Horat. Epist. lib. II, 1, 58. Stephanus Byzantius Crastum ei patriam fuisse scribit. Ait enim s. v. Κραστός· πόλις Σικελίας τῶν Σικανῶν. Ἐκ ταύτης ἦν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικός.

(3) Diogenes Laertius l. c.: Οὗτος ὑπομνήματα καταλέλοιπεν, ἐν οἷς φυσιολογεῖ, γνωμολογεῖ, ἰατρολογεῖ. Cf. Meursium ad Helladium p. 65, et Fabric. Biblioth. Gr. II p. 302 ed. Harl. Sed hæc scripta ei supposita fuisse conjicimus ex Athen. XIV p. 648, D. Vid. adn. 10.

(4) Hephæstion de Metris p. 45 ed. Pors.: Ἀριστόξενος δ' ὁ Σελινούντιος Ἐπιχάρμου πρεσβύτερος ἐγένετο ποιητής, οὗ καὶ αὐτὸς Ἐπίχαρμος μνημονεύει [vide vss. 126-127], καὶ τούτου τοίνυν τοῦ Ἀριστοξένου μνημονεύεταί τινα τούτῳ τῷ μέτρῳ γεγραμμένα· "τίς ἀλαζονίαν πλείσταν παρέχει τῶν ἀνθρώπων"; τοὶ μάντεις.

(5) Aristoteles de Poetica cap. 3: Τῆς μὲν κωμῳδίας οἱ Μεγαρεῖς (ἀντιποιοῦνται) οἵ τε ἐνταῦθα ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης καὶ οἱ ἐκ Σικελίας, ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητής, πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος.

(6) Aristoteles de Poetica cap. 5: Τοῦ δὲ μύθους ποιεῖν Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις ἦρξαν. Τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε.

(7) Plato Theætet. pag. 152. E.: Καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος.

tavit. Quapropter argumenta ex antiquis illis fabulis, quæ de diis narrabantur, tractanda sibi sumsit, sed aliter in hac materia atque Cratinus omninoque Attici poetæ versatus est. Sic enim omnia quæ ad res divinas pertinerent conformavit populoque spectanda proposuit, ut Pythagoricæ disciplinæ decreta servaret. Itaque deorum numen non sustulit, sed ad rerum naturæ vires revocavit. Quippe nequaquam Musæ Epicharmeæ consilium erat deorum sanctitatem violare, sed dubitationes de rebus divinis ortas, quibus mortalium mentes agitarentur, spectatoribus eximere. Nam religionis sanctitate et pristino deorum cultu imminuto, aucta vero animorum sagacitate et crescente litterarum lumine jam tum plurimi rerum naturæ corpus scrutari multumque de universi hujus parente ac de divina natura et potentia disputare consueverant. Quid? quod non defuerunt qui providentia mundum administrari negarent. Id partim certissimis veterum testimoniis constat, partim probabili conjectura e multis indiciis concluditur. Quo in genere memorabile est quod de Hierone, Epicharmi æquali, apud Ciceronem de Nat. deor. I, 22 relatum legimus. « Roges me, quid aut quale sit deus : auctore utar Simonide, de quo cum quæsivisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi sibi unum diem postulavit : cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petivit : cum sæpius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret, cur ita faceret : Quia, quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Sed Simonidem arbitror (non enim poeta solum suavis, verum etiam cæteroqui doctus sapiensque traditur) quia multa venirent in mentem acuta atque subtilia, dubitantem, quid eorum esset verissimum, desperasse omnem veritatem. » Epicharmus igitur ingenii ostentandi opportunitate usus hanc rerum universitatem deorum numine plenam rebusque quæ sub oculos cadunt atque omnibus naturis divinitatem et æternitatem inesse dixit. In quo miranda est poetæ constantia, quod numina quasi imagines quasdam esse censuit, quibus tanquam integumento cunctarum rerum divinitas significaretur. Huc referendum Menandri illud apud Meinekium p. 196 :

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας.

Atque æternitatem quidem deorum iis versibus docet Epicharmus quos ex Alcimo Diogenes Laertius III, 10 servavit. Vid. vss. 177-194. Quo loco simul perpetuam rerum omnium mutationem flumini similem tangit, quam a Siculo poeta traditam respicit Plato Theæt. p. 152, E. Porro Deum præpotentem esse eumque animadvertere quid quisque hominum agat ac sentiat, illis versibus docet qui sunt apud Clementem Alexandrinum Strom. V p. 708. Vid. vss. 297-298. Præterea omnem non tantum cogitandi, sed etiam sentiendi vim in solo animo positam esse : corpus ipsum ejusque sensus nihil sentire arbitratus est. Ostendit hoc dictum ejus νόος ὁρῇ καὶ νόος ἀκούει, τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλὰ a Plutarcho Morall. p. 98, B, laudatum et ab aliis veterum frequentatum. Hujus effati memor Cicero Tusc. I, 20 scribit : « Ut facile intelligi possit, animum et videre et audire, non eas partes, quæ quasi fenestræ sunt animi. » Exagitat illam opinionem Lucretius III, 36 :

Dicere porro oculos nullam rem cernere posse,
sed per eos animum ut foribus spectare reclusis,
desipere est.

Hoc posito consequens erat, ut animus ad vivendum adeo non corpore egeret, ut post illius mortem in ætherem abiret ibique vigeret. Verba poetæ quibus talis sententia continetur exstant apud Plutarchum in Consolatione ad Apollonium p. 110, A (vss. 263-264) :

Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη κἀπῆνθεν, ὅθεν ἦνθεν, πάλιν,
γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμ' ἄνω. Τί τῶνδε χαλεπόν;
[οὐδὲ ἕν.

Adjiciamus simile placitum quo animorum immortalitatem cum providentia divina conjungit, quæ bonis præmia, malis pœnas post hanc vitam statuat. Ait enim apud Clementem Alexandrinum Strom. IV pag. 640 Potter. (vss. 295 296) :

Εὐσεβὴς νόῳ πεφυκὼς οὐ πάθοις κ' οὐδὲν κακὸν
κατθανών· ἄνω τὸ πνεῦμα διαμενεῖ κατ' οὐρανόν.

In Ulixe naufrago illum heroem cum Eumæo subulco de mente per omnem rerum creatarum seriem fusa disserentem induxit. Sic enim apud Diogenem Laertium III, 16 ait (vss. 206-212) :

Εὔμαιε, τὸ σοφόν ἐστιν οὐ καθ' ἓν μόνον,
ἀλλ' ὅσσα περ ζῇ, πάντα καὶ γνώμαν ἔχει, κτλ.

In eamdem personam conveniunt verba de similitudine et cognatione qua tanquam firmissimo vinculo natura animantes inter se colligaverit (vss. 213-217) :

Θαυμαστὸν οὐδὲν ἁμὲ ταῦθ' οὕτω λέγειν
καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκεῖν
καλῶς πεφύκειν. Καὶ γὰρ ἁ κύων κυνὶ
κάλλιστον εἶμεν φαίνεται καὶ βοῦς βοΐ,
ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιστόν [ἐστιν] ὗς δ' ὑΐ.

Cæterum ex Epicharmi fragmentis intelligitur, plerasque ejus comœdias argumentum habuisse fabulosum, quod ita procul dubio exornavit poeta, ut fictas de diis narratiunculas vel refutaret vel in alienam sententiam detorqueret earumque in locum decreta Pythagorea substitueret. De numero fabularum e quarum inscriptionibus conjicimus duodeviginti fere dramata ad historiam fabularem vel commentitias illas de diis narrationes pertinuisse vetus controversia est. Etenim Grammaticus (8) de comœdia antiqua apud Dindorf. p. XII quadraginta dramata ei tribuit, Suidas (9) quinquaginta duo, Lycon vero ab hoc citatus triginta quinque, ita ut reliquas fabulas pro spuriis (10) habuerit. E recentioribus Meursius quadraginta fabularum Epicharmearum nomina collegit in adnotationibus ad Helladium p. 61-64, totidemque Fabricius habet Biblioth. Græc. II pag. 300-302 ed. Harl., nisi quod in discernendis quibusdam comœdiis duplici titulo instructis ab illo dissentit. Sed ad Lyconis rationem proxime accessit Bergkius de Reliqq. com. Attic. ant. pag. 149 triginta sex fabulas Epicharmum scripsisse existimans. Equidem ad componendam hanc litem deesse nobis satis magnam testimoniorum et fragmentorum vim atque copiam ratus neque Meursii neque Fabricii sententiam impugnabo, sed probato maximam partem Bergkii judicio ad Lyconis numerum redibo. Sunt igitur hi triginta quinque comœdiarum tituli : Ἀγρωστῖνος, Ἀλκυών, Ἄμυκος, Ἁρπαγαί, Βάκχαι, Βούσιρις, Γᾶ καὶ Θάλασσα, Διόνυσοι, Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος, Ἑορτὰ καὶ Νᾶσοι, Ἐπινίκιος, Ἥβης γάμος, Ἡρακλῆς παράφορος (quum alii duplicem de Hercule fabulam, quarum altera Ἡρακλῆς παρὰ Φόλῳ, altera Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν ζωστῆρα inscripta fuit, distinguant), Θεαροί, Κύκλωψ, Κωμασταὶ ἢ Ἥφαιστος, Λόγος καὶ Λογίννας, Μεγαρίς, Μῆνες, Μοῦσαι, Ὀδυσσεὺς αὐτόμολος, Ὀδυσσεὺς ναυαγός, Ὀρύα, Περίαλλος, Πέρσαι, Πίθων, Πύῤῥα ἢ Προμαθεύς, Σειρῆνες, Σκίρων, Σφίγξ, Τριακάδες, Τρῶες, Φιλοκτήτης, Χορεύοντες sive Χορευταί (vid. Herodian. περὶ μονήρους λέξεως p. 12, 7), Χύτραι.

Ex ipsis vero comœdiarum reliquiis patet Epicharmum in aliis fabulis res divinas et sapientiæ mysteria attigisse, in aliis res humanas et vitam communem adumbrasse. Quo in genere nihil præclarius est descriptione parasiti apud Athenæum VI, 236, F (vid. vs. 29-43) et Herculis voracis apud eumdem X, 411. A (vid. vs. 13-16). In ea fabula quæ Ἥβης γάμος inscribebatur omnia ciborum, imprimis piscium et volatilium bestiarum genera commemorantur, ut prope nihil in terra, nihil in mari, nihil in aere esse videatur esculentum, quod non cœlestibus convivis in celebrandis Juventatis Herculisque inter divos relati nuptiis appositum fuisse poeta fingat. Quum autem Epicharmus Ciceroni (11) homo acutus nec insulsus, ut Siculus, visus sit, quia omnes Siculi faceti, lascivi et dicaces erant (12), operæ pretium est, sales etiam et facetias, quibus dicta quædam conspersa sunt considerare. Huc pertinet amphibolia verborum γέρανον et γ' ἔρανον apud Athenæum VIII p. 338, D (vid. vs. 123-125), altercatio de tripodis nomine apud eumdem II, 49, C (vs. 228-231), porro haud inficetus vocum contrariarum usus, ut in verbis τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγώ apud Demetr. de Eloc. 24 (vs. 261), et πολλοὶ στατῆρες, ἀποδοτῆρες οὐδὲ εἷς in Etym. Magn. 725, 25 (vs. 151), imprimis autem egregium gradationis exemplum ἐκ μὲν θυσίας θοίνα, ἐκ δὲ θοίνας πόσις ἐγένετο. B. χαρίεν, ὥς γ' ἐμὶν δοκεῖ. A. ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένεθ' ὑανία, ἐκ δ' ὑανίας δίκα, 'κ δίκας δ' ἐγένετο καταδίκα, ἐκ δὲ καταδίκας πέδαι τε καὶ σφαλὸς καὶ ζαμία apud Athen. II, 36, C (vs. 223-227). Alia in hisce fragminibus ad hominum mores spectant, velut vs. 268 οὐ λέγειν τύγ' ἐσσὶ δεινός, ἀλλὰ σιγῆν ἀδύνατος, vs. 262 οὐ φιλάνθρωπος τύγ' ἐσσ', ἔχεις νόσον, χαίρεις διδούς. Cf. vss. 274, 294. Insunt etiam vitæ prudenter agendæ præcepta (cf. vss. 254, 269, 271) atque alia quæ singula persequi mihi non libet. Incerta esse putamus effata quæ a Clemente Strom. IV p. 640 et V p. 708 (vss. 295-296 et vss. 297-298) afferuntur, sed obelum iis apponere non ausi sumus. Parodiarum quibus raro usus est Epicharmus teste Athenæo XV pag. 698, C, nullum in his qui exstant versibus vestigium relictum esse apparet. Versuum duplex ratio est, siquidem alii quasi leni quodam et æquabili verborum flumine decurrunt, alii asperum quid et pingue sonant, ut pæne inconditos esse perhibeas. Itaque promiscue fere in trochæorum locum anapæsti, dactyli,

(8) Grammaticus de comœd. antiq. ap. Dind. p. XII : Σώζεται δὲ αὐτοῦ δράματα μ', ὧν ἀντιλέγονται δ'.

(9) Suidas p. 1415 ed. Gaisf. : Ἐπίχαρμος—ἐδίδαξε δὲ δράματα νϐ', ὡς δὲ Λύκων φησί, τριάκοντα πέντε.

(10) Supposititia quædam scripta fuisse quorum auctor vulgo Epicharmus haberetur, aperte dicit Athenæus XIV p. 648, D : Τὴν μὲν ἡμίναν οἱ τὰ εἰς Ἐπίχαρμον ἀναφερόμενα ποιήματα πεποιηκότες οἴδασι......τὰ δὲ ψευδεπιχάρμεια ταῦτα πεποιήκασιν ἄνδρες ἔνδοξοι, Χρυσόγονός τε ὁ αὐλητής, ὥς φησιν Ἀριστόξενος ἐν ὀγδόῳ πολιτικῶν νόμων, τὴν Πολιτείαν ἐπιγραφομένην. Φιλόχορος δ' ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς Ἀξιόπιστον τὸν εἴτε Λοκρὸν γένος ἢ Σικυώνιον τὸν Κανόνα καὶ τὰς Γνώμας πεποιηκέναι φησίν.

(11) Cicer. Tuscul. I, 8.

(12) Cælius ap. Quintilian. VI, 3, 41.

spondei succedunt. Placuerunt autem poetæ præter cæteros versus tetrametri trochaici quibus trimetros iambicos alternis immiscet. His accedunt dimetri et tetrametri anapæstici, quo metro totas comœdias ab eo compositas esse testatur Hephæstion p. 45 (13).

Comparare Epicharmum cum atticæ comœdiæ principibus ejusque virtutes cum illorum poetarum laudibus contendere non est in animo, quoniam uberiorem hoc quam hic locus capit disputationem desiderat. In quo hoc quoque perincommode accidit, quod nulla Epicharmi comœdia integra ad nostram ætatem mansit, ita ut quæ fuerit non tantum singularum partium venustas, sed totum compositionis artificium scire nobis hodie non liceat. Id vero nemo negabit, etiamsi puriore dialecto (14) dorica Siculus vates usus esse dicatur, hunc attici sermonis gratiam et venerem poetarumque Atticorum elegantiam non æquasse, limatiores esse Aristophanis quam Epicharmi numeros, at sententiarum gravitate, ingenii acumine et doctrinæ præstantia Epicharmum cæteris omnibus qui cum eo de palma certant superiorem esse. Nam reliqui omnes poetæ comici quamvis acerrimi vitiorum reprehensores fuerint, tamen indicio sunt, quanto facilius sit reprehendere quam emendare. Nimirum tam singulorum hominum quam reipublicæ vitia et mala notasse contenti, tollere vitia et mederi malis consiliorum bonitate præceptorumque firmitate nunquam studuerunt. Quæ quum ita sint, Epicharmus meritis laudibus a Platone et Aristotele celebratus est. Inter Romanos cum alii Siculo vate delectati videntur, tum Plautus qui unus hodie superest e comicorum latinorum coryphæis, in quo illam antiquæ et vernaculæ festivitatis imaginem possimus agnoscere. Neque tamen ipse usquam diserte testatur, se Epicharmi fabulas vel studiose lectitasse vel imitatum esse. Falluntur enim qui eo referunt verba e Menæchmorum prologo vs. 11-12 :

> Atque adeo hoc argumentum græcissat tamen :
> verum non atticissat, at sicilissitat.

Dalecampius certe ad Athenæi lib. IX p. 373, D, Plautum e Menandri Geminis Menæchmorum argumentum sumsisse putavit. Utcumque est, hujus fabulæ fontem ignoramus. Quod autem antiquitatis studiosorum judicia secutus Horatius lib. II epist. I vs. 58 scripsit, Plautum ad exemplar Siculi properare Epicharmi, non eo spectat quo plerique volunt. Neque enim fabulas ejus expressit Plautus, sed pro ea qua excelluit ingenii celeritate et magnitudine multas comœdias cum singulari laude properanter, ut Græcus poeta, composuit. Ergo non imitatione, sed natura duce Plautus gloriam Epicharmeæ similem consecutus est.

Epicharmi fragmenta inde a renatis litteris doctissimus quisque maxima cum voluptate legit. Exstant igitur jam multi ejus versus in sententiis Comicorum collectis ab Henr. Stephano, Guil. Morello, Jac. Hertelio et Hug. Grotio, item in Henr. Stephani Poesi philosophica. Sed deerat plenior reliquiarum ejus συναγωγή, quam primus H. P. Krusemanus Harlemi 1834 edidit. Post hunc Henr. Ludolphus Ahrensius in Appendice libri de dialecto dorica Gottingæ 1843 divulgati cum aliis poetis doricis Epicharmum recensuit. Eodem tempore Meinekius in Exercitationibus philologicis quibus haud paucos Athenæi locos eosque mire depravatos correxit utilem Epicharmo operam navavit. His doctrinæ subsidiis instructus novam versuum ejus recensionem aggressus sum. Itaque consultis ubique veterum monumentis, in quibus poetæ fragmenta leguntur, emendatisque quæ corrupta necdum ab aliis sanata erant Epicharmum, quantum mihi licuit, restitui et carmina ejus latine interpretatus sum. Cæterum Ahrensii exemplo pleraque vocabula in his versiculis dorico accentu notavi iis exceptis quæ vel dubia sunt vel ab Epicharmo Atticorum more pronuntiata videntur.

(13) Hephæstion p. 45 : Παρ' Ἐπιχάρμῳ δὲ καὶ ὅλα δύο δράματα τούτῳ τῷ μέτρῳ γέγραφε τοὺς Χορεύοντας καὶ τὸν Ἐπινίκιον.

(14) Jamblichus vit. Pyth. 241 : Τὸν Ἐπίχαρμον τῶν διαλέκτων ἀρίστην λαμβάνειν τὴν Δωρίδα.

ΕΠΙΧΑΡΜΟΥ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

EPICHARMI FRAGMENTA.

ΑΓΡΩΣΤΙΝΟΣ.

Ὡς ταχὺ κόλαφος περιπατεῖ δεινός.

(Etym. M. 525, 7 et Etym. Gud. 333, 37 ubi legitur ταχεῖ.)

ΑΛΚΥΩΝ.

Αὐτότερος αὐτῶν.

(Apollon. de pron. 80 B.)

ΑΜΥΚΟΣ.

Ἄμυκε μὴ κύδαζέ μου τὸν πρεσβύτερον ἀδελφεόν.

(Scholl. Soph. Aj. 737; Suid. s. v. κυδάζεται, qui ἀδελφόν.)

Εἴγε μὲν ὅτι κεκομβώται καλῶς.

(Etym. M. 311, 9 et Suid. s. v. ἐγκομβώσασθαι, cf. Phot. Epist. 156 qui de Epicharmeo ἐγκεκόμβωται testatur et Hesych. ἐγκεκόμβωται, ἐνείληται Unde Epicharmum ἐγκεκόμβωται scripsisse manifestum est.)

ΑΡΠΑΓΑΙ.

Ὥσπεραὶ πονηραὶ μαντίες,
αἴθ' ὑπονεμόνται γυναίκας μωρὰς ἀμ πεντόγκιον
ἀργύριον, ἄλλαι δὲ λίτραν, ταὶ δ' ἀν' ἡμιλίτριον
δεχομέναι καὶ πάντα γινώσκοντι [γ' ἐκ λόγων].

(Pollux X, 81. ὥσπερ αἱ. — Ultima verba quorum loco Bentlejus τῷ τηνᾶν λόγῳ conjecit in codicibus desunt.)

Ἔχω γὰρ τόγα βαλάντιον λιτρᾶν
καὶ δεκαλίτρων πλῆρες ἑξάντων τε καὶ πεντογκίων.

(Ibid. ἐγὼ τόγε—λιτροκεδεκάλιτρος στατὴρ ἑξάντων τε πετόγκιον.)

Ἁ δὲ Σικελία πέποσχε.

(Etym. M. 662, 12.)

ΒΑΚΧΑΙ.

καὶ τὸν ἄρτον ἐπικαλύψας ἐπιπλόῳ.

(Athen. III, 106 F; vulgo ἐπικάμψας.)

ΒΟΥΣΙΡΙΣ.

Πρᾶτον μὲν αἴ κ' ἔσθοντ' ἴδοις νιν, ἀποθάνοις,
βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ', ἀραβεῖ δ' ἁ γνάθος,
ψοφεῖ δ' ὁ γόμφιος, τέτριγε δ' ὁ κυνόδων,
σίζει δὲ ταῖς ῥίνεσσι, κινεῖ δ' οὔατα.

(Athen. X, 411 A et Eustath. 817, 10, πρῶτον. Quibus verbis describitur Hercules.)

ΓΑ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΑ.

Ὦχ' ὁρῇ βώκας [τε] πολλοὺς καὶ σμαρίδας.

(Athen. VII, 313 A. ὀχχωρη.)

Πόλτον ἕψειν ὄρθριον.

(Athen. XIV, 648 B. πόντον.)

κουρίδες τε φοινίκιαι.

(Athen. III, 106 E.)

κάστακοι γαμψώνυχοι.

(Athen. III, 105 B.)

Ναὶ μὰ τὰν κράμβαν.

(Athen. IX, 370 B.)

AGRESTIS.

Quam celeriter sævus colaphus decurrit.

ALCYON.

Magis ipse ipsis.

AMYCUS.

Amyce, ne convicieris majori meo fratri.

Siquidem, quia bene involutus est. . . . .

RAPINÆ.

Malarum instar vatum,
quæ decipiunt stultas mulieres quincunce
æris vel obolo vel semiobolo
accepto atque omnia quidem e sermone intelligunt.

Habeo enim hoc marsupium obolis
et stateribus sextantibusque et quincuncibus plenum.

Sicilia vero passa est.

BACCHÆ.

Et panem omento tegens.

BUSIRIS.

Primum quidem si edentem illum videas, moriaris,
intus fremit guttur sonatque maxilla,
simul dens molaris crepat, frendit dens caninus
sibilat naribus et aures movet.

TERRA ET MARE.

Cito videt multos bocas multasque smarides.

Pultem matutinam coquere.

Squillæque purpureæ.

Et astaci curvis unguibus.

Næ per brassicam.

Οὐδ' ἀμαμαξύας φέρει.

(Etym. M. 77,8.)

ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Τοῦ Ποτειδᾶνος δὲ χρηστὸν υἱὸν ἱππόκαμπον.

(Herodian. περὶ μονήρους λέξεως 10, 29. ποσειδάνος—ἱππόκαμπτον.)

ΔΙΟΝΥΣΟΙ.

Χύτρα δὲ φακέας ἥψετο.

(Athen. IV, 158 C, Herodian. περὶ μονήρους λέξεως 6,22.)

ΕΛΠΙΣ Η ΠΛΟΥΤΟΣ.

Ἀλλ' ἄλλος ὅδ' ἕσταχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας,
τὸν ῥαδίως λαψῆ τυ, καίτοι νῦν γα θὴν
εὔολβον, ἀείσιτον· ἀλλ' ἔμπας ὅδε
ἄμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον.

(Athen. VI, 235 F. ἕστηχ'—ῥαδινῶς—εὔωνον quod in εὔολβον mutavi.)

Συνδειπνέω τῷ λῶντι, καλέσαι δεῖ μόνον,
καὶ τῷ γα μηδὲ λῶντι, κ' οὐδὲν δεῖ καλεῖν.
τηνεὶ δὲ χαρίεις τ' εἰμὶ καὶ ποιέω πολὺν
γέλωτα καὶ τὸν ἱστιῶντ' ἐπαινέω.
καἴκα τις ἀντίον τι λῆ μεγάλῳ λέγει
αἴνῳ, κυδαζόμαι τε κἠπιπλησσόμαι.
κἤπειτα πολλὰ καταφαγών, πόλλ' ἐμπιὼν
ἄπειμι. λύχνον δ' οὐχ ὁ παῖς μοι συμφέρει·
ἕρπω δ' ὀλισθράζων τε καὶ κατὰ σκότος
ἐρῆμος. Αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις,
τούτοις ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς σκοποῖς λόγον.
οὐ λῶντι παίειν, ἀλλὰ μαστινῶντί με.
ἐπεὶ δέ χ' εἴκω οἴκαδις καταφθαρείς,
ἄστρωτος εὕδω, καὶ τὰ μὲν πρῶτ' οὐ κοῶ,
ἇς κά μ' ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας.

(Athen. l. c. Vss. 33-34 λῆ μεγάλῳ λέγειν αἴνῳ, κυδαζόμαι τε κἠπιπλησσόμαι scripsi pro codicum lectione λῆ τήνῳ λέγειν, τήνῳ κυδάζομαί τε κἀπωνηχθόμαν. Vss. 39-40 ἐπιλέγω τοῖς σκοποῖς λόγον. Οὐ λῶντι παίειν posui, quum in membranis sit ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, ὅτι οὐ λῶντι παίων. Parasitum hîc loquentem facit Epicharmus.)

Ἐκάλεσε γάρ τύ τις ἐπ' ἄϊκλον [οὐχ] ἑκών,
τὺ δ' αὖ ἑκὼν ᾤχεο τράχων.

(Athen. IV, 139 B. γάρ τοι—οὐχ addidit Ahrensius qui etiam αὖ inseruit.)

τὸν τοῦ γείτονος καλιόν.

(Poll. X, 151.)

Οὔτ' ὦν Πάλαιρος οὔτε Βοιωτῶν νομοί.

(Herodianus περὶ μονήρους λέξεως 21, 13. οὔτουν—βοιαυτοῦ quæ correxi, adjecto simul νομοί.)

ΗΒΑΣ ΓΑΜΟΣ.

Ἄγει δὲ παντοδαπὰ κογχύλια,
λεπάδας ἀσπέτους, κραβύζους, κηκιβάλους, τήθυα,
κτένια, βαλάνους, πορφύρας, ὄστρεια συμμεμυκότα,
τὰ διελεῖν μέν ἐστι χαλεπά, καταφαγεῖν δ' εὐμαρέα,
μύας, ἀναρίτας τε, καρύκας τε καὶ σκιφύδρια,
τὰ γλυκέα μὲν ἔντ' ἐπέσθειν, ἐμπαγῆμεν δ' ὀξέα,
τούς τε μακρογογγύλους σωλῆνας· ἁ μέλαινά τε
κόγχος, ἅπερ κογχοθήραις πᾶσίν ἐστιν ὠνία
θατέραι δὲ γαῖαι κόγχοι τε χἀμαθίτιδες

Ne vites quidem arbustivas fert.

SECUNDUS.

Neptuni vero bonum filium hippocampum.

BACCHI.

Olla lentes coquebat.

SPES SIVE DIVITIÆ.

Sed alter iste huic hîc proxime stat,
quem facile capies, quamvis nunc sane
felicem, quotidiano victu fruentem : verum omnino iste
incontinenter tanquam poculum haurit vitam. —
Cœno cum volente, opus est tantum invitatione;
cœno etiam cum nolente, qui me invitare necesse non habet.
Ibi festivus sum multumque risum
moveo et convivatorem laudo.
Ac si quis forte contradicere magnis velit
laudibus, conviciis incessor et objurgor.
Deinde bene cœnatus et bene potus
discedo. Neque vero lucernam mihi præfert puer comitans,
sed repo labens per tenebras
solus. Quodsi forte incido in excubitores,
his speculatoribus bonam facti rationem affero.
Nolunt me verberare, sed flagellant.
Postquam vero domum veni vexatus,
sine stragulis dormio, ac primum quidem id non sentio,
quamdiu merum mentis vim oppressam tenet. —
Vocavit enim te aliquis ad cœnam invitus,
tu vero volens accurristi. —
Vicini domunculam.
Igitur neque Palærus neque Bœotorum sedes.

JUVENTUTIS NUPTIÆ.

Affert autem varia conchylia,
lepades ingentes, crabyzos, cecibalos, ostreas,
pectunculos, balanos, purpuras, conchas clausas,
quas dividere difficile est, facile comedere,
mytilos, cochleas, buccinaque et sciphydria,
quæ dulcia sunt, si post alia comedantur, hieme vero ad
ac teretes ungues; et nigra [congelascendum prompta,
concha, quæ conchitis omnibus parabilis est,
aliæque terrestres conchæ et litorea arena gaudentes,

ταὶ κακοδόκιμοί τε κήωνοι, τὰς ἀνδροφυκτίδας
πάντες ἀνθρώποι καλέονθ', ἁμὲς δὲ λευκὰς τοὶ θεοί.

(Athen. III, 85 C. Vss. 49-50 τήθυα, κτένια Ahrensio præeunte scripsi pro τηθυνάκια. Vs. 55 κογχοθήραις πᾶσίν ἐστιν ὠνία Schneiderus conjecit pro codicum lectione κογχόθηραν πᾶσιν ἐς τρισώνια. Vs. 58 λευκὰς posui; vulgo λεύκας.)

Αὐτὸς ὁ Ποτιδᾶν ἄγων γαύλοισιν ἐν Φοινικικοῖς
εἶχε καλλίστας σαγήνας· χᾀλιεύομεν σπάρους
καὶ σκάρους, τῶν οὐδὲ τὸ σκῶρ θεμιτὸν ἐκβαλεῖν [θεοῖς.

(Athen. VII, 320 C. ποτιδαναιων γαυλοῖς. Vs. 60 εἶκαι καλλίστους ἄδητα τηγάνος ἀγεμῶν σπάρους. Recepi Schweighæuseri conjecturam.)

Λαμβάνοντι γὰρ
ὀρτύγας, στρουθούς τε, κορυδάλλας τε φοινικείμονας,
τετράγας τε σπερματολόγους κἀγλαὰς συκαλλίδας.

(Athen. IX, 398. D. τε καὶ κορυδάλλας τε φοινικονείμονας librorum scriptura est, quam emendavit Porsonus.)

καρκίνοι θ' ἵκοντ' ἐχῖνοι θ', οἳ καθ' ἁλμυρὰν ἅλα
νεῖν μὲν οὐχ ἴσαντι, πεζᾷ δ' ἐμπορεύονται μόνον.

(Athen. III, 91 C. ἵκοντι ἐχῖνοι τε τοὶ—μόνοι correxit Toupius append. ad Theocrit. p. 31.)

Ἐντὶ δ' ἀστακοὶ κολύβδαιναί τε χὢς τὰ πόδι' ἔχει
μικρά, τὰς χεῖρας δὲ μακράς, κάραβος δὲ τοὔνυμα.

(Athen. III, 105 B. τ' ἔχοστα—τὤνυμα.)

Μύες ἔτ' ἀλφησταί τε κορακῖνοι τε χοριοειδέες,
αἰολίαι πλῶτες τε κυνογλῶσσοι τ', ἐνῆν δὲ σκιαθίδες.

(Athen. VII, 308 E. cf. 282 A, 322 F. et vs. 105. Addidi ἔτ'.)

καὶ σκιφίας χρόμις θ', ὃς ἐν τῷ ἦρι καττὸν Ἀνάνιον
ἰχθύων πάντων ἄριστος, ἀνθίας δὲ χείματι.

(Athen. VII, 282 A. 328 A. χρόμιος, vel χρομίας. vid. Athen. p. 328 A.)

Ἦν δὲ νάρκαι [καὶ] βατίδες, ἦν δὲ ζυγαίναι, πρη- [στίες,
χάμιαι τε καὶ βάτοι ῥίναι τε τραχυδερμόνες.

(Athen. VII, 286 B. χαμεῖται.)

Ἦν δὲ σαργῖνοι [τε] μελανοῦροι τε καὶ ταὶ φίνταται
ταινίαι, λεπταὶ μέν, ἀδεῖαι δὲ κὠλίγου πυρός.

(Athen. VII, 321 C, 325. F, 313 D.)

Καὶ χελιδόνες τε μύρμαι θ', οἵ τε κολιᾶν μεζόνες
ἐντὶ καὶ σκόμβρων, ἀτὰρ τᾶν θυννίδων γα μειόνες.

(Athen. VII, 321 A, 313 E. τοί τε κοιλίαν—θυννίλων— γε μήονες.)

Πωλύποι τε σηπίαι τε καὶ ποταναὶ τευθίδες
χᾀ δυσώδης βολβίτις γραίαι τ' ἐριθακώδεές.

(Athen. VII, 318 E, 323 F, ubi πώλυπες—χαλυσώδεις.)

Ἀόνες φάγροι τε λαβράκες τε καὶ ταὶ πιόνες
σκατοφάγοι σαλπαὶ βδελυχραί, ἁδέαι δ' ἐν τῷ θέρει.

(Athen. VII, 321 D, 327 C.)

Ἔτι δὲ ποττούτοισι βῶκες, σμαρίδες, ἀφύαι, καμ- [μάροι.

(Athen. VII, 286 F, 306 C.)

Βεβραδόνες τε καὶ κίχλαι, λαγοί, δρακόντες ἀλκίμοι.

(Athen. VII, 287 B, 305 C, Etym. M. 195, 30. δέ τι κίχλαι καὶ λαγοὶ emendavit Dindorfius qui τ' ἀλκίμοι ex Athen. p. 305 adjecit.)

Ἄγε δὴ τρίγλας τε κυφὰς κᾀχαρίστους βαιόνας.

(Athen. VII, 288 A, 324 E.)

Ἦν δ' ὑαινίδες τε βουγλῶσσοι τε καὶ κίθαρος ἐνῆς.

---

reprobæ vilesque, quas hominum fugaces
omnes homines appellant, nos vero Dii albas. —
Ipse Neptunus venit navibus Phœniciis
vehens pulcherrima retia, quibus capimus sparos
et scaros, quorum ne excrementum quidem Diis abjicere [fas est.
Capiunt enim
coturnices, passeres et purpureis pennis galeritos,
et tetraones semina legentes et splendidas ficedulas. —
Cancri et echini venerunt, qui per salsum mare
natare quidem nesciunt, pedibus vero solum incedunt. —
Sunt astaci squillæque et quia pedes parvos
habent, manus autem longas, carabi nominantur. —
Præterea musculi et alphestæ et coracini pupulis similes,
æoliæ mugilesque et lingulacæ, inerant vero sciænæ. —
Et xiphias chromisque, qui vere secundum Ananium
piscium omnium optimus, anthias autem hieme. —
Erant autem torpedines [et] batides, erant etiam squali, [pistrices,
et amiæ et rajæ et scabra pelle squatinæ. —
Erant vero sargini melanurique et carissimæ
tæniæ, tenues quidem, at suaves exiguoque igne indigen- [tes.
Hirundines et mormyres, qui coliis majores
sunt et scombris, at thunnis minores. —
Polypi et sepiæ et alatæ loligines
et fœtida bolbitis vetulæque erithacis similes. —
Aones phagrique et lupi et pingues
merdam vorantes salpæ exsecrabiles, at æstate suaves. —
Præterea boces, smarides, aphyæ, cammari. —
Aphyæ et turdi, lepores, dracones robusti. —
Afferebat jam mullos incurvos et insuaves bæones. —
Erant vero hyænæ soleæque et citharus inerat. —

(Athen. VII, 306 A, 326 E, 288 B, 330 A. Dindorfius ἧς cum Koenio ad Gregor. Corinth. pag. 261.)

Σκορπίοι τε ποικίλοι σαῦροι τε, γλαῦκοι πιόνες.

(Athen. VII, 295 B.)

Κωξυρύγχοι ῥαφίδες ἱππούροι τε καὶ χρυσοφρύες.

(Athen. VII, 304 C, 319 C.)

Τρυγόνες τ' ὀπισθοκέντροι καὶ χαλάνδροι, κωδίοι.

(Athen. VII, 309 D.)

Μεγαλοχασμόνας τε χάννας κἠκτραπελογαστόρας [ὄνους.

(Athen. VII, 315 F, 327 F. cf. Clem. Alex. Protr. II, 1 p. 178. Potter. κηπτραπελογάστορας.)

Κομαρίδας τε καὶ κύνας κέστρας τε πέρκας τ' αἰό-[λας.

(Athen. VII, 319 B, 323 B.)

Αἰ δὲ λῇς, σάργοι τε μελανούροι τε καὶ τοὶ ποντίοι.

(Athen. VII, 321 B.)

Χαλκίδες θ' ὕες τε ἱαράκες τε χὠ πίων κύων.

(Athen. VII, 326 E, 328 C. ἱέρακες.)

Λεκίδα κἠμβάφια δύο.

(Pollux X, 86 κἐνβάφια.)

Συναγρίδας μαζούς τε συνοδόντας τ' ἐρυθροποικί-[λους.

(Athen. VII, 322 B omisso fabulæ nomine, sed p. 322 F σιαγρίδες (leg. συναγρίδες) in Epicharmi fabulis Ἥβας γάμος et Γᾶ καὶ Θάλασσα commemorari dicuntur.)

Τόν τε πολυτίματον ἔλοφ', (ὁ δ' αὖτε χἄλλος ὤνιος)
ἕνα μόνον, καὶ κεῖνον ὁ Ζεὺς ἔλαβε, κἠκελήετο
κατθέμειν αὐτῷ τέ οἱ καὶ τᾷ δάμαρτι θωτέρου.

(Athen. VII, 282 D. Libri ἔλοπα, ὁ δ' αὐτὸς χαλκὸς ὤνιος—κατθέμεν αὐτῷ τε εἶκαι ται. Recepi Hermanni conjecturam. Vid. Opusc. II pag. 297. Videtur piscator vel Jovis dispensator loqui.)

Ἦν δ' ἐρωδιοί τε πολλοὶ μακροκαμπυλαυχένες
τετράγες τε σπερματολόγοι κἀγλαοὶ συκαλλίδες.

(Athen. II, 65 B. IX, 398. cf. vs. 64.)

Κορακίνοι δὲ χοριοειδέες
πιόνες, χἰππίδια λεῖα, φῦκαί θ' ἁπαλοκουρίδες.

(Athen. VII, 304 E. Legebatur ψύχει ἁπαλοκουρίδες, quod mutavi in φῦκαί θ'.)

Ἀντὶ τοῦ
κόγχος, ἃν τέλλιν καλέομες, ἔστι δ' ἅδιστον κρέας.

(Athen. III, 85 E.)

Αἰολίαι πλῶτες τε κυνογλῶσσοι τ', ἐνῆν δὲ σκιαθίδες.

(Athen. VII, 307 B, 308 E. cf. vs. 70.)

Οὔτε γόγγρων γάρ τι παχέων οὔτε μυραινᾶν ἀπῆς.

Athen. VII, 312 C. Dindorfius γόγγρων τις παχήων, quod Koenius ad Gregor. p. 261 conjecerat; nos γάρ inseruimus.)

Χαλκίδας τε καὶ κύνας κέστρας τε πέρκας τ' αἰόλας.

(Athen. VII, 323 A. cf. vs. 91.)

Σκορπίοι τε ποικίλοι γλαῦκοι τε, σαῦροι πιόνες.

(Athen. VII, 320 E. cf. vs. 87.)

ΗΡΑΚΛΗΣ ΠΑΡΑΦΟΡΟΣ.

Ἀλλὰ μὰν ἐγὼ 'ναγκαῖος ταῦτα πάντα ποιέω·
οἶμαι δ' ὡς οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς οὐδ' ἄταν ἔχων.

(Eustratius in Aristot. Ethic. Nic. III, 5, 5. ἀναγκαῖος i. e. ἀναγκαζόμενος, ἀνάγκῃ. Cf. Homer. Odyss. XXIV 498. Cæterum οἶμαι δ' ὡς pro codicum lectione οἴομαι δ' ὡς reposui.)

Πυγμαίων γὰρ λόχαγὸς ἐκ τῶν κανθάρων

Scorpionesque varii lacertique, et glauci pingues. —
Et acuto rostro aci hippurique et auratæ. — [gobii. —
Trygones in posteriore parte spiculo armati et chalandri,
Et valde hiantes channas et deformi ventre asellos. —
Comaridesque et canes sudesque et percas varias. —
Sin autem vis, sargique et melanuri marini. —
Chalcides, sues, accipitres pinguisque canis. —
Scutellam duoque acetabula. — [ctos. —
Synagrides mazosque et dentices rubris maculis distin-
Pretiosum elopem, (est autem hic alter quoque venalis,)
unum tantum, et illum Jupiter accepit, jussitque
pecuniam numerari in suum uxorisque usum pro altero. —
Erant ardeæ multæ cervicem longam inflexamque habentes
et tetraones semina legentes et splendidæ ficedulæ.

Coracini vero pupulis similes
pingues hippique leves et saxatiles et teneræ squillæ.
Pro
concha quam tellin vocamus, est autem caro suavissima. —
Æoliæ mugilesque et lingulacæ, inerant vero sciænæ. —
Neque enim vel congrorum quidquam pinguium vel murae-[narum aberat. —
Chalcides et canes sudesque et percas varias. —
Scorpionesque varii glaucique et lacerti pingues. —

HERCULES FURENS

Atqui ego coactus hæc omnia facio :
existimo autem neminem sua sponte neque miserum esse [nec noxam contrahere. —
Pygmæorum enim cohortis præfectus e scarabæis

τῶν μεζόνων, οὕς φαντι τὰν Αἴτναν ἔχειν.

(Scholl. Aristoph. Pac. 73 ubi pro vulgato πυγμαρίωνι λοχαγὸς requiritur quod edidi Πυγμαίων γὰρ λοχαγὸς. Præterea in μειζόνων et φασὶ τὴν Αἴτνην doricam dialectum restitui.)

ΘΕΑΡΟΙ.

Κιθάραι, τριπόδες, ἅρματα, τράπεζαι χαλκίαι,
χειρόνιβα, λοιβάσια, λεβῆτες χαλκίοι,
κρατῆρες, ὀδελοί· τοῖς γα μὰν ὑπωδέλοις
καὶ βαλλιαζόντεσσι τόσσον χρῆμ' ἔοι.

(Athen. IX, 408 D et VIII, 362 B. Legebatur κιθάρα quod cum Meinekio Exercit. in Athen. I p. 28 in κιθάραι mutavi, recepta simul ejusdem extremorum verborum καὶ λωτε βαλλίζοντες σιοσσον χρῆμα εἴη emendatione.)

Ὀσφύος τε περὶ κὴπιπλόου.

(Athen. III, 106 F. καὶ ἐπίπλου. cf. vs. 12)

ΚΥΚΛΩΨ.

Χορδαί τε ἁδύ, ναὶ μὰ Δία, χὠ κωλεός.

(Athen. IX, 366 A.)

Φέρ' ἐγχέας εἰς τὸ σκύφος.

(Athen. XI, 498 E.)

Ναὶ τὸν Ποτιδᾶν κοιλότερος ὅλμου πολύ.

(Herod. περὶ μονήρους λέξεως 10, 31 αἰνετὸν Ποτίδαν, quæ emendavit Meinekius Comic. Gr. II, p. 482. — ὅλμοῦ.)

ΚΩΜΑΣΤΑΙ Η ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Σηπίας τ' ἆγεν κυούσας περδίκας τε πετομένους.

(Athen. IX, 389 A. Codd. ἀγανεούσας; Dindorfius ἆγον νεούσας. Sed sensus flagitat ἆνεν κυούσας quod reposui.)

['Ἀλλ'] οὐδὲ ποτιθιγεῖν ἔτ' ἐγὼν τεῦς ἀξιῶ.

(Apollon. de Pronom. p. 96 A. οὐδέποτ' ἴοι γίνετ' ἐγὼν τεὺς ἀξιῶ, quæ correxit Ahrensius.)

ΛΟΓΟΣ ΚΑΙ ΛΟΓΙΝΝΑΣ.

Α. Ὁ Ζεύς μ' ἐκάλεσε Πέλοπί γ' ἔρανον ἱστιῶν.
Β. Ἦ παμπόνηρον ὄψον, ὦ τᾶν, ὁ γέρανος.
Α. Ἀλλ' οὔτι γέρανον, ἀλλ' ἔρανόν τοι νῦν λέγω.

(Athen. VIII, 338 D. ἑστιῶν. Vs. 125 ἔρανόν τοι νῦν λέγω rescripsi, quum in membranis omittatur νῦν.)

Οἳ τοὺς ἰάμβους καττὸν ἀρχαῖον τρόπον,
ὃν πρᾶτος εἰσαγήσαθ' Ὡριστόξενος....

(Hephæstio pag. 45 ed. Pors. qui addit : Ἀριστόξενος δὲ ὁ Σελινούντιος Ἐπιχάρμου πρεσβύτερος ἐγένετο ποιητής, οὗ καὶ αὐτὸς Ἐπίχαρμος μνημονεύει ἐν Λόγῳ καὶ Λογίννᾳ κτλ. Pro εἰσηγήσαθ' dorice scripsi εἰσαγήσαθ'.)

Ἀφύας τε χωρίδας τε καμπύλας.

(Athen. III, 106 E.)

ΜΕΓΑΡΙΣ.

Τὰς πλευρὰς οἷόν περ βατίς,
τὰν δ' ὀπισθίαν ἔχεις θαγάνεος οἷόν περ βάτος,
τὰν δὲ κεφαλὰν ὀστισῶν οἷόν περ ἔλαφος, οὐ βατίς,
τὰν δὲ λαπάραν σχορπίος πᾶς ἐστι παχύτερος τεοῦ.

(Athen. VII, 286 C. Vs. 130 codices : ἔχησθ' ἀτενὲς οἷον, Vs. 131. κεφαλὰν ὀστέων, Vs. 132 σχορπίος παῖς ἐπιθαλάττιός τε οὐ. Recepi Ahrensii conjecturas.)

Εὔυμνος, καὶ μουσικὰν ἔχουσα πᾶσαν, φιλόλυρος.

(Hephæstio pag. 14.)

Ὀρύα, τυρίδιον, κωλεοί, σφονδύλοι, τῶν δὲ βρωμάτων
οὐδέν.

---

majoribus, quos Ætnam insidere aiunt.

SPECTATORES.

Citharæ, tripodes, currus, æneæ mensæ,
trullæ, simpula olearia, lebetes ænei,
crateres, verucula : utinam profecto saltem obæratis
et comissantibus tantæ opes suppetant. —
De coxa et omento.

CYCLOPS.

Intestina suavia, per Jovem, et perna. —
Agedum infunde in scyphum. —
Næ per Neptunum multo magis cavus mortario.

COMISSATORES SIVE VULCANUS.

Afferebat sepias prægnantes ac volantes perdices. —
Sed ne attingere quidem amplius ego te volo. —

VERBUM ET VERBALIS.

A. Jupiter me vocavit quod Pelopi epulum dat.
B. Malum profecto obsonium, o amice, grus est.
A. At non gruem, sed epulum tibi nunc dico. —
Qui iambos ad antiquum modum,
quem primus docuit Aristoxenus, (composuerunt). —
Aphyasque et incurvas squillas.

MEGARIS.

Latera batidis instar,
at postremam partem habes qualem acuta raia,
caput vero quale quivis cervus, non batis,
quod autem ad ilia attinet, omnis scorpio te crassior est. —
Laude digna, omni doctrinæ genere perpolita, lyræ amans. —
Chorda, caseolus, pernæ, verticilli, ciborum autem
nihil.

(Athen. IX, 366 B. A corrigendis his verbis abstinui, nisi quod οὐδέν tanquam alterius versiculi initium pro οὐδὲ ἕν reposui.)

ΟΔΥΣΣΕΥΣ ΑΥΤΟΜΟΛΟΣ.

Δέλφακά τε τῶν γειτόνων
τοῖς Ἐλευσινίοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσα,
οὐχ ἑκών· καὶ ταῦτα δή με συμβολατεύειν ἔφα
τοῖς Ἀχαιοῖσιν προδιδόμεν τ' ὤμνυέ με τὸν δέλφακα.

(Athen. IX, 374 E. Etym. M. 255, 3. Zonar. p. 480 : ἀπώλεσας—ἔφη—προδιδόμην.)

Ἁ δ' ἀσυχία χαρίεσσα, γυνά,
καὶ σωφροσύνας πλατίον οἰκεῖ.

(Stob. Flor. LVIII, 7 ἡσυχία.)

Ποτιφόριμον τὸ τέμαχος ἦς, ὑπομελανδρυῶδες.

(Athen. III, 121 B.)

Ἀλλὰ καὶ ῥέζει τι χρῶμα.

(Etym. Or. 139, 4.)

ΠΕΡΙΑΛΛΟΣ.

Σεμέλα δὲ χορεύει
καὶ ὑπᾴδει σφιν σοφὸς κιθάρᾳ παριαμβίδας· ἃ δὲ γέγαθε
πυκινῶν κρεγμῶν ἀκροαζομένα.

(Athen. IV, 183 C. γεγαθεῖ, γεγάθη, item ὑπαλίσφιν quæ correxi.)

ΠΕΡΣΑΙ.

Χρυσὸν καὶ χαλκὸν ὀφείλων.

(Pollux IX, 92.)

ΠΙΘΩΝ.

Ἦ θύλακον
βόειον ἢ κοΐν φέρειν ἢ κωρυκίδα.

(Pollux X, 179. φέρειν ἀκωρίδα).

ΠΥΡΡΑ Η ΠΡΟΜΑΘΕΥΣ.

Τὰν τελλίναν, τὸν ἀναρίταν θᾶσαι δὴ καὶ λεπὰς ὅσσα.

(Athen. III, 86 A. κἂν (Dind. καὶ) τις Ἑλλήνων—τὸν ἄνδρι τ' ἂν (D. κἀναρίταν).

Πολλοὶ στατῆρες, ἀποδοτῆρες οὐδὲ εἷς.

(Etym. M. 725, 25. οὐδ' ἂν εἷς.)

Πύῤῥα γὰ μῶται Δευκαλίωνα.

(Etym. M. 589, 42. Libri Πύῤῥαν γε μῶ καὶ Δευκαλίωνα. Recepi Ahrensii emendationem.)

Κύλικα, μαγίδα, λύχνον.

(Pollux X, 82.)

ΣΕΙΡΗΝΕΣ.

Α. Πρωῒ μέν γ' ἀτενὲς ἀπ' ἀοῦς ἀφύας ἀποπυρίζομες
στρογγύλας καὶ δελφακίνας, ὀπτὰ κρέα, καὶ πωλύπους
καὶ γλυκύν γ' ἐπ' ὧν ἐπίομες οἶνον. Β. Οἴμοι μοι τάλας.
τρὶς ἅμα με καλέουσά κά τις καλὰ λέγοι· φεῦ τῶν κακῶν.
Α. Τόκα παρῆ τρίγλα τε μία παχεῖα χἀμίαι δύο
διατεταγμέναι μέσαι, φάσσαι τε τοσσαῦται παρῆν
σκορπίοι τε κἄγλαοὶ κοκκύγες, οὓς παρσχίζομες
πάντας, ὀπτάντες δὲ χἀδυνόντες αὐτοὺς χναύομες.

(Athen. VII, 277 F. — Vs. 157 codd. : περὶ σᾶμά με καλοῦσα κατίσκα λέγει (vel λέγοι), cujus loco Ahrensius proposuit quod recepi. Cf. Hom. Od. lib. IX, 65. Sequitur φοῦ τῶν

ULIXES TRANSFUGA.

Porcumque vicinorum
Eleusiniis servans mirabiliter perdidi,
invitus; atque hæc sane me pacisci dixit
cum Achivis et prodere me porcum juravit. —
Tranquillitas, o mulier, jucunda res est
et vicina temperantiæ. —
Utile erat salsamenti frustum, thunnino simile. —
Sed addit etiam colorem aliquem.

EXIMIUS.

Semela vero saltat
canitque ei cithara doctus periambides; hæc autem delectatur
peritos audiens pulsus.

PERSÆ.

Aurum et æs debens.

PITHON.

Aut saccum e bubulo corio
aut vas farinarium ex arborum corticibus factum aut peram gestare.

PYRRHA SIVE PROMETHEUS.

Vide vero quantus pectunculus, quanta cochlea, quanta etiam lepas sit. —
Multi debitores, redditores nulli. —
Pyrrha certe quærit Deucalionem. —
Calicem, magidem, lychnum.

SIRENES.

A. Mane quidem, certe continuo ab aurora, aphyas ex igne edimus
rotundas et porcellos, carnes assas, et polypos,
iisque dulcis vini potum addimus. B. Hei mihi misero.
Ter simul me vocans aliqua mulier recte dicat : Dii boni, quanta mala!
A. Tum aderat mullus unus pinguis duæque amiæ
in medio deinceps positæ, totidemque palumbes aderant
et scorpiones et splendidi coccyges, quos discindimus
omnes, assantes vero et condientes eos deglutimus.

χακῶν, quod converti in φεῦ τῶν χακῶν. — Vs. 158 libri : ὃ καὶ παρὰ τρίγλας τε καὶ πάχηα. Scribendum cum Ahrensio τόκα παρῆς τρίγλα τε μία παχεῖα. Extrema inde a κἄγλαοὶ adjeci ex Athen. VII, 309, ubi omissa fabulæ inscriptione afferuntur.)

ΣΚΙΡΩΝ.

καὶ παλινολεκίς.

(Pollux X, 87. Vulgo πηλινῶν λεκίς.)

Α. Τίς ἐστι μάτηρ; Β. σακίς. Α. τίς δ' ἐστὶν [πατήρ;
Β. σακίς. Α τίς ἀδελφεὸς δέ; Β. σακίς.

(Schol. Oxon. Aristoph. Pac. 185. μήτηρ— σηκίς ubique—τίς ἐστι πατήρ—ἀδελφός sine δέ.)

ΣΦΙΓΞ.

Ἀλλ' οὐχ ὁμοῖά γ' ἐρινεοῖσιν οὐδαμῶς.

(Athen. III, 76 C. ἐρινοῖς.)

Καὶ τὸ τᾶς Χιτωνίας αὐλησάτω τίς μοι μέλος.

(Stephanus Byz. s. v. Χιτώνη pag. 694 ed. Meinek. : Χιτώνη· οὕτως ἡ Ἄρτεμις λέγεται, καὶ Χιτωνία, ὡς Παρμένων ὁ Βυζάντιος καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Σφιγγί.)

ΤΡΩΕΣ.

Παντὸς ἐκ ξύλου κλῳός τέ κα γένοιτο καὶ θεός.

(Proverb. Coisl. 168. cf. Zenob. IV, 7 ἐκ παντὸς ξύλου κλῳὸς γένοιτ' ἄν.)

Ζεῦ ἄνα ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα.

(Macrob. Saturn. V, 20. ἄναξ. Ζεύς. Legendum Ζεῦ.)

ΦΙΛΟΚΤΗΤΑΣ.

Ἐν δὲ σκόροδα δύο καὶ γαθυλλίδες δύο.

(Athen. IX, 371 F.)

Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὅκχ' ὕδωρ πίῃς.

(Athen. XIV, 628 B. οὐχ ὕδωρ.)

Οὔτ' ἐν κάδῳ δηλοίμην οὔτ' ἐν ἀμφορεῖ.

(Pollux X, 71.)

ΧΕΙΡΩΝ.

Καὶ πιεῖν ὕδωρ διπλάσιον χλιαρόν, ἡμίνας δύο.

(Athen. XIV, 648 D, et XI, 479 A.)

ΧΥΤΡΑΙ.

Ἀλλ' ὅμως καλαὶ καὶ πῖοι ἄρνες εὑρησοῦντί μοι
δέκα νόμους πωλᾶ· τοίας γὰρ ἐντὶ τᾶς ματρός.

(Pollux IX, 79. εὑρήσουσι—δέ μοι καὶ νούμμους correxit Bentleius—πωλατιᾶς.)

Κάρυξ ἰὼν
εὐθὺς πρία μοι δέκα νόμων μόσχον καλάν.

(Pollux l. c. κῆρυξ—πριῶ—νούμμων.)

ΕΞ ΑΛΛΩΝ ΚΩΜΩΔΙΩΝ.

Α. Ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν χὑπελίπον οὐπώποκα·
τάδε δ' ἀεὶ πάρεσθ' ὁμοῖα, διὰ δὲ τῶν αὐτῶν ἀεί.
Β. Ἀλλὰ λέγεται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν [θεῶν.
Α. Πῶς δέ; ἀμάχανόν γ', ἀπό τινος εἶμεν ὅ, τι [πρᾶτον μόλοι.
οὐκ ἄρ' ἔμολε πρᾶτον οὐδὲν οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον
τῶνδέ γ' ὧν ἄμμες νυν ὧδε λέγομες. ἀλλ' τᾇδ' ἔχει.
αἱ ποτ' ἀριθμόν τις περισσόν, αἱ δὲ λῇς, τὸν ἄρτιον
ποτθέμεν λῇ ψᾶφον, ἢ δὶς τὰν ὑπάρχουσαν λαβεῖν,

SCIRON.

Et catinus fictilis. —
A. Quæ est mater? B. ancilla. A. Quis est pater?
B. ancilla. A. Quis vero frater? B. ancilla.

SPHINX.

Sed nequaquam caprificis quidem similia. —
Et Dianæ carmen aliquis mihi tibia canat.

TROES.

Ex omni ligno boja fiat et deus. —
Jupiter rex habitans Gargara nivosa.

PHILOCTETES.

Inter alia autem allia duo et gethya duo. —
Non est dithyrambus, quando aquam bibis.—
Neque in cado corruperim [aquam] neque in amphora.

CHIRON.

Et bibere duplam aquæ tepidæ partem, duas heminas.

TABERNÆ OLLARIÆ.

Sed tamen pulchræ agnæ et pingues agni mihi comparabunt
venditi decem nummos : talis enim sunt matris. —
Præco profectus
statim eme mihi decem nummis pulchram vitulam.

EX ALIIS COMŒDIIS.

A. Sed semper dii fuerunt neque unquam defecerunt;
hæc vero [rerum principia] sui semper similia sunt et per [eadem semper vigent.
B. Enimvero chaos primum deorum exstitisse fertur.
A. Quomodo vero? fieri certe nequit, ut quod primum [proveniat ab aliquo oriatur.
Nec igitur primum quidquam provenit neque per Jovem
eorum certe quæ nos hic dicimus. Sed res ita se habet.
Si quis ad numerum imparem, vel si vis, parem
addere velit numerum, vel præsentem bis sumere,

ἢ δοκεῖ κα τοι τόχ' αὐτὸς εἶμεν; B. Οὐκ ἐμὶν τάχα.
A. Οὐδὲ μὰν οὐδ' αἴ ποτὶ μέτρον παχυαῖον ποτθέμεν
λῇ τις ἅτερον μᾶκος, ἢ τοῦ πρόσθ' ἐόντος ἀποταμεῖν,
ἔτι χ' ὑπάρχοι κεῖνο τὸ μέτρον. B. Οὐ γάρ. A. Ὧδε νῦν ὅρη,
καὶ τὸς ἀνθρώπους· ὁ μὲν γὰρ αὔξεθ', ὁ δέ γα μὰν φθίνει,
ἐν μεταλλαγᾷ δὲ πάντες ἐντὶ πάντα τὸν χρόνον.
ὃ δὲ μεταλλάσσει κατὰ φύσιν κωὔποχ' ἐν τωὐτῷ μένει,
ἅτερον εἴη καὐτὸ δῆτα τοῦ παρεξεστακότος.
καὶ τὺ δὴ κἠγὼ χθὲς ἄλλοι καὶ νῦν ἄλλοι τελέθομες,
καὖθις ἄλλοι κωὔποχ' αὐτοὶ [τελέθομες] καττὸν λόγον.

(Diog. Laert. III, 10. Vs. 177 καὶ ὑπέλιπον. Vs. 180 πῶς δέ κ' ἀμήχανόν γ' ἀπό τινος μηδὲν ὅ, τι πρᾶτον correxit Hermannus. Vs. 182 τῶν δέ γ' ὧν ἄμμες νῦν ὧδε λέγωμεν, μέλλει τάδ' εἶναι codd.; recepi Hermanni emendationem. Vs. 184 ποτεθέμεν membranæ. Vs. 185 κάτοι καὶ ὁ αὐτός emendavit idem vir doctus. Vs. 186 οὐδὲ ποτὶ μέτρον παχὺ ἐόν aliquot libri; secuti sumus Ambrosium. Vs. 187 λῇ τις ἕτερον στεῤῥὸν μᾶχος codices prope omnes. Vs. 188 κ' ὑπάρχοι; alii libri χ' ὑπάρχοι. Vs. 189 τὼς ἀνθρώπως vel ἀνθρώπους membranæ, τὸς restituit Hermannus. Vs. 191 κοὔποκ'—ταὐτῷ. Vs. 192 ἕτερον—δή; scripsi cum Hermanno ἅτερον—δῆτα. Vs. 193 κἀγὼ libri, dorice κἠγὼ reposuit Ahrensius. Vs. 194 τελέθομες deest in membranis.)

A. Ἆρ' ἔστιν αὔλησίς τι πρᾶγμα; B. Πάνυ μὲν ὦν.
A. Ἄνθρωπος ὦν αὔλησις ἐστιν. B. Οὐδαμῶς.
A. Φέρ' ἴδω, τί δ' αὐλητάς; τίς εἶμέν τοι δοκεῖ;
ἄνθρωπος, ἢ οὐ γάρ; B. Πάνυ μὲν ὦν. A. Οὔκων δοκεῖ
οὕτως ἔχειν [τοι] καὶ περὶ τὠγαθοῦ; τό γα
ἀγαθόν τι πρᾶγμ' εἶμεν καθ' αὑθ'· ὅστις δέ κα
εἰδῇ μαθὼν τῆν', ἀγαθὸς ἤδη γινέται.
ὥσπερ γὰρ τὰν αὔλησιν αὐλητὰς μαθών,
ἢ ὄρχησιν ὀρχηστάς τις ἢ πλοκεὺς πλοκάν,
ἢ πᾶν γ' ὁμοίως τῶν τοιούτων, ὅ, τι τυ λῇς,
οὐκ αὐτὸς εἴη χ' ἁ τέχνα, τεχνικός γα μάν.

(Diog. Laert. III, 14. Vs. 202 ὥσπερ γὰρ εἰ τὴν vulgo quod correxi; αὔλησιν αὐτὸς μαθὼν jam emendavit Casaubonus. Vs. 205 οὐχ αὑτὸς Casaubonus recte in οὐκ αὐτὸς mutavit.)

Εὔμαιε, τὸ σοφόν ἐστιν οὐ καθ' ἓν μόνον,
ἀλλ' ὅσσα περ ζῇ, πάντα καὶ γνώμαν ἔχει.
καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τᾶν ἀλεκτορίδων γένος,
αἰ λῇς καταμαθεῖν ἀτενές, οὐ τίκτει τέκνα
ζῶντ', ἀλλ' ἐπῴζει καὶ ποιεῖ ψυχὰν ἔχειν.
τὸ δὲ σοφὸν ἁ φύσις τόδ' οἶδεν ὡς ἔχει
μόνα· πεπαίδευται γὰρ αὐταύτας ὑπό.

(Diog. Laert. III, 16. Vs. 207 ὅσα. Vs. 208 τῶν. Vs. 210 ἐπωάζει quæ jam mutavit Ahrensius. Vs. 212 αὖ ταύτας, in cujus locum Porsonus substituit αὐταύτας.)

Θαυμαστὸν οὐδὲν ἁμὲ ταῦθ' οὕτω λέγειν
καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκεῖν
καλῶς πεφύκειν. καὶ γὰρ ἁ κύων κυνὶ
κάλλιστον εἶμεν φαίνεται καὶ βοῦς βοΐ,
ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιστόν [ἐστιν], ὗς δ' ὑΐ.

(Diog. Laert. l. c. Vs. 213 θαυμαστὸν οὐδὲν

---

num tibi forte idem numerus tum manere videtur? B. Haud sane mihi.
A. Nec vero, si ad cubitalem mensuram addere
quis velit aliam quamdam longitudinem, aut ab ea quæ primum erat aliquam auferre,
adhuc eadem sit quæ prius mensura. B. Nempe nequaquam. A. Ita nunc considera
etiam homines; nam alius crescit, alius autem decrescit,
in mutatione vero omnes sunt per omne tempus.
Quod autem mutatur secundum naturam neque unquam in eodem statu permanet,
diversum fuerit et ipsum sane ab eo quod decessit.
Quin tu quoque et ego heri alii eramus, et nunc alii sumus,
et rursus alii erimus, neque unquam iidem sumus hac ratione. —
A. Estne tibiarum cantus res aliqua? B. Ita sane.
A. Homo igitur tibiæ cantus est. B. Minime.
A. Age videamus; tibicen quis tibi esse videtur?
homo an non? B. Maxime vero. A. Nonne igitur
hoc etiam tibi de bono videtur? bonum quidem
rem esse quæ per se ipsa exstet, quisquis autem
eam didicerit, bonum eum jam effici.
Sicut enim qui tibiarum cantum didicerit, tibicen,
aut qui saltare, saltator, aut qui texere, textor,
aut qui similiter quamlibet hujusmodi rem didicerit,
non ipse erit ars illa, sed artifex. —
Eumæe, sapientia non est res singularis tantum,
sed quæ vivunt omnia intellectu quoque valent.
Namque femineus gallinarum sexus,
si attente considerare vis, non parit pullos
vivos, sed incubat ova et calore animat.
Hæc autem sapientia ut sese habeat natura scit
sola; quippe ab hac ipsa erudita est. —
Nihil mirum est ita nos hæc dicere
et placere eos ipsis viderique
pulchre natos. Etenim canis cani
pulcherrimum animal esse videtur, et bos bovi,
asinus quoque asino pulcherrima res est, sus item sui.

ἐστί με codices; sed rectius cum Ahrensio ponitur ἁμέ. Vs. 215 πεφυκέναι libri, quod tueri licet scribenti καλῶς πεφυκέναι. κύων γὰρ καὶ κυνὶ, nisi quis Ahrensii conjecturam καλῶς πεφύκειν sequi mavult.)

Ὡς δ' ἐγὼ δοκέω—δοκέω γάρ, ὃ σαφὲς ἁμῖν τοῦθ' ὅτι
τῶν ἐμῶν μνάμα ποκ' ἔσσείται λόγων τούτων ἔτι·
καὶ λαβών τις αὐτὰ περιδύσας τὸ μέτρον, ὃ νῦν ἔχει
εἷμα δοὺς καὶ πορφύραν, λόγοισι ποικίλας καλοῖς
δυσπάλαιστος ὢν τοὺς ἄλλους εὐπαλαίστους ἀποφανεῖ.

(Diog. Laert. III, 17. δοκέω γὰρ σαφὲς ἄμμι emendavit Hermannus.)

A. Ἐκ μὲν θυσίας θοίνα,
ἐκ δὲ θοίνας πόσις ἐγένετο. B. Χαρίεν, ὥς γ' ἐμὶν δοκεῖ.
A. Ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένεθ' ὑανία,
ἐκ δ' ὑανίας δίκα, 'κ δίκας δ' ἐγένετο καταδίκα,
ἐκ δὲ καταδίκας πέδαι τε καὶ σφαλὸς καὶ ζαμία.

(Athen. II, 36 C. Vs. 223 θοίνη. Vs. 224 θοίνης—ὥς γέ μοι. Vs. 224-225 ἐγένετο θυανία et ἐκ δὲ θυανίας δίκη, quæ Meinekius correxit et supplevit Exerc. in Ath. I p. 3 seqq., nisi quod Dindorfius addidit δοκεῖ. Vs. 227 σφάκελος Bochartus bene convertit in σφαλός, quod sententia flagitat. Nos potius pluralem σφαλοὶ hic restituendum censeremus, si plures eo pœnæ genere affectos esse constaret. Sed hoc æque incertum est atque illud quod existimat Meinekius, Aristotelem Gener. anim. I, 18 hunc Epicharmi locum respexisse.)

A. Τί δὲ τάδ' ἐστί; B. Δηλαδὴ τρίπους. A. Τί μάν, ὃς πόδας ἔχει
τέτορας; οὐκ ἔστι τρίπους, ἀλλ' [ἐστίν], οἶμαι, τετράπους
B. Ἔστι δ' ὄνυμ' αὐτῷ τρίπους, τέτορας ἔχει γα μὰν πόδας.
A. Οἰδίπους τοίνυν ἀναφανδὸν τοῖον αἴνιγμά τὺ νοεῖς.

(Athen. II, 49 C. Vs. 231 in codicibus sic legitur: Οἰδίπους τοίνυν ποτ' ἦν, αἴνιγμά τοι νοεῖς. Posui quod huic loco convenire videbatur ἀναφανδὸν τοῖον et τύ.)

Καπυρὰ τρώγων κάρυ', ἀμυγδάλας.

(Athen. II, 52 A. καπυροτρώγονα κάρυα. Recepi Dindorfii conjecturam.)

[καὶ] φασήλους φῶγε θᾶσσον, αἴγ' ὁ Διόνυσος φιλεῖ.

(Athen. II, 56 A. αἴ χ'—φιλῇ. Legendum αἴγ'—φιλεῖ).

Ὤεα χανὸς κἀλεκτορίδων πετεηνᾶν.

(Athen. II, 57 D. πετεηνῶν.)

Πραΰτερος ἐγώνγα μολόχας.

(Athen. II, 58 D. ἔγωγε.)

Ὑγιέστερον φανέντα κολυκύντας πολύ.

(Athen. II, 59 C. τ' ἦν ἔτι emendavi participio φανέντα inserto.)

Οἷοναὶ μύκητες ἐξεσκληκότες πνιξεῖσθέ [με].

(Athen. II, 60 E. οἷον αἱ μύκαι (Dind. μύκαις) ἄρ' ἐπεσκληκότες. Ut metro et sententiæ satisfacerem scripsi μύκητες ἐξεσκληκότες addidique με.)

Τούτων ἁπάντων ἀκρίδας ἀνταλλασσόμαι,
κόγχων δὲ τὸν σέσιλον. B. Ἄπαγ' εἰς τὸν φθόρον.

(Athen. II, 63 C. ἀνταλλάσσονται quod correxit Erfurdtius.)

Τάς τ' ἐλαιοφυλλοφάγους κιχήλας.

(Athen. II, 64 F. ἐλαιοφιλοφάγους.)

Θρίδακος ἀπολελεμμένας τὸν καυλόν.

Ut autem ego puto (puto enim, quod nobis manifestum est),
horum sermonum meorum memoria olim erit;
quippe carmina ista aliquis sumta metro, quod nunc habent, exuens,
veste autem alia ornans et purpura, pulchrisque varians verbis
invictus ipse cæteros facile vincet. —
A. E sacrificio convivium,
e convivio compotatio orta est. B. Jucunda res, ut mihi quidem videtur.
A. E compotatione lascivia, e lascivia vero pugna orta est,
e pugna dica, e dica orta est damnatio,
e damnatione pedicæ et codex et mulcta. —
A. Quid hoc est? B. Nempe tripus. A. Quid tandem, qui pedes habet
quattuor? non est tripus, sed quadrupes, opinor, dicendus est.
B. At nomen est illi tripus, quattuor vero pedes habet.
A. Manifesto igitur Œdipus tale ænigma tu intelligis. —
Calidas edens nuces, amygdalas. —
Et phaselos comede citius, siquidem Bacchus amat. —
Ova anserum et gallinarum volatilium. —
Mitior equidem malva. —
Multo saniorem cucurbita visum. —
Tanquam fungi aridi me suffocabitis. —
Cum his omnibus locustas muto,
inter conchas autem sesilum. B. Abi in malam rem. —
Turdosque olivarum folia comedentes. —
Lactucæ delibratæ caulem.

(Athen. II, 68 F.)

Μάκων.....
μάραθα τραχέες τε κάκτοι, τοὺς σὺν ἄλλοις μὲν [φαγεῖν
ἐστὶ λαχάνοις. εἰς τὸ πῖον αἴκα τις ἐντρίψας καλῶς
παρτιθῇ νιν, ἁδύς ἐστ', αὐτὸς δ' ἐφ' αὑτοῦ χαιρέτω.

(Athen. II, 70 F. Vs. 243 τοὶ σὺν ἄλλοις μὲν φαγεῖν. Vs. 244 ἐντὶ—ἐκτρίψας. Vs. 245 παρατιθῇ νιν, ἁδύς ἐστιν, αὐτὸς δ' ἐπ' αὐτοῦ. Emendare locum jam aggressus erat Casaubonus qui ἐντρίψας et ἐφ' αὑτοῦ scripsit; cætera sententiæ convenienter refinxi.)

Θρίδακας, ἐλάταν, σχῖνον, ῥαφανῖδας, κάκτους.

(Athen. II, 71 A.)

Ὁ δέ τις ἀγρόθεν ἔοικε μάραθα καὶ κάκτους φέρειν,
ἴφυον, λάπαθον, ὀπόφυλλον, σκορόδιον, σέριδα,
δάκτυλον, πτέριν.....κάκτον, ὀνόπορδον.

(Athen. II, 71 A. Vs. 248-249 ὀπόφυλλον, σκορόδιον—δάκτυλον dedi ex Ahrensii conjectura pro membranarum lectionibus ὀτόστυλλον, σχόλιον—δράκτυλον. Sed quid ad versuum integritatem desit, admodum dubium est.)

Τὰ πρὸ τοῦ δύ' ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ἐγὼν ἀποχρέω.

(Athen. VII, 308 C, et VIII, 362 D.)

Ἀλλὰ καὶ σιγῆν ἀγαθόν, ὅκκα παρέοντι καῤῥόνες.

(Athen. VIII, 363 F.)

Σκώπας, ἐπόπας, γλαύκας.

(Athen. IX, 391 D.)

Νόος ὁρῇ καὶ νόος ἀκούει· τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

(Plutarch. Morall. p. 98 B, 336 B, 961 A, multique alii. Vulgo νοῦς ὁρᾷ.)

Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι, κῶρε, καὶ λάβε.

(Pseudoplato Axioch. p. 366 C, qui habet δός τι καὶ λάβε τι. Quare inserto κῶρε et abjecto altero τι versum redintegrare conatus sum. Sed Stobæus Flor. X, 13, 34 posteriorem partem sic exhibet: δός τι καὶ λάβοις τι, unde conjicias Epicharmum scripsisse: δός τι καὶ λάβοις τι, παῖ. At prior ratio præstat.)

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν [φρενῶν.

(Polyb. XVIII, 23, 4; Dio Chrysost. LXXIV, p. 636 ed. Morell.; Cicero ad Attic. I, 19 etc.)

Τῶν πόνων πωλοῦντι πάντα τἀγάθ' ἁμὶν τοὶ θεοί.

(Xenoph. Memorab. II, 1, 20; Stobæus Flor. I, 101, vulgo τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί.)

Ὦ πονηρὲ μὴ τὰ μαλακὰ μῶσο, μὴ τὰ σκλήρ' ἔχῃς.

(Xenophon et Stobæus l. c. μώεο.)

Ἐκ διαβολᾶς μῶμος ἐγένετο, πολλοῦ δ' ἐκ μώμου [μάχα.

(Versum finximus ex Aristot. de Gener. animal. I, 18: Ὡς Ἐπίχαρμος ποιεῖ τὴν ἐποικοδόμησιν, ἐκ τῆς διαβολῆς ἡ λοιδορία, ἐκ δὲ ταύτης ἡ μάχη. Cf. Rhet. I, 7 et Metaph. IV, 24.)

Ἀρτίως τε γὰρ λελέκται κεὐθὺς οὐ καλῶς ἔχον
φαίνεται.

(Aristot. Metaph. XII, 9 pag. 1086, a, ed. Bekker. καὶ εὐθέως φαίνεται. Transposui hæc cum Ahrensio.)

Θνατὰ χρὴ τὸν θνατόν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνατὸν [φρονεῖν.

(Aristot. Rhet. II, 21 omisso poetæ nomine.)

Τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ πὰρ τήνοις [ἐγών.

(Demetr. Phal. de Eloc. 24. παρὰ τήνοις.)

Οὐ φιλάνθρωπος τύγ' ἐσσ', ἔχεις νόσον, χαίρεις [διδούς.

(Plutarch. Poplic. c. 15 et de Garrul. p. 510 C.)

Papaver.....
marathrum et asper cactus, quem cum aliis quidem edere
oleribus licet. Adipi si quis interens bene
eum apponat, suavis est, ipse vero per se valeat. —
Lactucas, elaten, scillam, raphanos, cactos. —
Hic autem ex agro afferre videtur fœniculum, cactos,
iphyon, lapathum, laserpitii semen, allium, seridem,
dactylum, filicem.....cactum, onopordum. —
Quæ antea duo viri dicebant, [ad hæc dicenda] ego unus [sufficio.—
Sed et silere utile est, quando præstantiores adsunt. —
Asiones, upupas, noctuas. —
Mens videt, mens audit, reliqua sunt surda et cæca. —
Manus manum lavat; da aliquid, puer, et accipe. —
Sobrius sis et memineris diffidere; nervi hi sunt pru- [dentiæ. —
Laboribus omnia bona nobis dii vendunt. —
O improbe, noli mollia aucupari, ne dura tibi accidant.—
E calumnia orta est reprehensio gravique ex reprehen- [sione pugna.—
Quum primum enim dictum est, statim illud non recte [se habere
apparet. —
Mortalia oportet mortalem, non immortalia mortalem [sapere. —
Aliquando quidem inter illos eram, aliquando vero apud [illos. —
Non humanus tu quidem es, morbo laboras, libenter das.—

Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη κἀπῆνθεν, ὅθεν ἦνθεν,
[πάλιν,
γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμ' ἄνω. τί τῶνδε χαλεπόν;
[οὐδὲ ἕν.

(Plutarch. Consol. ad Apoll. p. 110, A. καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε. Vs. 264 πνεῦμα δ' ἄνω.)

Αἴτε τι ζατεῖ σοφόν τις, νυκτὸς ἐνθυμητέον.

(Cornutus de Nat. deor. c. 14 pag. 54 ed. Osann. (ζητεῖ) his præmissis : Τούτου δ' ἕνεκεν καὶ ἐπὶ ἐννέα νύκτας λέγεται συγγενόμενος ὁ Ζεὺς τῇ Μνημοσύνῃ γεννῆσαι αὐτάς [τὰς Μούσας]· καὶ γὰρ τῆς ἐν νυκτὶ ζητήσεως δεῖ πρὸς τὰ κατὰ παιδείαν. Εὐφρόνην γὰρ οἱ ποιηταὶ οὐ δι' ἄλλο τι τὴν νύκτα ἐκάλεσαν, καὶ Ἐπίχαρμος αὐτίκα φησίν κτλ.)

Πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται.

(Cornutus de Nat. deor. l. c.)

Γνῶθι πῶς ἄλλῳ κεχρήται.

(Cicero ad Q. fr. III, 1, 7. Videndum esse ait Epicharmus, quomodo quis erga alios se gesserit, antequam cum eo amicitiam faciamus.)

Οὐ λέγειν τύγ' ἐσσὶ δεινός, ἀλλὰ σιγῆν ἀδύνατος.

(A. Gell. Noct. Att. I, 15. σιγᾶν.)

Οὐ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν
[σοφόν.

(Stob. Floril. I, 14.)

Μὴ 'πὶ μικροῖς αὐτὸς αὑτὸν ὀξύθυμον δείκνυε.

(Ibid. XX, 8. Alibi hic versus Menandro tribuitur. Vid. Meinek. Com. Gr. IV p. 291.)

Ἐπιπολάζειν οὔτι χρὴ τὸν θυμόν, ἀλλὰ τὸν νόον.

(Ibid. XX, 9. νόμον vulgo ; correxit Ahrensius.)

Οὐδὲ εἷς οὐδὲν μετ' ὀργᾶς κατὰ τρόπον βουλεύεται.

(Ibid. XX, 10. ὀργῆς.)

Ἁ δὲ μελέτα φύσιος ἀγαθᾶς πλέονα δωρεῖται φί-
[λοις.

(Ibid. XXIX, 54 et Apostol. I, 52. πλεῦνα.)

Ο τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων ἀγαθός, οἷς δὲ καὶ
[κακός.

(Ibid. XXXVII, 16.)

Τίς δέ κα λῴη γενέσθαι μὴ φθονούμενος, φίλοι·
δῆλον ὡς ἄπηρος οὐδείς ἐσθ' ὁ μὴ φθονούμενος.
τυφλὸν ἠλέησ' ἰδών τις, ἐφθόνησε δ' οὐδὲ εἷς.

(Ibid. XXXVIII, 21. Vs. 275 τίς δ' ἐγκαλοίη. Vs. 276 ἄπηρος proposuit Meinekius pro vulgata scriptura ἀνὴρ γάρ.)

Οὐδὲν ἐν γαίᾳ κλεινᾷ γυναικὸς βαρύτερον πέλει·
οἶδ' ὁ συντυχὼν βεβαίως, μακάριος δ' ὃς ἀγνοεῖ.

(Ibid. LXVIII, 9. Inserui ad explendos versus ἐν—πέλει et βεβαίως.)

Τὸ δὲ γαμεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύ-
[βους
ἀπὸ τύχας βαλεῖν· ἐὰν μὲν γὰρ λάβῃς τεταγμέναν
τοῖς τρόποις καὶ τἄλλ' ἄλυπον, εὐτυχήσεις τῷ
[γάμῳ·
εἰ δὲ καὶ φιλέξοδόν τε καὶ λάλον καὶ δαψιλῆ,
οὐ γυναῖχ' ἕξεις, διὰ βίου δ' ἀτυχίαν κοσμουμέναν.

(Ibid. LXIX, 17. τύχης — τεταγμένην, pro quibus dorice τύχας et τεταγμέναν scripsi.)

Σώφρονος γυναικὸς ἀρετὰ τὸν συνόντα μὴ 'δικεῖν.

(Ibid. LXXIV, 37. ἄνδρα omisi cum Valckenario.)

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ἀποδεδειγμένος τόπος,
ὃς ἢ πονηροὺς πάντας ἢ χρηστοὺς ποιεῖ.

Concretum erat et discretum est, rediitque unde venerat
terra in terram, spiritus sursum. Quid ex his acerbum
[est? Nihil. —
Sive quis eruditum quid quærit, hoc noctu in animo volu-
[tandum est. —
Omnia seria noctu citius reperiuntur. —
Cognosce, quemadmodum alio usus fuerit. —
Tu quidem non dicendo vales, sed tacere non potes. —
Non re facta, sed multo ante deliberandum est viro sa-
[pienti.—
Ne tu te ipsum ob res leves iracundum exhibeas. —
Non iram, sed mentem superare convenit. —
Nemo iratus quidquam recte deliberat —.
Cæterum diligens industria plus donat amicis quam bonum
[ingenium. —
Ipsa hominibus indoles vel bonus vel malus genius est.—
Quis autem, amici, nolit alios sibi invidere?
manifestum est incolumem neminem esse, cui non invi-
[deatur.
Cæcum aliquis conspicatus misericordia commovetur, in-
[vidia nemo tangitur.—
Nihil in inclyta terra muliere gravius est :
certo scio expertus, felix ille qui ignorat. —
Uxorem ducere idem prope est quod ter senas aut tres tes-
[seras
fortuito jacere : nam si compositam moribus
acceperis ac cætera non molestam, felix matrimonio inito
[eris;
at si frequenter exeuntem domo, loquacem et sumtuosam
[duxeris,
non uxorem habebis, sed ornatum per vitam infortunium.—
Bonæ uxoris virtus est conversantem maritum non offen-
[dere.—
Nullus est locus usquam definitus,
qui aut improbos omnes reddat aut probos.

(Ibid. LXXVII, 7.)

Πνίγομ', ὅταν εὐγένειαν οὐδενῶν κακῶς
λέγῃ τις, αὐτὸς δυσγενὴς ὢν τῷ τρόπῳ·
τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία;

(Ibid. XC, 8. οὐδὲν ὤν.)

Πρὸς δὲ τοὺς πέλας πορεύου λαμπρὸν ἱμάτιον ἔχων,
καὶ φρονεῖν πολλοῖσι δόξεις οὐ φρενῶν τυχὼν ἴσως.

(Append. Stob. Gaisf. IV p. 381, 10 ed. Lips. Vs. 291 δὲ inseruit Welckerus. Vs. 292 δόξεις τυχὸν ἴσως codex; scripsi cum Halmio οὐ φρενῶν τυχὼν ἴσως.)

Ἀποθανεῖν οὐ λῶ, τεθνάκειν οὐδὲ ἕν μοι διαφέρει.

(Sext. Empir. I, 273. ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει, unde versum composuit Ahrensius comparato Cicerone Tusc. I, 8, cujus verba in interpretatione retinuimus.)

Ἀσκοὶ φύσις ἐστ' ἀνθρώπων πεφυσιωμένοι.

(Orion. Anth. II, 3. Theodoret. de fide I p. 15 Sylb., Clem. Al. Strom. IV p. 584 ed. Pott., Anecd. Oxon. IV, 254, 25. φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι. Mutavi hæc quemadmodum versus ratio flagitare videbatur.)

Εὐσεβὴς νόῳ πεφυκὼς οὐ πάθοις κ' οὐδὲν κακὸν
κατθανών· ἄνω τὸ πνεῦμα διαμενεῖ κατ' οὐρανόν.

(Clemens Alex. Strom. IV p. 640 Potter. νῷ — γ' οὐδέν — διαμένει.)

Οὐδὲν ἐκφεύγει τὸ θεῖον· τοῦτο γινώσκειν τυ δεῖ·
αὐτὸς ἐσθ' ἁμῶν ἐπόπτας, ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεός.

(Ibid. V p. 708. Euseb. Præp. Ev. XIII p. 674 ed. Viger. Theodoret. Serm. VI p. 88 ed. Sylb.)

Ὦ θύγατερ, αἰαῖ τᾶς τύχας τᾶς τεῦ κ' ἐμεῦ κακᾶς
ὅς συνοικίζων νέῳ σ' ὤλεσσα πολὺ παλαιτέραν.
Ὁ μὲν γὰρ ἄλλαν λῇ λαβεῖν νεανίδα,
ἄλλον δ' ἄλλη μαστεύει τινά.

(Clemens Alex. Strom. VI p. 740: Αἰαῖ τύχας συνοικίζων με ὦ σεσσαπολατερα — ἄλλην δῆτα λαμβάνει. Versus restituit Ahrensius, nisi quod ego vs. 299 explevi.)

Ὡς πολὺν ζήσων χρόνον χὠς ὀλίγον διανοοῦ.

(Ibid. VI p. 744.)

Ἐγγύας ἄτα 'στι θυγάτηρ, ἐγγύα δὲ ζαμίας.

(Ibid. VI p. 749. ἐγγύα ἄτας correxit Ahrensius.)

Καθαρὸν αἴκα νόον ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμ' ἐσσὶ καθαρός.

(Ibid. VII, 844. καθαρὸν τὸν νοῦν ἐὰν ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμα καθαρὸς εἶ.)

Εὐσεβὴς βίος μέγιστον ἐφόδιον θνατοῖς πέλει.

(Boissonad. Anecd. I p. 125. θνητοῖς ἐστί, quod emendavi.)

Ὁ κακὸς θαρρεῖ μάλ' ἄπωθεν, ἔπειτα δὲ φεύγει.

(Scholl. Iliad. η, 93, Eustath. 667, 52. ὁ τοι κακὸς — αὐτόθεν.)

Αἴκα τὺ βλείης σφενδόνᾳ.

(Scholl. Iliad. ν, 288. Cf. Ahrens. de dial. dor. p. 338.)

Ἔνθα δέος, ἐνταῦθα καὶ αἰδώς.

(Schol. Soph. Aj. 1074. καὶ αἰδώς.)

Γυναικάνδρεσσι ποθεινοί.

(Schol. Iliad. θ, 527; Eustath. 727, 50.)

Παιδὶ τεοῦ.

(Apollon. de pron. 96 B.)

Τρὶς ἀπεδόθη ζοός.

Pæne suffocor, quum quis nobilitatem contemnens ei
maledicit, ipse moribus ignobilis:
quid enim commercii speculo cum cæco? —
Ad alios autem abi splendida veste indutus; [prudentia sit.
tum sapere multis videberis, quamvis nulla fortasse in te
—Emori nolo, sed me esse mortuum nihil æstumo.—
Natura humana utribus inflatis similis est.—
Si pia mente sis, nihil mali tibi accidat
mortuo; supra spiritus in cœlo permanebit.—
Nihil effugit numen divinum: hoc te intelligere oportet;
ipse noster est inspector, nihil autem non potest Deus.—
O filia, heu fortunam tibi mihique adversam,
qui te multo majorem natu juveni collocans perdidi.
Iste enim aliam puellam ducere vult,
alium vero nescio quem alia expetit.—
Ut longa et ut brevi vita fruiturus, ita animatus esto.—
Sponsionis filia est noxa, sponsio vero mulctæ.—
Si purum animum habeas, toto corpore purus es.—
Vita pie sancteque acta maximum mortalibus præsidium [est.—
Ignavus longe remotus (ab hostibus) bono animo est, deinde [fugit.—
Si tu funda vulneratus fueris.
Ubi metus, ibi etiam reverentia.—
Viris effeminatis exoptati.—
Filio tuo.—
Ter redditus est vivus.—

(Herodianus περὶ μονήρους λέξεως 41, 3.)

Φρὺξ ἀνὴρ πλαγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος.

(Suidas, Mich. Apostol. XX, 37, Greg. Cypr. V, 95.)

Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

(Suidas s. v. τὰ Ταντάλου.)

315 Σοφώτερος σοφοῦ.

(Suidas l. c.)

Μόρων νέον τὸ φυτόν.

(Phot. s. v. συκάμινα.)

Ἐν πέντε κριτᾶν γούνασι κεῖται.

(Zenob. III, 64. Suidas.)

Ἀγρὸν τὰν πόλιν ποιεῖς.

(Diogenian. II, 47. τήν.)

Σικελὸς ὀμφακίζεται.

(Zenob. V, 84.)

320 Βάσσον τὸ χωρίον.

(Etym. Gud. 301, 9. cf. Etym. Magn. 191, 8, Herodianus περὶ μονήρους λέξεως 37, 11.)

Ἅμα τε λόγων ἄκουσας ἡδύμων. . . .

(Etym. Magn. 420, 48; Zonaras p. 975.)

Καὶ τᾶς κλεινᾶς Συρακοῦς.

(Etym. Magn. 736, 26. Strabo VIII p. 364. cf. Schneidew. Conjectan. pag. 73.)

Θωσούμεθ', ὃ Ζεὺς ἀναρύει.

(Bekker. Anecdot. 417, 20 et Bachmann. Anecd. I, 113, 3. θωσούμεθα ὁ Ζεὺς ἐναρύει. cf. Bekker. Anecd. 417, 6 : τὸ γὰρ θύειν ἀναρύειν. Suidas : ἀναρύει ἀντὶ τοῦ θύει καὶ σφάττει· Εὔπολις.)

Ἀγλευκές ἐστ' ἄνθρωπος.

(Anecd. Oxoniens. I, 85, 20.)

Phryx verberatus melior fit et promptior minister.—
Bonorum glomi.—
Sapientior sapiente.—
Novella mororum planta.—
In quinque judicium potestate est.—
Ex urbe rus efficis.—
Siculus uvas adhuc immaturas legit.—
Lætius solum.—
Simulatque jucundos sermones audivisti. . . .—
Et nobilium Syracusarum.—
Epulabimur quod Jupiter mactat.—
Homo injucunda res est.

DE CLEANTHE.

Cleanthes, Phanii (1) filius, Assius (2), adolescens Athenas venit, ubi philosophiæ amore incensus per undeviginti annos Zenonem Citieum audivit. Sed quum subito e pugile sapientiæ studiosus factus vitam primum in egestate degeret, noctu e puteo aquam haurire ac manuum mercede inopiam tolerare solebat. Quæ res contemtum ei attulit, ut pro Cleanthe Phreantles vocaretur. At multo majore malo, ingenii tarditate (3), laborabat, quam studiorum laboribus et meditandi diuturnitate tandem ita vicit, ut magistro in porticu Atheniensi succederet. Itaque discipulorum etiam frequentia celebratus est, quorum nemo clarior fuit quam Chrysippus. Neque vero publicis solum disputationibus prodesse discipulis studuit, sed scriptorum etiam multitudine ac varietate, quæ a Diogene Laertio VII, 174-175 aliisque veterum memorantur. In horum titulis qui sunt prope sexaginta accurate recensendis operam ponere post J. Alb. Fabricium Bibl. Græc. III p. 551 seq. ed. Harl. nolumus, siquidem hujus aliorumque virorum doctorum diligentia nihil fere nobis reliquum hac in re fecit.

Jam si quærimus, qualis quantusque philosophus Cleanthes fuerit, difficile est, omnibus ejus libris amissis, ex æquo et bono de eo judicare. Id tantum apparet hominem, cujus animi acies paulo obtusior esset (4), in magistri decretis perstitisse, neque multum ad Stoicorum doctrinam perficiendam attulisse. In libris quos de diis confecerat (5), teste Cicerone (6), tum ipsum mundum deum esse dicebat, tum totius naturæ menti atque animo hoc nomen tribuebat : tum ultimum et altissimum atque undique circumfusum et extremum omniaque cingentem et complexum ardorem, quem ætherem nominarent, certissimum deum judicabat.

Idem vero quasi delirans in libris Epicureorum voluptati (7) oppositis modo formam quamdam et speciem deorum finxit, modo omnem divinitatem astris tribuit, modo nihil ratione divinius esse arbitratus est. Quid? quod aliis locis solem dominari et rerum potiri statuit (8). Sed melius eum de deorum numine sensisse argumento est hymnus in Jovem scriptus apud Stobæum Eclog. Phys. I, 2, 12, quem infra posui. Cæterum *esse* Deum diligenter demonstrare conabatur, dialecticorum more ratiocinans sive interrogans (συνερωτῶν), ut

(1) Diogenes Laertius VII, 168 : Κλεάνθης Φανίου, Ἄσσιος. Οὗτος πρῶτον ἦν πύκτης, ὥς φησιν Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς. Ἀφικόμενος δὲ εἰς Ἀθήνας, τέσσαρας ἔχων δραχμάς (καθά φασί τινες) καὶ Ζήνωνι παραβαλὼν ἐφιλοσόφησε γενναιότατα, καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἔμεινε δογμάτων. Διεβοήθη δὲ ἐπὶ φιλοπονίᾳ, ὅς γε πένης ὢν ἄγαν ὥρμησε μισθοφορεῖν· καὶ νύκτωρ μὲν ἐν τοῖς κήποις ἤντλει, μεθ' ἡμέραν δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἐγυμνάζετο· ὅθεν καὶ Φρεάντλης ἐκλήθη. Suidas : Κλεάνθης, Φανίου, Ἄσσιος, μαθητὴς Κράτητος, εἶτα Ζήνωνος, οὗ καὶ διάδοχος γέγονε, διδάσκαλος δὲ τοῦ φιλοσόφου Χρυσίππου. Οὗτος πρότερον ἦν πύκτης, ἐλθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας ἠράσθη φιλοσοφίας καὶ τοσοῦτον γέγονε φιλόπονος, ὥστε δεύτερος Ἡρακλῆς κληθῆναι· μὴ ἔχων γὰρ ὅθεν τραφείη, τὰς μὲν νύκτας ἤντλει ὕδωρ μισθῷ, καὶ μεθ' ἡμέραν τοῖς μαθήμασι καὶ τοῖς βιβλίοις ἐσχόλαζεν· ὅθεν ἐπωνομάσθη καὶ Φρεάντλης.

(2) Stephanus Byzantius s. v. Ἀσσός, πόλις Λυδίας κτλ. Ἐκ δὲ τῆς Ἀσσοῦ Κλεάνθης ἦν ὁ στωικὸς φιλόσοφος, διάδοχος τῆς σχολῆς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως, ἣν καταλέλοιπε Χρυσίππῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἄσσιος καὶ Ἀσσεύς. Cf. Strab. XIII p. 610 ed. Cas.

(3) Diogenes VII, 170 : Ἦν δὴ πονικὸς μὲν, ἀφύσικος δὲ καὶ βραδὺς ὑπερβαλλόντως.

(4) Diogenes Laertius lib. VII, 37 : Κλεάνθης, Φανίου Ἄσσιος, ὁ διαδεξάμενος τὴν σχολήν· ὃν καὶ ἀφωμοίου ταῖς σκληροκήροις δέλτοις, αἳ μόλις μὲν γράφονται, διατηροῦσι δὲ τὰ γραφέντα. Plutarchus libro Περὶ τοῦ ἀκούειν paulo aliter : Ὥσπερ ὁ Κλεάνθης καὶ ὁ Ξενοκράτης βραδύτεροι δοκοῦντες εἶναι τῶν συσχολαστῶν, οὐκ ἀπεδίδρασκον ἐκ τοῦ μανθάνειν, οὐδ' ἀπέκαμνον, ἀλλὰ φθάνοντες εἰς ἑαυτοὺς ἔπαιζον, ἀγγείοις τε βραχυστόμοις καὶ πινακίσι χαλκαῖς ἀπεικάζοντες, ὡς μόλις μὲν παραδεχόμενοι τοὺς λόγους, ἀσφαλῶς δὲ καὶ βεβαίως τηροῦντες.

(5) Diogenes Laertius lib. VII, 175 Περὶ θεῶν. Harpocration v. Λέσχαι. Plutarchus de vitando ære alieno c. 7 : Κλεάνθην δὲ βασιλεὺς Ἀντίγονος ἠρώτα, διὰ χρόνου θεασάμενος ἐν ταῖς Ἀθήναις· ἀλεῖς ἔτι Κλέανθες; ἀλῶ, φησίν, ὦ βασιλεῦ, ὃ ποιῶ ἕνεκα τοῦ ζῆν, μόνον δὲ ἀποστῆναι μηδὲ φιλοσοφίας βουλόμενος. Ὅσον τὸ φρόνημα τοῦ ἀνδρός, ἀπὸ τοῦ μύλου καὶ τῆς μάκτρας πεπτούσῃ χειρὶ καὶ ἀλούσῃ γράφειν περὶ θεῶν, καὶ σελήνης, καὶ ἄστρων καὶ ἡλίου.

(6) Cicero de Nat. deor. lib. I, 14.

(7) Diogenes Laertius lib. VII, 87 et 175 Περὶ ἡδονῆς. Citatur Cleanthes a Clemente Strom. II p. 417 ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἡδονῆς. Libros *contra voluptatem* scriptos appellat Cicero de Natur. deor. I, 14. Vid. adn. 13.

(8) Cicero Quæst. Acad. II, 41. Diogenes Laertius lib VII, 139 : Τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου Κλεάνθης φησὶ τὸν ἥλιον.

locus a Sexto Empirico servatus (9) probat (10). Huc accedit quod M. Tullius (11) auctor est Cleanthem putasse quattuor modis formatas in animis hominum deorum esse notiones. Unum esse credidit eum modum qui est susceptus ex præsensione rerum futurarum. Alterum ex perturbationibus tempestatum et reliquis motibus exsistere. Tertium ex commoditate rerum quas percicipimus et copia oriri. Quartum ex astrorum ordine cœlique constantia nasci. Porro idem scriptor (12) memoriæ prodit, Cleanthem duorum sensuum, tactûs et oculorum, testimonio ostendere voluisse, sidera tota esse ignea. Sic autem ait : «Solis candor illustrior est, quam ullius ignis, qui in immenso mundo tam longe lateque colluceat : et is ejus tactus est, non ut tepefaciat solum, sed etiam sæpe comburat. Quorum neutrum faceret, nisi esset igneus. Ergo quum sol igneus sit oceanique alatur humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo possit permanere, necesse est aut similis sit igni, quem adhibemus ad usum atque victum, aut ei qui corporibus animantium continetur. Atque hic noster ignis quem usus vitæ requirit confector est et consumtor omnium, idemque, quocumque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. Contra ille corporeus, vitalis et salutaris, omnia conservat, alit, auget, sustinet sensuque afficit. Negat ergo esse dubium, horum ignium sol utri similis sit, quum is quoque efficiat, ut omnia floreant et in suo quæque genere pubescant. » Præterea ejus de fato sententia perspici potest e versibus qui sunt apud Epictetum Enchir. c. 52 (vid. vs. 67–70) et quos Seneca Epist. 107 in hunc modum latine vertit :

Duc me parens celsique dominator poli,
quocumque placuit. Nulla parendi mora est;
assum impiger. Fac nolle : comitabor gemens :
ducunt volentem fata, nolentem trahunt,
malusque patiar, quod pati licuit bono.

« Sic vivamus, addit Seneca, sic loquamur. Paratos nos inveniat atque impigros fatum. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit : at contra ille pusillus ac degener, qui obluctatur et de ordine mundi male existimat, et emendare mavult deos quam se. » Quum autem Stoici finem bonorum virtutem esse contenderent, solebat Cleanthes ad incutiendum Epicureis pudorem talem fere tabulam verbis pingere (13). Sedet voluptas pulcherrimo vestitu et ornatu regali insignis in solio : præsto sunt virtutes, ut ancillulæ, quæ nihil aliud agunt quam ut voluptati ministrent, ad aurem tantum eam admonentes, ut caveat ne quid faciat imprudens quod hominum animos offendat, aut quidquam e quo dolor aliquis oriatur. Huc etiam referendus Stobæi locus Floril. VI, 37 (vid. fragm.) ubi legimus Cleanthem dixisse, si finis esset voluptas, tanquam malum hominibus datam esse prudentiam. Quid vero de ardore mentis ad gloriam (vss. 39–42), de corporis gaudiis (vs. 43-44), de bono (vs. 45–55), de cupiditate rationi contraria (vss. 56–59), de calumnia (vss. 60–62), de turpium rerum appetitu (vss. 63-64), de silentio (Stob. Flor. XXXIII, 8), de eruditione (Stob. Flor. IV, 90), de jurejurando præceperit, indicio sunt ea quæ subjunxi fragmenta. Quid præterea docuerit, id est, quæ ei cum reliquis Stoicis communia fuerint dogmata, fusius exponere ab hoc loco alienum est. Vitam octogenarius inedia finivit (14). Qua de re etiam nunc exstat memorabile ejus dictum (15), quod scriptorum reliquiis adjeci.

Hymnum quo Jovis potentiam celebravit Cleanthes primus publici juris fecit Fulvius Ursinus post Fragmenta novem feminarum et Lyricorum Antverpiæ anno 1568, deinde cum aliis quibusdam Stoici fragminibus Henr. Stephanus edidit in Poesi philosophica pag. 49–52 et pag. 124-127. Eumdem hymnum inter Gnomicos poetas Græcos recensuit Rich. Phil. Brunckius Argentorati 1784, apposita triplici interpretatione, latina Jac. Duporti, gallica Bougainvillii, italica Pompeji. Hi

(9) Vide inter locos soluta oratione scriptos.

(10) Unde *spiras Cleanthis* et *contorta Chrysippi* jungit S. Hieronymus I in Rufin.

(11) Cicero de Natur. deor. lib. III, cap. 7. Cf. lib. II, cap. 5.

(12) Id. de Nat. deor. lib. II, cap. 15.

(13) Cicero de Finibus bon. et mal. lib. II, 21. Augustinus de Civit. Dei V, 20.

(14) Diogenes Laertius lib. VII, 176 : Καὶ τελευτᾷ τόνδε τὸν τρόπον· διῴδησεν αὐτῷ τὸ οὖλον· ἀπαγορευσάντων δὲ τῶν ἰατρῶν, δύο ἡμέρας ἀπέσχετο τροφῆς καί πως ἔσχε καλῶς, ὥστε τοὺς ἰατροὺς αὐτῷ πάντα τὰ συνήθη συγχωρεῖν, τὸν δὲ μὴ ἀνασχέσθαι, ἀλλ' εἰπόντα ἤδη αὐτῷ προωδοιπορῆσθαι, καὶ τὰς λοιπὰς ἀνασχόμενον τελευτῆσαι, ταὐτὰ Ζήνωνι (καθά φασί τινες) π' ἔτη βιώσαντα, καὶ ἀκούσαντα Ζήνωνος ἔτη ἐννεακαίδεκα. Ad undecentesimum annum pervenisse eum scribit Lucianus in Longævis his verbis : Κλεάνθης δὲ ὁ Ζήνωνος μαθητὴς καὶ διάδοχος. Ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα οὗτος γεγονὼς ἔτη, φύμα ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους· καὶ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ παρ' ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, προσενεγκάμενος τροφήν, καὶ πράξας περὶ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποσχόμενος αὖθις τροφῆς ἐξέλιπε τὸν βίον. Similiter Valerius Maximus lib. VIII cap. 7 : Te quoque, inquit, Cleanthe, tam laboriose haurientem, et tam pertinaciter tradentem sapientiam numen ipsius industriæ suspexit : quum adolescentem quæstu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam sustentantem, diurno Chrysippi præceptis percipiendis vacantem, eumdemque ad undecentesimum annum attenta cura erudientem auditores tuos videret. Duplici enim labore unius sæculi spatium occupasti, incertum reddendo, discipulusne an præceptor esses laudabilior.

(15) Apud Stobæum Floril. VII, 54.

enim omnes Cleanthis carmen versibus elegantissimis reddere tentarunt. Neque vero postea homines eruditi illud poematium vel divulgare vel illustrare destiterunt. Nam Fred. Guil. Sturzius Lipsiæ 1785, H. Cludius Gottingæ 1786 publicavit, C. Petersenius Hamburgi 1829 adnotationibus instructum emisit. Adde quod Thomas Gaisfordius in nova Joannis Stobæi Eclogarum physicarum et ethicarum editione Oxonii anno 1850 adornata de hoc quoque hymno bene meruit.

Verum nemo exstitit qui omnia Cleanthis fragmenta ab Henr. Stephano olim promulgata repeteret et interpretaretur. Itaque ego longo intervallo Stephanum imitatus Cleantheæ sapientiæ memoriam renovavi, fragmentorum numerum auxi ipsaque fragmina inspectis nostræ ætatis doctrinæ præsidiis et instrumentis recognovi. Denique ne quid deesset, quod ad hujus libri institutum pertinet, Stoici philosophi carmina et effata in latinam linguam transtuli.

ΚΛΕΑΝΘΟΥΣ
ΕΠΗ.

CLEANTHIS
CARMINA.

Ὕμνος εἰς Δία.

Κύδιστ' ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατὲς αἰεὶ
Ζεῦ, φύσεως ἀρχηγέ, νόμου μέτα πάντα κυβερνῶν,
χαῖρε· σὲ γὰρ πάντεσσι θέμις θνητοῖσι προσαυδᾷν.
Ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμέν, ἑνὸς μίμημα λαχόντες
μοῦνον, ὅσα ζώει τε καὶ ἕρπει θνήτ' ἐπὶ γαῖαν.
Τῷ σε καθυμνήσω, καὶ σὸν κράτος αἰὲν ἀείσω.
Σοὶ δὴ πᾶς ὅδε κόσμος ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν
πείθεται, ᾗ κεν ἄγῃς, καὶ ἑκὼν ὑπὸ σεῖο κρατεῖται·
τοῖον ἔχεις ὑποεργὸν ἀνικήτοις ἐνὶ χερσὶν
ἀμφήκη, πυρόεντα, ἀειζώοντα κεραυνόν.
Τοῦ γὰρ ὑπὸ πληγῆς φύσεως πάντ' ἐρρίγασιν,
ᾧ σὺ κατευθύνεις κοινὸν λόγον, ὃς διὰ πάντων
φοιτᾷ, μιγνύμενος μεγάλοις μικροῖς τε φάεσσιν,
ὡς τόσσος γεγαώς, ὕπατος βασιλεὺς διὰ παντός.
Οὐδέ τι γίγνεται ἔργον ἐπὶ χθονὶ σοῦ δίχα, δαῖμον,
οὔτε κατ' αἰθέριον θεῖον πόλον, οὔτ' ἐνὶ πόντῳ,
πλὴν ὁπόσα ῥέζουσι κακοὶ σφετέρῃσιν ἀνοίαις.
Ἀλλὰ σὺ καὶ τὰ περισσὰ ἐπίστασαι ἄρτια θεῖναι,
καὶ κοσμεῖν τὰ ἄκοσμα, καὶ οὐ φίλα σοὶ φίλα ἐστίν.
Ὧδε γὰρ εἰς ἓν ἅπαντα συνήρμοκας ἐσθλὰ κακοῖσιν,
ὥσθ' ἕνα γίγνεσθαι πάντων λόγον αἰὲν ἐόντα,
ὃν φεύγοντες ἐῶσιν ὅσοι θνητῶν κακοί εἰσι,
δύσμοροι, οἵ τ' ἀγαθῶν μὲν ἀεὶ κτῆσιν ποθέοντες
οὔτ' ἐσορῶσι θεοῦ κοινὸν νόμον, οὔτε κλύουσιν,
ᾧ κεν πειθόμενοι σὺν νῷ βίον ἐσθλὸν ἔχοιεν.
Αὐτοὶ δ' αὖθ' ὁρμῶσιν ἄνευ καλοῦ ἄλλος ἐπ' ἄλλα,
οἱ μὲν ὑπὲρ δόξης σπουδὴν δυσέριστον ἔχοντες,
οἱ δ' ἐπὶ κερδοσύνας τετραμμένοι οὐδενὶ κόσμῳ,
ἄλλοι δ' εἰς ἄνεσιν καὶ σώματος ἡδέα ἔργα,
σπεύδοντες μάλα πάμπαν ἐναντία τῶνδε γενέσθαι.
Ἀλλὰ Ζεῦ πάνδωρε, κελαινεφές, ἀρχικέραυνε,
ἀνθρώπους ῥύοιο ἀπειροσύνης ἀπὸ λυγρῆς,
ἣν σύ, πάτερ, σκέδασον ψυχῆς ἄπο, δὸς δὲ κυρῆσαι
γνώμης, ᾗ πίσυνος σὺ δίκης μέτα πάντα κυβερνᾷς,
ὄφρ' ἂν τιμηθέντες ἀμειβώμεσθά σε τιμῇ,
ὑμνοῦντες τὰ σὰ ἔργα διηνεκές, ὡς ἐπέοικε
θνητὸν ἐόντ', ἐπεὶ οὔτε βροτοῖς γέρας ἄλλο τι μεῖζον,
οὔτε θεοῖς, ἢ κοινὸν ἀεὶ νόμον ἐν δίκῃ ὑμνεῖν.

(Stobæus Eclog. phys. lib. I cap. 2, 12, tom. I p. 13-14 ed. Gaisford. Vs. 3 πάντεσσι conjecit Scaliger; πᾶσι codices. — Vs. 4 ἤχου μίμημα librorum lectio est quam mutavi in ἑνὸς μίμημα. — Vs. 5 μοῦνον Ursinus, vulgo μοῦνοι. — Vs. 7 σοὶ δὴ Scaliger; σοὶ δὲ codd. — Vs. 9 ἐνὶ χερσὶν Brunckius; ὑπὸ χερσὶν codices. — Vs. 13

Hymnus in Jovem.

Gloriosissime immortalium, celebratissime, semper omni-
[potens
Jupiter, naturæ auctor, certa lege omnia gubernans,
salve; te enim alloqui omnibus mortalibus licet.
Nam tua progenies sumus, unius imaginem sortiti
solam, quotquot vivimus atque incedimus per terram
[mortales.
Quapropter te canam tuamque potentiam perpetuo cele-
Tibi profecto totus hic mundus qui terram ambit [brabo.
paret, quoquo agis, et volens a te regitur.
Adeo habes obsequens invictis in manibus
fulmen utrimque acutum, igneum, semper vivum.
Hujus enim ictu percussa omnis natura horrescit,
quo tu moderaris mentem communem, quæ omnia
pervadit, mixta parvis magnisque luminibus,
ut tantus rerum dominus summusque omni tempore rex.
Neque ulla res fit in terris sine te, Deus,
neque in æthereo divinoque cœlo, neque in mari, [titur.
nisi quantum nequitiæ ab improbis suâ amentiâ admit-
Sed tu etiam imparia scis paria reddere,
et ornare inornata, atque ingrata tibi grata sunt.
Ita enim in unum cuncta coegisti bona cum malis,
ut una omnium mens eaque immortalis oriatur, [sunt,
quam fugiendo missam faciunt quicumque mortalium mali
miseri, qui bonorum quidem possessionem semper exo-
[ptantes
neque intuentur communem Dei legem, neque audiunt,
cui obtemperantes prudenter vitam honestam degerent.
Ipsi autem inhoneste alius ad alia prorumpunt,
hi indomita gloriæ cupiditate flagrantes,
illi indecenter ad dolos fraudesque conversi,
alii lasciviæ et corporis gaudiis dediti,
properantes omnino contraria his assequi.
Sed Jupiter omnium largitor, atras efficiens nubes, fulmi-
[nis moderator,
homines miserabili ignorantia liberes,
quam tu, pater, ex animis pelle et concede ut conse-
[quamur
intelligentiam, qua fretus tu juste omnia gubernas,
ut honorati honore te remuneremur,
carminibus facta tua perpetuo celebrantes, quemadmodum
[decet
hominem, quoniam neque mortalibus ullum aliud majus
[donum contigerit
nec diis quam si communem legem semper juste celebremus.

μεγάλοις μικροῖς τε φάεσσιν Brunck; μεγάλων μικροῖσι φάεσσιν libri. — Vs. 16 ἐνὶ πόντῳ Brunck.; ἐπὶ πόντῳ membranæ. — Vs. 21 ἐόντα vulgo; alii ἐόντων. —Vs. 26 αὖθ' Cod. Augustanus; vulgo αὖ. — Vs. 29-30. Inter ἠδέα ἔργα et σπεύδοντες in membranis quibusdam legitur ἐπ' ἄλλο τε δ' ἄλλα φέροντες quod hemistichium cum Brunckio omisi. — Vs. 32 ῥύοιο conjecit Brunckius; in libris ῥύου.)

ἈΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

Μὴ πρὸς δόξαν ὅρα, ἐθέλων σοφὸς αἶψα γενέσθαι,
μηδὲ φοβοῦ πολλῶν ἄκριτον καὶ ἀναιδέα δόξαν.
Οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν, οὔτε δικαίαν,
οὔτε καλήν· ὀλίγοις δὲ παρ' ἀνδράσι τοῦτο κεν [εὕροις.

(Clemens Alex. Strom. V p. 554 A. Καὶ ἡ Κλεάνθους δὲ τοῦ Στωϊκοῦ φιλοσόφου ποιητικὴ ὧδέ πως τὰ ὅμοια γράφει κτλ.)

Πόρναις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
δαπάναις ἐπιτρῖψαι.

(Plutarchus Moral. p. 889 A. Cf. Eurip. Phœn. vs. 21 : ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς εἴς τε βακχεῖον πεσών.)

Τἀγαθὸν ἐρωτᾷς μ' οἷόν ἐστ', ἄκουε δή·
Τεταγμένον, δίκαιον, ὅσιον, εὐσεβές,
κρατοῦν ἑαυτοῦ, χρήσιμον, καλόν, δέον·
αὐστηρόν, αὐθέκαστον, αἰεὶ συμφέρον·
ἄφοβον, ἄλυπον, λυσιτελές, ἀνώδυνον,
ὠφέλιμον, εὐάρεστον, ἀσφαλές, φίλον,
ἔντιμον, ὁμολογούμενον, * * * *
εὐκλεές, ἄτυφον, ἐπιμελές, πρᾶον, σφοδρόν,
χρονιζόμενον, ἄμεμπτον, αἰεὶ διαμένον.
Ἀνελεύθερος πᾶς ὅστις εἰς δόξαν βλέπει,
ὡς δὴ παρ' ἐκείνης τευξόμενος καλοῦ τινος.

(Clemens Alex. Admonit. ad Gentes pag. 35 : Κλεάνθης δὲ ὁ Πισαδεύς, ὁ ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλόσοφος, ὃς οὐ θεογονίαν ποιητικήν, θεολογίαν δὲ ἀληθινὴν ἐνδείκνυται, οὐκ ἀπεκρύψατο τοῦ θεοῦ πέρι ὅ, τι περ εἶχε φρονῶν· τἀγαθὸν ἐρωτᾷς κτλ. Ἐνταῦθα σαφῶς (οἶμαι) διδάσκει ὁποῖός ἐστιν ὁ θεός, καὶ ὡς ἡ δόξα ἡ κοινὴ καὶ ἡ συνήθεια τοὺς ἑπομένους αὐταῖν, ἀλλὰ μὴ τὸν θεὸν ἐπιζητοῦντας ἐξηνδραποδιζέσθην. Pro Πισαδεὺς Menagius ad Diog. Laert. VII, 168 legi vult Ἀσσεύς. Post ὁμολογούμενον posui lacunæ signa cum Scaligero apud Stephanum Poes. phil. p. 217.)

Λ. Τί ποτ' ἔσθ' ὅ, τι βούλει, Θυμέ; τοῦτό μοι [φράσον.
Θ. Ἔχω, Λογισμέ, πᾶν ὃ βούλομαι ποιεῖν.
Λ. Βασιλικόν ἐστι. Πλὴν ὅμως εἰπὸν πάλιν.
Θ. Ὧν ἂν ἐπιθυμῶ, ταῦθ' ὅπως γενήσεται.

(Galenus de placitis Hippocr. et Plat. lib. V, 170 : Τὴν μὲν τοῦ Κλεάνθους γνώμην ὑπὲρ τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς ἐκ τῶνδε φαίνεσθαί φησι τῶν ἐπῶν [ὁ Ποσειδώνιος]· τί ποτ' ἔσθ' κτλ. Ταυτὶ τὰ ἀμοιβαῖα Κλεάνθους φησὶν εἶναι Ποσειδώνιος, ἐναργῶς ἐνδεικνύμενος τὴν περὶ τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς γνώμην αὐτοῦ, εἴγε δὴ πεποίηκε τὸν Λογισμὸν τῷ Θυμῷ διαλεγόμενον ὡς ἕτερον ἑτέρῳ. Colloquuntur igitur Ratio et Cupiditas. Vs 57 ἔχω λογισμὸν codd.; ἔχω, Λογισμέ, correxit Wyttenbachius Opusc. II p. 271. Vs. 58. βασιλικόν γε membranæ; βασιλικόν ἐστι scripsi metri causa. — Vs. 59 ὡς ἂν ἐπιθυμῶ libri mss., sed requiritur ὧν ἂν ἐπιθυμῶ quod textui inserui.)

Κακουργότερον οὐδὲν διαβολῆς ἐστί πω·
λάθρᾳ γὰρ ἀπατήσασα τὸν πεπεισμένον
μῖσος ἀναπλάττει πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον.

(Stobæus Floril. XLII, 2.)

Ὅστις ἐπιθυμῶν ἀνέχετ' αἰσχροῦ πράγματος,

FRAGMENTA.

Ne ad gloriam specta, sapiens celeriter fieri volens,
neve iniquam gravemque et vehementem multorum de te [sententiam reformida.
Etenim multitudo neque perite judicat neque juste,
neque ex æquo et bono; in paucis vero hominibus hoc [animadvertas. —
Meretricibus se dare corpusque in morbum delapsum
dispendio exhaurire. —
Rogas me quale sit bonum; audi igitur.
Compositum, justum, sanctum, pium,
continens se, utile, honestum, necessarium;
austerum, rigidum, semper conducibile;
intrepidum, tristitiæ expers, fructuosum, vacuum dolore,
commodum, placitum, tutum, gratum,
honorificum, confessum, * * * *
gloriosum, modestum, diligens, mansuetum, acre,
diuturnum, inculpatum, semper permanens.
Illiberalis est quicumque ad gloriam spectat,
nempe ex illa aliquid honesti consecuturus. —
R. Quidnam est quod vis, Cupiditas? hoc mihi dic.
C. Possum, o Ratio, facere quidquid volo.
R. Regium quidem id est. Nihilominus tamen dic rursus.
C. Quæcumque desidero, hæc curabo ut fiant. —
Nihil quidquam est malitiosius calumnia.
Hæc enim ubi clam aliquem ad credendum adductum de- [cepit,
odium concitat in eum qui nihil commeruit. —
Quicumque rem turpem concupiscere sustinet,

οὗτος ποιήσει τοῦτ', ἐὰν καιρὸν λάβῃ.

(Stobæus Floril. VI, 19.)

Πόθεν ποτ' ἄρα γίγνεται μοιχῶν γένος;
ἐκ κριθιῶντος ἀνδρὸς ἐν ἀφροδισίοις.

(Stobæus Floril. l. c.)

Ἄγετε δή μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύγ' ἡ Πεπρωμένη,
ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος·
ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω,
κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

(Epictet. Man. cap. 52 [cap. 77 p. 328 ed. Salmas.] cf. Diss. IV, 1, 131; 4, 34. Scripsi ἄγετε δή μ' ὦ; vulgo ἄγε δή με ὦ, quod nonnulli in ἄγου δέ μ' ὦ mutarunt. Latine vertit Seneca hos versus Epist. 107.)

Χωρία καταλογάδην γεγραμμένα.

Ὁ δὲ Κλεάνθης οὕτως συνηρώτα·

Εἰ φύσις φύσεώς ἐστι κρείττων, εἴη ἄν τις ἀρίστη φύσις· εἰ ψυχὴ ψυχῆς ἐστι κρείττων, εἴη ἄν τις ἀρίστη ψυχή· καὶ εἰ ζῷον τοίνυν κρεῖττόν ἐστι ζῴου, εἴη ἄν τι κράτιστον ζῷον· οὐ γὰρ εἰς ἄπειρον ἐκπίπτειν πέφυκε τὰ τοιαῦτα. Ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἡ φύσις ἐδύνατο ἐπ' ἄπειρον αὔξεσθαι κατὰ τὸ κρεῖττον, οὔθ' ἡ ψυχή, οὔτε τὸ ζῷον. Ἀλλὰ μὴν ζῷον ζῴου κρεῖττόν ἐστιν, ὡς ἵππος χελώνης, εἰ τύχοι, καὶ ταῦρος ὄνου, καὶ λέων ταύρου. Πάντων δὲ σχεδὸν τῶν ἐπιγείων ζῴων καὶ σωματικῇ καὶ ψυχικῇ διαθέσει προέχει τε καὶ κρατιστεύει ὁ ἄνθρωπος. Τοίνυν κράτιστον ἂν εἴη ζῷον καὶ ἄριστον. Καὶ οὐ πάνυ τι ὁ ἄνθρωπος κράτιστον εἶναι δύναται ζῷον· οἷον εὐθέως ὅτι διὰ κακίας πορεύεται τὸν πάντα χρόνον, εἰ δὲ μή γε τὸν πλεῖστον. Καὶ γὰρ εἴποτε περιγένοιτο ἀρετῆς, ὀψὲ καὶ πρὸς ταῖς τοῦ βίου δυσμαῖς περιγίνεται· ἐπίκηρόν τ' ἐστὶ καὶ ἀσθενὲς καὶ μυρίων δεόμενον βοηθημάτων, καθάπερ τροφῆς καὶ σκεπασμάτων καὶ τῆς ἄλλης τοῦ σώματος ἐπιμελείας, πικροῦ τινος τυράννου τρόπον ἐφεστῶτος ἡμῖν καὶ τὸν πρὸς ἡμέραν δασμὸν ἀπαιτοῦντος, καὶ εἰ μὴ παρέχοιμεν ὥστε λούειν αὐτὸ καὶ ἀλείφειν καὶ περιβάλλειν καὶ τρέφειν, νόσους καὶ θάνατον ἀπειλοῦντος. Ὥστε οὔτε τέλειον ζῷον ὁ ἄνθρωπος, ἀτελὲς δὲ καὶ πολὺ κεχωρισμένον τοῦ τελείου. Τὸ δὲ τέλειον καὶ ἄριστον κρεῖττον μὲν ἂν ὑπάρχοι ἀνθρώπου καὶ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς συμπεπληρωμένον καὶ παντὸς κακοῦ ἀνεπίδεκτον. Τοῦτο δὲ οὐ διοίσει Θεοῦ. Ἔστιν ἄρα Θεός.

(Sextus Empiricus adv. Math. IX, 88.)

Κλεάνθης ἔλεγεν, εἰ τέλος ἐστὶν ἡ ἡδονή, πρὸς κακοῦ τοῖς ἀνθρώποις τὴν φρόνησιν δεδόσθαι.

(Stobæus Floril. VI, 37. Posui δεδόσθαι cum Meinekio; vulgo δίδοσθαι.)

Κλεάνθης ἐρωτώμενος πῶς ἄν τις εἴη πλούσιος, ειπεν· εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν εἴη πένης.

(Stobæus Floril. XCII, 25.)

Κλεάνθης, ὑπὸ γλώττης ἕλκους αὐτῷ γενομένου, τὴν τροφὴν οὐκ ἐδύνατο παραπέμπειν· ὡς δὲ ῥᾷον ἔσχε καὶ ὁ ἰατρὸς αὐτῷ τροφὴν προσήγαγεν « σὺ δέ με » ἔφη « βούλει ἤδη τὸ πλέον τῆς ὁδοῦ κατανύ-

---

is etiam faciet eam, opportunitatem nactus. —
Unde tandem nascitur adulterorum genus?
E viro in rebus venereis lasciviente. —
Ducite me, o Jupiter, tuque Sors,
quocumque a vobis destinatus sum;
nam impigre certe sequar: quodsi nolo,
malus factus nihilominus sequar.

Loci soluta oratione scripti.

Cleanthes sic interrogabat:

Si natura naturæ præstat, fuerit optima quædam natura: si anima animæ præstat, fuerit optima quædam anima, ac si porro animal animali præstantius est, fuerit præstantissimum aliquod animal. Neque enim naturâ ita comparatum est, ut talia in infinitum procedant. Quemadmodum igitur ne natura quidem poterat in infinitum præstantiâ crescere, sic neque anima, neque animal. Atqui animal animali præstantius est, ut equus testudine, verbi gratia, et taurus asino et leo tauro. Sed omnibus prope terrestribus animantibus corporis animique affectione præstat et antecellit homo. Ergo præstantissimum fuerit animal et optimum. At non omnino potest homo præstantissimum esse animal. Exempli gratia, quia semper vitiis deditus est, nisi forte diutissime. Etenim si quando virtutis compos fiat, sero et circa vitæ finem compos fit: estque animal caducum et infirmum sexcentarumque rerum auxilio indigens, velut victu cultuque et reliqua corporis cura, quod importuni tyranni in morem nobis præpositum est et sublucanum tributum exigit, ac nisi id ita exhibeamus, ut lavemus et ungamus et vestiamus et nutriamus, morbos et mortem nobis minatur. Itaque non perfectum animal homo est, sed imperfectum longeque a perfecto remotum. Perfectum vero et optimum præstantius quidem homine fuerit et omnibus virtutibus ornatum omnisque mali immune. Hoc autem non differet a Deo. Est ergo Deus.

Cleanthes dicebat, si finis esset voluptas, tamquam malum hominibus datam esse prudentiam.

Cleanthes quærenti, quomodo quis dives evadere posset, respondit: Si cupiditatum fuerit inops.

Cleanthes sub lingua ulcere ei enato cibum nequibat transmittere: quum vero melius se haberet cibumque ei medicus adhiberet: « Tu vero me, inquit, vis majore

σαντα ἀναστρέφειν, εἶτα πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς τὴν αὐτὴν ἔρχεσθαι; » καὶ ἐξῆλθεν τοῦ βίου.

(Stobæus Floril. VII, 54.)

Σιωπῶντος τοῦ Κλεάνθους, ἐπεί τις ἔφη « τί σιγᾷς; καὶ μὴν ἡδὺ τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν », « Ἡδύ, ἔφη, ἀλλ' ὅσῳ ἥδιον, τοσῷδε μᾶλλον αὐτοῦ τοῖς φίλοις παραχωρητέον. »

(Stobæus Floril. XXXIII, 8.)

Κλεάνθης ἔφη τοὺς ἀπαιδεύτους μόνῃ τῇ μορφῇ τῶν θηρίων διαφέρειν.

(Stobæus Floril. IV, 90.)

Κλεάνθης ἔφη τὸν ὀμνύοντα ἤτοι εὐορκεῖν ἢ ἐπιορκεῖν καθ' ὃν ὄμνυσι χρόνον. Ἐὰν μὲν γὰρ οὕτως ὀμνύῃ ὡς ἐπιτελέσων τὰ κατὰ τὸν ὅρκον, εὐορκεῖν, ἐὰν δὲ πρόθεσιν ἔχων μὴ ἐπιτελεῖν, ἐπιορκεῖν.

(Stobæus Floril. XXVIII, 14.)

---

jam viæ parte superata reverti, deinde denuo eamdem ab initio ingredi? » atque e vita excessit.

Quum tacente Cleanthe aliquis dixisset : Tu quid taces? Atqui jucundum est cum amicis sermocinari. Jucundum quidem, respondit Cleanthes, sed quo jucundius est, eo magis hac re amicis cedere oportet.

Cleanthes dixit rudes homines sola forma a bestiis differre.

Cleanthes dixit jurantem eo ipso quo jurat tempore sancte jurare aut pejerare. Nam si ita juret tamquam facturus quæ interposito jurejurando pollicetur, religiose jurare, sin eo consilio, ut non faciat, pejerare.

DE LINO.

Lini (1) nomine tres iique antiquissimi in veterum scriptis memorantur. Eorum unus fuit Chalcidensis (2), Mercurii et Psamathes filius, vel ut alii voluerunt, ab Apolline et Terpsichore genitus, vel si Pausaniæ fides est, Amphimari et Uraniæ Musæ soboles. Alter, qui cum illo commutatur sæpe et permiscetur, Thebanus Ismenii filius fuit. Tertius denique Linus Narcissus ab Eustathio ad Iliad. lib. XVIII, 570, p. 1223, superioribus adjungitur. Primus quum musicæ scientia cæteris mortalibus antecelleret, adeo ut ipsi Apollini conferre se auderet, ab hoc deo interfectus est. Similis Thebano contigit sors. Qui quum præstantissimus et poeta et musicus esset, ab Hercule (3) occisus ejusque mors a Musis lugubri cantu defleta esse fertur. Sunt tamen qui Thebanum etiam ab Apolline trucidatum perhibeant. Utcumque est, tradunt (4) eum mundi originem adumbrasse a tali carminis initio orsum :

Ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει

(1) Conf. Fabric. Bibl. Græc. I pag. 110-114 ed. Harl.; L. Ambroschii de Lino disputationem, Berolini 1829; Welckeri Script. minor. I, p. 8 seqq. Clintonis Fast. Hellen. I, pag. 341-343; Hermanni Opusc. V, p. 199 sqq.

(2) Suidas : Λίνος Χαλκιδεύς, Ἀπόλλωνος καὶ Τερψιχόρης, οἱ δὲ Ἀμφιμάρου καὶ Οὐρανίας, οἱ δὲ Ἑρμοῦ καὶ Οὐρανίας. Apollinis filium facit etiam Virgilius Eclog. V, 57, ejusdem dei et Psamathes filium Conon apud Photium in Bibliotheca, Apollodorus υἱὸν Οἰάγρου κατ' ἐπίκλησιν Ἀπόλλωνος. Pausanias lib. IX, 29, 6 : Λέγεται δὲ ὡς ὁ Λίνος οὗτος παῖς μὲν Οὐρανίας εἴη καὶ Ἀμφιμάρου τοῦ Ποσειδῶνος, μεγίστην δὲ τῶν τε ἐφ' αὐτοῦ καὶ ὅσοι πρότερον ἐγένοντο λάβοι δόξαν ἐπὶ μουσικῇ, καὶ ὡς Ἀπόλλων ἀποκτείνειεν αὐτὸν ἐξισούμενον κατὰ τὴν ᾠδήν. Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Λίνου τὸ ἐπ' αὐτῷ πένθος διῆλθεν ἄρα καὶ ἄχρι τῆς βαρβάρου πάσης, ὡς καὶ Αἰγυπτίοις ᾆσμα γενέσθαι Λίνον· καλοῦσι δὲ τὸ ᾆσμα Αἰγύπτιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ Μανέρων. Οἱ δὲ Ἕλλησιν ἔπη ποιήσαντες, Ὅμηρος μέν, ἅτε ᾆσμα Ἕλλησιν ὂν ἐπιστάμενος τοῦ Λίνου τὰ παθήματα, ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως ἔφη τῇ ἀσπίδι ἄλλα τε ἐργάσασθαι τὸν Ἥφαιστον καὶ κιθαρῳδὸν παῖδα ᾄδοντα τὰ ἐς Λίνον (Iliad. XVIII, 570, ubi legendum λίνον)·

Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε, Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν.

Πάμφως δέ, ὃς Ἀθηναίοις τῶν ὕμνων ἐποίησε τοὺς ἀρχαιοτάτους, οὗτος ἀκμάζοντος ἐπὶ τῷ Λίνῳ τοῦ πένθους Οἰτόλινον ἐκάλεσεν αὐτόν. Σαπφὼ δὲ ἡ Λεσβία τοῦ Οἰτολίνου τὸ ὄνομα ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Πάμφω μαθοῦσα Ἄδωνιν ὁμοῦ καὶ Οἰτόλινον ᾖσεν. Θηβαῖοι δὲ λέγουσι παρὰ σφίσι ταφῆναι τὸν Λίνον, καὶ ὡς μετὰ τὸ πταῖσμα τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ τὸ Ἑλληνικὸν Φίλιππος ὁ Ἀμύντου κατὰ δή τινα ὄψιν ὀνείρατος τὰ ὀστᾶ ἀνελόμενος τοῦ Λίνου κομίσειεν ἐς Μακεδονίαν· ἐκεῖνον μὲν δὴ αὖθις ἐξ ἐνυπνίων ἄλλων ὀπίσω τοῦ Λίνου τὰ ὀστᾶ ἐς Θήβας ἀποστεῖλαι, τὰ δὲ ἐπιθήματα τοῦ τάφου, καὶ ὅσα σημεῖα ἄλλα ἦν, ἀνὰ χρόνον φασὶν ἀφανισθῆναι. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλα τοιάδε ὑπὸ Θηβαίων, ὡς τοῦ Λίνου τούτου γένοιτο ὕστερον ἕτερος Λίνος καλούμενος Ἰσμηνίου, καὶ ὡς Ἡρακλῆς ἔτι παῖς ὢν ἀποκτείνειεν αὐτὸν διδάσκαλον μουσικῆς ὄντα. Ἔπη δὲ οὔτε ὁ Ἀμφιμάρου Λίνος οὔτε ὁ τούτου γενόμενος ὕστερον ἐποίησαν· ἢ καὶ ποιηθέντα ἐς τοὺς ἔπειτα οὐκ ἦλθεν. Cf. Orig. contr. Cels. I p. 14, infra adn. 6.

(3) Ælianus Var. Hist. lib. III cap. 32 : Τὸν γὰρ Ἡρακλέα ὁ Λίνος ἔτι παῖδα ὄντα κιθαρίζειν ἐπαίδευεν· ἀμουσότερον δὲ ἁπτομένου τοῦ ὀργάνου ἐχαλέπηνε πρὸς αὐτὸν ὁ Λίνος. Ὁ δὲ ἀγανακτήσας ὁ Ἡρακλῆς τῷ πλήκτρῳ τοῦ Λίνου καθίκετο, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Eustathius ad Iliad. XVIII, 570, pag. 1223 : Λίνος εἶδος ᾠδῆς κατὰ Ἀρίσταρχον ἢ ὕμνου, ὡς καὶ ὁ παιὰν καὶ ὁ διθύραμβος. Ὠνόμασται δὲ Λίνος τὸ τοιοῦτον ᾠδικὸν εἶδος, ἢ ὡς μετὰ λίνου ἤτοι χορδῆς ᾀδόμενος, ἢ ἀπό τινος Λίνου ἀνδρὸς ἥρωος. Φασὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ ποιημάτιόν τι ἐπὶ τῷ Λίνῳ εἶναι, ὃ Σφαῖρα μὲν καλεῖται, εἰς Ὀρφέα δὲ ἀναφέρεται. Φιλόχορος δὲ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεθῆναι τὸν Λίνον φησί, διότι πρῶτος τὸν Λίνον καταλύσας χορδῇ ἐχρήσατο εἰς μουσικῆς ὄργανον. Ἐτάφη δὲ ἐν Θήβαις, καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ τῶν ποιητῶν θρηνώδεσιν ἀπαρχαῖς. Hesiodus ibid. :

Οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτε Λίνον πολυήρατον υἱόν,
ὃν δὴ ὅσοι βροτοί εἰσιν ἀοιδοὶ καὶ κιθαρισταί,
πάντες μὲν θρηνοῦσιν ἐν εἰλαπίναις τε χοροῖς τε,
ἀρχόμενοι δὲ Λίνον καὶ λήγοντες καλέουσι.

Vetus epigramma :

Ὦ Λίνε πάντα θεοῖσι τετιμένε, σοὶ γὰρ ἔδωκαν
ἀθάνατοι πρώτῳ μέλος ἀνθρώποισιν ἀείδειν
ἐν ποδὶ δεξιτερῷ, Μοῦσαι δέ σε θρήνεον αὐταὶ
μυρόμεναι μολπῇσιν, ἐπεὶ λίπες ἡλίου αὐγάς.

Herodotus II, 79 : Τοῖσι (Αἰγυπτίοισι) ἄλλα τε ἐπάξιά ἐστι νόμιμα, καὶ δὴ καὶ ἄεισμα ἕν ἐστι, Λίνος, ὅσπερ ἔν τε Φοινίκῃ ἀοίδιμός ἐστι καὶ ἐν Κύπρῳ καὶ ἄλλῃ, κατὰ μέντοι ἔθνεα οὔνομα ἔχει, συμφέρεται δὲ ὡυτὸς εἶναι, τὸν οἱ Ἕλληνες Λίνον οὐνομάζοντες ἀείδουσι, ὥστε πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀποθωυμάζειν με τῶν περὶ Αἴγυπτον ἐόντων, ἐν δὲ δὴ καὶ τὸν Λίνον ὁκόθεν ἔλαβον. Φαίνονται δὲ αἰεί κοτε τοῦτον ἀείδοντες. Ἔστι δὲ Αἰγυπτιστὶ ὁ Λίνος καλεύμενος Μανέρως. Ἔφασαν δέ μιν Αἰγύπτιοι τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Αἰγύπτου παῖδα μουνογενέα γενέσθαι, ἀποθανόντα δ' αὐτὸν ἄνωρον θρήνοισι ὑπ' Αἰγυπτίων τιμηθῆναι, καὶ ἀοιδήν τε ταύτην πρώτην καὶ μούνην σφίσι γενέσθαι. Plutarchus de Iside et Osiride cap. XVII : Ὃν γὰρ ᾄδουσιν Αἰγύπτιοι παρὰ τὰ συμπόσια Μανέρωτα, τοῦτον εἶναι....... τὸν δ' ᾀδόμενον Μανέρωτα πρῶτον εὑρεῖν μουσικὴν ἱστοροῦσιν.

(4) Diogenes Laertius Proœm. 4 : Τὸν δὲ Λίνον παῖδα εἶναι Ἑρμοῦ καὶ Μούσης Οὐρανίας, ποιῆσαι δὲ κοσμογονίαν, ἡλίου καὶ σελήνης πορείαν, καὶ ζώων καὶ καρπῶν γενέσεις. Τούτῳ ἀρχὴ τῶν ποιημάτων ἥδε· Ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει. Ὅθεν λαβὼν Ἀναξαγόρας πάντα ἔφη χρήματα γεγονέναι ὁμοῦ· νοῦν δὲ ἐλθόντα αὐτὰ διακοσμῆσαι. (Male hæc addit; nam alia fuit Anaxagoræ ratio.)

(fragm. vs. 26). Eundem dicunt solis lunæque cursum versibus persecutum esse ac de animalium plantarumque generatione scripsisse, quamquam non defuerunt qui neque Apollinis neque Ismenii filium quidquam scripsisse proderent aut saltem nihil ab illis scriptum exstare contenderent. Verum a Sexto Empirico adv. Math. I, 204 aliisque inter eos numeratur quos ante Homerum carmina composuisse fama fuerit. Diodorus (5) eum primum numerorum et canticorum inventorem fuisse litterasque a Cadmo e Phœnicia allatas græcæ linguæ accommodasse auctor est, ita ut suum cuique litteræ nomen imponeret earumque formas constitueret. Carminum pulchritudinem et majestatem spectasse videtur Virgilius Eclog. V, 55-57 sic canens :

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
nec Linus : huic mater quamvis atque huic pater
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo. [adsit,

Hippobotus apud Diogenem Laertium I, 42 septem Græciæ sapientes ita in ordinem redigit, ut primo loco Orpheum et Linum ponat. Poematum quæ ad Linum auctorem nonnulli referebant initium esse vult Iamblichus de Vit. Pythag. cap. 28 § 139 p. 117 seq. duos versiculos quos e Stobæi Floril. CIX, 1 depromtos fragmentis inserui. Vid. vs. 11-12. Neque tamen ipse dissimulat Pythagoreos Lino carmina supposuisse. Ex hoc igitur fonte sine dubio omnes manarunt versus qui hodie Lino tribuuntur (6). Quos quum magna ex parte jam collegisset Henr. Stephanus in Poesi philosophica, reliquos qui ad nostram memoriam propagati sunt adjunxi omnesque recensui et converti.

Τὸν δὲ Λίνον τελευτῆσαι ἐν Εὐβοίᾳ τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος, καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι·

Ὧδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα,
Μούσης Οὐρανίης υἱὸν ἐϋστέφανον.

(5) Diodorus lib. III, 67 : Φησὶ τοίνυν παρ' Ἕλλησι πρῶτον εὑρετὴν γενέσθαι Λίνον ῥυθμῶν καὶ μέλους, ἔτι δὲ Κάδμου κομίσαντος ἐκ Φοινίκης τὰ καλούμενα γράμματα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλληνικὴν μεταθεῖναι διάλεκτον, καὶ τὰς προσηγορίας ἑκάστῳ τάξαι καὶ τοὺς χαρακτῆρας διατυπῶσαι. Κοινῇ μὲν οὖν τὰ γράμματα Φοινίκεια κληθῆναι διὰ τὸ παρὰ τοὺς Ἕλληνας ἐκ Φοινίκων μετενεχθῆναι, ἰδίᾳ δὲ τῶν Πελασγῶν πρώτων χρησαμένων τοῖς μετατεθεῖσι χαρακτῆρσι Πελασγικὰ προσαγορευθῆναι. Τὸν δὲ Λίνον ἐπὶ ποιητικῇ καὶ μελῳδίᾳ θαυμασθέντα μαθητὰς σχεῖν πολλούς, ἐπιφανεστάτους δὲ τρεῖς, Ἡρακλέα, Θαμύραν καὶ Ὀρφέα. Τούτων δὲ τὸν μὲν Ἡρακλέα κιθαρίζειν μανθάνοντα διὰ τὴν τῆς ψυχῆς βραδύτητα μὴ δύνασθαι δέξασθαι τὴν μάθησιν, ἔπειθ' ὑπὸ τοῦ Λίνου πληγαῖς ἐπιτιμηθέντα διοργισθῆναι καὶ τῇ κιθάρᾳ τὸν διδάσκαλον πατάξαντα ἀποκτεῖναι, Θαμύραν δὲ φύσει διαφόρῳ κεχορηγημένον ἐκπονῆσαι τὰ περὶ τὴν μουσικήν, καὶ κατὰ τὴν ἐν τῷ μελῳδεῖν ὑπεροχὴν φάσκειν ἑαυτὸν τῶν Μουσῶν ἐμμελέστερον ᾄδειν.

(6) Nam Origenes contra Cels. lib. I p. 14 ait : Καὶ Λίνου μὲν, ὃν προέταξεν ἐν οἷς ὠνόμασεν ὁ Κέλσος, οὔτε νόμοι οὔτε λόγοι φέρονται, ἐπιστρέψαντες καὶ θεραπεύσαντες ἔθνη.

ΛΙΝΟΥ ΕΠΗ.

Φράζεο δή, σπουδὴν ἐντυνάμενος δι' ἀκουῆς
μύθων ἡμετέρων, ἀτραπὸν περὶ παντὸς ἀληθῆ,
κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας, αἵ τε βεβήλων
ὄχλον ἀϊστοῦσαι ἄταις περὶ πάντα πεδῶσι
παντοίαις, μορφῶν χαλεπῶν ἀπατήματ' ἔχουσαι.
Τὰς μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακαῖσι νόοιο.
Οὗτος γάρ σε καθαρμὸς ἀκήριος ὢν ὁσιώσει,
εἴ κεν ἀληθείῃ μισῇς ὀλοὸν γένος αὐτῶν·
νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων,
ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς.

(Stobæus Floril. V, 22. Vs. 4 ἀϊστοῦσαι] posui; vulgo ἀνιστῶσαι. Vs. 7 ἀκήριος ὢν] scripsi; codd. ὄντως δικαίως. Vs. 8 μισῇς edidi cum Brunckio; membranæ μισέεις.)

Ἔλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον.
Ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

(Stobæus Floril. CIX, 1.)

Ὡς κατ' ἔριν συνάπαντα κυβερνᾶται διὰ παντός·
ἐκ παντὸς δὲ τὰ πάντα, καὶ ἐκ πάντων πᾶν ἐστι.
Πάντα δ' ἓν ἔστιν, ἕκαστον ἑνὸς μέρος, ἣν ἓν
[ἅπαντα·

LINI CARMINA.

Prospice tibi, ad studium concitatus auditione
nostri sermonis, viam præ omnibus veram,
repulsis sortibus damnosis, quæ profanorum
vulgus subvertentes malis usquequaque implicant
variis, molestarum formarum fallacias induentes.
Has tu custodiâ mentis ab anima arceto.
Hæc enim expiatio quæ immortalis est te purgabit,
si re ipsa oderis exitiosum illarum genus :
ventrem quidem imprimis turpium omnium datorem,
quem cupido aurigæ instar regit stolidis frenis. —
Speranda sunt omnia, quia nihil est quod sperari nequeat.
Omnia Deo facilia ad perficiendum sunt neque quidquam
[infectum. —
Nam contentione omnia semper gubernantur :
ex universo autem universa atque ex universis universum
[constat.
Universa vero unum sunt, singula unius membra; omnia
[unum erant ·

ἐκ γὰρ ἑνός ποτε ὄντος ὅλου τάδε πάντ' ἐγένοντο·
ἐκ πάντων δέ ποτ' αὖθις ἓν ἔσσεται ἐν χρόνου αἴσῃ,
αἰὲν ἓν ὂν καὶ οὐ πολλά, καὶ οὐ κατὰ ταυτὸν ἀθροι-
[σθέν.
Πολλάκι δ' ἔσται ταῦτα, καὶ οὔποτε πεῖρας ἔπεισιν
αἰεὶ πείρατ' ἔχον· ποῖον γένος ἔλλαχε, τοῦτ' ὄν;
ὧδε γὰρ ἀθάνατος θάνατος περὶ πάντα καλύπτει
θνητὸς ἐών, καὶ πᾶν θνήσκει φθαρτὸν, τὸ δ'
[ὑπάρχον
φαντασίαις ἀλληλοτρόποις καὶ σχήμασι μορφῆς
ἀλλάσσει τρόπον, ὡς ἀποκρυπτέμεν ὄψιν ἁπάντων·
ἄφθορον ἔσται ἐόν τ' αἰεὶ καθὸ τῇδε τέτυκται.

(Stobæus Eclog. Phys. et Eth. lib. I cap. 10, 5 addito lemmate : Λίνου ἐκ τῶν περὶ Φύσεως κόσμου. Vs. 15 ἦν ἓν ἅπαντα] rescripsi; εἶναι ἅπαντα codd. Vs. 18 ἀθροισθέν] emendavi; ἀθροῖσαι membranæ.)

Ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπε-
[φύκει.

(Diogenes Laertius Proœm. 4 : Τούτῳ [τῷ Λίνῳ] ἀρχὴ τῶν ποιημάτων ἥδε· ἦν ποτέ κτλ.)

Ἑβδομάτῃ δή οἱ τετελεσμένα πάντα τέτυκται.

ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ

Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖς, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη·
ἑβδόμη ἐν πρώτοισι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη.

ΚΑΙ

Ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκται ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι,
ἐν κύκλοισι φανέντ' ἐπιτελλομένων ἐνιαυτῶν.

(Eusebius Præp. Evang. pag. 668. Vs. 31 ἐπιτελλομένων ἐνιαυτῶν edidi pro librorum scriptura ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς.)

---

ex uno enim corpore aliquando hæc omnia exstiterunt :
ex omnibus vero rursus aliquando unum constabit quo-
[dam temporis spatio,
semper unum manens ac non multa, sed non eodem tem-
[pore collectum.
Sæpe autem hæc erunt, neque unquam finis instat
ei quod (novos) semper terminos habet; qualem ortum
[habet hoc quod *est*?
Sic enim mors immortalis cuncta obruit
sua mortalitate, et caduca omnia moriuntur; at quod *est*
visis ultro citroque commeantibus et formarum specie
mutat modum, ita ut omnium faciem abscondat;
incorruptum erit et semper manens, quatenus sic est. —
Erat aliquando tempus quo simul omnia exstiterant.
Septimo jam die omnia ei perfecta sunt.

ET ALIO LOCO

Septimus dies in bonorum numero est, idem dies etiam
[rerum origo;
septimus in principio est, idem etiam dies supremus.

ET

Septem vero omnia sunt in cœlo stellifero,
in conficiendis ineuntium annorum orbibus apparentia.

DE MUSÆO.

Musæus, philosophus et poeta Atheniensis, Eumolpo sive, ut alii tradunt, Antiphemo (1) et Luna parentibus ortus, Orphei imitator (2) et discipulus, clarum apud veteres nomen habuit. Nam si Diogeni Laertio (3) credimus, Deorum generationem carmine celebraverat ac præterea aliud poema Sphæræ nomine inscriptum condiderat, cujus nullum videtur vestigium superesse. Nisi forte Lambecii probanda sententia est qui quæ græcus Apollonii Rhodii interpres ad libri tertii initium de duabus Μουσῶν γενέσεσιν affert e priore illo carmine petita esse arbitratur. Addit Diogenes Musæum docuisse ex uno omnia esse nata atque in idem resolvi. Neque vero hæc sola ejus scripta fuisse constat. Etenim quum vates (4) esset, oracula litteris consignavit, quorum meminerunt Pausanias lib. X cap. 9, 11, et Philostratus Heroic. cap. II, 19 pag. 693 ed. Olear., quæ tamen Clemens Strom. I p. 332 cum aliis ab Onomacrito supposita esse ratus est. Sed aperte Plato (5) Musæo carmina quædam, imprimis τελετάς τε καὶ χρησμῳδίας tribuit. Huc accedunt *præcepta ad Eumolpum filium* [Εὐμολπία], quattuor millibus versuum comprehensa, quæ a Suida et Pausania lib. X cap. 5, 3 citantur. Porro *Hymni in Cererem* compositi mentio est apud Pausaniam (6), qui hoc excepto reliqua poemata vulgo Musæo ascripta spuria esse judicat. Musæi

(1) Pausanias lib. X cap. 5 : Μουσαίῳ δὲ τῷ Ἀντιοφήμου προσποιοῦσι τὰ ἔπη. Hieronymus in Chronico Eusebiano Musæum Eumolpi filium esse vult, sed Diodorus Orphei. Suidas Eumolpi patrem fuisse dicit, filium Antiphemi. Servius ad Virgil. Æneid. lib. VI vs. 667 : « Eum alii Lunæ filium, alii Orphei volunt, cujus eum constat fuisse discipulum, nam ad ipsum primum carmen scripsit quod appellatur Crater. » Justinus Martyr libro de Monarchia Dei pag. 82 : Ὀρφεὺς γοῦν ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονώς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὰς ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. Φησὶ δὲ οὕτως· Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις Πᾶσιν ὁμῶς. Σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης Μουσαῖ'. Ἐξερέω γὰρ ἀληθέα κτλ. Proclus in Plat. Tim. p. 34 E (p. 79 ed. Schneider.) : Εἴτε οὖν Γῆς υἱὸν τὸν Τιτυόν, εἴτε Ἡλίου τὸν Φαέθοντα λέγοιεν, εἴτε Σελήνης τὸν Μουσαῖον εἴτε ἄλλου τινὸς οἱ μυθοπλάσται κτλ. Id. l. c. p. 51 B (p. 117 ed. Schneider.) : Ἐπείπερ καὶ ἀπὸ Μουσαίου τοῦ Σεληνιακοῦ τὸ γένος τοῖς ἐν Ἐλευσῖνι τῶν μυστηρίων ἡγουμένοις εἶναί φησι. Id. l. c. p. 326 C : Οὕτω δὴ καὶ Σεληνιακὴν ψυχὴν εἰς ἀνδρὸς κατιέναι φύσιν καθὰ τὴν Μουσαίου φασί. De uxore ejus Deïope Aristoteles Mirab. Auscult. 131 hæc prodit : Φασὶν οἰκοδομούντων Ἀθηναίων τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς ἐν Ἐλευσῖνι περιεχομένην στήλην πέτραις εὑρεθῆναι χαλκῆν, ἐφ' ἧς ἐπεγέγραπτο « Δηϊόπης τόδε σῆμα, » ἣν οἱ μὲν λέγουσι Μουσαίου εἶναι γυναῖκα, τινὲς δὲ Τριπτολέμου μητέρα γενέσθαι. Musæi amicam Antiopen fuisse testatur Hermesianax in Eleg. vs. 15 apud Athenæum XIII p. 597 his verbis : Οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς Μήνης ἀγέραστον ἔθηκε Μουσαῖος, Χαρίτων ἤρανος, Ἀντιόπην.

(2) De Musæo Orphei imitatore Pausanias lib. X cap. 7, 2 : Ὀρφέα δὲ σεμνολογίᾳ τῇ ἐπὶ τελεταῖς καὶ ὑπὸ φρονήματος τοῦ ἄλλου καὶ Μουσαῖον τῇ ἐς πάντα μιμήσει τοῦ Ὀρφέως οὐκ ἐθελῆσαί φασιν αὐτοὺς ἐπὶ ἀγῶνι μουσικῆς ἐξετάζεσθαι.

(3) Diogenes Laertius Procem. 3 : Ἰδοὺ γοῦν παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις Λίνος. Καὶ τὸν μὲν Εὐμόλπου παῖδά φασι, ποιῆσαι δὲ Θεογονίαν καὶ Σφαῖραν πρῶτον, φάναι τε ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γενέσθαι καὶ εἰς ταὐτὸν ἀναλύεσθαι.

(4) Cf. Strabo lib. XVI p. 762 ed. Casaub.

(5) Plato Ione p. 536 ed. Steph. : Ἐκ δὲ τούτων τῶν πρώτων δακτυλίων, τῶν ποιητῶν, ἄλλοι ἐξ ἄλλου αὖ ἠρτημένοι εἰσὶ καὶ ἐνθουσιάζουσιν, οἱ μὲν ἐξ Ὀρφέως, οἱ δὲ ἐκ Μουσαίου· οἱ δὲ πολλοὶ ἐξ Ὁμήρου κατέχονταί τε καὶ ἔχονται. Id. Protag. pag. 316 ed. Steph. : Ἐγὼ δὲ τὴν σοφιστικὴν τέχνην φημὶ μὲν εἶναι παλαιάν, τοὺς δὲ μεταχειριζομένους αὐτὴν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι τοὺς μὲν ποίησιν, οἷον Ὅμηρόν τε καὶ Ἡσίοδον καὶ Σιμωνίδην, τοὺς δὲ αὖ τελετάς τε καὶ χρησμῳδίας, τοὺς ἀμφί τε Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον. Musæi oracula memorat etiam Herodotus lib. VIII, 96 et VII, 6. Posteriore loco de Onomacriti fraude hæc refert :...ἔχοντες Ὀνομάκριτον, ἄνδρα Ἀθηναῖον, χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τῶν Μουσαίου. Ἀναβεβήκεσαν γὰρ τὴν ἔχθρην προκαταλυσάμενοι· ἐξηλάθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστρατίδεω ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηνέων, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος ἐμποιέων ἐς τὰ Μουσαίου χρησμόν, ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο κατὰ τῆς θαλάσσης. Cf. Lobeckii Aglaoph. p. 978.

(6) Pausanias lib. I cap. 22, 7 : Ἐγὼ δὲ ἔπη μὲν ἐπελεξάμην ἐν οἷς ἐστι πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον, δοκεῖν δέ μοι, πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος, καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως ὅτι μὴ μόνον ἐς Δήμητρα ὕμνος Λυκομίδαις. Id. lib. I cap. 14, 3 dubitanter : Ἔπη δὲ ᾄδεται Μουσαίου μέν, εἰ δὴ Μουσαίου καὶ ταῦτα, Τριπτόλεμον παῖδα Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς εἶναι κτλ. Ipse Hymnum in Cererem legit, ut patet e lib. IV cap. 1, 5 : Ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ ὕμνος Μουσαίου Λυκομίδαις ποιηθεὶς ἐς Δήμητρα. Vatibus quorum oracula legit adnumerat Musæum lib. X, cap. 12, 11 : Χρησμολόγους δὲ ἄνδρας Κύπριόν τε Εὔκλουν καὶ Ἀθηναῖον Μουσαῖον τὸν Ἀντιοφήμου καὶ Λύκον τὸν Πανδίονος, τούτους τε γενέσθαι καὶ ἐκ Βοιωτίας Βάκιν φασὶ κατάσχετον ἄνδρα ἐκ νυμφῶν· τούτων πλὴν Λύκου τῶν ἄλλων ἐπελεξάμην τοὺς χρησμούς.

Morborum curationes laudant Aristophanes (7) Ran. vs. 1033 et Eustathius Prooemio in Iliad. p. 3. In hoc libro conjicias eum dixisse de polio herba quod ex Musæo profert Theophrastus lib. IX Histor. plant. cap. 21 (8) repetitque Plinius Hist. nat. lib. XXI cap. 7 et 20, item lib. XXV, cap. 2, et quod de junipero ex eo habet Scholiastes Apollonii in librum IV. Titanographiam ejus, cujus tertium librum citat Scholiastes Apollonii ad lib. III, ignoramus, nisi quod Eudocia in Violario pag. 248 Musæum hoc ipso istius operis libro de Cadmo egisse ait. Denique delictorum expiationes, lustralia et mystica carmina sive lustrationes et mysteria (παραλύσεις καὶ τελετὰς καὶ καθαρμούς) Musæum scripsisse legimus apud græcum Aristophanis enarratorem ad Ran. vs. 1033, quocum re verbisque concinit Plato (9) de Musæo et Orpheo lib. II de Rep. pag. 364 disputans eademque illa tria vocabula copulans. Quippe mysteriorum conditor Platoni aliisque antiquorum visus est Musæus, quia Cereris sacra, si verum refert Tertullianus Apologet. cap. 21, instituit, quamvis Sophoclis interpres priscos auctores secutus (1) et Lucianus Eleusiniorum parentem Eumolpum nominent. Jam etsi alii omnem mysteriorum ritum ab Orpheo (2) repetunt, Isocrates (3) vero ipsam Cererem hoc beneficium in homines contulisse ait, multi denique in quibus Plato est ejus rei auctores Orpheum et Musæum jungunt : tamen in hac opinionum varietate quid illi qui carmina mystica Musæo attribuerunt de sacrorum istorum origine statuerint, exstat atque apparet. Musæum Phaleris diem suum obiisse testatur Diogenes (4) ejusque tumulo hoc elegion inscriptum fuisse ait :

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν οὖδας,
Μουσαῖον, φθίμενον σῶμ' ὑπὸ τῷδε τάφῳ.

Eundem apud inferos summis honoribus frui

(7) Aristophanes Ran. vs. 1032-1034 :

Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέ- [χεσθαι,
Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων καὶ χρησμούς, Ἡσίο- [δος δὲ
γῆς ἐργασίας κτλ.

(8) Theophrastus Hist. plant. lib. IX cap. 21 : Καὶ ὥς δή φασι, τὸ πόλιον καθ' Ἡσίοδον καὶ Μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδαῖον χρήσιμον εἶναι· διὸ καὶ ὀρύττουσιν αὐτὸ νύκτωρ κτλ. Plinius Hist. nat. lib. XXI cap. 7 : « Sic et apud Græcos polion herbam, inclytam Musæi et Hesiodi laudibus, ad omnia utilem prædicantium, superque cætera ad famam etiam ac dignitates, prorsusque miram, si modo (ut tradunt) folia ejus mane candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur. » Scholiastes Apollonii in lib. IV : Ἡ δὲ ἄρκευθος δένδρον τι ἀκανθῶδες Ἀπόλλωνος ἴδιον, ὡς ἱστορεῖται ἐν τρίτῳ τῶν εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένων.

(9) Plato de Rep. lib. II p. 364 : Βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς· μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει. Ubi λύσεις Astius recte exponit *expiationes*, τελετὰς autem *mysteria* et *initia*.

(1) Sophoclis interpres ad Œd. Col. vs. 1049 : Ζητεῖται τί δήποτε οἱ Εὐμολπίδαι τῶν τελετῶν ἐξάρχουσι ξένοι ὄντες; εἴποι δ' ἄν τις, ὅτι ἀξιοῦσιν ἔνιοι πρῶτον Εὔμολπον ποιῆσαι τὸν Δηιόπης τῆς Τριπτολέμου τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καὶ οὐ τὸν Θρᾷκα· καὶ τοῦτο ἱστορεῖν Ἴστρον ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτάκτων. Ἀκεσίδωρος δὲ, πέμπτον ἀπὸ τοῦ πρώτου Εὐμόλπου εἶναι τὸν τὰς τελετὰς καταδείξαντα, γράφων οὕτως· « Κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστοροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας τοὺς μετὰ Εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν εἰς τὸν κατ' Ἐρεχθέως πόλεμον. » Τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν τὴν συντελουμένην κατ' ἐνιαυτὸν ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Ἀνδροτίων μὲν οὖν γράφει, οὐ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλ' ἀπὸ τούτου Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα. Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα, τοῦ δὲ Εὔμολπον, τοῦ δὲ Ἀντίφημον, τοῦ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητήν, τοῦ δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν καὶ ἱεροφάντην γεγονότα. Lucianus Demonact. : Ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ, τῆς προῤῥήσεως ἀκούσας, διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα τοῦ τὴν τελετὴν αὐτοῖς καταστησαμένου Εὐμόλπου βαρβάρου καὶ Θρᾳκὸς ὄντος. Hesychius : Εὐμολπίδαι, οὕτως οἱ ἀπὸ Εὐμόλπου ἐκαλοῦντο, τοῦ πρώτου ἱεροφαντήσαντος· πολλοὶ δὲ γεγόνασιν ὁμώνυμοι Εὔμολποι. Suidas : Εὐμολπίδαι γένος ἀπὸ τοῦ Θρᾳκὸς, ὃς καὶ τὴν μύησιν εὗρεν, ἢ ἀπὸ τοῦ Μουσαίου υἱοῦ, ὃς ἦν ἀπὸ τοῦ δευτέρου πέμπτος κτλ. Vid. Meursii Eleus. cap. 2. Cf. Ouvaroff, *Essai sur les mystères d'Éleusis* (*Études de philologie et de critique*, pag. 82 seqq.)

(2) Proclus in Platonis Timæum pag. 291 (pag. 705 ed. Schneid.) : Αὗται δέ εἰσιν αἱ Ὀρφικαὶ παραδόσεις. Ἃ γὰρ Ὀρφεὺς δι' ἀποῤῥήτων λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, ταῦτα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν ὀργιασθεὶς ἐν Λεβήθροις τοῖς Θρᾳκίοις Ἀγλαοφάμω τελέστα (leg. Ἀγλαοφήμου τελεστοῦ) μεταδόντος ἣν περὶ θεῶν Ὀρφεὺς σοφίαν παρὰ Καλλιόπης τῆς μητρὸς ἐπινύσθη. Ταῦτα γάρ φησιν ὁ Πυθαγόρας ἐν τῷ ἱερῷ λόγῳ.

(3) Isocrates Paneg. cap. 6 : Δήμητρος γὰρ ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν, ὅτ' ἐπλανήθη τῆς Κόρης ἁρπασθείσης, καὶ πρὸς τοὺς προγόνους ἡμῶν εὐμενῶς διατεθείσης ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν ἃς οὐχ οἷόν τ' ἄλλοις ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν, καὶ δούσης δωρεὰς αἵπερ μέγισται τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε καρπούς, οἳ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὴν τελετὴν, ἧς οἱ μετασχόντες περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν, οὕτως ἡ πόλις ἡμῶν οὐ μόνον θεοφιλῶς ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως ἔσχεν, ὥστε κυρία γενομένη τοιούτων ἀγαθῶν οὐκ ἐφθόνησε τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὧν ἔλαβεν ἅπασι μετέδωκεν.

(4) Diogenes Laertius Procem. 3 : Τοῦτον τελευτῆσαι Φαληροῖ, καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι τόδε τὸ ἐλεγεῖον· Εὐμόλπου φίλον υἱὸν κτλ. Paulo aliter Pausanias lib. I cap. 25, 7 : Ἔστι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου τοῦ ἀρχαίου τὸ Μουσεῖον, ἀπαντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως λόφος, ἔνθα Μουσαῖον ᾄδειν καὶ ἀποθανόντα γήρᾳ ταφῆναι λέγουσιν.

finxit Virgilius (5) Æneid. lib. VI vs. 667, ubi Sibylla in Elysio non Homerum, sed antiquiorem Homero Musæum primum ante omnes vates allocuta esse dicitur. Diversum ab hoc Musæo esse alterum cujus de Herus et Leandri amoribus poema omnium manibus teritur, non est quod moneamus (6). Reliquum est, ut pauca de iis qui in veterum libris comparent Musæi versiculis dicamus. Effatum quod est apud Aristotelem Politic. lib. VIII cap. 5 (cf. fragm. vs. 1) *e præceptis ad Eumolpum* filium tanquam uberrimo fonte haustum videtur. Inde fortasse fluxit etiam versus quem servarunt Aristoteles Hist. an. lib. VI, cap. 6 et Plutarchus Vit. Marii cap. 36 (cf. fragm. vs. 2), si præceptorum partem ad res naturales spectasse existimamus. Certum est ad idem poema referri versus quos habet Pausanias lib. X cap. 5, 3 (conf fragm. vss. 6-7). Ipse enim scriptor hoc testatur. Ex eodem opere nemo negabit sumtos esse versus allatos a Clemente Strom. VI p. 618 et 628 (cf. fragm. vss. 8-13). Ex oraculis tres tantum supersunt versus apud Pausaniam lib. X cap. 9, 11. Vid. fragm. vss. 3–5. Sed licet gravissima sit quorundam antiquorum quos testes adhibuimus auctoritas, qui ex Musæi scriptis versus quosdam se proferre affirmant, tamen omnia quæ hodie exstant fragmenta cum Clemente et Pausania Onomacritum auctorem habere nobis persuasimus. Paucas has carminum reliquias collectas primum ab Henr. Stephano in Poesi philosophica, postea a philologis neglectas, ego consultis recentioribus veterum scriptorum exemplis accuratius recensui, locos corruptos emendavi, dicta quædam quæ Stephani diligentiam fugerant adjeci, effata denique omnia et versus latine interpretatus sum.

(5) Virgilius Æneid. lib. VI, vs. 666:

Quos circumfusos sic est affata Sibylla,
Musæum ante omnes: medium nam plurima turba
hunc habet, atque humeris exstantem suspicit altis:
Dicite, felices animæ, tuque, optime vates,
quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo
venimus, et magnos Erebi tranavimus amnes.

(6) De hoc ita Josephus Scaliger epistola 247 ad Claud. Salmasium: « Nonnum ita soleo legere, quomodo mimos spectare solemus qui nulla alia re magis nos oblectant, quam quod ridiculi sunt. Parcior et castigatior quidem Musæus, sed qui cum illorum veterum frugalitate comparatus prodigus videatur. Neque in hoc sequimur optimi parentis nostri judicium, quem acumina illa et flores declamatorii ita ceperunt, ut non dubitarit eum Homero præferre. » Putavit enim Julius Cæsar Scaliger Poetices lib. V cap. 1 hunc posterioris ætatis poetam esse veterem illum vatem, quem ante Homerum vixisse multi iique haud contemnendi auctores tradiderunt. De aliis Musæis vide Fabricii Bibl. Gr. vol. I p. 123 ed. Harles.

ΜΟΥΣΑΙΟΥ ΕΠΗ.

['Αλλ' ὀλιγοχρονίοισι] βροτοῖς ἥδιστον ἀείδειν.

(Aristoteles Politic. lib. VIII cap. 5: Τὴν δὲ μουσικὴν πάντες εἶναί φαμεν τῶν ἡδίστων, καὶ ψιλὴν οὖσαν καὶ μετὰ μελῳδίας· φησὶ γοῦν καὶ Μουσαῖος εἶναι « βροτοῖς ἥδιστον ἀείδειν, » unde versum fingere ausus sum.)

Ὃς τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλεγίζει.

(Aristoteles Histor. animal. lib. VI cap. 6: Ὁ δ' ἀετὸς ᾠὰ μὲν τίκτει τρία, ἐκλέπει δὲ τούτων τὰ δύο, ὥσπέρ ἐστι καὶ ἐν τοῖς Μουσαίου λεγομένοις ἔπεσιν, ὃς τρία κτλ. Cf. Plutarch. Vit. Marii cap. 36.)

Καὶ γὰρ Ἀθηναίοισιν ἐπέρχεται ἄγριος ὄμβρος
ἡγεμόνων κακότητι· παραιφασίη δέ τις ἔσται·
Ἑλλάδος ἡμύσουσι πόλεις, τίσουσι δὲ ποινήν.

(Pausanias lib. X cap. 9, 11: Τὴν δὲ πληγὴν Ἀθηναῖοι τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς οὐ μετὰ τοῦ δικαίου συμβῆναί σφισιν ὁμολογοῦσι· προδοθῆναι γὰρ ἐπὶ χρήμασιν ὑπὸ τῶν στρατηγησάντων, Τυδέα δὲ εἶναι καὶ Ἀδείμαντον οἳ τὰ δῶρα ἐδέξαντο παρὰ Λυσάνδρου. Καὶ ἐς ἀπόδειξιν τοῦ λόγου Σιβύλλης παρέχονται τῶν χρησμῶν· « Καὶ τότ' Ἀθηναίοισι βαρύστονα κήδεα θήσει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, οὗπερ κράτος ἐστὶ μέγιστον. Νηυσὶ φέρει πολέμοιο μάχην καὶ δηϊοτῆτα, Ὀλλυμέναις δολεροῖσι τρόποις κακότητι (legend. κακίῃ τε) νο-

MUSÆI CARMINA.

[Sed brevis ævi] mortalibus jucundissima res cantus est. —
Quæ tria quidem parit ova, duo excudit, unum nutrit. —
Etenim in Athenienses atrox imber ingruet
ducum fraude; id autem solatio erit,
quod Græciæ urbes cadent luentque pœnam. —

μήων. » Τὰ δὲ ἕτερα ἐκ Μουσαίου χρησμῶν μνημονεύουσι· καὶ γὰρ Ἀθηναίοισιν κτλ. Vs. 5 vulgo ita editur : ἡτταλοισ' ἡμύσουσι (al. ᾗ γ' ἅλις ἠμύσουσι) πόλιν, τίσουσι δὲ ποινήν. Scripsi quod sententia postulare videbatur : Ἑλλάδος ἠμύσουσι πόλεις κτλ.)

Αὐτίκα δὲ Χθονίη σφῷν δὴ πινυτὸν φάτο μῦθον,
σὺν δέ τε Πύρκων ἀμφίπολος κλυτοῦ Ἐννοσιγαίου.

(Pausanias lib. X cap. 5, 3 : Ἔστι δὲ ἐν Ἕλλησι ποίησις, ὄνομα μὲν τοῖς ἔπεσιν Εὐμολπία, Μουσαίῳ δὲ τῷ Ἀντιοφήμου προσποιοῦσι τὰ ἔπη· πεποιημένον οὖν ἐστιν ἐν τούτοις Ποσειδῶνος ἐν κοινῷ καὶ Γῆς εἶναι τὸ μαντεῖον, καὶ τὴν μὲν χρᾷν αὐτήν, Ποσειδῶνι δὲ ὑπηρέτην ἐς τὰ μαντεύματα εἶναι Πύρκωνα. Καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἔπη· Αὐτίκα δὲ Χθονίης κτλ. Restitui nominativum Χθονίη.)

Ὡς αἰεὶ τέχνη μέγ' ἀμείνων ἰσχύος ἐστίν.

(Clemens Alex. Strom. VI p. 618 : Γράψαντός τε Μουσαίου· ὡς αἰεὶ κτλ. Ὅμηρος λέγει· Μῆτι τοι δρυτόμος περιγίνεται ἠὲ βίηφι [Il. XXIII, 315].)

Ὡς δ' αὔτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα·
ἄλλα μὲν ἐν μελίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ φύει·
ὣς δὲ καὶ ἀνθρώπου γενεὴ καὶ φύλλον ἑλίσσει.

(Clemens Al. Strom. l. c. : Πάλιν τοῦ Μουσαίου ποιήσαντος· ὡς δ' αὔτως κτλ. Ὅμηρος μεταγράφει· Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίνεται ὥρῃ· Ὣς ἀνδρῶν γενεή, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει. [Iliad. VI, 147-149].)

Ἡδὺ δὲ καὶ τὸ πυθέσθαι ὅσα θνητοῖσιν ἔδειμαν
ἀθάνατοι· δειλῶν τε καὶ ἐσθλῶν τέκμαρ ἐναργές.

(Clemens Alex. Strom. VI, p. 628, ubi Hesiodus dicitur hos duos versus παρὰ Μουσαίου λαβὼν τοῦ ποιητοῦ κατὰ λέξιν ἐπὶ τοῦ Μελάμποδος γεγραφέναι.)

Statim vero Tellus vobis ambobus sapiens dedit responsum
simulque Pyrcon, illustris Neptuni minister. —
Nam semper ars longe potior viribus est. —
Similiter et folia gignit alma terra;
alia quidem in fraxinis deperdit, alia gignit :
sic et hominum progenies et folia in orbem eunt. —
Jucundum etiam est audire, quæ mortalibus struxerint
immortales, manifestum malorum bonorumque signum.

DE ORPHEO.

Orpheus, si fabulis fides, Apollinis et Calliopes Musæ filius (1), tantum valuit canendo, ut rupes nemoraque moveret fluviosque sisteret. Sed sive unus fuit hujus nominis cantor, sive plures (2), omnia cæterorum facinora ad Thracem illum, deorum interpretem et progeniem referuntur, quem Tzetzes (3) Herculis æqualem facit multique centum fere ante bellum Trojanum annis floruisse statuerunt. Hunc qui cum reliquis disciplinis tum astrorum scientia et poetica facultate excelleret cæterosque mortales vitæ sanctitate superaret (4), præclare de popularibus suis omnique genere humano meruisse veteres rettulerunt. Quare Lucianus auctor est Græcos nihil antiquissima ætate ab Æthiopibus vel Ægyptiis de astrologia audivisse, sed ejus disciplinæ initia ab Orpheo esse repetenda (5). Quid? quod sacra ab eo in Græciam introducta et mysteria instituta esse feruntur. Eundem memorant scelerum expiationes excogitasse, et quibus ritibus iratorum deorum mentes placarentur docuisse, et multa morborum remedia invenisse. Adde longam scriptorum (6) seriem quam plurimi Calliopes filio tribuunt vel potius affingunt.

Fama est Orpheum una cum Argonautis in Colchidem navigasse, quos ne mollibus ac delicatis Sirenum vocibus capti ad exitium perducerentur, lyræ suæ vocisque cantu servavit. Quum autem ingentem ex Eurydices (7) uxoris morte dolorem cepisset, quæ Aristæi vim fugiens a serpente occisa erat, ad inferos descendit, ubi dulcissimis nervorum carminumque sonis Plutonem et Proserpinam flexit obtinuitque non solum ut ipse in lucem re-

(1) Nonnulli etiam Œagri et Polymniæ vel Melanippes vel Thamyridis filium fuisse scripserunt. Apollodor. I, 3, 2 : Ὀρφεύς, Καλλιόπης Μούσης καὶ Οἰάγρου υἱός, ᾄδων ἐκίνει λίθους τε καὶ δένδρα. Hermesianax ap. Athen. XIII p. 597 B : Οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο κτλ. Apollonius Argonaut. lib. I : Πρῶτά νυν Ὀρφῆος μνησώμεθα, τόν ῥά ποτ' αὐτὴ Καλλιόπη Θρήικι φατίζεται εὐνηθεῖσα Οἰάγρῳ σκοπιῆς Πιμπληΐδος ἄγχι τεκέσθαι.

(2) De his audiendus Suidas : Ὀρφεὺς Κικοναῖος ἢ Ἀρκὰς ἐκ Βισαλτίας τῆς Θρᾳκικῆς. Γέγονε δὲ καὶ οὗτος πρὸ Ὁμήρου δύο γενεαῖς πρεσβύτερος τῶν Τρωϊκῶν· ἔγραψε δὲ μυθοποιίαν, ἐπιγράμματα, ὕμνους. Ὀρφεὺς Ὀδρύσης ἐποποιός. Διονύσιος δὲ τοῦτον οὐδὲ γεγονέναι λέγει· ὅμως ἀναφέρονται εἰς αὐτόν τινα ποιήματα. Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης ἐποποιός, ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν Γραμματικῶν· ἔγραψε Δεκαετηρίαν, Ἀργοναυτικὰ καὶ ἄλλα τινά. Ὀρφεὺς Καμαριναῖος, οὗ φασιν εἶναι τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν. Cf. Schol. Apoll. I, 23 ; Eustath. p. 159 ; Hermias in Phædr. p. 109.

(3) Tzetzes Chil. XII, 399.

(4) Plato de Legg. VI p. 782 D : Ἀλλὰ Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι ἐγένοντο τοῖς τότε, ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ πάντων ἀπεχόμενοι.

(5) Lucianus de astrologia init. : Ἕλληνες δὲ οὔτε παρ' Αἰθιόπων οὔτε παρ' Αἰγυπτίων ἀστρολογίης πέρι οὐδὲν ἤκουσαν, ἀλλά σφισιν Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης πρῶτος τάδε ἀπηγήσατο.

(6) Clemens Alexandrinus Strom. I pag. 332 D : Ὀνομάκριτος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, περὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Ὀρφεὺς δὲ ὁ συμπλεύσας Ἡρακλεῖ, Μουσαίου μαθητής. Καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον Χρησμοὺς Ὀνομακρίτου εἶναι λέγουσι· τὸν Κρατῆρα δὲ τὸν Ὀρφέως Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου· τὴν δὲ εἰς ᾅδου Κατάβασιν Προδίκου τοῦ Σαμίου. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ. Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως Κέρκωπος εἶναι τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς ᾅδου Κατάβασιν καὶ τὸν Ἱερὸν λόγον, τὸν δὲ Πέπλον καὶ τὰ Φυσικὰ Βροντίνου. Suidas : Ὀρφεὺς ἔγραψε Τριασμούς· λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ· ἐν δὲ τούτοις τὰ Ἱεροστολικὰ καλούμενα. Κλίσεις κοσμικαίνας (leg. Κτίσις κόσμου). Νεοτευκτικά. Ἱεροὺς λόγους ἐν ῥαψῳδίαις κδ'. λέγονται δ' εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ, οἱ δὲ Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου. Χρησμοὺς, οἳ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον. Τελετάς· ὁμοίως δέ φασι καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου· ἐν τούτοις δ' ἐστὶ περὶ Λίθων γλυφῆς, ἥτις Ὀγδοηκοντάλιθος ἐπιγράφεται. Σωτήρια· ταῦτα Τιμοκλέους τοῦ Συρακουσίου λέγεται καὶ Περγίνου τοῦ Μιλησίου. Κρατῆρας· ταῦτα Ζωπύρου φασί. Θρονισμοὺς μητρῴους καὶ Βακχικά· ταῦτα Νικίου τοῦ Ἐλεάτου φασὶν εἶναι. Εἰς ᾅδου Κατάβασιν· ταῦτα Ἡροδίκου τοῦ Περινθίου· Πέπλον καὶ Δίκτυον· καὶ ταῦτα Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου, οἱ δὲ Βροντίνου. Ὀνομαστικῶν ἔπη ͵ασ'. Ἀστρονομίαν. Ἀμοκοπίαν (leg. Ἀμμοκοπίαν). Θυηπολικόν. Ὠοθυτικὰ ἢ Ὠοσκοπικὰ ἐπικῶς (leg. ἔπη κα'). Καταζωστικόν. Ὕμνους. Κορυβαντικὸν καὶ Φυσικὰ, ἃ Βροντίνου φασίν. Lascaris Prolegg. in Orph. in Marm. Taurin. p. 98 : Κατέλιπε δὲ συγγράμματα μετρικὰ καὶ ὅσα καὶ αὐτὸς ἐν Ἀργοναύταις (v. 7) κατ' ἐπανάληψιν ἀριθμεῖ—καὶ περὶ θεῶν καὶ κοσμογενείας, ὕμνους διαφόρους εἰς θεούς, Γεωργικά, Φυσικά, Ἀργολικά, Μετέωρα, Λιθικά, μυστήρια δὲ διάφορα, περὶ τῶν φυτῶν, βοτανῶν, χωρογραφίας, ἰατρικῆς, νόμων, τελευταῖα τὰ Ἀργοναυτικά. Γεγόνασι δὲ Ὀρφεῖς ἕξ· πρῶτον οὗτος ἀρχαῖος ποιητὴς ἐκ Λειβήθρων τῆς Θρᾴκης, δεύτερος Κικοναῖος ἐκ Βισαλτίας πενθῶν (leg. πρὸ τῶν) Τρωικῶν καὶ αὐτὸς, ὃς συνέγραψε μυθοποιίαν, ἐπιγράμματα, ὕμνους. τρίτος Ὀδρύσης ἐποποιίαν τινὰ ποιήσας. τέταρτος Κροτωνιάτης, ὃς συνῆν Πεισιστράτῳ, συνέγραψε δὲ Δεκαετηρίαν, Ἀργοναυτικὰ καὶ ἄλλα. πέμπτος Καμαριναῖος ἐποποιὸς, οὗ φασι τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν. ἕκτος βασιλεὺς Θρᾳκῶν, ἐφ' οὗ Ἀμαζόνες Φρυγίαν ἐδασμολόγησαν.

(7) Hanc Agriopen vocat Hermesianax ap. Athen. XIII p. 597 B : Οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο Ἀγριόπην Θρῇσσαν στειλάμενος κιθάρην ᾄδόθεν κτλ.

diret sed etiam ut conjugem secum abduceret, hac tamen lege, ne prius respiceret quam ad superos pervenisset. Verumenimvero vates moræ impatiens legisque immemor oculis in delicias quæ pone sequebantur conjectis uxorem jamjam ad superos redituram iterum amisit. Quum igitur multas nuptias sprevisset aliosque insuper a mulierum consortio et amore dehortaretur, tandem a Mænadibus discerptus esse traditur. Ejus membra passim per agros sparsa Musæ collegerunt atque humarunt. Caput vero cum lyra in Hebrum dejectum vi fluminis Lesbum delatum atque ibi ab incolis sepultum esse dicunt : lyra autem a Musis quarum laudes perpetuo celebraverat in cœlum translata inter sidera fulget. Narravi fabulas quibus Orphei nomen poetarum suaviloquentia immortalitati commendatum est. Qua in re id solum spectavi, ut ostenderem omnia quæ de eo prodita sunt incerta esse et fabulosa, vitam, mores, res gestas, studia, ingenii monumenta. Ac cætera quidem prætermittamus, carmina vero Orpheo adscripta quæ vel olim exstiterunt vel nunc exstant eorumque fragmenta breviter perstringamus. Quæritur enim sintne Orphei an alius poetæ. Nimirum si Aristotelem, Ciceronem, Suidam aliosque auctores incorrupte judicasse existimamus, redditis suis cuique poetæ versibus veteri Musarum alumno non modo nullum poema, sed ne unus quidem versiculus relinquitur. Quippe hoc posito in Orphei locum Brontinus, Cercops, Zopyrus, Persinus, Onomacritus, Maximus, alii succedant necesse est. Quid? quod a tali sententia ne Herodotus (8) quidem abhorruisse videtur lib. II, 53 de poetis rerum sacrarum inventoribus hæc tradens : « Nam Hesiodus atque Homerus quos quadringentis non amplius annis ante me vixisse opinor, illi fuere qui Græcis theogoniam fecerunt diisque singulis et cognomina dederunt et honores atque artificia constituerunt et figuras eorum designarunt. Quibus viris qui priores perhibentur exstitisse poetæ, posteriores, ut ego opinor, illis fuerunt. » Hic igitur nulla Orphei (9) mentione facta neminem Homero et Hesiodo antiquiorem poetam novit.

De Aristotele, cujus verba ad nostram memoriam non manserunt, quum Orphica in deperditis scriptis sine dubio accuratius tractarit, locupletem habemus testem Ciceronem. Namque hic de Nat. deor. I, 38 : « Orpheum, inquit, poetam docet Aristoteles nunquam fuisse et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujusdam fuisse Cercopis. » Congruit fere cum hoc testimonio ipsa Stagiritæ oratio de An. I, 5 sic scribentis : Τοῦτο δὲ πέπονθε καὶ ὁ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι καλουμένοις λόγος· φησὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ ὅλου εἰσιέναι ἀναπνεόντων, φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων. Οὐχ οἷόν τε δὴ τοῖς φυτοῖς τοῦτο συμβαίνειν οὐδὲ τῶν ζῴων ἐνίοις, εἴπερ μὴ πάντα ἀναπνέουσιν. Τοῦτο δὲ λέληθε τοὺς οὕτως ὑπειληφότας. Ad quem locum Philoponus hæc adnotavit : Καλουμένοις εἶπεν, ἐπειδὴ μὴ δοκεῖ Ὀρφέως εἶναι τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λέγει· αὐτοῦ μὲν γάρ εἰσι τὰ δόγματα· ταῦτα δέ φησιν Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεσι κατατεῖναι. Jam licet Philoponus non idem apud Aristotelem legerit quod Cicero se repperisse ait : tamen ista testimoniorum discrepantia in hac quæstione non magni momenti est, quoniam Aristotelem Orphica quæ dicebantur carmina ab Orpheo abjudicasse patet. Aristotelis partibus adnumerandi sunt omnes ii qui, rejecta vulgi opinione, græcorum poematum antiquissima Homeri scripta esse crediderunt. Vulgus enim Orphicorum monumentorum antiquitatem tuebatur. Josephus contr. Apion. I, 2 p. 438 : Ὅλως παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. Sextus Empiricus contr. Gramm. lib. I, 10 p. 259 : Πίνδαρός φησιν, ἀρχαιοτάτη ἐστὶν ἡ Ὁμήρου ποίησις· ποίημα γὰρ οὐδὲν πρεσβύτερον ἧκεν εἰς ἡμᾶς τῆς ἐκείνου ποιήσεως. Scholiastes ad Dionys. Gramm. p. 785 : Εἰ καὶ ἱστοροῦσί τινες ποιητὰς προγεγενῆσθαι Ὁμήρου Μουσαῖόν τε καὶ Ὀρφέα καὶ Λίνον, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν πρεσβύτερον τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας σώζεσθαι ποίημα. Ἀλλ' ἐρεῖ τις, πῶς; ἐπεὶ γράμματα σώζονται πρεσβύτερα; καί φαμεν ὅτι τὰ μὲν τούτων ἐψευσμένους ἔχουσι τοὺς χρόνους, τὰ δὲ νεωτέρων τινῶν ἐχόντων ὁμωνυμίας τῶν παλαιῶν τὰς ἐπιγραφὰς ἔχουσι. Scholiastes ad Aristidem p. 206 : Ἀρχαιότατός ἐστιν ὁ Ὅμηρος, ὡς ἴσμεν. Εἰ δέ τις εἴπῃ, καὶ μὴν πρὸ αὐτοῦ γέγονεν Ὀρφεύς, πρὸ αὐτοῦ μὲν γέγονε, τὰ δὲ δόγματα Ὀρφέως Ὀνομάκριτος μετέβαλε δι' ἐπῶν· καὶ Αἰσχίνης, Λέξω περὶ Ὁμήρου ὃν ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν τάττομεν· ἢ ὅτι κυρίως ποίησίς ἐστιν ἡ μετὰ μιμήσεώς τινος ἢ μετὰ οἰκονομίας καὶ διασκευῆς καὶ μύθων ἐν ἔπεσι τάξις·

(8) Herodotus lib. II, 53 : Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυτέρους γενέσθαι, καὶ οὐ πλέοσι. Οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι, καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. Οἱ δὲ πρότερον ποιηταὶ λεγόμενοι τούτων τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι, ὕστερον, ἔμοιγε δοκέειν, ἐγένοντο τούτων.

(9) Orphicorum in hunc modum meminit lib. II, 81 : Ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους περὶ τὰ σκέλεα θυσανωτούς, οὓς καλέουσι καλασίρις· ἐπὶ τούτοισι δὲ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ἐπαναβληδὸν φορέουσι. Οὐ μέντοι ἔς γε τὰ ἱρὰ ἐσφέρεται εἰρίνεα, οὐδὲ συγκαταθάπτεταί σφι· οὐ γὰρ ὅσιον. Ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι καὶ Πυθαγορείοισι. Οὐδὲ γὰρ τούτων τῶν ὀργίων μετέχοντα ὅσιόν ἐστι ἐν εἰρινέοισι εἵμασι θαφθῆναι. Ἔστι δὲ περὶ αὐτῶν ἱρὸς λόγος λεγόμενος.

ὅπερ ἐξαιρέτως Ὅμηρος ἐπετήδευσε καὶ κατέδειξε πρῶτος. Ὅσοι δὲ πραγματείας ἑτέρας ἔγραψαν, ἐποποιοὶ οὐ καλοῦνται· ἢ γὰρ περὶ ἀστρονομίας ἢ φυσικάς τινας ἢ ἑτέρας ἔγραψαν βίβλους.

Non sæpe de carminibus Orphicis loquitur Plato qui Legg. VIII p. 829 E ait : μηδέ τινα τολμᾶν ᾄδειν ἀδόκιμον Μοῦσαν μὴ κρινάντων τῶν νομοφυλάκων, μηδ' ἂν ἡδίων ᾖ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφείων ὕμνων. Idem Ion. p. 533 B : Ἀλλὰ μήν, ὥς γ' ἐγὼ οἶμαι, οὐδ' ἐν αὐλήσει γε οὐδὲ ἐν κιθαρίσει οὐδὲ ἐν κιθαρῳδίᾳ οὐδὲ ἐν ῥαψῳδίᾳ οὐδεπώποτ' εἶδες ἄνδρα, ὅστις περὶ μὲν Ὀλύμπου δεινός ἐστιν ἐξηγεῖσθαι ἢ περὶ Θαμύρου ἢ περὶ Ὀρφέως ἢ περὶ Φημίου τοῦ Ἰθακησίου ῥαψῳδοῦ, περὶ δὲ Ἴωνος τοῦ Ἐφεσίου ἀπορεῖ καὶ οὐκ ἔχει συμβαλέσθαι ἅ τε εὖ ῥαψῳδεῖ καὶ ἃ μή. Idem Conviv. p. 218 B : Οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε, respicit versum Orphicum φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. Cf. fragm. I et II vs. 1. Denique de Rep. lib II p. 364 E : Βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι· καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν· ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς· μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει. Ex his locis intelligimus scelerum expiationes ad Orphicam disciplinam pertinuisse multaquæ præterea carmina Musæi et Orphei nominibus inscripta Platonis tempore jam vulgata fuisse, sed quid ipse de eorum auctoribus senserit non apparet. At bis Orpheum citat ut Homerum aliosque poetas citare solet : Phileb. p. 66 C : ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ, φησὶν Ὀρφεύς, καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς et Cratyl. p. 402 : Λέγει δέ που καὶ Ὀρφεὺς ὅτι· Ὠκεανὸς πρῶτος καλλίρροος ἦρξε γάμοιο, Ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

Ergo jam antiquitus inter peritissimos viros de monumentorum Orphicorum auctoritate summa dissensio fuit. Cæterum posterioribus sæculis Orphicorum poematum numerum, quorum frequens fit mentio apud scriptores ecclesiasticos, Neoplatonicos, scholiastas usque ad Tzetzem atque apud ipsos rerum Byzantinarum pronuntiatores, insigniter auctum esse liquet. In hac tanta carminum copia et varietate quid vetustatem redoleat, quid piæ primorum Christianorum fraudi debeatur, quid infima ætate confictum sit, difficile dictu est, siquidem plerique versus, exceptis iis qui librariorum culpa mendas traxerunt, sine offensione leguntur puroque et simplici sermone insignes sunt. Reperiuntur tamen hic illic fraudis indicia maculæque quibus sermonis nitor infuscatur atque adeo labentis græcitatis vestigia. Hinc nostra patrumque memoria in diversas partes viri docti discesserunt, alii Argonautica, Lithica, hymnos cæteraque fragmenta quæ hodie Orphei nomen in fronte gerunt ante Homerum composita atque e priscis Græcorum sacrariis prolata esse rati (10), alii præter versiculos a Platone et Aristotele servatos plerasque scriptorum Orphicorum reliquias, imprimis majora carmina post Christum natum condita esse arbitrati (11). Fuerunt etiam qui rei difficultate diu pensitata sibi liquere negarent (12).

Jam de majoribus illis carminibus disserere ab hoc loco alienum videtur, de fragmentis autem quæ partim ad rerum ortum, ad sacrorum ritus, ad deorum majestatem, ad agriculturam aliasque res spectant uberius disputare nihil attinet, quia id quod in tali quæstione maxime petitur consequi non licet, nisi omnium poematum Orphicorum ratio habeatur. Sed hujus argumenti difficultatem nemo non intelliget, postquam quid singuli fragmentorum editores præstiterint exposuero.

(10) Gesnerus Prolegg. p. XLVIII ed. Hermann. : « Interea fidem ea in re haberi mihi postulare videor posse, ut et in illo quod affirmo, nihildum esse in his libellis a me animadversum, quod repugnet illis temporibus, quibus fuisse dicitur Thracius ille Orpheus, qui in omnibus tanquam e sua persona loquens introducitur ; non urbium, non hominum nomina, non inventorum, aut cujuscumque rei denique mentionem, quam recentiorem esse Trojanis temporibus, demonstrari queat. » — Ruhnkenius Epist. crit. II p. 69 : « Qui Argonautica Orpheo subjecit, sive Onomacritus fuerit, sive alius, scriptor certe meo judicio est vetustissimus. Nam ne ullum quidem recentioris ætatis vestigium, quamvis diligenter animum attendas, per totum poema reperias : contra plura egregia, et quæ priscum ævum sapiant. Dictio fere est Homerica. »

(11) Hermann. Dissert. de ætate scriptoris Argonauticorum, pag. 675 seqq. Cf. Thomæ Tyrwhitti Præfatio ad Lithica.

(12) Lobeckius Aglaopham. I pag. 362 : « Ἀργοναυτικά. Hujusmodi carmen ab Orpheo conditum esse ignoravit certe Pherecydes, qui poetam omnino Argonautarum expeditioni interfuisse negavit. Schol. Apoll. I, 23 : Φερεκύδης Φιλάμμωνά φησι καὶ οὐχ Ὀρφέα συμπεπλευκέναι. De Argonauticis quæ hodie restant varia sunt longeque dissona Valckenarii, Hemsterhusii, Ruhnkenii, Hermanni et J. H. Vossii judicia nuper ab Uckerto recollecta in Geograph. Græc. et Rom. t I, part. II, p. 334. Neque arbitror aut hujus aut alius scriptoris ætatem plane liquido explorari posse, nisi syntaxis græcæ et singularum orationis partium usus non summatim, ut nunc, sed multo minutius et scrupulosius ex singulis scriptoribus evestigatus fuerit. Quam artis nostræ perfectionem procul in excelso sitam quum spe et cogitatione præsumo, beati mihi videntur mythologi, qui primo tenuissimæ cujusque fabulæ adspectu statim judicant, utrum Homeri an Orphei an Phoronei temporibus nata sit, meritoque despiciunt criticorum tricas, qui in constituenda carminis amplissimi ætate sex inter se seculis discrepant. »

Quum Henr. Stephanus in Poesi philosophica satis multa Orphicorum poematum fragmenta diligenter collegisset, par erat posteros viam ab illo monstratam ingressos longius quam ipse voluisset progredi. At Eschenbachius in Orphicorum editione Trajecti ad Rhenum a. 1689 promulgata maximam fragminum illorum partem omisit, Argonautica, Hymnos et Lithica lectorum studiis sufficere opinatus, neque multo plures Orphei reliquias in Epigene Noribergæ 1702 edito vulgavit. Cui malo mederi cupiens Gesnerus anno 1764 Lipsiæ Orphei carmina emendata et aucta publicavit. Qui quamvis omnem quæ ipsi suppetebat fragmentorum copiam consulto Stephani libro aliisque plurimis voluminibus novæ editioni inserere destinasset : tamen judicio lapsus non cuncta quæ Stephanus præbet fragmenta repetiit. Existimabat enim, ut hoc utar exemplo, versus a Tzetze pro Orphicis habitos qui in Maximi carmine apud Fabricium Bibl. Græc. vol. VIII leguntur excludendos esse. Atqui multo verisimilius est Maximum alienos versus miscello carmini intulisse, quam Tzetzem, doctum grammaticum, in citando horum versiculorum auctore sæpius errasse. Porro Gesnerus, etsi profuit Orpheo, tamen quum latine quam græce doctior esset, opus quod aggressus erat inchoavit magis quam absolvit. Itaque Godofr. Hermannus in eodem scriptore Lipsiæ a. 1805 divulgando amplissimum nactus campum in quo ingenii vis excurreret multa vidit quæ fugerant Gesnerum, neque solum majora Orphei monumenta accurate recensuit, sed etiam contexta de ætate scriptoris Argonauticorum dissertatione ad libros Orphicos ex veritate, non ex pervagatis opinionibus æstimandos multum attulit. Sed quamquam de cæteris carminibus bene meruisse dicendus est, fragmenta tamen prope neglexit. Quum autem majus poematum fragminumque Orphicorum corpus deesset, quo cunctæ Orphicorum poetarum reliquiæ continerentur, has primus colligere instituit C. Aug. Lobeckius in Aglaophami sive de theologiæ mysticæ Græcorum causis libro secundo (Regimontii Prussorum 1829). Hic ut colligendi studio Orphei editores omnes superavit : ita haud scio an collectis etiam locis ab Orphica sapientia alienis supervacanea necessariis admiscuerit. Namque disciplinæ operumque Orphicorum ambiguos et incertos esse fines nemo negabit. Quemadmodum vero Proclus, Tzetzes, Jo. Diaconus aliique istarum reliquiarum custodes adeundi nobis sunt ad Orphicæ poesis frusta congerenda et minima vestigia indaganda : sic illorum auctoritas per se nihil valet ad istiusmodi congeriem et antiquitati et Orphicæ doctrinæ adjudicandam. Nimirum veterum incuria Pythagorea etiam et Empedoclea atque aliorum poetarum carmina cum Orphicis confudit, a quibus erroribus ne recentiores quidem immunes fuerunt. Quo in genere mire peccarunt Werferus Act. Monac. II p. 134 et Gesnerus, castigati a Lobeckio p. 953 seqq. At Lobeckius quoque aliquoties in his rebus deliquit. Quum enim Suidas Orpheo etiam oracula (χρησμούς) adscribat, quæ ad Onomacritum auctorem referebantur, Proclus autem sæpe versus afferat ex oraculis (ἐκ τῶν λογίων) vel ex ea disciplina quam θεολογίαν sive θεοπαράδοτον μυσταγωγίαν appellat petitos eosque interdum cum Orphicis conjungat : non male Henr. Stephanus p. 105 seqq. hujusmodi locos Orphicis subjunxit. Contra Lobeckius hos omnes oraculorum chaldæorum versiculos esse suspicatus ex Orphicis exemit. Rursus Orpheo donavit versiculum a Stobæo Floril. XLI, 9 Pythagoræ attributum : Ἀείσω συνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. Cf. Aglaopham. p. 453. Quod quamquam jure fecisse videtur, siquidem similiter locutus est Orpheus fragm. I et II vs. 1 : tamen probabilius est, si ejusdem fuit poetæ versus, non diversum fuisse ab hoc : Φθέγξομαι, οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι· si ab alio compositus est, ad Orphici similitudinem esse factum. Nihil autem frequentius in veterum scriptis istiusmodi sententiarum mutationibus. Ita, si Orphei fuit versiculus, emendatione eget, si alius poetæ, non est mutandus. Sed si quis hac ratione Orphei apophthegmata augere velit, possit quam plurimos versus e Maximi carmine, e Stobæo et aliis scriptoribus depromtos Apollinis filio assignare. Ubique enim similia dicta reperiuntur. Etsi igitur nemo plura veterum testimonia ad Orphei memoriam plenissime renovandam adhibuit, nemo poetarum Orphicorum reliquias minutissima scripturæ varietate adnotata diligentius collegit quam Lobeckius; tamen aliorum studia mysticæ sapientiæ penetralibus reclusis non tam restinxit quam excitavit. Omnis autem opera in his fragmentis posita a majorum carminum quæ Orpheo tribuuntur pervestigatione proficisci debet. Sic enim facillime dictionis et similitudo et dissimilitudo animadvertitur. Si quis vero singula verba et loquendi genera compararit versuumque proprietates attenderit : magnam reliquorum librorum fragmina partim cum Argonauticis, partim cum Hymnis, non item cum Lithicis necessitudinem et cognationem habere inveniet. Hac jam pridem perspecta, quantum in lubrico versanti licebat aliena ab Orphicis segregavi, supervacanea omisi, corrupta quæ superiores editores intacta reliquerant emendavi, omnes denique versus latinos feci.

I.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βε-[βήλοις
πᾶσιν ὁμοῦ· σὺ δ' ἄκουε, φαεσφόρου ἔκγονε μήνης
Μουσαῖ'· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα, μηδέ σε τὰ πρὶν
ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ.
εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τούτῳ προσέδρευε,
ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος, εὖ τ' ἐπίβαινε
ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα·
εἷς ἔστ', αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται·
ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται· οὐδέ τις αὐτὸν
εἰσοράᾳ θνητῶν· αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι,
καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.
οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος χωρὶς μεγάλου βασιλῆος.
αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται.
πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις,
ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.
οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται
χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίης δ' ἔπι ποσσὶ βέβηκε,
χεῖρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
πάντοθεν ἐκτέτακεν· περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρά,
καὶ ποταμοί, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.

(Servavit hunc locum Justinus Martyr Cohortat. pag. 18 ed. Rob. Steph.: Ὀρφεύς, ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονώς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν Μουσαῖον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀκροατὰς ὕστερον περὶ τοῦ μόνου θεοῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. Ἔφη δὲ οὕτως· Φθέγξομαι κτλ. Exstat etiam apud eundem de Monarchia Dei p. 166 ed. Steph.; Clementem Alex. Cohort. p. 63 ed. Pott.; Eusebium Præp. Evang. XIII, 12, p. 389 ed. Steph.; Cyrillum contra Julianum p. 26. Confer fragmentum secundum, a quo hoc insertis mutatisque pluribus versibus discrepat.

Vs. 1-2 βέβηλοι πάντες edidit Stephanus cum plerisque, sed βεβήλοις πᾶσιν non male pars librorum Clementis, item Tatianus Or. ad Græcos p. 34 ed. Oxon. et Theodoretus Serm. I p. 19, 31. At Plato versum respiciens Conviv. p. 218 B, Οἱ δὲ οἰκέται, inquit, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε. Utrumque commodum habet sensum.)

II.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι
οὔασι φεύγοντες θεσμοὺς θείοιο τεθέντος
πᾶσι νόμου. Σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε μήνης
Μουσαῖ'· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα, μηδέ σε τὰ πρὶν
ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ,
εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τούτῳ προσέδρευε,
ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος· εὖ δ' ἐπίβαινε
ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο τυπωτὴν
ἀθάνατον. παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τοῦδε φαείνει·
εἷς ἔστ' αὐτοτελής, αὐτοῦ δ' ὕπο πάντα τελεῖται,
ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται· οὐδέ τις αὐτὸν
εἰσοράᾳ ψυχῶν θνητῶν, νῷ δ' εἰσοράαται.
αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθῶν θνητοῖς κακὸν οὐκ ἐπιτέλλει
ἀνθρώποις· αὐτῷ δὲ χάρις καὶ μῖσος ὀπηδεῖ,
καὶ πόλεμος καὶ λοιμὸς ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.
οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος. Σὺ δέ κεν ῥέα πάντ' ἐσορήσαις,
αἴ κεν ἴδῃς αὐτόν· πρὶν δή ποτε δεῦρ' ἐπὶ γαῖαν,
τέκνον ἐμόν, δείξω σοι, ὁπηνίκα δέρκομαι αὐτοῦ

I.

Dicam quibus par est; claudite portas profanis
simul omnibus: tu vero audi, luciferæ lunæ fili
Musæe: eloquar enim vera, neque te cogitationes prius
in animo versatæ cara vita privent.
Divinam autem mentem contemplatus insiste,
omnem ingenii aciem intendens, et bene ingredere
viam solumque mundi regem intuere.
Unus est, ex se procreatus, et ab uno omnia orta sunt,
per ea autem ipse circumcirca graditur, neque quisquam
aspicit mortalium, sed ipse omnes certe videt. [eum
Hic autem post felicitatem incommodum mortalibus invehit
et bellum horridum et dolores lacrimosos.
Neque quisquam alius est præter magnum regem.
At ipsum non video: nubes enim circumposita est.
Namque omnibus mortalibus mortales pupulæ in oculis sunt,
invalidæ ad videndum Jovem omnium regnatorem.
Quippe hic æneo cœlo innititur
aureo in solio (sedens), pedibusque in terra consistit,
dextramque manum usque ad oceani terminum
undique protendit: circumcirca enim tremunt montes alti
et fluvii canique profundum cærulei maris.

II.

Dicam quibus par est; obstruite autem aures profani
fugientes præscripta legis divinæ omnibus
impositæ. Tu vero audi, luciferæ lunæ fili,
Musæe; eloquar enim vera, neque te cogitationes
prius in animo versatæ cara vita privent,
divinam autem mentem contemplatus insiste
omnem ingenii aciem intendens, et bene ingredere
viam solumque mundi formatorem intuere
immortalem. Vetus autem dictum de hoc dici solitum splen-
Unus est perfectus ab eoque omnia perficiuntur, [det:
per ea autem ipse circumcirca graditur; neque ullus
humanorum animorum eum aspicit, (qui) mente aspicitur.
Ipse vero post felicitatem incommodum mortalibus non in-
hominibus: eum amor et odium comitantur [vehit
et bellum et pestilentia et dolores lacrimosi.
Neque alius est. Sed tu facile omnia aspexeris,
si videas ipsum: prius aliquando hic per terram,
mi fili, monstrabo tibi, quandoquidem ejus vestigia video

ἴχνια καὶ χεῖρα στιβαρὴν κρατεροῖο θεοῖο.
αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται
λοιπὸν ἐμοί, πᾶσιν δὲ δέκα πτυχαὶ ἀνθρώποισιν.
οὐ γάρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα,
εἰ μὴ μουνογενής τις ἀποῤῥὼξ φύλου ἄνωθεν
Χαλδαίων· ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης,
καὶ σφαίρης κίνημ' ἀμφὶ χθόνα ὡς περιτέλλει
κυκλοτερὴς ἐν ἴσῳ τε κατὰ σφέτερον κνώδακα.
πνεύματα δ' ἡνιοχεῖ περί τ' ἠέρα καὶ περὶ χεῦμα
νάματος· ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλας ἰφιγενήτου.
αὐτὸς δὴ μέγαν αὖθις ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται
χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ· γαίης δ' ἔπι ποσσὶ βέβηκεν.
χεῖρα δὲ δεξιτερὴν ἐπὶ τέρμασιν ὠκεανοῖο
ἐκτέτακεν, ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ,
οὐδὲ φέρειν δύναται κρατερὸν μένος. ἔστι δὲ πάν- [τως
αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ,
ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσατον ἠδὲ τελευτήν·
ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑλογενὴς διέταξεν,
ἐκ θεόθεν γνώμαισι λαβὼν κάτα δίπλακα θεσμόν.
ἄλλως οὐ θεμιτόν σε λέγειν· τρομέω δέ γε γυῖα
ἐν νόῳ. ἐξ ὑπάτου κραίνει περὶ πάντ' ἐνὶ τάξει.
ὦ τέκνον, σὺ δὲ τοῖσι νόοισι πελάζεο, γλῶσσαν
εὖ μάλ' ἐπικρατέων, στέρνοισι δὲ ἔνθεο φήμην.

(Eusebius Præpar. Evang. XIII, 12 : Ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου βασιλεῖ Πτολεμαίῳ προσπεφωνημένων· Φθέγξομαι κτλ. — Vs. 1-2 legebatur βέβηλοι φεύγοντες δικαίων (Stephan. Poes. phil. δικέων) θεσμοὺς quod mutavi in βέβηλοι οὔασι φεύγοντες θεσμοὺς propter Platonis verba Conviv. p. 218 B ad fragm. I citata. — Vs. 21. Suam oculorum aciem cum reliquorum hominum cæcitate comparat. Cæterum eodem modo Euripides Phœn. vs. 82 οὐρανοῦ πτύχας dixit. — Vs. 24 ἄστρον hic intelligit solem. — Vs. 36. Ὑλογενής videtur appellari Moses. Casaubonus ad Athen. p. 130 malebat ὑδογενής. Scripsi autem cum Gesnero ὡς bis pro ὥς quod in membranis est. — Vs. 40 γλῶσσαν edidi pro vitiosa codicum lectione γλώσσην, quam etiam Lobeckius servavit Agl. p. 443.)

III.

Αἰθέρος ἠδ' ἀΐδου πόντου γαίης τε τύραννε,
ὃς βρονταῖς σείεις βριαρὸν δόμον οὐλύμποιο·
δαίμονες ὃν φρίσσουσι, θεῶν δὲ δέδοικεν ὅμιλος·
ᾧ μοῖραι πείθονται, ἀμείλικτοί περ ἐοῦσαι.
ἄφθιτε μητροπάτωρ, οὗ θυμῷ πάντα δονεῖται·
ὃς κινεῖς ἀνέμους, νεφέλῃσι δὲ πάντα καλύπτεις,
πρηστῆρσι σχίζων πλατὺν αἰθέρα. Σὴ μὲν ἐν [ἄστροις
τάξις ἀναλλάκτοισιν ἐφημοσύναισι τρέχουσα·
σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι
ἄγγελοι, οἷσι μέμηλε, βροτοῖς ὡς πάντα τελεῖται.
σὸν μὲν ἔαρ λάμπει νέον ἄνθεσι πορφυρέοισι,
σὸς χειμὼν ψυχραῖσιν ἐπερχόμενος νεφέλαισιν,
σάς ποτε βακχευτὴς βρόμιος διένειμεν ὀπώρας.
εἶτα ἐπιφέρει ῥητῶς παγκράτορα ὀνομάζων τὸν θεόν·
ἄφθιτον, ἀθάνατον, ῥητὸν μόνον ἀθανάτοισιν.
ἐλθέ, μέγιστε θεῶν πάντων κρατερῇ σὺν ἀνάγκῃ,
φρικτός, ἀήττητος, μέγας, ἄφθιτος, ὃν στέφει αἰ- [θήρ.

(Clemens Alexandr. Strom. V. p. 724, 11; Eusebius Præp. Evang. XIII, 13 pag. 401 seq.

---

et validam fortis dei manum.
At ipsum non video : nubes enim circumposita est
reliqua mihi (una quæ impediat aspectum), omnibus vero [hominibus decem cœli plagæ (obstant).
Neque enim quisquam mortalium hominum videat regem,
nisi unica progenies priscæ Chaldæorum
gentis : quippe noverat sideris meatum sciebatque
cœli motum circa terram circumvolvendo perfici
ab orbiculato deo æquabiliter circa axem suum.
Regit autem ventos circa aerem et circa cursum
aquarum profertque ignis vi excussi fulgorem.
Ipse igitur magno rursus cœlo innititur
aureo in solio (sedens), pedibusque in terra consistit,
dextramque manum ad extremum oceani finem
protendit, montium vero radices intus tremunt ejus irâ
neque ferre possunt validam vim. Est autem omnino
ipse cœlestis atque in terris omnia perficit,
principium solus habens et medium et finem :
sic antiquorum effatum, sic silvarum alumnus statuit
divinitus animo duplici lege intellecta.
Aliter te loqui non par est : reformido certe membra
mente. Desuper in omnia ordine dominatur.
O fili, tu mente appropinqua, linguam
bene continens, in pectus vero animumque omen demitte.

III.

Ætheris et orci marisque terræque dominator,
qui tonitribus concutis validam olympi domum,
quem genii horrent, deorum cœtus reformidat,
cui Parcæ obediunt, quamvis inexorabiles sint.
Immortalis pater simul et mater, cujus irâ omnia agitantur,
qui ventos moves nubibusque omnia adoperis,
igneis turbinibus findens vastum ætherem. Tui quidem
immutabilium ordines tuo jussu currunt : [astrorum
tuo vero igneo solio astant nuntii laboriosi,
quibus curæ est scire, quomodo omnia a mortalibus agan- [tur.
Tuum ver novum purpureis floribus nitet,
tua hiems frigidis nubibus supervenit,
tuos fructus auctumnales bacchabundus Bromius distri- [buere solet.
Incorruptum, immortalem, solum immortalibus memoran- [dum.
Veni, maxime deorum omnium sæva necessitate urgente,
horrendus, invictus, magnus, incorruptus, quem æther cin- [git.

ed. Steph. Vs. 13 σάς posuit Gesnerus pro membranarum scriptura ἅς.)

IV.

Ἥλιος, ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν.
Εἷς Ζεύς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος,
εἷς θεὸς ἐν πάντεσσι, τί σοι δίχα ταῦτ' ἀγορεύω.

(Macrobius Saturnal. I, 18 : Solem Liberum esse manifeste pronuntiat Orpheus hoc versu : Ἥλιος κτλ. Et is quidem versus absolutior, ille vero ejusdem vatis operosior : Εἷς Ζεύς κτλ. Hunc laudans Justinus Martyr Cohort. p. 78, 1 addit et istum : Εἷς θεὸς κτλ.)

V.

Οὐρανὸν ὁρκίζω σε, θεοῦ μεγάλου σοφοῦ ἔργον,
αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρός, τὴν φθέγξατο πρῶτον,
ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς.

(Justinus Martyr Cohort. p. 78, 23 : Οὐρανὸν ὁρκίζω κτλ. τί βούλεται τὸ λέγειν αὐτόν, Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρός, τὴν φθέγξατο πρῶτον; Αὐδὴν ἐνταῦθα τὸν τοῦ θεοῦ ὀνομάζει λόγον, δι' οὗ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ ἡ πᾶσα ἐγένετο κτίσις· ὡς διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ θεῖαι τῶν ἁγίων ἀνδρῶν προφητεῖαι. Αἷς ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἐν Αἰγύπτῳ προςσχὼν ἔγνω ὅτι τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ πᾶσα ἐγένετο κτίσις. Διὸ καὶ μετὰ τὸ φῆσαι, Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρός, ἣν φθέγξατο πρῶτον, παρ' αὐτὰ συνάπτει λέγων, Ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς. Ἐνταῦθα τὸν λόγον αὐδὴν διὰ τὸ ποιητικὸν ὀνομάζει μέτρον. Ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, δῆλον ἀπὸ τοῦ μικρῷ πρόσθεν, τοῦ μέτρου συγχωροῦντος αὐτῷ, λόγον αὐτὸν ὀνομάζειν. Ἔφη γάρ· Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τούτῳ προσέδρευε. Conf. Cyrill. contra Julian. I p. 23. Hoc fragmentum solutis versibus affert etiam Malalas Chronographiæ lib. II pag. 27 ed. Bonn., sed Hermeti Trismegisto adjudicat. Sic autem ait : Καὶ ταῦτα εἰρηκὼς (Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος) ηὔξατο λέγων· Ὁρκίζω σε, οὐρανέ, θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον, ἵλαος ἔσο· ὁρκίζω σε, φωνὴ πατρός, ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἐστηρίξατο βουλῇ. Φωνὴν πατρός, ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, τὸν μονογενῆ λόγον αὐτοῦ. De quo loco disputat Bentlejus in epistola ad Jo. Millium, Orpheo verba tribuens numerosque e Cyrillo et Justino restituens.)

Ναὶ μὴν ἀθανάτων γεννήτορας αἰὲν ἐόντας,
πῦρ καὶ ὕδωρ, γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἠδὲ σελήνην·
ἠέλιόν τε, Φάνητα μέγαν, καὶ νύκτα μέλαιναν.

(Orphicum hoc jusjurandum citat Theo Smyrnæus περὶ τῶν κατὰ μαθηματικοὺς χρησίμων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν p. 164 ed. Petav.)

VI.

Ταῦτα πατὴρ ποίησε κατὰ σπέος ἠεροειδές.

(Proclus in Plat. Tim. II p. 95 D, pag. 224 ed. Schneider. : Καὶ περὶ ἐκείνου μὲν Ὀρφεύς φησι· ταῦτα κτλ.)

Τοὔνεκα σὺν τῷ παντὶ Διὸς πάλιν ἐντὸς ἐτύχθη
αἰθέρος εὐρείης ἠδ' οὐρανοῦ ἀγλαὸν ὕψος,
πόντου τ' ἀτρυγέτου, γαίης τ' ἐρικυδέος εὔρη,
ὠκεανός τε μέγας, καὶ νείατα τάρταρα γαίης,
καὶ ποταμοὶ· καὶ πόντος ἀπείριτος, ἄλλα τε πάντα·
πάντες τ' ἀθάνατοι μάκαρες θεοὶ ἠδὲ θέαιναι,
ὅσσα τ' ἔην γεγαῶτα, καὶ ὕστερον ὁππόσ' ἔμελλεν,
ἐγγένετο. Ζηνὸς δ' ἐνὶ γαστέρι σύῤῥα πεφύκει.

(Proclus l. c. p. 95, E p. 224 seq. ed. Schneider. : Ὁ μὲν οὖν Πλάτων τοιοῦτον ὑποστησάμενος δημιουργόν, ἄῤῥητον αὐτὸν καὶ ἀκατονόμαστον εἴασεν, ὡς ἐν τἀγαθοῦ μοίρᾳ προτεταγμένον τῶν ὅλων. Ἔστι γὰρ ἐν πάσῃ τάξει θεῶν τὸ ἀναλογοῦν τῷ ἑνί. Τοιοῦτον γοῦν ἡ ἐν ἑκάστῳ κόσμῳ μονάς. Ὁ δέ γε Ὀρφεὺς καὶ ὄνομα αὐτῷ προσήνεγκεν, ἅτε ἐκεῖθεν κινούμενος· ᾧ καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων ἐν ἄλλοις ἠκολούθησεν. Ὁ γὰρ παρ' αὐτῷ Ζεύς, ὁ πρὸ τῶν τριῶν Κρονιδῶν, οὗτός ἐστιν ὁ τῶν ὅλων δημιουργός. Μετὰ γοῦν τὴν κατάποσιν τοῦ Φάνητος αἱ ἰδέαι τῶν πάντων ἐν αὐτῷ πεφήνασιν, ὥς φησιν ὁ θεολόγος· τοὔνεκα κτλ. — Vs. 9 legebatur ἐγένετο in membranis, sed apud Steuchum de perenni philosophia p. 428 : γίγνεσθαι. Locus requirit ἐγγένετο quod conjecit Gesnerus. Vocabulum in fine versus depravatum σύῤῥαν (al. σειρὰ) recte mutavit Stephanus

IV.

Sol quem Dionysum cognomento perhibent.
Unus Jupiter, unus Orcus, unus Sol, unus Dionysus,
unus deus inter omnes, cur tibi seorsum hæc dico.

V.

Per cœlum, magni sapientisque dei opus, te obtestor,
per patris vocem te obsecro, quam primum emisit,
quum suo consilio totum mundum ædificavit. —
Per æternos immortalium parentes,
ignem et aquam, terram et cœlum ac lunam,
solemque, magnum Phanetem, et noctem atram.

VI.

Hæc rerum parens in specu obscuro fecit. —
Idcirco cum universo rursus Jovis corpori insunt
ætheris vasti et cœli splendidus vertex,
marisque sterilis et terræ præclaræ latitudo,
magnusque oceanus, et infima terræ loca, Tartarus,
et fluvii, et mare interminatum, ac cætera omnia;
omnesque immortales, dii beati deæque,
et quæcunque nata erant et postea nasci debebant,
ibi nata sunt. Jovis autem in utero coaluerant. —

in σύῤῥα i. e. σύν ῥα πεφύκει vel συνεπεφύκει ῥα. Similiter Proclus in Plat. Parmenid. III, p. 22: Ὁ μὲν γὰρ Ὀρφεὺς μετὰ τὴν κατάποσιν τοῦ Φάνητος ἐν τῷ Διὶ τὰ πάντα γεγονέναι φησί.)

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα. Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη,
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Ζεὺς πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή,
Ζεὺς πόντου ῥίζα, Ζεὺς ἥλιος ἠδὲ σελήνη,
Ζεὺς βασιλεύς, Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχιγένεθλος.
ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο, μέγας ἀρχὸς ἁπάντων,
ἓν δὲ δέμας βασίλειον, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται,
πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα καὶ αἰθήρ, νύξ τε καὶ ἦμαρ,
καὶ Μῆτις, πρῶτος γενέτωρ, καὶ Ἔρως πολυτερπής·
πάντα γὰρ ἐν Ζηνὸς μεγάλῳ τάδε σώματι κεῖται.
τοῦ δή τοι κεφαλὴ μὲν ἰδεῖν καὶ καλὰ πρόσωπα
οὐρανὸς αἰγλήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
ἄστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται,
ταύρεα δ' ἀμφοτέρωθε δύο χρύσεια κέρατα
ἀντολίη τε δύσις τε, θεῶν ὁδοὶ οὐρανιώνων.
ὄμματα δ' ἠέλιός τε καὶ ἀντιόωσα σελήνη.
νοῦς δέ οἱ ἀψευδής, βασιλήϊος, ἄφθιτος αἰθήρ·
ᾧ δὴ πάντα κλύει καὶ φράζεται, οὐδέ τις ἐστὶν
αὐδὴ οὔτ' ἐνοπή, οὔτ' αὖ κτύπος, οὐδὲ μὲν ὄσσα,
ἣ λήθει Διὸς οὖας, ὑπερμενέος Κρονίωνος.
ὧδε μὲν ἀθανάτην κεφαλὴν ἔχει ἠδὲ νόημα,
σῶμα δέ οἱ πυριφεγγές, ἀπείριτον, ἀστυφέλικτον,
ἄτρομον, ὀβριμόγυιον, ὑπερμενὲς ὧδε τέτυκται.
ὦμοι μὲν καὶ στέρνα καὶ εὐρέα νῶτα θεοῖο
ἀὴρ εὐρυβίης, πτέρυγες δέ οἱ ἐξεφύοντο,
τῇς ἐπὶ πάντα ποτᾶθ'· ἱερὴ δέ οἱ ἔπλετο νηδὺς
γαῖά τε παμμήτειρ', ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα,
μέσση δὲ ζώνη βαρυηχέος οἶδμα θαλάσσης
καὶ πόντου· πυμάτη δὲ βάσις χθονὸς ἔνδοθι ῥίζαι,
τάρταρα δ' εὐρώεντα καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης.
πάντα δ' ἀποκρύψας αὖτις φάος ἐς πολυγηθὲς
ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο, μέρμερα ῥέζων.

(Vs. 10–43 servavit Eusebius Præp. Evang. pag. 100 B; item Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 2, 23, tom. I pag. 16 seq. ed. Gaisford. apud quem tamen vs. 14-15: Ζεὺς πνοιὴ—σελήνη omittuntur. Initium inde a vs. 10-16: Ζεὺς πρῶτος—ἀρχιγένεθλος et postremos duos versus πάντα δ' ἀποκρύψας—ῥέζων habet etiam Aristoteles de Mundo cap. 7. Ex his tribus fontibus in magna scripturæ varietate optimas quasque lectiones elegimus. Adde quod Proclus plures versus suo in Platonis Timæum commentario hic illic inseruit, quem ubi opus videbatur consuluimus. Hic autem pag. 95 E explicationis causa addit: Τῶν δὲ ἰδεῶν πλήρης ὢν διὰ τούτων ἐν ἑαυτῷ τὰ ὅλα περιείληφεν, ὡς καὶ τοῦτο ἐνδεικνύμενος ὁ θεολόγος ἐπήγαγε· Ζεὺς πρῶτος κτλ. Aristoteles vero hæc præmittit: Οὐράνιός τε καὶ χθόνιος, πάσης ἐπώνυμος ὢν φύσεώς τε καὶ τύχης ἅτε πάντων αὐτὸς αἴτιος ὤν. Διὸ καὶ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς οὐ κακῶς λέγεται· Ζεὺς πρῶτος κτλ. Vs. 28 citat Olympiodorus in Phileb. ubi pro οἷα ψευδὴς legendum οἱ ἀψευδής.)

VII.

Τήκων αἰθέρα δῖον, ἀκίνητον πρὶν ἐόντα,
ἐξανέφηνε θεοῖς ὥραν κάλλιστον ἰδέσθαι,

Jupiter primus est, Jupiter ultimus fulminis moderator,
Jupiter caput, Jupiter medium. E Jove cuncta sunt.
Jupiter mas est, Jupiter nympha est immortalis,
Jupiter fundamentum terræ et cœli stelliferi,
Jupiter cunctorum spiritus, Jupiter ignis indefessi impetus,
Jupiter fundus maris, Jupiter sol et luna,
Jupiter rex, Jupiter ipse generis omnium auctor.
Una vis, unus deus est, magnus omnium rector,
unum autem corpus regium, in quo hæc omnia circumaguntur,
ignis et aqua, terra et æther, nox et dies,
et Metis, primus genitor, et Amor placitus;
omnia enim hæc in magno Jovis corpore jacent.
Hujus igitur caput et pulchra facies videnti apparet
cœlum splendidum, unde aureæ circumcirca coruscantium
siderum comæ, pulchritudine insignes, suspensæ sunt,
et taurina utrimque duo aurea cornua,
oriens et occidens, deorum cœlestium viæ.
Oculi vero sunt sol et opposita luna.
Mens errore libera ei est regius atque immortalis æther,
quo cuncta audit atque animadvertit, neque est
vel oratio vel sonitus, vel strepitus, vel vox,
quæ fugiat Jovis, præpotentis Saturnii, aures.
Sic caput immortale habet et mentem,
sic autem corpus ei coruscum, interminatum, inconcussum,
immotum, robustum, prævalidum est.
Humeri quidem et pectus latumque dei tergum
aer late potens est, alæ vero ei enatæ sunt,
quibus ad omnia advolat: sanctus autem ei uterus est
terra omnium mater excelsique montium vertices,
at medium cingulum maris sonori æquor
pontique; et pedum plantæ terræ viscera
Tartarusque situ obsitus et extremi terrarum fines.
Sed postquam omnia occultavit, rursus in jucundam lucem
sacro e sinu profert, magna efficiens.

VII.

(Procreator mundi) ætherem divinum, prius immotum, liquefaciens
diis spectandum exhibuit ætate florentem pulcherrimumque aspectu,

ὃν δὴ νῦν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον,
Εὐβουλῆά τ' ἄνακτα, καὶ Ἀνταύγην ἀρίδηλον·
ἄλλοι δ' ἄλλο καλοῦσιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.
πρῶτος δ' ἐς φάος ἦλθε, Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη,
οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον·
ἀλλαχθεὶς δ' ὄνομ' ἔσχε προσωνυμίας τε ἕκαστον
παντοδαπὰς κατὰ καιρόν, ἀμειβομένοιο χρόνοιο.

(Macrobius Saturn. I, 18 allatis versibus adjicit : « Phaneta dixit Solem ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ φανεροῦ, id est a lumine atque illuminatione, quia cunctis visitur cuncta conspiciens : Dionysus, ut ipse vates ait, ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι, id est, quod circumferatur in ambitum. » Confer Damascium apud Bentlejum Epist. ad Mill. : Οὐχὶ δὲ καὶ Ὀρφεὺς ἀπὸ τοῦ Ὠοῦ παράγει καὶ τῆς Νεφέλης ῥαγείσης τὸν πολυτίμητον Φάνητα κτλ. et quæ leguntur apud Wolfium Anecd. III p. 209 : Ὅ τε γὰρ Ἑλλήνων θεολόγος Ὀρφεὺς πρῶτον ἐποίησε τὸν Φάνητα καθορώμενον ὑπὸ τῶν θεῶν.)

Ταῦτά γε πάντα τελεῖν ἱερᾷ σκευῇ πυκάσαντα,
σῶμα θεοῦ πλάττειν ἐριαυγοῦς Ἠελίοιο.
πρῶτα μὲν ἀργυφέαις ἐναλίγκιον ἀκτίνεσσιν
πέπλον φοινίκεον πυρὶ εἴκελον ἀμφιβαλέσθαι.
αὐτὰρ ὕπερθε νεβροῖο παναιόλου εὐρὺ καθάψαι
δέρμα πολυστίκτου θηρός, κατὰ δεξιὸν ὦμον,
ἄστρων δαιδαλέων μίμημ' ἱεροῦ τε πόλοιο.
εἶτα δ' ὕπερθε νεβρῆς χρύσεον ζωστῆρα βαλέσθαι,
παμφανόωντα, πέριξ στέρνων φορέειν, μέγα σῆμα
εὐθὺς ὅτ' ἐκ περάτων γαίης φαέθων ἀνορούσων
χρυσείαις ἀκτῖσι βάλῃ ῥόον ὠκεανοῖο,
αὐγὴ δ' ἄσπετος ᾖ, ἀνὰ δὲ δρόσῳ ἀμφιμιγεῖσα
μαρμαίρῃ δίνῃσιν ἑλισσομένη κατὰ κύκλον
πρόσθε θεοῦ, ζώνη δ' ἄρ' ὑπὸ στέρνων ἀμετρήτων
φαίνετ' ἄρ', ὠκεανοῦ κύκλος, μέγα θαῦμ' ἐσιδέσθαι.

(Macrobius l. c. quibusdam interjectis : « Orpheus Liberum atque Solem unum esse deum eundemque demonstrans de ornatu vestituque ejus in sacris Liberalibus ita scribit : ταῦτά γε πάντα κτλ. » — Vs. 15 recepi Gesneri conjecturam πολυστίκτου ; codices πολύστικτον. — Vs. 16 pro δαιδαλέων fortasse legendum δαιδάλεον, ut sensus sit : *artificiosam siderum imaginem.*)

Κέκλυθι τηλεπόρου δίνης ἑλικαυγέα κύκλον
οὐρανίαις στροφάλιγξι περίδρομον αἰὲν ἑλίσσων,
ἀγλαὲ Ζεῦ, Διόνυσε, πάτερ πόντου, πάτερ αἴης,
Ἥλιε παγγενέτορ, Πὰν αἰόλε, χρυσεοφεγγές.

(Macrobius Saturn. I, 23 : Solem esse omnia et Orpheus testatur his versibus : κέκλυθι τηλεπόρου κτλ.)

Πατρὸς ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

(Macrobius Saturn, I, 17 : Apollinem πατρῷον cognominarunt, non propria gentis unius ac civitatis religione, sed ut auctorem progenerandarum omnium rerum, quod Sol humoribus exsiccatis, progenerandis omnibus præbuit causam, ut ait Orpheus : πατρὸς ἔχοντα κτλ.)

VIII.

Ἦν δὲ Φάνης Βρόμιός τε μέγας καὶ Ζεὺς ὁ πανόπτης.

(Proclus in Plat. Tim. II p. 102 D, p. 241 ed. Schneid. : Πάλαι γὰρ ὁ θεολόγος ἔν γε τῷ Φάνητι τὴν δημιουργικὴν αἰτίαν ἀνύμνησεν· ἐκεῖ γὰρ ἦν τε καὶ προῆν, ὥσπερ ἔφη, καὶ αὐτὸς « Βρόμιός τε μέγας καὶ Ζεὺς ὁ πανόπτης, » ἵνα δὴ τῆς διττῆς

---

quem nunc vocant Phanetem ac Dionysum,
et Eubuleum regem et clarissimum Antangen :
alii vero terrestrium hominum alio nomine appellant.
Sed primus in lucem prodiit ac Dionysus nominatus est,
quia per infinitum longumque Olympum circumagitur :
mutatus autem nomen appellationesque singulis
temporum momentis varias pro temporum varietate habuit. —
Hæc certe omnia perficere sacro vestitu corpus ornantem,
formamque dei, splendidi Solis, fingere.
Primum quidem albis radiis similem
palla purpurea ad ignis similitudinem accedente indui.
At superne latam hinnulei versicoloris,
maculosæ bestiæ, pellem e dextro humero suspendere,
siderum artificiosorum sanctique cœli imaginem.
Deinde super hinnulei pellem corpori aptare aureum balteum
eumque coruscum ac circa pectus gestare, ingens prodigium
statim quum e terræ finibus lucidus Sol oriturus
aureis radiis oceani fluenta verberavit,
et larga lux apparet, (quæ) rore permixta
splendescit, vorticibus in orbem volutata
ante deum, cingulum vero sub pectore immense
conspicitur, oceani orbis, res mirabilis visu. —
Audi radiantem longinqui vorticis orbem
cœlesti conversione circumvagum semper volutans,
splendide Jupiter, Dionyse, opifex maris, opifex terræ,
Sol omnium genitor, Faune versicolor, auro micans. —
Patris mente et prudenti consilio præditum.

VIII.

Erat autem Phanes et Bromius magnus et Jupiter omnia videns

δημιουργίας ἔχῃ τὰς οἱονεὶ πηγάς· καὶ ἐν τῷ Διὶ τὴν παραδειγματικήν. Addidi ad versum supplendum : ἦν δὲ Φάνης.)

Καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ, καὶ Ἔρως πολυ-
[τερπής.

(Proclus l. c. : Μῆτις γὰρ αὖ καὶ οὗτός ἐστιν, ὥς φησι Καὶ Μῆτις πρῶτος κτλ. Αὐτός τε ὁ Διόνυσος καὶ Φάνης καὶ Ἠρικεπαῖος συνεχῶς ὀνομάζεται. Cf. fragm. VI, 20.)

Ὣς τότε πρωτογόνοιο χανὼν μένος Ἠρικεπαίου
τῶν πάντων γε δέμας Ζεὺς εἶχ' ἐνὶ γαστέρι
[κοίλῃ,
μίξε δ' ἑοῖς μελέεσσι θεοῦ δύναμίν τε καὶ ἀλκήν.
τοὔνεκα σὺν τῷ παντὶ Διὸς πάλιν ἐντὸς ἐτύχθη.

(Proclus in Plat. Tim. II p. 99 A : Ἔστι γάρ, εἰ χρὴ διαῤῥήδην τὰ τοῦ καθηγεμόνος λέγειν, ὁ παρὰ τῷ Ὀρφεῖ πρωτόγονος θεός, κατὰ τὸ πέρας τῶν νοητῶν ἱδρυμένος παρὰ τῷ Πλάτωνι τῷ αὐτοζώῳ (leg. τὸ αὐτόζωον). Διὸ καὶ αἰώνιόν ἐστι καὶ τῶν νοουμένων κάλλιστον· καὶ τοῦτό ἐστιν ἐν νοητοῖς ὅπερ ὁ Ζεὺς ἐν νοεροῖς. Πέρας δὲ ἑκάτερος τῶνδε τῶν τάξεων. Καὶ ὁ μὲν τῶν παραδειγματικῶν αἰτίων τὸ πρώτιστον, ὁ δὲ τῶν δημιουργικῶν τὸ μοναδικώτατον. Διὸ καὶ ἑνοῦται πρὸς ἐκεῖνον ὁ Ζεὺς διὰ μέσης τῆς Νυκτός, καὶ πληρωθεὶς ἐκεῖθεν γίγνεται κόσμος νοητός, ὡς ἐν νοεροῖς. Ὣς τότε πρωτογόνοιο χανὸν μένος Ἠρικεπαίου τῶν πάντων δέμας εἶχεν ἑῇ ἐνὶ γαστέρι κοίλῃ κτλ. Mutavi hæc e Lobeckii conjectura Aglaoph. p. 479, nisi quod in secundo versu non τῶν πάντων τε, sed τῶν πάντων γε scripsi.)

Σὺν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὴν τεκνώσατο δεινὴν
νηδύος ἐξ ἱερῆς, προσιδεῖν φοβερωπὸν ἔχιδναν,
ἧς χαῖται μὲν ἀπὸ κρατὸς καλόν τε πρόσωπον
ἦν ἐσιδεῖν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη φοβεροῖο δράκοντος
αὐχένος ἐξ ἄκρου.

(Athenag. Apol. p. 72 : Καὶ τίς ἂν ἄνθρωπος κεκριμένος καὶ ἐν θεωρίᾳ γεγονὼς ὑπὸ θεοῦ γεννηθῆναι πιστεύσαι ἔχιδναν; Ὀρφεύς, Ἂν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὴν κτλ. ἢ αὐτὸν τὸν Φάνητα δέξαιτο, θεὸν ὄντα πρωτόγονον (οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ ᾠοῦ προχυθείς) ἢ σῶμα ἢ σχῆμα ἔχειν δράκοντος; ἢ καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ Διός, ὅπως ὁ Ζεὺς ἀχώρητος γένοιτο; — Vs. 7 pro ἂν δὲ Φάνης apparet legendum esse σὺν δὲ Φάνης.)

Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν, κλυτὸν Ἠρικε-
[παῖον.

(Proclus in Tim. II p. 137 B : Εἰκότως ἄρα καὶ ὁ θεολόγος μόνον παράγει τὸν Φάνητα « σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτὸν » ἀπὸ τοῦ κρυφίως ὄντος θεοῦ τὰ πάντα, καὶ ἀπὸ τούτου πάσας ὑφίστησι τὰς δευτέρας τάξεις τῶν θεῶν. Et paulo post : Καλεῖ δὲ ὅμως αὐτὸν εὐδαίμονα, σεμνόν, Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτόν. Ita emendavit Bentlejus Epist. ad Mill. in Opusc. phil. p. 455, sanatis magnam partem etiam Damascii verbis : Καὶ Ὀρφεὺς τὸν πολυτίμητον τοῦτον θεὸν ἀνεφημεῖ (leg. ἀνυμνεῖ)· Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτὸν Ἠρικεπαῖον. Apud Proclum altero loco legebatur θεόν, altero μήτις et κλυτῶν, apud Damascium ἀνευφήσαιμι τὸν σπέρμα φέροντα θεῶν κ' αὐτὸν ἠρικεπαῖον)

Ἡ δὲ πάλιν Γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν εὐρὺν ἔτικτε.

(Proclus in Tim. II p. 137 B : Οὐρανὸς μὲν γὰρ μετὰ τῆς Γῆς πρόεισιν· ἡ δὲ πάλιν κτλ.)

Ἑπτὰ μὲν εὐειδεῖς κούρας, ἑλικώπιδας, ἁγνάς,
ἑπτὰ δὲ παῖδας ἄνακτας ἐγείνατο λαχνήεντας.

(Proclus in Tim. l. c. : Κατὰ γὰρ τὴν τρίτην γονὴν ἡ Γῆ προήγαγεν ἑπτὰ μὲν κτλ.)

Αὐτὸς ἑῆς γὰρ παιδὸς ἀφείλετο κούριον ἄνθος.

(Proclus in Tim. l. c. : Ὁ δέ γε Φάνης μόνος τε πρόεισιν, καὶ ὁ αὐτὸς ἀνυμνεῖται θῆλυς καὶ γενέτωρ, παράγει τὰς Νύκτας, καὶ τῇ μέσῃ σύνεστιν ὁ πατήρ· αὐτὸς γὰρ ἑῆς παιδὸς ἀφείλετο κούριμον ἄνθος. Legendum cum Gesnero αὐτὸς ἑῆς γὰρ παιδὸς et cum Schneidero ad Argonaut. vs. 1336, κούριον.)

Ἔνθεν ἄδην θρώσκει γένεσις πολυποικίλου ὕλης,
ἔνθεν συρόμενος πρηστήρ, ἀμυδροῦ πυρὸς ἄνθος,
κόσμων ἐνθρώσκων κοιλώμασι. πάντα γὰρ ἔνθεν
ἄρχεται εἰς τὸ κάτω τείνειν ἀκτῖνας ἀγητάς.

(Proclus in Tim. II p. 137 C : Οὕτω δὲ καὶ τὰ λόγια τὸν μέγιστον τοῦτον θεὸν πηγὴν πηγῶν

Et Metis primus genitor, et Amor placitus. —
Sic tum postquam primogenitum Ericepæum hianti ore
[hausit,
Jupiter etiam rerum omnium species in cavo utero habuit,
suisque membris dei vires et robur admiscuit.
Idcirco cum universo rursus Jovis corpori insunt. —
Simul alium horrendum partum Phanes edidit
ex utero sacro, Echidnam aspectu terribilem,
cujus coma, capitis [ornamentum] pulchraque facies
conspiciebantur, reliqua membra draconis formidabilis
inde a summa cervice erant. —
Metin, deorum semen ferentem, clarum Ericepæum. —
Hæc autem rursus Tellurem Cœlumque spatiosum peperit.
— Septem quidem puellas formosas, venustas, castas,
septem vero pueros, reges hirsutos, enixa est. —
Ipse enim filiæ suæ puellarem florem abstulit. —
Inde affatim prosilit fons multiformis materiæ,
inde ductus prester, obscuri ignis flos,
in mundorum recessus insiliens. Cuncta enim inde
incipiunt in inferiora admirabiles radios extendere. —

προσαγορεύει καὶ μόνον ἀπογεννῆσαι τὰ πάντα φησίν· ἔνθεν ἀδηθρώσκει κτλ. Recte Gesnerus edit ἄδην θρώσκει et vs. 18 ἀμυδροῦ pro membranarum scriptura ἀμυδροῖ. Damascius apud Bentlejum Epist. ad Mill. p. 455 versum 17 sic scribit : Ἔνθεν ἀποθρώσκει γένεσις πολυπιδάκου ὕλης.)

Ἑπτὰ μὲν εὐειδεῖς κούρας, ἑλικώπιδας, ἁγνάς,
ἑπτὰ δὲ παῖδας ἄνακτας ἐγείνατο λαχνήεντας.
Θυγατέρας μὲν τίκτε Θέμιν καὶ εὔφρονα Τηθύν,
Μνημοσύνην τε βαθυπλόκαμον, Θείαν τε μάκαιραν,
ἠδὲ Διώνην τίκτεν, ἀριπρεπὲς εἶδος ἔχουσαν,
Φοίβην τε Ῥείην τε, Διὸς γενέτειραν ἄνακτος. . .
Κοῖόν τε Κροῖόν τε μέγαν, Φόρκυν τε κραταιόν,
καὶ Κρόνον, Ὠκεανόν θ', Ὑπερίονά τ', Ἰαπετόν τε.

(Proclus in Tim. lib. V p. 295 D, p. 716 ed. Schneid. : Τίκτει γὰρ ἡ Γῆ λαθοῦσα τὸν Οὐρανόν, ὥς φησιν ὁ θεολόγος· ἑπτὰ μὲν εὐειδεῖς κούρας, ἑπτὰ δὲ παῖδας ἄνακτας· θυγατέρας μὲν Θέμιν καὶ εὔφρονα Τηθὺν κτλ. Verba quæ exciderunt comparatis vss. 13-14 et 25 restitui. Versui 27 Proclus præmittit hæc : Παῖδας δὲ ἄλλους τοσούτους. Cæterum Φόρκυν τε κραταιὸν Gesnerus metri causa posuit pro codicum lectione Φόρκυν τε κρατερόν.)

Οὐρανὸς ὡς ἐνόησεν ἀμείλιχον ἦτορ ἔχοντας
καὶ φύσιν ἐκνομίην·
ῥίπτε βαθὺν γαίης ἐς τάρταρον.

(Proclus in Tim. V p. 295 F : Ὡς γὰρ ἐνόησε, φησίν, αὐτοὺς ὁ Οὐρανὸς ἀμείλιχον κτλ. Itaque Urani sive Cœli nomen primo versui inserui, quem Gesnerus sic exhibet : Ὡς ἐνόησ' αὐτοὺς ἀμείλιχον ἦτορ ἔχοντας.)

Ἔνθ' οὖν Ὠκεανὸς μὲν ἐνὶ μεγάροισιν ἔμιμνεν,
ὁρμαίνων, ποτέρωσε νόον τράποι, ἢ πατέρα ὃν
γυμνώσῃ τε βίης, καὶ ἀτάσθαλα λωβήσαιτο
σὺν Κρόνῳ ἠδ' ἄλλοισιν ἀδελφοῖς, οἳ πεπίθοντο
μητρὶ φίλῃ, ἢ τούς γε λιπὼν μένοι ἔνδον ἕκηλος.
πολλὰ δὲ πορφύρων μένεν ἥμενος ἐν μεγάροισι,
σκυζόμενος ᾗ μητρί, κασιγνήτοισι δὲ μᾶλλον.

(Proclus in Tim. V p. 296 A : Τῶν γὰρ ἄλλων Τιτάνων εἰς τὴν κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπιβουλὴν ἱεμένων, ὁ Ὠκεανὸς ἀπαγορεύει τε πρὸς τὰς τῆς μητρὸς ἐπιτάξεις, καὶ ἐνδοιάζει περὶ τῆς πράξεως. — Vs. 37 legebatur ἥμερος, quod Hermannus in ἥμενος convertit.)

Καὶ κρατεροί περ ἐόντες ἀμείνονος ἀντιάσαντες,
ὕβριος ἀντ' ὀλοῆς καὶ ἀτασθαλίης ὑπερόπλου. . . .

(Proclus in Tim. I pag. 57 F : Οὕτω γὰρ ἡ δημιουργικὴ πέρας ἴσχει βούλησις, καὶ τὰ χείρω κρατεῖται ὑπὸ τῶν ἀμεινόνων, ἐν μὲν τοῖς μερικοῖς Ἀτλαντῖνοι ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, ἐν δὲ τοῖς ὅλοις οἱ Τιτᾶνες ὑπὸ τῶν Ὀλυμπίων, καὶ κρατεροί περ κτλ. φησὶν ὁ θεολόγος.)

Κούρους δ' οὐρανίωνας ἐγείνατο πότνια γαῖα,
οὓς δὴ καὶ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέουσιν,
οὕνεκα τισάσθην μέγαν οὐρανὸν ἀστερόεντα.

(Athenag. Apol. p. 66 : Διὸ καὶ ὀργισθεῖσα ἡ Γῆ τοὺς Τιτᾶνας ἐγέννησε. Κούρους δ' οὐρανίωνας κτλ. Confer fragm. XVIII.)

Οἳ Ζηνὶ βροντήν τε πόρον, τεῦξάν τε κεραυνόν,
πρῶτοι τεκτονόχειρες, οἳ Ἥφαιστον καὶ Ἀθήνην
δαίδαλα πάντ' ἐδίδαξαν, ὅσ' οὐρανὸς ἐντὸς ἐέργει.

(Proclus in Tim. II pag. 100. A; p. 235 ed. Schneider : Ὡς γάρ φησιν ὁ θεολόγος, οἱ πρῶτοι τεκτονόχειρες τῷ Διὶ τὰς δημιουργικὰς δυνάμεις ἔδοσαν πάσης τῆς ἐγκοσμίου ποιήσεως· οἳ Ζηνὶ κτλ.)

Ἑπτὰ δὲ πάντα μέρη κούρου διεμοιρήσαντο.

(Proclus in Tim. III pag. 184, pag. 438 ed. Schneider. : Τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ θεοῦ σῶμα πᾶν, τὴν ψυχικὴν σύστασιν, εἰς ἑπτὰ καὶ τοῦτο διῃρημένον·

Septem quidem puellas formosas, venustas, castas,
septem vero pueros, reges hirsutos, enixa est.
Filias quidem peperit Themin et lætam Tethyn,
et Mnemosynen promissos cincinnos habentem et beatam [Theam,
ac Dionen genuit decora facie præditam,
Phœbenque et Rheam, Jovis regis genitricem. . . . . . .
Cœumque et magnum Crœum fortemque Phorcum,
et Saturnum Oceanumque et Hyperionem et Iapetum. —
Cœlus ut vidit inexorabilem hos animum habere
et pravum ingenium,
in profundum Terræ tartarum eos dejecit. —
Tum igitur Oceanus quidem in ædibus manebat,
deliberans, utram in partem animum converteret, patremne suum
viribus spoliaret, et per scelus injuria afficeret
cum Saturno et aliis fratribus, qui obediverant
matri caræ, an his relictis intus maneret quietus.
Multa autem secum volvens manebat sedens in ædibus,
irascens matri suæ, sed magis fratribus. —
Quamvis robusti sint, fortiori tamen obviam profecti,
pro perniciosa contumelia (quam imponere ei tentabant) et audaci improbitate. . . . —
Filios autem cœlestes veneranda Tellus enixa est,
quos etiam Titanes cognomento perhibent,
quia magnum cœlum stelliferum punierunt. —
Qui Jovi tonitru præbuerunt et fulmen fabricati sunt,
primi fabri, qui Vulcanum et Minervam
artificia omnia docuerunt, quæ cœlum complectitur. —
Septem omnia (Bacchi) pueri membra dispertiverunt.

ἑπτὰ δὲ πάντα κτλ. φησὶν ὁ θεολόγος περὶ τῶν Τιτάνων.)

Τιτῆνες κακομῆται, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες.

(Proclus in Tim. I pag. 54 B, pag. 124 ed. Schneider. : Ἐπεὶ παράδειγμα αὐτῶν διὰ τούτων παρὰ τῷ θεολόγῳ δηλοῦται τῶν ὀνομάτων· Τιτῆνες κακομῆται κτλ.)

IX.

Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείριτον, ἥντε σελήνην
ἀθάνατοι κλήζουσιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην·
ἣ πόλλ' οὔρε' ἔχει, πόλλ' ἄστεα, πολλὰ μέλαθρα.

(Proclus in Tim. III pag. 154 A, pag. 363 ed. Schneider. : Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι ἔλεγον ἐν τῷ οὐρανῷ θεωρεῖσθαι τὰ στοιχεῖα διχῶς, ἄλλως μὲν πρὸ ἡλίου, ἄλλως δὲ μετὰ ἥλιον. Γῆ μὲν γὰρ αἰθερία ἡ σελήνη· τοῦτο μὲν οὖν καὶ ὁ θεολόγος εἴρηκε σαφῶς· Μήσατο δ' ἄλλην κτλ. Duos priores versus repetit idem in Tim. IV pag. 283 B : Τὴν μὲν γὰρ σελήνην γῆν εἰώθασι καλεῖν, ὡς τοῦτον ἔχουσαν τὸν λόγον πρὸς τὸν ἥλιον, ὃν ἡ γῆ πρὸς τὸ πῦρ· Μήσατο δ' ἄλλην κτλ. φησὶν Ὀρφεύς.)

Ὄφρ' ἐν μηνὶ τρέπῃ ὅπερ ἥλιος εἰς ἐνιαυτόν.

(Proclus in Tim. IV pag. 256 A : Διὸ καὶ ὥσπερ τὸν ἥλιον κατὰ ὥραν καὶ κατὰ ζῴδιον εἰρήκασιν ἀμείβειν τὰς μορφάς, οὕτω καὶ τὴν σελήνην κατὰ ἑκάστην ἡμέραν, ὄφρ' ἐν μηνὶ κτλ.)

X.

Μαῖα, θεῶν ὑπάτη, Νὺξ ἄμβροτε, πῶς, τάδε [φράζε,
πῶς δεῖ μ' ἀθανάτων ἀρχὴν κρατερόφρονα θέσθαι;
αἰθέρι πάντα πέριξ ἀφάτῳ λαβέ, τῷ δ' ἐνὶ μέσσῳ
οὐρανόν.

(Proclus in Tim. II pag. 63 E, pag. 148 ed. Schneider. : Πρὶν δὲ ἄφεται (leg. ἅψηται) τῆς ὅλης πραγματείας, ἐπὶ θεῶν παρακλήσεις καὶ εὐχὰς τρέπεται, μιμούμενος καὶ ταύτῃ τὸν τοῦ παντὸς ποιητήν, ὃς πρὸ τῆς ὅλης δημιουργίας εἴς τε τὸ χρηστήριον εἰσιέναι λέγεται τῆς Νυκτός, κἀκεῖθεν πληροῦσθαι τῶν θείων νοήσεων καὶ τὰς τῆς δημιουργίας ἀρχὰς ὑποδέχεσθαι καὶ ἀπορίας, εἰ θέμις εἰπεῖν, ἁπάσας διαλύειν καὶ δὴ καὶ τὸν πατέρα παρακαλεῖν εἰς τὴν τῆς δημιουργίας σύλληψιν. Πρὸς μὲν τὴν Νύκτα πεποίηται τῷ θεολόγῳ λέγων· Μαῖα, θεῶν κτλ. καὶ ἀκούει παρ' αὐτῆς· Αἰθέρι πάντα κτλ. Pag. 294 B legitur Μαῖα, θεῶν ὑπάτη, Νὺξ ἄμβροτε, πῶς τάδε φράζεις; unde Hermannus conjicit : πῶς τάδε φράζεις, ὡς. Pag. 96 scriptum est οὐρανόν, quod sensus requirit, ideoque a nobis hic exhibetur spreta codicum scriptura οὐρανῷ.)

Ὄρθου δ' ἡμετέρην γενεήν, ἀριδείκετε δαῖμον.

(Proclus in Tim. II pag. 63 E : Καὶ περὶ πάσης ἑξῆς ἀναδιδάσκεται τῆς κοσμοποιίας. Πρὸς δὲ τὸν Κρόνον πάλιν μετὰ τοὺς δεσμοὺς μόνον οὐκ εὐχόμενός φησιν. Sententia est : postquam Jupiter, mundi procreator, Saturnum in vincula conjecit, quasi demisse ac suppliciter eum consulit. Eundem versum affert Proclus Comm. in Cratyl. Cf. Acta philol. Monac. tom. II pag. 122.)

Πῶς δέ μοι ἕν τι τὰ πάντ' ἔσται, καὶ χωρὶς ἕκα- [στον;
αἰθέρι πάντα πέριξ ἀφάτῳ λαβέ· τῷ δ' ἐνὶ μέσσῳ
οὐρανόν, ἐν δέ τε γαῖαν ἀπείριτον, ἐν δὲ θάλασσαν,
ἐν δέ τε τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.
αὐτὰρ ἐπεὶ δεσμὸν κρατερὸν περὶ πᾶσι τανύσσῃς,
σειρὴν χρυσείην ἐξ αἰθέρος ἀρτήσαντα......

(Proclus Tim. II pag. 96 A, p. 225 ed. Schneider. : Τὰ τοίνυν ὅλα περιέχων ὁ Ζεὺς καὶ πάντα μοναδικῶς καὶ νοερῶς κατὰ τούτους τοὺς χρησμοὺς μετὰ τῆς Νυκτὸς ὑφίστησι, καὶ πά τα τὰ ἐγκόσμια, θεούς τε καὶ τὰς μοίρας τοῦ παντός. Λέγει γοῦν πρὸς αὐτὸν ἡ Νὺξ ἐρωτήσαντα· Πῶς δέ μοι κτλ. — Vs. 9 legebatur ἐστεφάνωτο, quod cum Gesnero ex Homeri Iliad. lib. XVIII, 485 in ἐστεφάνωται mutavi. — Addit Proclus : Καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑποθεμένη δημιουργημάτων ἐπήνεγκεν· αὐτὰρ ἐπεὶ

Titanes fraudulenti, violentum animum habentes.

IX.

Struxit autem aliam terram infinitam, quam selenen (i. e. [lunam)
immortales vocant, terræque cultores lunam,
quæ multos habet montes, multa oppida, multas domos.
— Ut intra mensem vertat quod sol per annum.

X.

Mater nutrix, dearum summa, Nox immortalis, quomodo, [hoc mihi dic,
quomodo me oporteat validum immortalium imperium [fundare?
Æthere im menso omnia complectere, sed hujus medio [gremio
cœlum.
Erige genus nostrum, inclyte deus. —
Quomodo mihi unum aliquid universa erunt et seorsum [singula?
Æthere immenso omnia complectere, at hujus medio gre- [mio
cum cœlum, tum vero terram infinitam et mare
et sidera cuncta, quibus cœlum ornatum est.
Sed postquam omnibus tenacissimum vinculum injeceris,
aureâ catenâ ex æthere suspensâ........

κτλ. — Vs. 10 codd. habent ἐπεὶ vel ἐπὴ et ἐπὶ πᾶσι, sed Comment. in Cratyl. in Act. phil. Monac. II p. 128 exaratum est ἐπὴν et περὶ πᾶσι, quemadmodum hic quoque editores scribi voluerunt. At ἐπεὶ pro ἐπὴν epicorum poetarum sermo non respuit. Cf. Iliad. XV, 363. Cæterum iidem versus iterantur a Proclo in Tim. III p. 146 E : Καὶ οὗτός ἐστιν ὁ κρατερὸς δεσμός, ὥς φησιν ὁ θεολόγος, διὰ πάντων τεταμένος καὶ ὑπὸ τῆς χρυσῆς σειρᾶς συνεχόμενος· ἐπ' αὐτῷ γὰρ ὁ Ζεὺς τὴν χρυσῆν ὑφίστησι σειρὰν κατὰ τὰς ὑποθήκας τῆς Νυκτός· Αὐτὰρ ἐπεὶ κτλ. Cf. Proclus in Tim. III p. 173 F : Κρατερὸς μὲν γὰρ καὶ ὁ δεσμὸς ὁ ἀπὸ νοῦ καὶ ψυχῆς, ὡς καὶ Ὀρφεύς φησιν, ἀλλὰ μείζων ἡ τῆς χρυσῆς σειρᾶς ἕνωσις καὶ μειζόνων τοῖς πᾶσιν ἀγαθῶν αἰτία. Similiter jam Homerus Iliad. VIII, 19 : Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες.)

XI.

Ζεὺς δ' ἐφορᾷ γονέων ὁπόσοι τίουσι θέμιστας,
ἠδ' ὅσοι οὐχ ἀλέγουσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες·
καὶ τοῖς μὲν πρόφρων τε καὶ ἤπιος ἐσθλὰ δίδωσι,
τοῖς δὲ κακὰ φρονέων νεμεσίζεται Εὐμενίδεσσι.
δειναὶ γὰρ κατὰ γαῖαν Ἐριννύες εἰσὶ τοκήων.

(Stobæus Floril. LXXIX, 28.)

XII.

Ἦν χρόνος, ἡνίκα φῶτες ἀπ' ἀλλήλων βίον εἶχον
σαρκοδακῆ· κρείσσων δὲ τὸν ἥττονα φῶτα δάϊζε.

(Sextus Empiricus adv. Math. II, 31 et IX, 15 : Οἱ γὰρ νόμοι πόλεών εἰσι σύνδεσμοι, καὶ ὡς ψυχὴ σώματος ἐκφθαρέντος φθείρεται, οὕτω νόμων ἀναιρεθέντων καὶ αἱ πόλεις διόλλυνται. Παρὸ καὶ ὁ ἠθολόγος Ὀρφεὺς τὸ ἀναγκαῖον αὐτῶν ὑποφαίνων φησί· ἦν χρόνος κτλ. Μηδενὸς γὰρ ἐπιστατοῦντος νόμου, ἕκαστος ἐν χερσὶ τὸ δίκαιον εἶχε.)

XIII.

Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς.

(Plato Phileb. p. 66 C : Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ, φησὶν Ὀρφεύς, κτλ. Idem versus exstat apud Plutarchum περὶ τοῦ ΕΙ τοῦ ἐν Δελφοῖς tom. IX p. 236 ed. Hutten., ubi pro κόσμον codices θυμὸν præbent. Cf. Lobeckii Aglaopham. tom. II p. 788 seqq.)

XIV.

Ὠκεανὸς πρῶτος καλλίρροος ἦρξε γάμοιο,
ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

(Plato Cratyl. p. 402 et Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 10, 8, tom. I pag. 109 ed. Gaisford., quorum posterior hunc locum a priore mutuatus videtur. Plato addit : Λέγει δέ που καὶ Ὀρφεὺς ὅτι· Ὠκεανὸς κτλ.)

XV.

Ἀργὼ τὸ σκάφος εἰμί, θεῷ δ' ἀνέθηκεν Ἰάσων,
Ἴσθμια καὶ Νεμέαις στεψάμενον πίτυσιν.

(Dio Chrysostomus Orat. XXXVII p. 107 : Ἐγένετο δὲ καὶ τῶν νεῶν ἅμιλλα· καὶ Ἀργὼ ἐνίκα, καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔπλευσεν, ἀλλ' αὐτὴν ἀνέθηκεν ὁ Ἰάσων ἐνταῦθα [ἐν Κορίνθῳ] τῷ Ποσειδῶνι, καὶ τὸ ἐπίγραμμα ἐπέγραψεν, ὃ λέγουσιν Ὀρφέως εἶναι· Ἀργὼ τὸ σκάφος κτλ. Cf. Anthol. t. IV, Epigr. ἀδεσπ. CCXXII. b. et Schol. Lyc. v. 175 p. 441. Similiter locutus est Simonides apud Henr. Stephanum Thes. ling. gr. II p. 1690 A : Ἴσθμια, δὶς Νέμεα, τρὶς Ὀλύμπια ἐστεφανώθην, et Lucianus ibid., ἔστεψαι τὰ Ὀλύμπια, neque erat quod Bergkius Poet. Lyr. p. 928 deteriorem scripturam Ἴσθμια δίς, Νεμέᾳ δίς, Ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθην probaret.)

XVI.

Ὣς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξέ τε πάντα
σώματος οὔτι πρέποντα τύπον· παῖς δ' ἦεν Ἴακχος,
χειρά θ' ἑὴν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλπους.
ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε θεά, γήθησ' ἐνὶ θυμῷ,
δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

(Clemens Alexandrinus Cohort. p. 17 : Καὶ

XI.

Jupiter inspicit illos qui colunt parentum jura,
et qui negligunt, impudentia freti.
Atque illis quidem benignus et mitis bona largitur,
his vero inimicus irascitur per Furias.
Sunt enim horribiles in terra parentum Furiæ.

XII.

Erat tempus illud, quum homines mutua cæde vitam tolerarent
carnibus comedendis, et validior vir invalidiorem interfectum dilaniaret.

XIII.

Sexta vero in progenie carminis ornatum finitote.

XIV.

Oceanus pulchre fluens primus conjugium inchoavit,
qui sororem germanam Tethyn uxorem habebat.

XV.

Argo navis sum, deo autem me dedicavit Iason
in Isthmiis ludis Nemeâ etiam pinu coronatam.

XVI.

Sic locuta retexit vestem, ostenditque omnem
pudendam corporis partem : accedebat autem Iacchus puer,
manumque suam ridens Baubûs sinui subjecit.
Postquam vero dea illa subrisit, gavisa est animo
accepitque vas varium, in quo cinnus inerat.

τί θαυμαστὸν εἰ Τυῤῥηνοὶ οἱ βάρβαροι αἰσχροῖς οὕτω τελίσκονται παθήμασιν, ὅπου γε Ἀθηναίοις καὶ τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι (αἰδοῦμαι καὶ λέγειν, αἰσχύνης ἔμπλεως) ἡ περὶ τὴν Δηὼ μυθολογία; ἀλωμένη γὰρ ἡ Δηὼ κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς τῆς Κόρης περὶ τὴν Ἐλευσῖνα ἀποκάμνει, καὶ φρέατι ἐπικαθίζει λυπουμένη. Τοῦτο τοῖς μυουμένοις ἀπαγορεύεται εἰσέτι νῦν, ἵνα μὴ δοκοῖεν οἱ τετελεσμένοι μιμεῖσθαι τὴν ὀδυρομένην. Ὤχουν δὲ τηνικάδε τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς· ὀνόματα αὐτοῖς Βαυβὼ καὶ Δυσαύλης καὶ Τριπτόλεμος· ἔτι δὲ Εὔμολπός τε καὶ Εὐβουλεύς. Βουκόλος ὁ Τριπτόλεμος ἦν, ποιμὴν δὲ ὁ Εὔμολπος, συβώτης δὲ ὁ Εὐβουλεύς· ἀφ' ὧν τὸ Εὐμολπιδῶν καὶ τὸ κηρύκων τὸ ἱεροφαντικὸν δὴ τοῦτο Ἀθήνησι γένος ἤνθησεν. Καὶ δὴ (οὐ γὰρ ἀνήσω μὴ οὐχὶ εἰπεῖν) ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηώ, ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. Τῆς δὲ ἀναινομένης λαβεῖν, καὶ πιεῖν οὐκ ἐθελούσης (πενθήρης γὰρ ἦν) περιαλγὴς ἡ Βαυβὼ γενομένη, ὡς ὑπεροραθεῖσα δῆθεν, ἀναστέλλεται τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐπιδεικνύει τῇ θεῷ· ἡ δὲ τέρπεται τῇ ὄψει ἡ Δηώ, καὶ μόλις ποτὲ δέχεται τὸ ποτόν, ἡσθεῖσα τῷ θεάματι. Ταῦτ' ἐστὶ τὰ κρύφια τῶν Ἀθηναίων μυστήρια· ταῦτά τοι καὶ Ὀρφεὺς ἀναγράφει. Παραθήσομαι δέ σοι αὐτὰ τοῦ Ὀρφέως τὰ ἔπη, ἵν' ἔχῃς μάρτυρα τῆς ἀναισχυντίας τὸν μυσταγωγόν. Ὣς εἰποῦσα κτλ. Repetit hæc iisdem verbis Eusebius Præp. Evang. II, 3. — Vs. 1 sic immutatus legitur apud Gregorium Nazianzenum in Julian. Orat. III p. 104 : Ὣς εἰποῦσα θεὰ δοιοὺς ἀνεσύρατο μηρούς. Sed hoc memoriæ vitio factum. — Vs. 2 scribebatur οὐδὲ πρέποντα, quod Hermannus in οὔτι πρέποντα convertit. Porro ἦεν codices præbent; at sensus requirit ἦεν. — Vs. 3 χειρὶ τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις membranarum scriptura est, cujus loco Gesnerus edidit : χεῖρά θ' ἑὴν ῥίπτεσκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλπους. Ego ῥίπτασκε restitui. — Vs. 4 ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε θεά, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ codices; scripsi quod sententia flagitat γήθησ' ἐνὶ θυμῷ. — Longe aliter rem narrat Arnobius quem corrigere supersedemus. Is enim Adv. gentes lib. V p. 175 hæc scripsit : « Baubo accipit hospitio Cererem; sitienti adoris oggerit potionem cinnum; aversatur et respuit dea. Tum vertit Baubo artes et quam serio non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis; partem illam corporis per quam secus femineum sobolem solet prodere, facit in speciem lævigari nondum duri atque striculi pusionis, redit ad deam tristem et retegit se ipsam. Ipsos in medio ponemus versus quos Calliopes filius ore edidit Græco et cantando per sæcula generi publicavit humano :

Sic effata sinu vestem contraxit ab imo,
objecitque oculis formatas inguinibus res,
quas cava succutiens Bacchi manu', nam puerilis
ollis vultus erat, plaudit, contrectat amice.
Tum dea defigens augusti luminis orbes,
tristitias animi paullum mollita reponit :
inde manu poclum sumit risuque sequenti
perducit totum cyceonis læta liquorem. »

Disputat copiose de hoc loco Lobeckius Aglaopham. tom. II p. 818-827, nec tamen ita, ut operæ pretium fecisse videatur.)

XVII.

Κῶνος καὶ ῥόμβος καὶ παίγνια καμπεσίγυια,
μῆλά τε χρύσεα καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.

(Clemens Alexandrinus Cohort. p. 15 : Τὰ γὰρ Διονύσου μυστήρια τελέως ἀπάνθρωπα, ὃν εἰσέτι παῖδα ὄντα, ἐνόπλῳ κινήσει περιχορευόντων Κουρήτων, δόλῳ δὲ ὑποδύντων Τιτάνων, ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασιν οὗτοι δὴ οἱ Τιτᾶνες διέσπασαν, ἔτι νηπίαχον ὄντα, ὡς ὁ τῆς τελετῆς ποιητὴς Ὀρφεύς φησιν ὁ Θράκιος· κῶνος καὶ ῥόμβος κτλ. καὶ τῆσδε ὑμῖν τῆς τελετῆς τὰ ἀχρεῖα σύμβολα οὐκ ἀχρεῖον εἰς κατάγνωσιν παραθέσθαι, ἀστράγαλος, σφαῖρα, στρόβιλος, μῆλα, ῥόμβος, ἔσοπτρον, πόκος. Arnobius Adv. gentes lib. V, 19 p. 169 : « Bacchanalia prætermittamus, in quibus arcana et tacenda res proditur insinuaturque sacratis, ut occupatus puerilibus ludicris distractus a Titanibus Liber sit — sectus — in ollam conjectus — ut Jupiter invocatus advolaverit ad prandium compertaque re grassatores obruerit fulmine et in Tartarum præcipitaverit; cujus rei argumentum prodidit vates Thracius, talos, speculum, turbines, volatiles rotulas et sumta ab Hesperidibus mala. » Cf. Lobeckii Aglaopham. I p. 699 seqq.)

XVIII.

Ὣς οὐ κύντερον ἦν καὶ ῥίγιον ἄλλο γυναικός.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. VI p. 738 : Ὀρφέως ποιήσαντος· ὡς οὐ κύντερον κτλ. Ὅμηρος ἄντικρυς λέγει (Ὀδ. λ, 426) ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.)

XVII.

Turbo et rhombus et oscilla flexibilia,
pulchraque Hesperidum vocalium aurea mala.

XVIII.

Quandoquidem non erat aliud impudentius et horribilius muliere. —

Κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα, κὰδ δέ μιν [ὕπνος
ᾕρει πανδαμάτωρ.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. VI p. 751 : Εὕροις δ' ἂν καὶ Ὅμηρον, τὸν μέγαν ποιητήν, ἐκεῖνα τὰ ἔπη, Οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης (Ἰλ. ρ, 53) καὶ τὰ ἑξῆς, κατὰ λέξιν μετενηνοχότα παρ' Ὀρφέως ἐκ τοῦ Διονύσου ἀφανισμοῦ· ἔν τε τῇ θεολογίᾳ ἐπὶ τοῦ Κρόνου Ὀρφεῖ πεποίηται· κεῖτ' ἀποδοχμώσας κτλ. Ταῦτα δὲ Ὅμηρος (Ὀδ. ι, 372) ἐπὶ τοῦ Κύκλωπος μετέθηκεν.)

Ὠκεανός, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

(Athenag. Legat. c. 15 p. 64 : Ὁμήρου μὲν γὰρ λέγοντος, Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν· Ὀρφέως δὲ (ὃς καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν πρῶτος ἐξεῦρεν, καὶ τὰς γενέσεις διεξῆλθε, καὶ ὅσα ἑκάστοις πέπρακται εἶπε, καὶ πεπίστευται παρ' αὐτοῖς ἀληθέστερον θεολογεῖν· ᾧ καὶ Ὅμηρος τὰ πολλὰ καὶ περὶ θεῶν μάλιστα ἕπεται) καὶ αὐτοῦ τὴν πρώτην γένεσιν αὐτῶν ἐξ ὕδατος συνιστάντος· Ὠκεανός, ὅσπερ κτλ. Ἦν γὰρ ὕδωρ ἀρχὴ κατ' αὐτὸν τοῖς ὅλοις, ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδατος ἰλὺς κατέστη· ἐκ δὲ ἑκατέρων ἐγεννήθη ζῷον δράκων, προσπεφυκυῖαν ἔχων κεφαλὴν λέοντος. Διὰ μέσου δὲ αὐτῶν θεοῦ πρόσωπον, ὄνομα Ἡρακλῆς καὶ Κρόνος. Οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἐγέννησεν ὑπερμέγεθες ᾠόν, ὃ συμπληρούμενον ὑπὸ βίας τοῦ γεγεννηκότος ἐκ παρατριβῆς εἰς δύο ἐῤῥάγη· τὸ μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ οὐρανὸς εἶναι ἐτελέσθη· τὸ δὲ κατενεχθὲν γῆ. Προῆλθε δὲ καὶ Γῆ διὰ σώματος. Οὐρανὸς δὲ Γῇ μιχθεὶς γεννᾷ θηλείας μὲν Κλωθώ, Λάχεσιν, Ἄτροπον· ἄνδρας δὲ ἑκατόγχειρας, Κόττυν, Γύνην, Βριάρεων καὶ Κύκλωπας, Βρόντην καὶ Στερόπην καὶ Ἄργον· οὓς καὶ δήσας κατεταρτάρωσεν, ἐκπεσεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν παίδων τῆς ἀρχῆς μαθών.)

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου.

(Justinus Martyr Cohort. c. 16, p. 81 extr. : Τοῦ Ὀρφέως Μῆνιν ἄειδε κτλ. ἐν ἀρχῇ τῆς ποιήσεως εἰρηκότος, αὐτὸς (Homerus) « Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος » γέγραφεν. Cf. Tzetzes Exeg. Hom. ms. fol. 8.)

Υἱὲ Διὸς μεγάλοιο, πάτερ Διὸς αἰγιόχοιο.

(Clemens Alexandr. Strom. lib. V p. 718 : Ἤδη δὲ καὶ Ὅμηρος φαίνεται πατέρα καὶ υἱὸν διὰ τούτων ὡς ἔτυχε μαντείας εὐστόλου λέγων· Εἰ μὲν δὴ οὔτις σε βιάζεται οἶον ἐόντα, Νοῦσον δ' (leg. νοῦσόν γ') οὔπως ἐστὶ Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι (Odyss. IX, 410-411). Οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν (Odyss. IX, 275). Καὶ πρὸ τούτου Ὀρφεὺς κατὰ τοῦ προκειμένου φερόμενος εἴρηκεν· Υἱὲ Διὸς κτλ.)

XIX.

Καὶ φύσεως κλυτὰ ἔργα μένει, καὶ ἀπείριτος αἰών.

(Proclus in Plat. Tim. I p. 29 D, pag. 66 ed. Schneider. : Οὕτω γὰρ καὶ παρ' Ὀρφεῖ τὰ τῆς φύσεως ἔργα κλυτὰ προσαγορεύεται, καὶ φύσεως κτλ.)

Ἔστιν ὕδωρ ψυχῇ, ψυχὴ δ' ὑδάτεσσιν ἀμοιβή·
ἐκ δ' ὕδατος μὲν γαῖα, τὸ δ' ἐκ γαίης πάλιν ὕδωρ·
ἐκ τοῦ δὲ ψυχή, ὅλον αἰθέρος ἀλλάσσουσα.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. VI p. 746 : Ὀρφέως ποιήσαντος· « Ἔστιν ὕδωρ ψυχῇ θάνατος δ' ὑδάτεσσιν ἀμοιβή· ἐκ δ' ὕδατος γαίη, τὸ δ' ἐκ γαίης πάλιν ὕδωρ· ἐκ τοῦ δὲ ψυχή, ὅλον αἰθέρα ἀλλάσσουσα, » Ἡράκλειτος ἐκ τούτων συνιστάμενος τοὺς λόγους ὧδέ πως γράφει, Ψυχῇσι θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι· ὕδατι δὲ θάνατος, γῆν γενέσθαι· ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή. Versus emendavit Hermannus Opusc. tom. II pag. 244.)

Θαλλοῖς δ' ἶσα βροτοῖσιν ἐνὶ φρεσὶν ἔργα μέμηλεν.
οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ χθονός, ἀλλὰ κυκλεῖται
πάντα πέριξ· στῆναι δὲ καθ' ἓν μέρος οὐ θέμις [ἐστίν,
ἀλλ' ἔχει, ὡς ἤρξαντο, δρόμου μέρος ἶσον ἕκαστος.

(Clemens Alexandrinus Strom. V p. 672 : Ἀλλὰ καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ ἐν τῷ περὶ τῆς ἐμφάσεως τοῦ περὶ τῶν τροχίσκων συμβόλου φησίν· Ἐσήμαινον γοῦν οὐ διὰ λέξεως μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ συμβόλων ἔνιοι τὰς πράξεις. Διὰ λέξεως μὲν ὡς ἔχει τὰ λεγόμενα Δελφικὰ παραγγέλματα· διὰ δὲ συμβόλων, ὡς ὅ τε τροχὸς ὁ στρεφόμενος ἐν τοῖς θεῶν τεμένεσιν εἱλκυσμένος παρὰ τῶν Αἰγυπτίων καὶ τὸ τῶν θαλλῶν τῶν διδομένων τοῖς προσκυνοῦσι· φησὶ

Jacebat inflexa crassa cervice, somnusque eum
omnium domitor cepit. —
Oceanus qui fons et origo omnibus est. —
Iram cane, dea, Cereris frugiferæ. —
Fili magni Jovis, pater Jovis ægidem gestantis.

XIX.

Et inclyta naturæ opera manent et tempus infinitum. —
Est aqua aeris, aer autem aquarum permutatio;
ex aqua quidem terra, e terra vero rursus aqua;
sed ex hac aer, ætheris viam mutans. —
Ramis æqualia mortales mente opera curant.
Nihil unam habet sortem in terris, sed in orbem agitantur
omnia circumcirca; neque vero semoto a ceteris loco esse [licet,
sed in suam quisque et æquam instituti cursus partem [venit. —

γὰρ Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ· Θαλλῶν δ' ὅσσα βροτοῖσιν ἐπὶ χθονὸς ἔργα μέμηλεν, οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ φρεσίν· ἀλλὰ κυκλεῖται κτλ. Οἱ θαλλοὶ ἤτοι τῆς πρώτης τροφῆς σύμβολον ὑπάρχουσιν ἢ ὅπως ἐπίστωνται οἱ πολλοὶ τοὺς μὲν καρποὺς δι' ὅλου θάλλειν καὶ αὔξεσθαι διαμένοντας, σφᾶς δ' αὐτοὺς ὀλίγον εἰληχέναι τὸν τῆς ζωῆς χρόνον, τούτου χάριν δίδοσθαι τοὺς θαλλούς· ἴσως δὲ καὶ ἵνα ἐπίστωνται, ὅτι, ὡς αὖ οὗτοι καίονται, οὕτως καὶ τοὺς εἰς τοῦτον τὸν βίον (ἥκοντας) ταχέως ἐκλιπεῖν. Poeta cum ramis negotia humana comparat, ut Homerus cum foliis Iliad. VI, 146. Itaque Lobeckius Aglaoph. II p. 836 initium hujus fragmenti sic corrigit : Θαλλῶν δ' ἶσα βροτοῖσιν ἐνὶ φρεσὶν ἔργα μέμηλεν. Οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ χθονός. Sed ἶσα postulat dativum θαλλοῖς quem restitui.)

Καὶ βέδυ νυμφάων καταλείβεται ἀγλαὸν ὕδωρ.

(Clemens Alex. Strom. V p. 673 : Χρησιμώτερον ἄρα τὸ τῆς συμβολικῆς ἑρμηνείας εἰς τὰ πολλά—ναὶ μὴν ἡ στοιχειωτικὴ τῶν παίδων διδασκαλία τὴν τῶν τεττάρων στοιχείων περιείληφεν ἑρμηνείαν· βέδυ γὰρ τοὺς Φρύγας τὸ ὕδωρ φησὶ (Δίδυμος) καλεῖν, καθὸ καὶ Ὀρφεύς· Καὶ βέδυ κτλ.)

Διώρισε δ' ἀνθρώποισι
χωρὶς ἀπ' ἀθανάτων ναίειν ἕδος, ᾗ μέσος ἄξων
ἠελίου τρέπεται ποτινεύμενος, οὔτε τι λίην
ψυχρὸς ὑπὲρ κεφαλῆς, οὔτ' ἔμπυρος, ἀλλὰ μεσηγύς.

(Proclus in Plat. Tim. I, p. 38 A, p. 87 ed. Schneid. : Καὶ γὰρ οὐ μόνον οἱ μαθηματικοὶ λέγουσι περὶ τοῦ μὴ πᾶν κλίμα γῆς ἀνθρώπους ἔχειν, ἀλλὰ καὶ Ὀρφεὺς οὑτωσὶ διορίζων· Διώρισε δ' ἀνθρώποισι κτλ.)

XX.

Τῷ δὲ Δίκη πολύποινος ἐφείπετο πᾶσιν ἀρωγός.

(Proclus in Platonis Theol. VI, 8 p. 363 : Ὁ Ὀρφεὺς—ἤδη βασιλεύοντι [τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ] καὶ διακοσμεῖν ἀρχομένῳ τὸ πᾶν ἕπεσθαί φησι τὴν ὅλην Δίκην· τῷ δὲ Δίκη πολύπονος ἐφέπετο πᾶσιν ἀρωγός. Eodem modo versus corruptus est Comm. in Tim. V p. 310 D, pag. 753 ed. Schneid. Nos certam Æmilii Porti emendationem probavimus.)

XXI.

Οὐδέ τι λήθονται Μουσέων βροτοί· αἱ γὰρ ἔασι
κοίρανοι, αἶσι μέμηλε χορὸς θαλίαι τ' ἐρατειναί.

(Schol. Apollon. Argon. III, 1 : Ὅτι θαλιῶν εἰσι προστάτιδες αἱ Μοῦσαι, ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς δεδήλωται· Οὐδέ τι λήθονται κτλ. Et paulo post : Ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς εὑρέτις ὀρχήσεως ἡ Ἐρατὼ παραδίδοται. Pro membranarum scriptura λήγονται posui λήθονται cum Ruhnkenio ad Hom. fragm. H. in Bacchum p. 3.)

XXII.

Αὐτὰρ Ἔρωτα Κρόνος καὶ πνεύματα πάντ' ἐτέκνωσε.

(Schol. Apollon. III, 26 : Ἐν τοῖς εἰς Ὀρφέα ἀναφερομένοις Κρόνου [παῖς ὁ Ἔρως] γενεαλογεῖται· αὐτὰρ κτλ. Conf. Orphei Argon. vs. 14.)

XXIII.

Πῦρ ἴκελον σκιρτηδὸν ἐπ' ἠέρος οἶδμα τιταῖνον,
ἢ καὶ πῦρ ἀτύπωτον, ὅθεν φαναὶ προθέουσιν,
ἢ φῶς πλούσιον ἀμφὶ γύην ῥιζαῖον ἑλιχθέν,
ἀλλὰ καὶ ἵππον ἰδεῖν φωτὸς πλέον, ἀστράπτοντα,
ἢ καὶ παῖδα θοοῖς νώτοις ἐποχούμενον ἵππου,
ἔμπυρον, ἢ χρυσῷ πεπυκασμένον, ἢ πάλι γυμνόν,
ἢ καὶ τοξεύοντα καὶ ἑστηῶτ' ἐπὶ νώτοις.

(Proclus in Platonis Polit. p. 380 : Οἱ θεοὶ πολλὰς ἑαυτῶν προτείνουσι μορφάς, πολλὰ δὲ σχήματα ἐξαλλάττοντες φαίνονται. — Καὶ ταῦτα καὶ ἡ θεοπαράδοτος μυσταγωγία παραδίδωσι. Ταῦτα γάρ φησιν ἐπιφωνήσασα· πῦρ ἴκελον κτλ. Est autem ἡ θεοπαράδοτος μυσταγωγία eadem quam Theol. Plat. VI, 8 p. 363 τὴν Ὀρφικὴν μυσταγωγίαν appellat. — Vs. 5 Gesnerus θοοῖς pro θεοῖς scripsit. — V. 6 idem ἔλπυρον recte in ἔμπυρον mutavit. Cf. Lobeckii Aglaoph. I p. 106 seq.)

Et liquor Nympharum, limpida defluit aqua.

Tribuit vero hominibus
sedem seorsum ab immortalibus habitandam, ubi medius
solis vertitur accedens, neque paullo axis
frigidior supra caput, neque ardens, sed temperatus.

XX.

Hunc autem vindex Justitia sequebatur omnibus auxilians.

XXI.

Neque obliviscuntur Musarum mortales : hæ enim sunt
dominæ, quæ curant choros et festa jucunda.

XXII.

Sed Amorem Saturnus et ventos omnes genuit.

XXIII.

Ignem similem subsultim per aeris fluctus tendentem,
aut etiam ignem informem unde fulgura emicant,
aut lucem largam in terræ visceribus coruscantem,
sed equum etiam videre luce plenum, fulgentem,
aut etiam puerum veloci equi tergo invehentem,
igneum, vel auro tectum, vel rursus nudum,
vel etiam sagittantem atque in tergo insistentem.

XXIV.

Γλυκερὸν δὲ τέκος Διὸς ἐξεκαλεῖτο.

(Proclus in Tim. lib. II p. 124 D, p. 293 ed. Schneider : Ὡς γὰρ εἴρηται πρότερον, νοῦν ἄνευ ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. Τοῦτο δὲ ὅμοιον τῷ παρ' Ὀρφεῖ· γλυκερὸν δὲ κτλ. Τοῦτο δὲ ἦν ὁ κοσμικὸς νοῦς Δίιος ὤν, κατὰ τὸν ἐν τῷ Διὶ μείναντα προελθών.)

Μετὰ δὴ πατρικὰς διανοίας
ψυχὴ ἐγὼ ναίω, θέρμη ψυχοῦσα τὰ πάντα.

(Proclus l. c. : Οὕτω δὲ καὶ ἡ θεοπαράδοτος θεολογία φησὶ συμπεπληρῶσθαι τὸν κόσμον ἐκ τῶνδε τῶν τριῶν. Λέγει γοῦν ἡ ψυχὴ περὶ τοῦ Διὸς ἐπέκεινα τοῦ δημιουργήσαντος τὸ πᾶν· μετὰ δὴ πατρικὰς κτλ. Cf. Lobeck. Agl. p. 953).

Νοῦν μὲν ἐνὶ ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐνὶ σώματι ἀργῷ
ἡμῖν ἐγκατέθηκε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

(Proclus l. c. κατέθετο γὰρ « νοῦν μὲν ἐνὶ ψυχῇ κτλ. » Legebatur ἡμέας ἐγκατέθηκε quod mutavi in ἡμῖν ἐγχ. Nam ad ἡμέας defendendum, animas hic pluraliter loqui, cum Gesnero nemo dicet.)

XXV.

Νώτοις δ' ἀμφὶ θεᾶς φύσις ἄπλετος ἠώρηται.

(Proclus in Tim. I, p. 4 D, p. 8 ed. Schneider. : Τοιαύτη δὲ οὖσα προελήλυθεν ἀπὸ τῆς ζωογόνου θεᾶς· νώτοις δ' ἀμφὶ κτλ. Ἀφ' ἧς πᾶσα ζωὴ πρόεισιν, ἥ τε νοερὰ καὶ ἡ ἀχώριστος τῶν διοικουμένων, ἐξηρτημένη δ' ἐκεῖθεν καὶ ἀπῃωρημένη φοιτᾷ διὰ πάντων ἀκωλύτως καὶ πάντα ἐμπνεῖ, δι' ἣν τὰ ἀψυχότατα ψυχῆς μετέχει τινός, καὶ τὰ φθειρόμενα μένει διαιωνίως ἐν τῷ κόσμῳ, ταῖς ἐν αὐτῇ τῶν εἰδῶν αἰτίαις συνεχόμενα.)

Ἄρχει δ' αὖ φύσις ἀκαμάτη κόσμων τε καὶ ἔργων.

(Proclus l. c. ἄρχει δ' αὖ κτλ. φησὶ τὸ λόγιον.)

Οὐρανὸς ὄφρα θέῃ δρόμον ἀΐδιον κατασύρων.

(Proclus l. c. οὐρανὸς ὄφρα κτλ. καὶ τὰ ἑξῆς.)

Καὶ φύλαχ' αὐτὸν ἔτευξε κέλευσέ τε πᾶσιν ἀνάσσειν.

(Proclus in Tim. V p. 308 F, p. 749 ed. Schneider.: Καὶ διαφερόντως ὁ βασιλεὺς Ἥλιος· τοῦτον γὰρ ἐπέστησε τοῖς ὅλοις ὁ δημιουργός, καὶ φύλαχ' κτλ. ὥς φησιν ὁ Ὀρφεύς.)

XXVI.

Κραῖνε μὲν οὖν Ζεὺς πάντα πατήρ, Βάκχος δ' [ἐπέκραινε.

(Proclus in Tim. V p. 336 A : Ὃ γὰρ εἶπε περὶ τῆς μονάδος τῶν νέων θεῶν ὁ Ὀρφεύς, κραῖνε μὲν οὖν κτλ., τοῦτο καὶ περὶ τῶν νέων θεῶν ῥητέον, ὅτι δὴ τὴν δημιουργίαν ἐπιτελοῦσι τοῦ πατρός, ἣν ἐκεῖνος αὐτῷ τῷ νοεῖν ὑπέστησεν.)

Ταῦτα πατὴρ ἐνόησε, βροτὸς δέ οἱ ἐψύχωτο.

(Proclus l. c. ὥσπερ δή φησι καὶ τὸ λόγιον· Ταῦτα πατὴρ κτλ. καὶ πέπλασται οὖν τὰ θνητά, καὶ ἐψύχωται κατ' αὐτὴν μόνην τὴν δημιουργικὴν νόησιν· οἱ δὲ νέοι θεοὶ τὴν ὁλικὴν ἐκείνου ποίησιν ἐκφαίνουσι διὰ τῆς ἑαυτῶν ἐκφανοῦς δημιουργίας, πληρούμενοι τῆς δημιουργικῆς μονάδος.)

Τῷ πυρὶ γὰρ βροτὸς ἐμπελάσας θεόθεν φάος ἕξει.

(Proclus in Tim. II. p. 65 B, p. 151 ed. Schneider. : Ἐπὶ δὲ ταύταις ἡ ἐμπέλασις [οὕτω γὰρ αὐτὴν καλεῖ τὸ λόγιον· τῷ πυρὶ γὰρ κτλ.] μείζω τὴν κοινωνίαν ἡμῖν παρεχομένη καὶ τρανεστέραν τὴν μετουσίαν τοῦ τῶν θεῶν φωτός.)

Δηθύνοντι βροτῷ κραιπνοὶ μάκαρες τελέθουσι.

(Proclus in Tim. II p. 65 D, 152 ed. Schneid. : καὶ χρὴ ἀδιαλείπτως ἔχεσθαι τῆς περὶ τὸ θεῖον θρησκείας· δηθύνοντι γὰρ βροτῷ κτλ.)

XXVII.

Εἴδη τ' εὐειδὴς καὶ ὁμόσπορος Ἀδράστεια.

(Hermias in Platonis Phædr. p. 148 ed. Ast. : Ἡ δὲ Ἀδράστεια μία ἐστὶ καὶ αὕτη θεὸς τῶν μενουσῶν ἐν τῇ Νυκτί, γενομένη ἐκ Μελίσσου καὶ Ἀμαλθείας . . . ἀδελφὴ τῆς Εἴδης· Εἴδη τ' εὐειδὴς κτλ.)

. . . Παλάμῃσι δὲ χάλκεα ῥόπτρα

XXIV.

Dulcis autem Jovis progenies evocabatur.

Post paternas jam cogitationes
anima ego habito, omnia calore animans. —
Mentem animæ, animam autem corpori pigro
nostrâ causâ indidit hominum atque deorum pater.

XXV.

E deæ tergo natura immensa pendet. —
Regit autem natura indefessa mundos agrosque cultos. —
Ut cœlum sempiterno cursu feratur superiora detrahens.
—Eumque custodem apposuit et omnibus imperare jussit.

XXVI.

Efficiebat igitur omnia Jupiter pater, perficiebat Bacchus.
—Hæc pater mente agitavit, mortalis autem ab eo anima- [tus erat.
—Igni enim mortalis appropinquans divinitus lumen ha- [bebit.
—Diu moranti mortali celeres dii sunt.

XXVII.

Ida formosa et soror Adrastea. —
. . Manibus vero ænea cymbala

δῶκεν Ἀδραστείῃ.

(Hermias l. c. : Διὸ (ἡ Ἀδράστεια) καὶ πρὸ τοῦ ἄντρου τῆς Νυκτὸς ἠχεῖν λέγεται· παλάμῃσι κτλ. ἐν τοῖς προθύροις γὰρ τοῦ ἄντρου τῆς Νυκτὸς ἠχεῖν λέγεται τοῖς κυμβάλοις, ἵνα πάντα τὰ αὐτῆς τῶν νόμων κατήκοα γένηται. Ἔνδον μὲν γὰρ ἐν τῷ ἀδύτῳ τῆς Νυκτὸς κάθηται ὁ Φάνης· ἐν μέσῳ δὲ ἡ Νὺξ μαντεύουσα τοῖς θεοῖς, ἡ δὲ Ἀδράστεια ἐν τοῖς προθύροις, πᾶσιν νομοθετοῦσα τοὺς θείους νόμους. Διαφέρει δὲ τῆς ἐκεῖ Δίκης ὡς νομοθετικὴ δικαστικῆς· καὶ ἡ μὲν ἐκεῖ Δίκη θυγάτηρ λέγεται τοῦ ἐκεῖ Νόμου καὶ Εὐσεβείας. Αὕτη ἡ Ἀδράστεια ἐκ Μελίσσου καὶ Ἀμαλθείας οὖσα, περιεκτική ἐστι καὶ τοῦ Νόμου. Αὗται δὴ καὶ λέγονται τρέφειν τὸν Δία ἐν τῷ ἄντρῳ τῆς Νυκτός, ἄντικρυς τοῦτο τοῦ θεολόγου λέγοντος.)

Χάλκεα ῥόπτρα [λαβοῦσα καὶ] τύμπανα ἠχήεντα.

(Proclus Theol. Plat. IV, 16, p. 206 : Παρ' Ὀρφεῖ φρουρεῖν λέγεται ἡ Ἀδράστεια τὸν ὅλον (leg. τὸν τῶν ὅλων) δημιουργὸν καὶ χάλκεα ῥόπτρα λαβοῦσα καὶ τύμπανον αἴγηκες οὕτως ἠχεῖν, ὥστε πάντας ἐπιστρέφειν εἰς αὐτὴν τοὺς θεούς. Verba λαβοῦσα καὶ interposuit Proclus duorum versuum exitus jungens. Pro τύμπανον αἴγηκες cum Lobeckio Aglaopham. I p. 515 scripsi τύμπανα ἠχήεντα. Similia Hermiæ tradit Proclus in Tim. V p. 323 C : καὶ γὰρ ὁ δημιουργός, ὡς ὁ Ὀρφεύς φησι, τρέφεται μὲν ἀπὸ τῆς Ἀδραστείας, σύνεστι δὲ καὶ τῇ Ἀνάγκῃ, γεννᾷ δὲ τὴν Εἱμαρμένην.)

XXVIII.

Ἑρμῆς δ' ἑρμηνεύς, τῶν πάντων ἄγγελός ἐστιν·
Νύμφαι ὕδωρ, πῦρ Ἥφαιστος, σῖτος Δημήτηρ.
ἡ δὲ θάλασσα Ποσειδάων μέγας ἠδ' Ἐνοσίχθων.
καὶ πόλεμος μὲν Ἄρης, εἰρήνη δ' ἔστ' Ἀφροδίτη.
οἶνος, τὸν φιλέουσι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι,
ὅντε βροτοῖς εὗρεν λυπέων κηλήτορα πασέων
ταυρογενὴς Διόνυσος, εὐφροσύνην πόρε θνητοῖς
ἡδίστην, πάσῃσι τ' ἐπ' εἰλαπίνῃσι πάρεστι.
καὶ Θέμις, ἥπερ ἅπασι θεμιστεύει τὰ δίκαια.
Ἥλιος, ὃν καλέουσιν Ἀπόλλωνα κλυτότοξον,
Φοῖβον ἑκηβελέτην, μάντιν πάντων ἑκάεργον,
ἰητῆρα νόσων Ἀσκληπιόν· ἓν τάδε πάντα.

(Jo. Diaconus ad Hesiodi Theog. 943 : Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐν τῷ μικροτέρῳ Κρατῆρι Ὀρφεὺς τάδε λέγων· Ἑρμῆς δ' ἑρμηνεὺς κτλ. — Vs. 6 epicas formas λυπέων et πασέων pro membranarum lectionibus λυπῶν et πασῶν cum Hermanni restitui.)

Ζεὺς δέ τε πάντων ἐστὶ θεὸς πάντων τε κεραστής,
πνεύμασι συρίζων φωνῇσίν τ' ἠερομίκτοις.

(Jo. Diaconus l. c. : Ὅτι δὲ ἐκ τῆς Μνημοσύνης αἱ Μοῦσαι γεννῶνται, καὶ ὅτι ὁ Ζεὺς καὶ αἰθὴρ λέγεται, ἄκουε τοῦ εἰρημένου Ὀρφέως· Ζεὺς δέ τε πάντων κτλ. Recte Hermannus vs. 13 κεραστής pro κεράστης et vs. 14 φωνῇσίν τ' ἠερομίκτοις pro φωναῖσίν τ' ἀερομίκτοις scripsit.)

Οὕτως ἁρμονίη Μουσέων, ταῖς τ' ὄργανα πάντα
Μνημοσύνη πάντων πρῶτον πόρεν, οὐκ ἀνεφάνθη,
ἀλλὰ χρόνος λήθῃ κατεχρήσατο καὶ κατέκρυψε.
νῦν δὲ τέχναι τε λόγοι τε νόμοι θ' ὅσα τ' ἔργα τέ-[τυκται,
πάντα διὰ μνήμην διασώζεται ἀνθρώποισιν.

(Jo. Diaconus l. c. : Ἦ γὰρ οὐ δῆλός ἐστι τὸν αἰθέρα καλῶν οὕτω; ταυτὸ καὶ ἁρμονίη Μουσῶν, τάτε ὄργανα πάντων Μνημοσύνη πάντων πρῶτον πόρεν, οὔτ' ἀνεφάνθη κτλ. Vs. 15 οὕτως ἁρμονίη posui; reliqua jam correxerat Hermannus. — Vs. 16 οὔτ' mutavi in οὐκ.)

XXIX.

Ἧδε γὰρ ἀθανάτων προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων
ἱστὸν ἐποίχεσθαι, ταλασήϊά τ' ἔργα πινύσσειν.

(Proclus in Tim. I p. 41 E. : ἐν τῇ μιᾷ νοήσει τῆς Ἀθηνᾶς περιεχόμενος· ἧδε γὰρ κτλ. φησὶν Ὀρφεύς. Adde in Cratyl. pag. 24.)

Adrasteæ dedit. —
Quum ænea cymbala accepisset et tympana sonora.

XXVIII.

Mercurius interpres, cunctorum nuntius est;
Nymphæ aqua, ignis Vulcanus, frumentum Ceres;
at mare Neptunus magnus, terram quatiens.
Ac bellum quidem Mars, pax autem Venus est.
Vinum quod amant dii hominesque mortales,
quod mortalibus invenit ægritudinum omnium levamen-[tum
taurigenus Dionysus, lætitiam mortalibus attulit
effusam, omnibusque conviviis adest.
Ac Themis quæ cunctis jura reddit.
Sol quem vocant Apollinem arcu inclytum,
Phœbum eminus jaculantem, vatem procul omnes amo-[ventem,
morborum medicum Æsculapium; unum hæc omnia. —
Jupiter vero omnium est deus omniumque mixturæ auctor,
ventis stridens sonisque aeri immixtis. —
Sic harmonia Musarum, quibus organa cuncta
Mnemosyne omnium primum dedit, non apparuit
sed tempus eam oblivione delevit et occultavit.
Nunc autem artes ac disciplinæ legesque et quæcunque [sunt res,
omnes memoriâ custodiuntur ab hominibus.

XXIX.

Hæc enim immortalium omnium aptissima est
ad percurrendas telas, et ad lanificium scite tractandum.

Ὅπλοις λαμπομένην χαλκήιον ἄνθος ἰδέσθαι.

(Proclus in Tim. I p. 51 D : Διὸ καὶ Ὀρφεὺς περὶ αὐτῆς τικτομένης φησίν, ὅτι ἄρα αὐτὴν ὁ Ζεὺς ἀπεγέννησεν ἐκ τῆς κεφαλῆς· ὅπλοις λαμπομένην κτλ.)

Ὄφρ' αὐτῷ μεγάλων ἔργων κράντειρα πέλοιτο.

(Proclus in Tim. p. 52 B : Λέγει οὖν καὶ ὁ θεολόγος, ὅτι παρήγαγεν αὐτὴν ὁ πατήρ, ὄφρ' αὐτῷ κτλ.)

ἀρετῆς τ' ὄνομ' ἐσθλὸν
κλῄζεται.

(Proclus in Tim. I p. 52 D : Οἰκεῖον γὰρ τὸ τῆς ἀρετῆς γένος πρὸς τὴν μεγίστην ταύτην θεόν, ὡς καὶ αὐτὴν ἀρετὴν οὖσαν· ἐν γὰρ τῷ δημιουργῷ μένουσα σοφία καὶ νόησίς ἐστιν ἄτρεπτος, καὶ ἐν τοῖς ἡγεμονικοῖς θεοῖς ἐκφαίνει τὴν τῆς ἀρετῆς δύναμιν, ἀρετῆς τε οὔνομ' ἐσθλὸν κλῄζεται, φησὶν Ὀρφεύς. Recepi Lobeckii emendationem Aglaoph. I p. 541.)

Δεινὴ γὰρ Κρονίδαο νόου κράντειρα τέτυκται.

(Proclus in Plat. Polit. pag. 377 de eadem dea, δεινὴ γὰρ κτλ. Idem p. 387 : Καὶ γὰρ οἱ πρώτιστοι Κουρῆτες τάγε ἄλλα τῇ τάξει τῆς Ἀθηνᾶς ἀνεῖνται, καὶ περιεστέφθαι λέγονται τῷ θαλλῷ τῆς ἐλαίας, ὥς φησιν Ὀρφεύς.)

XXX.

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν, εἰλυμένε κόπρῳ
μηλείῃ τε καὶ ἱππείῃ καὶ ἡμιονείῃ.

(Gregorius Nazianz. in Julian. s. Or. III p. 104 : Ὀρφεὺς παρίτω μετὰ τῆς κιθάρας καὶ τῆς πάντα ἑλκούσης ᾠδῆς, ἐπιβρεμέτω Διὶ τὰ μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ τῆς θεολογίας ῥήματα καὶ νοήματα· Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν, εἰλυμένε κόπρῳ, ὅση τε μηλείῃ, ὅση τε ἵππων, ὅση τε ἡμιόνων, ἵν' ἐντεῦθεν, οἶμαι, δειχθῇ τὸ ζωογόνον τοῦ θεοῦ καὶ φερέσβιον. Integros affert versus Philostratus Heroic. II, 19 p. 693, nec tamen Orpheo vindicat. Hujus verba sunt : Καὶ μὴν καὶ Πάμφω σοφῶς μὲν ἐνθυμηθέντος, ὅτι Ζεὺς εἴη τὸ ζωογονοῦν, δι' οὗ ἀνίσταται ἐκ τῆς γῆς πάντα, εὐηθέστερον δὲ χρησαμένου τῷ λόγῳ, καὶ καταβεβλημένα ἔπη ἐς τὸν Δία ᾄσαντος· ἔστι γὰρ τὰ τοῦ Πάμφω ἔπη· Ζεῦ κύδιστε κτλ.)

Δειλοί, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε·
Ἶσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων.

(Didymus Geopon. II, 35, 8 : φέρεται καὶ Ὀρφέως ταῦτα ἔπη, δειλοί—ἔχεσθε, καὶ ἶσόν τοι κυάμους κτλ. Priorem versum rectius Empedocli tribuit Gellius Noct. Att. IV, 11 [Vid. Empedocl. fragm. vs. 451]; posteriorem modo Orphicum modo Pythagoricum veteres esse volunt. Plutarchus Sympos. II, 3 : Ὠῶν ἀπεχόμενος ὑπόνοιαν παρέσχον ἐνέχεσθαι δόγμασιν Ὀρφικοῖς ἢ Πυθαγορικοῖς καὶ τὸ ᾠόν, ὥσπερ ἔνιοι καρδίαν καὶ ἐγκέφαλον, ἀρχὴν ἡγούμενος γενέσεως ἀφοσιοῦσθαι· καὶ προὔφερέν τις ἐπὶ γέλωτι τὸ Ἶσόν τοι κυάμους κτλ. Cf. Heraclides apud Lyd. de Mens. p. 76; Clemens Strom. III p. 435 D; Lucianus in Gallo § 4 p. 296 tom. 6; Athenæus lib. II p. 65 E; Eustathius p. 948; Sextus Empiricus Pyrrh. Hyp. III p. 184. Adde Menag. ad Laert. VIII, 24 et 34 et Lobeck. Aglaoph. p. 249 seqq. Vid. etiam Pythagoreorum versus infra collectos.)

XXXI.

Πολλαὶ δ' οὐρανόθεν καὶ ἐπαρτέες ἐκ νεφελάων
τῆμος ἐπόρνυνται φηγοῖς καὶ δένδρεσιν ἄλλοις,
οὔρεσί τε, σκοπέλοις τε καὶ ἀνθρώποις ἐριθύμοις
πηγυλίδες, καὶ ἔσονται ἀμειδέες· αἵδε γὰρ ὄντως
τρύουσιν καὶ θῆρας ἐν οὔρεσιν, οὐδέ τις ἀνδρῶν
προβλώσκειν μεγάρων δύναται κατὰ γυῖα δαμα- [σθεὶς
ψύχει λευγαλέῳ, πάχνῃ δ' ὑπὸ γαῖα μέμυκε.

(Jo. Tzetzes ad Hesiodi Op. et D. vs. 505, p. 125 A. : Τὰ δὲ ἔπη ἐκ τῶν Ὀρφέως μετεβλήθη· φησὶ γὰρ Ὀρφεύς· πολλαὶ δ' οὐρανόθεν κτλ.)

XXXII.

Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱ', ἑκατηβόλε, Φοῖβε κραταιέ,
πανδερκές, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων,

—Armis fulgentem, æneo decore conspicuam.—
Ut ipsi magnorum operum effectrix esset. —
Ac bonum virtutis nomen
celebratur. —
Sollers enim Saturnii consiliorum effectrix est.

XXX.

Jupiter gloriosissime, maxime deorum, involute fimo
ovillo et equino et mulino. —
Miseri, heu miseri, a fabis abstinete manus;
idem est fabas et capita parentum comedere.

XXXI.

Multæ cœlitus et paratæ e nubibus
tum ingruunt in esculos atque in alias arbores,
in montes et scopulos atque in homines animosos
nives gelu concretæ, quibus contristabuntur; hæ enim [revera
vexant etiam belluas in montibus, neque quisquam ho- [minum
domo exire potest membris captus
propter frigus acerbum, pruinâ vero terra prope con- [stricta est.

XXXII.

O rex, Latonæ fili, eminus jaculans, Phœbe præpotens,
omnia videns, mortalibus et immortalibus imperans,

Ἥλιε χρυσείῃσιν ἀειρόμενε πτερύγεσσιν,
δωδεκάτην δὴ τήνδε παραί σεο ἔκλυον ὀμφήν,
σεῦ φαμένου, σὲ δέ γ' αὐτόν, ἑκηβόλε, μάρτυρα
[θείην.

(Jo. Malalas chronograph. lib. VI p. 73 ed. Bonn.: Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ χρόνῳ ἦν Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ,.... ἐμφέρεται γὰρ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκθέσει διὰ ποιητικῶν στίχων οὕτως· Ὦ ἄναξ, Λητοῦς υἱέ, κτλ. Versus restituit Bentlejus Epist. ad Mill. ibid. pag. 682. Hunc secutus sum, nisi quod vs. 3 pro membranarum scriptura Ἥλιε χρυσέαισιν, quam Bentlejus in Ἠέλιε χρυσέαισιν convertebat, Ἥλιε χρυσείῃσιν posui. Cf. Argonaut. vs. 324 (328).)

Θῆρές τ' οἰωνοί τε, βροτῶν τ' ἀλιτήρια φῦλα,
ἄχθεα γῆς, εἴδωλα τετυγμένα, μηδαμὰ μηδὲν
εἰδότες, οὔτε κακοῖο προσερχομένοιο νοῆσαι
φράδμονες, οὔτ' ἄποθεν μάλ' ἀποστρέψαι κακότη-
[τος,
οὔτ' ἀγαθοῦ παρεόντος ἐπιστρέψαι τε καὶ ἔρξαι
ἴδριες, ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες, ἀπρονόητοι.

(Jo. Malalas lib. IV p. 75 seq. ed. Bonn.: Περὶ δὲ τοῦ ταλαιπώρου γένους τῶν ἀνθρώπων ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἐξέθετο ποιητικῶς στίχους πολλούς, ὧν μέρος εἰσὶν οὗτοι· Θῆρές τ' οἰωνοί τε κτλ. Recepi Bentleji emendationes Epist. ad Mill. p. 683.)

XXXIII.

... ἔπειτα δ' ἔτευξε μέγας Κρόνος αἰθέρι δίῳ
ὠεὸν ἀργύφεον —

(Damascius Quæst. 147: Ὀρφεύς· ἔπειτα δ' ἔτευξε κτλ., ubi pro Κρόνος Lobeckius Aglaoph. I p. 475 reponi vult Χρόνος. De ovo illo audiendus Apio in Clement. Homil. VI, 4 p. 671 T. II ed. Galand., p. 678 ed. Cotel.: Ὀρφεὺς τὸ χάος ὠῷ παρεικάζει, ἐν ᾧ τῶν πρώτων στοιχείων ἦν ἡ σύγχυσις κτλ.)

..... τὸ δ' ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον
ἀτρύτως ἐφορεῖτο —

(Proclus in Plat. Crat. p. 79: Ὁ Ὀρφεὺς περὶ τοῦ κρυφίου διακόσμου τῶν θεῶν οὕτως ἔφη· τὸ δ' ἀπειρέσιον κτλ. Agitur autem de circulari ovi istius motu. Idem fragmentum affert Proclus Comment. in Euclid. Elem. II. 43; in Parmenid. lib. VII p. 153 et in Tim. III p. 160 D, p. 379 ed. Schneid. Ultimo loco hæc leguntur: Καὶ γὰρ τῷ παντὶ τὸ σφαιρικὸν συγγενὲς ... προγονικὸν οὖν τὸ σχῆμα τοῦτό ἐστι τῷ κόσμῳ, φανὲν μὲν καὶ ἐν αὐτῷ τῷ κρυφίῳ διακόσμῳ· τὸ γὰρ ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον ἀτρύτως ἐφορεῖτο κατ' ἐκείνην εἴρηται τὴν τάξιν· ἐναργέστερον δὲ ὀφθὲν καὶ ἐν τῷ παντελεῖ ζώῳ.)

Ὡρμήθη δ' ἀνὰ κύκλον ἀθέσφατον.

(Proclus in Tim. l. c.: τὸ γὰρ ὡρμήθη δ' ἀνὰ κ. ἀθ. περὶ ταύτης εἴρηται τῷ θεολόγῳ τῆς θεότητος.)

XXXIV.

Εἰνοδίην Ἑκάτην κλῄζω, τριοδῖτιν ἐραννήν.

(Jo. Diaconus ad Hesiod. Theog. p. 268: Εὑρίσκω τὸν Ὀρφέα καὶ τὴν Τύχην Ἄρτεμιν προσαγορεύοντα (Hymno LXXI, 3), ἀλλὰ καὶ τὴν Σελήνην Ἑκάτην. Pro membranarum scriptura ἐφανήν Gesnerus conjecit ἐραννήν. Sic autem totus versus ἐν τῇ πρὸς Μουσαῖον εὐχῇ v. 45 exaratus legitur.)

Ῥείη τοι νοερῶν μακάρων πηγή τε ῥοή τε.
πάντων γὰρ πρώτη δυνάμει κόλποισιν ἀφράστοις
δεξαμένη γενεὴν ἐπὶ πᾶν προχέει τροχάουσαν.

(Proclus in Plat. Cratyl. apud Werferum Act. phil. Mon. tom. II, fasc. I pag. 138: Περὶ δὲ τῆς ζωογόνου πηγῆς Ῥέας. . . οὕτω φασὶ τὰ λόγια.)

Ῥείη τὸ πρὶν ἐοῦσά γ', ἐπεὶ Διὸς ἔπλετο μήτηρ,
γίγνετο Δημήτηρ.

(Proclus in Plat. Cratyl. p. 96: Τὴν Δήμητρα Ὀρφεὺς μὲν τὴν αὐτὴν λέγων τῇ Ῥέᾳ εἶναι, λέγει ὅτι ἄνωθεν μὲν μετὰ Κρόνου οὖσα ἀνεκφοίτητος Ῥέα ἐστί, προβάλλουσα δὲ καὶ ἀπογεννῶσα τὸν

Sol aureis alis subvolans, [ante hos]
duodecim dies jam hanc audivi vocem divinam ex te
loquente, cujus rei te certe ipsum, eminus jaculans, testem
[citaverim.

— Feræ volucresque et flagitiosa mortalium genera,
pondera terræ, simulacra affabre facta, prorsus nihil
scientes, neque animadvertendorum ingruentium malorum
periti, neque procul amovere et avertere flagitium [præ-
neque bonum præsens convertere et facere [sens],
docti, sed temere imperiti et improvidi sunt.

XXXIII.

— — — Deinde magnus Saturnus in æthere divino fecit
album ovum.

— — — — — Hoc autem infinitum in orbem
irrequieto cursu ferebatur. —

Prorupit vero in orbem immensum.

XXXIV.

Compitalem Hecaten celebro, triviam amabilem. —

Rhea intelligibilium deorum fons et fluentum.
Omnium enim prima viribus sinu ineffabili
excipiens liberos omnino profundit currentes. —

Rhea quæ prius quidem fuerat, postquam Jovis facta est
[mater,
Ceres evasit.

Δία Δημήτηρ· λέγει γὰρ Ῥείην τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἐπεὶ Διὸς ἔπλετο μήτηρ γέγονε Δημήτηρ. Hinc Werferus p. 139 conjecit legendum esse Ῥείη —ἐοῦσα—γίγνετο, quas emendationes probavi inserta γε particula. Idem in Cratyl. p. 85 : Ὁ Ὀρφεὺς τρόπον μέν τινα τὴν αὐτὴν εἶναι τὴν Δήμητρα τῇ ὅλῃ ζωογονίᾳ, τρόπον δ' ἄλλον οὐ τὴν αὐτήν· ἄνω μὲν γὰρ οὖσα Ῥέα ἐστί, κάτω δὲ μετὰ τοῦ Διὸς Δημήτηρ. Id. Theol. Plat. V, 11 p. 267 : Κατ' Ὀρφέα τῷ μὲν Κρόνῳ συνοῦσα Ῥέα καλεῖται, τὸν δὲ Δία παράγουσα καὶ μετὰ Διὸς ἐμφαίνουσα τούς τε ὅλους καὶ τοὺς μερικοὺς διακόσμους τῶν θεῶν Δημήτηρ.)

Γῆ μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πλουτοδότειρα.

(Diodorus Siculus I, 12 : Τὴν δὲ γῆν ὥσπερ ἀγγεῖόν τι τῶν φυομένων ὑπολαμβάνοντας μητέρα προσαγορεῦσαι· καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ ταύτην παραπλησίως Δήμητραν καλεῖν, βραχὺ μετατεθείσης διὰ τὸν χρόνον τῆς λέξεως· τὸ γὰρ παλαιὸν ὀνομάζεσθαι γῆν μητέρα, καθάπερ καὶ τὸν Ὀρφέα προσμαρτυρεῖν λέγοντα· Γῆ μήτηρ κτλ.)

Μήσατο γὰρ προπόλους καὶ ἀμφιπόλους καὶ ὀπηδούς,
μήσατο δ' ἀμβροσίην καὶ ἐρυθροῦ νέκταρος ἄρθρον,
μήσατο δ' ἀγλαὰ δῶρα μελισσάων ἐριβόμβων.

(Proclus in Plat. Cratyl. p. 161 : Ἡ Δημήτηρ πρώτη καὶ τὰς διττὰς τροφὰς διεῖλεν ἐν τοῖς θεοῖς, ὥς φησιν Ὀρφεύς· μήσατο γὰρ κτλ. Cæterum de Proserpina Proclus in Timæum p. 139 B : Καὶ γὰρ ὁ θεολόγος τὴν Κόρην μουνογένειαν εἴωθε προσαγορεύειν. Cf. Hymn. XXVIII, 2.)

XXXV.

Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης
πείρασιν ἐν γαίης.

(Proclus in Plat. Tim. I p. 53 C : Καὶ γὰρ οἱ θεολόγοι μετὰ τὸν τοῦ Διονύσου διασπασμόν, ὃς δηλοῖ τὴν ἐκ τῆς ἀμερίστου δημιουργίας μεριστὴν πρόοδον εἰς πᾶν ὑπὸ τοῦ Διός, τοὺς μὲν ἄλλους Τιτᾶνας ἄλλας λήξεις διακεκληρῶσθαί φασι, τὸν δὲ Ἄτλαντα ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν τόποις ἱδρῦσθαι, ἀνέχοντα τὸν οὐρανόν· Ἄτλας δ' οὐρανὸν κτλ.)

Οὕτως δὲ Ζηνὸς καὶ ἐν ὄμμασι πατρὸς ἄνακτος
ναίουσ' ἀθάνατοί τε θεοί, θνητοί τ' ἄνθρωποι,
ὅσσα τ' ἔην γεγαῶτα, καὶ ὕστερον ὁππόσ' ἔμελλεν.

(Proclus in Plat. Parmen. IV : Οὐκ ἂν θαυμάσαιμεν τῶν Ὀρφέως ἀκούοντες ἐπῶν, ἐν οἷς φησιν ὁ θεολόγος· αὕτη δὲ Ζηνὸς καὶ ἐν ὄκμασι— —καὶ ὕστερον ὅπως ἔμελλε. Scripsi quod sententia postulare videbatur.)

XXXVI.

Βάλλειν ἔρνεα πάντα, τάτε δρυὸς ἄκρα λέγονται.

(Tzetzes ad Lycophr. v. 83 : Δρύκαρπα πᾶσαν ὀπώραν, ὥς πού φησιν ἐν ταῖς δωδεκαετηρίσιν Ὀρφεύς· βάλλειν ἔρνεα κτλ. Versus hic legitur etiam in carmine Maximi apud Fabricium Bibl. Gr. tom. VIII, ubi est 490.)

Ἔσται δ' αὖτις ἀνήρ, ἢ κοίρανος ἠὲ τύραννος,
ἢ βασιλεύς, ὃς τῆμος ἐς οὐρανὸν ἵξεται αἰπύν.

(Tzetzes ad Lycophr. vs. 523 : Δείκνυσι δὲ καὶ Ὀρφεὺς τὴν τούτων διαφοράν, οὑτωσὶ λέγων ἐν ταῖς δωδεκαετηρίσιν· ἔσται δ' αὖτις κτλ.)

Δάκρυα μὲν σέθεν ἐστὶ πολυτλήτων γένος ἀνδρῶν.

(Proclus in Tim. I p. 35 C : Φερόμενον δ' οὖν τὸν Φαέθοντα περὶ γῆν καὶ τρόπον τινὰ δαιμονιώδη φλέγοντα ἐκείνους τοὺς τόπους, οἷς ἂν πλησιάσῃ, διὰ τοῦ πυρίου ῥεύματος. . . . ἐθρήνουν αἱ Ἡλιάδες. . . . καὶ οἱ θεολόγοι δὲ τὴν Ἡλιακὴν πρόνοιαν καὶ εἰς τὰ θνητὰ διὰ τῶν δακρύων σημαίνουσι· δάκρυα μὲν κτλ.)

Addam alia quædam dicta Orphica :

Proclus in Tim. V p. 293 : Τὴν ἕνωσιν καὶ συμπλοκὴν τῶν δυνάμεων . . . . εἰώθασι γάμον οἱ θεολόγοι προσαγορεύειν. . . . καθά φησιν ὁ θεολόγος. Πρώτην γὰρ νύμφην ἀποκαλεῖ τὴν γῆν, καὶ πρώτιστον γάμον τὴν ἕνωσιν αὐτῆς πρὸς τὸν οὐρανόν κτλ.

Theologum. arith. p. 37 : Τὴν ἑξάδα ὁλομέλειαν προσηγόρευον οἱ Πυθαγορικοὶ κατακολουθοῦντες Ὀρφεῖ.

Proclus ad Hesiodi Dies p. 168 B : Ὁ μὴν ἐν αὐτῇ (τῇ ἀρχῇ) παρ' Ὀρφεῖ προσαγορεύεται μονόκερως μόσχος. Ἁπλῶς μὲν γὰρ ὁ μὴν λέγεται βοῦς κτλ.

Terra omnium mater, Ceres divitias ministrans. —
Paravit enim ministros et famulos et comites,
paravit etiam ambrosiam et rubentis nectaris vim,
paravit etiam splendida stridentium apum munera.

XXXV.

Atlas cœlum latum habet sæva necessitate coactus
ad extremum terrarum finem. —
Sic etiam Jovis patris regis in oculis
habitant dii immortales hominesque mortales,
et quæcunque nata erant ac postea nasci debebant.

XXXVI.

Sere pro omnibus surculis ea quæ poma dicuntur. —
Erit rursus vir vel dominus vel tyrannus,
vel rex, qui tum in altum cœlum penetrabit. —
Tuæ lacrimæ sunt ærumnosorum hominum genus.

Pollux II, 39 : Τὸ ἔγκοιλον αὐτοῦ [τοῦ κρανίου] κορυφή, ὃ καὶ μεσόκρανον ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ὀνομάζεται μέτροις.

XXXVII.

Πάντ' ἐδάης, Μουσαῖε θεοφραδές, εἰ δέ σ' ἀνώγει
θυμός, ἐπωνυμίας μήνης κατὰ μοῖραν ἀκοῦσαι,
ῥεῖά τοι ἐξερέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
οἵην τάξιν ἔχοντα κυρεῖ· μάλα γὰρ χρέος ἐστὶν
ἴδμεναι, ὡς αὕτη παρέχει κλέος ἄντυγι μηνός.

(Tzetzes Chiliad. XII, 150 probaturus Orpheum fuisse astrologum librorum ejus initia citat. Ait autem : Καὶ τῶν μὲν ἐφημερίδων Ὀρφέως ἀρχὴ τόδε· πάντ' ἐδάης κτλ.)

Δεῦρό νυν οὔατά μοι καθαρὰς ἀκοάς τε πετάσσας,
κέκλυθι τάξιν ἅπασαν, ὅσην τεκμήρατο δαίμων,
ἔκ τε μιᾶς νυκτὸς ἠδ' ἐξ ἑνὸς ἤματος αὔτως.

(Tzetzes l. c. : Τῶν δωδεκαετηρίδων δ' ἡ καταρχὴ τοιάδε· δεῦρό νυν κτλ.)

XXXVIII.

Ἔργα νοήσας γὰρ πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος
πᾶσιν ἐνέσπειρεν δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος,
ὄφρα τὰ πάντα μένῃ χρόνον εἰς ἀπέραντον ἐρῶντα,
μηδὲ πέσῃ τὰ πατρὸς νοερῷ ὑφασμένα φέγγει.

(Proclus in Tim. III p. 155 E : Τοῦτον δὲ τὸν μέγιστον καὶ τελειότατον δεσμόν, ὃν περιβάλλει τῷ κόσμῳ πανταχόθεν ὁ πατὴρ ὡς φιλίας ὄντα ποιητικὸν καὶ τῆς ἐναρμονίου κοινωνίας τῶν ἐν αὐτῷ, δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος τὰ λόγια προσείρηκεν· ἔργα νοήσας κτλ. Vs. 4 πέσῃ et νοερῷ conjecit Hermannus pro membranarum scriptura πάσῃ et νοερῶς.)

Ὡς ἐν ἔρωτι μένῃ κόσμου στοιχεῖα θέοντα.

(Proclus in Tim. l. c. : Διὰ γὰρ τοῦτον τὸν ἔρωτα πάντα ἥρμοσται ἀλλήλοις· ὡς ἐν ἔρωτι μένει κτλ. Dedi μένῃ cum Hermanno.)

XXXIX.

Ἔστιν δὴ πάντων ἀρχὴ Ζεύς· Ζεὺς γὰρ ἔδωκε,
ζῷά τ' ἐγέννησεν· καὶ Ζῆν' αὐτὸν καλέουσι,
καὶ Δία τ' ἠδ', ὅτι δὴ διὰ τοῦτον ἅπαντα τέτυκται.
εἷς δὲ πατὴρ οὗτος πάντων, θηρῶν τε βροτῶν τε.

(Joannes Diaconus Allegor. ad Hesiodi Theog. p. 278 B.)

XL.

Ἔρνεσι φοινίκων ζῶον δ' ἶσα μακραίωσιν.

(Plutarchus Symposiac. lib. VIII c. 4, pag. 360 : Ὁ φοίνιξ μακρόβιόν ἐστιν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν φυτῶν, ὥς που καὶ τὰ Ὀρφικὰ ταῦτα μεμαρτύρηκε· ζῶον δ' ἶσον ἀκροκόμοισι φοινίκων ἔρνεσι. Videtur poeta hæc de aurea generis humani ætate ac de longissima primorum hominum vita dixisse. Itaque versum restitui, quemadmodum loci sensus postulare videbatur.)

XLI.

Πρῶτον μὲν πρώτῳ ἐνὶ ἤματι φαίνεται Ἄρης.
Μήνη δ' εἰς τ' Ἄρην ἐπιτέλλεται. Ἴσχεο δ' ἔργων,
τήνδε γὰρ ἐξανύσασα φύσις δίκερων ἀναφαίνει.
αὐτὰρ ἐπὴν τρίτον ἦμαρ ἀπόπροθεν ἠελίοιο
πᾶσιν ἐπιχθονίοισι φυτοσπόρου αἰτίη ἀλκῆς,
τετράδι δ' αὐξομένη πολυφεγγέα λαμπάδα τείνει.

(Jo. Tzetzes ad Hesiodi Op. et D. p. 170 B ait Ascræum poetam scripsisse δεινῶς καὶ συγκεχυμένως, ἔτι δὲ ψευδῶς, καὶ οὐχ ὥσπερ ὁ μέγας Ὀρφεὺς διδασκαλικῶς τε καὶ τεταγμένως πρὸς εὐκρίνειαν, καὶ τὸ πλέον τεχνικωτέρως καὶ ἀληθῶς. Ἐκεῖνος μὲν οὕτω φησί· πρῶτον μὲν— λαμπάδα τείνει, καὶ καθεξῆς πέντε, ἕξ, μέχρι τῆς λ. κτλ. Idem p. 175 A : Ὀρφεὺς δὲ ἐκεῖνος ὁ Θρᾴκιος ἐν τῇ περὶ γεωργίας οὐ τὴν ἁπλῶς ἡμέραν τῆς σελήνης τὴν τοιάνδε λέγει λυσιτελεῖν, ἢ καὶ

XXXVII.

Omnia didicisti, divine in dicendo Musæe; sin autem
animus, cognomina lunæ decenter audire, [gestit
facile tibi dicam, tu vero mente percipe,
quem ordinem habeant; nam necesse est
hunc scire, quia mensis orbi gloriam dat. —
Agedum, aures mihi purgatas pandens,
audi ordinem omnem quem perfecit deus
ex una nocte atque ex uno die hoc modo.

XXXVIII.

Etenim mens paterna ex se ipsa nata res agitans
omnibus indidit ardens amoris vinculum,
ut omnia maneant in infinitum tempus amore juncta,
neve cadant intelligibili patris luce effecta. — [maneant.
Ut mundi elementa ultro citroque commeantia amore juncta

XXXIX.

Est sane cunctarum rerum initium Jupiter; Jupiter enim
genuitque animalia; ac Jovem eum vocant [dedit
simulque Diespitrem, quia per eum universa sunt.
Unus vero hic pater est omnium, bestiarum et hominum.

XL.

Vivebant autem ut durabiles palmarum rami.

XLI.

Primum quidem primo die apparet Mars.
Luna autem in Martem obversa oritur. Desiste de negotiis;
hanc enim perficiens natura bicornem exhibet.
Sed postquam tertius dies procul a sole [amotâ lunâ]
omnibus mortalibus vim genitalem dedit,
quarto die aucta splendidam lampadem protendit.

ἀνόνητον· ἀλλ' ὅταν τοιῶσδε σχηματισθῇ καὶ συντρέχῃ ζῳδίοις τε καὶ ἀστράσιν. Et pag. 178 B: Εἰ δέ, ὥς φησιν Ὀρφεύς, τῇ ἄτῃ ἀνεῖται ἡ ἑπτακαιδεκάτη, καὶ διὰ τοῦτο τῇ τε τομῇ τῆς ὕλης ἐστὶν οἰκεία, καὶ τῇ τοῦ καρποῦ γυμνώσει τῶν περικαρπίων. Idem p. 130 B: Ὀρφεὺς μαθηματικῶς πάντα παρακελεύεται δρᾶν· οἷον σελήνης τρεχούσης περὶ Παρθένον, πάντα φυτεύειν πλὴν μόνων ἀμπέλων· μισεῖ γὰρ ἡ Παρθένος τὴν ἄμπελον διὰ τὸν πατέρα Ἰκάριον. Διὸς Ὑδροχόον περιπολεύοντος, μὴ πλεύσῃς· χαλεπὴ γὰρ τότε λίαν ἐστὶν ἡ θάλασσα. Τοῦ αὐτοῦ Διὸς ἐν Ἰχθύσιν ὄντος, καλὸν γάμους ποιεῖν, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως.)

XLII.

Πρώτιστος μὲν ἄνασσεν ἐπιχθονίων Κρόνος ἀνδρῶν,
ἐκ δὲ Κρόνου γένετ' αὖτις ἄναξ μέγας εὐρυόπα [Ζεύς.

(Lactantius I, 13, 11: Orpheus qui temporibus ejus recentior fuit aperte Saturnum in terra et apud homines regnasse commemorat: πρώτιστος μὲν κτλ.)

XLIII.

Ἀλλὰ Κρόνον φάσκουσιν ὑπὸ Ζηνὶ Κρονίωνι
ἀθάνατον αἰῶνα λαχεῖν καθαροῖο γενείου
καὶ διερὰς χαίτας εὐώδεας, οὐδέ τι λυγροῦ
γήραος ἠπεδανοῖο μιγήμεναι ἄνθεϊ λευκῷ,
ἀλλὰ περὶ κροτάφοισιν ἔχειν ἐριθηλέα λάχνην.

(Proclus Theol. Plat. lib. V, 10: Τὸ ἀγήρων ταύτῃ τῇ τάξει (τῇ Κρονίᾳ) προσήκει, ὥς οἵ τε βάρβαροί φασι καὶ ὁ Ὀρφεύς. Καὶ γὰρ οὗτος ἀεὶ μελαίνας τὰς τοῦ Κρονίου προσώπου τρίχας μυστικῶς λέγει καὶ μηδαμῶς γίγνεσθαι πολιάς .... Ὁ Ὀρφεὺς τὰ τούτοις ὅμοια περὶ τοῦ θεοῦ τούτου διατάττεται· ὑπὸ Ζηνὶ Κρονίωνι ἀθάνατον αἰῶνα χαμεῖν ... καθαροῖο γενείου ... διερὰς χαίτας εὐώδεας, οὐδὲ ... ἠπεδανοῖο μιγήμεναι ἄνθεϊ λευκῷ ... ἀλλ' ἐριθηλέα λάχνην. Ad locum restituendum vs. 1 addidi ἀλλὰ Κρόνον φάσκουσιν et vs. 3 scripsi οὐδέ τι λυγροῦ. Cæterum vs. 2 λαχεῖν debetur Hermanno apud Lobeckium Aglaoph. p. 512, γήραος vs. 4 Gesnero, περὶ κροτάφοισιν ἔχειν vs. 5 itidem Hermanno. Similiter Proclus ad Hesiodi Op. et D. p. 44 B: Ὁ μὲν Ὀρφεὺς τοῦ ἀργυροῦ γένους βασιλεύειν φησὶ τὸν Κρόνον τοὺς κατὰ τὸν καθαρὸν λόγον ζῶντας ἀργυροῦς λέγων, ὥσπερ τοὺς κατὰ νοῦν μόνον χρυσοῦς· ὁ δὲ Ἡσίοδος τὸ ἀργυροῦν γένος ποιεῖ ῥάθυμον. Idem p. 39 A: Τὸν Κρόνον ἀεὶ μελαίνας ἔχειν τὰς ἐπὶ γενείου τρίχας, φησὶν Ὀρφεύς· Πλάτων δὲ (Phileb. p. 270 D) τοὺς ἐπὶ τῆς Κρονίας περιόδου ἀποβάλλειν φησὶ τὸ γῆρας καὶ ἀεὶ γίγνεσθαι νεωτέρους. Idem de Hippa, Bacchi nutrice, Comm. in Tim. II p. 124 C, p. 292 seq. ed. Schneider. hæc habet: Ἡ μὲν γὰρ Ἵππα, τοῦ παντὸς οὖσα ψυχή, καὶ οὕτω κεκλημένη παρὰ τῷ θεολόγῳ ..... λίκνον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς θεμένη καὶ δράκοντι αὐτὸ περιστέψασα τὸ κραδιαῖον, ὑποδέχεται Διόνυσον.——ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ μηροῦ τοῦ Διὸς πρόεισιν εἰς αὐτήν, καὶ προελθὼν ἐπὶ τὸ νοητὸν αὐτὴν ἀνάγει καὶ τὴν ἑαυτοῦ πηγήν· ἐπείγεται γὰρ πρὸς τὴν Ἴδην. Διὸ καὶ συλλαμβάνεσθαι ἡ Ἵππα λέγεται τίκτοντι τῷ Διί. Cf. in Tim. III p. 200 et p. 172. Vide etiam Orphei Hymnum XLIX. Adde Lobeckii Aglaoph. I p. 581.)

XLIV.

Κύκλον τ' ἀκαμάτου καλλιῤῥόου ὠκεανοῖο,
ὃς γαῖαν δίνῃσι πέριξ ἔχει ἀμφιελίξας.

(Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 1: Καθὰ καὶ Ὀρφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Ἥρας φησὶ λέγων· κύκλον ἀκαμάτου κτλ. ὡς τοῦ ὠκεανοῦ περιειληφότος τὴν γῆν. Aliter Scholiastes ms.: καὶ Ὀρφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Κόρης φησίν· κύκλον τ' ἀέναον καλλιῤῥόου ὠκεανοῖο, γαῖαν δίνῃσι περί νιν ἔχει ἀμφιέλισσε. Secutus sum Eustathium inserta τε particula.)

XLV.

Κύκλου τ' αὖ λῆξαι καὶ ἀναπνεῦσαι κακότητος.

(Proclus in Tim. V pag. 330 A et B, pag. 802 ed. Schneider.: Μία σωτηρία τῆς ψυχῆς αὕτη παρὰ τοῦ δημιουργοῦ προτείνεται τοῦ κύκλου τῆς γενέσεως ἀπαλλάττουσα καὶ τῆς πολλῆς πλάνης καὶ τῆς ἀνηνύτου ζωῆς, ἡ πρὸς τὸ νοερὸν εἶδος τῆς ψυχῆς ἀναδρομὴ καὶ ἡ φυγὴ πάντων τῶν ἐκ τῆς

XLII.

Primus quidem terrestribus hominibus imperabat Sa- [turnus,
e Saturno autem natus est rursus rex magnus Jupiter late [sonans.

XLIII.

Sed Saturnum dicunt sub Jove Saturnio
perpetuum tersæ barbæ nitorem nactum esse
madidosque et odoratos capillos, neque albis molestæ
atque infirmæ senectutis floribus esse conspersum,
sed circa tempora habere pinguissimam cæsariem.

XLIV.

Orbemque infatigabilis et pulchre fluentis oceani, [ctitur.
qui terram vorticibus utrimque agitatam undique comple-

XLV.

Discedere rursus ex orbe et respirare a calamitate.

γενέσεως ἡμῖν προσπεφυκότων . . . . . . πᾶσαν δὲ τὴν ζωὴν εἰς τὴν εὐδαίμονα περιάγουσα ζωὴν ἀπὸ τῆς περὶ τὴν γένεσιν πλάνης, ἧς καὶ οἱ παρ' Ὀρφεῖ τῷ Διονύσῳ καὶ τῇ Κόρῃ τελούμενοι τυχεῖν εὔχονται, κύκλου τ' ἂν λῆξαι κτλ. Αὖ pro ἂν substitui cum Galeo ad Iamblich. de Myst. p. 309.)

XLVI.

Νῦν δ' ἄγε μοι κούρη Πιμπληϊὰς ἔννεπε Μοῦσα.

(Tzetzes ad Lycophr. vs. 275, ubi legitur Λειβηθρίην δ' ὕπερθε Πιμπλείας σκοπήν, citat Orphei versum νῦν δ' ἄγε κτλ. addens: Ἐπείπερ Ὀρφεύς, ἀρχὴ καὶ πατὴρ ὑπάρχων τῶν ποιητῶν, κατῴκει περὶ τὸν Ἑλικῶνα καὶ τὸ Λειβήθριον, ἐμυθολογήθη, ὡς αἱ Μοῦσαι περὶ τοὺς ἐκεῖσε τόπους οἰκοῦσι. Idem ad vs. 410 Orphicum versum repetens pro Πιμπληϊὰς habet Λειβηθριάς. At Chiliad. VII, 949 Λειβηθρίς. Rursus Πιμπληϊὰς est in carmine Maximi vs. 141 apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. VIII p. 422. Huc accedit quod Jo. Tzetzes Exeg. Hom. ms. fol. 9, a, ait: Τοῦτο δὲ Ὀρφεὺς σαφέστερον παραδείκνυσι· Λειβήθριος γὰρ ὢν φησί· νῦν δ' ἄγε μοι κούρη Λειβηθριὰς ἔννεπε Μοῦσα· et fol. 13, b: φησὶ γὰρ ἐκεῖνος [ὁ Ὀρφεὺς] Λειβήθριος ὤν, νῦν δ' ἄγε μοι κούρη Κωνσταντιὰς ἔννεπε Μοῦσα.)

XLVII.

Εὖτ' ἂν δή μιν ἴδηαι ὑπὸ δρυσὶν ὑψικόμοισιν
ἔργοισιν μεθύοντα μελισσάων ἐριβόμβων,
αὐτίκα μιν δῆσον.

(Porphyrius de antro Nymph. p. 118 ed. Barnes.: Οὕτω παρὰ τῷ Ὀρφεῖ ἡ Κόρη, ἥπερ ἐστὶ παντὸς τοῦ σπειρομένου ἔφορος, ἱστουργοῦσα παραδίδοται. . . . Παρὰ τῷ Ὀρφεῖ ὁ Κρόνος μέλιτι ὑπὸ Διὸς ἐνεδρεύεται. Πλησθεὶς γὰρ μέλιτος μεθύει καὶ σκοτοῦται, ὡς ἀπὸ οἴνου, καὶ ὑπνοῖ— οὔπω γὰρ οἶνος ἦν. Φησὶ γὰρ παρ' Ὀρφεῖ ἡ Νὺξ τῷ Διὶ ὑποτιθεμένη τὸν διὰ μέλιτος δόλον· εὖτ' ἂν δή μιν κτλ. ὃ καὶ πάσχει ὁ Κρόνος, καὶ δεθεὶς ἐκτέμνεται ὡς Οὐρανός.)

XLVIII.

Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν,
οὕνεκα Γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος Οὐρανίοιο.

(Etym. M. Γίγας παρὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς ἰέναι [leg. φῦναι] οἷον· οὓς καλέουσι κτλ. Οὕτως Ὀρφεὺς ἐν τῷ ὀγδόῳ τοῦ ἱεροῦ λόγου.)

XLIX.

Τὸν δὴ καλέουσι Φάνητα,
(ἀθάνατοι) ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἔγεντο.

(Etym. M. s. v. Φάνης· τὸν δὴ καλέουσι Φάνητα, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἐγένετο. Ὀρφεύς· οὕτως Ὧρος. Inserui cum Lobeckio Aglaoph. I p. 481 ἀθάνατοι mutavique ἐγένετο in ἔγεντο. Huic dicto subjungam alia quædam Orpheo tributa. Suidas v. Τριτοπάτορες. Δήμων ἐν τῇ Ἀτθίδι φησὶν ἀνέμους εἶναι τοὺς τριτοπάτορας. Φιλόχορος δὲ τοὺς τριτοπάτρεις πάντων γεγονέναι πρώτους. Τὴν μὲν γὰρ γῆν καὶ τὸν ἥλιον, φησίν, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα καλεῖ, γονεῖς αὐτῶν ἠπίσταντο οἱ τότε ἄνθρωποι· τοὺς δὲ ἐκ τούτων τρίτους πατέρας. Φανόδημος δὲ ἐν ἕκτῳ φησὶν ὅτι μόνοι οἱ Ἀθηναῖοι θύουσί τε καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων, ὅταν γαμεῖν μέλλωσιν. Ἐν δὲ Ὀρφέως φυσικῷ ὀνομάζεσθαι τοὺς τριτοπάτορας Ἀμαλκείδην καὶ Πρωτοκλέα καὶ Πρωτοκρέοντα, θυρωροὺς καὶ φύλακας ὄντας τῶν ἀνέμων. Ὁ δὲ τὸ ἐξηγητικὸν ποιήσας Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησιν αὐτοὺς εἶναι παῖδας, ὀνόματα δὲ αὐτοῖς Κόττον, Βριάρεων, καὶ Γύγην. Cf. Etym. M. p. 768. Adde Lobeckii Aglaoph. I p. 760 seqq. — Suidas v. ἵππος Νισαῖος. Ἐν δὲ Δίκτυϊ Ὀρφεὺς λέγει· ἡ Νίσα τόπος ἐστὶν ἐν Ἐρυθρῷ κείμενος. Schol. Pind. ad Pyth. III, 96: Λέγεται δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ δελεασθεὶς ἀναστῆσαι Ἱππόλυτον τεθνηκότα· οἱ δὲ Τυνδάρεων· ἕτεροι Καπανέα· οἱ δὲ Γλαῦκον· οἱ δὲ Ὀρφικοὶ Ὑμέναιον. Schol. Vict. ad Hom. Iliad. XVIII, 570 ap. Heynium vol. VII p. 803: Ἡ δὲ καλουμένη Σφαῖρα ποίημά ἐστιν εἰς τὸν Λίνον, ἀναφέρεται δὲ εἰς Ὀρφέα.)

L.

Ἔστ' ἂν Ῥείη παῖδα τέκοι Κρόνῳ ἐν φιλότητι.

(Proclus in Tim. II p. 121 A: Διὸ καὶ μένει μὲν (ἡ Θέμις) παρθένος πρὸ τῆς τοῦ δημιουργοῦ

XLVI.

Nunc vero age, puella Pimpleis, dic mihi Musa.

XLVII.

Quum eum videris sub arboribus alte comosis
ebrium stridentium apum operibus,
statim eum alligato.

XLVIII.

Quos inter deos cognomento perhibent gigantes,
quia Terra et sanguine Cœlesti nati sunt.

XLIX.

Quem vocant Phanetem
immortales, quia primus in æthere apparuit.

L.

Donec Rhea filium peperisset Saturno ex concubitu —

προόδου κατὰ τοὺς χρησμοὺς τῆς Νυκτός, ἔστ' ἂν Ῥείη κτλ. συμπαράγει δὲ τῷ Διὶ τὴν τριάδα τῶν Ὡρῶν. Transposui verba cum Hermanno; legebatur enim τέκοι παῖδα.)

Καὶ τότε δὴ Ἑκάτην Δηὼ τέκεν εὐπατέρειαν.

(Schol. Apoll. III, 467 : Περσηίδα τὴν Ἑκάτην λέγει· τινὲς δὲ αὐτήν φασι Διὸς εἶναι παῖδα· ἐν δὲ τοῖς Ὀρφικοῖς Δήμητρος γενεαλογεῖται· καὶ τότε δὴ κτλ.)

Ἁβρὸς Ἔρως καὶ Μῆτις ἀτάσθαλος....
οἷσιν ἐπεμβεβαὼς Δαίμων αἰὲν ἐπίσχει.

(Proclus in Alcib. p. 233 ed. Creuz.; p. 88 t. III ed. Cousin. : Ἐν τῷ Διὶ ὁ Ἔρως ἐστί· καὶ γὰρ Μῆτίς ἐστι πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής, καὶ ὁ Ἔρως πρόεισιν ἐκ τοῦ Διὸς καὶ συνυπέστη τῷ Διὶ πρώτως ἐν τοῖς νοητοῖς· ἐκεῖ γὰρ ὁ Ζεὺς ὁ πανόπτης ἐστὶ καὶ ἁβρὸς Ἔρως, ὡς Ὀρφεύς φησιν. Et rursus p. 66 ibid. t. II p. 181 : Καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων εὑρὼν παρ' Ὀρφεῖ τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν καὶ Ἔρωτα καὶ Δαίμονα μέγαν ἀποκαλούμενον, ἀγαπῆσαι καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ Ἔρωτος τὸν τοιοῦτον ὕμνον· περὶ μὲν γὰρ τοῦ νοητοῦ νοῦ λέγων ὁ θεολόγος· ἁβρὸς Ἔρως κτλ. Καὶ πάλιν· οἷσιν ἐπεμβεβαὼς κτλ. In fine versus codices præbent vel ἐπίσχνῃ vel ἐπ' ἴχνῃ, et sic præeunte Bentlejo in epistola ad Millium Creuzerus legendum esse ait. At sensus requirit ἐπίσχει, quod reposui.)

LI.

Κριοῦ καὶ ταύρου τ', ὄφιος, χαροποῦ τε λέοντος.

(Proclus in Tim. III p. 130 B : Τοιαῦτα γὰρ περὶ αὐτοῦ καὶ Ὀρφεὺς ἐνδείκνυται περὶ τοῦ Φάνητος θεολογῶν. Πρῶτος γοῦν ὁ θεὸς παρ' αὐτῷ ζῴων κεφαλὰς φέρει πολλὰς καὶ ἴας (leg. cum Schneid. κριίας), ταυρείους, ὀφίας (leg. ὀφείας) χαροποῦ τε λέοντος καὶ πρόεισιν ἀπὸ τοῦ πρωτογενοῦς ᾠοῦ, ἐν ᾧ σπερματικῶς τὸ ζῷόν ἐστι. Et pag. 131 E : Διὸ καὶ δλικώτατον ζῷον ὁ θεολόγος ἀναπλάττει κριοῦ καὶ ταύρου καὶ λέοντος καὶ δράκοντος αὐτῷ περιθεὶς κεφαλάς. Ex his duobus locis viri docti composuerunt versum quem edidi. Conf. Lobeck. Aglaoph. p. 490 et Schneider. ad Proclum p. 307.)

Θῆλυς καὶ γενέτωρ κρατερὸς θεὸς Ἠρικεπαῖος.

(Proclus in Tim. pag. 131 F : Καὶ ἐν αὐτῷ πρώτῳ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν ὡς ζῴῳ πρώτῳ· θῆλυς καὶ γενέτωρ κτλ. φησὶν ὁ θεολόγος.)

Τῷ λαμπρῷ βλέπομεν, τοῖς δ' ὄμμασιν οὐδὲν ὁρῶ-
[μεν.

(Stobæus Eclog. Phys. I cap. 415, 44, pag. 407 ed. Gaisford. : ἔνθ' Ὀρφεύς· τῷ λαμπρῷ κτλ.)

LII.

Χρυσείαις πτερύγεσσι φορεύμενος ἔνθα καὶ ἔνθα.

(Hermias in Plat. Phædr. p. 137 ed. Ast. : Πρώτῳ γὰρ τούτῳ ἡ θεολογία παρέχει τοὺς ἵππους... αὐτῷ δὲ τούτῳ πρώτῳ τῷ δεσπότῃ Φάνητι καὶ πτέρυγας δίδωσι· χρυσέαις πτερύγεσσι κτλ. Scribendum χρυσείαις cum Lobeckio Aglaopham. I p. 491.)

Τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα.

(Hermias in Plat. Phaedr. p. 135 ed. Ast. Τετρὰς δὲ ὁ Φάνης, ὡς Ὀρφεύς φησι· τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν κτλ. Idem p. 109 de Orpheo : Καὶ τρεῖς δὲ λέγονται Ὀρφεῖς παρὰ Θραξὶ γενέσθαι. Idem p. 105 : Οὐδένα γὰρ ἐνθουσιασμὸν ἄνευ τῆς ρωτικῆς ἐπιπνοίας συμβαίνει γίνεσθαι. Ὁρᾷς πῶς ὁ Ὀρφεὺς πάσας ἐπιτηδεύσας φαίνεται, ὡς δεομένας καὶ ἐχομένας ἀλλήλων· τελεστικώτατον μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ μαντικώτατον παρειλήφαμεν, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος κινούμενον, ἔτι ποιητικώτατον, ὅν γε δι' αὐτὸ τοῦτο καὶ Καλλιόπης υἱὸν γενέσθαι φασίν. Ἐρωτικώτατός τέ ἐστιν, ὡς αὐτὸς λέγων φαίνεται πρὸς τὸν Μουσαῖον καὶ προτείνων αὐτῷ τὰ θεῖα ἀγαθά, καὶ τελειῶν αὐτόν. Idem pag. 107 : οὐ πρῶτος δὲ ὁ Πλάτων ἡνίοχον καὶ ἵππους παρέλαβεν, ἀλλὰ πρὸ αὐτοῦ οἱ ἔνθεοι τῶν ποιητῶν, Ὅμηρος, Ὀρφεύς, Παρμενίδης.)

LIII.

Μαντοσύνην δέ οἱ δῶκεν ἔχειν ἀψευδέα πάντη.

(Hermias in Plat. Phædr. p. 140 ed. Ast. : ὁ γάρ τοι Ὀρφεὺς περὶ τῆς Νυκτὸς λέγων, θεῶν γὰρ ἔχει, φησί· καὶ μαντοσύνην δέ οἱ κτλ. Καὶ αὕτη λέγεται μαντεύειν τοῖς θεοῖς.)

Δεῖξαί τ' ἐξ ἀφανῶν φανερούς, οἵ τ' εἰσὶ γενέθλην.

Ac tum demum Ceres Hecaten boni patris progeniem enixa
[est.

— Pulcher amor et Metis improbus.....
quæ ingressus magnus Deus semper reprimit.

LI.

Arietis et tauri, serpentis cæsiique leonis. —
Femina et genitor fortis deus Ericepæus. —
Luce videmus, oculis nihil cernimus.

LII.

Aureis alis huc et illuc volitans. —
Quatuor oculis huc atque illuc spectans.

LIII.

Divinationem plane veracem possidendam ei dedit. —
Ac demonstrare quo genere nati sint qui ex occultis mani-
[festi evaserunt. —

(Hermias in Plat. Phædr. p. 141 : Ἡ παρηκολουθηκὼς ὁ Πλάτων τοῖς ὑπὸ τῶν θεολόγων εἰρημένοις κατ' ἐκείνους καὶ αὐτὸς διατίθησι τὸν λόγον; μετὰ γὰρ τὴν τῶν νυκτῶν τάξιν τρεῖς εἰσι τάξεις τῶν θεῶν, Οὐρανοῦ, Κυκλώπων, Ἑκατογχείρων, ὧν αὐτὸς ἀποφάσκει τὰ οἰκεῖα τούτων ὀνόματα. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν ἔνδον ἐν ταὐτῷ μεινάντων τῷ Φάνητι πρώτως φανερῶς ὁ Οὐρανὸς ἐξ αὐτοῦ γέγονεν—ἔξω γὰρ προῆλθον πρῶτοι ἀπ' αὐτοῦ Οὐρανὸς καὶ Γῆ· δεῖξαί τ' ἐξ ἀφανῶν κτλ.)

Πρωτόγονόν γε μὲν οὔτις ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν,
εἰ μὴ Νὺξ ἱερὴ μούνη· οἱ δ' ἄλλοι ἅπαντες
θαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἄελπτον·
τοῖον ἀπέστραπτε χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος.

(Hermias l. c. : Καὶ πρῶτος καταλάμπεται ὁ οὐρανὸς ὑπὸ τοῦ θείου φωτὸς τοῦ Φάνητος· τὴν γὰρ Νύκτα ἡνῶσθαι αὐτῷ φησι· πρωτόγονόν γε μὲν κτλ. Idem pag. 144 : Τριῶν γὰρ παραδιδομένων Νυκτῶν παρ' Ὀρφεῖ, τῆς μὲν ἐν αὐτῷ μενούσης τῆς πρώτης, τῆς δὲ τρίτης ἔξω προελθούσης, τῆς δὲ μέσης τούτων, τὴν μὲν πρώτην μαντεύειν φησίν, ὅ ἐστι τῆς ἐπιστήμης, τὴν δὲ μέσην αἰδοίαν καλεῖ, ὅ ἐστι τῆς σωφροσύνης, τὴν δὲ τρίτην ἀποτίκτειν φησὶ τὴν δικαιοσύνην. Cæterum Bentlejus Epist. ad Jo. Millium p. 455 vs. 6 non ἀπέστραπτε, sed ἀπέστιλβε habet, quod scriptum est etiam apud Proclum Comment. in Tim. pag. 132 C.)

LIV.

Καίπερ ἐόντι νέῳ καὶ νηπίῳ εἰλαπιναστῇ.

(Proclus in Tim. V p. 334 D : Ὁ γὰρ Ζεὺς βασιλέα τίθησιν αὐτὸν ἁπάντων τῶν ἐγκοσμίων θεῶν καὶ πρωτίστας αὐτῷ νέμει τιμὰς καίπερ ἐόντι νέῳ κτλ. Idem in Parm. I p. 91 ed. Cousin. : Καὶ γὰρ αὐτὸν τὸν Δία καὶ τὸν Διόνυσον παῖδας καὶ νέους ἡ θεολογία καλεῖ· καίπερ ὄντε νέω, φησὶν Ὀρφεύς.)

Κλῦτε θεοί, τὸν δ' ὔμμιν ἐγὼ βασιλῆα τίθημι.

(Proclus in Crat. p. 59 : Καὶ ὁ Διόνυσος τελευταῖος θεῶν βασιλεὺς παρὰ τοῦ Διός· ὁ γὰρ πατὴρ ἱδρύει τε αὐτὸν ἐν τῷ βασιλείῳ θρόνῳ καὶ ἐγχειρίζει τὸ σκῆπτρον καὶ βασιλέα ποιεῖ τῶν ἐγκοσμίων ἁπάντων θεῶν· κλῦτε θεοί, τὸν δ' ὔμμιν κτλ. λέγει πρὸς τοὺς νέους θεοὺς ὁ Ζεύς. Idem in Parmen. VII p. 230 : Χρόνος δὲ ὑπὸ Ὀρφέως ὀνομάζεται κατὰ δή τινα θαυμαστὴν ἀναλογίαν. Γενέσεις γὰρ ὁ θεολόγος τῶν ἀγεννήτων μυστικὰς παραδούς, καὶ τὸ αἴτιον τῆς ἐκφάνσεως τῶν θείων χρόνων συμβολικῶς ὠνόμασεν· ὅπου γὰρ γένεσις, ἐκεῖ καὶ χρόνος.)

Ποιμαίνων πραπίδεσσιν ἀνόμματον ὠκὺν ἔρωτα.

(Proclus in Alcibiad. I : Ὁ θεολόγος ὁ παρ' Ἕλλησιν ἀνόμματον ἀποκαλεῖ τὸν ἔρωτα ἐκεῖνον· ποιμαίνων κτλ. Idem ibid. : Καί μοι δοκεῖ, καθάπερ Ὀρφεὺς ἐφίστησι τῷ βασιλεῖ Διονύσῳ τὴν μονάδα τὴν Ἀπολλωνιακὴν ἀποτρέπουσαν αὐτὸν τῆς εἰς τὸ Τιτανικὸν πλῆθος προόδου καὶ ἐξαναστάσεως τοῦ βασιλείου θρόνου, καὶ φρουροῦσαν αὐτὸν ἄχραντον ἐν τῇ ἑνώσει, τοιαῦτα δὴ καὶ ὁ Σωκράτους δαίμων περιάγειν μὲν αὐτὸν εἰς τὴν νοερὰν περιωπήν, ἐπέχειν δὲ τῶν πρὸς τοὺς πολλοὺς συνουσιῶν. Idem ibid. : Πάρεδρος ὁ νόμος τοῦ Διός, ὥς φησιν ὁ Ὀρφεύς.)

LV.

Ὕλης οὐρανίης καὶ ἀστερίης καὶ ἀβύσσου.

(Olympiodorus Comm. in Alcibiad. I : Ἀλλὰ μὴν καὶ ὑλῶοι λέγονται οἱ τήνδε τὴν ὕλην ἐξάπτοντες τῆς τῶν οὐρανίων, καὶ διὰ τοῦτο φρουροῦντες αὐτήν, καὶ μὴ συγχωροῦντες ῥευστὴν οὖσαν, πάντῃ φθείρεσθαι. Φησὶ γὰρ καὶ ὁ Ὀρφεύς· ὕλης οὐρανίης κτλ.)

Οἱ δ' αὐτοὶ πατέρες τε καὶ υἱέες ἐν μεγάροισιν
ἠδ' ἄλοχοι σεμναὶ κεδναί τε θύγατρες.

(Olympiodorus ad Platonis Phæd. p. 70 C : Καὶ ὅτι τὸ ζῶον καὶ τὸ τεθνεὼς ἐξ ἀλλήλων, κατασκευάζει ἐκ τῆς μαρτυρίας τῶν παλαιῶν ποιητῶν τῶν ἀπὸ Ὀρφέως, φημί, λέγοντος· οἱ δ' αὐτοὶ πατέρες κτλ. πανταχοῦ γὰρ ὁ Πλάτων παρῳδεῖ τὰ τοῦ Ὀρφέως. Idem ibid. : Καὶ ἔστι τὸ μυθικὸν ἐπιχείρημα τοιοῦτον παρὰ τῷ Ὀρφεῖ. Τέσσαρες βασιλεῖαι παραδίδονται· πρώτη μὲν ἡ τοῦ Οὐρανοῦ, ἣν ὁ Κρόνος διεδέξατο, ἐκτεμὼν τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρός. Μετὰ δὲ τὸν Κρόνον ὁ Ζεὺς ἐβασίλευσεν καταταρταρώσας τὸν πατέρα. Εἶτα τὸν Δία διεδέξατο ὁ Διόνυσος, ὅν φασι κατ' ἐπιβουλὴν τῆς Ἥρας τοὺς περὶ αὐτὸν Τιτᾶνας σπαράττειν, καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἀπογεύεσθαι. Καὶ τούτους ὀργισθεὶς ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσε, καὶ ἐκ τῆς αἰθάλης τῶν ἀτμῶν τῶν ἀναδοθέντων ἐξ αὐτῶν

Primogenitum quidem nemo intuitus est oculis,
nisi sola nox sacra; cæteri omnes
admirabantur conspicientes in æthere insperatum lumen;
adeo coruscabat corpus Phanetis immortalis.

LIV.

Quamvis pusioni et parvulo convivæ. —

Audite dii, hunc ego vobis regem impono. —

Fallens sagaci mente cæcum celeremque amorem.

LV.

Materiæ cœlestis et sidereæ et infinitæ. —

Iidem patres et filii in ædibus
et uxores venerandæ probæque filiæ. —

ὕλης γενομένης γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους. Idem p. 69 C : Διόπερ καὶ παρῳδεῖ ἔπος Ὀρφικὸν τὸ λέγον, ὅτι ὅστις δ' ἡμῶν ἀτέλεστος, ὥσπερ ἐν βορβόρῳ κείσεται ἐν ᾄδου.)

Ἄνθρωποι δὲ τελήεσσας ἑκατόμβας
πέμψουσιν πάσῃσιν ἐν ὥραις ἀμφιετέσσιν
ὄργιά τ' ἐκτελέσουσι, λύσιν προγόνων ἀθεμίστων
μαιόμενοι. Σὺ δὲ τοῖσιν ἔχων κράτος, οὕς κ' ἐθέλῃσθα
λύσεις ἔκ τε πόνων χαλεπῶν καὶ ἀπείρονος οἴστρου.

(Olympiodorus Comm. in Phæd. : Ὁ Διόνυσος λύσεώς ἐστιν αἴτιος. Διὸ καὶ λυσεὺς (leg. λύσιος) ὁ θεός. Καὶ Ὀρφεύς φησιν· Ἄνθρωποι δὲ κτλ. Vs. 6 pro ὄργια ἐκτελέσουσιν scripsi ὄργιά τ' ἐκτελέσουσιν. Idem ibid. : ὅτι παλαιὸς ὁ λόγος, Ὀρφικός τε γὰρ καὶ Πυθαγόρειος, ὁ πάλιν ἄγων τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων, καὶ τοῦτο κύκλῳ πολλάκις. Idem ibid.: ὅτι οἱ παραδιδόμενοι τέσσαρες ποταμοὶ κατὰ τὴν Ὀρφέως παράδοσιν τοῖς ὑπογείοις ἀναλογοῦσι δ' στοιχείοις τε καὶ κέντροις κατὰ δύο ἀντιθέσεις. Ὁ μὲν γὰρ Πυριφλεγέθων τῷ πυρὶ καὶ τῇ ἀνατολῇ, ὁ δὲ Κωκυτὸς τῇ γῇ καὶ τῇ δύσει, ὁ δὲ Ἀχέρων ἀέρι τε καὶ μεσημβρίᾳ. Τούτους μὲν Ὀρφεὺς οὕτω διέταξεν, αὐτὸς δὲ τὸν Ὠκεανὸν τῷ ὕδατι καὶ τῇ ἄρκτῳ προσοικειοῖ. Idem Comm. in Phileb. : Εἴτε (Μνήμη) ἡ θεὸς αὐτή, ἀφ' ἧς πᾶσα ἡ ἰδιότης ἐπιγίνεται, εἴτε ἡ παρὰ τῷ Ὀρφεῖ Μνημώ, εἴτε καὶ ἄλλη τις οὖσα τυγχάνει. Idem ibid. : Καὶ μὴν ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἐν τῷ μυθευομένῳ ᾠῷ τὰς τρεῖς ἐκφανῆναι μονάδας φησίν.)

Χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρει πολύεργος Ἀθήνη.

(Etym. Orionis : Χεῖρες ἀπὸ τῆς χρήσεως, ὡσανεὶ χρήσιες οὖσαι, ἢ χρεῖαι· οὐδεμία γὰρ τέχνη προκόπτει δίχα χειρῶν. Ὀρφεύς· χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρεν κτλ. Legendum ἔρρει.)

LVI.

Τὸ πρὶν ἐὸν μέγα δένδρον ἐπὶ χθονὶ καὶ φερέκαρπον.

(Etym. Gud. p. 395 : Μίνθη, ἥν τινες ἡδύομον καλοῦσι· ἔτι (leg. ἔστι) δὲ καλάμινθος ἄγριον ἡδύοσμον, ὅπερ λυπουμένη ἡ Δημήτηρ ἰδοῦσα ἐμίσησε καὶ ἄκαρπον ἐποίησεν. Ὀρφεύς· τὸ πρὶν ἐὸν μέγα κτλ. Pro φέρε καρπὸν lege φερέκαρπον.)

Σηκάζειν πυρούς τε καὶ ἀστάχυας κατ' ἀλωὰς
ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ
κρίνῃ, ἐπειγομένων ἀνέμων, καρπόν τε καὶ ἄχνας.

(Jo. Tzetzes Exeg. Hom. pag. 26 : Εὑρίσκω γὰρ αὐτὸν [τὸν Ὅμηρον] ἃ μέν τινα τῶν Ὀρφέως ἐπῶν καθ' ὁλοκληρίαν πρὸς τὴν αὐτοῦ μετοχετεύσαντα ποίησιν, ἕτερα δὲ πάλιν καθ' ἡμίσειαν παρασπάσαντα· ἔστι δ' ἃ καὶ μεταφράσαντα ἢ καὶ ἀλληνάλλως μεταστρέψαντα [ποίησιν]· ὡς τὸ Σηκάζειν πυρσούς τε κτλ. Edidi πυρούς τε et versu 3 ξανθὴ Δημήτηρ, ut legitur apud Homerum Iliad. lib. V vs. 500, quum codicis scriptura ξανθὴ μήτηρ corrupta sit.)

Ἕκτον ἔτος· τὸ μὲν οὔτις ἐπεφράσατ', οὐδ' ἐνόησεν.

(Jo. Tzetzes l. c. : Καὶ τό, ἕκτον ἔτος· τὸ μὲν οὔτις ἐπέφρασεν κτλ. Scripsi ἐπεφράσατ', quod similiter cum ἐνόησεν copulatur apud Hom. Odyss. lib. VIII, vs. 94.)

Ἕκτῃ ἐν ἠριγενεῖ, ῥοδοδακτύλῳ, ἀργυροπέζῃ.

(Idem l. c. : Πρὸς δὲ καὶ τό, ἕκτῃ ἐνήριγεν εἰροδοδακτύλῳ ἀργυροπέζῃ. Emendavi versum quemadmodum sententia postulat, secutus Hermannum p. 950. Non dubium quin in præcedenti qui periit versiculo ἠοῖ exaratum fuerit.)

Ἱστὸν ἐποιχομένην, ἀτελῆ πόνον, ἀνθεμόεντα.

(Idem l. c. : Καὶ τό, ἱστὸν ἐποιχομένην κτλ. Legebatur ἀνθεμόεσσαν quod in ἀνθεμόεντα converti.)

Σμήνεα δ' εἰργάζοντο μελισσάων ἀδινάων.

(Tzetzes l. c. p. 26 : Καὶ τό, σμήνεα δ' ἐργάζεο κτλ. Sententia requirit εἰργάζοντο quod edidi.)

Ζεὺς Κρονίδης, βασιλεὺς ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων.

(Idem l. c. Ὁμοίως δὲ καὶ τό, Ζεὺς Κρονίδης κτλ. Conf. Hom. Iliad. lib. IV vs. 166.)

Homines autem solennia sacrificia
facient omnibus anni temporibus
orgiaque celebrabunt nefariorum majorum expiationem
quærentes. Tu vero his rebus pollens, quoscunque voles,
gravibus ærumnis et immensa cupiditate liberabis. —
Manibus pereuntibus operosa perit Minerva.

LVI.

Arborem olim magnam in terris et frugiferam. —
Stabulo includere triticum et spicas in areis
viris ventilantibus, quum flava Ceres
secernit, urgentibus ventis, fructum et paleas. —
Sextum annum; id quod nemo neque animadvertit, neque intellexit. —
Sexta aurora mane orta, roseis digitis fulgente, candidis pedibus conspicua. —
Telas percurrentem, opus imperfectum floribus variatum. —
Examina vero apum confertarum operabantur. —
Jupiter Saturnius, rex in excelso sedens, in æthere habitans.

Οὐδ' ἂν Ἰφίκλοιο θοώτερος αἶψα γένηται,
ὅστε καὶ ἀνθερίκεσσιν ἐπέτρεχεν, οὐδέ τι καρπὸν
σίνετ', ἀήσυρα γυῖα φέρων ἐπὶ λήϊον αὖον.

(Idem l. c. p. 26 : Καὶ κατὰ μετάφρασιν, ὡς τὸ, οὐδ' ἦν Ἰφίκλοιο θοώτερος αὐδάζοιο (Maximus apud Fabricium Bibl. Græc. Vol. VIII p. 418 vs. 422 αὐγάζοιο) κτλ. Vs. 12 sic exhibetur : Σίνετ', ἀήσυρα ἐλαφρὰ γυῖα φέρων ἐπὶ λήϊον αὖον. Sed ἐλαφρὰ interpretamentum est quod Maximus omittit. Quum neque αὐδάζοιο neque αὐγάζοιο ferri queat, vs. 10 probabiliter emendasse videor scribendo αἶψα γένηται. Conf. Hom. Iliad. lib. XX vs. 226-228 et Ovid. Metamorph. lib. X vs. 654-655.)

LVII.

Ὧδε γὰρ ἂν μίμνοι καθαρός τε (καὶ) ἔμπλεος οἶνος,
ἥδυμος εὐώδης τε· καλὸν δ' ἔτος ἐστὶ φυτείῃ.

(Tzetzes Exeg. p. 127 : Ὁ παλαιὸς γὰρ Ὀρφεὺς ἀφ' οὗπερ ὁ ἐμὸς χρυσοῦς Ὅμηρος ὡς ἀνθεμουργὸς μέλισσα (sic leg. pro μέλισσαν) πολλὰ ἄνθη ἐπῶν ἀπεδρέψατο, ἐν ταῖς ἑαυτοῦ δωδεκαετηρίσιν, οὐ νήδυμον φησὶν ἀλλὰ ἥδυμον, λέγων οὑτωσί· ὧδε γὰρ ἂν μίμνοι κτλ. Inserui καὶ cum Lobeckio Aglaoph. t. I p. 424.)

Οὐδ' ὥς με γλυκὺς ὕπνος ἐᾷ βλεφάροισιν ἰαύειν,
ἱστάμενός θ' ἁπαλοῖς ἐν ὀνείρασι νυκτὸς ἀν' ὄρφνην.

(Tzetzes l. c. : Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν φησίν· ὕπνον ὃς οὐκ ἐᾷ με λιγὺν ἐπὶ βλεφάροισιν ἰαύειν, ἱστάμενος ἁπαλοῖς ἐν ὀνείρασιν ἂν πᾶσαν ὄρφνην. Τὸ δὲ λιγὺς ταυτόν ἐστι τῷ ἥδυμος. Versus quorum sententia dubia esse non potest, nullo negotio restitui. In iis quæ Tzetzes subjungit verbis pro τὸ δὲ λιγὺς apparet τὸ δὲ γλυκὺς reponi oportere.)

Εἰ μὲν γὰρ στείχῃσιν ἐπ' ἀρνειοῖο θοοῖο.

(Tzetzes l. c. p. 33 : Καὶ ὁ Ὀρφεύς· Ἡ μὲν γὰρ κτλ. Scribendum εἰ μὲν γάρ. Cæterum agnum velocem poeta appellat arietis signum [τὸν κριὸν Arato vs. 238], quod signum Sol dicitur inire.)

Οὔτοι ἀριστερός εἰμι θεοπροπίας ἀναφαίνειν,
ἀλλά μοι ἐν στήθεσσιν ἀληθεύουσι μέριμναι.

(Schol. Eurip. Alcest. vs. 985 : Καὶ ποιητὴς καὶ μάντις ἦν ὁ Ὀρφεύς. Φιλόχορος ἐν πρώτῳ περὶ μαντικῆς ἐκτίθησιν αὐτοῦ ποιήματα ἔχοντα οὕτως· οὔτοι ἀριστερός εἰμι κτλ. Nuper Cobetus edidit θεοπροπίας ἀποειπεῖν, cujus loco scripsi ἀναφαίνειν, conjectum jam pridem Lobeckio Aglaoph. I p. 237. Pro ἀληθεύουσι μέλαινα, quæ codicum lectio est, recepi probabilem Cobeti conjecturam ἀληθεύουσι μέριμναι.)

Εἰ δὲ γεωπονίης σε φιλομβρότου ἵμερος αἱρεῖ,
καί τ' ἐπὶ χρυσείης γενεῆς ἐντύνεαι ἔργα,
γαῖαν ἐπὶ ζείδωρον ἄγων εὐκαμπὲς ἄροτρον,
ἢ γυροῖς ἔνι κλῆμα Μεθυμναίου λελίησαι
κατθέμεναι καὶ λαρὸν ὀπώρης εἶδαρ ἑλέσθαι
ἱμείρῃ, σκαπάνῃ τε λαχῆναι ἄμβροτον αἶαν·
αὐτίκα δή τοι πᾶσαν ἐτητυμίην καταλέξω,
ὅππως ἂν πανδῖα σεληναίη πεπίθοιτο
ὄμπνιά σοι Δήμητρος ἀερσινόοιό τε Βάκχου
δῶρ' ἀναπεμπέμεναι καὶ ἐπητανὸν ὄλβον ὀπάζειν.

(Tzetzes Proem. p. 17 : Ἡσιόδου Ἔργα καὶ Ἡμέραι τὸ βιβλίον ἐπιγέγραπται πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν τοῦ μεγάλου Ὀρφέως ἔργων καὶ ἡμερῶν ὧν [ἔργων Ὀρφέως ἤτοι τοῦ περὶ Γεωργίας] οὕτως ἐστὶν ἡ ἀρχή· εἰ δὲ γεωπονίης κτλ. Idem locus exstat in Maximi carmine apud Fabricium Bibl. Græc. vol. VIII p. 440, vs. 456-465. Vs. 17 posui ἐπητανὸν, ut est ap. Maximum, repudiata Tzetzis lectione ἐπηετανὸν quam sequitur Lobeckius Aglaoph. I p. 414. Reliquam scripturæ diversitatem prætereo.)

Ἀστραίῃ κούρῃ δὲ πέλει πρὸς ἅπαντα φερίστη
σπέρματα, καὶ δὲ φυτοῖσιν ἐναίσιμος, ἔν τε βό- [θροισι
βάλλειν ἔρνεα πάντα, τά τε δρυὸς ἄκρα λέγονται,
οἴνας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ στυγέει περίαλλα

Ne sic quidem, si statim Iphiclo velocior factus fuerit,
qui etiam aristas percurrebat, neque fruges
lædebat, levia membra ferens super siccas segetes.

LVII.

Sic enim maneat vinum purum et plenum, [est. —
dulce odoratumque : opportunus vero plantationi annus
Ne sic quidem me dulcis somnus sinit palpebris dormire,
stans mollibus in somniis per noctis tenebras.—
Si enim accedat ad agnum velocem. —
Non parum idoneus sum ad fundenda oracula,
sed mens mihi in pectore verax est. —
Si vero agriculturæ hominibus opportunæ desiderio teneris,
et aureæ ætatis aggredi vis opera,
terram frugiferam proscindens curvo aratro,
aut in scrobibus Bacchi palmitem optas
condere dulcemque auctumni fructum comedere
cupis, et ligone terram immortalem exercere :
statim tibi omnem veritatem dicam,
ut divina luna obsequatur
almaque tibi Cereris et superbi Bacchi
dona mittat ac largas opes suppeditet. —
Astræa virgo aptissima est ad omnia
semina, et plantis opportuna atque ad scrobes
pro omni surculo pomis quæ dicuntur conserendas,
vites vero (decet) vitare, quoniam insigni odio persequitur

Ἰκαρίου κούρη ληνοὺς καὶ ἀδευκέας οἴνας,
μνωομένη ὅσα λυγρὰ Διωνύσοιο ἕκητι
Ἀκταῖοι μήσαντο, μέθῃ δεδμημένοι αἰνῇ
Ἰκάριον, καί μιν στυφελαῖς κορύνῃσι δάϊξαν,
σφαλλόμενοι δώροισι χοροιμανέος Βάκχοιο.

(Tzetzes Chil. IV, 128 : Μέμνηται ταύτης καὶ Ὀρφεὺς ἐν Γεωργίᾳ γράφων· Ἀστραίη κούρη δὲ κτλ. Iidem versus reperiuntur in Maximi carmine l. c. vs. 488-496. Cæterum vs. 20 legitur etiam fragm. XXXVI.)

LVIII.

Πρωτόγονος Φαέθων, περιμήκεος αἰθέρος υἱός,
ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον.......

(Lactantius Institt. I, 5 : « Orpheus qui est vetustissimus poetarum et æqualis ipsorum deorum, (siquidem traditur inter Argonautas cum Tyndaridis et Hercule navigasse,) Deum verum et magnum πρωτόγονον primogenitum appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint omnia generata. Eundem etiam Φάνητα nominat, quod, quum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit et exstiterit. Cujus originem atque naturam quia concipere animo non poterat, ex aere immenso natum esse dixit : πρωτόγονος κτλ. Aliud enim amplius quod diceret non habebat. Hunc ait esse omnium deorum parentem, quorum causa cœlum condiderit liberisque prospexerit, ut haberent habitaculum sedemque communem : ἔκτισεν κτλ. »)

Πλουτώνη τε (καὶ) Εὐφροσύνη Βένδις τε κραταιή.

(Proclus in Theol. p. 353 : Τοῦ Θεολόγου μετὰ τῶν πολλῶν τῆς Σελήνης ὀνομάτων καὶ τὴν Βένδιν εἰς τὴν θεὸν ἀναπέμποντος. Hesychius : Βένδις, ἡ Ἄρτεμις Θρᾳκιστί).

Ἀτελὴς (τε) γάμων καὶ ἄπειρος ἐοῦσα
παιδογόνου λοχίης πάσης ἀνὰ πείρατα λύει.

(Proclus in Crat. p. 112 : Φησὶν Ὀρφεύς· Ἀτελὴς γάμων κτλ. Inserui τε cum Lobeckio Aglaoph. p. 545, qui recte monet accipi hæc verba de Diana quæ perpetua virginitate gaudet partusque tuetur.)

Icarii filia torcularia et vina amara,
memor quot mala propter Bacchum
Actæi moliti sint, horribili vinolentia subigere ausi
Icarium, quem duris clavis obtruncarunt,
titubantes donis insane tripudiantis Bacchi.

LVIII.

Primogenitus Phaethon, altissimi ætheris filius,
domum perennem immortalibus condidit. —
Plutone et Euphrosyne et valida Bendis (s. Diana). —
Immunisque matrimonii et expers
omnis puerperii fines solvit.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ

ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ

ΕΚ ΛΟΓΙΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΥ.

Ἀθανάτων ἄῤῥητε πατήρ, αἰώνιε, μύστα,
κόσμων ἀμφιδρόμων ἐποχούμενε δέσποτα νώτοις
αἰθερίοις, ἀλκῆς ἵνα σοι μένος ἐστήρικται
πάντ' ἐπιδερκομένῳ καὶ ἀκούοντ' οὔασι καλοῖς·
κλῦθι τεῶν παίδων, οὓς ἤροσας αὐτὸς ἐν ὥραις.
Σὴ γὰρ ὑπὲρ κόσμον τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
χρυσῆ ὑπέρκειται πολλὴ αἰώνιος ἀλκή,
ἧς ὑπερηώρησαι ὀρίνων φωτὶ σεαυτόν,
ἀενάοις ὀχετοῖσι τιθηνῶν νοῦν ἀτάλαντον,
ὅς ῥα κυεῖ τόδε πᾶν τεχνούμενος ἄφθιτον ὕλην,
ἧς γένεσις δεδόκηται, ὅτε σφε τύποισιν ἔδησας.
Ἔνθεν ἐπεισρείουσι γοναὶ ἁγίων μὲν ἀνάκτων

PORPHYRII FRAGMENTUM

LIBRI SECUNDI

DE PHILOSOPHIA EX ORACULIS HAURIENDA.

**Ineffabilis immortalium pater, æterne, mysta,
mundorum qui circumaguntur dorsis insidens domine
ætheriis, quibus virtutis tuæ robur innititur
omnia intuenti pulchrisque auribus audienti;
exaudi liberos tuos, quos ipse tempestive procreasti.
Tua enim mundum cœlumque stelliferum
aurea supereminet ingens, æterna vis,
super qua extolleris luce te ipse excitans,
perennibus rivis nutriens mentem undique æqualem,
quæ concipit hoc universum, incorruptibilem gignens [materiam,
cujus ortus esse putabatur quo tempore eam formis [vinxisti.
Inde affluunt stirpes sacrorum quidem regum**

Πορφυρίου ἀποσπασμάτιον κτλ.] Oraculum de summo Deo ac de triplici prole divina, insigne Porphyrii librorum περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας fragmentum, primus in lucem protulit Augustinus Steuchus, Eugubinus, in volumine de perenni philosophia Lugduni a. 1540 divulgato repetitoque Basileæ 1542 et Venetiis in Steuchi operibus 1591. Ex hoc fonte hausit Mornæus (1) qui de religione christiana cap. 3 omissis versibus græcis latine et gallice carmen exposuit. Sed utriusque viri docti memoria oblivione exstincta Angelus Majus idem poematium ex Ambrosiano codice descriptum cum Porphyrii ad Marcellam uxorem epistola 1816 Mediolani iterum publici juris fecit. Paulo post Jo. Conr. Orellius in Opusculis veterum Græcorum sententiosis et moralibus tom. I pag. 319 cum Maji suaque explicatione repetiit. Adde huc nostram editionem Berolini 1850 promulgatam, Boissonadii in *Notices et Extraits* vol. II part. 2 pag. 271 (cf. p. 294), denique Gustavi Wolffii in Porphyrii de philosophia ex oraculis haurienda librorum reliquiis, Berolini 1856. De ipso Porphyrio ejusque scriptis et sapientia disserere hic non vacat, quo in argumento Wolffii nuper versata industria est. Carmen vero quod totum latine interpretati sumus adnotationibus illustrare non attinet. Pauca tantum de singulorum locorum scriptura et sensu dicemus.

(1) Mornay, *De la religion chrétienne*, pag. 33 ed. Paris. 1590.

Primum versum in codicibus præcedunt verba : Ὁ Πορφύριος ἐν τῷ δευτέρῳ (al. δεκάτῳ) βιβλίῳ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας αὐτοῦ παρατίθεται χρησμὸν περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀθανάτου ἔχοντα οὕτως.

Vs. 1. Pro ἀθανάτων cod. Ambr. ἀθάνατέ τ'. Observa Deum μύστην vocari a Porphyrio antiquorum poetarum exempla secuto, qui Bacchum eodem nomine appellarunt. Cf. Anthol. Palat. IX, 524 vs. 13.

Vs. 6. σὴ γὰρ habet codex Borbonicus, σοὶ γὰρ Ambrosianus.

Vs. 8. Pro ὑπερηώρησαι Borbonicus exhibet ὑπερ ἠώρησαι, Steuchus ὑπὲρ ἠώρησας, Ambrosianus ὑπὲρ αἰώρησας.

Vs. 9. Pro ἀενάοις ὀχετοῖσι quod requiritur, Ambrosianus et Steuchus male ὀχετοῖς. Ἀτάλαντον eodem significatu adhibuit poeta quo Aratus Phænom. vs. 22 ἀτάλαντον ἁπάντη μεσσηγὺς γαῖαν posuit, ubi scholiastes : ταλαντευομένην.

Vs. 10. ὅς ῥα κυεῖ liber Laurentianus, ὅς ῥα κύει Ambrosianus, ὃς ῥακύει Steuchus vertens : *qui producit*. Deinde τεκνούμενος Laurentianus, τεχνούμενος Borbonicus, τεχνώμενος Steuchus, τεκνώμενος Ambrosianus.

Vs. 11. ἧς scripsit Wolffius pro vulg. ἦν. Majus ἣ conjicit. Porro γένεσις plerique agnoscunt libri excepto Borbonico ubi legitur γένεσιν. Sequitur ὅτε e Wolffii conjectura pro ὅτι. Denique τύποισιν quod conjectaveram pro Borbonici scriptura τόποίσιν et Ambrosiani τόποισιν Steuchi auctoritate confirmatum vidit Wolffius.

Vs. 12. ἔνθεν refertur ad Dei vim, ἀλκήν. Ἐ-

ἀμφί σε, παντόκρατορ, βασιλεύτατε καὶ μόνε θνητῶν
ἀθανάτων τε πάτερ μακάρων· αἳ δ' εἰσὶν ἄτερθεν,
ἐκ σέο μὲν γεγαυῖαι, ὑπ' ἀγγελίῃσι δ' ἕκαστα
πρεσβυγενεῖ διάγουσι νόῳ καὶ κάρτεϊ τῷ σῷ.
Πρὸς δ' ἔτι καὶ τρίτον ἄλλο γένος ποίησας ἀνάκτων,
οἵ ῥ' ἑκὰς ἦμαρ ἄγουσιν ἀνυμνείοντες ἀοιδαῖς
βουλόμενόν σ' ἐθέλοντες, ἀοιδιάουσι δ' ἐσῶδε.
Τύνη δ' ἐσσὶ πατὴρ καὶ μητέρος ἀγλαὸν εἶδος
καὶ τεκέων τέρεν ἄνθος, ἐν εἴδεσιν εἶδος ὑπάρχων,
καὶ ψυχὴ καὶ πνεῦμα καὶ ἁρμονίη καὶ ἀριθμός.

ad te circumcirca, omnipotens, augustissime et unice mortalium
immortaliumque pater beatorum; aliæ vero seorsum sunt,
ex te natæ, mandata autem deferentes cuncta
primogenita mente tuoque robore perficiunt.
Præterea etiam aliud tertium genus regulorum generasti,
qui procul a te diem agunt cantu celebrantes
volentem te ultro, canunt vero usque adhuc.
Tu autem pater es et matris splendida facies
et tener liberorum flos, in formis fragilibus infragilis et immota forma,
et animus et spiritus atque harmonia et numerus.

πεισρείουσι Laurentianus, ἐπεισρέουσι Borbonicus, ὑπεισρεέουσι Steuchus, ἐπιστροφόωσι Ambrosianus.

Vs. 13. Pro παντόκρατορ Borbonicus παντοπάτορ, Steuchus παντόπατορ. Præterea βασιλεύτατε Laurentianus, βασιλεῦτε Steuchus, βασιλεῦ τε Ambrosianus. Denique μόνε omnes membranæ præbent, si a Borbonico libro discesseris, in quo μόνον reperitur. Quod quum ferri nequeat, si quis cum Majo ex Ambrosiano exemplari βασιλεῦ τε legat, versus clausulam multimodis mutatam voluit Orellius pag. 626. Itaque ipse nondum cognita Laurentiani codicis lectione vulgaveram βασιλεῦ τε καὶ ὄβριμε θνητῶν. Nunc libri illius auctoritatem meæ conjecturæ præopto.

Vs. 14. αἳ δ' jam in priore editione reposui pro membranarum scriptura αἶδ' vel αἶδε.

Vs. 15. γεγαυῖαι item restitui sublato librariorum mendo γεγαῶσαι. Porro δ' ἕκαστα recte Borbonicus, cujus loco Ambrosianus δ' ἕκασται, Steuchus δὲ ἕκασται exhibet.

Vs. 18. Pleraque exemplaria calamo exarata vitiose οἵ σε κατ' ἦμαρ (vel ἦπαρ) ᾄδουσι καθυμνείοντες, sed metro et sententiæ satisfacit quod in Laurentiano comparet οἵ ῥ' ἑκὰς ἦμαρ ἄγουσιν ἀνυμνείοντες.

Vs. 19. ἀοιδιάουσι cod. Laur. et Steuchus, ἀοιδιάσουσι Borbonicus, ἀεὶ διάγουσι Ambrosianus. Deinde ἐσῶδε invenitur in Laur. et Borb. ascripto scholio : Ὅτι τρεῖς τάξεις ἀγγέλων ὁ χρησμὸς οὗτος δηλοῖ· τῶν ἀεὶ τῷ Θεῷ παρεστώτων, καὶ τῶν χωριζομένων αὐτοῦ καὶ εἰς ἀγγελίας καὶ διακονίας ἀποστελλομένων, καὶ τῶν φερόντων ἀεὶ τὸν αὐτοῦ θρόνον. In φερόντων latet mala interpretatio verbi ἄγουσιν. Sed additur : Τὸ δὲ ἀοιδιάουσι δ' ἐσῶδε ἀντὶ τοῦ ᾄδουσιν ἕως νῦν. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 4 seqq. Pathol. p. 610 seqq. Cæterum hanc potestatem posterior ætas adverbio ἐσάρτι tribuere consueverat. Vid. eundem virum doctum ad Phryn. p. 21. Id ipsum a Porphyrio scriptum esse suspicor, sed propter membranarum consensum ἐσῶδε retinui, siquidem Ambrosianus habet ἐς ὦπα, Steuchus etiam ἐς ὧδε. Quod reliquum est, Boissonadius pag. 294 locum in hunc modum corrigere tentavit : Οἵ σε κατ' ἦμαρ καὶ νύχθ' ὑμνείοντες ἀοιδαῖς βουλόμενόν ῥ' ἐθέλοντες ἀεὶ διάγουσιν ἐς ὦπα, ᾄδουσιν interpretamentum verbi διάγουσιν fuisse putans.

Vs. 22. ἁρμονίη Laurentianus, cæteri ἁρμονία.

ΤΑ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκειντται,
τίμα καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς,
τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέ-
[ζων·
τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας·
τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον ὅστις ἄριστος.
Πραέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι,
μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε·
γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου λαγνείης τε
καὶ θυμοῦ. πρήξῃς δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.
Εἶτα δικαιοσύνην ἄσκει ἔργῳ τε λόγῳ τε·
μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε·

AUREUM PYTHAGOREORUM CARMEN.

Immortales primum deos, ut lege dispositi sunt,
venerare et cole jusjurandum, deinde heroes illustres
ac terrestres genios legitima faciens, honora;
observa etiam parentes et eos qui proxime cognati sunt;
ex aliis vero amicum tibi adjunge quisquis virtute præ-
[stantissimus est.
Lenibus dictis cedas et utilibus factis,
neve oderis amicum propter leve peccatum,
quoad potes; facultas enim prope necessitatem habitat
Hæc quidem sic teneas, sed istis imperare assuesce :
ventri primum et somno, deinde libidini
et iræ. Ne quid unquam turpe committas sive cum alio
sive seorsum, sed maxime omnium verere te ipsum.
Deinde justitiam exerce factis atque dictis :
neve te ulla in re inconsiderate gerere assuescas :

V. 1. Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς] Ita omnes codd. præter Mediceum, in quo ἀθάνατον μὲν πρῶτα θεόν reperiri testatur Bandinius in Bibl. Codd. Laur. T. II. p. 259. Eandem lectionem fortasse exprimit interpres Arabs, cujus verba sic latine reddidit Joh. Elichmannus apud Salmasium p. 3 : « Primum eorum quæ tibi præcipio post timorem Dei ter optimi maximi, ut reverenter habeas eos quibus non decreta est mors a Deo quique ejus sunt amici, ut illis honorem exhibeas eum, quem approbat religio. » Sed nugantur qui ἀθάνατον μὲν πρῶτα θεόν hoc loco defendunt. — νόμῳ ὡς διάκειντται] S et G atque ipse Hierocles. Eandem scripturam agnoscunt Proclus in Plat. Timæum p. 65 F (p. 145 ed. Schneider.) et Jamblich. vit. Pythag. n. 144. Sylburgius in quibusdam libris invenit διάκειται, quod cum aliis probavit Schæferus ap. Orellium p. 471. Idem legisse videtur Arabs. Ut νόμῳ κεῖται sive διάκειται *lege cautum*, *sancitum est* intelligendum de justa numinum veneratione quæ legibus consentanea sit : ita διάκειντται lege *constituti sunt* accipi convenit de eorum deorum cultu qui more institutoque majorum in honore sunt, ut externa numina excipiantur. Doctius more Platonicorum Hierocles θεούς, νόμῳ ὡς διάκειντται, τίμα exponit in eam sententiam, ut quemadmodum numina per sphæras ordine disposita sint, sic ea divinæ legi convenienter colenda esse dicat. Cæterum in Codd. Paris. tanquam soluta oratione nullaque distinctione exarantur versus usque ad 34, nisi quod in fine cujusque versus erat hæc nota ⸓ alio atramento scripta.

V. 3. καταχθονίους δαίμονας] Hierocles esse vult τοὺς ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι δυναμένους καὶ κατὰ γῆς οἰκεῖν, ut καταχθόνιοι vocentur qui vulgo sunt ἐπιχθόνιοι. Sed plerumque apud veteres καταχθόνιοι nominantur ὑποχθόνιοι. Vid. adn. ad Hierocl. — ἔννομα ῥέζειν *justa* vel *legitima facere*, quod proprie de sacrificiis dici nemo dubitat, Hierocles exponit : « facere quæ sapientium virorum præceptis consentanea sunt vitamque ad illorum virtutem componere et ad rationis normam dirigere. » Camerarius male conjecit ἔντομα ῥέζειν. Nam Pythagoras qui incruenta sacrificia amabat, Cicerone teste lib. III de Nat. deor., ne Apollini quidem Delio hostiam immolare volebat, ne aram sanguine aspergeret. Cf. Menag. ad Diog. Laert. VIII, 13, 20 et 22.

V. 4. Hunc versum citat Stobæus Florileg. LXXIX p. 337 ed. Grot. (vol. III p. 109 ed. Gaisf.) addito lemmate Πυθαγόρου ἐκ τῶν χρυσῶν ἐπῶν. Hujus scriptoris Cod. Par. A præbet σούς τε γονεῖς pro τούς τε γονεῖς.

V. 5. ἄριστος] tres O; ἄρεστος S.

V. 6. ἐπωφελίμοισι] O; ἐπωφελίοισι G; ἐπωφελίαισι S. in quo ἐπωφελέεσσι latere suspicatur Gaisfordius.

V. 7. εἵνεκα μικρῆς] Codd. N; Simplicius Comm. in Epicteti Enchir. pag. 204 ed. Salmas. legit οὕνεκα μικρᾶς.

V. 9—16 affert Stobæus Flor. serm. I. pag. 7 ed. Grot. (pag. 2 ed. Gesn.; vol. I pag. 6 ed. Gaisf.) Sed v. 9—11 (κρατεῖν — θυμοῦ) sermoni V sine codd. auctoritate inseruit Gesnerus pag. 64. Cf. Gaisfordii adn. ad p. 164.

V. 9. δ' εἰθίζεο] tres O. et Hierocles. Hanc scripturam sequuntur Aldus, Stephanus in Thes. Ling. Gr. Ind. col. 814, Schæferus, alii. At δὲ ἐθίζεο habet Stobæus serm. I, item Steph. Poes. phil. pag. 114. Curter. δὲ om. De reliquo illud δ' εἰθίζεο quod etiam Gesneri fraude Stob. serm. V illatum est vel propterea magis convenit huic loco, quod infra v. 35 legitur εἰθίζου.

V. 11. πρήξῃς] S, quod jam Stephanus, Lectius et Wintertonus posuerunt; vulgo πρήξεις.

V. 12. μήτ' ἰδίῃ] O. S; μήτ' αὐτὸς Stobæus et Stephanus in margine. — μάλιστ'] O. S; μάλιστα Curter. Galenus libro de cognitione et curatione morborum animi vol. V p. 26 ed. Kuehn. proferens hunc versum, Σὺ δέ, inquit, σαυτὸν αἰδοῦ μάλιστα, πειθόμενος τῷ φάντι, Πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνεο σαυτόν.

V. 13. ἄσκει] Sic Stobæus et bis Hierocles; item Stephanus in editione Principum poetarum atque in Poesi philos. p. 114, Brunckius, Orellius, alii. Vulgo ἀσκεῖν, quod Hieroclis verborum immemores ex O. et S. carmini inseruerunt Needh. et Gaisfordius.

V. 14. σαυτόν] Codd.; om. Curt.

ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι.
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει, ἄλλοτ' [ὀλέσσαι.
Ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
ἰᾶσθαι δὲ πρέπει, καθόσον δύνῃ· ὧδε δὲ φράζευ·
οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
εἴργεσθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ἤνπερ τι λέγηται,
πράως εἶχ'. Ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω·

sed scito omnibus fatali lege moriendum esse.
Divitias autem libenter aliquando quære, aliquando [amitte.
Quibus porro infortuniis divinitus anguntur homines,
horum partem fatalem quamcunque sortitus es, leniter [fer et sine indignatione;
sed remedium adhibere decet quantum potes : sic autem [tecum reputa,
haud admodum multa bonis talia fatum invehere.
Multi autem ad hominum aures tum mali tum boni ser-[mones
accidunt, quos ne cum stupore accipias, neve sinas (ab iis
te avocari : si quid autem falsi dicatur, [audiendis)
leniter cede. Quod vero tibi nunc dicam, in omni nego-[tio observetur :

V. 15. πέπρωται] O; πέπροται S.

V. 16. φίλει] Ald. Marcil. Salmas. in textu, ed. Veneta et interpres Arabs, cujus verba sic latine reddidit Elichmannus : « quoad opes autem, ex æquo modum iis adhibeto, colligendo eas suo tempore et absumendo eas suo tempore. » — ὀλέσσαι conjecit Hieronymus Wolfius apud Theodorum Marcilium. Idem postea suspicatus est Jo. Wolfius apud Ashtonum, ut verborum χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει, ἄλλοτ' ὀλέσσαι sensus esset : « divitias modo quærere ama, modo amittere » (consumere, erogare). Utramque lectionem probarunt Ashtonus (nisi quod falso explicat in adn. p. 11, divitias autem modo *possidere* ama modo amittere), Brunckius, Orellius, Gaisfordius in Poet. min. gr. vol. III p. 281. Sed φιλεῖ et ὀλέσθαι habent O. et S. ac Stobæus l. c. idque poemati intulerunt Stephanus, Needhamius, Gaisfordius in Hieroclis editione. Tunc κτᾶσθαι passiva significatione accipiendum ut apud Synesium p. 125, ἀρετὴ σὺν πόνῳ κτᾶται, et Dionem Cassium XXXVIII, 39, ἐκ τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ κτᾶται τὰ ἀγαθὰ καὶ σώζεται. Vid. Schæfer. ad Schol. Apollonii Rhodii p. 53 et ad Memnonis Excerpta p. 234 ed. Orell. Adde exempla perfecti et aoristi collecta in Thes. Parisiens. vol. IV p. 2026. Licet vero scripturam quæ apud Stobæum est cum Grotii explicatione tueantur Salmasius in præfatione ad interpretem Arabem, Needhamius et Gaisfordius, nobis tamen præferenda videtur altera lectio non modo propterea quod Arabs, antiquioribus proculdubio (cf. Salmas. præf. p. V seq. et XIX) quam est codex Vindobonensis membranis usus, manifesto exprimit imperativum φίλει et infinitivum ὀλέσσαι, sed etiam quod Hierocles p. 74 sua expositione τὸ γὰρ μόνον τότε αὐτὰ κτᾶσθαι καὶ ἀποκτᾶσθαι, ὅτε δίδωσιν ὁ λόγος, μικρολογίας καὶ ἀσωτίας προαναιρεῖ τὰς ἀφορμὰς declarat expellendum esse ὀλέσθαι in iis quæ præcedunt p. 74 et p. 64 poetæ verbis rescribendumque ὀλέσσαι. Huc accedit quod præsens κτᾶσθαι nunquam apud Græcos scriptores, qui ante Alexandrum Magnum vixerunt, passive usurpatum legitur, perfectum et aoristus sæpius hunc usum habent.

V. 17—18 citant Stobæus Flor. CVI p. 567 ed. Gesn. CVIII p. 451 ed. Grot. (vol. III p. 378 ed. Gaisf.), Plutarchus in Consolat. ad Apoll. p. 116 (vol. VI p. 443 ed. Reisk.), scriptor libelli de Homero, quem nonnulli Porphyrio tribuunt, ap. Ernest. in edit. Homeri tom. V p. 230.

V. 17. ὅσσα τε] G; item edd. pleræque et scriptor libelli de Hom.; ὅσσα δὲ Cod. Oxoniensis B. et Plutarchus. Hanc lectionem sequuntur Marcil. et Glandorf. — δαιμονίῃσι] G; edd. omnes et Plutarch.; δαιμονίαισι S. item Stobæus et scriptor libelli de Homero.

V. 18. ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην] S. et Cod. Med.; ἣν ἂν μοῖραν ἕλῃς Brunck. Orell. Gaisf. in Poet. Min. Gr.; ὧν ἂν reliquæ edd. At codd. Gall. exhibent ὡς ἂν μοῖραν ἔχῃς, quod vulgatum est a Curterio in Hieroclis commentario, quamquam in margine codicum quidam notavit ὧν et ἥν. Plutarchus ὧν ἂν μοῖραν ἔχοις (corr. ἔχῃς) ταύτην ἔχε, sed nonnulli libri ἣν ἂν quod etiam Reiskius conj. Cod. Ven. ὡς cum rasura in σ et ταύτην pro vulg. πράως. Stobæus : ὧν ἂν μοῖραν ἕλῃς, ταύτην φέρε. Scriptor libelli de Homero : ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πράως φέρε, sed cod. Flor. ταύτην φέρε. Cf. Ernest adnot. p. 230. — ταύτην φέρε] Brunck. Orell. Gaisf. e cod. Med.; πράως φέρε Codd. Gall. ἔχοις ταύτην Cod. Oxoniensis B.

V. 19. ωδε] Codd. Gall. ὧδε male Curterius.

V. 21—26 laudat Stobæus III p. 36 ed. Gesn.; p. 19 ed. Grot. (vol. I p. 90 ed. Gaisford.), addito lemmate Πυθαγόρου ἐκ τῶν χρυσῶν ἐπῶν, quæ est lectio Cod. Par. A. Sed Trincavellus simpliciter habet Πυθαγόρου.

V. 21. πολλοὶ δ'] O. G. et edd. omnes; πολλοί τ' Stobæi Cod. Par. B. — λόγοι om. S.

V. 22. ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο] ὧν multos offendit. Nam si referatur ad ἐκπλήσσεο, solœcum est, si quidem græcitas flagitat vel οἷς vel ἐφ' οἷς vel ὑφ' ὧν vel δι' οὓς (cf. Thes. Parisiens.) vel denique οὓς ut apud Sophoclem Aj. v. 33, τὰ δ' ἐκπέπληγμαι, κοὐκ ἔχω μαθεῖν ὅτου. Ita autem Hierocles accepit, qui p. 106 καὶ οὕτω, inquit, τὸ Πυθαγορικὸν τηρήσομεν παράγγελμα, μήτε ἐκπληττόμενοι τοὺς πονηροὺς τῶν λόγων, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι λόγοι εἰσίν, ἀκρίτως αὐτοὺς εἰσδεχόμενοι, μήτε τῶν ἀγαθῶν εἰργόμενοι, διότι λόγοι ἦσαν ὁμοίως τοῖς χείροσι. Theodorus Marcilius pro ὧν legere malebat ὦν ionice pro οὖν, quod ineptum est. Salmasius autem Hieroclis explanatione adductus : « nisi οὓς legamus, inquit, contra libros omnes qui ὧν retinent, ipsa constructio sic procedit, ut istud ὧν referendum sit ad sequens membrum, quasi hoc ordine scripsisset auctor : ὧν μήτε ἐάσῃς εἴργεσθαι σαυτὸν μήτε ἐκπλήσσεο. *A quibus neque te sinas abstineri, neque rursus eos cum admiratione recipias.* Ita ergo distinguendum, ὧν, μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς εἴργεσθαι σαυτόν. Hujusmodi transpositiones sæpius in pedestri oratione observavimus, nedum poetis sint familiares. 'Εκπλήττεσθαι igitur hoc loco est cum admiratione aliquid accipere et probare. » Hæc ille verissime. Neque enim Glandorfius, etsi volebat, Salmasium refutavit. Pro μήτ' ἄρ' Codd. Gall. μηδ' ἄρ'. — ἐάσῃς] G. O. et pleræque edd., item Stobæus; ἐάσσῃς male Camerar. Marcil. Sylb.

V. 23. ψεῦδος δ' ἣν περ τι λέγηται] codd. Gall.; Curter. ψεύδους; Stobæus ψεῦδος δ' ἤν σοί τι γένηται.

V. 24. πράως εἶχ'] Curter. Dacer. Steph. in marg. Ashton. Eandem lectionem præbent non modo Stobæus sed etiam Codd. S atque N et hoc loco et in Comm. p. 106 et 108, nisi quod hi neglecta aspiratione εἶκ' vel εἶκε exhibent. Neque vero rejicienda altera lectio πράως ἴσχ', qua prope idem sensus efficitur. Hanc tuentur Ald. Hertel. Steph. Marcil. Sylb. Glandorf. Brunck. Orell.; eandem

μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ,
πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.
Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μῶρα πέληται·
δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός·
ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει.
Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκευ
ὅσσα χρεών, καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·
ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον καὶ σίτου γυμνασίων τε
ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσει.
Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον·
καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρόν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων·
μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
Πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψει· λόγισαι δὲ πρὸ
[ἔργου.
Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστον·

nemo te aut dictis aut factis adducat, ut quidquam
aut facias aut dicas, quod tibi non sit commodum.
Consilium vero cape ante rem gerendam, ne stulta fiant;
hominis enim miseri est facere et dicere quæ stulta sunt.
At tu ea perage, quæ tibi postea non sint molesta.
Ne quid facias eorum quæ nescis, sed discito [dissimam.
quæcunque disci par est, atque ita vitam transiges jucun-
Neque cura valetudinis est negligenda;
sed modus in potu, cibo et exercitiis [non pariet.
servandus : modum autem dico hunc, qui tibi dolorem
Mundo vero victu uti assuesce, non delicato;
et cave facias quæcunque invidiam habent.
Ne fac sumtus importunos, ut qui honesti ignarus est,
neve sis illiberalis : modus enim in omnibus optima res.
Fac ea quæ tibi non noceant, et delibera priusquam fa-
[cias.
Neve somnum molles in oculos prius admittas,
quam singula diurna opera recensueris :

Curterius ad Hieroclis Comm. p. 106 memoravit. Reperitur autem in margine Codd. Gall. — ἐπὶ παντὶ] omnes codd. et edd.; sed Stobæus ἐπὶ πᾶσι, quam scripturam Stephanus in margine notavit.

V. 25. λόγῳ—ἔργῳ] Omnes codd. et edd. præter Ven. ubi legitur λόγος—ἔργον.

V. 26. μηδ'] S. Cod. Med. Steph. in Poes. phil. Salmas. et omnes Hieroclis editores; μήτ' Brunck. et Orell. — ὅ, τι] Ald. in una editione ὅτι, in altera ὅ, τι.

V. 27 inseruit Gesnerus Stob. Tit. III p. 37 sine codicum auctoritate. Cf. Gaisf. adn. ad vol. I p. 91. Quod deinceps prætereo. — μῶρα] Sic Brunck. Orell. Schwepf.; reliqui μωρά.

V. 28. δειλοῦ τοι] Ita Codd. Gall. et omnes edd. At δειλοῦ τι vitiose Curterius quem sequuntur Wechel. Marcil. Dacer. — ἀνόητα] Omnes præter Orell. qui tacite scripsit ἀνόνητα.

V. 29. ἀλλὰ τάδ'] Codd. et edd.; ἀλλ' τάδ' mendose Sylb. — ἀνιήσει] Brunck. Orell.; ἀνιήσῃ S. Needh. Curt.; ἀνιάσῃ Codd. Gall. sed in margine ἀνιήσῃ.

V. 30. πρῆσσε] Codd. et edd; πρῆσε male Froben. — πρᾶσσε—ὧν S. — ἐπίστασαι] Codd. et edd.; 'πίστασαι Curter.; πίστασο Codd. G. sed in marg. πιστάσαιο.

V. 32—35 citat Stobæus Tit. XCIX p. 542 ed. Gesn. Tit. CI ed. Grot. vol. III p. 315 ed. Gaisf.

V. 32. ὑγιείης] O; ὑγιείας S. — τῆς περὶ σῶμ'] Codd. et edd.; τῆς κατὰ σῶμ' Stob.; τῶν περὶ σῶμ' Schier. typographorum errore.

V. 33. μέτρον] Codd. et edd.; sic etiam Stobæi Cod. Par. A, alii μέτρων ap. Gaisf. — σίτου] Codd. et edd. præter Ven. ubi σίτων habetur. In Codd. Gall. male legitur σίτου καί.

V. 34. μέτρον δὲ] omnes excepto Gesnero qui vitiose μέτρων δὲ edidit. — τόδ'] pleræque membranæ; sed Stobæi codd. Par. A et B ap. Gaisfordium τοῦτο. — ἀνιήσει] Curter. Marcil. Needh. Asht. et Stobæus; ἀνιήσῃ Codd. Gall. et S. in quo est ἀνιήσηι.

V. 35. εἰθίζου] libri scripti et editi; sic etiam Stobæi Cod. Par. B ap. Gaisf. Sed ἐθίζου Arsen. et Trincavellus, ἐθίζουσαν Cod. Par. A, ἠθίζου Gesnerus, qui etiam καθάριον repugnante metro pro καθάρειον vulgavit.

V. 36. γε ταῦτα] edd. omnes et codd. plerique; sed membranæ Gall. et libri Oxonienses A. C. D. τοιαῦτα, quam lectionem etiam Hierocles agnoscit p. 148. Adde quod S om. γε, in Comment. vero πεφ. τοιαῦτα habet. Sed vulgata scriptura magis placet. — ποιεῖν] Codd. Gall; πονεῖν Curter.

V. 37—38 laudat Stobæus Flor. Tit. XV p. 152 ed. Gesn.; vol. I p. 336 ed. Gaisford.

V. 37. ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων] membranæ et edd.; item Stobæi Cod. Par. B ap. Gaisf. et Gesneri margo. Vulgo apud Stobæum scribitur ἀπειροκάλως ἔνι ἡμῶν. Quod quum mendosum sit, Theod. Marcilius scribi jussit ἐνὶ ἡμῖν, *in nobis* pro *in nostra societate.* Notæ enim sunt Pythagoreorum societates. Alii legendum esse conjecerunt ἔνι i. e. ἔνεστιν ἡμῖν, quod quodammodo confirmatur Arabis interpretis auctoritate, cujus verba sic latina fecit Elichmannus : « neque sis prodigus instar ejus qui notitiam non habet rerum, quæ sunt in manu ejus. » Hic *in manu ejus* videtur respondere græco ἔνι vel ἔνεστι. Tum igitur versus tale præceptum continet : *licet nobis nimios sumtus, quales boni honestique ignorantia inepti homines faciunt, vitare.* Sed ne quid de sententia dicam, quæ longe accommodatior huic loco apparet, si ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων legas, ipsa vox ἀπειροκάλως inusitata poetis testimonio est, alteram scripturam unice veram esse.

V. 38. μηδ'] codd. et edd. præter Gesnerianam, ubi male scribitur μὴ δ'.

V. 39. πρῆσσε] codd. et edd.; libri Gallici (et S.) πρᾶσσε, sed in marg. πρῆσσε. — βλάψει] Brunck. Orell. Gaisf. in Poet. gr. min. vol. III p. 282; βλάπτῃ Ven.; βλάπτει Stob. p. 37 ed. Gesn. At hunc locum a Gesnero temere additum esse ostendit Gaisfordius vol. I p. 91; βλάψῃ S. item Steph. Salmas. Needh. Ashton. Inter vs. 39 et 40 leguntur in codice Augustano hi duo versiculi qui neque in vulgatis editionibus neque in Hieroclis Commentario exstant, sed a Porphyrio de vita Pythagoræ p. 27 ed. Rom. (p. 41 ed. Küster.) servati sunt :

πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπανιστὰς (l.—αναστὰς)
εὖ μάλα ποιπνύειν ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις.

Augustanum codicem olim contulerat David Hœschelius. Cf. Fabric. Bibl. Gr. vol. I p. 795 ed. Harl.

V. 41. λογίσασθαι ἕκαστον] Ita bis Hierocles in commentario. Cf. adn. ad pag. 152. Vulgo : πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν, quam scripturam præter codd.

πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο, χρηστὰ δέ, τέρπευ.
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε,
ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει·
ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
παγὰν ἀενάου φύσεως. Ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. Τούτων δὲ κρατήσας,
γνώσεαι ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων
σύστασιν, ῇ τε ἕκαστα διέρχεται ῇ τε κρατεῖται·

Qua in re peccavi? quid feci? quid omisi quod fieri de-
A primo incipiens singula percurras; et postea, [bebat?
malis admissis, te ipsum coargue, bonis autem, lætare.
In his tibi elaborandum est; hæc meditare; hæc amanda
hæc te in divinæ virtutis via sistent : [sunt :
per eum certe qui nobis quaternarium numerum tradi-
fontem perennis naturæ. Sed accingere ad opus, [dit,
a diis precatus ut perficiant. Si vero hæc teneas, [lium
cognosces et immortalium deorum et hominum morta-
constitutionem, quatenus singula differant et quatenus
[communione quadam contineantur.

S et G et editiones Curt. Steph. Salmas. Brunck. et Gaisf. exhibet Porphyrius in vita Pythagoræ n. 40. Arrian. Diss. Epictet. III, 10 habet ἡμερίων ἔργων λογίσασθαι ἕκαστα.

V. 42. πῆ παρέβην] Sic edd. omnes, etiam Diog. Laert. VIII, 22 et Plutarch. de superstitione Opp. p. 168 (vol. VI p. 642 ed. Reisk.). Suidas in voc. Πυθαγ. legit ποῖ. Arabs exprimit ποῦ : « expende loca in quibus aliquid prætergressus es. » Non tamen putaverim eum legisse ποῦ, sed non recte interpretatum esse πῆ, quod potius cum Ausonio pro πῶς quam cum Saraceno interprete pro ποῦ accipi convenit. Hesychius πῆ, πῶς, quo pacto i. e. quatenus; cf. Thom. Mag. p. 652. Ausonius Idyll. XVI, 16 :

Qua prætergressus? quid gestum in tempore? quid non?

ubi *qua* valet *qua ratione, quatenus*. Salmasius exponit *qua in re* loci potius sensum, quam vocabuli vim intuitus. Arrian. Diss. Epictet. l. c. ἐκτετέλεσται pro οὐκ ἐτελέσθη, quod librariorum mendum videtur. Nam Diss. IV, 6 legitur : ἀναπόλει τὰ πεπραγμένα· πῆ παρέβην τῶν πρὸς εὔροιαν; τί ἔρεξα ἢ ἄφιλον ἢ ἀκοινώνητον; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη πρὸς ταῦτα;

V. 43. ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου] Arrianus l. c. ἀρξάμενος δ' ἀπὸ τοῦδε.

V. 44. δειλὰ] omnes edd. præter Wechel. Curter. Omeis. Dacer. Needh. Ashton. Schier. Gaisf. qui legunt δεινὰ quod est etiam apud Arrian. Diss. Epictet. l. c. atque in plerisque codd. [O et S] Hieroclis p. 152 (nisi quod membranæ Gallicæ in margine δειλὰ habent), denique apud Clementem Alex. Pædagog. lib. I, 10 p. 154 ed. Oxon. Contra δειλὰ reperitur in reliquis editionibus Steph. Poes. phil. p. 116. Marcil. Salmas. Brunck. Glandorf. Orell. Gaisford. Schwepf. Præstat δειλὰ quod hoc sensu apud Homerum, Hesiodum, Theognidem invenitur. Odyss. VIII, 351 : δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι, ubi Eustathius : ἀντὶ τοῦ, τῶν κακῶν καὶ ἐγγύαι κακαὶ ὥστε ἐγγυᾶσθαι. Quamquam δεινὰ ferri posse non est quod uberius ostendam. — τέρπευ] Cod. Ven.; reliqui τέρπου (ut S. in comment.) quod est in omnibus edd. ante Needhamianam promulgatis. Prætercа τέρπου scripserunt Brunck. Orell. Gaisf. in Poetis minoribus, Schwepf.; τέρπευ tuentur Needh. Ashton. Schier. Gland. ut magis poeticum. Post hunc versum in Codd. Oxoniensibus A. C. D. in Ven. et Augustano iterum exstat versiculus spurius :

ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς ποιεῦ φίλον, ὅν κ' ἐθέλησθα,

quem Harlesius recte interpretamentum versus quinti esse statuit.

V. 47—48 Empedocli tribuuntur in Theologum. arithmet. p. 20 : Τοιαύτης δὲ οὔσης, ἐπώνυμον (corr. ἐπώμνυον) δι' αὐτῆς τὰ Πυθαγόρου οἱ ἄνδρες θαυμάζοντες δηλονότι καὶ ἀνευφημοῦντες ἐπὶ τῇ εὑρήσει, καθά που καὶ Ἐμπεδοκλῆς·

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ γενεᾷ παραδόντα τετρακτύν,
παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

Reliqui auctores commune Pythagoreorum jusjurandum esse ajunt. Plutarchus de Plac. philos. vol. IX p. 476 ed. Reisk. : διὸ καὶ ἐφθέγγοντο οἱ Πυθαγορικοὶ ὡς μεγίστου ὅρκου ὄντος τῆς τετράδος· οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν, ubi Wyttenbachius et Huttenus recte posuerunt ῥίζωμά τ' pariter atque Sextus Empiricus adv. Mathem. VII, 94 : τοῦτο ἐμφαίνοντες οἱ Πυθαγορικοί, ποτὲ μὲν εἰώθασι λέγειν τὸ — ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν· ποτὲ δὲ τὸν φυσικώτατον ὀμνύναι ὅρκον οὑτωσί, οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ κεφαλᾷ παραδόντα τετρακτύν, Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν. Idem eodem modo adv. Arithm. lib. IV, 2 p. 332, nisi quod ψυχᾷ et πηγὴν habet. Jamblichus de vit. Pythag. § 150 et 162 itidem exhibet ῥίζωμά τ atque in priore versu ἁμετέρᾳ γενεᾷ cum codice Vaticano. Apud Macrobium in Somn. Scip. 1, 6 et Porphyr. vit. Pythag. § 20 scribitur initio versus prioris οὐ μὰ : contra Jamblichus § 150 ita legit : ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρας σοφίας εὑρόντα τετρακτύν, sed § 162 οὐ μὰ τὸν ἀμετέρῃ γενεῇ παραδόντα τετρ. Plutarchus, Macrobius, Porphyrius et Theo Smyrnæus in eorum quæ in Mathematicis ad Platonis lectionem utilia sunt, expositione ed. Ismael Bulliald. (Paris. 1644) cap. 38 p. 147 præbent ψυχᾷ, quod in Carminis aurei codd. exstat, pro γενεᾷ, sed Sextus l. c. et Stobæus Ecl. phys. p. 302 κεφαλᾷ, in cujus libris Heerenius et Gaisfordius etiam ἐπιθέντα pro παραδόντα scriptum repererunt. Julianus Orat. 6 p. 196. C ed. Spanhem. οὐ μὰ τὸν ἐν στέρνοισιν ἐμοῖς παραδ. τετρ. Methodius in Convivio decem virginum Orat. 6 extr. p. 81 editionis Petr. Possin. (Paris. 1657) ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρας ζωᾶς δείξαντα κελεύθους. Pro ἀενάου male in Plutarch. textu ἀεννάου dederunt Beckius et Huttenus, idem fecerunt Heerenius et Gaisfordius in Stobæi Eclog. Denique pro φύσεως Porphyrii et Stobæi codd. habent φύσιος. Nos codicum qui aureum carmen continent scripturam servavimus. Nulla autem in his atque in editionibus lectionis discrepantia est, nisi quod Juntina cum Codd. Gall. pro ἀενάου neglecto metro habet ἀεννάου. Præterea libri Gallici pro ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον exhibent ἀλλ' ἔργον ἐπ' ἔργῳ.

V. 50. γνώσεαι] S. G. O; item Camerar. Neand. Steph. in Poet. gr. princ. Curt. Sylb. Needh. Ashton. Schier. Gland.; γνώσῃ Ald. Steph. in Poes. phil. p. 116. Salmas. Brunck. Orell. Schwepf.

V. 50—51. γνώσεαι ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων σύστασιν, ῇ τε ἕκαστα διέρχεται ῇ τε κρατεῖται] Hierocles p. 174 interpretatur : πρῶτον μὲν θεογνωσίαν καὶ θεολογικὴν ἐπιστήμην παρέσεσθαι τοῖς οὕτως ἀχθεῖσι προλέγει, καὶ πάντων τῶν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τετρακτύος ὑποστάντων τὴν ἐπίγνωσιν μετὰ τῆς κατὰ γένος αὐτῶν διακρίσεως καὶ τῆς εἰς ἕνα κόσμον ἑνώσεως. Τὴν μὲν γὰρ σύνταξιν αὐτῶν ἐνταῦθα τὸ τῆς συστάσεως ὄνομα δηλοῖ· τὸ δὲ ῇ διέρχεται τὴν κατ' εἶδος διαφοράν· καὶ τὸ ῇ κρατεῖται τὴν κατὰ γένος κοινωνίαν. Φύσει γὰρ διεστῶτα τῶν λογικῶν οὐσιῶν τὰ γένη κατὰ ταύτην τὴν διάστασιν εἰς μίαν κοινωνίαν συνέρχεται. Τῷ γὰρ εἶναι τὰ μὲν πρῶτα, τὰ δὲ μέσα, τὰ δὲ ἔσχατα διακέκριται ἅμα καὶ ἡνω-

γνώσῃ δ' ᾗ θέμις ἐστί, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην,
ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας
τλήμονας, οἵ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὔτ' ἐσορῶσιν
οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.

Cognosces etiam, quoad fas est, naturam ex omni parte sui similem :
ut nec speres quæ speranda non sunt, nec te quidquam lateat.
Cognosces autem homines malis ultro arcessitis obrutos,
miseros, qui bona quum prope sint nec vident,
nec audiunt : paucique sciunt e malis se expedire.

ται. Οὔτε γὰρ τὰ πρῶτα ἂν γένοιτο μέσα, ἢ ἔσχατα, οὔτε τὰ μέσα πρῶτα ἢ ἔσχατα, οὔτε τὰ ἔσχατα μέσα ἢ πρῶτα, ἀλλ' ἐν τοῖς δημιουργικοῖς ὅροις ἀϊδίως μένει κατὰ γένος διακεκριμένα. Καὶ οὕτω μὲν τὸ ᾗ ἕκαστα διέρχεται νοοῦμεν, τὸ δὲ ᾗ ἕκαστα κρατεῖται πάλιν αὖ τῇδε θεωρήσομεν. Τὸ πᾶν τόδε οὐκ ἂν εἴη τέλειον, μὴ πρῶτα καὶ μέσα καὶ ἔσχατα μέρη ἐν ἑαυτῷ κεκτημένον, ὡς ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν τοῦ ὅλου συστήματος. Καὶ τὰ πρῶτα οὐκ ἂν εἴη πρῶτα, μὴ μέσων καὶ ἐσχάτων αὐτοῖς ἑπομένων. Οὐδὲ τὰ μέσα τοῦτ' ἂν εἴη, ὃ λέγεται, μὴ ἄκρων ἑκατέρωθεν αὐτοῖς παρακειμένων. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἔσχατα εἴη ἂν ἔσχατα, μὴ πρώτων καὶ μέσων προηγουμένων. Συνεισάγει οὖν ἄλληλα πρὸς τὴν τοῦ παντὸς τελειότητα. Ac sententiam quidem philosophus tam bene Pythagoreorum præcepta secutus exposuit, nihil ut fingi perfectius queat, sed singula accuratius rimanti plura occurrunt, in quibus ab ea dissentiendum videatur. Σύστασιν e philosophorum usu σύνταξιν τοῦ ὅλου esse vult, quam Plato in Timæo 32 E σύστασιν τοῦ κόσμου appellavit. Quamquam autem aliud est ἡ τοῦ ὅλου σύστασις, rerum universitatis constitutio, de qua Hierocles loquitur, alia ἡ τῶν ἀθανάτων θεῶν καὶ τῶν θνητῶν ἀνθρώπων σύστασις, deorum immortalium hominumque mortalium conjunctio, divinæ humanæque naturæ conditio et constitutio : tamen versum 52 spectanti persuasum erit, poetam a singulis profectum ad universa transire, ita ut in philosophiæ studio e singularum rerum scientia magnæ rerum parentis, naturæ, cognitionem efflorescere velit. Quamobrem non est quod miremur, cur Hierocles mentem poetæ explicare molitus singula verba minus curaverit. In his etiam sunt : ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται ᾗ τε κρατεῖται. Nam neque διέρχεται unquam valet idem quod διαφέρει neque κρατεῖσθαι dicitur de communione, qua cuncta contineantur. Immo διέρχεσθαι dici constat de rebus fluxis et caducis quæ *transeunt* vel de locis quæ *transimus*. Deinde κρατεῖν, si ab aliis significationibus discesseris, nonnunquam *prehendere*, *tueri*, *servare* interpretari licet. Vide Osann. ad Cornut. de Nat. deor. p. 256 et Coraen Ἀτακτ. II. p. 210 seqq. Quamobrem ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται ᾗ τε κρατεῖται, verti oportet : *quatenus singula transeant et quatenus conserventur*, i. e. quatenus singula vel fluxa et caduca vel æterna sint. Similiter interpres Arabs hæc accepit qui, ut Elichmanni verbis utar, ita interpretatur : « Intelliges rationem eorum juxta quæ procedit negotium, tum in regimine Dei Ter Optimi Maximi ejusque amicorum, tum etiam apud nos, cœtum hominum, videlicet, quid de iis sit evanidum in uno post aliud (id est, singulis), et quid de iis sit permanens. » Quocirca Salmasius aut Arabem parum vidisse aut interpretes alios Græcos et Latinos nihil vidisse existimabat. Ipse igitur probata magnam partem Arabis interpretatione : « Nam natura, inquit, Deorum immortalium stabilis est, fixa et æterna, ideo κρατεῖται : hominum vero mortalium instabilis, fluxa et transitoria, ut ita loquar, διερχομένη. Quod etiam magis dicere liceat, et alio quidem sensu ex sententia Pythagoreorum, qui putabant animas hominum ex aliis corporibus in alia transire, ex humanis in belluina, ex belluinis in humana. Sic σύστασις θνητῶν ἀνθρώπων hoc modo διέρχεσθαι optime dici potest. At deorum immortalium σύστασις plane κρατεῖται, nulli mutationi aut migrationi ex aliis sedibus in alias obnoxia. » Verum enim vero neque Hierocles erravit, neque Salmasius rem, de qua agitur, penitus perspexit. Quis enim credat, Hieroclem a Saraceno interprete doctrina superatum esse? Unde igitur hæc explicationis ejus ab ipso carmine discrepantia? quia philosophiæ præceptum latissime patens atque ab hoc loco non alienum expositurus, quæ esset propria singulorum poetæ verborum vis minime laborabat. Salmasius opponi putat fluxa et æterna. Quod si verum est, fructus e philosophiæ studio percipiendus secundum Pythagoram cernitur in hoc, quod mortalia et caduca ac cito peritura ab immortalibus et perpetuo mansuris distinguere discimus. Atqui non est philosophorum de rebus fluxis disputare, sed tota philosophia in rerum perennium contemplatione versatur. Quare quæ mutabilia sunt, in his mutationis æternitas consideranda est. Æterna autem mutatio, qua mortalia omnia agitantur, cum sempiterna quiete, quæ deorum naturæ contigit, comparata simillima est singularum rerum differentiæ et illi, quod cuncta continet, rerum naturæ corpori. Quæ autem dixi, etsi certissima sunt, confirmabo tamen Ocelli etiam auctoritate. Is cap. 1 § 12 pag. 157 nostræ editionis, ἔτι δὲ, inquit, καὶ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη καὶ προσάγουσα ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν καὶ διέξοδον ἐπιδεχόμενον τῆς ἰδίας συστάσεως, i. e. jam vero universa rerum natura si per omnes partes spectetur, licet proportione quadam deficere (ac deterior et caduca fieri) videatur, tamen continuationem et perennitatem a primis præstantissimisque corporibus sumtam omnibus mortalibus affert, quibus concretionis suæ vicissitudines accidunt. Ad quem locum illustrandum p. 187 hæc notavi : « Sunt autem τὰ πρῶτα καὶ τιμιώτατα corpora cœlestia. Vult enim scriptor æterna esse non modo corpora cœlestia, ut quæ eodem semper statu maneant, sed reliqua etiam, quæ perpetuo mutantur propter mutationis æternitatem a cœlestibus corporibus repetendam. »

V. 52. γνώσῃ δ'] O et G; γνώσῃ θ' S. sed non in comm. p. 178 ed. Needh. [p. 136 Gaisf.], ubi reperitur γνώσῃ δ', ut mirandum sit Gaisfordium h. l. vulgatam deseruisse.

V. 53. ὥστε—μήτε] S. G. O; item pleræque edd., sed nonnullæ ὥς τέ et μή τέ.

V. 54. γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας] Sic libri scripti et editi; profert hunc locum Chrysippus ap. Gell. lib. VI cap. 2, ubi quasdam editiones γνώσει et ἑλόντας habere jam Theod. Marcilius testatur, qui jure præfert ἔχοντας, inconcinnam repetitionem ἑλόντας αὐθαίρετα vocans, quum verbi ἑλεῖν vis in nomine αὐθαίρετος sit.

V. 55. τλήμονας — οὔτ' ἐσορῶσιν] Cod. Ven. G. et S.; alii τλήμονες — οὐκ ἐσορῶσιν. Neutra lectio spernenda. Reperitur autem τλήμονες ap. Ald. Cam. Steph. Sylb. τλήμονας ap. Curter. Marcil. Omeis. Dacer. Needh. Asthon. usque ad Glandorf. qui restituit τλήμονες, quod per Brunckium, Orellium, aliosque usque ad nostram memoriam propagatum est. At Schæferus apud Orellium ait, se non repugnare, si quis τλήμονας — οὔτ' ἐσορῶσιν præferat. Hinc Schwepfinger. edidit τλήμονας—οὐκ ἐσορῶσιν. Ego vero cum Gaisfordio ad cod. Ven. scripturam redii.

V. 56. συνίσασι] S. et G; item Ald. in maj. ed. συνίσασι.

Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὡς δὲ κύλινδροι
ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε
σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἦ πολλῶν κε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
εἰ πᾶσιν δείξαις, οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
Ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
Ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω,
ἐξακέσας ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
Ἀλλ' εἴργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων, καὶ φράζευ ἕκαστα,

Tale fatum lædit mortalium mentes; illi vero cylindrorum
huc illuc volvuntur, infinitis malis oppressi. [instar
Gravis enim comes latenter nocet contentio
innata, quam provocare non decet, sed cedendo evitare.
Jupiter pater, multis profecto malis omnes liberaris,
si cunctis ostendas, quali genio utantur. [talibus,
Tu autem bono sis animo, quum divinum genus sit mor-
quibus sacra natura singula pandens commonstrat.
Quorum si fueris particeps, mea jussa tenebis,
remedioque usus istis ærumnis liberabis animum. [bus,
Abstine vero cibis iis, quos diximus, cum in lustrationi-
tum in purgatione animi judicium adhibens: et considera
[singula,

Sed Cod. Med. p. 184, 194 et 196 præbet συνίασι (corr. συνιᾶσι), quod verius forsitan videatur. At poetarum usus postulat συνιεῖσι.

V. 57. τοίη μοῖρα βροτῶν] Codd. Gall. atque Oxonienses A et D; τοίη μοῖρ' αὐτῶν S. — ὡς δὲ κύλινδροι] Sic Needham. e margine codd. Gall. suffragantibus libris Oxoniensibus A et D. Cf. Hierocl. pag. 196; eandem scripturam vulgarunt Asthton. Schier. Brunck. Orell. Gaisf. Schwepf. repudiata vetere lectione οἱ δὲ κυλίνδροις quam exhibent S, item Ald. Steph. Sylb. Camer. Curter. Marcil. Salmasius habet οἷ δὲ κυλίνδροις typographorum forsitan errore. Glandorfius posuit quidem in ipso carmine ὡς δὲ κύλινδροι, in adnotationibus autem scribendum conjecit οἱ δὲ, κύλινδροι, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα κ. τ. λ.

V. 58. ἀπείρονα] Omnes præter Ald. in ed. maj. Froben. et Junt. qui vitiose ἀπήρονα scripserunt. Theod. Marcilius cylindros putat exponi posse rerum vicissitudines, similes volutationibus cylindri. Quæ interpretatio nobis arrideret si cum ipso οἱ δὲ κυλίνδροις legeremus. Neque verior est altera Marcilii explicatio, qua volutationes illas animo um in alia atque alia corpora migrationes, donec ab omni corporis contagione expiati sint, intelligit. Nos nihil tale hoc loco reperimus.

V. 59. λυγρὴ] G. O; λυγρὰ S.

V. 60. σύμφυτος] Codd. et edd.; libri Gall. σύμφοιτος. — προάγειν] S. et interpres Arabs cujus verba Elichm. sic exprimit: « convenit autem eam non *foveri*, sed fugienda est ostendendo demissionem erga eam. » Hierocles ipse p. 210 ed. N. (p. 161 ed. Gaisf.) explicat προάγειν ἐπὶ πλεῖον. Neque tamen spernenda Codd. G. et O. lectio προσάγειν, quæ in omnibus edd. ante Gaisfordianam est, sensu simili verbis Homericis Od. XVII, 446 τίς δαίμων τόδε πῆμα προσήγαγε, δαιτὸς ἀνίην; Sed nos vetustas membranas cum Hierocle sequimur. Illud vero observandum, Codicem Vindobonensem itidem in Comm. pag. 184 ed. Needh. [pag. 141 ed. Gaisf.] præbere προάγειν, sed pag. 198 ed. Needh. [pag. 152 ed. Gaisf.] προσάγειν exhibere, ut hinc concludi liceat, jam antiquitus codices in hoc versu inter προάγειν et προσάγειν fluctuasse.

V. 61. ἦ πολλῶν κε] Brunck. Orell. Gaisf. in Poet. min. Schwepf.; ἦ πολλῶν γε Theod. Marcil. Salmas. in præf. Needh. et Ashton. Schier. Gland. Gaisf. in Hierocl. ed.; ἢ πολλῶν τε κακῶν τε Codd. Gall. Ald. in ed. maj. Froben. Ruff. Sed Ald. in ed. minore cum Junt. τε post κακῶν recte omittit; idem faciunt Curter. Steph. Hertel. Dacer. Stephanus et Hertelius τε post πολλῶν in γε mutant, quos sequuntur Arcer. et Omeis. Cæterum Cod. S: ἢ πολλῶν τε κακῶν λύσειας ἅπαντας. — λύσειας] Hierocles pag. 304. Steph. Needh. Ashton. Brunck. Orell. Gaisf. Schwepf.; παύσειας Cod. Ven. et libri Oxonienses, item Ald. in ed. min. Junt. Amerb. Camerar. Neander. Wechel. Quæ si antiqua lectio est, accedit ad similitudinem effati Euripidei κακῶν πεπαυμένον ap. Sext. Empir. Pyrrhon. Hypot. p. 157.

V. 62. εἰ] Hierocles, interpres Arabs, Marcil. Salmas. Needh. Ashton. Schier. Gland. Brunck. Orell. Gaisf. Schwepf.; ἢ Ald. in ed. maj. Froben. Ruff. Steph.

V. 65. ὧν εἴ σοί τι μέτεστι] Codd.; Glandorfius legi volebat ἧς (i. e. ἱερᾶς φύσεως) εἴ σοί τι μέτεστι, Orellius dorice ἇς. Sed nihil mutandum. Explicatur hic versus ab Hierocle p. 204, id quod Glandorfium fugit. Qui quum nullam ejus explanationem in Hieroclis commentario reperiret, versum difficilem et spurium esse putabat. In Salmasii editione pro κρατήσεις operarum vitio legitur κρατέσεις. Aldus post κελεύω non distinxit.

V. 66. ἐξακέσας] activum hoc tantum loco exstat. Post hanc vocem virgulam posuerunt omnes editores ante Needhamium; idem Brunck. Orell. Gaisf. Schwepf. fecerunt. Glandorfius τῇ μέσῃ στιγμῇ hoc vocabulum a sequentibus separavit. Ego cum Needhamio, Asthon. Gaisford. κελεύω, ἐξακέσας ψυχὴν δὲ scripsi.

V. 67. εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς] Ita omnes editores excepto Glandorfio, qui sic interpunxit: εἴπομεν· ἔν τε καθ.

V. 68. κρίνων] S. G. Hierocl. p. 212; item Ald. in ed. maj. Froben. Arcer. Junt. Steph. Sylb. Curter. Marcil. Dacer. Needh. Ashton. Schier. Brunck. Orell. Gaisf. Schwepf. At κρῖνον habent Ald. in ed. min. Amerb. in prima ed. Ruff. Camerar. Neand. Salmas. Glandorf. Utraque scriptura idem efficitur. Nimirum in omni lustratione vel expiatione atque in purgando corpore animoque judicari debere cibos id est ciborum delectum adhibendum esse, ne iis utamur cibis qui morari vel impedire purum perfectumque vitæ humanæ statum possint. Λύσιν ψυχῆς animi solutionem Theod. Marcilius commentationem mortis intelligit. Aliter Hierocles qui ea, de quibus in his versibus agitur, omnia ad philosophiam rettulit. Sed ut Pythagorei vitia animi vincula δέσεις appellabant: ita λύσις τῆς ψυχῆς nihil est nisi animus solutus ac purus omni vitio, qualem Pythagoras in iis inesse volebat, quibus vel sacra obeunda essent vel loca lustranda vel qui sapientiæ arcem eniti conarentur. Cf. C. F. Hermanni, *Lehrb. de gottesdienstl. Alterth. d. Gr.* p. 99 seq. Quamobrem auditoribus suis certo quodam ciborum genere interdicebat, solam abstinentiam ratus satis ad id quod expetebatur consequendum valere. Quomodo igitur λύσις ψυχῆς abstinentia contingebat: sic ejus δέσις in ciborum quorundam usu posita credebatur. Inde apparet nihil insanius excogitari posse Arabis interpretis explanatione, qui λύσιν ψυχῆς de animi ex corpore discessu accipit. Quid enim ad animum e corporis vinculis elapsum abstinentia pertinet, ad quam referuntur verba ἀλλ' εἴργου βρωτῶν κ. τ. λ. Pythagoras autem ipse quoque, quum ad singula loca appulerat, lustrationes,

ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην·
ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

ratione, optima rectrice, superiori in loco constituta. Quodsi relicto corpore ad liberum æthera commigraris, eris immortalis Deus, incorruptus, neque amplius morti [obnoxius.

---

ut fama est, faciebat, et pestem ventosque noxios ab illis civitatibus averruncabat, quæ eum in hoc sibi adjutorem esse cupiebant. Sic Samium philosophum testatur Jamblichus in ejus vita cap. XIX effecisse lustratione, ut Lacedæmon peste laborare desineret, quum antea frequenter eo malo conflictata esset. Verba græca sunt : καὶ προσβαλών, ὡς λόγος, καθαρμούς τε ἐπετέλει καὶ λοιμοὺς ἀπεδίωκε καὶ ἀνέμους ἀπὸ τῶν εἰς τοῦτο ἀξιουσῶν πόλεων βοηθὸν αὐτὸν γενέσθαι. Λακεδαίμονα γοῦν παρειλήφαμεν μετὰ τὸν ὑπ' ἐκείνου γενόμενον καθαρμὸν μηκέτι λοιμῶξαι, πολλάκις πρότερον τούτῳ τῷ παθήματι περιπεσοῦσαν. Ita et in singulis urbibus publica loca lustrabant, comitium, theatrum, curiam. At vero non modo publicos, sed privatos etiam καθαρμοὺς fuisse constat, quibus singuli homines purgarentur. De his privatorum καθαρμοῖς sunt qui intelligant verba ἔν τε καθαρμοῖς ἔν τε λύσει ψυχῆς, ita ut præcedant καθαρμοί, sequatur λύσις ψυχῆς atque ab illis mortales tanquam a fontibus ad hanc profluant. Verius καθαρμούς accipias de publicis lustrationibus, λύσιν ψυχῆς de animi purgatione ad quam certo ciborum genere abstinentibus aditum patefaciebat Pythagoras, quamquam abstinentiam illam latissime patuisse jam supra diximus. Sed aliud est simpliciter carminis verba interpretari, aliud τὸν ἐν ἀποῤῥήτοις εἰρημένον τῶν Πυθαγορείων λόγον scrutari. Itaque tantum abest, ut obloquar Hierocli, ut suo in genere perfectum hominem admirer qui καθαρμοὶ δέ, inquit, λογικῆς ψυχῆς εἰσιν αἱ μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι καὶ ἀναγωγὸς λύσις ἡ διαλεκτικὴ τῶν ὄντων ἐποπτεία.

V. 70—71. ἢν δ' ἀπολείψας — θνητός] tribuuntur Empedocli a Jamblicho in Theolog. Arithm. Cf. Fabricius ad Sext. Empir. adv. Mathem. I, 302, p. 283.

V. 70. ἀπολείψας] Optimi quique scriptores ἀπολιπὼν dicere solent; contra primum aoristum memoratum a Macrobio de diff. p. 361 posteriores Græci crebro usurparunt. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 713. Sic Pseudophocylides 72 : μὴ μιμοῦ κακότητα, Δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν. Cf. Schæfer. in App. ad Aristoph. Plut. p. 510 et 555. Hic autem nescio an jure negaverit ap. Orell. Opusc. I. 475 primum aoristum antiquis temporibus usitatum fuisse, quum pauca ejus eaque magnam partem incerta vestigia in libris nostris relicta sint. Nam illud λείψας quod Aristophani in Andromeda tribuit Antiatticista ap. Bekk. Anecd. vol. I p. 106, 24 Euripidis fuerit necesse est, si quidem Aristophanem constat hujus fabulæ non fuisse auctorem, sed sæpius locos ex Euripidis Andromeda depromtos lepide cavillatum esse. Vid. tragici illius fragmenta a Wagnero collecta p. 646 seqq. ed. Paris. Miramur autem Wagnerum Antiatticistæ immemorem nullam ejus testimonii mentionem fecisse. Quapropter non reprehendimus Brunckium, quod in Aristoph. Eccl. 1145 pro vulg. παραλείψῃς posuit παραλείψεις, neque Heindorfium ad Platonis verba Gorg. p. 201 (p. 187 ed. sec.) μεταξὺ τὸν λόγον καταλίπωμεν, hæc notantem : « Codd. Bodl. Aug. Meerm. καταλίπωμεν, quoniam usitata aoristi forma est ἔλιπον, non ἔλειψα. » Sed illud apparere arbitror, λείψας semel ab Euripide dictum indicio esse, non prorsus ignotam veteribus hanc aoristi formam fuisse.

V. 71. ἔσσεαι κ. τ. λ.] Aldus sic distinguit : ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς, ἄμβροτος, at Stephan. Camerar. Ruff. Curter. Marcil. Needham. Ashton. Gaisf. in ed. Hier. Schier. ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, denique Glandorf. Brunck. Orell. Gaisf. Schwepf. ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος. — οὐκ ἔτι] Aldus in utraque editione οὐκέτι una voce. Pseudoplutarchus de philosoph. decretis lib. IV cap. 7 : Πυθαγόρας . . . . . . ἄφθαρτον εἶναι τὴν ψυχήν· ἐξιοῦσαν γὰρ εἰς τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν ἀναχωρεῖν πρὸς τὸ ὁμογενές. Chalcidius p. 229 : « Pythagoras etiam in suis aureis versibus :

> Corpore deposito cum liber ad æthera perges,
> Evades hominem, factus Deus ætheris almi. »

Hic fortasse ἐλεύθερος pro ἐλεύθερον legit, quod jam Sturzius observavit. Cæterum id de quo hic agitur contingere hominibus non potest, nisi peracto mutationum orbe. Qua de re legenda sunt quæ Empedocles Pythagoreorum præcepta secutus tradit quæque a me in commentatione de Empedoclis proœmio p. 12 disputantur.

ΑΛΛΟΙ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΣΤΙΧΟΙ.

ALII PYTHAGOREORUM VERSUS.

Εἴ τις ἐρεῖ, θεός εἰμι παρὲξ ἑνός, οὗτος ὀφείλει
κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν· ἐμὸς οὗτος,
κοὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν· ἐμός, ἀλλὰ κατοικεῖν
αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε, πεποίηται δ' ἀπὸ τοῦδε.

(Justinus Martyr lib. de Monarchia Dei pag. 82 : καὶ ταῦτα οὕτως φράζει (ὁ Ὀρφεὺς) ὡς αὐτόπτης γεγονὼς τοῦ μεγέθους θεοῦ· κοινωνεῖ δ' αὐτῷ καὶ Πυθαγόρας ἐν οἷς γράφει· εἴ τις ἐρεῖ κτλ.)

Πρόεισιν ὁ θεῖος ἀριθμὸς
μουνάδος ἐκ κευθμῶνος ἀκηράτου, ἔστ' ἂν ἵκηται
τετράδ' ἐπὶ ζαθέην, ἣ δὴ τέκε μητέρα πάντων,
πανδοχέα, πρέσβειραν, ὅρον περὶ πᾶσι τιθεῖσαν,
ἄτροπον, ἀκαμάτην· δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνήν.

(Proclus Comment. in Plat. Tim. pag. 269. B (pag. 657 seq. ed. Schneider.) : πρόεισι γὰρ ὁ θεῖος ἀριθμός, ὥς φησιν ὁ Πυθαγόρειος εἰς αὐτὸν ὕμνος· μονάδος ἐκ κευθμῶνος κτλ. (leg. μουνάδος), μονάδα μὲν ἀκήρατον λέγων, καὶ κευθμῶνα τῆς μονάδος τὴν ἐνοειδῆ καὶ κρύφιον τοῦ ἑνὸς ὄντος αἰτίαν, τετράδα δὲ ζαθέην τὴν τοῦ νοητοῦ πλήθους ἔκφασιν, ἣν ἡ δυὰς ἐξέφηνεν, ἡ μέση τῆς μονάδος καὶ τετράδος, δεκάδα δὲ αὐτὸν τὸν κόσμον τὸν πάντων ὑποδεχόμενον τῶν θείων ἀριθμῶν εἰκόνας ἄνωθεν εἰς αὐτὸν ἐκδοθείσας. Cf. ibid. pag. 155 C [pag. 367 ed. Schneid.].)

ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν.

(Sextus Empiricus adv. Arithm. lib. IV, 2 p. 332 : καθόλου μὲν οὖν οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων Πυθαγορικοὶ μεγάλην ἀπονέμουσι δύναμιν τοῖς ἀριθμοῖς, ὡς τῆς τῶν ὅλων φύσεως κατ' αὐτοὺς διοικουμένης· ὅθεν καὶ ἀεί ποτε ἐπεφώνουν τὸ « ἀριθμῷ δέ τε » κτλ.)

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
παγὰν ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν.

(Sextus Empiricus l. c. : ὀμνύοντες οὐ μόνον τὸν ἀριθμόν, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑποδείξαντα αὐτοῖς τοῦτον, Πυθαγόραν, ὡς θεόν, διὰ τὴν ἀριθμητικὴν δύναμιν, λέγοντες· οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ κτλ. Τετρακτὺς δὲ προσηγορεύετο παρ' αὐτοῖς ὁ ἐκ τῶν πρώτων ἀριθμῶν συγκείμενος τέταρτος ἀριθμός. ἓν γὰρ καὶ δύο καὶ τρία καὶ τέσσαρα δέκα γίνεται, ὅς ἐστι τελειότατος ἀριθμός, ἐπείπερ ἐπ' αὐτὸν φθάσαντες πάλιν ἀναλύομεν ἐπὶ τὴν μονάδα, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ποιούμεθα τὰς ἀριθμήσεις. Πηγήν τε ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν εἰρήκασιν αὐτὸν διὰ τὸ κατ' αὐτοὺς ἐν αὐτῷ τὸν λόγον τῆς ἁπάντων κεῖσθαι συστάσεως. Vid. eund. adv. Math. VII, 94 et quæ notavi ad Aur. carm. vs. 47-48.)

Ὦ νέοι, ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίας τάδε πάντα.

(Diog. Laert. lib. VIII, 7 : φησὶ δ' Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ γεγραφέναι αὐτὸν [τὸν Πυθαγόραν] καὶ περὶ τοῦ ὅλου δεύτερον τὸν ἱερὸν λόγον οὗ ἡ ἀρχή· ὦ νέοι κτλ.)

βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρων θερμοῖσι φόνοισι.

(Sextus Empiricus adv. Math. IX, 128 : ἔνθεν καὶ παρῄνουν οὗτοι οἱ φιλόσοφοι ἀπέχεσθαι τῶν ἐμψύχων, καὶ ἀσεβεῖν ἔφασκον τοὺς ἀνθρώπους, « βωμὸν ἐρεύθοντας κτλ.)

Ἶσόν τοι κυάμους ἔσθειν κεφαλάς τε τοκήων.

(Plutarchus Sympos. II, 3 pag 519, Pythagoreis vel Orphicis versum tribuens. Cf. Clemens Alex. Strom. III p. 435. D; Athenæus II p. 65 F; Geopon. II, 35, 8.)

Si quis dicat, se esse Deum præter unum, is debet
mundum huic parem fabricatus dicere : *hic meus est*,
neque solum fabricatus dicere : *meus*, sed etiam habitare
ipse in eo quem effecit; ab hoc autem effectus est. —
Progreditur divinus numerus
ex incorrupto unitatis latibulo, donec perveniat [matrem,
ad tetradem sacrosanctam, quæ peperit cunctorum
omnes recipientem, venerandam, omnibus terminos con-[stituentem,
immutabilem, indefessam; decadem puram eam appel-[lant. —
Numerum autem omnia decent. —
Haud sane, per eum qui nobis quaternarium numerum [tradidit,
fontem perennis naturæ et principium continentem. —
O juvenes, silentio hæc omnia veneramini. —
Deorum aram calido cruore rubefacientes. —
Idem est fabas et parentum capita comedere.

PHILOSOPHARUM GRÆCORUM FRAGMENTA.

LIBER PRIMUS.

POETÆ.

ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ

ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

SEPTEM SAPIENTUM

SENTENTIÆ ET APOPHTHEGMATA.

Quum diu viguisset apud Græcos Orphei, Musæi reliquorumque priscorum vatum disciplina, qui carminibus suis homines erudire multarumque rerum scientia repletos ad virtutem accendere conabantur : posteri diligentius paullatim divina et cœlestia contemplari cœperunt ac totos se ad scrutandam naturæ obscuritatem contulerunt.

Horum primus fuit *Thales* Milesius (1), philosophiæ græcæ conditor et propter sapientiam quam profitebatur Sapientis nomine insignis. Natus est patre Examio, matre Cleobulina Olympiadis XXXV anno primo, ut ex Apollodori Chronicis Diogenes Laertius (2) lib. I, 37 tradit vitaque ultra nonagesimum annum producta Olympiade LVIII diem suum obiit. Neque vero solus sapiens vocatus est, sed eadem ætas septem vidit sapientes Thaletem, Solonem, Periandrum, Cleobulum, Chilonem, Biantem, Pittacum; quibus nonnulli Anacharsidem Scytham, Mysonem Cheneum, Pherecyden Syrium, Epimenidem Cretensem, quidam etiam Pisistratum adjiciunt (3). Sed de cæteris postea disputabimus, nunc de Thalete agamus. Is antequam ad doctrinæ studia incumberet, in republica versatus est (4). Huc referenda sunt ea quæ de quibusdam ejus consiliis partim civibus, partim Ionibus, partim Crœso datis narrant Herodotus lib. I, 75 et 170 et Diogenes Laertius lib. I, 25 (5). Postmodo litterarum dulcedine captus Ægyptum petiit (6), ubi diu cum sacerdotibus conversatus philosophiæ operam dedit. Inde jam ætate provectus ad Milesios redux e nullius magistri schola prodiisse, sed omnia suopte ingenio perspexisse visus est. Qui si Apu-

(1) De genere ejus Herodotus lib. I, 170 : Θάλεω ἀνδρὸς Μιλησίου ἐγένετο, τὸ ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοίνικος. Diogenes Laertius lib. I, 22 : Ἦν τοίνυν ὁ Θαλῆς, ὡς μὲν Ἡρόδοτος, Δοῦρις καὶ Δημόκριτός φασιν, πατρὸς μὲν Ἐξαμίου, μητρὸς δὲ Κλεοβουλίνης, ἐκ τῶν Θηλιδῶν, οἵ εἰσι Φοίνικες, εὐγενέστατοι τῶν ἀπὸ Κάδμου καὶ Ἀγήνορος, καθὰ καὶ Πλάτων φησί. Καὶ πρῶτος σοφὸς ὠνομάσθη, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου· καθ' ὃν καὶ οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ἐκλήθησαν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ· ἐπολιτογραφήθη δὲ ἐν Μιλήτῳ, ὅτε ἦλθε σὺν Νειλέῳ ἐκπεσόντι Φοινίκης· ὡς δ' οἱ πλείους φασίν, ἰθαγενὴς Μιλήσιος ἦν καὶ γένους λαμπροῦ.

(2) Diogenes Laertius lib. I, 37 : Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς γεγενῆσθαι αὐτὸν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς τριακοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος. Ἐτελεύτησε δ' ἐτῶν ἑβδομήκοντα ὀκτώ, ἢ ὡς Σωσικράτης φησίν, ἐνενήκοντα· τελευτῆσαι γὰρ ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος.

(3) Diogenes Laertius lib. I, 13 : Σοφοὶ δὲ ἐνομίζοντο οἵδε. Θαλῆς, Σόλων, Περίανδρος, Κλεόβουλος, Χείλων, Βίας, Πιττακός. Τούτοις προσαριθμοῦσιν Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην, Μύσωνα τὸν Χηνέα, Φερεκύδην τὸν Σύριον, Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα· ἔνιοι καὶ Πεισίστρατον τὸν τύραννον.

(4) Diogenes Laertius lib. I, 23 : Μετὰ δὲ τὰ πολιτικὰ τῆς φυσικῆς ἐγεύετο θεωρίας.

(5) Diogenes Laertius lib. I, 25 : Δοκεῖ δὲ καὶ ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἄριστα βεβουλεῦσθαι. Κροίσου γὰρ πέμψαντος πρὸς Μιλησίους ἐπὶ συμμαχίᾳ, ἐκώλυσεν· ὅπερ, Κύρου κρατήσαντος, ἔσωσε τὴν πόλιν.

(6) Diogenes Laertius lib. I, 27 : Οὐδείς τε αὐτοῦ καθηγήσατο, πλὴν ὅτ' εἰς Αἴγυπτον ἐλθὼν τοῖς ἱερεῦσι συνδιέτριψεν. Plutarch. de Placitis phil. lib. I, 3 : Φιλοσοφήσας δ' ἐν Αἰγύπτῳ ἦλθεν εἰς Μίλητον πρεσβύτερος.

leium Florid. 18 audimus, geometriæ apud populares suos primus repertor, naturæ rerum certissimus explorator et astrorum peritissimus contemplator, maximas res parvis lineis reperit : temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum motus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, solis annuas reversiones. Idem lunæ vel nascentis incrementa vel senescentis dispendia vel deficientis impedimenta animo assecutus est. Quid? quod exacta ætate intellexit, quoties sol magnitudine sua circulum quem permeat metiretur. Id a se recens inventum Thales memoratur edocuisse Mandrolytum Prienensem, qui nova et inopinata cognitione impendio delectatus optare jussit, quantam vellet mercedem sibi pro tanta re tradita rependi. Satis, inquit Thales, mihi fuerit mercedis, si id quod a me didicisti, quum proferre in medium cœperis, tibi non asciveris, sed ejus rei me potius quam alium repertorem prædicaveris. Cæterum multi Thaletem cœli ac siderum peritissimum fuisse testantur. Callimachus apud Laertium lib. I, 23 (7) ait eum minoris ursæ inventorem esse. Primus fertur vidisse, solem lunæ oppositu solere deficere, quæ a Cicerone dicuntur de Rep. lib. I, 16, cui consentanea refert Eudemus apud Laertium (8). Prædixisse eum solis defectum auctor est Herodotus lib. I, 74 (9); item Plinius Hist. nat. lib. II, 12; quam rem alii anno a. Chr. n. 609, alii a. 585 accidisse statuerunt. Miranda autem hominis sollertia in hoc fuit, quod sphæram solidam et plenam, cœli stelliferi imaginem, tornavit, quæ postea ab Archimede concavo ære in solidi globi locum substituto perfecta et consummata est. Quippe Archimedes mundi similitudinem ac figuram machinatus ita solem ac lunam composuit, ut inæquales motus et cœlestibus similes conversionibus singulis quasi diebus efficerent, neque modo accessus solis et recessus vel incrementa deminutionesque lunæ, verum etiam stellarum vel inerrantium vel vagarum dispares cursus orbis ille artificiosus, dum vertitur, exhiberet (10). Quum igitur magnam curam Thales in siderum cognitione posuisset, merito Timon sillographus apud Diogenem lib. I, 34 sic ejus laudes celebravit :

οἷόν θ' ἑπτὰ Θάλητα σοφῶν σοφὸν ἀστρονόμημα.

Eo spectat et illud quod Thaletem ferunt, quum aliquando siderum contemplationi intentus imprudens in foveam decidisset, a muliercula derisum esse, quia res cœlestes et abstrusas intuens in iisque defixus quæ ante pedes essent non videret (11). Denique Milesius ille sapiens annum in trecentos sexaginta quinque dies divisit ejusque quattuor tempora invenisse perhibetur (12). Transeo ad philosophiæ fundamenta ab eo jacta.

Aquam dixit esse initium rerum, id est, res omnes ex aqua oriri, porro ortas aqua nutriri, denique intereuntes in aquam resolvi (13). Hæc Aristotelis explicatio est qui Metaph. lib. I, 3 sic scribit : Τῶν δὴ πρώτων φιλοσοφησάντων οἱ πλεῖστοι τὰς ἐν ὕλης εἴδει μόνας ᾠήθησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων· ἐξ οὗ γάρ ἐστιν ἅπαντα τὰ ὄντα καὶ ἐξ οὗ γίγνεται πρώτου καὶ εἰς ὃ φθείρεται τελευταῖον, τῆς μὲν οὐσίας ὑπομενούσης, τοῖς δὲ πάθεσι μεταβαλλούσης, τοῦτο στοιχεῖον καὶ ταύτην ἀρχήν φασιν εἶναι τῶν ὄντων..... τὸ μέντοι πλῆθος καὶ τὸ εἶδος τῆς τοιαύτης ἀρχῆς οὐ τὸ αὐτὸ πάντες λέγουσιν, ἀλλὰ Θαλῆς μὲν ὁ τῆς τοιαύτης ἀρχηγὸς φιλοσοφίας ὕδωρ εἶναί φησιν (διὸ καὶ τὴν γῆν ἐφ' ὕδατος ἀπεφήνατο εἶναι), λαβὼν ἴσως τὴν ὑπόληψιν ἐκ τοῦ πάντων ὁρᾶν τὴν τροφὴν ὑγρὰν οὖσαν καὶ αὐτὸ τὸ θερμὸν ἐκ τούτου γιγνόμενον καὶ τούτῳ ζῶν (τὸ δ' ἐξ οὗ γίγνεται, τοῦτ' ἔστιν ἀρχὴ πάντων), διά τε δὴ τοῦτο

(7) Diogenes Laertius lib. I, 23 : Καλλίμαχος δ' αὐτὸν οἶδεν εὑρετὴν τῆς ἄρκτου τῆς μικρᾶς, λέγων ἐν τοῖς ἰάμβοις οὕτως·

καὶ τῆς ἀμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες.

(8) Diogenes Laertius lib. I, 23-24 : Δοκεῖ δὲ κατά τινας πρῶτος ἀστρολογῆσαι καὶ ἡλιακὰς ἐκλείψεις καὶ τροπὰς προειπεῖν, ὥς φησιν Εὔδημος ἐν τῇ περὶ τῶν ἀστρολογουμένων ἱστορίᾳ· ὅθεν αὐτὸν καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἡρόδοτος θαυμάζει. Μαρτυρεῖ δ' αὐτὸ καὶ Ἡράκλειτος καὶ Δημόκριτος.... πρῶτος δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τροπῆς ἐπὶ τροπὴν πάροδον εὗρε, καὶ πρῶτος πρὸς τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος τὸ τοῦ σεληναίου ἑπτακοσιοστὸν καὶ εἰκοστὸν ἀπεφήνατο κατά τινας.

(9) Herodotus lib. I, 74 : Ὥστε τῆς μάχης συνεστεώσης τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι· τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τῆς ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τοῖσι Ἴωσι προηγόρευσε ἔσεσθαι.

(10) Cicero de Republica lib. I, 14 ; Lactantius Divin. Inst. lib. II cap. 5.

(11) Plato Theæt. p. 174, A : Ὥσπερ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. Diogenes Laertius lib. I, 34 : Λέγεται δ' ἀγόμενος ὑπὸ γραὸς ἐκ τῆς οἰκίας, ἵνα τὰ ἄστρα κατανοήσῃ, εἰς βόθρον ἐμπεσεῖν, καὶ αὐτῷ ἀνοιμώξαντι φάναι τὴν γραῦν· Σὺ γάρ, ὦ Θαλῆ, τὰ ἐν ποσὶν οὐ δυνάμενος ἰδεῖν, τὰ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴει γνώσεσθαι; Conf. Origenis Philosophumena pag. 5 ed. Miller. et Iamblich. Protrept. cap. 14.

(12) Diogenes Laertius lib. I, 27 : Τάς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ φασιν αὐτὸν εὑρεῖν, καὶ εἰς τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας διελεῖν.

(13) Tertullianus adv. Marcion. lib. I : Ut ergo aliquid et de isto hujus mundi indigno loquar, cui et apud Græcos ornamenti et cultus, non sordium nomen est, indignas videlicet substantias ipsi illi sapientiæ professores, de quorum ingeniis omnis hæresis animatur, Deos pronuntiaverunt : ut Thales aquam, ut Heraclitus ignem, etc. Cf. Ciceron. de Nat. Deor. I, 10; Acad II, 37.

τὴν ὑπόληψιν λαβὼν ταύτην καὶ διὰ τὸ πάντων τὰ σπέρματα τὴν φύσιν ὑγρὰν ἔχειν, τὸ δ' ὕδωρ ἀρχὴν τῆς φύσεως εἶναι τοῖς ὑγροῖς. Εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ τοὺς παμπαλαίους καὶ πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως καὶ πρώτους θεολογήσαντας οὕτως οἴονται περὶ τῆς φύσεως ὑπολαβεῖν· Ὠκεανόν τε γὰρ καὶ Τηθὺν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ, τὴν καλουμένην ὑπ' αὐτῶν Στύγα τῶν ποιητῶν· τιμιώτατον μὲν γὰρ τὸ πρεσβύτατον, ὅρκος δὲ τὸ τιμιώτατόν ἐστιν. Idem de Cœlo lib. II, 13 ait : Οἱ δ' ἐφ' ὕδατος κεῖσθαι [φασὶ τὴν γῆν]· τοῦτον γὰρ ἀρχαιότατον παρειλήφαμεν τὸν λόγον, ὅν φασιν εἰπεῖν Θαλῆν τὸν Μιλήσιον, ὡς διὰ τὸ πλωτὴν εἶναι μένουσαν ὥσπερ ξύλον ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. In eandem sententiam Plutarchus de Plac. phil. lib. I, 3 : Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀπεφήνατο τὸ ὕδωρ. δοκεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἄρξαι τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ Ἰωνικὴ αἵρεσις προσηγορεύθη. ὅς ἐξ ὕδατός φησι πάντα εἶναι καὶ εἰς ὕδωρ πάντα ἀναλύεσθαι. στοχάζεται δ' ἐκ τούτου πρῶτον, ὅτι πάντων τῶν ζώων ἡ γονὴ ἀρχή ἐστιν, ὑγρὰ οὖσα· οὕτως εἰκὸς καὶ τὰ πάντα ἐξ ὑγροῦ τὴν ἀρχὴν ἔχειν· δεύτερον, ὅτι πάντα τὰ φυτὰ ὑγρῷ τρέφεται καὶ καρποφορεῖ, ἀμοιροῦντα δὲ ξηραίνεται· τρίτον, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ τοῦ ἡλίου καὶ τὸ τῶν ἄστρων ταῖς τῶν ὑδάτων ἀναθυμιάσεσι τρέφεται, καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος· διὰ τοῦτο καὶ Ὅμηρος ταύτην τὴν γένεσιν ὑποτίθεται, περὶ τοῦ ὕδατος· Ὠκεανός, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. Alii Thaletem hoc rerum principium statuisse affirmant διὰ τὸ συνεκτικὸν καὶ τὸ εὐτύπωτον τοῦ ὕδατος, velut Simplicius in Aristotelis Phys. fol. 6 a; 8 a, b. Sic Heraclides Alleg. Hom. cap. 22 pag. 45 ed. Mehl. : Θάλητα μέν γε τὸν Μιλήσιον ὁμολογοῦσι πρῶτον ὑποστήσασθαι τῶν ὅλων κοσμογόνον στοιχεῖον τὸ ὕδωρ· ἡ γὰρ ὑγρὰ φύσις, εὐμαρῶς εἰς ἕκαστα μεταπλαττομένη, πρὸς τὸ ποικίλον εἴωθε μορφοῦσθαι. τό τε γὰρ ἐξατμιζόμενον αὐτῆς ἀεροῦται, καὶ τὸ λεπτότατον ἀπὸ ἀέρος αἰθὴρ ἀνάπτεται, συνιζάνον τε τὸ ὕδωρ καὶ μεταβαλλόμενον εἰς ἰλὺν ἀπογαιοῦται· διὸ δὴ τῆς τετράδος τῶν στοιχείων ὥσπερ αἰτιώτατον ὁ Θαλῆς ἀπεφήνατο στοιχεῖον εἶναι τὸ ὕδωρ. Præterea Cicero de Nat. Deor. lib. I, 10 Thaletem ait aquæ adjunxisse deum qui ex ea cuncta fingeret. Similiter Plutarchus de Plac. phil. I, 7 : Θαλῆς νοῦν τὸν τοῦ κόσμου θεόν (14). Quare fallitur Augustinus de Civ. Dei VII, 2 docens *Thaletem nil huic operi ex mente divina præposuisse* : qui error inde natus videtur, quod Thales Deum non extra mundi machinam positum, sed per eam totam diffusum esse credidit. Inde apparet qui factum sit, ut omnia quæ cernerentur deorum plena esse vellet rebusque inanimatis animas tribueret. Quum autem nihil mobilius animo eumque movendi vi præditum esse existimaret : omnem motum ex hoc fonte repetendum ratus magnetem etiam lapidem atque electrum suis mentibus animata esse decrevit (15).

Fuere qui Thaletem primum exstitisse putarent animorum immortalitatis vindicem ac patronum. Nempe animum esse naturam, quæ semper moveretur vel quæ se ipsa moveret, princeps Milesius philosophus contenderat (16). Arbitramur autem, etsi hoc diserte non est proditum, eum hominum animos pro partibus animæ mundi habuisse. Quæ mundi anima quoniam rerum universitatem movet, humanos animos e corporum vinculis elapsos non exstingui, sed in communem animam redire, si constare sibi vellet, censere debebat philosophus.

Quanta autem ejus sapientiæ fama fuerit quantumque apud æquales auctoritate valuerit, perspicitur ex illa de tripode aureo narratiuncula, quæ a pluribus scriptoribus litteris consignata est. Res ita se habet. A piscatoribus Milesiis verriculum trahentibus quidam jactum emerat. Extracto deinde magni ponderis tripode aureo Delphicis simili orta controversia est, illis piscium se capturam vendidisse affirmantibus, hoc fortunam tractus se emisse dicente. Qua conditione propter novitatem rei et magnitudinem pecuniæ ad universum ejus civitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum consuli, cuinam adjudicari tripus deberet. Deus respondit illi esse dandum qui sapientia cæteros anteiret. Tum Milesii consensu Thaleti tripodem dederunt; ille

(14) Sic etiam Stobæus Ecl. Phys. lib. I cap. 2, 29 : Θαλῆς νοῦν τοῦ κόσμου τὸν θεόν, τὰ δὲ πᾶν ἔμψυχον ἅμα καὶ δαιμόνων πλῆρες· διήκειν δὲ καὶ διὰ τοῦ στοιχειώδους ὑγροῦ δύναμιν θείαν κινητικὴν αὐτοῦ. Ciceronem sequuntur Lactantius Divin. Instit. lib. I, 5 et Minucius Felix cap. 19.

(15) Aristoteles de Anima lib. I, 5 : Καὶ ἐν τῷ ὅλῳ δέ τινες αὐτὴν (i. e. τὴν ψυχὴν) μεμῖχθαί φασιν, ὅθεν ἴσως καὶ Θαλῆς ᾠήθη πάντα πλήρη θεῶν εἶναι. Id. I, 2 : Ἔοικε δὲ καὶ Θαλῆς ἐξ ὧν ἀπομνημονεύουσι κινητικόν τι τὴν ψυχὴν ὑπολαβεῖν, εἴπερ τὸν λίθον ἔφη ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸν σίδηρον κινεῖ. Diogenes Laertius lib. I, 24 : Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἱππίας φασὶν αὐτὸν καὶ τοῖς ἀψύχοις διδόναι ψυχάς, τεκμαιρόμενον ἐκ τῆς λίθου τῆς μαγνήτιδος καὶ τοῦ ἠλέκτρου. Et ibid. 27 : Ἀρχὴν δὲ τῶν πάντων ὕδωρ ὑπεστήσατο καὶ τὸν κόσμον ἔμψυχον καὶ δαιμόνων πλήρη.

(16) Diogenes Laertius lib. I, 24 : Ἔνιοι δὲ καὶ αὐτὸν πρῶτον εἰπεῖν φασιν ἀθανάτους τὰς ψυχάς, ὧν ἐστι Χοιρίλος ὁ ποιητής. Plutarchus de Plac. phil. IV, 2 : Θαλῆς ἀπεφήνατο πρῶτος τὴν ψυχὴν φύσιν ἀεικίνητον ἢ αὐτοκίνητον, quem locum repetierunt Stobæus in Eclog. Phys. lib. I cap. 41, 1, p. 320 ed. Gaisf. et Nemesius de Nat. hom. cap. 2. Neque alium auctorem secutus est Theodoretus Serm. V p. 83 scribens : Θαλῆς τοίνυν κέκληκε τὴν ψυχὴν ἀκίνητον φύσιν, ubi pro ἀκίνητον repone ἀεικίνητον.

cessit eum Bianti, Bias Pittaco, is protinus alii, deincepsque per omnium septem sapientum orbem ad ultimum, ad Solonem, pervenit, qui et titulum amplissimæ sapientiæ et præmium ad ipsum Apollinem transtulit (17).

Thaletem nullum ingenii sui monumentum posteris reliquisse affirmant Alexander Aphrodisiensis Comment. in Aristotelis Metaph. p. 21 ed. Bonitz, Themistius Orat. XXVI p. 317 et antiquorum nonnulli apud Diogenem Laertium lib. I, 23. Contra alii unum aut plures libros ab eo editos esse sive perspicue testantur sive obscure significant. Cf. Augustinus de Civit. Dei lib. VIII cap. 2 et Vitruvius lib. IX cap. 7. Certe duo scripta de Solstitio (περὶ τροπῆς) ac de Æquinoctio (περὶ ἰσημερίας) a quibusdam ei attribuebantur; sed Nautica Astrologia, quæ et ipsa olim Thaletis esse credita erat, Phocum Samium auctorem habebat (18). Huc pertinet etiam Lobonis Argivi testimonium, qui ducentos circiter versiculos ab eo compositos esse prodit (19). Quocum jungendus Plutarchus libro de Pythiæ oraculis non amplius carmine editis cap. 18 vol. IX p. 275 et 276 Thaletem æquiparans Orpheo, Hesiodo, Parmenidi, Xenophani, Empedocli cæterisque qui philosophiam versibus persecuti erant (20). Neque absimile præcedentibus illud est quod addit scriptor Eudoxum, Hesiodum et Thaletem de astrologia versibus scripsisse, quamquam dubitanter hæc ab eo dicta esse efficitur ex iis quæ sequuntur : εἴγε Θαλῆς ἐποίησεν, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, τὴν αὐτῷ ἀναφερομένην ἀστρολογίαν. Suidas quoque et Eudocia p. 228 ajunt eum commentatum esse περὶ μετεώρων ἐν ἔπεσι, περὶ ἰσημερίας, καὶ ἄλλα πολλά. At vero Galenus Comment. in libr. de humor. I, 1, tom. XVI, 37 ed. Kühn. affert Thaletis locum e secundo de Principiis (περὶ ἀρχῶν) libro pedestri oratione scriptum (21); quæ res eo mirabilior debet videri, quod idem Comment. I in libr. de Nat. hum. 26 (I, 1, 125, tom. XV, 69) negat Thaletis de aqua, primo principio, sententiam ἐκ συγγράμματος αὐτοῦ posse ostendi (22).

Suppositas ei esse epistolas quæ exstant apud Diogenem Laertium lib. I, 43-44 jam pridem viderunt viri docti. Quæ quum ita sint, sequendus nobis Aristoteles est qui in exponenda Thaletis doctrina non ipsius philosophi disputationes litteris mandatas, sed ea quæ ab aliis hac de re memorabantur se consuluisse fatetur (23). Hinc patet illa ætate nullum Milesii philosophi librum exstitisse omniaque volumina quæ sub Thaletis nomine posterioribus sæculis ferebantur suppositicia fuisse. Nihilominus ut hujus, ita cæterorum septem sapientum sententias et apophthegmata ab antiquis scriptoribus servata, in quibus colligendis post Leonardum Lycium et Othmarum Luscinium multam operam consumsit Jo. Conradus Orellius (24), accurate recensita, hic illic aucta et latine versa divulgavi.

Restat, ut pauca de reliquorum sapientum vitis dicamus. *Solon*, Execestidæ filius, Atheniensis (25), ingenii bonitate elegorumque quos componebat suavitate ita excelluit, ut summus poeta esse existimaretur eaque arte confisus auram popularem captaret. Neque vero solum mirabilis dicendi artifex politusque scriptor et versificator fuit, sed philosophus etiam, ut inter septem Græciæ sapientes nomen suum profiteretur. Nimirum ab ineunte ætate omne tempus ad eas res contulit, quibus illam quam postea consecutus est nominis claritudinem, archontis dignitatem ac legum latoris auctoritatem adipisceretur. Quapropter veteres passim eum virum omni laude cumulatum

(17) Valerius Maximus lib. IV cap. 1; Diogenes Laertius lib. I, 28; Plutarchus Vit. Solon. cap. 4; Porphyrius apud Cyrillum lib. I contr. Julian., Scholiast. ad Aristoph. Plut. vs. 9.

(18) Diogenes Laertius lib. I, 23 : Κατά τινας μὲν σύγγραμμα κατέλιπεν οὐδέν· ἡ γὰρ εἰς αὐτὸν ἀναφερομένη Ναυτικὴ Ἀστρολογία Φώκου λέγεται εἶναι τοῦ Σαμίου. Κατά τινας δὲ δύο μόνα συνέγραψε, Περὶ τροπῆς καὶ ἰσημερίας, τὰ ἄλλα καταληπτὰ εἶναι δοκιμάσας. Alexander Aphrodisiensis in Metaph. p. 21 ed. Bonitz : Θαλῆς — αἰτίας « εἰκότως τὸ » λέγεται οὕτως ἀποφήνασθαι. « Οὐδὲν γὰρ προφέρεται αὐτοῦ σύγγραμμα, ἐξ οὗ τις τὸ βέβαιον ἕξει τοῦ ταῦτα λέγεσθαι τοῦτον τὸν τρόπον ὑπ' αὐτοῦ. »

(19) Diogenes Laertius lib. I, 34 : Τὰ δὲ γεγραμμένα ὑπ' αὐτοῦ φησι Λόβων ὁ Ἀργεῖος εἰς ἔπη τείνειν διακόσια.

(20) Plutarchus de Pythiæ oraculis cap. 18 : Οὐδὲ γὰρ φιλοσοφίαν ἀπεγινώσκομεν ὡς ἀνῃρημένην παντάπασι καὶ διεφθορυῖαν, ὅτι πρότερον μὲν ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Θαλῆς.

(21) Vid. infra fragm. 18.

(22) Galenus Comment. I in lib. de Nat. hum. sect. 26 : Εἰ γὰρ ὅτι Θαλῆς ἀπεφήνατο στοιχεῖον μόνον εἶναι τὸ ὕδωρ ἐκ συγγράμματος αὐτοῦ δεικνύναι οὐκ ἔχομεν, ἀλλ' ὅμως ἅπασι καὶ τοῦτο πεπίστευται.

(23) Aristoteles de Anima lib. I cap. 2 : Ἔοικε δὲ καὶ Θαλῆς ἐξ ὧν ἀπομνημονεύουσι κινητικόν τι τὴν ψυχὴν ὑπολαβεῖν, εἴπερ τὸν λίθον ἔφη ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸν σίδηρον κινεῖ. Id. de Cœlo lib. II, 13 : Τὸν λόγον, ὅν φασιν εἰπεῖν Θαλῆν τὸν Μιλήσιον.

(24) Orellius Opusc. veterum Græc. sentent. et moral., in tomo I.

(25) Vel, ut alii volunt, Salaminius. Diogenes Laertius lib. I, 45 : Σόλων Ἐξηκεστίδου Σαλαμίνιος. Herodotus lib. I, 29 : Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος. Sic autem plerumque vocatur. Vid. Menag. ad Laertii l. c.

fuisse testantur (26). Quum enim Atheniensium civitas magnis partium contentionibus laboraret, Megarenses Salaminem insulam occuparunt. Quocirca orto inter utrosque bello ferme usque ad interitum dimicatum est. Multis igitur cladibus acceptis, apud Athenienses capitale esse cœpit, si quis legem de vindicanda insula tulisset. Tum Solon ne aut tacendo parum reipublicæ consuleret aut censendo sibi noceret, prohibita non modo dicturus, sed etiam facturus mentis alienationem simulat. Idcirco in forum se proripuit pileatus factoque hominum concursu insolitis sibi versibus populo suadere cœpit quod vetabatur, omniumque animos ita cepit, ut extemplo bellum adversus Megarenses decerneretur insulaque superatis hostibus Atheniensium virtute recuperaretur (27).

Mox idem Solon novam civibus suis victoriam paravit bello sacro adversus Cirrhæos, templi Delphici direptores, administrato et re feliciter gesta intra paucos menses confecto (28). Sed multo majorem laudem gloriamque sibi peperit legibus scriptis quibus Atheniensium rempublicam sapienter temperavit. Etenim anno tertio Olympiadis XLVI archon creatus (29), non tam mederi reipublicæ malis sapienti imperio, quam novam condere civitatem visus est, siquidem publicam disciplinam ita legibus astrinxit, ut gratiam ab omnibus civium ordinibus iniret. Postquam autem Athenienses jurejurando interposito promiserunt, fore ut in decem annos ratas haberent Solonis leges, ipse ne quam legem abrogare cogeretur, suscepto itinere in Lydiam ad Crœsum regem profectus ab eoque mox digressus diu partim in Ægypto partim apud Cyprios versatus est (30). Inde in patriam redux offendit rempublicam factionibus turbatam (31). Quum autem ipse jam senior neque consiliis neque auctoritate quidquam proficeret, Pisistrato rerum potito in exsilium abiit. Videtur vero posthac Cypri vixisse atque octogenarius mortem cum vita commutasse (32). « Quanta industria, inquit Valerius Maximus lib. VIII cap. 7, flagraverit, et versibus complexus est quibus significat se quotidie aliquid addiscentem senescere (33), et supremo vitæ die confirmavit. Quum assidentibus amicis et quadam de re sermonem inter se conferentibus fatis jam pressum caput erigeret, interrogatus, quapropter id fecisset, respondit : Ut quum istud, quidquid est, de quo jam disputatis percepero, moriar. » Hoc a Valerio traditum pulchre exornavit Muretus Orat. II, sed aliter narrat Ælianus apud Stobæum Flor. XXIX, 58. Vid. fragm. 36. Ex ejus reliquiis nihil nisi apophthegmata cum cæterorum sapientum dictis, additis paucis quibusdam legibus, foras dedi. Omittendæ enim erant pleræque leges quæ e Plutarchi Vita Solonis aliisque scriptoribus cognoscun-

(26) Plato Tim. p. 21 : Δοκεῖν οἱ τά τε ἄλλα σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα καὶ κατὰ τὴν ποίησιν αὖ τῶν ποιητῶν πάντων ἐλευθεριώτατον. Æschines in Ctesiph. p. 69 : Σόλωνος εἰπόντος Ἀθηναίου τὴν γνώμην, ἀνδρὸς καὶ νομοθετῆσαι δυνατοῦ καὶ περὶ ποίησιν καὶ φιλοσοφίαν διατετριφότος· et pag. 90 : Σόλωνα μὲν τὸν καλλίστοις νόμοις κοσμήσαντα τὴν δημοκρατίαν, ἄνδρα φιλόσοφον καὶ νομοθέτην ἀγαθόν.

(27) Plutarchus Vit. Solon. cap. 8 : Ἐπεὶ δὲ μακρόν τινα καὶ δυσχερῆ πόλεμον οἱ ἐν ἄστει περὶ τῆς Σαλαμινίων νήσου Μεγαρεῦσι πολεμοῦντες ἐξέκαμον, καὶ νόμον ἔθεντο, μήτε γράψαι τινά, μήτ' εἰπεῖν αὖθις, ὡς χρὴ τὴν πόλιν ἀντιποιεῖσθαι τῆς Σαλαμῖνος, ἢ θανάτῳ ζημιοῦσθαι, βαρέως φέρων τὴν ἀδοξίαν ὁ Σόλων, καὶ τῶν νέων ὁρῶν πολλοὺς δεομένους ἀρχῆς ἐπὶ τὸν πόλεμον, αὐτοὺς δὲ μὴ θαῤῥοῦντας ἄρξασθαι διὰ τὸν νόμον, ἐσκήψατο μὲν ἔκστασιν τῶν λογισμῶν, καὶ λόγος εἰς τὴν πόλιν ἐκ τῆς οἰκίας διεδόθη παρακινητικῶς ἔχειν αὐτόν. Ἐλεγεῖα δὲ κρύφα συνθείς, καὶ μελετήσας, ὥστε λέγειν ἀπὸ στόματος, ἐξεπήδησεν εἰς τὴν ἀγορὰν ἄφνω πιλίον περιθέμενος. Ὄχλου δὲ πολλοῦ συνδραμόντος, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τοῦ κήρυκος λίθον, ἐν ᾠδῇ διεξῆλθε τὴν ἐλεγείαν, ἧς ἐστιν ἀρχή· Αὐτὸς κήρυξ ἦλθον ἀφ' ἱμερτῆς Σαλαμῖνος κόσμον ἐπέων ᾠδὴν ἀντ' ἀγορῆς θέμενος. Conf. Justin. lib. II, 7.

(28) Plutarchus Vit. Sol. cap. 11 : Ἐθαυμάσθη δὲ καὶ διεβοήθη μᾶλλον ἐν τοῖς Ἕλλησιν, εἰπὼν ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς, ὡς χρὴ βοηθεῖν καὶ μὴ περιορᾶν Κιῤῥαίους ὑβρίζοντας εἰς τὸ μαντεῖον, ἀλλὰ προσαμύνειν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ Δελφοῖς.

(29) Diogenes Laertius lib. I, 62 : Ἤκμαζε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα, ἧς τῷ τρίτῳ ἔτει ἦρξεν Ἀθηναίων, καθά φησι Σωσικράτης, ὅτε καὶ τίθησι τοὺς νόμους. Cyrillus lib. I contra Julianum. Τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι Σόλων νενομοθέτηκε, τοὺς Δράκοντος νόμους περιελὼν πλὴν τῶν φονικῶν. Cf. Fabric. Bibl. Græc. vol. II pag. 24 ed. Harl.

(30) Herodotus lib. I, 29-30 : Καὶ δὴ καὶ Σόλων, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, κατὰ θεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας, ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο. Αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι· ὁρκίοισι γὰρ μεγάλοισι κατείχοντο, δεκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι τοὺς ἄν σφισι Σόλων θῆται. Αὐτῶν δὴ ὦν τούτων καὶ τῆς θεωρίης ἐκδημήσας ὁ Σόλων εἵνεκεν, ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο παρὰ Ἄμασιν, καὶ δὴ καὶ ἐς Σάρδις παρὰ Κροῖσον. Plutarchus Vit. Solon. cap. 26 : Πρῶτον μὲν οὖν εἰς Αἴγυπτον ἀφίκετο καὶ διέτριψεν.... ἔπειτα πλεύσας εἰς Κύπρον, ἠγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων κτλ.

(31) Plutarchus Vit. Solon. cap. 29 : Οἱ δ' ἐν ἄστει πάντες ἐστασίαζον ἀποδημοῦντος τοῦ Σόλωνος.... οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων ἐχόντων, ὁ Σόλων παραγενόμενος εἰς τὰς Ἀθήνας αἰδῶ μὲν εἶχε καὶ τιμὴν παρὰ πᾶσιν, ἐν δὲ κοινῷ λέγειν καὶ πράσσειν ὁμοίως οὐκ ἔτ' ἦν δυνατός, οὐδὲ πρόθυμος ὑπὸ γήρως κτλ.

(32) Diog. Laert. I, 62 : Ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ, βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα Cf. Plutarch. Vit. Sol. cap. 32.

(33) Cf. fragm. 17.

tur (34). Dulcissimas autem ejus elegias quæ cum Lyricis Græcorum poetis edi solent ab hoc loco alienas esse perspicuum est.

Chilo, Damageti filius, Lacedæmonius, qui publicorum negotiorum gravitatem mansuetiorum Musarum elegantia suavissime temperavit, ducentos circiter versus elegiaco carmine scripsit. Fuit autem Ephorus circa quinquagesimam quintam olympiadem, vel si Pamphilæ fides, sextam, eoque magistratu, ut Sosicrates ait, Euthydemo apud Athenienses archonte functus est (35). Quum vero inter quinque Ephoros principe loco esset, primus suasit, ut regibus ad bellum proficiscentibus Ephori comites adderentur (36). Inter septem sapientes honorificum tenuit locum. Nam si bene adnotat Diodorus (37), plerosque philosophos pulcherrimis quidem sermonibus uti, moribus autem turpissimis, qui gravitatem ac prudentiam quam dictis pollicentur, factis refutent: summam gloriam meruit Chilo cujus sermones cum vita consentiebant. Idem præter constantem in omni vita virtutem multa et cogitavit et dixit præclare quæ memoriâ imprimis digna sunt. Tria ejus præcepta Γνῶθι σαυτόν (38), Μηδὲν ἄγαν, et Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα aureis litteris fuere inscripta Delphis et consecrata teste Plinio Nat. Hist. lib. VII, 32 (39). Proditum est eum in loquendo brevem fuisse, unde Aristagoras Milesius hunc loquendi modum Chilonium appellavit (40). Consenuerat jam, inquit Diogenes Laertius lib. I, 72, circa olympiadem quinquagesimam secundam, quo tempore florebat Æsopus, fabularum scriptor. Exspiravit autem, ut Hermippus ait, Pisæ, amplexus filium qui ludis Olympiacis in pugilatu victor evaserat. Mortuum esse ferunt immodica lætitia et senii imbecillitate. Quod ubi accidit, omnes qui ad festam illam celebritatem convenerant honorificentissime funeris exsequias prosecuti sunt. De aliis Chilonibus vide Fabric. Bibl. Græc. vol. II p. 654 ed. Harl.

Pittacus (41), Hyrrhadii filius, Mitylenæus, cujus patrem Thracem fuisse Duris auctor est, una cum Alcæi fratribus Melanchrum, Lesbi tyrannum, sustulit. Et quum de Achillitidis regionis possessione inter Athenienses et Mitylenæos armis decertaretur, ipse bello præpositus cum Phrynone, Atheniensium duce, qui et pancratiastes et olympionices fuerat, singulari certamine depugnare instituit. Quamobrem postquam expedierunt arma, rete clypeo tectum incauto adversario injecit eoque interfecto agrum servavit. Postea vero Athenienses cum Mitylenæis de agro litigarunt, quem a Periandro controversiæ judice Atheniensibus adjudicatum tradit Apollodorus in Chronicis. Sed ab eo inde tempore (42) Pittacum in summo honore Mitylenæi habuere eique principatum detulerunt, quem ille quum decem annos tenuisset ac rempublicam ordinasset, sponte deposuit. Sic publicis negotiis exsolutus decem adhuc vixit annos, quos in litterarum studiis

---

(34) Vide Sam. Petitum in utilissimo opere de Legibus Atticis, Jo. Meursium in Themide Attica et quos laudavit Fabricius Bibl. Græc. vol. II p. 24 et 41 seqq. ed. Harl.

(35) Diogenes Laertius lib. I, 68 : Χείλων Δαμαγήτου, Λακεδαιμόνιος. Οὗτος ἐποίησεν ἐλεγεῖα εἰς ἔπη διακόσια... γέγονε δὲ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν πέμπτην ὀλυμπιάδα. Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν ἕκτην, καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου, ὥς φησι Σωσικράτης. Conf. Marmor Parium vs. 57 in Fragm. Hist. Græc. vol. I p. 548. Hinc Scaliger in Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ ad Olymp. LVI ann. I : Εὐθύδημος [ἄρχων]· Χείλων πρῶτος Ἔφορος ἐν Λακεδαίμονι κατέστη.

(36) Diogenes Laertius lib. I, 68 : Καὶ πρῶτος εἰσηγήσατο Ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι παραζευγνύναι. Conf. ibi Menag.

(37) Diodorus Epitom. lib. IX, 13 : Ὅτι Χίλων τῷ λόγῳ σύμφωνον ἔσχε τὸν βίον, ὅπερ σπανίως εὕροι τις ἂν γινόμενον. Τῶν γὰρ καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων τοὺς πλείστους ἰδεῖν ἐστι λέγοντας μὲν τὰ κάλλιστα, πράττοντας δὲ τὰ χείριστα, καὶ τὴν ἐν ταῖς ἀπαγγελίαις αὐτῶν σεμνότητα καὶ σύνεσιν διὰ τῆς πείρας ἐλεγχομένην. Ὁ δὲ Χίλων χωρὶς τῆς κατὰ τὸν βίον ἐν ἅπασι τοῖς πραττομένοις ἀρετῆς πολλὰ διενοήθη καὶ ἀπεφθέγξατο μνήμης ἄξια.

(38) Præceptum illud : Γνῶθι σαυτόν alii Thaletis esse volunt. Vid. fragm. Conf. Clement. Alexandr. Strom. lib. I pag. 300. Adde Menag. ad Diog. Laert. lib. I, 40; Ruhnken. præfat. ad Hesych. tom. II p. VI et in Auctario ad Hesych. pag. 843.

(39) Diodorus Siculus Epitom. libr. IX, 14 : Ὅτι Χίλων ἀφικόμενος εἰς Δελφούς, καὶ καθάπερ ἀπαρχὰς ποιούμενος τῷ θεῷ τῆς ἰδίας συνέσεως, ἐπέγραψεν ἐπί τινα κίονα τρία ταῦτα, « γνῶθι σαυτόν » καὶ « μηδὲν ἄγαν, » καὶ τρίτον « ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα. »

(40) Diogenes Laertius lib. I, 72 : Βραχυλόγος τε ἦν, ὅθεν καὶ Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος τοῦτον τὸν τρόπον Χειλώνειον καλεῖ. . . . . ἦν δὲ γέρων περὶ τὴν πεντηκοστὴν δευτέραν ὀλυμπιάδα, ὅτε Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς ἤκμαζεν. Ἐτελεύτησε δ', ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἐν Πίσῃ, τὸν υἱὸν ὀλυμπιονίκην ἀσπασάμενος πυγμῆς. Ἔπαθε δὲ τοῦτο ὑπερβολῇ τε χαρᾶς καὶ ἀσθενείᾳ πολυετίας. Καὶ αὐτὸν πάντες οἱ κατὰ τὴν πανήγυριν ἐντιμότατα παρέπεμψαν.

(41) Diogenes Laertius lib. I, 74 : Πιττακὸς Ὑῤῥαδίου Μιτυληναῖος. Φησὶ δὲ Δοῦρις τὸν πατέρα αὐτοῦ Θρᾷκα εἶναι. Οὗτος μετὰ τῶν Ἀλκαίου γενόμενος ἀδελφῶν Μέλαγχρον καθεῖλε, τὸν τῆς Λέσβου τύραννον, καὶ περὶ τῆς Ἀχιλλείτιδος χώρας μαχομένων Ἀθηναίων καὶ Μιτυληναίων ἐστρατήγει μὲν αὐτός, Ἀθηναίων δὲ Φρύνων παγκρατιαστὴς ὀλυμπιονίκης. Συνέθετο δὴ μονομαχῆσαι πρός αὐτόν· καὶ δίκτυον ἔχων ὑπὸ τὴν ἀσπίδα λαθραίως περιέβαλε τὸν Φρύνωνα, καὶ κτείνας ἀνεσώσατο τὸ χωρίον. Ὕστερον μέντοι, φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, διαδικασθῆναι τοὺς Ἀθηναίους περὶ τοῦ χωρίου πρὸς τοὺς Μιτυληναίους, ἀκούοντος τῆς δίκης Περιάνδρου, ὃν καὶ τοῖς Ἀθηναίοις προσκρῖναι. Cf. Strabo lib. XIII pag. 600 ed. Casaub.

(42) Diogenes Laertius lib. I, 75 : Τότε δ' οὖν τὸν Πιττακὸν ἰσχυρῶς ἐτίμησαν οἱ Μιτυληναῖοι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐνεχείρησαν αὐτῷ. Ὁ δὲ δέκα ἔτη κατασχὼν καὶ εἰς τάξιν ἀγαγὼν τὸ πολίτευμα, κατέθετο τὴν ἀρχὴν καὶ δέκα ἐπεβίω ἄλλα.

videtur contrivisse. Nam præterquam quod leges soluta oratione civibus scripsit, dicitur sexcentos versus elegiacos fecisse (43). Cæterum sive Pittaci sive Biantis responso Crœsum a bello insulanis inferendo deterritum esse narrat Herodotus lib. I, 27 (44).

Floruit Pittacus maxime circa Olympiadem XLII, obiit autem admodum senex sub Aristomene tertio LII olympiadis anno, vita ultra septuagesimum annum producta (45).

Bias, Teutami filius, Prienensis, Halyattis ejusque filii Crœsi æqualis (46), quem Satyrus reliquis sapientibus præferebat (47), Hipponax et Heraclitus laudibus cumulabant (48), sui temporis disertissimus atque eloquentissimus fuit, sed longe aliter ac cæteri eloquentia est usus. Non enim ad mercenariam operam, neque ad quæstum ullum faciendum, sed ad opem hominibus injuria affectis ferendam eloquentiam suam adhibuit, quod paucos admodum fecisse reperias (49). Hunc Prienenses narrant quum virgines Messenias a latronibus captas redemisset domi tanquam suas filias honorifice habuisse (50). Postmodum vero simulatque virginum necessarii conquirendi causa Prienen venerunt, eas reddidit, nec redemtionis pretium neque alimenta ab iis exigenda ratus, sed contra plurima insuper munera largitus. Quamobrem puellæ eum ut patrem benevolentia complectebantur, tum ob domesticam educationem, tum ob beneficii magnitudinem, adeo ut cum propinquis domum reversæ minime amicitiam illam, quam apud exteros experiendo cognoverant, obliviscerentur. Itaque quo tempore piscatores Messenii æneum tripodem e mari extraxerunt cui inscriptum erat *Sapientissimo*, ad Biantem vel ipsarum puellarum, vel, ut alii dicunt, patris earum rogatu missus est. At ille tripodem conspicatus non accepit, sed Apollinem sapientem esse dixit.

Sed nullum ejus factum illustrius est eo cujus memoriam Cicero Paradox. I, 1 et Valerius Maximus lib. VII cap. 2 servarunt. Nam quum patriam ejus Prienen cepissent hostes cæterique cives ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent, Bias admonitus a quodam, ut idem faceret : « Ego vero, inquit, facio; nam omnia mea mecum porto. » Ut vivum honorarunt Prienenses, quod multis beneficiis rempublicam demeruerat (51) : ita mortuum magnifice sepelierunt eique sacellum dedicarunt, quod Teutamium dicebatur (52). Condidit carmen heroicum in quo Ionum res duobus fere millibus versuum persecutus erat (53), eo consilio ut ostenderet, qua ratione maxime florere Ionia posset.

---

(43) Diogenes Laertius lib. I, 79 : Ἐποίησε δὲ καὶ ἐλεγεῖα ἔπη ἑξακόσια, καὶ ὑπὲρ νόμων καταλογάδην τοῖς πολίταις.

(44) Herodotus lib. I, 27 : Ἐόντων δέ οἱ πάντων ἑτοίμων ἐς τὴν ναυπηγίην οἱ μὲν Βίαντα λέγουσι τὸν Πριηνέα ἀπικόμενον ἐς Σάρδις, οἱ δὲ Πιττακὸν τὸν Μιτυληναῖον, εἰρομένου Κροίσου εἴ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα, εἰπόντα τάδε, καταπαῦσαι τὴν ναυπηγίην· « Ὦ βασιλεῦ, νησιῶται ἵππον συνωνέονται μυρίην, ἐς Σάρδις τε καὶ ἐπὶ σὲ ἔχοντες ἐν νῷ στρατεύεσθαι ». Κροῖσον δὲ, ἐλπίσαντα λέγειν ἐκεῖνον ἀληθέα, εἰπεῖν· « Αἰ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτῃσι, ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι. » Τὸν δὲ ὑπολαβόντα φάναι· « Ὦ βασιλεῦ, προθύμως μοι φαίνεαι εὔξασθαι νησιώτας ἱππευομένους λαβεῖν ἐν ἠπείρῳ, οἰκότα ἐλπίζων. Νησιώτας δὲ τί δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο, ἢ ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλλοντα ἐπὶ σφίσι ναυπηγέεσθαι νέας, λαβεῖν ἀρώμενοι Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ, ἵνα ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ οἰκημένων Ἑλλήνων τίσωνταί σε, τοὺς σὺ δουλώσας ἔχεις; »

(45) Diogenes Laertius lib. I, 79 : Ἤκμαζε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν δευτέραν ὀλυμπιάδα, ἐτελεύτησε δ' ἐπ' Ἀριστομένους τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς δευτέρας ὀλυμπιάδος, βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ἑβδομήκοντα ἤδη γεραιός.

(46-47) Diogenes Laertius lib. I, 82 : Βίας Τευτάμου, Πριηνεύς, προκεκριμένος τῶν ἑπτὰ ὑπὸ Σατύρου. Cf. ibid. I, 83.

(48) Vid. Diog. Laert. lib. I, 84-88.

(49) Diodorus Siculus epit. libr. IX, 23 : Ὅτι Βίας ἦν δεινότατος καὶ τῷ λόγῳ πρωτεύων τῶν καθ' ἑαυτόν. Κατεχρήσατο δὲ τῇ τοῦ λέγειν δυνάμει πολλοῖς ἀνάπαλιν· οὐ γὰρ εἰς μισθαρνίαν οὐδὲ εἰς προσόδους, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀδικουμένων κατετίθετο βοήθειαν, ὅπερ σπανιώτατον ἄν τις εὕροι.

(50) Diodorus Siculus Epit. lib. IX, 21-22 : Ὅτι φασὶν οἱ Πριηνεῖς, ὅτι Μεσσηνίας τὸ γένος ἐπισήμους παρθένους λυτρωσάμενος ὁ Βίας παρὰ λῃστῶν ἦγεν ὡς ἰδίας θυγατέρας ἐντίμως. Μετὰ δέ τινας χρόνους παραγενομένων τῶν συγγενῶν κατὰ ζήτησιν, ἀπέδωκεν αὐτὰς οὔτε τροφεῖα πραξάμενος οὔτε λύτρα, τοὐναντίον δὲ τῶν ἰδίων πολλὰ δωρησάμενος. Εἶχον οὖν πρὸς αὐτὸν αἱ κόραι πατρικὴν εὔνοιαν διά τε τὴν συντροφίαν καὶ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας, ὥστε καὶ χωρισθεῖσαι μετὰ τῶν ἰδίων εἰς τὴν πατρίδα τῆς ὑπερορίου χάριτος οὐκ ἐπελάθοντο. — Ὅτι σαγηνεῖς Μεσσήνιοι κατὰ τὸν βόλον ἕτερον μὲν οὐδὲν ἀνείλκυσαν, χαλκοῦν δὲ τρίποδα μόνον ἐπιγραφὴν ἔχοντα « τῷ σοφωτάτῳ. » Ἀναχθέντος δὲ τοῦ κατασκευάσματος δοθῆναι τῷ Βίαντι. Diogenes Laertius lib. I, 82 : Φανόδικος δὲ [φησὶ] κόρας αἰχμαλώτους λυτρωσάμενον Μεσσηνίας, θρέψαι τε ὡς θυγατέρας, καὶ προῖκας ἐπιδοῦναι, καὶ εἰς τὴν Μεσσήνην ἀποστεῖλαι τοῖς πατράσιν αὐτῶν. Χρόνῳ δ' ἐν Ἀθήναις, ὡς προείρηται, τοῦ τρίποδος εὑρεθέντος ὑπὸ τῶν ἁλιέων, τοῦ χαλκοῦ ἐπιγραφὴν ἔχοντος, τῷ σοφῷ, Σάτυρος μέν φησι παρελθεῖν τὰς κόρας (οἱ δὲ τὸν πατέρα αὐτῶν, ὡς καὶ Φανόδικος) εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰπεῖν τὸν Βίαντα σοφόν, διηγησαμένας τὰ καθ' ἑαυτάς. Καὶ ἀπεστάλη ὁ τρίπους, καὶ ὁ Βίας ἰδών, ἔφη τὸν Ἀπόλλωνα σοφὸν εἶναι, οὐδὲ προσήκατο.

(51) Plutarchus de unius in republica dominatione, populari statu et paucorum imperio, vol. XII p. 209 : Καθὸ τὴν Περικλέους πολιτείαν ἐπαινοῦμεν καὶ τὴν Βίαντος.

(52) Diogenes Laertius lib. I, 85-88 : Καὶ αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς ἔθαψεν ἡ πόλις, καὶ ἐπέγραψαν· Κλεινῆς ἐν δαπέδοισι Πριήνης φύντα καλύπτει Ἥδε Βίαντα πέτρα, κόσμον Ἴωσι μέγαν.... καὶ οἱ Πριηνεῖς δὲ αὐτῷ τέμενος καθιέρωσαν τὸ Τευτάμειον λεγόμενον.

(53) Diogenes Laertius lib. I, 85 : Ἐποίησε δὲ περὶ Ἰω-

Cleobulus, Evagoræ filius, Lindius, quem Plutarchus (54) lib. de ει Delphico cap. 3 Lindiorum tyrannum vocat, Ælianus Var. Hist. lib. III, 17 Rhodiorum reipublicæ multum profuisse dicit, corporis pulchritudine et viribus excelluit. Hunc nonnulli genus suum ad Herculem retulisse atque in Ægyptum philosophiæ percipiendæ causa profectum esse ajunt (55). Fama est eum Minervæ fanum a Danao constructum apud Lindios restaurasse (56). Ejus filiam Cleobulinam, nobilem poetriam, quæ ænigmata hexametris versibus componebat, passim veteres memorant (57). Ipse cantionum et griphorum auctor ad quattuor millia versuum scripsit. Fuerunt etiam qui epigramma Midæ sepulcro insculptum a Cleobulo factum esse contenderunt (58). Mortalitatem explevit septuaginta annorum senex, ejusque cippo hoc incisum fuit elogium :

Exstinctum luget Cleobulum Lindus alumnum
clara parens factis undique cincta mari (59).

Periander, Cypseli filius, ex Heraclidarum gente oriundus, per quadraginta annos Corinthiorum tyrannus, circa trigesimam octavam olympiadem floruit (60). Quo homine nihil unquam crudelius et impurius Corinthiorum civitas tulit. Namque uxorem Melissam, Proclis Epidauriorum regis filiam, ex qua duos filios, Cypselum et Lycophronem, susceperat, interfecit multaque commisit flagitia et nefaria facinora, quæ ab Herodoto lib. III, 50-53; V, 92 et Diogene Laertio lib. I, 94 seqq. (61) copiose narrata hic referre piget. Illud mirandum, quod aut Græci homini facinoroso locum inter sapientes concesserunt, aut in uno homine res dissociabiles, sapientia, crudelitas et nequitia mixtæ fuerunt. Quamobrem nonnulli eum de septem sapientum numero exemerunt. Vide Clementem Strom. I pag. 299 et Lucianum (62) Veræ Historiæ lib. II cap. 17 tom. II, p. 114 ed. Reitz., ubi ab Elysiis quoque campis hunc solum sapientum abesse dicit. Quidam duos fuisse Periandros auctores sunt, alterum sapientem eumque Ambraciensem, alterum tyrannum Corinthium. Sed Aristoteles ait Corinthium fuisse sapientem, Plato negat (63). Plutarchus certe Corinthiorum principem unum e sapientibus esse vult, quum reliquis eum epulum dedisse fingat (64). Utcunque est, sævus iste dominus, quem nos plerorumque veterum auctoritate permoti inter sapientes numeramus, octogenarius de vita migravit. Accidit hoc quadragesimo anno ante victum a Cyro Crœsum, id est, olympiadis XLVIII anno quarto (65). Edidit duo millia versuum Præceptionum nomine inscripta (66).

Anacharsis Scytha, Gnuri filius, Caduidæ Scytharum regis frater, matre Græca natus, a

---

νίας, τίνα μάλιστα ἂν τρόπον εὐδαιμονοίη, εἰς ἔπη δισχίλια.

(54) Plutarchus de ει Delphico cap. 3 : Κλεόβουλος ὁ Λινδίων τύραννος. Ælianus Var. Hist. lib. III, 17 : Κλεόβουλος δὲ Ῥοδίους [πολλὰ ὤνησεν]. Diog. Laert. I, 89 : Κλεόβουλος, Εὐαγόρου, Λίνδιος..... ῥώμῃ δὲ καὶ κάλλει διαφέρειν.

(55) Diogenes Laertius lib. I, 89 : Ἔνιοι δὲ εἰς Ἡρακλέα ἀναφέρειν τὸ γένος αὐτόν.... μετασχεῖν τε τῆς ἐν Αἰγύπτῳ φιλοσοφίας.

(56) Diogenes Laertius lib. I, 89: Ἀλλὰ καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἀνανεώσασθαι αὐτὸν ἀπὸ Δαναοῦ. Strabo lib. XIV pag. 655 ed. Casaub. : Ἔστι δὲ πρώτη μὲν Λίνδος ἀπὸ τῆς πόλεως πλέουσιν ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν νῆσον, πόλις ἐπὶ ὄρους ἱδρυμένη, πολὺ πρὸς μεσημβρίαν ἀνατείνουσα καὶ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν μάλιστα· ἱερὸν δέ ἐστιν Ἀθηνᾶς Λινδίας αὐτόθι ἐπιφανές, τῶν Δαναΐδων ἵδρυμα... ἐντεῦθεν δ' ἐστὶν εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, Κλεόβουλος.

(57) Diogenes Laertius lib. I, 89 : Γενέσθαι τε αὐτῷ θυγατέρα Κλεοβουλίνην, αἰνιγμάτων ἑξαμέτρων ποιήτριαν· ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, πληθυντικῶς ἐπιγράψας. Vide Menagium in Historia mulierum philosopharum. Cf. Bergk. Comment. de Reliquiis comœd. attic. pag. 121.

(58) Diogenes Laertius lib. I, 89 : Οὗτος ἐποίησεν ᾄσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια. Καὶ τὸ ἐπίγραμμά τινες τὸ ἐπὶ Μίδᾳ τοῦτόν φασι ποιῆσαι · Χαλκῆ παρθένος εἰμί, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι. Ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ, Ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ λαμπρά τε σελήνη, Καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα, Αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ, Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

(59) Diogenes Laertius lib. I, 93 : Ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς ἔτη βιοὺς ἑβδομήκοντα, καὶ αὐτῷ ἐπεγράφη· Ἄνδρα σοφὸν Κλεόβουλον ἀποφθίμενον καταπενθεῖ Ἧδε πάτρα Λίνδος, πόντῳ ἀγαλλομένη.

(60) Diogenes Laertius lib. I, 94-98 : Περίανδρος Κυψέλου Κορίνθιος, ἀπὸ τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους..... ἤκμαζε δὲ περὶ τὴν τριακοστὴν ὀγδόην ὀλυμπιάδα, καὶ ἐτυράννησεν ἔτη τετταράκοντα.

(61) Diogenes Laertius lib. I, 94 : Οὗτος γήμας Λυσίδην, ἣν αὐτὸς Μέλισσαν ἐκάλει, τὴν Προκλέους, τοῦ Ἐπιδαυρίων τυράννου καὶ Ἐρισθενείας θυγατέρα, παῖδας ἐξ αὐτῆς ἐποίησε δύο, Κύψελον καὶ Λυκόφρονα, τὸν μὲν νεώτερον συνετόν, τὸν δὲ πρεσβύτερον ἄφρονα. Χρόνῳ δὴ ὑπὸ ὀργῆς βαλὼν ὑποβάθρῳ ἢ λακτίσας τὴν γυναῖκα, ἔγκυον οὖσαν, ἀπέκτεινε κτλ.

(62) Lucianus Ver. Hist. II, 17 : Ἐθεασάμην καὶ τοὺς σοφοὺς ἄνευ Περιάνδρου.

(63) Diogenes Laertius lib. I, 98-99 : Σωτίων δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι, τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμπρακιώτην. Τοῦτο καὶ Νεάνθης φησὶν ὁ Κυζικηνός, ἀνεψιούς τε εἶναι ἀλλήλοις. Καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιόν φησιν εἶναι τὸν σοφόν· Πλάτων δέ, οὔ φησι.

(64) Plutarchus VII Sapient. Conviv. cap. 2.

(65) Diogenes Laertius lib. I, 95 : Καὶ ὃς ἀθυμήσας ἐτελεύτησεν, ἤδη γεγονὼς ἔτη ὀγδοήκοντα. Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης ὀλυμπιάδος. Conf. Corsini Fast. attic. Tom. III p. 48. 61. 85.

(66) Diogenes Laertius lib. I, 97 : Ἐποίησε δὲ καὶ ὑποθήκας εἰς ἔπη δισχίλια. Suidas : Ἔγραψεν ὑποθήκας εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον [εἰς] ἔπη ,β.

teneris unguiculis utramque linguam didicit (67). Qui quum opibus et regno sapientiæ studium præoptaret, Solonis ætate circa olymp. XLVII Athenas adiit (68), ubi omne tempus in litteris percipiendis consumsit civitateque donatus et mysteriis Eleusiniis initiatus est. Hic autem honos uni ex barbaris Anacharsidi habitus tantum apud eum valuit, ut patriæ propemodum oblivisceretur. Accedit quod jucunda consuetudine cum Solone conjunctus erat. Itaque hoc demum mortuo ad Scythas rediit (69). Scripsit vero de Scytharum Græcorumque legibus et institutis ad tenuem victum commendandum itemque de re bellica ad octingentos versus (70). Traditur reperisse ancoram et rotam figlinam, quæ Ephori et Posidonii sententia fuit. Sed quum illæ res jam Homeri tempore Græcis notæ fuerint, videntur Scythæ eas per Anacharsidem cognovisse (71).

Myson, Strymonis filius, Cheneus, quem nemo ante Platonem (72) Protag. p. 343 septem sapientibus adnumeravit, a posterioribus sæpe scriptoribus hoc ornamento dignus judicatus est. Nam qui Periandro sapientis nomen non dabant, in ejus locum partim Anacharsidem Scytham, partim Mysonem substituebant. Hunc alii splendidis natalibus ortum patreque tyranno usum esse ajunt, alii ignobilem fuisse hominem scripserunt, quod non in urbe, sed in vico eoque obscuro natus esset. Quid? quod eum hominum osorem appellantes vix a Timonis et Apemanti moribus abhorruisse existimarunt. Cæterum si credibile esse arbitramur quod memoriæ prodit Diogenes Laertius lib. I, 106, Pythia ab Anacharside interrogata, quis ipsum sapientia superaret, Mysonem sapientiorem esse respondit. Maximus Tyrius autem Dissert. XV (73) Mysonem Anacharsidi aliam ob causam placuisse testificatur. Etenim quum ipse sapientiam minime verbosam profiteretur, sed cujus non alius finis esset, quam accurata vitæ ratio, mens sana, sermo brevis et acutus, magnam in Mysone studiorum ac voluntatis similitudinem et cognationem repperit. Quippe familiam recte administrabat, agrum perite colebat, cum uxore temperanter vivebat, liberos liberaliter educabat. Qui igitur hominem agriculturæ potius quam doctrinæ studiosum sapientem nominarunt, ii vitam caste et integre actam ad sapientiam consequendam sufficere crediderunt. Qua de re controversia esse non potest, quum de philosophiæ incunabulis, non de perfecta philosophia agatur. Itaque neque Platoni litem intendimus, neque aliis qui ejus judicium secuti sunt. Mortuus est anno ætatis nonagesimo septimo (74).

---

(67) Diogenes Laertius lib. I, 101 : Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης, Γνούρου μὲν ἦν υἱός, ἀδελφὸς δὲ Καδουίδου, τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, μητρὸς δὲ Ἑλληνίδος· διὸ καὶ δίγλωττος ἦν. Scymnus Chius vs. 818-819 : Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν φησὶν γενέσθαι τῶν σφόδρ' εὐσεβεστάτων.

(68) Diogenes Laertius lib. I, 101 : Λέγει δὲ αὐτὸν Σωσικράτης ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην ὀλυμπιάδα, ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκράτους.

(69) Lucianus Scyth. Tom. I p. 20 : Καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις δημοποίητος γενόμενος, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τοῦτο ἱστοροῦντι περὶ αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν, οἶμαι, ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε.

(70) Diogenes Laertius lib. I, 101 : Οὗτος ἐποίησε τῶν τε παρὰ τοῖς Σκύθαις νομίμων καὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, εἰς εὐτέλειαν βίου, καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον, εἰς ἔπη ὀκτακόσια. Suidas : Ἔγραψε νόμιμα Σκυθῶν, περὶ εὐτελείας τῶν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἔπη πάντα ὀκτακόσια. Cicero Tuscul. V, 32 : « An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non poterunt? Illius epistola fertur his verbis : « Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegimen; calceamentum, solorum callum; cubile, terra; pulpamentum, fames; lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum me licet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis, vel diis immortalibus dona. »

(71) Diogenes Laertius lib. I, 105 : Εὗρε δ' εἰς τὸν βίον ἄγκυράν τε καὶ κεραμικὸν τροχόν, ὥς τινες. Refutarunt hoc Strabo lib. VII p. 303 ed. Casaub., Schol. Apollon. Argon. lib. I; Seneca epist. XC. Cf. Homer. Iliad. lib. XVIII, 600.

(72) Plato Protag. p. 343 : Τούτων ἦν καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Βίας ὁ Πριηνεύς, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, καὶ Μύσων ὁ Χηνεύς, καὶ ἕβδομος ἐν τούτοις ἐλέγετο Λακεδαιμόνιος Χίλων. Οὗτοι πάντες ζηλωταὶ καὶ ἐρασταὶ καὶ μαθηταὶ ἦσαν τῆς Λακεδαιμονίων παιδείας. Καὶ καταμάθοι ἄν τις αὐτῶν τὴν σοφίαν τοιαύτην οὖσαν, ῥήματα βραχέα ἀξιομνημόνευτα ἑκάστῳ εἰρημένα. Οὗτοι καὶ κοινῇ ξυνελθόντες ἀπαρχὴν τῆς σοφίας ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι ἐς τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς γράψαντες ταῦτα, ἃ δὴ πάντες ὑμνοῦσι, Γνῶθι σαυτὸν καὶ Μηδὲν ἄγαν. Diogenes Laertius lib. I, 106 : Μύσων Στρύμωνος, ὥς φησι Σωσικράτης, Ἕρμιππον παρατιθέμενος, τὸ γένος Χηνεύς, ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταϊκῆς ἢ Λακωνικῆς, σὺν τοῖς ἑπτὰ καταριθμεῖται. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ τυράννου πατρὸς εἶναι. Λέγεται δὴ πρός τινος, Ἀναχάρσιδος πυνθανομένου, εἴ τις αὐτοῦ σοφώτερος εἴη, τὴν Πυθίαν εἰπεῖν ἅπερ προείρηται ἐν τῷ Θαλοῦ βίῳ ὑπὲρ Χείλωνος· Οἰταιόν τινά φημι Μύσων' ἐν Χηνὶ γενέσθαι, Σοῦ μᾶλλον πραπίδεσσιν ἀρηρότα πευκαλίμῃσι. Id. 107-108 : Ἀριστόξενος δέ φησιν, οὐ πόῤῥω Τίμωνος αὐτὸν καὶ Ἀπημάντου γεγονέναι· μισανθρωπεῖν γάρ... καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἄδοξος ἦν, ὅτι μηδὲ πόλεως, ἀλλὰ κώμης, καὶ ταῦτα ἀφανοῦς.

(73) Maximus Tyrius Dissert. XV : Ἦλθεν εἰς Ἕλληνας ἐκ τῆς Σκυθῶν γῆς τῶν ἐκεῖ βαρβάρων ἀνὴρ σοφὸς σοφίαν οὐ πολυῤῥήμονα, οὐδὲ λάλον, ἀλλ' ἦν αὐτῆς τὸ κεφάλαιον βίος ἀκριβής, καὶ γνώμη ὑγιής, καὶ λόγος βραχὺς καὶ εὔστοχος.... περιῄει δὲ τὴν Ἑλλάδα ἐν κύκλῳ [ὁ Ἀνάχαρσις] ποθῶν ἰδεῖν σοφίαν στάσιμον καὶ ἑδραίαν, εὗρε δ' ἐν Χηναῖς, σμικρῷ καὶ ἀσθενεῖ πολίσματι, ἄνδρα ἀγαθόν· ὄνομα ἦν αὐτῷ Μύσων. ἀγαθὸς δὲ ἦν ἄρα ὁ Μύσων οἶκον οἰκῆσαι καλῶς, καὶ γῆν τημελῆσαι δεξιῶς καὶ γάμου προστῆναι σωφρόνως, καὶ παῖδα ἐκθρέψαι γεννικῶς κτλ.

(74) Diogenes Laertius lib. I, 108 : Κατέστρεψε δὲ βιοὺς ἔτη ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΑΛΗΡΕΩΣ

ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

α'. Κλεόβουλος Εὐαγόρου Λίνδιος ἔφη·

Μέτρον ἄριστον. — Πατέρα δεῖ αἰδεῖσθαι. — Εὖ τὸ σῶμα ἔχειν καὶ τὴν ψυχήν. — Φιλήκοον καὶ μὴ πολυήκοον. — Πολυμαθῆ, μὴ ἀμαθῆ. — Γλῶσσαν εὔφημον κεκτῆσθαι. — Ἀρετῆς οἰκεῖον καὶ κακίας ἀλλότριον ἀδικίαν μισεῖν. — Εὐσέβειαν φυλάσσειν. — Πολίταις τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν. — Γλώττης κρατεῖν. — Βίᾳ μηδὲν πράττειν. — Τέκνα παιδεύειν. — Τύχῃ εὔχεσθαι. — Ἔχθρας διαλύειν. — Τὸν τοῦ δήμου ἐχθρὸν πολέμιον νομίζειν. — Γυναικὶ μὴ μάχεσθαι, μηδὲ φιλοφρονεῖσθαι ἀλλοτρίων παρόντων· τὸ μὲν γάρ ἐστι χέρηον, τὸ δὲ μανίαν δύναται παρέχειν. — Οἰκέτας μεθύοντας μὴ κολάζειν· εἰ δὲ μή, δόξεις καὶ αὐτὸς μεθύειν. — Γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων· ἐὰν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων, δεσπότας, οὐ συγγενεῖς κτήσῃ. — Μὴ ἐπιγέλα τῷ σκώπτοντι· ἀπεχθὴς γὰρ ἔσῃ τοῖς σκωπτομένοις. — Εὐποροῦντα μὴ ὑπερήφανον εἶναι, ἀποροῦντα μὴ ταπεινοῦσθαι.

β'. Σόλων Ἐξηκεστίδου Ἀθηναῖος ἔφη·

Μηδὲν ἄγαν. — Κριτὴς μὴ κάθησο· εἰ δὲ μή, τῷ ληφθέντι ἐχθρὸς ἔσῃ. — Ἡδονὴν φεῦγε ἥτις λύπην τίκτει. — Φύλασσε τρόπου καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν. — Σφράγιζε τοὺς μὲν λόγους σιγῇ, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ. — Μὴ ψεύδου, ἀλλ' ἀλήθευε. — Τὰ σπουδαῖα μελέτα. — Τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα. — Φίλους μὴ ταχὺ κτῶ, οὓς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ταχὺ ἀποδοκίμαζε. — Ἄρχεσθαι μαθὼν ἄρχειν ἐπιστήσῃ. — Εὐθύνας ἑτέρους ἀξιῶν διδόναι καὶ αὐτὸς ὕπεχε. — Συμβούλευε μὴ τὰ ἥδιστα, ἀλλὰ τὰ βέλτιστα τοῖς πολίταις. — Μὴ θρασύνου. — Μὴ κακοῖς ὁμίλει. — Χρῶ τοῖς θεοῖς. — Φίλους εὐσέβει. — Γονεῖς αἰδοῦ. — Νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ. — Ὃ δ' ἂν ἴδῃς μὴ λέγε. — Εἰδὼς σίγα. — Τοῖς σαυτοῦ πρᾶος ἴσθι. — Τὰ ἀφανῆ τοῖς φανεροῖς τεκμαίρου.

γ'. Χίλων υἱὸς Δαμαγήτου Λακεδαιμόνιος ἔφη·

Γνῶθι σαυτόν. — Πίνων μὴ πολλὰ λάλει· ἁμαρτήσεις γάρ. — Μὴ ἀπείλει τοῖς ἐλευθέροις· οὐ γὰρ καλόν. — Μὴ κακολόγει τοὺς πλησίον· εἰ δὲ μή, ἀκούσῃ ἐφ' οἷς λυπηθήσῃ. — Ἐπὶ τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως πορεύου, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτυχίας ταχέως. — Γάμους εὐτελεῖς ποιοῦ. — Τὸν τετελευτηκότα μακάριζε. — Πρεσβύτερον σέβου. — Τὸν τὰ ἀλλότρια περιεργαζόμενον μίσει. — Ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν· τὸ μὲν γὰρ ἅπαξ σε λυπήσει, τὸ δ' ἀεί. — Τῷ δυστυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα. — Ἰσχυρὸς ὤν, ἥσυχον σεαυτὸν πάρεχε, ὅπως σε αἰσχύνωνται μᾶλλον ἢ φοβῶνται. — Τῆς ἰδίας

DEMETRII PHALEREI

SEPTEM SAPIENTUM APOPHTHEGMATA.

1. Cleobulus Evagoræ filius Lindius dixit :

Modus optima res. — Patrem revereri oportet. — Curandum est ut corpore et animo bene valeamus. — Libenter audire oportet, non quævis tamen temere. — Doctum, non indoctum esse decet. — Linguam bene ominantem habeto. — Virtutis proprium est et ab improbitate alienum injustitiam odisse. — Pietatem serva. — Civibus optima suade. — Linguam contine. — Per vim nihil agendum. — Liberos institue. — Fortunam precare. — Inimicitias dissolve. — Populi inimicum hostem habeto. — Cum uxore neque jurgare debemus præsentibus alienis, neque ei blandiri : illud quidem pejus est, hoc autem ad furorem perducere potest. — Servulos ebrios ne castiga : sin minus, et ipse ebrius videberis. — Uxorem duc ex æqualibus : si enim e potentioribus duxeris, dominos, non affines tibi comparabis. — Alios cavillanti ne subrideas ; invisus enim fies iis quibus illuditur. — In divitiis ne superbias, in egestate ne abjecto sis animo.

2. Solon Execestidæ filius Atheniensis dixit :

Ne quid nimis. — Judex ne sedeas : sin minus, in odio eris damnato. — Voluptatem fuge quæ tristitiam parit. — Morum probitatem serva vel jurejurando fide digniorem. — Sermones silentio, silentium temporis opportunitate comproba. — Ne mentiaris, sed vera loquere. — Honesta meditare. — Parentibus justiora ne dicas. — Amicos ne cito compares, quos autem comparaveris, ne statim repudies. — Parêre quum didiceris, imperare scies. — Quam alios reposcis rationem, ipse quoque redde. — Civibus non jucundissima, sed optima suadebis. — Ne fastidio efferaris. — Cum improbis ne verseris. — Consule deos. — Amicos cole. — Parentes reverere. — Mentem ducem sequere. — Ne dicas autem quodcunque videris. — Sciens tace. — Lenis in tuos sis. — Obscura e manifestis conjice.

3. Chilon Damageti filius Lacedæmonius dixit :

Nosce te ipsum. — Inter bibendum ne multa loquaris : delinques enim. — Liberis hominibus ne mineris : neque enim decet. — Ne maledicas aliis : sin minus, audies quæ tibi molesta erunt. — Ad amicorum convivia lente, ad calamitates autem cito accede. — Nuptias frugaliter facito. — Vita functum beatum prædica. — Natu majorem cole. — Alienarum rerum cura occupatum oderis. — Jacturam turpi lucro præfer : illa enim semel, hoc semper tibi dolorem afferet. — Calamitosum ne irrideas. — Si robustus es, tranquillum te præbe, ut revereantur te alii potius quam metuant. — Domui tuæ bene præesto. —

οἰκίας προστάτει. — Ἡ γλῶσσά σου μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ. — Θυμοῦ κράτει. — Μὴ ἐπιθύμει ἀδύνατα. — Ἐν ὁδῷ μὴ σπεῦδε προάγειν, μηδὲ τὴν χεῖρα κινεῖν· μανικὸν γάρ. — Νόμοις πείθου. — Ἀδικούμενος διαλλάσσου, ὑβριζόμενος δὲ τιμωροῦ.

δ'. Πιττακὸς Μιτυληναῖος.

Καιρὸν γνῶθι. — Ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε· ἀποτυχὼν γὰρ καταγελασθήσῃ. — Τοῖς ἐπιτηδείοις χρῶ. — Ὅσα νεμεσᾷς τῷ πλησίον, αὐτὸς μὴ ποίει. — Κακοπραγοῦντα μὴ ὀνείδιζε· ἐπὶ γὰρ τούτοις νέμεσις θεῶν κάθηται. — Παρακαταθήκας ἀπόδος. — Ἀνέχου ὑπὸ τῶν πλησίον μικρά. — Ἀγάπα τὸν πλησίον μικρὰ ἐλαττούμενος. — Τὸν φίλον κακῶς μὴ λέγε, μηδ' εὖ τὸν ἐχθρόν· ἀσυλλόγιστον γὰρ τὸ τοιοῦτον. — Δεινὸν τὸ συνιδεῖν τὸ μέλλον· ἀσφαλὲς τὸ γενόμενον, ἀσαφὲς τὸ μέλλον. — Πιστὸν γῆ, ἄπιστον θάλασσα. — Ἄπληστον κέρδος. — Κτῆσαι καλοκαγαθίαν. — Θεραπείαν ζήτει. — Φίλει τὴν παιδείαν, σωφροσύνην, φρόνησιν, ἀλήθειαν, πίστιν, ἐμπειρίαν, ἐπιδεξιότητα, ἑταιρείαν, ἐπιμέλειαν, οἰκονομίαν, τέχνην, εὐσέβειαν.

ε'. Θαλῆς ὁ Μιλήσιος.

Ἐγγύη, πάρα δ' ἄτη. — Φίλων παρόντων καὶ ἀπόντων μέμνησο. — Μὴ τὴν ὄψιν καλλωπίζου, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἴσθι καλός. — Μὴ πλούτει κακῶς. — Μή σε διαβαλλέτω λόγος εἰς τοὺς πίστεως κεκοινωνηκότας. — Κολακεύειν γονεῖς μὴ ὄκνει. — Μὴ προσδέχου τὸ φαῦλον. — Οἵους ἂν ἐράνους ἐνέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοιούτους αὐτὸς ἐν τῷ γήρᾳ παρὰ τῶν τέκνων προσδέχου. — Χαλεπὸν τὸ εὖ γνῶναι. — Ἥδιστον τὸ ἐπιθυμίας τυχεῖν. — Ἀνιαρὸν ἀργία. — Κακὸν ἀκρασία. — Βαρὺ ἀπαιδευσία. — Δίδασκε καὶ μάνθανε τὸ ἄμεινον. — Ἀργὸς μὴ ἴσθι, μηδ' ἂν πλουτῇς. — Τὴν εὐτυχίαν κρύπτε φθόνου χάριν. — Μὴ οἰκτείρου. — Μέτρῳ χρῶ. — Μὴ πᾶσι πίστευε. — Ἄρχων κόσμει σαυτόν.

ζ'. Βίας Τευταμίδου Πριηνεὺς ἔφη·

Οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι κακοί. — Ἐς τὸ ἔσοπτρον ἐμβλέψαντα δεῖ, εἰ μὲν καλὸς φαίνῃ, καλὰ ποιεῖν, εἰ δὲ αἰσχρός, τὸ τῆς φύσεως ἐλλιπὲς διορθοῦσθαι τῇ καλοκαγαθίᾳ. — Βραδέως ἐγχείρει· ὃ δ' ἂν ἄρξῃ, διαβεβαιοῦ. — Μίσει τὸ ταχὺ λαλεῖν, μὴ ἁμάρτῃς· μετάνοια γὰρ ἀκολουθεῖ. — Μήτε εὐήθης ἴσθι, μήτε κακοήθης. — Ἀφροσύνην μὴ προσδέχου. — Φρόνησιν ἀγάπα. — Περὶ θεῶν λέγε, ὡς εἰσὶ θεοί. — Νόει τὸ πραττόμενον. — Ἄκουε πολλά. — Λάλει καίρια. — Πένης ὢν πλουσίοις μὴ ἐπιτίμα, ἢν μὴ μέγα ὠφελῇς. — Ἀνάξιον ἄνδρα μὴ ἐπαίνει διὰ πλοῦτον. — Πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος. — Ὅταν ἀγαθὸν πράσσῃς, θεούς, μὴ σαυτὸν αἰτιῶ. — Κτῆσαι ἐν μὲν νεότητι εὐπραξίαν, ἐν δὲ τῷ γήρᾳ σοφίαν. — Ἕξεις ἔργῳ μνήμην, καιρῷ εὐλάβειαν, τρόπῳ γενναιότητα, πόνῳ ἐγκράτειαν, φό-

Lingua tua ne mentem antevertat. — Iræ moderare. — Ne concupisce quæ fieri nequeunt. — In via ne prægredi festines, neve manum moveas : est enim hominis vecordis. — Legibus obtempera. — Injuria affectus reconciliare, contumeliam vero ulciscere.

4. Pittacus Mitylenæus.

Nosce tempus opportunum. — Quod facturus es, ne dicas : nam spe frustratus derideberis. — Amicis utere. — Quæ vitio vertis aliis, ipse ne facito. — Infortunato ne probra ingeras : in his enim deorum vindicta sedet. — Deposita redde. — Fer parvas molestias ab aliis allatas. — Ama alios etiamsi paulo inferior sis. — Nec amico male, nec inimico bene dicas : hoc enim hominis inconsiderati est. — Magnum est perspicere futura : quod præteriit certum est, quod futurum, obscurum. — Fida est terra, infidum mare. — Inexplebile lucrum. — Honestatem acquire. — Quære obsequium. — Ama doctrinam, temperantiam, prudentiam, veritatem, fidem, experientiam, dexteritatem, societatem, diligentiam, curam rei familiaris, artem, pietatem.

5. Thales Milesius.

Sponde; præsto noxa est. — Amicorum præsentium et absentium memento. — Faciem ne ornato, sed studiis honestis ornatissimus esto. — Noli male ditescere. — Cave sermo tuus invisum te faciat iis qui fide interposita earundem rerum socii sunt. — Parentibus blandiri ne dubita. — Maleficium ne admitte. — Qualia parentibus præmia dederis, talia ipse senex a liberis tuis exspecta. — Difficile est noscere bonum. — Suavissimum est optatis potiri. — Desidia res molesta est. — Malum intemperantia. — Ignorantia incommoda est. — Doce ac disce meliora. — Noli otiari, etiamsi dives sis. — Res secundas cela invidiæ declinandæ causa. — Fac ne miserabilis fias. — Modum adhibe. — Cave omnibus credas. — Quum imperas, rege te ipsum.

6. Bias Teutamidæ filius Prienensis dixit :

Plerique homines improbi sunt. — In speculum intuitum oportet te, si pulcher tibi videris, honesta facere, sin deformis, naturæ vitium honestate corrigere. — Lente aliquid aggredere : quod autem inchoaveris, id perficere persevera. — Celeritatem in loquendo oderis, ne pecces; sequitur enim pœnitentia. — Nec stultus sis, nec malitiosus. — Imprudentiam ne admitte. — Prudentiam dilige. — De diis dic, esse numina. — Intellige id quod faciendum est. — Audi multa. — Loquere tempestiva. — Si pauper es, noli divites reprehendere, nisi perutilis reprehensio est. — Virum indignum ne lauda propter divitias. — Persuasione cape, non vi. — Quum boni aliquid facis, causam diis, non tibi ascribe. — Adolescens rebus bene gerendis, senex sapientiæ studeas. — Operi adhibebis memoriam, occasioni cautionem, moribus ingenuitatem, labori continentiam, timori pietatem, divitiis amicitiam,

θῳ εὐσέβειαν, πλούτῳ φιλίαν, λόγῳ πειθώ, σιγῇ κόσμον, γνώμῃ δικαιοσύνην, τόλμῃ ἀνδρείαν, πράξει δυναστείαν, δόξῃ ἡγεμονίαν, φύσει εὐγένειαν.

orationi persuasionem, silentio decorum, sententiæ æquitatem, audaciæ fortitudinem, actioni potentiam, gloriæ principatum, naturæ nobilitatem.

η'. Περίανδρος Κυψέλου Κορίνθιος ἔφη·

Μελέτη τὸ πᾶν. — Καλὸν ἡσυχία. — Ἐπισφαλὲς προπέτεια. — Κέρδος αἰσχρὸν φύσεως κατηγορία. — Δημοκρατία κρεῖττον τυραννίδος. — Αἱ μὲν ἡδοναὶ θνηταί, αἱ δ' ἀρεταὶ ἀθάνατοι. — Εὐτυχῶν μὲν μέτριος ἴσθι, ἀτυχῶν δὲ φρόνιμος. — Φειδόμενον κρεῖττον ἀποθανεῖν ἢ ζῶντα ἐνδεῖσθαι. — Σαυτὸν ἄξιον παρασκεύαζε τῶν γονέων. — Ζῶν μὲν ἐπαινοῦ, ἀποθανὼν δὲ μακαρίζου. — Φίλοις εὐτυχοῦσι καὶ ἀτυχοῦσιν ὁ αὐτὸς ἴσθι. — Ὃ ἂν ἄκων ὁμολογήσῃς πονηρόν, παράβαινε. — Λόγων ἀπορρήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ. — Λοιδόρει, ὡς ταχὺ φίλος ἐσόμενος. — Τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρῶ, τοῖς δ' ὄψοις προσφάτοις. — Μὴ μόνον τοὺς ἁμαρτάνοντας κόλαζε, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας κώλυε. — Δυστυχῶν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς εὐφράνῃς.

7. Periander Cypseli filius Corinthius dixit

Studium omnia complectitur. — Bona res quies. — Periculosa temeritas. — Lucrum turpe naturæ accusatio. — Imperium populare præstat tyrannidi. — Voluptates mortales sunt, virtutes immortales. — In rebus secundis modestus, in adversis prudens esto. — Satius est in parsimonia mori, quam in egestate vivere. — Dignum te parentibus præbe. — Da operam ut vivus lauderis, mortuus autem beatus prædiceris. — Amicis et fortunatis et infortunatis idem esto. — Quidquid mali invitus promisisti, silentio transi. — Colloquia secreta ne enuntia. — Ita conviciare, ut brevi amicus futurus. — Legibus antiquis utere, obsoniis recentibus. — Non solum peccantes castiga, sed etiam peccaturos prohibe. — Res adversas cela, ne gaudio afficias inimicos.

(Stobæus Floril. III, 79. Conf. Diog. L. I, 92-93; 58-59; 69-70; 77-78; 37; 87-88; 97-98.)

ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΓΝΩΜΑΙ.

ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ.

Πᾶσιν ἄρεσκε. — Καλὸν ἡσυχία. — Ἐπισφαλὲς προπέτεια. — Ἀεὶ αἱ μὲν ἡδοναὶ θνηταί, αἱ δὲ τιμαὶ ἀθάνατοι. — Φίλοις ἀτυχοῦσιν ὁ αὐτὸς ἴσθι. — Κέρδος αἰσχρὸν κάκιστον. — Ὃ ἂν ὁμολογήσῃς, ποίει. — Ἀτυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς εὐφράνῃς. — Ἀληθείας (*) ἔχου. — Πρᾶττε δίκαια. — Ὕβριν μίσει. — Ἄρχουσιν εἶκε. — Ἡδονῆς κράτει. — Ὅρκῳ μὴ χρῶ. — Εὐσεβείας (**) ἔχου. — Ἐπαίνει τὰ καλά. — Κακίας ἀπέχου. — Χάριν ἀπόδος. — Ἱκέτας ἐλέει. — Υἱοὺς παίδευε. — Σοφοῖς χρῶ. — Ἔριν μίσει. — Ἀγαθοὺς τίμα. — Ἄκουε τὰ προσήκοντα. — Αἰσχύνην φεῦγε. — Ἀποκρίνου ἐν καιρῷ. — Πρᾶττε ἀμεταμέλητα. — Μηδενὶ φθόνει. — Ὀφθαλμῶν κράτει. — Τὸ δίκαιον μιμοῦ. — Εὐεργέτας τίμα. — Ἐλπίδας νέμε. — Διαβολὴν μίσει. — Εὐπροσήγορος γίνου. — Ἁμαρτὼν μεταβουλεύου. — Χρονίαν (***) φιλίαν φύλαττε. — Πᾶσιν ἀποκρίνου (****). — Ὁμόνοιαν δίωκε. — Τοὺς ἡγεμόνας φοβοῦ. — Μὴ λάλει πρὸς ἡδονήν. — Μὴ πίστευε χρόνῳ. — Σαυτοῦ μὴ ἀμέλει. — Πρεσβύτερον αἰσχύνου. — Θνῆσκε ὑπὲρ πατρίδος. — Μὴ ἐπὶ παντὶ λυποῦ. — Ἐξ εὐγενῶν γέννα. — Ἔλπιζε ὡς θνητός. — Φείδου ὡς ἀθάνατος. — Μὴ ἐπαίρου ἐπὶ δόξῃ. — Μυστήριον κρύπτε. — Εἶκε μεγάλοις. — Καιρὸν πρόσμενε. — Θνητὰ φρόνει. — Δωροδόκει χρησίμως. — Μὴ ἄρχου ἀδικεῖν. — Λύπην φυλάττου. — Ἐπὶ νεκρῷ μὴ γέλα. — Φίλοις χρῶ. — Συμβούλευε ἀναιτίως. — Εὔφραινε φίλους.

ΒΙΑΝΤΟΣ.

Εἰς κάτοπτρον ἐμβλέψας θεώρει, καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνῃ, ἄξια τούτου πρᾶττε, εἰ δὲ αἰσχρός, τὸ τῆς ὄψεως ἐλλιπὲς ὡραΐζε καλοκἀγαθίαις. — Περὶ θεοῦ μὴ λέγε κακῶς, ὅτι δ' ἔστιν ἄκουε. — Ἄκουε πολλά. — Λάλει ὀλίγα. — Νόει καὶ τότε πρᾶττε. — Ἀνάξιον ἄνδρα μὴ ἐπαινῇς διὰ πλοῦτον. — Πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος. — Κτῆσαι (*****) ἐν μὲν νεότητι εὐταξίαν, ἐν δὲ γήρᾳ σοφίαν.

ΠΙΤΤΑΚΟΥ.

Ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ πρόλεγε· ἀποτυχὼν γὰρ γελασθήσῃ. — Παρακαταθήκην ἀπόδος. — Ἀνέχου ὑπὸ

EORUNDEM SEPTEM SAPIENTUM SENTENTIÆ.

PERIANDRI.

Omnibus placeto. — Bona res quies. — Periculosa temeritas. — Semper voluptates sunt mortales, honores autem immortales. — Amicis adversa fortuna pressis idem esto. — Lucrum turpe res pessima. — Quidquid promiseris, facito. — Infortunium tuum cela, ne voluptate afficias inimicos. — Veritati adhære. — Age quæ justa sunt. — Contumeliam oderis. — Principibus cede. — Voluptatem cohibe. — Noli cum jurejurando affirmare. — Pietatem sectare. — Laudato honesta. — A vitiis abstine. — Gratiam refer. — Miserere supplicum. — Liberos institue. — Sapientum utere consuetudine. — Litem oderis. — Bonos honorato. — Audi quæ decora sunt. — Fuge dedecus. — Responde in tempore. — Fac non pœnitenda. — Ne cui invideas. — Oculis moderare. — Quod justum est imitare. — Homines beneficos honorá. — Spes fove. — Criminationem oderis. — Affabilis esto. — Quum erraris, mutato consilium. — Diutinam amicitiam custodi. — Omnibus responde. — Concordiam sectare. — Duces metue. — Ne loquaris ad voluptatem. — Ne tempori credas. — Cave te ipsum negligas. — Seniorem reverere. — Mortem oppete pro patria. — Ne quavis re doleas. — Ex ingenuis liberos procrea. — Spera ut mortalis. — Parce tanquam immortalis. — Ne efferaris gloria. — Arcanum cela. — Cede magnis. — Occasionem exspectato. — Mortalia cogita. — Largire cum utilitate. — Ne prior injuriam facias. — Tristitiam fuge. — Mortuum ne rideto. — Amicis utere. — Inculpatus consilii auctor esto. — Delecta amicos.

BIANTIS.

In speculo te ipsum contemplare, et si formosus apparebis, age quæ formam deceant : sin deformis, quod in facie minus est, id honestarum actionum splendore compensa. — De Deo ne male loquere, esse autem Deum dicenti mihi crede. — Audi multa. — Loquere pauca. — Prius intellige et deinde opus aggredere. — Virum indignum ne lauda propter divitias. — Persuasione cape, non vi. — Compara in adolescentia quidem modestiam, in senectute vero sapientiam.

PITTACI.

Quod facturus es, ne prædicas : nam spe frustratus rideberis. — Depositum redde. — Patere te ab aliis aliquantu-

---

(*) cod. ἀλήθειαν.
(**) cod. εὐσεβίας.
(***) cod. χρόνου.
(****) legebatur ἀποστρέφου quod mutavi.
(*****) Κτῆσαι scripsi pro codicis lectione στῆσαι.

τῶν πλησίον μικρὰ ἐλαττούμενος. — Τὸν φίλον κακῶς μὴ λέγε, μηδὲ τὸν ἐχθρὸν φίλον ἡγοῦ. — Γυναικὸς ἄρχε. — Ἅπερ αὐτὸς τοῖς γονεῦσι δράσεις, τὰ αὐτὰ προσδέχου παθεῖν καὶ αὐτός. — Ἀργὸς μὴ ἴσθι. — Φίλων κριτὴς μὴ γίνου. — Μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς. — Μὴ ἄρχε, πρὶν ἄρχεσθαι μάθῃς. — Ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα. — Ἡ γλῶττα μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ. — Μὴ ἐπιθύμει ἀδυνάτων. — Μὴ σπεῦδε λαλῶν. — Νόμοις πείθου. — Γνῶθι σαυτόν. — Μηδὲν ἄγαν. — Πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον. — Γονέας αἰδοῦ. — Φιλήκοος ἔσο. — Ἡδονῆς κράτει. — Ἔχθραν διάλυε. — Γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων· ἢν γὰρ ἐκ τῶν κρεισσόνων γήμῃς, δεσπότας καὶ οὐ συγγενεῖς κτήσῃ.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΥ.

Μὴ ὑπερήφανος γίνου ποτέ. — Τῆς οἰκίας ἐπιμελοῦ. — Τὰς βίβλους διέρχου. — Τὰ φίλτατα παίδευε. — Τὰ δίκαια κρῖνε. — Τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθὰ ποίει. — Κακολογίας ἀπέχου. — Τὴν ὑπόνοιαν ἄπεχε. — Τοὺς τεκόντας ὑπομονῇ νίκα. — Εὐποιΐας ἧς ἔτυχες μνημόνευε. — Τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσῃς. — Ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθύμει. — Μὴ ῥιψοκίνδυνος ἔσο. — Ἀγάπα τὰ τοῦ πλησίου σου καὶ τήρει ὡς τὰ σαυτοῦ. — Ὃ σὺ μισεῖς, ἑτέρῳ μὴ ποιήσῃς. — Μὴ ἀπείλει μηδενί· γυναικῶδες γάρ. — Θᾶττον ἐπὶ ταῖς ἀτυχίαις τῶν φίλων ἢ ταῖς εὐτυχίαις πορεύου. — Λίθος χρυσοῦ βάσανος, χρυσὸς δ' ἀνδρῶν. — Εὐχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον. — Ψευδὴς διαβολὴ (*) τὸν βίον λυμαίνεται. — Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς φρόνιμος καὶ σοφός.

ΧΙΛΩΝΟΣ.

Γνῶθι σαυτόν. — Μὴ φθόνει θνητά. — Ἐγκράτειαν ἄσκει. — Αἰσχρὰ φεῦγε. — Χρόνου φείδου. — Δικαίως κτῶ. — Πλήθει ἄρεσκε. — Σοφίᾳ χρῶ. — Ἤθη (**) δοκίμαζε. — Ὑφορῶ μηδέν. — Μίσει διαβολάς. — Μὴ ἦς ἐπαχθής.

ΣΟΛΩΝΟΣ.

Θεὸν σέβου. — Γονεῖς αἰδοῦ. — Φίλοις βοήθει. — Μηδενὶ φθόνει. — Ἀλήθειαν ἀνέχου. — Ὅρκῳ μὴ χρῶ. — Νόμοις πείθου. — Νόει τὸ δίκαιον. — Θυμοῦ κράτει. — Ἀρετὴν ἐπαίνει. — Κακοὺς μίσει.

ΘΑΛΟΥ.

Τὸν κρατοῦντα τίμα. — Δοκίμαζε φίλους. — Ὅμοιος σαυτῷ γίνου. — Ἐπαγγέλλου μηδενί. — Πολίταις μὴ θρασύνου. — Τὸ παρὸν εὖ ποίει. — Κακίας ἀπέχου. — Δόξαν δίωκε. — Ἐπιμελοῦ βίου. — Εἰρήνην ἀγάπα. — Ἐπαινοῦ παρὰ πᾶσι. — Ψίθυρον ἄνδρα ἔκβαλε τῆς (***) οἰκίας.

(Has sententias ex antiquo codice cum Theocrito et aliis scriptoribus Aldus Manutius anno 1495 edidit.)

lum superari. — Amico ne maledicas; inimicum ne putes amicum. — Uxori impera. — Quæ ipse feceris parentibus, eadem a liberis exspecta. — Deses ne esto. — Inter amicos ne sis judex. — Ne contende cum parentibus, etiamsi justa dicas. — Ne impera, priusquam parere didiceris. — Infortunatum ne irrideas. — Lingua ne mentem antevertat. — Cave concupiscas quæ fieri non possunt. — Ne festines loqui. — Legibus pare. — Nosce te ipsum. — Ne quid nimis. — Ante omnia venerare numen. — Parentes reverere. — Libenter audi. — Voluptatem coerce. — Inimicitiam dissolve. — Uxorem duc ex æqualibus : si enim e potentioribus duxeris, dominos, non affines tibi comparabis.

CLEOBULI.

Ne unquam superbias. — Domus curam gere. — Libros perlege. — Liberos tibi carissimos erudi. — Juste judicato. — Bonis benefacito. — A maledictione abstine. — Suspicionem amove. — Parentes patientia vince. — Beneficii accepti memento. — Inferiorem ne rejicias. — Aliena ne concupiscas. — Ne offeras te in discrimen. — Dilige res proximi easque ut tuas serva. — Quod tu odisti, alteri ne facias. — Ne cui mineris : est enim muliebre. — Citius ad infortunatos amicos quam ad fortunatos proficiscere. — Lapis auri index, aurum hominum. — Voto nihil pretiosius. — Falsa criminatio vitam corrumpit. — Mendacium omnis homo prudens et sapiens odit.

CHILONIS.

Nosce te ipsum. — Ne cui invideas mortalia. — Temperantiam exerce. — Turpia fuge. — Tempori parce. — Juste rem facias. — Multitudini place. — Sapientia utere. — Mores explora. — Ne quid suspiceris. — Oderis criminationes. — Ne sis molestus.

SOLONIS.

Deum cole. — Parentes reverere. — Amicis succurre. — Ne cui invideas. — Veritatem sustineto. — Ne jurato. — Legibus pare. — Cogita quod justum est. — Iræ moderare. — Virtutem laudato. — Malos odio persequere.

THALETIS.

Principem honora. — Amicos tenta. — Similis tui sis. — Ne cui quidquam promittito. — Civium favore ne superbias. — Præsentia boni consule. — A vitiis abstine. — Gloriam quære. — Vitæ curam age. — Pacem dilige. — Laude apud omnes afficiaris. — Susurronem ex ædibus ejice.

(*) Cod. καταβολή. Cf. Stob. Flor. XII, 16, ubi eadem sententia Menandro tribuitur.

(**) Ἤθη conjecit Orellius; cod. ἤθει.

(***) Cod. σῆς, quod mutavi in τῆς. Conf. Boissonadii Anecd. I, p. 135 et Stob. Flor. IV p. 296 ed. Meinek

ΣΩΣΙΑΔΟΥ
ΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΥΠΟΘΗΚΑΙ.

Ἕπου θεῷ. — Νόμῳ πείθου. — Θεοὺς σέβου. — Γονεῖς αἰδοῦ. — Ἡττῶ ὑπὲρ δικαίου. — Γνῶθι μαθών. — Ἀκούσας νόει. — Σαυτὸν ἴσθι. — Γαμεῖν μέλλων καιρὸν γνῶθι. — Φρόνει θνητά. — Ξένος ὢν ἴσθι. — Ἑστίαν τίμα. — Ἄρχε σαυτοῦ. — Φίλοις βοήθει. — Θυμοῦ κράτει. — Φρόνησιν ἄσκει. — Πρόνοιαν τίμα. — Ὅρκῳ μὴ χρῶ. — Φιλίαν ἀγάπα. — Παιδείας ἀντέχου. — Δόξαν δίωκε. — Σοφίαν ζήλου. — Καλὸν εὖ λέγε. — Ψέγε μηδένα. — Ἐπαίνει ἀρετήν. — Πρᾶττε δίκαια. — Φίλοις εὐνόει. — Ἐχθροὺς ἀμύνου. — Εὐγένειαν ἄσκει. — Κακίας ἀπέχου. — Κοινὸς γίνου. — Ἴδια φύλασσε. — Ἀλλοτρίων ἀπέχου. — Εὔφημος ἴσθι. — Ἄκουε πάντα. — Φίλῳ χαρίζου. — Μηδὲν ἄγαν. — Χρόνου φείδου. — Ὅρα τὸ μέλλον. — Ὕβριν μίσει. — Ἱκέτας αἰδοῦ. — Πᾶσιν ἅρμοζε (*). — Υἱοὺς παίδευε. — Ἔχων χαρίζου. — Δόλον φοβοῦ. — Εὐλόγει πάντας. — Φιλόσοφος γίνου. — Ὅσια κρῖνε. — Γνοὺς πρᾶττε. — Φόνου ἀπέχου. — Εὔχου δυνατά. — Σοφοῖς χρῶ. — Ἦθος δοκίμαζε. — Λαβὼν ἀπόδος. — Ὑφορῶ μηδένα. — Τέχνῃ χρῶ. — Ὃ μέλλεις, δός. — Εὐεργεσίας τίμα. — Φθόνει μηδενί. — Φυλακῇ πρόσεχε. — Ἐλπίδα αἴνει. — Διαβολὴν μίσει. — Δικαίως κτῶ. — Ἀγαθοὺς τίμα. — Κριτὴν γνῶθι. — Γάμους κράτει. — Τύχην νόμιζε. — Ἐγγύην φεῦγε. — Πᾶσι διαλέγου. — Ὁμοίοις χρῶ. — Δαπανῶν ἄρχου. — Κτώμενος ἥδου. — Αἰσχύνην σέβου. — Χάριν ἐκτέλει. — Εὐτυχίαν εὔχου. — Τύχην στέργε. — Ἀκούων ὅρα. — Ἐργάζου κτητά. — Ἔριν μίσει. — Ὄνειδος ἔχθαιρε. — Γλῶσσαν ἴσχε. — Ὕβριν ἀμύνου. — Κρῖνε δίκαια. — Χρῶ χρήμασιν. — Ἀδωροδόκητος δοκίμαζε. — Αἰτιῶ παρόντα. — Λέγε εἰδώς. — Βίας μὴ ἔχου. — Ἀλύπως βίου. — Ὁμίλει πράως. — Πέρας ἐπιτέλει μὴ ἀποδειλιῶν. — Φιλοφρόνει πᾶσιν. — Υἱοῖς μὴ καταρῶ. — Γλώττης ἄρχε. — Σαυτὸν εὖ ποίει. — Εὐπροσήγορος γίνου. — Ἀποκρίνου ἐν καιρῷ. — Πόνει μετὰ δικαίου. — Πρᾶττε ἀμετανοήτως. — Ἁμαρτάνων μετανόει. — Ὀφθαλμοῦ κράτει. — Βουλεύου χρόνῳ. — Ἐπιτέλει συντόμως. — Φιλίαν φύλασσε. — Εὐγνώμων γίνου. — Ὁμόνοιαν δίωκε. — Ἄῤῥητον μὴ λέγε. — Τὸ κρατοῦν φοβοῦ. — Τὸ συμφέρον θηρῶ. — Καιρὸν προσδέχου. — Ἔχθρας διάλυε. — Γῆρας προσδέχου. — Ἐπὶ ῥώμῃ μὴ καυχῶ. — Εὐφημίαν ἄσκει. — Ἀπέχθειαν φεῦγε. — Πλούτει δικαίως. — Δόξαν μὴ λεῖπε. — Κακίαν μίσει. — Μανθάνων μὴ κάμνε. — Κινδύνευε φρονίμως. — Ἡδόμενος μὴ λεῖπε. — Χρησμοὺς θαύμαζε. — Οὓς

SOSIADÆ
SEPTEM SAPIENTUM PRÆCEPTA.

Deum sequere. — Legibus obtempera. — Deos cole. — Parentes reverere. — Pro jure pugnans etiam succumbe. — Cognitam rem judica. — Audita intellige. — Nosce te ipsum. — Uxorem ducturus temporis opportunitatem specta. — Mortalia cogites. — Hospitem te esse scito. — Focum sacrosanctum habe. — Rege te ipsum. — Succurre amicis. — Iræ moderare. — Intelligentiam exerce. — Prudentiam cole. — Jurejurando abstine. — Amicitiam dilige. — Ad doctrinæ studia incumbe. — Gloriam quære. — Sapientiæ operam da. — De bono bene loquere. — Neminem vitupera. — Lauda virtutem. — Age quæ justa sunt. — Amicis benevolus esto. — Inimicos ulciscere. — Ingenuitatem exerce. — A vitiis abstine. — Communis esto. — Propria custodi. — Alienis abstine. — Fave linguâ. — Audi omnia. — Amico gratificare. — Ne quid nimis. — Parce tempori. — Prospice futurum. — Contumeliam oderis. — Supplices reverere. — Omnibus commodus esto. — Filios erudi. — Si quid habes, aliis gratificare. — Dolum metue. — Lauda omnes. — Sapientiæ studiosus esto. — Ex æquo et bono judica. — Rem cognitam aggredere. — A cæde abstine. — Opta quæ fieri possunt. — Sapientum utere consuetudine. — Mores explora. — Accepta redde. — Ne quem suspecta. — Arte utaris. — Quod daturus es, dato. — Beneficia honorato. — Nemini invideas. — Ad cautionem animum intende. — Spem approbato. — Criminationem oderis. — Juste rem facias. — Bonos honora.—Judicem nosce.— Uxori impera. — Fortunam esse crede. — Sponsionem fuge. — Cum omnibus loquere. — Tui similibus hominibus familiariter utere. — Sumtus fac omnium primus. — Acquisitis gaude. — Verecundiam cole. — Gratiam refer. — Secundam fortunam opta. — Sorte tua contentus esto. — Et audi et vide. — Opere faciendo divitias para. — Contentionem oderis. — Opprobrium detestare. — Linguam contine. — Injuriam repelle. — Juste judicato. — Utere pecunia. — Incorruptus sis rerum inquisitor. — Præsentem accusa. — Dic quæ nosti. — Ne vim adhibeas. — Jucunde vivas. — Placide cum aliis conversare. — Finem cœptis intrepidus impone. — Comis erga omnes esto. — Ne exsecrare filios tuos. — Linguam cohibe. — Benefacito tibi ipsi. — Affabilis esto. — Responde in tempore.— Juste opus nava.— Fac non pœnitenda. — Peccans resipisce. — Oculis moderare. — Delibera lente. — Perfice e vestigio. — Amicitiam serva. — Sis æquus rerum æstimator. — Expete concordiam. — Arcanum ne dic. — Magistratum metue. — Venare id quod utile est. — Occasionem exspecta. — Inimicitias dissolve. — Senectutem exspecta. — De viribus ne glorieris. — Dic bona verba. — Simultatem fuge. — Juste ditescas. — Gloriam quærere ne desistas. — Improbitatem oderis. — Discendo ne defatigeris. — Periclitare prudenter. — Lætari ne cessa. — Oracula admirare. — Quos alis, dilige. —

(*) Pro πείνων vel πεινῶν vel πένης ὢν ἅρμοζε, quod in membranis est, scripsi πᾶσιν ἅρμοζε.

τρέφεις, ἀγάπα. — Ἀπόντι μὴ μάχου. — Πρεσβύτερον αἰδοῦ. — Νεώτερον δίδασκε. — Πλούτῳ ἀπίστει. — Σαυτὸν αἰδοῦ. — Μὴ ἄρχε ὑβρίζειν. — Προγόνους στεφάνου. — Θνῆσκε ὑπὲρ πατρίδος. — Τῷ βίῳ μὴ μάχου. — Ἐπὶ νεκρῷ μὴ γέλα. — Ἀτυχοῦντι συνάχθου. — Χαρίζου ἀβλαβῶς. — Μὴ ἐπὶ παντὶ λυποῦ. — Ἐξ εὐγενῶν γέννα. — Ἐπαγγέλλου μηδενί. — Φθιμένους μὴ ἀδίκει. — Εὖ πάσχε ὡς θνητός. — Τύχῃ μὴ πίστευε. — Παῖς ὢν κόσμιος ἴσθι, ἡβῶν ἐγκρατής, μέσος δίκαιος, πρεσβύτερος εὔλογος. — Τελεύτα ἀλύπως. — Πλήθει ἄρεσκε. — Μὴ λάλει πρὸς ἡδονήν. — Ὁμολογίαις ἔμμενε. — Θυσίας πρόσφερε κατὰ δύναμιν. — Σαυτῷ μὴ μάχου. — Μὴ ἐπὶ παντὶ λυποῦ. — Τῷ βίῳ μὴ ἄχθου. — Μὴ φιλαίτιος ἴσθι. — Ἐπαγγέλλου μηδενὶ τὸ παράπαν. — Χρόνου φείδου. — Ἐνδαπανώμενος καὶ ἐφ' ἃ μὴ δεῖ, ὀλίγος ἔσῃ ἐφ' ἃ δεῖ.

(Stobæus Florileg. III, 80.

Absentem ne impugna. — Majorem natu reverere. — Minorem doce. — Divitiis diffide. — Reverere te ipsum. — Ne prior injuriosus sis. — Majores honora. — Oppete pro patria mortem. — Noli vitam in discrimen offerre. — Mortuum ne irrideto. — Infortunati vicem dole. — Gratificare citra jacturam. — Ne quavis re doleas. — Ex ingenuis liberos procrea. — Ne cui quidquam promittas. — Mortuos ne lædas. — Fruere bonis ut mortalis. — Fortunæ ne fide. — Puer modestus sis, adolescens temperans, vir justus, senex prudens. — Morere sine animi ægritudine. — Multitudini placeto. — Ne loquaris ad voluptatem. — In pactis mane. — Sacrificia pro viribus fac. — Noli tecum ipse pugnare. — Ne quavis re doleas. — Ne tibi molesta sit vita. — Ne sis querulus. — Prorsus nemini quidquam promittas. — Tempori parce. — Sumtus faciens in res etiam minime necessarias parum valebis ad res necessarias comparandas.

ΑΛΛΑ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ

ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ ΣΥΝΕΙΛΕΓΜΕΝΑ.

α'. ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΥ.

1. Ἀμουσί' ἐν βροτοῖσι τὸ πλέον μέρος
λόγων τε πλῆθος· ἂν δ' ὁ καιρὸς ἀρκέσῃ,
φρόνει τι κεδνόν· μὴ μάταιος ἡ χάρις
γινέσθω.

(Diogenes Laertius lib. I, 91.)

2. Ἔφη δὲ δεῖν συνοικίζειν τὰς θυγατέρας, παρθένους μὲν τὴν ἡλικίαν, τὸ δὲ φρονεῖν γυναῖκας· ὑποδεικνὺς ὅτι δεῖ παιδεύειν καὶ τὰς παρθένους.

(Diogenes Laertius lib. I, 91; cf. Stob. Flor. LXX, 16.)

3. Ἔλεγε δὲ τὸν φίλον δεῖν εὐεργετεῖν, ὅπως ᾖ μᾶλλον φίλος· τὸν δὲ ἐχθρὸν φίλον ποιεῖν· φυλάσσεσθαι γὰρ τῶν μὲν φίλων τὸν ψόγον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν.

(Diogenes Laertius lib. I, 91.)

4. Ὅταν τις ἐξίῃ τῆς οἰκίας, ζητείτω πρότερον, τί μέλλει πράσσειν· καὶ ὅταν εἰσέλθῃ, πάλιν, τί ἔπραξε.

(Diogenes Laertius lib. I, 92.)

5. Τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως πειρῶ φέρειν, καὶ μήτε εὐτυχῶν ὑπερήφανος ἔσο, μήτε ἀπορῶν ταπεινός· ἀλλὰ γίνου μέτριος ἐφ' ἑκατέρας τῆς τύχης.

(Stobæus Florileg. CVIII, 75 addito Theobuli nomine ut XLVIII, 23.)

6. Τοῖς σοφοῖς τὸ μέτριον ὁ νόμος δέδωκε.

7. Φεῦγε μὲν τὸν φθόνον τῶν πολλῶν, φυλάσσου δὲ τὰς ἐπιβουλὰς τῶν μισούντων.

(Stob. Flor. XLVIII, 23.)

8. Δοκεῖ μάλιστ' ἂν ἔνδοξος γενέσθαι καὶ βασιλεὺς καὶ τύραννος, εἰ μηδενὶ πιστεύοι τῶν συνόντων.

(Plutarchus VII sapient. Conviv. cap. 7 pag. 17.)

9. Ὥσπερ οὐκ ἂν ἐβούλου ἐν νηὶ μακρᾷ καὶ πολυχρύσῳ πλέων βαπτίζεσθαι, οὕτω μηδὲ ἐν οἰκίᾳ αἱροῦ ὑπερμεγέθει καὶ πολυτελεῖ καθήμενος χειμάζεσθαι.

(Anthol. Patav.)

10. Εἷς ὁ πατήρ, παῖδες δὲ δυώδεκα· τῶν δέ θ' ἑκάστῳ
κοῦραι ἑξήκοντα, διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι.
Αἳ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι·
ἀθάναται δέ τ' ἐοῦσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 8, 37 pag. 87 ed. Gaisf. Conf. Anthol. Pal. XIV. 101 et Diog. Laert. lib. I, 91.)

β'. ΣΟΛΩΝΟΣ.

1. Τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου.

(Herodot. lib. I cap. 32.)

2. Οὗρος τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ἔτεα ἑβδομήκοντα.

(Idem l. c.)

3. Πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή.

(Idem l. c.)

4. Οὐ γάρ τοι ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ' ἡμέ-

---

1. CLEOBULI.

1. Imperitia in hominibus majori ex parte dominatur verborumque multitudo. Quodsi oblata fuerit occasio, ad aliquid honesti animum intendito; ne irrita et inanis sit gratia.

2. Cleobulus ait filias viris nuptum locandas esse ætate quidem virgines, intelligentia vero mulieres, docens virgines quoque institui oportere.

3. Dicebat porro beneficiis afficiendum esse amicum, ut amicior foret, et ex inimico faciendum amicum : esse enim et ab amicorum vituperatione et ab inimicorum insidiis cavendum.

4. Antequam domo quis exeat, quid acturus sit cogitet : rursus quum redux intrarit, quid egerit.

5. Fortunæ mutationes fortiter sustinere tenta, ita ut neque prosperis rebus superbias, neque adversis ad paupertatem redactus animum despondeas, sed in utraque fortuna moderatus sis.

6. Leges sapientibus modum imponunt.

7. Declina invidiam vulgi et insidias odio te persequentium cave.

8. Videtur ita maxime gloriam consecuturus sive rex sive tyrannus, si familiarium nemini fidat.

9. Quemadmodum in navi magna et aurata vectus mergi nolles, sic caveto ne in domo ampla ac splendida sedens fortunæ fluctibus jacteris.

10. Unus est pater, duodecim autem filii, quorum singulis sexaginta filiæ sunt, duplicem formam habentes. Quippe aliæ albo colore sunt, aliæ nigro : quamvis vero immortales sint, omnes tamen moriuntur.

2. SOLONIS.

1. Exitium vitæ diuturnæ specta.

2. Terminus humanæ vitæ anni septuaginta.

3. Mera calamitas homo est.

4. Neque enim beatior est magnis opibus præditus eo,

ρην ἔχοντος ὀλβιώτερός ἐστι, εἰ μή οἱ τύχη ἐπίσποιτο πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον.

(Idem ibid.)

5. Σκοπέειν χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτήν, κῆ ἀποβήσεται.

(Idem ibid.)

6. Πολλοῖσι καὶ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς προῤῥίζους ἀνέτρεψε.

(Idem ibid.)

7. Ὁ μὲν λόγος εἴδωλον τῶν ἔργων, βασιλεὺς δὲ ἰσχυρότατος τῇ δυνάμει.

(Diogenes Laert. lib. I, 58.)

8. Τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ.

9. Ὁ μὲν κόρος ὑπὸ τοῦ πλούτου γεννᾶται, ὕβρις δὲ ὑπὸ τοῦ κόρου.

(Diogenes Laertius lib. I, 59.)

10. Ἐκείνη ἡ πόλις ἄριστα οἰκεῖται, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας συμβαίνει τιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἐναντίον, ἐν ᾗ τοὺς κακοὺς ἀμύνεσθαι.

(Stobæus Flor. XLIII, 76.)

11. Καλὸν μέν ἐστιν ἡ τυραννὶς χωρίον, οὐκ ἔχει δὲ ἀπόβασιν.

(Plutarchus Vit. Solon. cap. 14 p. 214.)

12. Ἔργμασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἀδεῖν χαλεπόν.

(Plutarchus Vit. Solon. cap. 25 p. 231.)

13. Οἱ νόμοι τοῖς ἀραχνίοις ὅμοιοι· καὶ γὰρ ἐκεῖνα, ἐὰν μὲν ἐμπέσῃ τι κοῦφον καὶ ἀσθενές, στέγει, ἐὰν δὲ μεῖζον, διακόψαν οἴχεται.

(Diogenes Laertius lib. I, 58.)

14. Τὸ θεῖον καὶ οἱ νομοθέται οὐ καθ' ἑαυτὰ δύνανται ὀνῆσαι τὰς πόλεις· οἱ δὲ ἀεὶ τὸ πλῆθος ἄγοντες, ὅπως ἂν γνώμης ἔχωσιν· οὕτω δὲ καὶ τὸ θεῖον καὶ οἱ νόμοι εὖ μὲν ἀγόντων εἰσὶν ὠφέλιμοι, κακῶς δὲ ἀγόντων οὐδὲν ὠφελοῦσιν.

(Diogenes Laertius lib. I, 64.)

15. Οἱ παρὰ τοῖς τυράννοις δυνάμενοι παραπλήσιοί εἰσι ταῖς ψήφοις ταῖς ἐπὶ τῶν λογισμῶν· καὶ γὰρ ἐκείνων ἑκάστη ποτὲ μὲν πλείω σημαίνει, ποτὲ δὲ ἥττω· καὶ τούτων οἱ τύραννοι ποτὲ μὲν ἕκαστον μέγαν ἄγουσι καὶ λαμπρόν, ποτὲ δὲ ἄτιμον.

(Diogenes Laertius lib. I, 59.)

16. Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον ὅρα,
μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων κραδίῃ, φαιδρῷ προσεννέπῃ προσώπῳ,
γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγώνῃ.

(Diogenes Laertius lib. I, 61.)

17. Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

(Plato in Amatoribus p. 133 C; Plutarchus Vit. Solon. cap. 31; Schol. Soph. Ant. 711 et alii multi.)

18. Τοσούτῳ διαφέρει ἡ φρόνησις τῶν ἀρετῶν, ὅσῳ ὅρασις τῶν ἄλλων αἰσθήσεων.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ σοφίας.)

19. Ὁ πολλοῖς φοβερὸς ὢν πολλοὺς φοβείσθω.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ βασιλέως.)

20. Ὅσον ἐν πολέμῳ δύναται σίδηρος, τοσοῦτον ἐν πολιτείᾳ λόγος εὖ ἔχων ἰσχύει.

(Stob. Flor. LXXXI, 12.)

21. Τὸ γῆρας ὅρμος ἐστὶ τῶν κακῶν, εἰς αὐτὸ γοῦν πάντα καταφεύγει.

---

qui victum quotidianum habet, nisi eidem fortuna comes ita contigerit, ut in bonorum omnium copia vitam finiat.

5. Considerandum est, qualis cujusque rei exitus futurus sit.

6. Multos jam deus quibus felicitatem ostenderat funditus evertit.

7. Sermo simulacrum quidem factorum est, sed tamen rex viribus præstantissimus.

8. Æqualitas bellum non facit.

9. Satietas ex divitiis nascitur, ex satietate autem contumelia.

10. Illa civitas optime administratur, in qua ut bonis viris honor contingit, sic contra improbis pœna irrogatur.

11. Tyrannis pulcher quidem locus est, sed exitum non habet.

12. In magnis rebus placere omnibus difficile est.

13. Leges similes sunt aranearum telis, quæ leve et imbecillum quod incidit involvunt et contegunt, si quid vero majus illabitur, fit ut ruptis telis evadat.

14. Numen divinum et legumlatores juvare per se civitates non possunt, sed qui multitudinem ad quamcunque volunt sententiam deducunt : sic deus quoque et leges juvant, si ductores boni sunt, sin mali, nihil prosunt.

15. Qui apud tyrannos auctoritate valent similes sunt rationum calculis. Ut enim horum quilibet nunc plus significat, nunc minus : ita tyranni quemvis illorum modo magnum reddunt et splendidum, modo abjectum et contemtum esse volunt.

16. Cavens ab unoquoque homine vide, ne quis occultum telum habens in animo, hilari te compellet vultu linguaque ambiguam sententiam nigræ mentis pronuntiet.

17. Senesco multa semper addiscens.

18. Quantum visus reliquis sensibus, tantum prudentia cæteris virtutibus præstat.

19. Qui multis terribilis est, multos metuat.

20. Quantum ferrum potest in bello, tantum bona valet oratio in civitate.

21. Senectus malorum portus est, in quem cuncta confugiunt.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ γερόντων.)

22. Ἐκ χρυσοῦ ποτηρίου πίνειν φάρμακον καὶ παρὰ φίλου εὐγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν ταυτόν ἐστιν.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ φίλων καὶ φιλίας.)

23. Ὁ κατὰ θεὸν φίλος ῥέει μέλι καὶ γάλα τοῖς ἀληθέσι λόγοις.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ φίλων καὶ φιλίας.)

24. Εἰς ἀρχὴν κατασταθεὶς μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις· ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ, σοὶ τὰς αἰτίας τῷ ἄρχοντι ἐπιθήσουσι.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. Cf. Isocrat. Orat. ad Demonic. p. 10 ed. Steph.)

25. Γαμβροῦ ὁ μὲν ἐπιτυχὼν εὗρεν υἱόν, ὁ δὲ ἀποτυχὼν ἀπώλεσε καὶ θυγατέρα.

(Anton. et Maxim. Serm. περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας.)

26. Υἱῷ καὶ θυγατρὶ μὴ προσμειδιάσεις, ἵνα μὴ ὕστερον δακρύσῃς.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ γονέων χρηστῶν.)

27. Σπάνιον εἴσαγε τὸν πόδα πρὸς τὸν φίλον, ἵνα μὴ σοῦ πλησθεὶς μισήσῃ σε.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ φίλων καὶ φιλίας (*).)

28. Μηδέποτε ὀρεχθῇς κτήσασθαι φίλον τὸν μήτε ψυχὴν μήτε σῶμα εὖ ποιῆσαι δυνάμενον.

(*) Scripsi τὸν πόδα vulg. pro σὸν πόδα.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ φίλων καὶ φιλίας.)

29. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Κροίσου, τίς σοι δοκεῖ εὐδαίμων; Τέλλος, ἔφη, Ἀθηναῖος καὶ Κλέοβις καὶ Βίτων, καὶ τὰ θρυλλούμενα.

(Diogenes Laertius lib. I, 50.)

30. Φασὶ δέ τινες, ὅτι κοσμήσας ἑαυτὸν ὁ Κροῖσος παντοδαπῶς καὶ καθίσας εἰς τὸν θρόνον ἤρετο αὐτόν, εἴ τι θέαμα κάλλιον τεθέαται· ὁ δέ, ἀλεκτρυόνας, εἶπε, φασιανοὺς καὶ ταώς· φυσικῷ γὰρ ἄνθει κεκόσμηνται καὶ μυρίῳ καλλίονι.

(Diogenes Laertius lib. I, 51.)

31. Ἐρωτηθείς, διὰ τί κατὰ πατροκτόνου νόμον οὐκ ἔθηκε, διὰ τὸ ἀπελπίσαι, ἔφη.

(Diogenes Laertius lib. I, 59.)

32. (Ἐρωτηθεὶς) πῶς ἂν ἥκιστα ἀδικοῖεν οἱ ἄνθρωποι, εἰ ὁμοίως, ἔφη, ἄχθοιντο τοῖς ἀδικουμένοις οἱ μὴ ἀδικούμενοι.

(Diogenes Laertius lib. I, 51.)

33. Δακρύων τὸν παῖδα τελευτήσαντα, πρὸς τὸν εἰπόντα· ἀλλ' οὐδὲν ἀνύτεις, εἶπε, δι' αὐτὸ τοῦτο δακρύω, ὅτι οὐδὲν ἀνύτω.

(Diogenes Laertius lib. I, 63.)

34. Ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν ἄριστα αἱ πόλεις οἰκοῖντο, εἶπεν, ἐὰν μὲν οἱ πολῖται τοῖς ἄρχουσι πείθωνται, οἱ δὲ ἄρχοντες τοῖς νόμοις.

(Plutarchus Conviv. VII Sapient.)

35. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Περιάνδρου παρὰ πότον, ἐπεὶ σιωπῶν ἐτύγχανε, πότερα διὰ λόγων σπάνιν ἢ διὰ μωρίαν σιωπᾷ, « ἀλλ' οὐδεὶς ἂν » εἶπε « μωρὸς ἐν συμποσίῳ σιωπᾶν δύναιτο. »

(Stobæus Flor. XXXIV. 15.)

---

22. Accipere consilium a benevolo amico datum idem est ac si salutare remedium ex aureo poculo bibas.

23. Amicus divinitus nobis adjunctus mel et lac veris sermonibus effundit.

24. Magistratum adeptus noli in negotiis obeundis ullius improbi ministerio uti; nam quidquid ille deliquerit, id tibi rerum moderatori imputabitur.

25. Generum nactus bonum repperit filium, malum autem nactus perdidit et filiam.

26. Liberis arridere noli, ne in posterum fleas.

27. Raro amici ædes ingredere, ne fastidio quodam et satietate abs te abalienetur.

28. Ne cupias tibi unquam comparare amicum, qui neque animum tuum neque corpus juvare possit.

29. Interrogatus a Crœso, Quis tibi videtur beatus? Tellus, inquit, Atheniensis et Cleobis et Bito, et cetera adjecit quæ vulgo narrantur.

30. Ajunt quidam, Crœsum, quum se omni decore exornasset atque in solio consedisset, interrogasse Solonem, num pulchrius unquam spectaculum vidisset, illumque dixisse: Gallos gallinaceos, phasianos et pavones, qui naturali multoque majore nitore essent ornati.

31. Interrogatus cur nullam tulisset legem in eum qui parentem necasset, respondit, quia hoc scelus ab hominibus admitti non posse crederet.

32. Interrogatus quo pacto homines minime jus violarent: Si læsi, inquit, non minus ægre injurias quam non læsi ferunt.

33. Quum quidam diceret, illo filii mortem lacrimis prosequente, At nihil proficis: At propter hoc ipsum, inquit ille, lacrimo, quod nihil proficio.

34. Interrogatus, quomodo reipublicæ status optimus esse posset: Si, inquit, cives magistratibus obediant et magistratus legibus.

35. Solon inter bibendum tacitus interroganti Periandro, taceretne idcirco quia verba ipsi deessent, an quia prodere nollet stultitiam: Atqui nemo, inquit, stultus tacere in convivio potest.

36. Παρὰ πότον τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ μέλος τι Σαπφοῦς ᾄσαντος, ἥσθη τῷ μέλει καὶ προσέταξε τῷ μειρακίῳ διδάξαι αὐτόν· ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ ποίαν αἰτίαν τοῦτο ἐσπούδακεν, ὁ δὲ ἔφη· ἵνα μαθὼν αὐτὸ ἀποθάνω.

(Stobæus Flor. XXIX, 58.)

37. Ἐρωτηθείς, εἰ τοὺς ἀρίστους Ἀθηναίοις νόμους ἔγραψεν, ὧν ἄν, ἔφη, προσεδέξαντο τοὺς ἀρίστους.

(Plutarchus Vit. Solon. p. 86.)

38. Τῆς Πεισιστράτου δημαγωγίας, ὅτι τυραννίδος ἦν μηχάνημα, φανερᾶς γενομένης, μηδενὸς ἀμύνεσθαι μηδὲ κωλύειν τολμῶντος, ὁ Σόλων ἐξενεγκάμενος τὰ ὅπλα καὶ πρὸ τῆς οἰκίας θέμενος, ἠξίου βοηθεῖν τοὺς πολίτας· πέμψαντος δὲ Πεισιστράτου πρὸς αὐτὸν καὶ πυνθανομένου, τίνι πεποιθὼς ταῦτα πράττει· τῷ γήρᾳ, εἶπεν.

(Plutarchus lib. An seni gerenda sit respublica cap. 21.)

39. Προσπτύσαντος αὐτῷ τινος, ἠνέσχετο, μεμψαμένου δὲ αὐτῷ ἑτέρου ἐπὶ τούτῳ, εἶτα οἱ μὲν ἁλιεῖς, εἶπεν, ὑπομένουσι ῥαίνεσθαι τῇ θαλάσσῃ, ἵνα κωβιὸν θηράσωσιν· ἐγὼ δ' οὐκ ἀνάσχωμαι τὸ αὐτὸ παθεῖν, ἵνα ἄνθρωπον ἁλιεύσω;

(Anton. Meliss. Serm. περὶ φίλων καὶ φιλίας.)

ΝΟΜΟΙ ΤΙΝΕΣ.

40. Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω· ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς ὁμοίως.

(Diogenes Laertius lib. I, 55.)

41. Υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι.

(Plutarchus Vit. Solon. cap. 22 p. 226.)

42. Ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι.

(Diogenes Laertius lib. I, 55.)

43. Ὁ ἡταιρηκὼς τοῦ βήματος εἰργέσθω.

(Diogenes Laertius lib. I, 55.)

44. Ὁ ἐπίτροπος τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικείτω.

(Diogenes Laertius lib. I, 56.)

45. Εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων, μὴ ἐπιτροπευέτω.

(Diogenes Laertius lib. I, 56.)

46. Δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξέστω σφραγῖδα φυλάττειν τὴν τοῦ πραθέντος δακτυλίου.

(Diogenes Laertius lib. I, 57.)

47. Ἐὰν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντος ἐκκόψῃ τις, ἀντεκκόπτειν τοὺς δύο.

(Diogenes Laertius lib. I, 57.)

48. Ἃ μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλῃ· εἰ δὲ μή, θάνατος ἡ ζημία.

(Diogenes Laertius lib. I, 57.)

49. Τῷ ἄρχοντι, ἂν μεθύων ληφθῇ, θάνατος ἡ ζημία ἔστω.

(Diogenes Laertius lib. I, 57.)

50. Ὁ ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμενος ἄτιμος ἔστω.

(Plutarchus Vit. Solon. cap. 20 p. 223.)

51. Μοιχὸν ἀνελεῖν τῷ λαβόντι θέμις ἔστω· ἐὰν δ' ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάσηται, ζημία ἔστω ἑκατὸν δραχμαί· κἂν προαγωγεύῃ, δραχμαὶ εἴκοσι.

---

36. Quum cecinisset inter bibendum fratris filius carmen Sapphicum, valde eo delectatus postulavit ab adolescente, ut illud se doceret. Quum autem quidam interrogaret, quam ob causam id desideraret, ut prius, inquit ille, ediscam, deinde moriar.

37. Interrogatus, num optimas Atheniensibus leges scripsisset, Optimas, inquit, quas accipere poterant.

38. Quum appareret Pisistrati popularitatem tyrannidis esse affectationem, nemine nec resistere nec impedire audente, Solon armis suis elatis et ante domum collocatis auxilium a civibus petiit. Quumque Pisistratus misso nuntio ab eo quæreret, qua re fretus ista faceret : ille, Senectute, inquit.

39. Quum consputatus a quodam æquo animo ferret contumeliam, atque eo nomine ab alio quodam reprehenderetur, Piscatores, inquit, patiuntur se conspergi aqua marina, ut gobium capiant, cur hoc idem ego non feram, ut hominem mihi conciliem?

LEGES QUÆDAM.

40. Qui parentes non alit, infamis esto, similiter et qui patrimonium conviviis dissipaverit.

41. Filium ad patrem alendum qui nullam ipsum artem docuerit, nulla necessitate cogi.

42. Deses omnibus accusare volentibus rationi reddendæ obnoxius esto.

43. Muliebria passus a suggestu arcetor.

44. Tutor cum pupillorum matre ne habitato.

45. Ad quem facultates pupillorum morte perveniunt, is tutor ne esto.

46. Annulario ne liceat venditi annuli signum servare.

47. Qui lusci unum oculum effoderit, ei eruantur ambo

48. Quæ non posuisti, ne tollas; si quis secus faxit, capitali pœna afficitor.

49. Princeps si ebrius fuerit deprehensus, morte multator.

50. Qui in seditione neutri parti se adjunxerit, ignominiâ notator.

51. Mœchum interficere deprehendenti liceat; quodsi quis liberam mulierem rapuerit et violaverit, centum denariorum multa esto; sin prostituerit, viginti.

(Plutarchus Vit. Solon. cap. 23 p. 227.)

52. Παντὶ λαβεῖν δίκην ὑπὲρ τοῦ κακῶς πεπονθότος ἐξέστω.

(Plutarchus Vit. Solon. cap. 18 p. 221.)

53. Τὸν τεθνηκότα μηδεὶς κακῶς ἀγορευέτω.

(Plutarchus Vit. Solon. cap. 21 p. 224.)

54. Ζῶντα κακῶς λέγων πρὸς ἱεροῖς καὶ δικαστηρίοις καὶ ἀρχείοις καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλας εἰς τὸ δημόσιον ἀποτινέτω.

(Plutarchus Vit. Solon. cap. 21 p. 224.)

55. Ἐπὶ τοῖς σώμασι δανείζειν μὴ ἐξέστω.

(Plutarchus Vit. Solon. cap. 15 p. 216.)

56. Δῶρον λαβεῖν ἀνδρὶ παρὰ γυναικὸς καὶ γυναικὶ παρ' ἀνδρὸς μὴ ἐξέστω.

(Plutarchus Quæst. Rom. cap. 7 p. 315; cf. Vit. Solon. cap. 20 p. 223.)

57. Ἐρομένου τινὸς αὐτόν, τί νομίζεις τὸ γῆρας; ἀπεκρίνατο· τοῦ ζῆν χειμῶνα.

(Stobæus Flor. CXVII, 6.)

58. Μήτε ἀρχέτω ὁ σφόδρα νέος, μήτε συμβουλευέτω, εἰ καὶ ἄριστα δοκοίη γνώμης ἔχειν.

(Anthol. Patav.)

59. Ὀνειδιζόμενός ποτε, ὅτι δίκην ἔχων ἐμισθώσατο ῥήτορα· καὶ γάρ, ἔφη, ὅταν δεῖπνον ἔχω, μάγειρον μισθοῦμαι.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ παιδείας.)

60. Δοκεῖ μάλιστ' ἂν ἔνδοξος γενέσθαι καὶ βασιλεὺς καὶ τύραννος, εἰ δημοκρατίαν ἐκ μοναρχίας κατασκευάσειε τοῖς πολίταις.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ παιδείας.)

61. Δόσεις κύριαι τῶν τελευτώντων.

(Plutarchus Quæst. Rom. cap. 7 p. 315.)

62. Ὁ τῶν περισσῶν ζῆλος εὐθὺς ἀκολουθεῖ καὶ συνοικίζεται τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων.

(Plutarchus VII Sapient. Conviv. cap. 15 p. 40.)

63. Τὸν ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὕμνησε τῶν τῇδε ποιητὴς οὔτε ὑμνήσει κατ' ἀξίαν.

(Aristides Sophist.)

γ' ΧΙΛΩΝΟΣ.

1. Μαντικὴν μὴ ἐχθαίρειν.

(Diog. Laert. lib. I, 70.)

2. Πρόνοια περὶ τοῦ μέλλοντος, λογισμῷ καταληπτή, ἀνδρός ἐστιν ἀρετή.

(Diog. Laert. lib. I, 68.)

3. Ἠρεμίᾳ χρῶ.

(Diog. Laert. lib. I, 70.)

4. Ἐν λιθίναις ἀκόναις ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται διδοὺς βάσανον φανεράν, ἐν δὲ χρυσῷ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε νοῦς ἔδωκ' ἔλεγχον.

(Diogenes Laert. lib. I, 71.)

5. Πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ἐστὶν ὑπηρέτης.

(Antonius Melissa Serm. περὶ πλούτου; cf. Isocrat. ad Demonic. pag. 3 ed. Steph.)

6. Τί ἐστι πλοῦτος; θησαυρὸς κακῶν, ἐφόδιον ἀτυχημάτων, χορηγία πονηρίας.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ πλούτου.)

7. Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας ἐπιγενόμενος ἐπιφανέστερον ὄνειδος κέκτηται.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ πλούτου.)

---

52. Injuriam alicui illatam unicuique persequi liceat.

53. De mortuo nemo male loquitor.

54. Vivo maledicens in templis, judiciis, curia et quum spectacula eduntur tres drachmas homini privato cui conviciatur et alias duas ærario solvat.

55. Corporum obligatione fœnerari ne liceat.

56. Ne marito ab uxore neve uxori a marito donum accipere liceat.

57. Quum quidam ex eo quæreret, quid senectutem esse putaret, respondit, vitæ hiemem.

58. Neque imperet qui admodum juvenis est, neque consiliorum auctor sit, quamvis recte sentire videatur.

59. Reprehensus aliquando, quod litigans cum altero oratorem conduxisset: Atqui, inquit, et cœnam quum apparo, conduco coquum.

60. Videtur ita maxime gloriam consecuturus sive rex sive tyrannus, si civibus ex unius dominatu popularem rempublicam constituerit.

61. Morientium donationes ratæ sunto.

62. Rerum supervacanearum studium statim comitatur necessariarum appetitionem.

63. Cœlum neque laudavit unquam satis poeta terrestris, neque laudabit pro dignitate.

3. CHILONIS.

1. Divinationem ne oderis.

2. Rerum futurarum providentia, ratiocinatione comprehensa, viri virtus est.

3. Quiete utere.

4. Coticula aurum probatur, ut manifestum de se det judicium: auro vero bonorum et improborum hominum mens examinatur.

5. Divitiæ improbitatis magis sunt ministræ, quam virtutis et honestatis.

6. Divitiæ quid sunt? Thesaurus malorum, adjumentum calamitatum, subsidia nequitiæ.

7. Divitiæ illiberali quæstu paratæ manifestum dedecus impressum habent.

8. Δαπανώμενος ἐφ' ἃ μὴ δεῖ, ὀλίγος ἔσῃ ἐφ' ἃ δεῖ.

(Antonius Melissa Serm. περὶ ἀσωτίας.)

9. Τὸ μὴ κεκτῆσθαι πλοῦτον βλάβην οὐ κομίζει τοσαύτην· τὸ δὲ τοῖς οὖσι κακῶς κεχρῆσθαι ἀπόλλυσι τὸν ὄντως, φασί, βίον κεχρημένον βίου.

(Antonius Melissa Serm. περὶ ἀσωτίας.)

10. Πρὸς τὸν ἀδελφὸν δυσφοροῦντα, ὅτι μὴ ἔφορος ἐγένετο, αὐτοῦ ὄντος· ἐγὼ μέν, ἔφη, ἐπίσταμαι ἀδικεῖσθαι, σὺ δ' οὔ.

(Diogenes Laertius lib. I, 68.)

11. Φασὶ δ' αὐτοῦ καὶ Αἴσωπον πυθέσθαι, ὁ Ζεὺς τί εἴη ποιῶν, τὸν δὲ φάναι· τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῦν, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῦν.

(Diogenes Laertius lib. I, 69.)

12. Ἐρωτηθείς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, ἐλπίσιν ἀγαθαῖς.

(Diog. Laert. lib. I, 69.)

13. Ἐρωτηθείς, τί δύσκολον, (ἔφη,) τὸ τὰ ἀπόῤῥητα σιωπῆσαι, καὶ σχολὴν εὖ διαθέσθαι, καὶ ἀδικούμενον δύνασθαι φέρειν.

(Diogenes Laertius lib. I, 69.)

14. Ἀκούσας τινὸς λέγοντος μηδένα ἔχειν ἐχθρόν, ἠρώτησεν, εἰ μηδένα φίλον ἔχει, νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖν καὶ συνεμπλέκεσθαι φιλίαις ἀπεχθείας.

(Plutarchus de Anima apud Gellium lib. I, 3.)

15. Ἐρωτηθείς, τί χαλεπώτατον, « τὸ γινώσκειν ἑαυτὸν » ἔφη· πολλὰ γὰρ ὑπὸ φιλαυτίας ἕκαστον ἑαυτῷ προστιθέναι.

(Stobæus Flor. XXI, 13.)

16. Λυπουμένου τινὸς ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ κακοῖς, εἶπεν· εἰ τὰ πάντων κατανοήσῃς, ἧττον ἐπὶ τοῖς σαυτοῦ δυσφορήσεις.

(Stobæus Flor. CVIII, 72.)

17. Τὸν ἄρχοντα χρὴ μηδὲν φρονεῖν θνητόν, ἀλλὰ πάντα ἀθάνατα.

(Plutarchus Conviv. VII Sapient. cap. 7 p. 18.)

18. Χίλων καλούμενος (ἐπὶ τὸ δεῖπνον) οὐ πρότερον ὡμολόγησεν, ἢ πυθέσθαι τῶν κεκλημένων ἕκαστον. Ἔφη γάρ, ὅτι σύμπλουν ἀγνώμονα δεῖ φέρειν καὶ σύσκηνον, οἷς συμπλεῖν ἀνάγκη καὶ συστρατεύεσθαι· τὸ δὲ συμπόταις ἑαυτόν, ὡς ἔτυχε, καταμιγνύειν οὐ νοῦν ἔχοντος ἀνδρός ἐστιν.

(Plutarchus Conviv. VII Sapient. cap. 2 p. 6.)

19. Χίλων φιλάργυρον ἰδὼν ἐκφερόμενον ἔφη· Οὗτος βίον ἀβίωτον ζήσας ἑτέροις βίον καταλέλοιπεν.

(Sentent. Cod. Lugdunobat. ed. Beynen p. 44.)

δ' ΠΙΤΤΑΚΟΥ.

1. Τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πλεῖον.

(Diog. Laert. lib. I, 75.)

2. Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι.

(Diog. Laert. lib. I, 76.)

3. Ἀρχὴ ἄνδρα δεικνύει.

(Diog. Laert. lib. I, 77.)

4. Ἀνάγκῃ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

---

8. Sumtus faciens in res minime necessarias parum valebis ad res necessarias comparandas.

9. Tantum tibi incommodi ex eo non est, si divitiis careas, quantum ex eo, si iis quas habes male utaris; nam hoc illam quæ vere est vitam, ut ajunt, victu indigentem exstinguit.

10. Fratri ægre ferenti, quod ephorus ipse non crearetur, quum ille esset : Ego, inquit, injuriam ferre scio, tu nescis.

11. Ajunt eum ab Æsopo interrogatum, quid ageret Jupiter, respondisse : Excelsa deprimit, humilia extollit.

12. Interrogatus, qua re docti a rudibus discernerentur, Bona, inquit, spe.

13. Interrogatus, quid esset difficile : Arcana, inquit, reticere et otium recte collocare et injuriam ferre posse.

14. Quum quendam dicentem audivisset, nullum se inimicum habere, nullumne amicum haberet interrogavit, necessario amicitiarum pedissequas inimicitias esse cum iisque conjungi existimans.

15. Interrogatus, quid esset difficillimum, Se ipsum inquit, noscere : multa enim unumquemque cæco sui amore sibi attribuere.

16. Quum quidam mœreret suas miserias : Si omnium, inquit, aliorum miserias perpenderis, minus ægre feres tuas.

17. Princeps nihil mortale meditari debet, sed omnia immortalia.

18. Chilo ad cœnam vocatus non prius condixit, quam eorum qui invitarentur eodem nomina singulatim cognovisset. Dicebat enim quibuscum necesse esset una navigare aut militare, eorum etiam molesto comitatu et contubernio utendum esse : ultro autem qualibuscunque admiscere se convivis non esse sani hominis.

19. Chilo quum avarum efferri videret : Hic, inquit, vita non vitali acta aliis facultates reliquit.

4. PITTACI.

1. Dimidium plus toto.
2. Difficile est bonum esse.
3. Magistratus quale cujusque ingenium sit ostendit.
4. Necessitati ne dii quidem resistunt.

(Diog. Laert. lib. I, 77.)

5. Τὰς νίκας ἄνευ αἵματος ποιοῦ.

(Diog. Laert. lib. I, 77.)

6. Εὐχάριστον ὁ χρόνος.

(Diog. Laert. lib. I, 77.)

7. Ἡδονὴ σὺν τῷ καλῷ δίκαιον.

(Stobæus Flor. IX, 33.)

8. Συνετῶν ἀνδρῶν, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι ὅπως μὴ γένηται, ἀνδρείων δέ, γενόμενα εὖ θέσθαι.

(Diogenes Laertius lib. I, 77; cf. Stob. Florileg. CVIII, 73.)

9. Ἔχοντα δεῖ τόξον τε καὶ ἰοδόκον φαρέτραν
στείχειν ποτὶ φῶτα κακόν·
πιστὸν γὰρ οὐδὲν γλῶσσα διὰ στόματος
λαλεῖ διχόμυθον ἔχουσα καρδίῃ νόημα.

(Diogenes Laertius lib. I, 78.)

10. Τῶν μὲν ἀγρίων θηρίων κάκιστον ὁ τύραννος, τῶν δὲ ἡμέρων ὁ κόλαξ.

(Plutarchus Conviv. VII Sapient. cap. 2 p. 4.)

11. Νόμος. Τῷ μεθύοντι, ἐὰν ἁμάρτῃ, διπλῆ ζημία ἔστω.

(Diogenes Laertius lib. I, 76.)

12. Κροίσου διδόντος χρήματα οὐκ ἐδέξατο, εἰπὼν ἔχειν ὧν ἐβούλετο διπλάσια· ἄπαιδος γὰρ τἀδελφοῦ τελευτήσαντος κεκληρονομηκέναι.

(Diogenes Laertius lib. I, 75.)

13. Τῶν Κυμαίων πεμψάντων αὐτῷ φονέα, μαθὼν καὶ ἀπολύσας εἶπε· συγγνώμη μετανοίας κρείσσων.

(Diogenes Laertius lib. I, 76.)

14. Ἐρωτηθείς, τί ἄριστον; ἔφη τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ ὑπὸ Κροίσου, τίς ἀρχὴ μεγίστη; ἡ τοῦ ποικίλου, ἔφη, ξύλου, σημαίνων τὸν νόμον.

(Diog. Laert. lib. I, 77.)

15. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Μυρσίλου, τί παράδοξον εἴη ἑωρακώς, ἀπεκρίνατο τύραννον γέροντα.

(Plutarchus Conviv. VII Sapient. cap. 2 p. 4.)

16. Ἐπύθετό τινος, διότι οὐ βούλεται γῆμαι· τοῦ δὲ φήσαντος· ἐὰν μὲν καλὴν γήμω, ἕξω κοινήν, ἐὰν δὲ αἰσχράν, ἕξω ποινήν· Οὐμενοῦν, ἔφη, ἀλλ' ἐὰν μὲν καλὴν γήμῃς, οὐχ ἕξεις ποινήν, ἐὰν δὲ αἰσχράν, οὐχ ἕξεις κοινήν.

(Stobæus Flor. LXVII, 17.)

17. Ἐρωτηθείς, εἰ λανθάνει τις τοὺς θεοὺς φαῦλόν τι ποιῶν, εἶπεν· οὔ, οὐδὲ διανοούμενος.

(Theon Sophist.)

18. Ὁ Πιττακὸς ἐκεῖνος, οὗ μέγα μὲν ἀνδρείας, μέγα δὲ σοφίας καὶ δικαιοσύνης κλέος, εἱστία ξένους. ἐπελθοῦσα δὲ ἡ γυνὴ μετ' ὀργῆς ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν· τῶν δὲ ξένων διατραπέντων· Ἑκάστῳ τι (ἔφη) ἡμῶν κακόν ἐστιν. ᾧ δὲ τοὐμόν, ἄριστα πράττει.

Οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται,
Ὅταν δ' ἀνοίξῃ τὴν θύραν, τρισάθλιος.
Γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί.
Ἀπὸ πλειόνων ὀδυνᾶτ', ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός.

(Plutarchus de Animi tranquillitate cap. II,

---

5. Victorias sine sanguine parito.

6. Tempus maxime gratum est.

7. Honesta voluptas justa res est.

8. Sapientium virorum est, adversa, antequam eveniant, providere ne contingant : fortium vero, quæ acciderint bene moderari.

9. Sumto arcu sagittiferaque pharetra
petendus est homo improbus;
nam nihil fidum lingua
proloquitur, dum in corde duplex insidet sensus.

10. Ferarum pessima tyrannus, cicurum vero bestiarum assentator.

11. *Lex.* Ebrio, si peccaverit, duplex pœna irrogator.

12. Pecunias quæ a Crœso offerebantur non accepit, duplo plura quam vellet se habere testatus: mortuo enim sine liberis fratre hereditatem ad se pervenisse.

13. Quum homicidam ad ipsum misissent Cumani, cognita causa absolvit reum, veniam pœnitentia potiorem esse dicens.

14. Interrogatus, quid esset optimum : Præsentia, inquit, boni consulere; et a Crœso, quod maximum esset imperium : Ligni, inquit, varii imperium, leges significans.

15. Interrogatus a Myrsilo, quid insolens esset, respondit, tyrannum senem.

16. Interrogabat quendam, quamobrem nollet uxorem ducere. Qui quum respondisset : Si formosam duxero, habiturus sum communem : sin deformem, pœnam : Nequaquam, inquit, sed si pulchram duxeris, non habebis pœnam : sin deformem, non communem.

17. Interrogatus, fugerentne deos mala facinora : Minime, inquit; ne cogitationes quidem.

18. Pittacus ille cui magnam fortitudo, magnam sapientia et justitia paraverunt gloriam, quum hospites convivio excepisset uxorque irata supervenisset et mensam subvertisset, hospitibus perturbatis : Unusquisque, inquit, nostrûm miseria aliqua premitur; qui vero ita miser est ut ego, cum eo præclare agitur.

Hic in foro beatus esse creditur,
sed quum fores reclusit, est miserrimus.
Uxor regit omnia, mandat, semper litigat.
Multa afferunt illi dolorem, nil mihi.

vol. X p. 16; cæterum versus cui poetæ tribuendi sint, non apparet.)

19. Πιττακὸς ἐν τῇ Μιτυλήνῃ κατεσκεύασε τοῖς ἱεροῖς κλίμακα, εἰς οὐδεμίαν μὲν χρῆσιν ἐπιτήδειον, αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνάθημα εἶναι, αἰνιττόμενος τὴν ἐκ τῆς τύχης ἄνω καὶ κάτω μετάπτωσιν τρόπον τινά, τῶν μὲν εὐτυχούντων ἀνιόντων, κατιόντων δὲ τῶν δυστυχούντων.

(Ælian. Var. Hist. II, 29.)

20. Παρακαλούμενος υἱῷ καὶ πατρὶ διαιτῆσαι, εἶπε πρὸς τὸν υἱόν· εἰ μὲν ἀδικώτερα μέλλεις λέγειν τοῦ πατρός, καταχριθήσῃ· εἰ δὲ δικαιότερα, διὰ τοῦτο αὐτὸ ἄξιος εἶ καταχριθῆναι.

(Stobæus Flor. LXXIX, 41.)

21. Πρὸς τὸν Φωκαϊκὸν φάσκοντα δεῖν ζητεῖν ἄνθρωπον σπουδαῖον, ἂν λίαν, ἔφη, ζητῇς, οὐχ εὑρήσεις.

(Diogenes Laertius lib. I, 77.)

22. Πιττακὸς Περιάνδρῳ τῷ Κορινθίῳ παρῄνει μὴ μεθύσκεσθαι, μηδὲ κωμάζειν, ἵν', ἔφη, μὴ γνωσθῇς οἷος ὢν τυγχάνεις, ἀλλ' οὐχ οἷος προσποιῇ.

(Athenæus lib. X p. 427 E.)

23. Κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.

(Athenæus lib. X p. 427 F.)

24. Οἱ νέοι φιλοχρήματοι ἥκιστα διὰ τὸ μήπω ἐνδείας πεπειρᾶσθαι, ὥσπερ τὸ Πιττακοῦ ἔχει ἀπόφθεγμα εἰς Ἀμφιάραον.

(Aristoteles Rhet. lib. II, cap. 12.)

25. Πρὸς τοὺς πυνθανομένους, τί ἀφανές; τὸ μέλλον; ἔφη.

(Diogenes Laertius lib. I, 77.)

26. Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνήρετο Πιττακὸν οὕτω,
τὸν Μιτυληναῖον, παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου·
ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος· ἡ μία μὲν δὴ
νύμφη καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ·
ἡ δ' ἑτέρη προβέβηκε. Τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε σύν μοι
βούλευσον, ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.
Εἶπεν. Ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας·
Ἠνίδε, κεῖνοι σοὶ πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.
Κείνων ἔρχεο, φησί, μετ' ἴχνια. Χὼ μὲν ἐπέστη
πλησίον· οἱ δ' ἔλεγον· Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος·
τὴν δ' ὀλίγην, ὡς κεῖνος, ἐς οἶκον ἀπήγετο νύμφην.
Οὕτω καὶ σὺ Δίων τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

(Callimachus ap. Diog. Laert. lib. I, 80.)

ε'. ΘΑΛΕΩ.

1. Πάντα πλήρη θεῶν.

(Aristot. de Anima lib. I, 5; cf. Stob. Eclog. lib. I, 2, 29; Diog. Laert. lib. I, 27.)

2. Οὔτι τὰ πόλλ' ἔπεα φρονίμην ἀπεφήνατο δόξαν·
ἕν τι μάτευε σοφόν,
ἕν τι κεδνὸν αἱροῦ.
κλείσεις γὰρ ἀνδρῶν κωτίλων γλώσσας ἀπεραντολόγους.

---

19. Pittacus Mitylenis in templo scalam exstruxit, alium ad usum nullum accommodatam, quam ut esset donarium, quo significabat fortunæ ad superiorem et inferiorem statum commutationem, quum fortunati quodam modo ascendere, infortunati descendere videantur.

20. Quum arbiter inter filium et patrem sumeretur, filium sic allocutus est : Si iniquiora quam pater dixeris, condemnaberis : sin æquiora, propter hoc ipsum dignus es qui condemneris.

21. Phocaico cuidam dicenti quærendum esse hominem frugi respondens : Si nimio, inquit, studio eum quæsieris, non invenies.

22. Pittacus Periandrum Corinthium monebat, ut ebrietatem fugeret et comessationes, Ne appareat, inquiens, qualis sis, non qualem te fingas.

23. Speculum æneum formæ, vinum mentis est index.

24. Adolescentes omnium minime pecuniæ avidi sunt, propterea quod nondum experti sunt egestatem, quemadmodum se habet Pittaci dictum in Amphiaraum.

25. Quærentibus, quid esset obscurum : Quod futurum est, respondit.

26. Atarnites quidam hospes sic interrogavit Pittacum Mitylenæum, Hyrradii filium :
Carissime senex, duplex me matrimonium vocat; altera
sponsa et divitiis et genere mihi par est;
altera præstat. Quid igitur melius? age vero, mihi
dic, utra ducenda sit uxor,
inquit. Iste vero scipione, senili gestamine, sublato :
En, hi sunt illi qui totam rem tibi aperient.
Quippe verbere celeres turbines agitando
lato in trivio pueri versabant.
Illorum, inquit, vestigia sequere. Is ubi accessit
propius, hi dicebant : Tibi aptam viam percurre.
Hæc audiens hospes omisit majorem domum
petere, puerorum omine accepto,
ac tenuiorem sponsam in matrimonium duxit, ut ille :
ita et tu Dion tibi aptam viam percurre.

5. THALETIS.

1. Omnia deorum plena sunt.

2. Nequaquam plurima verba prudentiam indicant;
unum aliquid sapiens quære,
unum quippiam bonum elige;
ita enim garrulis hominibus loquaces linguas occludes.

(Diogenes Laertius lib. I, 35. Vs. 4 κλείσεις conjecit Schneidewinus pro vulgato λύσεις.)

3. Τί πρεσβύτατον; θεός· (ἔφη Θαλῆς) ἀγέννητον γάρ ἐστι. Τί μέγιστον; τόπος· τἄλλα μὲν γὰρ ὁ κόσμος, τὸν δὲ κόσμον οὗτος περιέχει. Τί κάλλιστον; κόσμος· πᾶν γὰρ τὸ κατὰ τάξιν τούτου μέρος ἐστί. Τί σοφώτατον; χρόνος· τὰ μὲν γὰρ εὕρηκεν οὗτος ἤδη, τὰ δὲ εὑρήσει. Τί κοινότατον; ἐλπίς· καὶ γὰρ οἷς ἄλλο μηθέν, αὕτη πάρεστι. Τί ὠφελιμώτατον; ἀρετή· καὶ γὰρ τἄλλα τῷ χρῆσθαι καλῶς ὠφέλιμα ποιεῖ. Τί βλαβερώτατον; κακία· καὶ γὰρ τὰ πλεῖστα βλάπτει παραγενομένη. Τί ἰσχυρότατον; ἀνάγκη· μόνον γὰρ ἀνίκητον. Τί ῥᾷστον; τὸ κατὰ φύσιν· ἐπεὶ πρὸς ἡδονάς γε πολλάκις ἀπαγορεύουσιν.

(Plutarchus Conviv. VII Sapient. cap. 9 pag. 22.)

4. Δεῖ τὰ μὲν εἰκότα λέγειν, τὰ δὲ ἀμήχανα σιωπᾶν.

(Plutarchus Conviv. VII Sapient. cap. 17 p. 42.)

5. Δεῖ τοῖς ἐχθροῖς καὶ περὶ τῶν πιστῶν ἀπιστεῖν, τοῖς δὲ φίλοις καὶ τὰ ἄπιστα πιστεύειν.

(Plutarchus Conviv. VII Sapient. cap. 17 p. 42.)

6. Τῆς μητρὸς ἀναγκαζούσης αὐτὸν γῆμαι, νὴ Δία, ἔλεγεν, οὐδέπω καιρός. Εἶτα ἐπειδὴ παρήβησεν, ἐγκειμένης εἶπε· οὐκέτι καιρός.

(Diogenes Laertius lib. I, 26.)

7. Ἐρωτηθείς, διὰ τί ἀκμάζων οὐκ ἐπαιδοποίησεν, ἀπεκρίνατο· διότι τὸ ζῆν οὐκ ἐβουλόμην λύπαις αὐθαιρέτοις κατεγγυῆσαι.

(Stob. Flor. LXVIII, 34.)

8. Βουλόμενος δεῖξαι ῥᾴδιον εἶναι πλουτεῖν, φορᾶς μελλούσης ἐλαιῶν ἔσεσθαι, προνοήσας ἐμισθώσατο τὰ ἐλαιουργεῖα, καὶ πάμπλειστα συνεῖλε χρήματα.

(Diogenes Laertius lib. I, 26.)

9. Ἔφασκε τριῶν τούτων ἕνεκα χάριν ἔχειν τῇ τύχῃ, πρῶτον μὲν ὅτι ἄνθρωπος ἐγένετο καὶ οὐ θηρίον, εἶτα ὅτι ἀνὴρ καὶ οὐ γυνή, τρίτον ὅτι Ἕλλην καὶ οὐ βάρβαρος.

(Diogenes Laertius lib. I, 33.)

10. Οὐδὲν ἔφη τὸν θάνατον διαφέρειν τοῦ ζῆν. Σὺ οὖν, ἔφη τις, διὰ τί οὐκ ἀποθνήσκεις; Ὅτι, ἔφη, οὐδὲν διαφέρει.

(Diogenes Laertius lib. I, 35.)

11. Πρὸς τὸν πυθόμενον, τί πρότερον ἐγεγόνει, νὺξ ἢ ἡμέρα· ἡ νύξ, ἔφη, μιᾷ ἡμέρᾳ πρότερον.

(Diogenes Laertius lib. I, 36.)

12. Ἠρώτησέ τις αὐτόν, εἰ λήθοι θεοὺς ἄνθρωπος ἀδικῶν· ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος, ἔφη.

(Diogenes Laertius lib. I, 36.)

13. Πρὸς τὸν μοιχὸν ἐρόμενον, εἰ ὀμόσει μὴ μεμοιχευκέναι· Οὐ χεῖρον, ἔφη, μοιχείας ἐπιορκία;

(Diogenes Laertius lib. I, 36.)

14. Ἐρωτηθείς, τί δύσκολον, ἔφη· τὸ ἑαυτὸν γνῶναι. τί δὲ εὔκολον; τὸ ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι. τί ἥδιστον; τὸ ἐπιτυγχάνειν. τί τὸ θεῖον; τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχον μήτε τελευτήν. τί δυσεύρετον εἴη τεθεαμένος; γέ-

---

3. Quid est antiquissimum? Deus (inquit Thales); ortu enim caret. Quid maximum? Spatium : reliqua enim mundus continens hôc continetur. Quid pulcherrimum? Mundus : omnia enim ordine disposita hujus partes sunt. Quid sapientissimum? Tempus : id enim alia invenit jam, alia inveniet. Quid communissimum? Spes : quibus enim reliqua omnia desunt, hæc adest. Quid utilissimum? Virtus : hæc enim cætera etiam recto usu utilia facit. Quid perniciosissimum? Vitium : hoc enim surrepente pleraque corrumpuntur. Quid validissimum? Necessitas : ea enim sola est invicta. Quid facillimum? Quod naturæ consentaneum est; quia voluptatibus etiam homines sæpe defatigantur.

4. Dicenda sunt probabilia, tacenda vero quæ fieri nequeunt.

5. Inimicis etiam ubi credibilia narrant fidem derogare, amicis etiam quæ fidem excedunt credere debemus.

6. Quum mater eum impelleret, ut uxorem duceret : Per Jovem, inquit, nondum tempus est. Deinde illa iterum instante, quum ætate provectus esset : Non amplius, inquit, tempus est.

7. Interrogatus, cur in ætatis flore liberos non procreasset, respondit : Quia nolui vitam sponte susceptis molestiis quasi despondere.

8. Quum vellet ostendere, facile esse ditescere, prævisa futura olearum ubertate molas olearias conduxit plurimumque pecuniæ fecit.

9. Ajebat se trium rerum causa gratiam habere fortunæ, primum quod homo natus esset, non bestia; deinde quod vir, non mulier; tertio quod Græcus, non barbarus.

10. Mortem nihil a vita differre dicebat. Quodam autem objiciente : Cur igitur non moreris? Ob hoc ipsum, inquit, quia nihil interest.

11. Cuidam sciscitanti, utrum prior exstitisset nox an dies : Nox, inquit, uno die prior.

12. Quum interrogaret eum quispiam, fugerentne deos mala hominum facinora : Ne cogitationes quidem, inquit.

13. Percontanti adultero, num jurare deberet, non commisisse se adulterium : Nonne est, inquit, perjurium adulterio deterius?

14. Interrogatus, quid esset difficile? Se ipsum, inquit, noscere. Quid contra facile? Alteri dare consilium. Quid jucundissimum? Voti compotem fieri. Quid numen divi-

ροντα ἔφη τύραννον. πῶς ἄν τις ἀτυχίαν ῥᾷστα φέροι; εἰ τοὺς ἐχθροὺς χεῖρον πράσσοντας βλέποι. πῶς ἂν ἄριστα καὶ δικαιότατα βιώσαιμεν; ἐὰν ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν, αὐτοὶ μὴ δρῶμεν. τίς εὐδαίμων; ὁ τὸ μὲν σῶμα ὑγιής, τὴν δὲ τύχην εὔπορος, τὴν δὲ ψυχὴν εὐπαίδευτος.

(Diogenes Laertius lib. I, 36-37. Pro codicum lectione τί δύσκολον εἴη τεθεαμένος posui τί δυσεύρετον κτλ.)

15. Ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πόσον ἀπέχει τὸ ψεῦδος τοῦ ἀληθοῦς· ὅσον, ἔφη, ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων.

(Antonius et Maximus Serm. περὶ ἀληθείας.)

16. Θαλῆς ἔφησεν, ὅτι σαφέστατος ἔλεγχος πραγμάτων ἁπάντων ἐστὶν ὁ χρόνος· οὗτος γὰρ τὴν ἀλήθειαν ἐμφανίζει.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 9.)

17. Θαλῆς ἔφησεν, εὐδαιμονίαν ἄρχοντος νομίζειν, εἰ ἐτελεύτησε γηράσας κατὰ φύσιν.

(Plutarchus VII Sapient. Conviv. cap. 7 pag. 18.)

18. Θαλῆς μὲν εἰ καὶ ἐκ τοῦ ὕδατός φησι συνεστάναι πάντα, ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο βούλεται μεταβάλλειν· ἄμεινον δὲ καὶ αὐτοῦ τὴν ῥῆσιν προσθεῖναι ἐκ τοῦ δευτέρου περὶ τῶν ἀρχῶν ἔχουσαν ὧδέ πως· Τὰ μὲν οὖν πολυθρύλητα τέτταρα, ὧν τὸ πρῶτον ὕδωρ εἶναί φαμεν καὶ ὡσανεὶ μόνον στοιχεῖον τίθεμεν, πρὸς σύγκρισίν τε καὶ πῆξιν (1) καὶ σύστασιν τῶν ἐγκοσμίων πρὸς ἄλληλα συγκεράννυται. πῶς δέ, ἤδη λέλεκται ἡμῖν ἐν τῷ πρώτῳ. Ἐναργῶς ἐνταῦθα δῆλός ἐστιν ὡς ἀξιοῖ εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν τὰ στοιχεῖα.

(Galenus Comment. in libr. de Humor. I, 1, tom. XVI, 37 ed. Kühn.)

(1) Legebatur πήγνυσιν quod mutavi in πῆξιν.

ς'. ΒΙΑΝΤΟΣ.

1. Ἀστοῖσιν ἄρεσκε πᾶσιν, ἐν πόλει αἴκε μένῃς·
πλείσταν γὰρ ἔχει χάριν· αὐθάδης δὲ τρόπος
πολλάκι δὴ βλαβερὰν ἐξέλαμψεν ἄταν.

(Diogenes Laertius lib. I, 85. — Vs. 3 δὴ adjecit Bergk.)

2. Τὸ μὲν ἰσχυρὸν γενέσθαι τῆς φύσεως ἔργον· τὸ δὲ λέγειν δύνασθαι τὰ συμφέροντα τῇ πόλει ψυχῆς ἴδιον καὶ φρονήσεως· εὐπορία δὲ χρημάτων πολλοῖς καὶ διὰ τύχην περιγίνεται.

(Diogenes Laertius lib. I, 86.)

3. Ἀτυχὴς ὁ ἀτυχίαν μὴ φέρων.

(Diogenes Laertius lib. I, 86.)

4. Νόσος ψυχῆς τὸ τῶν ἀδυνάτων ἐρᾶν.

(Diogenes Laertius lib. I, 86.)

5. Ἀλλοτρίων κακῶν ἀμνημόνευτος ἴσθι.

(Diogenes Laertius lib. I, 86.)

6. Οὕτω πειρῶ ζῆν ὡς καὶ ὀλίγον καὶ πολὺν χρόνον βιωσόμενος.

(Stobæus Floril. V, 27. Cf. Diog. Laert. lib. I, 87.)

7. Οἱ ἀγαθοὶ εὐαπάτητοι.

8. Ἐοίκασι τοῖς ὄμμασι τῆς γλαυκὸς οἱ περὶ τὴν ματαίαν σοφίαν ἠσχοληκότες· καὶ γὰρ ἐκείνης αἱ ὄψεις νυκτὸς μὲν ἔῤῥωνται, ἡλίου δὲ λάμψαντος ἀμαυροῦνται· καὶ τούτων ἡ διάνοια ὀξυτάτη μέν ἐστι

---

num? Quod neque initium habet neque finem. Quid inventu difficile vidisset? Senem, inquit, tyrannum. Quo pacto quis facillime adversam ferret fortunam? Si inimicos ærumnis premi videat. Quo modo optime et justissime vivere possemus? Si quæ in aliis reprehendimus, ea non faciamus ipsi. Quis esset felix? Qui corpore sanus, fortunâ locuples et animo liberaliter institutus est.

15. Interrogatus a quodam, quantum distaret a veritate mendacium: Quantum, inquit, ab auribus oculi.

16. Thales ait certissimam rerum omnium obrussam esse tempus, quod veritatem patefaceret.

17. Thales dixit eum principem beatum sibi videri qui naturæ lege senex obiisset.

18. Thales quidem quamquam ex aqua omnia constare ait, tamen et hanc mutari vult; melius vero est hujus quoque e secundo de principiis libro apponere verba quæ sic se habent: « Quattuor illa elementa vulgi sermonibus celebrata e quibus principe loco aquam esse dicimus et quasi solum elementum ponimus, ad mutuam rerum quæ in mundo reperiuntur concretionem, coagmentationem et copulationem miscentur ac temperantur. Quomodo autem hoc fiat, jam in primo libro a nobis dictum est. » Hic manifesto ostendit sese existimare, elementa inter se mutari.

6. BIANTIS.

1. Civibus placere omnibus stude, si in urbe velis habitare: habet enim id multum gratiæ: superbia autem sæpe jam perniciosam genuit noxam.

2. Validum esse naturæ beneficio licet: at civitati utilia dicere posse, animi et prudentiæ proprium est. Pecuniarum autem copia multis etiam fortuito contingit.

3. Infelix qui infelicitatem ferre non potest.

4. Animi morbus est appetere quæ consequi nequeas.

5. Alieni incommodi ne memineris.

6. Ita vitam institue quasi et breve et longum tempus victurus.

7. Boni viri facile decipiuntur.

8. Qui sapientiæ vacant inani noctuæ oculis similes sunt, qui noctu quidem valent, sed sole splendente cæcutiunt. Sic illorum quidem mens acutissima est et aptissima ad va-

πρὸς τὴν ματαιότητος θεωρίαν, πρὸς δὲ τὴν ἀληθινοῦ φωτὸς κατακίνησιν ἐξαμαυροῦται.

(Maximus Serm. περὶ φρονήσεως; cf. Stob. Flor. pag. 51 ed. Gesner.)

9. Τόπων μεταβολαὶ οὔτε φρόνησιν διδάσκουσιν, οὔτε ἀφροσύνην ἀφαιροῦνται.

(Anton. Meliss. Serm. περὶ σοφίας.)

10. Οἱ φρόνιμοι μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀφρόνων, ἢ οἱ ἄφρονες ὑπὸ τῶν φρονίμων ὠφελοῦνται· οὗτοι μὲν γὰρ φυλάττονται τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας, ἐκεῖνοι δὲ τὰς τούτων μὴ μιμοῦνται κατορθώσεις.

(Maximus Serm. περὶ φρονήσεως.)

11. Δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα μεμνῆσθαι μὲν τῶν γεγενημένων, πράττειν δὲ τὰ ἐνεστῶτα, περὶ δὲ τῶν μελλόντων ἀσφαλίζεσθαι.

(Maximus Serm. περὶ φρονήσεως.)

12. Μία ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ καλῶς βουλεύεσθαι τὸ γνῶναι περὶ ὅτου ὁ λόγος· εἰ δὲ μή, τοῦ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη.

(Maximus Serm. περὶ φρονήσεως.)

13. Τοὺς αἰτουμένους παρὰ τῶν θεῶν φρένας ἀγαθάς, καὶ μὴ ἑαυτοὺς παιδεύοντας ἀναισθήτους ἔφασκεν εἶναι. οὔτε γὰρ ζωγράφον εὐχόμενον τοῖς θεοῖς δοῦναι αὐτῷ γραμμὴν καὶ εὔχροιαν, λαβεῖν ἄν, εἰ μὴ μάθοι τέχνην, οὔτε μουσικὸν γενέσθαι ποτ' ἂν ἕνεκεν εὐχῆς, εἰ μὴ τὰ μουσικὰ μάθοι. τὸν δὲ αὐτὸν τρόπον οὔτ' ἂν φρόνιμόν τινα γενέσθαι εὐχόμενον, εἰ μὴ τούτων τὴν μάθησιν λάβοι.

(Anton. et Maxim. Serm. περὶ προσευχῆς.)

14. Ἐρωτηθείς, τί δυσχερές, Τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἔφη, μεταβολὴν εὐγενῶς ἐνεγκεῖν.

(Diog. Laert. lib. I, 86.)

15. Ἐρωτηθείς, ποῖος τῶν θανάτων κακός, ἔφη, Ὁ ἀπὸ τῶν νόμων ὑπαγόμενος.

(Antonius et Maximus Serm. περὶ θανάτου.)

16. Ἐρωτηθείς, τίς ἄριστος σύμβουλος; Ὁ καιρός, ἔφη.

(Antonius et Maximus Serm. περὶ φρονήσεως.)

17. Συμπλέων ποτὲ ἀσεβέσι, χειμαζομένης τῆς νεὼς κἀκείνων τοὺς θεοὺς ἐπικαλουμένων, Σιγᾶτε, ἔφη, μὴ αἴσθωνται ὑμᾶς ἐνθάδε πλέοντας.

(Diogenes Laertius lib. I, 86.)

18. Ἐρωτηθεὶς ὑπ' ἀσεβοῦς ἀνθρώπου, τί ποτέ ἐστιν εὐσέβεια; ἐσίγα· τοῦ δὲ τὴν αἰτίαν τῆς σιγῆς πυθομένου, Σιωπῶ, ἔφη, ὅτι περὶ τῶν οὐδέν σοι προσηκόντων πυνθάνῃ.

(Diogenes Laertius lib. I, 86.)

19. Ἐρωτηθείς, τί γλυκὺ ἀνθρώποις; Ἐλπίς, ἔφη.

(Diogenes Laertius lib. I, 87.)

20. Ἐρωτηθείς, τί ἂν εἴη τῶν κατὰ βίον ἄφοβον, εἶπεν, Ὀρθὴ συνείδησις.

(Stobæus Flor. XXIV, 11; cf. Floril. Monacense 25 in Stob. Flor. tom. IV p. 269 ed. Meineke.)

21. Θανάτῳ μέλλων καταδικάζειν τινὰ ἐδάκρυσεν. Εἰπόντος δέ τινος, τί παθὼν αὐτὸς καταδικάζεις καὶ κλαίεις; εἶπεν, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι τῇ μὲν φύσει τὸ συμπαθὲς ἀποδοῦναι, τῷ δὲ νόμῳ τὴν ψῆφον.

---

nitatis contemplationem, sed ad oppositum veri luminis motum obscuratur.

9. Locorum mutationes neque prudentiam nos docent, neque imprudentiam dedocent.

10. Prudentes magis juvantur ab imprudentibus, quam hi ab illis: nam illi cavent ab horum delictis, hi illorum egregia facta non imitantur.

11. Vir bonus præteritorum debet meminisse, præsentia tractare et futuris adhibere cautionem.

12. Unum est principium bene consultandi, scire qua de re agatur. Quod nisi fiat, necesse est deliberantem toto cœlo errare.

13. Qui mentem bonam et sagacem a diis petunt nec tamen se ipsos discendo erudiunt, eos esse stupidos dicebat. Neque enim pictorem voti compotem fieri, si petat a deo, ut sibi largiatur scientiam ducendi lineas et miscendi colores, nisi pingendi artem didicerit; neque quemquam musicum evasurum optando, nisi modos didicerit: ita nec prudentem, nisi rerum quæ ad prudentiam pertinent perceptam animo scientiam habeat.

14. Interrogatus, quid esset difficile: Ferre, inquit, fortiter mutationem rerum in deterius.

15. Interrogatus, quæ mors mala esset et inhonesta: Illa, inquit, quam leges inferunt.

16. Interrogatus, quis optimus esset consiliarius: Occasio, inquit.

17. Navigans aliquando cum impiis, quum navis tempestate jactaretur istique deos invocarent: Silete, inquit, ne illi vos hic navigare sentiant.

18. Interrogatus ab homine impio, quid tandem esset pietas, nihil respondit; quumque ille silentii causam requireret: Taceo, inquit, quia de rebus nihil ad te pertinentibus me interrogas.

19. Interrogatus quid esset dulce hominibus: Spes, inquit.

20. Interrogatus, quæ res in vita metu vacaret: Recta, inquit, conscientia.

21. Capite damnaturus quendam lacrimavit. Quærente autem quopiam: Quid est quod fleas, quum ipse condemnes? Quia, inquit, necesse est me et naturæ humanæ vicem dolere et ex lege sententiam ferre.

(Anton. et Max. Serm. περὶ ἐλεημοσύνης; cf. Stob. Flor. XLVI, 67.)

22. Τῷ πυθομένῳ, τί τῶν ζώων χαλεπώτατόν ἐστιν, ἀπεκρίνατο, ὅτι τῶν μὲν ἀγρίων ὁ τύραννος, τῶν δὲ ἡμέρων ὁ κόλαξ.

(Plutarchus De adulat. et amici discr. cap. 28 p. 198.)

23. Ἀμάσιδι κελευσθεὶς τὸ χρηστότατον ὁμοῦ καὶ φαυλότατον ἐκπέμψαι κρέας τοῦ ἱερείου, τὴν γλῶτταν ἐξελὼν ἀπέπεμψεν, ὡς καὶ βλάβας καὶ ὠφελείας τοῦ λέγειν ἔχοντος μεγίστας.

(Plutarchus de Auditione cap. 2 pag. 131.)

24. Θεασάμενος μάχαιραν ἐῤῥιμμένην ἔφη· Τίς σε ἀπώλεσεν, ἢ τίνα σύ;

(Maximus Serm. περὶ θανάτου.)

25. Ἥδιον ἔλεγε δικάζειν μεταξὺ ἐχθρῶν ἢ φίλων· τῶν μὲν γὰρ φίλων πάντως ἐχθρὸν ἔσεσθαι τὸν ἕτερον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὸν ἕτερον φίλον.

(Diogenes Laertius lib. I, 87.)

26. Ἐρωτηθείς, τί ποιῶν ἄνθρωπος τέρπεται, ἔφη, Κερδαίνων.

(Diogenes Laertius lib. I, 87.)

27. Ἔλεγε δεῖν καὶ φιλεῖν ὡς μισήσοντας· τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι κακούς.

(Diogenes Laertius lib. I, 87.)

28. Μακάριός ἐστιν ὁ πλουτῶν καὶ ὧν ἐπιθυμεῖ ἀπολαύων· ὁ δὲ μὴ ἐπιθυμῶν μακαριώτερος.

(Anton. et Max. Serm. περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης.)

29. Βίας, ἐπικαλουμένου τινὸς τὸν θάνατον ἐπὶ τέκνων ἀπωλείᾳ, ἔφη, Τί αὐτὸν καλεῖς, ἄνθρωπε; οὐκ, ἂν μὴ καλέσῃς, ἥξει;

(Anton. et Max. Serm. περὶ θανάτου.)

30. Τῷ υἱεῖ πρὸς Αἰγυπτίους ἀπαίροντι καὶ πυνθανομένῳ, τί ἂν ποιῶν αὐτῷ μάλιστα κεχαρισμένα πράττοι, Ἐφόδιον, ἔφη, πρὸς γῆρας κτησάμενος, τὴν ἀρετὴν δηλαδὴ τὸ ἐφόδιον λέγων.

(S. Basilius Magnus De profanorum librorum lectione extr.)

31. Ὁ πλωτικὸς μήτε ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ἐστί, μήτ' ἐν τοῖς βιοῦσι.

(S. Basilius Magnus De profan. libr. lect.)

32. Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ μάλιστ' ἂν ἔνδοξος γενέσθαι καὶ βασιλεὺς καὶ τύραννος, εἰ πρῶτος χρῷτο τοῖς νόμοις τῆς πατρίδος.

(Plutarchus VII Sapient. Conviv. cap. 7 p. 17.)

33. Βίας ἔν τινι πότῳ σιωπῶν καὶ σκωπτόμενος εἰς ἀβελτερίαν ὑπό τινος ἀδολέσχου· Καὶ τίς ἄν, ἔφη, δύναιτο μωρὸς ὢν ἐν οἴνῳ σιωπᾶν;

(Plutarchus de Garrulitate cap. 4 p. 102.)

34. Θεώρει ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τὰς σαυτοῦ πράξεις, ἵνα τὰς μὲν καλὰς ἐπικοσμῇς, τὰς δὲ αἰσχρὰς καλύπτῃς.

(Stobæus Flor. XXI, 11.)

ζ'. ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΥ.

1. Μηδὲν χρημάτων ἕνεκα πράττειν· δεῖ γὰρ τὰ κερδαντὰ κερδαίνειν.

(Diogenes Laertius lib. I, 97.)

---

22. Percontanti, quæ esset perniciosissima bestia, respondit : Inter feras tyrannus, inter cicures vero adulator.

23. Ab Amaside jussus optimam simul et pessimam victimæ carnem mittere, linguam exsectam misit, quia sermo plurimum et utilitatis et damni afferret.

24. Conspicatus ensem projectum : Quis te, inquit, perdidit, aut quem tu?

25. Malle se inter inimicos, quam inter amicos judicare dicebat; quippe ex amicis alterum prorsus futurum inimicum, ex inimicis autem alterum amicum.

26. Interrogatus, quo negotio homo delectaretur : Lucro, inquit.

27. Idem amandum esse dicebat, quasi odio essemus habituri; malos enim esse plerosque.

28. Beatus est qui et divitiis affluit et bonis quæ concupiverat partis fruitur, sed beatior tamen qui nihil concupivit.

29. Bias, quum quidam liberis suis interitum precaturus mortem vocaret : Quid est, inquit, quod illam voces, quæ etiam te non vocante adventura est?

30. Filio in Ægyptum proficiscenti interrogantique, quid patri gratissimum facere posset, respondit : Si præsidium sibi ad senectutem compararet, virtutem scilicet præsidium appellans.

31. Navigans neque mortuis neque vivis adnumerandus.

32. Mihi quidem videtur hac ratione maxime gloriam consecuturus sive rex sive tyrannus, si primus legibus patriæ obtemperet.

33. Bias in quodam convivio, quum tacenti a nugatore quopiam stultitia objiceretur : Quis vero, inquit, stultus inter bibendum possit tacere?

34. Contemplare tanquam in speculo actiones tuas, ut honestas ornes, turpes vero tegas.

7. PERIANDRI.

1. Nihil pecuniæ causa agendum; nam iis ex rebus lucrum faciendum est ex quibus decet.

2. Τοὺς μέλλοντας ἀσφαλῶς τυραννήσειν τῇ εὐνοίᾳ δορυφορεῖσθαι δεῖ, καὶ μὴ τοῖς ὅπλοις.

(Diogenes Laertius lib. I, 97.)

3. Μηδενὶ φθόνει.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 51.)

4. Ὥσπερ ἡ ἐρυσίβη ἴδιόν ἐστι τοῦ σίτου νόσημα, οὕτω φθόνος φιλίας ἐστὶν ἀῤῥώστημα.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 52.)

5. Ὥσπερ ὁ ἰὸς σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξαναψήχει.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 53.)

6. Ὅσῳ γὰρ ἂν φθονῇς, τοσούτῳ μειζόνων γίνῃ πρόξενος ἀγαθῶν τῷ φθονουμένῳ.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 54.)

7. Ἐρωτηθείς, διὰ τί τυραννεῖ, ἔφη, Ὅτι καὶ τὸ ἑκουσίως ἀποστῆναι καὶ τὸ ἀφαιρεθῆναι κίνδυνον φέρει.

(Diogenes Laertius lib. I, 97; cf. Stob. Flor. XLIII, 78.)

8. Ἐρωτηθείς, τί μέγιστον ἐν ἐλαχίστῳ, εἶπε, Φρένες ἀγαθαὶ ἐν σώματι ἀνθρώπου.

(Stobæus Flor. III, 56.)

9. Κέρδος αἰσχρὸν βαρὺ κειμήλιον.

(Stobæus Flor. X, 49.)

10. Λόγων ἀποῤῥήτων ἐκφορὰς μὴ ποιοῦ.

(Stobæus Flor. XLII, 7.)

11. Ἐρωτηθείς, τί πάντων αἴτιον, ἔφη, Χρόνος.

(Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 8, 40 p. 90 ed. Gaisf.)

ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΠΕΡΙ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

Τοῦτον ἄριστον ὁ Σόλων εἶπεν αὐτῷ δοκεῖν οἶκον, ὅπου τὰ χρήματα μήτε κτωμένοις ἀδικία, μήτε φυλάττουσιν ἀπιστία, μήτε δαπανῶσι μετάνοια πρόσεστιν. Ὁ δὲ Βίας· ἐν ᾧ τοιοῦτός ἐστιν ὁ δεσπότης δι' αὑτόν, οἷος ἔξω διὰ τὸν νόμον. Ὁ δὲ Θαλῆς· ἐν ᾧ πλείστην ἄγειν τῷ δεσπότῃ σχολὴν ἔξεστιν. Ὁ δὲ Κλεόβουλος· εἰ πλείονας ἔχει τῶν φοβουμένων αὐτὸν τοὺς φιλοῦντας ὁ δεσπότης. Ὁ δὲ Πιττακὸς εἶπεν, ὡς ἄριστος οἶκός ἐστιν ὁ τῶν περισσῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων μηδενὸς ἐνδεόμενος. Ὁ δὲ Χίλων ἔφη, δεῖν μάλιστα βασιλευομένῃ πόλει προσεοικέναι τὸν οἶκον· εἶτα προσεῖπεν, ὅτι Λυκοῦργος πρὸς τὸν κελεύοντα δημοκρατίαν ἐν τῇ πόλει καταστῆσαι, πρῶτον, ἔφη, ποίησον ἐν τῇ οἰκίᾳ σου δημοκρατίαν.

(Plutarchus VII Sapient. Conviv. cap. 12 pag. 26 seq.; cf. Stob. Flor. LXXXV, 14.)

ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ΠΕΡΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

Καὶ πρῶτος ὁ Σόλων· Ἀλλ' ἀκήκοας μὲν ἣν ἔχω γνώμην περὶ πολιτείας, εἰ δὲ βούλει καὶ νῦν ἀκούειν,

---

2. Qui tuto regnare volunt benevolentia stipari debent, non armis.

3. Nemini invideto.

4. Quemadmodum rubigo proprius est frumenti morbus : sic invidia amicitiæ est ægritudo.

5. Ut rubigo ferrum, ita invidia animum, cui inest, corrumpit.

6. Quo magis invides, eo majorum bonorum conciliator es ei cui invidetur.

7. Interrogatus cur in tyrannide permaneret : Quia, inquit, et sponte decedere et vi demoveri periculosum est.

8. Interrogatus, quid maximum in minimo esset : Bona mens, inquit, in corpore humano.

9. Turpe lucrum gravis est thesaurus.

10. Secreta noli enuntiare.

11. Interrogatus, quæ esset omnium causa : Tempus, inquit.

EORUNDEM VII SAPIENTUM DE RE FAMILIARI EFFATA.

Solon eam sibi domum optimam videri dixit, ubi res esset neque injuste parta, neque in ea vel conservanda diffidentiæ vel consumenda pœnitentiæ locus esset. Bias : in qua dominus sua sponte talis esset, qualem foris propter leges se gereret. Thales vero, in qua domino plurimum otii habere liceret. Cleobulus autem : si dominus plures haberet sui amantes, quam metuentes. Pittacus optimam esse domum dixit, ubi neque supervacaneum neque necessarium quidquam desideraretur. Chilon censuit domum civitati regibus obnoxiæ simillimam esse debere, adjecitque Lycurgum cuidam qui populare imperium Spartæ instituere ipsum juberet, respondisse : Prius tu hoc domi tuæ facito.

EORUNDEM DICTA DE REPUBLICA.

Primusque Solon : Audivisti quidem quæ sit mea de republica sententia, sed si nunc quoque libet audire, videtur mihi civitas perbeata esse et popularem rationem optime

δοκεῖ μοι πόλις ἄριστα πράττειν καὶ μάλιστα σώζειν δημοκρατίαν, ἐν ᾗ τὸν ἀδικήσαντα τοῦ ἀδικηθέντος οὐδὲν ἧττον οἱ μὴ ἀδικηθέντες προβάλλονται καὶ κολάζουσιν. Δεύτερος δὲ ὁ Βίας ἔφησε, κρατίστην εἶναι δημοκρατίαν, ἐν ᾗ πάντες ὡς τύραννον φοβοῦνται τὸν νόμον. Ἐπὶ τούτῳ Θαλῆς τὴν μήτε πλουσίους ἄγαν, μήτε πένητας ἔχουσαν πολίτας. Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Ἀνάχαρσις· ἐν ᾗ τῶν ἄλλων ἴσων ὁριζομένων ἀρετῇ τὸ βέλτιον ὁρίζεται καὶ κακίᾳ τὸ χεῖρον. Πέμπτος ὁ Κλεόβουλος ἔφη, μάλιστα σωφρονεῖν δῆμον, ὅπου τὸν ψόγον μᾶλλον οἱ πολιτευόμενοι δεδοίκασιν ἢ τὸν νόμον. Ἕκτος δὲ Πιττακός, ὅπου τοῖς πονηροῖς οὐκ ἔξεστιν ἄρχειν, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔξεστιν ἄρχειν. Μετατραπεὶς δὲ ὁ Χίλων ἀπεφήνατο, τὴν μάλιστα νόμων, ἥκιστα δὲ ῥητόρων ἀκούουσαν πολιτείαν ἀρίστην εἶναι. Τελευταῖος δὲ πάλιν ὁ Περίανδρος ἐπικρίνων ἔφη, δοκεῖν αὐτῷ πάντας ἐπαινεῖν δημοκρατίαν τὴν ὁμοιοτάτην ἀριστοκρατίᾳ.

(Plutarchus VII Sapient. Conviv. cap. 11 pag. 24 seq.)

ΑΝΑΧΑΡΣΙΔΟΣ ΓΝΟΥΡΟΥ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

1. Κρεῖττον ἕνα φίλον ἔχειν πολλοῦ ἄξιον ἢ πολλοὺς μηδενὸς ἀξίους.

(Diogenes Laertius I, 105.)

2. Πρὸς τὴν Σόλωνος οἰκίαν ἀφικόμενος τῶν θεραπόντων τινὶ ἐκέλευσε μηνῦσαι, ὅτι παρείη πρὸς αὐτὸν Ἀνάχαρσις, καὶ βούλοιτο αὐτὸν θεάσασθαι ξένος τε, εἰ οἷόν τε, γενέσθαι· καὶ ὁ θεράπων εἰσαγγείλας ἐκελεύσθη ὑπὸ τοῦ Σόλωνος εἰπεῖν αὐτῷ, ὅτι περ ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσι ξένους ποιοῦνται· ἔνθεν ὁ Ἀνάχαρσις ἐλθὼν ἔφη· νῦν αὐτὸς ἐν τῇ πατρίδι εἰμί, καὶ προσήκει μοι ξένους ποιεῖσθαι· ὁ δὲ καταπλαγεὶς τὴν ἑτοιμότητα εἰσέφρησεν αὐτόν, καὶ μέγιστον φίλον ἐποιήσατο.

(Diogenes Laertius lib. I, 101-102.)

3. Ἐρωτηθείς, τί ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθόν τε καὶ φαῦλον; ἔφη, Γλῶσσα.

(Diogenes Laertius I, 105.)

4. Γλώσσης, γαστρός, αἰδοίων κράτει.

(Diogenes Laertius lib. I, 104.)

5. Ὑπὸ μειρακίου παρὰ πότον ὑβρισθεὶς ἔφη· Μειράκιον, ἐὰν νέος ὢν τὸν οἶνον οὐ φέρῃς, γέρων ὢν ὕδωρ οἴσεις.

(Diogenes Laertius lib. I, 105.)

6. Ἀνάχαρσις ἔφη, κιρναμένου κρατῆρος ἐφεστίου τὸν μὲν πρῶτον ὑγιείας πίνεσθαι, τὸν δὲ δεύτερον ἡδονῆς, τὸν δὲ τρίτον ὕβρεως, τὸν δὲ τελευταῖον μανίας.

(Stobæus Flor. XVIII, 26; Anton. et Maxim. Serm. περὶ μέθης.)

7. Ἐρωτηθείς, εἰ εἰσιν ἐν Σκύθαις αὐλοί, εἶπεν, Ἀλλ' οὐδὲ ἄμπελοι.

(Diogenes Laertius lib. I, 104.)

8. Ἐρωτηθείς, πῶς οὐκ ἂν γένοιτό τις φιλοπότης, εἶπεν· Εἰ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοι τὰς τῶν μεθυόντων ἀσχημοσύνας.

(Diogenes Laertius lib. I, 103.)

---

conservare, in qua injuriæ alicujus auctorem non minus illæsi quam qui læsus est in jus rapiant et puniant. Secundus Bias dixit, popularem reipublicæ statum esse optimum, in quo legem universi tanquam tyrannum metuerent. Tum Thales eam laudavit civitatem, quæ cives neque divites nimis neque pauperes haberet. Post hunc Anacharsis eam in qua, quum reliqua æqualia statuerentur, virtus finis bonorum, vitium summum malum judicaretur. Quintus Cleobulus ait, ibi temperantissimum esse populum, ubi cives magis reprehensionem metuerent quam leges. Sextus Pittacus, ubi imperare improbis non liceret, bonis viris liceret. Conversus deinde Chilo rempublicam legibus potissimum, minime oratoribus obtemperantem optimam esse pronuntiavit. Rursus ultimus Periander cæterorum dicta dijudicans ait, videri sibi omnes eam commendare popularem reipublicæ formam, quæ simillima esset optimatum in civitate gubernationi.

ANACHARSIS GNURI F. APOPHTHEGMATA.

1. Melius est unum amicum præstantem quam fallaces multos habere.

2. Solonis domum quum venisset, jussit quendam ex ejus familia nuntiare Soloni, Anacharsidem ad fores adesse, ut illius conspectu et hospitio, si fieri posset, frueretur. Puer intus hæc nuntiat Soloni ejusque jussu Anacharsidi renuntiat, in sua quemque patria hospitium facere. Hinc ingressus Anacharsis : Jam vero, inquit, in patria sum meque decet hospitio cum aliis jungi. Quam viri dexteritatem admiratus Solon statim eum admisit et arctissimis amicitiæ vinculis sibi devinxit.

3. Interrogatus, quid in hominibus bonum simul ac malum esset : Lingua, inquit.

4. Linguam, ventrem, pudenda contine.

5. Ab adolescente in convivio passus contumeliam : Adolescens, inquit, si nunc ipsum, quum juvenis es, vinum non fers, quando consenueris, aquam feres.

6. Anacharsis dixit, quum vina domi miscerentur, primum poculum sanitatis bibi, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, ultimum insaniæ.

7. Interrogatus, num tibiæ essent in Scythia, Ne vites quidem, inquit.

8. Interrogatus, quomodo quis abstemius fieret : Si ebriorum, inquit, flagitia ante oculos habeat.

9. Θαυμάζειν φησί, πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι, πλησθέντες δὲ ἐν μεγάλοις.

(Diogenes Laertius lib. I, 104.)

10. Ἀνάχαρσις ἔλεγε τῷ νομίσματι πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ ἀριθμεῖν χρωμένους ὁρᾶν τοὺς Ἕλληνας.

(Plutarchus Quomodo quis suos in virtute paranda sentire possit profectus p. 251.)

11. Ἐρωτηθείς, πότερον πλείους εἰσὶν οἱ ζῶντες ἢ οἱ νεκροί, ἔφη· Τοὺς οὖν πλέοντας ποῦ τίθης;

(Diogenes Laertius lib. I, 104.)

12. Μαθὼν τέτταρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεώς, τοσοῦτον ἔφη τοῦ θανάτου τοὺς πλέοντας ἀπέχειν.

(Diogenes Laertius lib. I, 103.)

13. Ὀνειδιζόμενος ὑπὸ Ἀττικοῦ, ὅτι Σκύθης ἐστίν, ἔφη· Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ὄνειδος ἡ πατρίς, σὺ δὲ τῇ πατρίδι.

(Diogenes Laertius lib. I, 104.)

14. Πῶς, ἔλεγεν, ἀπαγορεύοντες τὸ ψεύδεσθαι ἐν ταῖς καπηλείαις φανερῶς ψεύδονται;

(Diogenes Laertius lib. I, 104.)

15. Ἐρωτηθείς, τίνα τῶν πλοίων ἐστὶν ἀσφαλέστερα· ἔφη, Τὰ νενεωλκημένα.

(Diogenes Laertius lib. I, 104.)

16. Τὸ ἔλαιον μανίας φάρμακον ἔλεγε διὰ τὸ ἀλειφομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπιμαίνεσθαι ἀλλήλοις.

(Diog. Laert. I, 104.)

17. Καὶ τοῦτο ἔφη θαυμασιώτατον ἑωρακέναι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι τὸν μὲν καπνὸν ἐν τοῖς ὄρεσι καταλείπουσι, τὰ δὲ ξύλα εἰς τὴν πόλιν κομίζουσι.

(Diogenes Laertius lib. I, 104.)

18. Θαυμάζειν ἔλεγε, πῶς οἱ Ἕλληνες, νομοθετοῦντες κατὰ τῶν ὑβριζόντων, τοὺς ἀθλητὰς τιμῶσιν ἐπὶ τῷ τύπτειν ἀλλήλους.

(Diogenes Laertius lib. I, 103.)

19. Τὴν ἀγορὰν ὡρισμένον ἔφη τόπον εἰς τὸ ἀλλήλους ἀπατᾶν καὶ πλεονεκτεῖν.

(Diogenes Laertius lib. I, 105.)

20. Ἀνάχαρσις ἔφησεν εὐδαιμονίαν ἄρχοντος νομίζειν, εἰ μὴ μόνος εἴη φρόνιμος.

(Stobæus Flor. XLVIII, 47.)

21. Θαυμάζειν ἔφη, πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται.

(Diogenes Laertius lib. I, 103.)

22. Παίζειν δεῖ, ὅπως σπουδάσῃς.

(Anthol. Patav.)

23. Ὀνειδιζόμενος, ὅτι Σκύθης ἐστίν, εἶπεν· Τῷ γένει, ἀλλ' οὐ τῷ τρόπῳ.

(Anthol. Patav.)

24. Ἀρδάλου εἰπόντος· Ἀλλὰ θεοί γε Σκύθαις εἰσίν· Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, γλώσσης ἀνθρωπίνης συνίεντες, οὐχ ὥσπερ δὲ οἱ Ἕλληνες, οἰόμενοι Σκυθῶν διαλέγεσθαι βέλτιον, ὅμως τοὺς θεοὺς ὀστέων καὶ ξύλων ἥδιον ἀκροᾶσθαι νομίζουσιν.

(Plutarchus Conviv. VII Sapient. cap. 5 pag. 13.)

25. Οἶδα καὶ Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην ἐν συμποσίῳ γελωτοποιῶν εἰσαχθέντων ἀγέλαστον διαμείναντα, πιθήκου δ' ἐπεισαχθέντος γελάσαντα φάναι ὡς οὗτος

---

9. Mirari se dixit, cur Græci initio convivii parvis poculis uterentur, ubi vero saturati essent, majoribus.

10. Anacharsis dicebat se non videre ad aliam rem numismate uti Græcos quam ad numerandum.

11. Interrogatus, utrum plures vivi an mortui essent: Navigantes, inquit, utra in parte constituis?

12. Quum didicisset quattuor digitorum navis esse crassitudinem, tantum dixit a morte navigantes abesse.

13. Exprobranti sibi Attico, quod Scytha esset: At mihi, inquit, dedecori est patria, tu patriæ.

14. Qui fit, inquiebat, ut qui mentiri vetant, in cauponando aperte mentiantur?

15. Interrogatus, quænam essent tutissimæ naves: Subductæ, inquit.

16. Oleum insaniæ incitamentum esse dicebat, quod eo uncti athletæ furiose se mutuo aggrederentur.

17. Hoc quoque permirum apud Græcos se vidisse dixit, quod fumum in montibus relinquerent, ligna in urbem conveherent.

18. Mirari se ajebat, cur Græci qui leges de injuriarum auctoribus ferrent, athletas ob mutua verbera honorarent.

19. Forum esse locum ad mutuam fraudem lucrumque turpe destinatum ait.

20. Anacharsis dixit sibi videri principis felicitatem in hoc sitam esse, si non solus esset prudens.

21. Mirari se dixit, cur apud Græcos artifices certarent, judicarent autem qui artifices non essent.

22. Ludendum tibi est, ut seria agas.

23. Exprobrante quodam, quod Scytha esset: Genere quidem, inquit, non moribus.

24. Ardalo dicente: Atqui dii sunt Scythis? Omnino, inquit Anacharsis, iique humanæ linguæ intelligentes; neque vero Scythæ putant quod Græci, qui quamquam Scythis eloquentia præstare se censent, tamen deos ossium et lignorum sonos libentius quam humanam vocem audire opinantur.

25. Scio etiam Anacharsidem Scytham arcessitis in

μὲν φύσει γελοῖός ἐστιν, ὁ δ' ἄνθρωπος ἐπιτηδεύσει.

(Athenæus Dipnosoph. lib. XIV p. 613 D.)

26. Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης ἐρωτηθείς, διὰ τίνα αἰτίαν ἄνθρωποι λυποῦνται πάντοτε, ἔφη· Ὅτι οὐ μόνον αὐτοὺς τὰ ἴδια κακὰ λυποῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀλλότρια ἀγαθά.

(Anton. et Maxim. Serm. περὶ φθόνου.)

27. Ἀνάχαρσις ἔφη πρὸς τὸν ἀποπέμψαντα αὐτὸν [Σκυθέων βασιλέα] Ἕλληνας πάντας ἀσχόλους εἶναι ἐς πᾶσαν σοφίην, πλὴν Λακεδαιμονίων· τούτοισι δὲ εἶναι μούνοισι σωφρόνως δοῦναί τε καὶ δέξασθαι λόγον.

(Herodotus lib. IV cap. 77.)

28. Ἀνάχαρσις ὁ σοφὸς ἐπιδεικνύμενος τὴν τῆς ἀμπέλου δύναμιν τῷ τῶν Σκυθῶν βασιλεῖ, καὶ τὰ κλήματα αὐτῆς δεικνύς, ἔλεγεν ὡς εἰ μὴ καθ' ἕκαστον ἔτος ἔτεμνον οἱ Ἕλληνες τὴν ἄμπελον, ἤδη κἂν ἐν Σκύθαις ἦν.

(Athenæus Dipnosoph. lib. X p. 428 E.)

29. Ὅτι δὲ τὸ μεθύειν καὶ τὰς ὄψεις ἡμῶν πλανᾷ, σαφῶς ἔδειξεν Ἀνάχαρσις δι' ὧν εἴρηκε, δηλώσας ὅτι ψευδεῖς δόξαι τοῖς μεθύουσι γίγνονται. Συμπότης γάρ τις ἰδὼν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα ἐν τῷ συμποσίῳ ἔφη· Ὦ Ἀνάχαρσι, γυναῖκα γεγάμηκας αἰσχράν. Καὶ ὃς ἔφη· Πάνυ γε κἀμοὶ δοκεῖ, ἀλλά μοι ἔγχεον, ὦ παῖ, ποτήριον ἀκρατέστερον, ὅπως αὐτὴν καλὴν ποιήσω.

(Athenæus Dipnosoph. lib. X pag. 445 F.)

30. Παραγενόμενος εἰς Σκυθίαν καὶ νομιζόμενος τὰ νόμιμα παραλύειν τῆς πατρίδος, πολὺς ὢν ἐν τῷ ἑλληνίζειν, τοξευθεὶς ἐν κυνηγεσίῳ πρὸς τἀδελφοῦ τελευτᾷ εἰπών, διὰ μὲν τὸν λόγον ἐκ τῆς Ἑλλάδος σωθῆναι, διὰ δὲ τὸν φθόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ ἀπολέσθαι. Ἔνιοι δὲ τελετὰς ἑλληνικὰς ἐπιτελοῦντα διαχρησθῆναι.

(Diogenes Laertius lib. I, 102. νομιζόμενος conjecit Orellius pro vulgato νομίζων.)

ΜΥΣΩΝΟΣ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

1. Μὴ ἐκ τῶν λόγων τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐκ τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους ζήτει· οὐ γὰρ ἕνεκα τῶν λόγων τὰ πράγματα συντελεῖται, ἀλλ' ἕνεκα τῶν πραγμάτων οἱ λόγοι.

(Diogenes Laertius lib. I, 108.)

2. Εὑρὼν (Ἀνάχαρσις) αὐτὸν θέρους ἐχέτλην ἀρότρῳ προσαρμόττοντα εἶπεν· Ἀλλ', ὦ Μύσων, οὐχ ὥρα νῦν ἀρότρου· Καὶ μάλα, εἶπεν, ὥστε ἐπισκευάζειν.

(Diogenes Laertius lib. I, 106.)

3. Ὤφθη ποτὲ ἐν Λακεδαίμονι μόνος ἐπ' ἐρημίας γελῶν· ἄφνω δέ τινος ἐπιστάντος καὶ πυθομένου, διὰ τί μηδενὸς παρόντος γελᾷ· Δι' αὐτὸ τοῦτο, ἔφη.

(Diogenes Laertius lib. I, 107.)

---

convivium scurris non risisse, postea autem adductam simiam risu excepisse dicentem, natura quidem animal illud esse ridiculum, hominem vero studio et industria.

26. Anacharsis Scytha, quum ex eo quæsitum esset, cur semper homines dolerent: Quia, inquit, non solum mala sua dolent, verum etiam aliena bona.

27. Anacharsis illi qui ipsum in Græciam miserat [Scytharum regi] dixit Græcos universos in omni sapientia occupari, exceptis Lacedæmoniis; his autem solis esse prudenter respondendi et interrogandi facultatem.

28. Anacharsis ille sapiens vitis vim Scytharum regi ostendens ejusque palmites monstrans, dicebat nisi quotannis Græci vitem amputarent, futurum jam fuisse, ut apud Scythas esset.

29. Oculos etiam nostros temulentia decipi aperte responso suo ostendit Anacharsis, ebriorum falsas esse opiniones significans. Namque e compotoribus quidam uxorem ejus in convivio intuitus: O Anacharsi, inquit, deformem duxisti uxorem. Tum ille: Ita quidem, inquit, et mihi videtur; sed, heus tu puer, meracius mihi poculum infunde, ut formosam eam efficiam.

30. Reversus in Scythiam et patrias leges evertere creditus, quod totum se ad Græcorum imitationem contulisset, in venatione a fratre sagitta percussus interiit, testatus se ratione et oratione servatum e Græcia rediisse, invidiâ autem in patria perire. Nonnulli Græco ritu sacrificantem occisum esse tradunt.

MYSONIS APOPHTHEGMATA.

1. Ne ex verbis res, sed ex rebus verba inquiras: neque enim propter verba res perficiuntur, sed rerum causa verba consummantur.

2. Quum Anacharsis eum reperisset æstate stivam aratro aptantem: At nunc, inquit, o Myson, tempus non est aratro vacare. Tum ille: Immo, inquit, tempus est illud præparare.

3. Solus aliquando Lacedæmone in solitudine ridere visus est; quum vero repente aliquis supervenisset interrogassetque, cur nemine præsente rideret: Ob hoc ipsum, inquit, rideo.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΠΤΑ ΣΟΦΟΥΣ.

Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὔνομα, [φωνήν.
Μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
Χίλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι· γνῶθι σεαυτόν.
Ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε, χολοῦ κρατέειν Περίαν-[δρος.
Πιττακὸς οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ Μιτυλήνης.
Τέρμα δ' ὁρᾷν βιότοιο, Σόλων ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις.
Τοὺς πλέονας κακίους δὲ Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς.
Ἐγγύην φεύγειν δὲ Θαλῆς Μιλήσιος ηὔδα.

(Anthol. Planud. lib. I cap. 86; Anal. Brunck. III p. 149.)

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΠΤΑ ΣΟΦΟΥΣ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Ἑπτὰ σοφῶν, Κλεόβουλε, σὲ μὲν τεκνώσατο [Λίνδος,
ἀμφὶ δὲ Σισυφία χθὼν Περίανδρον ἔχει,
Πιττακὸν ἡ Μιτυλῆνα, Βίαντα δὲ δῖα Πριήνη,
Μίλητος δὲ Θαλῆν, ἄκρον ἔρεισμα δίκας,
ἁ Σπάρτα Χείλωνα, Σόλωνα δὲ Κεκροπὶς αἶα·
πάντας ἀριζάλου σωφροσύνας φύλακας.

(Anal. Brunck. II p. 22.)

INCERTI EPIGRAMMA IN VII SAPIENTES D. M. AUSONIO INTERPRETE.

Septenis patriam sapientum nomina, voces
versibus expediam; sua quemque monosticha dicent.
Chilo cui patria est Lacedæmon, *Noscere se ipsum.*
Periander *trepidam moderare* Corinthius *iram.*
Ex Mitylenæis *Nimium nil* Pittacus oris.
Mensuram optimam ait Cleobulus Lindius *in re.*
Exspectare Solon *finem* docet, ortus Athenis.
Plures esse Bias *pravos* quem clara Priene.
Mileti *fugisse* Thales *vadimonia* alumnus.

ANTIPATRI IN EOSDEM EPIGRAMMA.

E septem sapientibus te, Cleobule, Lindus tulit
at Periandrum Sisyphia habet terra,
Pittacum Mitylene, Biantem divina Priene,
Miletus Thalem, insigne justitiæ columen,
Sparta Chilonem, Solonem Cecropia terra,
omnes eximiæ temperantiæ custodes.

VII GRÆCIÆ SAPIENTUM SENTENTIÆ A D. M. AUSONIO SEPTENIS VERSIBUS EXPLICATÆ.

BIAS PRIENEUS.

Quænam summa boni? mens quæ sibi conscia recti.
Pernicies homini quæ maxima? solus homo alter.
Quis dives? qui nil cupiat. Quis pauper? avarus.
Quæ dos matronæ pulcherrima? vita pudica.
Quæ casta est? de qua mentiri fama veretur.
Quid prudentis opus? quum possit, nolle nocere.
Quid stulti proprium? non posse et velle nocere.

PITTACUS MITYLENÆUS.

Loqui ignorabit, quum tacere nesciet.
Bono probari malo, quam multis malis.
Demens superbis invidet felicibus.
Demens dolorem ridet infelicium.
Pareto legi, quisque legem sanxeris.
Plures amicos re secunda compara.
Plures amicos rebus adversis proba.

CLEOBULUS LINDIUS.

Quanto plus liceat, tam libeat minus.
Fortunæ invidiæ est immeritus miser.
Felix criminibus nullus erit diu.
Ignoscas aliis multa, nihil tibi.
Parcit quisque malis, perdere vult bonos.
Majorum meritis gloria non datur:
Turpis sæpe datur fama minoribus.

PERIANDER CORINTHIUS.

Nunquam discrepat utile a decoro.
Plus est sollicitus, magis beatus.
Mortem optare malum, timere pejus.
Faxis ut libeat quod est necesse.
Multis terribilis caveto multos.
Si fortuna juvat, caveto tolli.
Si fortuna tonat, caveto mergi.

SOLON ATHENIENSIS.

Dico tunc beatam vitam, quum peracta facta sint.
Par pari jugator conjux. Quidquid impar, dissidet.
Non erunt honores unquam fortuiti muneris.
Clam coarguas propinquum, propalam laudaveris.
Pulchrius multo parari, quam creari nobilem.
Certa si decreta sors est, quid cavere proderit?
Sive sint incerta cuncta, quid timere convenit

CHILO LACEDÆMONIUS.

Nolo minor me timeat despiciatque major.
Vive memor mortis, uti sis memor et salutis;
Tristia cuncta exsuperans aut animo aut amico.

Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.
Quæ benefacta accipias, perpetuo memento.
Grata senectus homini, quæ parilis juventæ.
Illa juventa est gravior, quæ similis senectæ.

THALES MILESIUS.

Turpe quid ausurus te sine teste time.
Vita perit, mortis gloria quum moritur.
Quod facturus eris, dicere sustuleris.
Crux est, si metuas vincere quod nequeas.
Quum vere objurgas, sic, inimice, juvas.
Quum falso laudas, sic et, amice, noces.
Nil nimium satis est. Ne sit et hoc nimium.

DE ANAXIMANDRO.

Anaximander quem Cicero (1) Thaletis popularem et sodalem, Simplicius (2) ejus successorem et discipulum vocat, Praxiadis filius, Milesius fuit. Qui quum Apollodoro (3) teste olympiadis LVIII anno secundo annum ætatis sexagesimum quartum egerit ac paullo post naturæ concessisse feratur, apparet eum partu editum esse olympiadis XLII anno tertio vel a. Chr. 610. Quocum congruit Eusebius ad olympiadem LI adnotans : Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος φυσικὸς ἐγνωρίζετο, et Hieronymus de eadem olympiade scribens : « Anaximander, Milesius, physicus agnoscitur. » Quum vero Polycrates, Samiorum tyrannus, quo regnante maxime floruisse dicitur Anaximander, regnum adeptus sit olympiadis LXII anno primo, Diogenem in mortis tempore notando (μετ' ὀλίγον) errasse conjicias, nisi forte statuendum sit, intelligi majorem Polycratem (4) qui (5) olympiade LIV floruit.

Verum ut de placitis ejus pauca disseram, infinitatem naturæ dixit esse e qua omnia gignerentur (6), vel quemadmodum Diogenes scribit (7), initium et elementum esse affirmavit. Quamvis autem cuncta ad causas naturales revocaret, tamen neque aquam, neque ignem, neque aerem, neque simile quippiam rerum principium nominare solitus est, sed si Alexandro Aphrodisiensi (8) credimus, mediam quandam naturam eo nomine affecit. Ut vero ex infinitate res omnes ei videbantur oriri : sic ortas et paullatim senescentes in eam dissolvi contendebat. Quocirca innumerabiles etiam mundos nasci censuit et rursus interitu suo ad illa unde procreati erant semina redigi. Addit porro ideo esse infinitum, ne quando is qui nunc est rerum ortus deficiat (9). Quid? quod infinitionem illam sive immensitatem, rerum originem, omnino immutabilem esse ei placuit, licet partes ejus mutari arbitraretur (10). Præterea terram centri instar constitutam medio loco sitam esse globosamque formam habere. Lunam falso lucere lumine splendoremque a sole mutuari. At solem tanta esse magnitudine,

(1) Cicero Acad. Quæst. lib. II cap. 37.

(2) Simplicius Comment. in Physic. lib. I p. 3 : Ἀναξίμανδρος μέν, Πραξιάδου, Μιλήσιος, Θαλοῦ γενόμενος διάδοχος καὶ μαθητής. Diog. Laert. II, 1 : Ἀναξίμανδρος Πραξιάδου Μιλήσιος.

(3) Diogenes Laertius lib. II, 2 : Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, ὅς καί φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς Χρονικοῖς τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος ἐτῶν εἶναι ἑξήκοντα τεσσάρων, καὶ μετ' ὀλίγον τελευτῆσαι, ἀκμάσαντά πη μάλιστα κατὰ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον.

(4) Suidas v. Ἴβυκος.

(5) Conf. C. Clinton. Fast. Hellen. Cæterum Corsinus Fast. Attic. I p. 89 et p. 118 e Diogenis loco lib. II, 3 quem ipse emendat concludit, Anaximandrum olympiadis LXIII anno primo vita defunctum esse. Idem tamen in præfat. ad Plutarchum de Plac. phil. pag. XXV existimat philosophum usque ad olympiadem LXVIII vixisse, ut Anaximenes ipsum audire potuerit. Sed hæc omnia incerta sunt.

(6) Cicero Acad. Quæst. lib. II, 37.

(7) Diogenes Laertius lib. II, 1 : Οὗτος ἔφασκεν ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον τὸ ἄπειρον, οὐ διορίζων ἀέρα ἢ ὕδωρ ἢ ἄλλο τι. Similiter Aristoteles Phys. III, 4; qui tamen libro de Melisso, Xenophane et Gorg. cap. 2 scribit : Ἔτι δὲ οὐδὲν κωλύει, μίαν τινὰ οὖσαν τὸ πᾶν μορφήν, ὡς καὶ ὁ Ἀναξίμανδρος καὶ ὁ Ἀναξιμένης λέγουσιν, ὁ μὲν ὕδωρ εἶναι φάμενος τὸ πᾶν, ὁ δέ, ὁ Ἀναξιμένης, ἀέρα. Aliter Origenes Refut. hæres. p. 312 ed. Miller. : Ἵππασος μὲν ὁ Μεταπόντιος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος ἐκ πυρὸς ἀπεφήναντο τὴν γένεσιν, Ἀναξίμανδρος δὲ ἐξ ἀέρος.

(8) Alexander Aphrodisiensis ad Aristotelis Metaph. lib. I cap. 5 p. 34 ed. Bonitz. : Ἐν τούτοις δ' ἂν καὶ Ἀναξίμανδρος εἴη ὁ τὴν μεταξὺ φύσιν θέμενος, ἧς δόξης ἐμνημόνευσεν ἐν τοῖς περὶ Γενέσεως. Idem p. 36 : Οἱ μὲν γὰρ ὕδωρ ἄπειρον εἶναι, οἱ δὲ ἀέρα, οἱ δέ τινα μεταξὺ φύσιν, ὡς Ἀναξίμανδρος. Idem ad Metaph. I cap. 6 p. 45 : Προσέθηκε δὲ τῇ ἱστορίᾳ καὶ τὴν Ἀναξιμάνδρου δόξαν, ὃς ἀρχὴν ἔθετο τὴν μεταξὺ φύσιν ἀέρος τε καὶ πυρός, ἢ ἀέρος τε καὶ ὕδατος· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως. Cf. p. 46. Huc nonnulli referunt Aristot. de Cœl. III, 5 : Ἔνιοι γὰρ ἓν μόνον ὑποτίθενται, καὶ τοῦτο οἱ μὲν ὕδωρ, οἱ δὲ ἀέρα, οἱ δὲ πῦρ, οἱ δὲ ὕδατος μὲν λεπτότερον, ἀέρος δὲ πυκνότερον, ὃ περιέχειν φασὶ πάντας τοὺς οὐρανοὺς ἄπειρον ὄν, extrema ad Anaximandrum pertinere rati. Simplicius Comm. ad Arist. Phys. partim recte de Anaximandro disputat, ut fol. 6 a, partim prius dictorum oblitus ad lib. III, 4 et 5 temere Alexandrum Aphrodisiensem sequitur.

(9) Plutarchus de Plac. phil. lib. I, 3 : Ἀναξίμανδρος δὲ ὁ Μιλήσιός φησι, τῶν ὄντων τὴν ἀρχὴν εἶναι τὸ ἄπειρον· ἐκ γὰρ τούτου πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τοῦτο πάντα φθείρεσθαι· διὸ καὶ γεννᾶσθαι ἀπείρους κόσμους, καὶ πάλιν φθείρεσθαι εἰς τὸ ἐξ οὗ γίνεται. λέγει οὖν, διὰ τί ἄπειρόν ἐστιν; ἵνα μηδὲν ἐλλείπῃ ἡ γένεσις ἡ ὑφισταμένη. ἁμαρτάνει δὲ οὗτος, μὴ λέγων, τί ἐστι τὸ ἄπειρον, πότερον ἀήρ ἐστιν ἢ ὕδωρ ἢ γῆ, ἢ ἄλλα τινὰ σώματα· ἁμαρτάνει οὖν, τὴν μὲν ὕλην ἀποφαινόμενος, τὸ δὲ ποιοῦν αἴτιον ἀναιρῶν. τὸ γὰρ ἄπειρον οὐδὲν ἄλλο ἢ ὕλη ἐστίν· οὐ δύναται δὲ ἡ ὕλη εἶναι ἐν ἐνεργείᾳ, ἂν μὴ τὸ ποιοῦν ὑποκέηται.

(10) Diogenes Laertius lib. II, 1 : καὶ τὰ μὲν μέρη μεταβάλλειν, τὸ δὲ πᾶν ἀμετάβλητον εἶναι. Simplicius ad Arist. Phys. lib. I f. 9 : καὶ τῶν μίαν καὶ κινουμένην λεγόντων Ἀναξίμανδρος ὁ Πραξιάδου Μιλήσιος ἄπειρόν τινα φύσιν, ἄλλην οὖσαν τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἀρχὴν ἔθετο, ἧς τὴν ἀΐδιον κίνησιν αἰτίαν εἶναι τῆς τῶν ὄντων γενέσεως ἔλεγε.

ut non minor sit quam terra eumque purissimum esse ignem (11).

Dicit autem ex æterna rerum materia calorem et frigus mundi hujus nascentis tempore secreta esse et quendam ortum inde ignis globum cum aere terram cingente tanquam cum cortice arborem circumcirca coaluisse, quo abrupto atque in quosdam circulos incluso exstitisse solem et lunam et stellas (12). Porro terram (13) nulla re sustentatam in aere pendere immotam, quia pari spatio a reliquis omnibus distet : ejus vero formam rotundam esse, nigro lapidi similem. Antecedere autem solis orbem septem et viginti partibus lunæ, atque in summa regione esse solem, in infima inerrantium stellarum orbes. Terram (14) cylindri formam habere, ita ut ejus altitudo tertia latitudinis pars sit. Mare (15) ait primi humoris esse reliquias, cujus major pars igni exsiccata, reliqua ob ardorem mutata sint.

Prima (16) animalia Anaximander in humore nata esse statuit, corticibus spinosis obducta, deinde adultiore ætate ad siccitatem transiisse ruptoque cortice non multum temporis postea vixisse. Quæ quum ita sint, initio (17) homines ex alius formæ animalibus natos esse asseverat, propterea quod reliqua animalia per se cito pascantur, solus autem homo diuturna nutricatione indigeat. Quamobrem principio rerum talem naturam nunquam potuisse vitam tolerare ratus homines in piscibus innatos esse decrevit (18), quumque squalorum vel balænarum in morem nutriti essent et jam ad sese tuendos satis haberent virium, ejectos terram occupasse. Ejusdem opinio est nativos esse deos, longis intervallis orientes occidentesque, eosque innumerabiles esse mundos (19). Sunt etiam qui eum sidera deos cœlestes putasse testentur (20). Primus autem gnomonem invenit (21) eumque Lacedæmone in solariis statuit, ut solstitia et æquinoctia notaret. Idem horoscopia fabricatus est ac terræ marisque circuitum descripsit, quod nemo ante istam ætatem traditur fecisse. Etenim Strabo (22) testi-

(11) Diogenes Laertius lib. II, 1 : μέσην τε τὴν γῆν κεῖσθαι, κέντρου τάξιν ἐπέχουσαν, οὖσαν σφαιροειδῆ· τήν τε σελήνην ψευδοφαῆ, καὶ ἀπὸ ἡλίου φωτίζεσθαι ἀλλὰ καὶ τὸν ἥλιον οὐκ ἐλάττονα τῆς γῆς, καὶ καθαρώτατον πῦρ.

(12) Plutarchus apud Eusebium Præp. Evang. I, 8 : Φησὶ δὲ τὸ ἐκ τοῦ ἀϊδίου γόνιμον θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ (leg. γονίμου θερμόν τε καὶ ψυχρὸν) κατὰ τὴν γένεσιν τοῦδε τοῦ κόσμου ἀποκριθῆναι καί τινα ἐκ τούτου φλογὸς σφαῖραν περιφῦναι τῷ περὶ τὴν γῆν ἀέρι ὡς τῷ δένδρῳ φλοιόν· ἧς τινος ἀποῤῥαγείσης καὶ εἴς τινας ἀποκλεισθείσης κύκλους ὑποστῆναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας.

(13) Origenes Philosophum. p. 11 ed. Miller. : τὴν δὲ γῆν εἶναι μετέωρον ὑπ' οὐδενὸς κρατουμένην, μένουσαν διὰ τὴν ὁμοίαν πάντων ἀπόστασιν. Τὸ δὲ σχῆμα αὐτῆς ὑγρὸν στρογγύλον χιόνι (lege τὸ δὲ σχῆμα αὐτῆς ὑπάρχειν στρογγύλον μέλανι) λίθῳ παραπλήσιον....εἶναι δὲ τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου ἑπτακαιεικοσιπλασίονα τῆς σελήνης, καὶ ἀνωτάτω μὲν εἶναι τὸν ἥλιον, κατωτάτω δὲ τοὺς τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων κύκλους.

(14) Plutarchus ap. Euseb. Præp. Ev. I, 8 : Ὑπάρχειν δέ φησι τῷ μὲν σχήματι τὴν γῆν κυλινδροειδῆ, ἔχειν δὲ τοσοῦτον βάθος, ὅσον ἂν εἴη τρίτον πρὸς τὸ πλάτος.

(15) Plutarchus de Plac. phil. lib. III, 16 : Ἀναξίμανδρος τὴν θάλασσάν φησιν εἶναι τῆς πρώτης ὑγρασίας λείψανον, ἧς τὸ μὲν πλεῖον μέρος ἀνεξήρανε τὸ πῦρ, τὸ δὲ ὑπολειφθὲν διὰ τὴν ἔκκαυσιν μετέβαλεν. Id. lib. II, 25 : Ἀναξίμανδρος κύκλον εἶναι (τὴν σελήνην) ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς γῆς, ὥσπερ τὸν τοῦ ἡλίου πλήρη πυρός· ἐκλείπειν δὲ κατὰ τὰς ἐπιστροφὰς τοῦ τροχοῦ· ὅμοιον γὰρ εἶναι ἁρματείῳ τροχῷ κοίλην ἔχοντι τὴν ἀψῖδα, καὶ πλήρη πυρός, ἔχοντι μίαν ἐκπνοήν. Stobæus Ecl. I p. 510 : Ἀναξίμανδρος (τοὺς ἀστέρας εἶναι) πιλήματα ἀέρος τροχοειδῆ, πυρὸς ἔμπλεα, κατά τι μέρος ἀπὸ στομίων ἐκπνέοντα φλόγας. De sole cf. Achill. Tat. Isag. Arat. 19 p. 138 ed. Petav. Totum cœlum contendebat esse πτηνὸν πυρὸς μετέχοντα, id. ib. 5, p. 128.

(16) Plutarchus de Plac. phil. lib. V, 19 : Ἀναξίμανδρος ἐν ὑγρῷ γεννηθῆναι τὰ πρῶτα ζῷα, φλοιοῖς περιεχόμενα ἀκανθώδεσι· προβαινούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἀποβαίνειν ἐπὶ τὸ ξηρότερον· καὶ περιῤῥηγνυμένου τοῦ φλοιοῦ, ἐπ' ὀλίγον χρόνον μεταβιῶναι.

(17) Plutarchus apud Eusebium Præp. Evang. I, 8 : Ἔτι φησὶν [ὁ Ἀναξίμανδρος] ὅτι κατ' ἀρχὰς ἐξ ἀλλοειδῶν ζῴων ὁ ἄνθρωπος ἐγενήθη, ἐκ τοῦ τὰ μὲν ἄλλα δι' ἑαυτῶν ταχὺ νέμεσθαι, μόνον δὲ τὸν ἄνθρωπον πολυχρονίου δεῖσθαι τιθηνήσεως· διὸ καὶ κατ' ἀρχὰς οὐκ ἄν ποτε τοιοῦτον ὄντα διασωθῆναι.

(18) Plutarchus Convival. Disput. lib. VIII, 8, 4 : (Ὁ Ἀναξίμανδρος) ἐν ἰχθύσιν ἐγγενέσθαι τὸ πρῶτον ἀνθρώπους ἀποφαίνεται καὶ τραφέντας ὥσπερ οἱ παλαιοί, (leg. ὥσπερ τοὺς πηλαίους vel ὥσπερ τὰς φαλαίνας) καὶ γενομένους ἱκανοὺς ἑαυτοῖς βοηθεῖν ἐκβληθῆναι τηνικαῦτα καὶ γῆς λαβέσθαι. Origenes Philosophum. pag. 11 ed. Miller. : τὰ δὲ ζῷα γίγνεσθαι ἐξατμιζόμενα ὑπὸ τοῦ ἡλίου· τὸν δὲ ἄνθρωπον ἑτέρῳ ζῴῳ γεγονέναι, τουτέστιν ἰχθύϊ παραπλήσιον κατ' ἀρχάς.

(19) Cicero de Nat. Deor. I, 10; item Stobæus Eclog. Phys. I, cap. 2, 28 tom. I p. 21 ed. Gaisf. : Ἀναξίμανδρος ἀπεφήνατο τοὺς ἀπείρους οὐρανοὺς θεούς.

(20) Plutarchus de Plac. phil. lib. I. 7 : Ἀναξίμανδρος τοὺς ἀστέρας οὐρανίους θεούς.

(21) Diogenes Laertius II, 1-2 : Εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, τροπάς τε καὶ ἰσημερίας σημαίνοντα, καὶ ὡροσκόπια κατεσκεύασε. καὶ γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον πρῶτος ἔγραψεν. ἀλλὰ καὶ σφαῖραν κατεσκεύασε. Hoc inventum Babyloniis tribuit Herodotus lib. II, 109 : Πόλον μὲν γὰρ καὶ γνώμονα καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἕλληνες. Pro Anaximandro cui Græci gnomonices cognitionem debent Anaximenem nominat Plinius Hist. nat. lib. II, 76 his verbis : « Umbrarum hanc rationem et quam vocant gnomonicen invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri (de quo diximus) discipulus : primusque horologium, quod appellant sciothericon, Lacedæmone ostendit. » Cf. Suidas v. γνώμων et ἡλιοτρόπιον. Vid. etiam Salmas. Plin. Exerc. pag. 632 sq.

(22) Strabo lib. I cap. 1, pag. 7 ed. Casaub. : Ὧν τοὺς πρώτους μεθ' Ὅμηρον δύο φησὶν Ἐρατοσθένης Ἀναξίμανδρόν τε Θαλοῦ γεγονότα γνώριμον καὶ πολίτην, καὶ Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον· τὸν μὲν οὖν ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πί-

ficatur ab illo primam editam esse tabulam geographicam. Ad ornanda litterarum studia sine dubio sphæra quoque ab eo constructa valuit. Præclare vero de astrologia meritus est, siquidem princeps de siderum magnitudine et intervallis quæsivit (23). Quin etiam signiferi orbis obliquitatem, quæ antea ignota erat, intellexisse, hoc est rerum fores aperuisse olympiade LVIII perhibetur (24). Neque tamen sola doctrinæ et inventionis laude contentus fuit, sed brevem etiam placitorum suorum expositionem vulgavit, in quam Apollodorum Atheniensem, Chronicorum scriptorem, incidisse Diogenes (25) auctor est. Cui consentaneum esse liquet quod apud Themistium Orat. XXVI p. 317 ed. Harduin. (26) legimus. Ibi enim Anaximander omnium Græcorum primus librum de rerum natura compositum emisisse dicitur, quæ res antea dedecori erat atque a vitæ consuetudine et civitatum moribus abhorrebat. Cæterum si vera rettulit Ælianus (27) Var. Hist. III, 17, coloniam Mileto Apolloniam deduxit. Ex ejus opere (28) pauca quædam veteres excerpserunt fragmenta quæ sequenti pagina subjiciam (29).

ναχα, τὸν δὲ Ἑκαταῖον κτλ. Conf. Agathemer. I c. I p. 1.

(23) Cf. Eudemus ap. Simplic. de Cœlo fol. 115 a.

(24) Plinius Hist. nat. lib. II cap. 8.

(25) Diogenes Laertius lib. II, 2 : Τῶν δὲ ἀρεσκόντων αὐτῷ πεποίηται κεφαλαιώδη τὴν ἔκθεσιν, ᾗπερ περιέτυχε καὶ ὁ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος.

(26) Θαλῆς μὲν δὴ τοσαῦτα εἰσενεγκάμενος οὐ κατέθετο ὅμως εἰς συγγραφὴν τὰ εὑρήματα, οὔτε αὐτὸς ὁ Θαλῆς, οὔτε ἄλλος τις τῶν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Τούτου γενόμενος ζηλωτὴς Ἀναξίμανδρος ὁ Πραξιάδου οὐ πάντα ἐζήλωσεν ὅμως, ἀλλὰ τοῦτο εὐθὺς παρήλλαξέ τε καὶ ἐξετράπετο, ὅτι ἐθάῤῥησε πρῶτος, ὧν ἴσμεν, Ἑλλήνων λόγον ἐξενεγκεῖν περὶ φύσεως συγγεγραμμένον. Πρὶν δὲ εἰς ὄνειδος καθειστήκει τὸ λόγους συγγράφειν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐνομίζετο τοῖς πρόσθεν Ἕλλησι.

(27) Ælianus Var. Hist. lib. III cap. 17 : Καὶ Ἀναξίμανδρος δὲ ἡγήσατο τῆς εἰς Ἀπολλωνίαν ἐκ Μιλήτου ἀποικίας.

(28) Fallitur Suidas, plura Anaximandri scripta commemorans : Ἔγραψε περὶ φύσεως, γῆς περίοδον, περὶ τῶν ἀπλανῶν καὶ σφαῖραν καὶ ἄλλα τινά. Aliter Eudocia p. 55 : Πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι καὶ περὶ φύσεως καὶ ἀπλανῶν. Suidam apparet aut negligenter hæc scripsisse, ne inspecto quidem Diogenis loco, aut vitiato ejus scriptoris codice esse usum. Eudociam quoque memoria parum nrma fefellit.

(29) Diversus ab hoc fuit Anaximander historicus, de quo Diogenes Laertius lib. II, 2 : Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ἀναξίμανδρος ἱστορικός, καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, τῇ Ἰάδι γεγραφώς.

ΑΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Ἅπαντα γὰρ ἢ ἀρχὴ ἢ ἐξ ἀρχῆς· τοῦ δὲ ἀπείρου οὐκ ἔστιν ἀρχή· εἴη γὰρ ἂν αὐτοῦ πέρας. ἔτι δὲ καὶ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον, ὡς ἀρχή τις οὖσα· τό τε γὰρ γενόμενον ἀνάγκη τέλος λαβεῖν, καὶ τελευτὴ πάσης ἐστὶ φθορᾶς. διὸ καθάπερ λέγομεν, οὐ ταύτης ἀρχή, ἀλλ' αὕτη τῶν ἄλλων εἶναι δοκεῖ καὶ περιέχειν ἅπαντα καὶ πάντα κυβερνᾶν, ὥς φασιν ὅσοι μὴ ποιοῦσι παρὰ τὸ ἄπειρον ἄλλας αἰτίας, οἷον νοῦν ἢ φιλίαν, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ θεῖον· ἀθάνατον γὰρ καὶ ἀνώλεθρον, ὥς φησιν ὁ Ἀναξίμανδρος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων.

(Aristoteles Phys. III, 4. Hic νοῦς ad Anaxagoram, φιλία ad Empedoclem refertur. Cf. Origines Philosoph. p. 11 ed. Miller. : Οὗτος [ὁ Ἀναξίμανδρος] ἀρχὴν ἔφη τῶν ὄντων φύσιν τινὰ τοῦ ἀπείρου, ἐξ ἧς γίγνεσθαι τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς κόσμον (leg. cum Rittero καὶ τοὺς κόσμους). ταύτην δ' ἀΐδιον εἶναι καὶ ἀγήρω, ἣν καὶ πάντας περιέχειν τοὺς κόσμους.... πρὸς δὲ τούτῳ κίνησιν ἀΐδιον εἶναι, ἐν ᾗ συμβαίνει γίγνεσθαι τοὺς οὐρανούς.)

2. Ἀναξίμανδρος... ἀρχήν τε καὶ στοιχεῖον εἴρηκε τῶν ὄντων τὸ ἄπειρον, πρῶτος τοῦτο τοὔνομα κομίσας τῆς ἀρχῆς. λέγει δ' αὐτὴν μήτε ὕδωρ μήτε ἄλλο τι τῶν καλουμένων εἶναι στοιχείων, ἀλλ' ἑτέραν τινὰ φύσιν ἄπειρον, ἐξ ἧς ἅπαντας γίγνεσθαι τοὺς οὐρανοὺς καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς κόσμους· ἐξ ὧν δὲ ἡ γένεσίς ἐστι τοῖς οὖσι, καὶ τὴν φθορὰν εἰς ταὐτὰ γίγνεσθαι κατὰ τὸ χρεών· διδόναι γὰρ αὐτὰ τίσιν καὶ δίκην τῆς ἀδικίας κατὰ τὴν τοῦ χρόνου τάξιν, ποιητικωτέροις ὀνόμασιν αὐτὰ λέγων. δῆλον δὲ ὅτι τὴν εἰς ἄλληλα μεταβολὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων οὗτος θεασάμενος οὐκ ἠξίωσεν ἕν τι τούτων ὑποκείμενον ποιῆσαι, ἀλλά τι ἄλλο παρὰ ταῦτα. οὗτος δὲ οὐκ ἀλλοιουμένου τοῦ στοιχείου τὴν γένεσιν ποιεῖ, ἀλλ' ἀποκρινομένων τῶν ἐναντίων διὰ τῆς ἀϊδίου κινήσεως· διὸ καὶ τοῖς περὶ Ἀναξαγόραν τοῦτον ὁ Ἀριστοτέλης συνέταξεν.

(Simplicius Comment. in Aristot. Phys. fol. 6. a.)

3. Ἐνούσας γὰρ τὰς ἐναντιότητας ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἀπείρῳ, ὄντι δὲ σώματι, ἐκκρίνεσθαί φησιν Ἀναξίμανδρος, πρῶτος αὐτὸς ἀρχὴν ὀνομάσας τὸ ὑποκείμενον. ἐναντιότητες δέ εἰσι θερμὸν ψυχρόν, ξηρὸν ὑγρὸν καὶ αἱ ἄλλαι.

(Simplicius in Aristotelis Phys. fol. 32 b. ὄντι δὲ σώματι cum Prellero scripsi; vulg. ὄντι ἀσώματι.)

---

1. Omnia enim quæ exstant aut principium sunt, aut e principio orta : infiniti autem non est principium; esset enim ejus finis. Præterea id neque genitum neque interiturum esse convenit, quia principium est. Etenim quod ortum habuit, id finem inveniat necesse est, atque omnis corruptionis quidam est terminus. Quamobrem, ut dicimus, non hujus principium est, sed hoc cæterorum videtur esse principium et *continere omnia cunctaque gubernare*, quod ipsum affirmant quicunque non alias causas præter infinitum faciunt, velut mentem aut amicitiam, et hoc esse divinum. *Est enim immortale et interitus expers*, quemadmodum Anaximander et physicorum plerique dicunt.

2. Anaximander rerum principium atque elementum infinitum vocavit, primus hoc principii nomine usus. Dicit autem id neque aquam neque aliud ex illis quæ elementa appellantur esse, sed aliam quandam naturam infinitam e qua cœli omnes mundique qui in illis sunt gignantur; e quibus vero oriantur res, in eadem illas *necessario* rursus corrumpi : sic enim *eas temporis ordine injustitiæ pœnas dare et supplicia luere*, poeticis hæc verbis enuntians. Cæterum apparet hunc mutuam quattuor elementorum mutationem intuitum noluisse eorum unum aliquod cæteris subesse decernere, sed aliud quodpiam atque hæc. At hic quidem non elementi variatione generationem efficit, sed contrariis motu sempiterno secretis. Quocirca et cum Anaxagora eum Aristoteles conjunxit.

3. Contraria enim quæ insunt in subjecta infinitate eaque corporea excerni ait Anaximander, qui primus subjectam materiam principium nominavit. Contraria vero sunt calida frigida, arida humida et reliqua.

DE ANAXIMENE.

Anaximenes, Eurystrati filius, Milesius fuit. Hunc Apollodorus in Chronicis apud Diogenem olympiade sexagesima tertia esse natum ac circa illud tempus quo Sardes captæ sunt diem supremum obiisse testatur (1). Atqui Sardes quas bis in hostium arbitrium et potestatem venisse constat, combustæ sunt secundo olympiadis septuagesimæ anno vel a. Chr. 499. Itaque nisi philosophum juvenem rebus humanis exemtum esse statuamus, Diogenis verba mendo laborare verisimile est. Neque tamen alii scriptores certiora verioraque tradunt, e quibus Origenes (2) eum primo olympiadis quinquagesimæ octavæ anno floruisse, Suidas (3) olympiade quinquagesima quinta in hanc vitam profectum esse vel vixisse (γεγονέναι) auctor est, quo tempore Cyrus expugnatis Sardibus Crœsum regno spoliavit. In hac testimoniorum paucitate nemo mirabitur viros doctos quæ in veterum monumentis desiderantur conjecturis explere voluisse. Sed varias illorum ac discrepantes sententias referre supersedemus; unum memorabimus Heynii inventum qui cum Simsono transpositis aliquot verbis Diogenis locum sic constituit : γεγένηται μὲν...περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν, ἐτελεύτησε δὲ τῇ ξγ' ὀλυμπιάδι. Conf. Fabric. Bibl. Gr. vol. II p. 651 ed. Harl.; Clinton. ad Olymp. 58, 1 et p. 376 transl. Krüg.; C. F. Hermanni de philosophorum Ionicorum ætatibus disputationem, Gottingæ 1849. Proditum est Anaximenem Anaximandri (4) auditorem fuisse, quod credibile videretur, nisi temporum ratio obstaret. Intelligitur certe e dogmatum similitudine, Anaximenem post Anaximandrum philosophatum esse. Falluntur autem qui eum Parmenidis discipulum faciunt. Qua de re dixi in præfatione ad Parmenidem.

Præcipua ejus decreta hæc sunt. Placet (5) ei rerum principium aerem esse, ex quo omnia nascantur et in quem omnia interitu suo redeant. Ita, inquit, anima nostra, quia aer est, idcirco nos tuetur et regit, totumque mundum spiritus atque aer continet. Hunc genere infinitum, qualitatibus finitum vocavit (6). Quippe per se infinitum illum rerum parentem esse dixit, sed ea quæ ex eo orirentur definita (7) : gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex his reliqua. Oriri (8) enim cuncta aere vel densato vel rarescente. Præterea motum ab omni æternitate esse. Nimirum concrescente aere primum procreatam esse terram latissime patentem, ideoque optimo jure eam aere inniti. Porro solem et lunam ac cætera sidera a terra originem habere. Solem igitur terram esse præ se tulit ac motus celeritate calidissimam nactum esse naturam. Astra e terrenis humoribus exstitisse censuit (9). Scilicet vapores excitati paullatimque rarescentes in ignem conversi sunt, qui ubi sublimis abiit, effecit ut stellæ exorirentur. Idem sidera non supra terram, sed circa terram moveri ait (10). Materiæ contractionem ac densationem appellabat fri-

(1) Diogenes Laertius lib. III, 3 : Ἀναξιμένης Εὐρυστράτου Μιλήσιος....καὶ γεγένηται μέν, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος, τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ ὀλυμπιάδι· ἐτελεύτησε δὲ περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν. Eudocia p. 55 : Οὗτος τὸν βίον κατέστρεψε περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν.

(2) Origenes Philosoph. p. 13 ed. Miller. : Οὗτος ἤκμασε περὶ ἔτος πρῶτον τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος.

(3) Suidas : Γέγονεν ἐν τῇ νε' (leg. νη') Ὀλυμπιάδι ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν.

(4) Diogenes Laertius lib. II, 3 : Ἀναξιμένης....ἤκουσεν Ἀναξιμάνδρου· ἔνιοι δὲ καὶ Παρμενίδου φασὶν ἀκοῦσαι αὐτόν.

(5) Plutarchus de Placitis phil. lib. I, 3 : Ἀναξιμένης δὲ ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀέρα ἀπεφήνατο· ἐκ γὰρ τούτου τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν πάλιν ἀναλύεσθαι· οἷον ἡ ψυχὴ (φησὶν) ἡ ἡμετέρα, ἀὴρ οὖσα, συγκρατεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅλον τὸν κόσμον πνεῦμα καὶ ἀὴρ περιέχει. Cf. Aristotelem Meaphys. I, 3.

(6) Plutarchus apud Euseb. Præp. Evang. I, 8 : Ἀναξιμένην δέ φασι τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν τὸν ἀέρα εἰπεῖν, καὶ τοῦτον εἶναι τῷ μὲν γένει ἄπειρον, ταῖς δὲ περὶ αὐτὸν ποιότησι ὡρισμένον. Minus recte Diogenes Laertius lib. II, 3 : Οὗτος ἀρχὴν ἀέρα εἶπε καὶ τὸ ἄπειρον.

(7) Cicero Acad. Quæst. lib. II, 37; paulo aliter Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 6. a : Ἀναξιμένης δὲ Εὐρυστράτου Μιλήσιος, ἑταῖρος γεγονὼς Ἀναξιμάνδρου, μίαν μὲν τὴν ὑποκειμένην φύσιν καὶ ἄπειρόν φησιν, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὐκ ἀόριστον δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ ὡρισμένην, ἀέρα λέγων αὐτήν. κίνησιν δὲ καὶ οὗτος ἀΐδιον ποιεῖ, δι' ἣν καὶ τὴν μεταβολὴν γίγνεσθαι.

(8) Plutarchus apud Euseb. Præp. Evang. I, 8 : Γεννᾶσθαι δὲ πάντα κατά τινα πύκνωσιν τούτου καὶ πάλιν ἀραίωσιν. τήν γε μὴν κίνησιν ἐξ αἰῶνος ὑπάρχειν. πιλουμένου δὲ τοῦ ἀέρος πρώτην γεγενῆσθαι λέγειν τὴν γῆν, πλατεῖαν μάλα· διὸ καὶ κατὰ λόγον αὐτὴν ἐποχεῖσθαι ἀέρι· καὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἐκ γῆς ἔχειν. ἀποφαίνεται γοῦν τὸν ἥλιον γῆν, διὰ δὲ τὴν ὀξεῖαν κίνησιν καὶ μάλα ἱκανῶς θερμοτάτην κίνησιν (leg. φύσιν) λαβεῖν.

(9) Origenes Philosoph. p. 12 ed. Miller. : Γεγονέναι δὲ τὰ ἄστρα ἐκ γῆς διὰ τὸ τὴν ἰκμάδα ἐκ ταύτης ἀνίστασθαι, ἧς ἀραιουμένης τὸ πῦρ γίνεσθαι, ἐκ δὲ τοῦ πυρὸς μετεωριζομένου τοὺς ἀστέρας συνίστασθαι.

(10) Diogenes Laertius lib. II, 3 : Κινεῖσθαι δὲ τὰ ἄστρα οὐχ ὑπὲρ γῆν, ἀλλὰ περὶ γῆν.

gus, laxationem ejus et raritatem calorem (11); eam ob causam non inepte dici calida hominem et frigida ex ore emittere. Halitum enim compressum labiis ac densatum fieri frigidum, emissum aperto ore ob raritatem calescere. Qualem deorum naturam Anaximenes finxerit, e diversis veterum testimoniis colligendum nobis est. Nam Cicero de Nat. Deor. I. 10 : « Anaximenes, inquit, aera deum statuit eumque gigni esseque immensum et infinitum et semper in motu. » Contra Augustinus de Civ. Dei VIII, 2 : « Omnes rerum causas infinito aeri dedit, nec deos negavit aut tacuit, non tamen ab ipsis aerem factum, sed ipsos ex aere ortos credidit. » Hic antiqui philosophi sententiam accuratius expressisse videtur. Similiter Origenes Philosoph. p. 12 ed. Mill. : Ἀέρα ἄπειρον ἔφη τὴν ἀρχὴν εἶναι, ἐξ οὗ τὰ γινόμενα, τὰ γεγονότα καὶ τὰ ἐσόμενα, καὶ θεοὺς καὶ θεῖα γίνεσθαι, τὰ δὲ λοιπὰ ἐκ τῶν τούτου ἀπογόνων (12).

Quod reliquum est, nemo dubitat, quin Anaximenes placita sua litteris consignarit, quum Ionica dialecto eaque simplici et inaffectata usus esse feratur (13). Sed unum scripserit librum an plures ignoramus. E posterioribus philosophis singularem commentationem de ejus disciplina ediderat Theophrastus (14).

Fuerunt et alii Anaximenes, quorum duo Lampsaceni, alter rhetor, historicus alter, laudem sibi studiis suis pepererunt. De utroque vide Menagium ad Laert. II, 3 et quos citat Fabricius Bibl. Gr. vol. II pag. 652 ed. Harl. Tertium Anaximenem Chium Sophistis adnumerat Lucianus in Aetione sive Herodoto tom. IV p. 118 : Ἱππίας τε ὁ ἐπιχώριος αὐτῶν [Ἠλείων] σοφιστής, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χῖος, καὶ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος κτλ. (15). Horum clarissimus fuit plurimumque auctoritate valuit rhetor (16), cujus sententias aliquot servavit Stobæus Flor. XXXVIII, 44-45 ; XLIX, 17 ; XCVII, 21 ; CXVII, 5 et Eclog. lib. II cap. 7, 17 tom. II p. 649 ed. Gaisf. Namque dicta illa, præterquam quod rhetoris mentio fit Flor. XLIX, 17, philosopho ascribi attici sermonis elegantia vetat. Apparet tamen Stobæum quæ de Anaximenis Milesii philosophia in Eclogis habet aut ex ejus libro aut ex aliorum scriptis excerpsisse.

(11) Plutarchus de Prim. Frig. c. 7 : Τὸ γὰρ συστελλόμενον αὐτῆς [τῆς ὕλης] καὶ πυκνούμενον ψυχρὸν εἶναί φησι, τὸ δὲ ἀραιὸν καὶ τὸ χαλαρόν, οὕτω πως ὀνομάσας καὶ τῷ ῥήματι, θερμόν· ὅθεν οὐκ ἀπεικότως λέγεσθαι τὸ καὶ θερμὰ τὸν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ στόματος καὶ ψυχρὰ μεθιέναι· ψύχεται γὰρ ἡ πνοὴ πιεσθεῖσα καὶ πυκνωθεῖσα τοῖς χείλεσιν, ἀνειμένου δὲ τοῦ στόματος ἐκπίπτουσα γίγνεται θερμὸν ὑπὸ μανότητος. Conf. Origenes Philos. p. 12 ed. Miller. : τὸ δὲ εἶδος τοῦ ἀέρος τοιοῦτον, ὅταν μὲν ὁμαλώτατος ᾖ, ὄψει ἄδηλον, δηλοῦσθαι δὲ τῷ ψυχρῷ, καὶ τῷ θερμῷ, καὶ τῷ νοτερῷ, καὶ τῷ κινουμένῳ, κινεῖσθαι δὲ ἀεί· οὐ γὰρ μεταβάλλειν ὅσα μεταβάλλει, εἰ μὴ κινοῖτο. πυκνούμενον γὰρ καὶ ἀραιούμενον διάφορον φαίνεσθαι· ὅταν δὲ εἰς τὸ ἀραιότερον διαχυθῇ, πῦρ γίνεσθαι, μέσως δὲ ἐπὰν εἰς ἀέρα πυκνούμενον [add. μεταβάλῃ], ἐξ ἀέρος νέφος ἀποτελεσθῇ (leg. ἀποτελεῖσθαι) κατὰ τὴν πόλησιν, ἔτι δὲ μᾶλλον ὕδωρ, ἐπὶ πλεῖον πυκνωθέντα γῆν, καὶ εἰς τὸ μάλιστα πυκνότατον λίθους. ὥστε τὰ κυριώτατα τῆς γενέσεως ἐναντία εἶναι θερμόν τε καὶ ψυχρόν. Simplicius in Phys. fol. 32 : Ὡς Ἀναξιμένης ἀραιούμενον μὲν τὸν ἀέρα πῦρ γίγνεσθαί φησι, πυκνούμενον δὲ ἄνεμον, εἶτα νέφος, εἶτα ἔτι μᾶλλον ὕδωρ, εἶτα γῆν, εἶτα λίθους, τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τούτων. ἐπὶ γὰρ τούτου μόνου Θεόφραστος ἐν τῇ ἱστορίᾳ τὴν μάνωσιν εἴρηκε καὶ τὴν πύκνωσιν.

(12) Cum Cicerone fere consentit Stobæus Eclog. Phys. I, cap. 2, 29 tom. I p. 21 ed. Gaisf. : Ἀναξίμανδρος ἀπεφήνατο τοὺς ἀπείρους οὐρανοὺς θεούς· Ἀναξιμένης τὸν ἀέρα· δεῖ δὲ ὑπακούειν ἐπὶ τῶν οὕτως λεγομένων τὰς ἐνοικούσας τοῖς στοιχείοις ἢ τοῖς σώμασι δυνάμεις.

(13) Diogenes Laertius lib. II, 3 : Κέχρηταί τε γλώσσῃ Ἰάδι ἁπλῇ καὶ ἀπερίττῳ. Eandem Hecatæo Milesio tribuit Hermogenes de Gener. dicendi II, 12, 6 : τῇ διαλέκτῳ δὲ ἀκράτῳ Ἰάδι καὶ οὐ μεμιγμένῃ χρησάμενος οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ποικίλῃ, ἧττόν ἐστιν ἕνεκά γε λέξεως ποιητικός.

(14) Diogenes Laertius lib. V, 42 : Περὶ τῶν Ἀναξιμένους, α'.

(15) Vid. Coraem. Ἄτακτ. tom. III pag. 181.

(16) Quos ita memorat Diogenes Laertius lib. II, 3 : Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι δύο, Λαμψακηνοί· ῥήτωρ καὶ ἱστορικός, ὃς ἀδελφῆς υἱὸς ἦν τοῦ ῥήτορος τοῦ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις γεγραφότος.

DE ANAXAGORA.

Anaxagoras (1) Clazomenius, natus primo olympiadis septuagesimæ anno patre Hegesibulo vel Eubulo, divitias et nobilitatem cum animi magnitudine conjunxit. Namque ut discendi quærendique delectationi toto se dederet animo, agros et patrimonia sua fertur reliquisse. Quin etiam, si fides Valerio Maximo (2), quum e diutina peregrinatione patriam repetisset possessionesque desertas vidisset : Non essem, inquit, ego salvus, nisi istæ periissent. Quum igitur quietem et otium sequeretur, a regendis civitatibus sese abstinuit cæterisque rebus posthabitis in una philosophia quasi vitæ suæ tabernaculum collocavit (3). Erat vero illa tempestate Atheniensium urbs politioris humanitatis mater laudandarumque omnium artium domicilium. Quare vicesimo ætatis anno Athenas concessit, ubi triginta annos commoratus est (4). Sed quominus eum ab Anaximene disciplinam accepisse putemus, quæ fuit multorum veterum opinio (5), temporum ratio obstat. Vixit autem Anaxagoras usque ad olympiadem octogesimam octavam, cujus primo anno septuagenario major mortem cum vita commutavit.

Discipulos sive familiares cum alios habuit, velut Archelaum, tum clarissima Græciæ lumina Periclem atque Euripidem. Quippe ut ille (6) e Clazomenii hominis schola excellens prodiit orator, quod rerum divinarum humanarumque cognitione repletus plus prudentiæ quam cæteri ad rempublicam administrandam afferebat : ita hic ab iisdem disciplinæ initiis profectus ad tragœdiæ cothurnum philosophiæ majestatem adjecit. Et Euripides quidem scenæ præsidio ab adversariis tutus quomodo Anaxagorea sapientiæ præcepta sub aliena persona in hominum celebritatem produxerit civibusque commendarit, multi ejus versus et effata declarant (7). Alter vero Græcorum sine controversia princeps belli pacisque artibus magistri decreta ita ad vitæ usum contulit, ut simul rempublicam simul se et magistrum prudentiæ armis tueretur atque defenderet.

Nam quum mali ac seditiosi cives Periclis po-

(1) Diogenes Laertius lib. II, 6 : Ἀναξαγόρας Ἡγησιβούλου ἢ Εὐβούλου Κλαζομένιος . . . . οὗτος εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ διαφέρων ἦν, ἀλλὰ καὶ μεγαλοφροσύνῃ, ὅς γε τὰ πατρῷα παρεχώρησε τοῖς οἰκείοις. αἰτιαθεὶς γὰρ ὑπ' αὐτῶν ὡς ἀμελῶν, Τί οὖν, ἔφη, οὐχ ὑμεῖς ἐπιμελεῖσθε; Plato Hipp. maj. p. 283 : καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων καταμελῆσαι, καὶ ἀπολέσαι πάντα· οὕτως αὐτὸν ἀνόητα σοφίζεσθαι. Plutarchus Pericl. cap. 16 : Καὶ τὴν οἰκίαν ἐκεῖνος ἐξέλιπε καὶ τὴν χώραν ἀφῆκεν ἀργὴν καὶ μηλόβοτον ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ μεγαλοφροσύνης. Cf. Philo de Vit. Contemp. p. 473. Himer. eclog. III, 18 p. 84 ed. Wernsdorf. Cicero Quæst. Tuscul. V, 39.

(2) Valer. Maxim. lib. VIII cap. 7.

(3) Cicero de Orat. III, 15.

(4) Diogenes Laertius lib. II, 7 : Λέγεται δὲ κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι, βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο. φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης. ἤρξατο δὲ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, ἐτῶν εἴκοσιν ὤν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ· ἔνθα καί φασιν αὐτὸν ἔτη διατρῖψαι τριάκοντα. Cæterum ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης recte posuerunt viri docti; vulgo legitur τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης quod præcedentibus refutatur.

(5) Diogenes Laertius lib. II, 6 : οὗτος ἤκουσεν Ἀναξιμένους. Strabo lib. XIV p. 645 : Κλαζομένιος δ' ἦν ἀνὴρ ἐπιφανὴς Ἀναξαγόρας ὁ φυσικός, Ἀναξιμένους ὁμιλητὴς τοῦ Μιλησίου. Cf. Cicero de Nat. deor. lib. I cap. 11.

(6) Plato Phædr. p. 270, A : Προσπεσὼν γάρ, οἶμαι, τοιούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος, ὧν δὴ πέρι τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο Ἀναξαγόρας, ἐντεῦθεν εἵλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόσφορον αὐτῇ. Plutarchus Pericl. cap. 4 : Ὁ δὲ πλεῖστα Περικλεῖ συγγενόμενος καὶ μάλιστα περιθεὶς ὄγκον αὐτῷ καὶ φρόνημα δημαγωγίας ἐμβριθέστερον, ὅλως τε μετεωρίσας καὶ συνεξάρας τὸ ἀξίωμα τοῦ ἤθους Ἀναξαγόρας ἦν ὁ Κλαζομένιος, ὃν οἱ τότ' ἄνθρωποι Νοῦν προσηγόρευον, εἴτε τὴν σύνεσιν αὐτοῦ μεγάλην εἰς φυσιολογίαν καὶ περιττὴν διαφανεῖσαν θαυμάσαντες, εἴθ' ὅτι τοῖς ὅλοις πρῶτος οὐ τύχην, οὐδ' ἀνάγκην, διακοσμήσεως ἀρχήν, ἀλλὰ νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον ἐμμεμιγμένοις πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἀποκρίνοντα τὰς ὁμοιομερείας. Id. cap. 5 : Τοῦτον ὑπερφυῶς τὸν ἄνδρα θαυμάσας ὁ Περικλῆς καὶ τῆς λεγομένης μετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος, οὐ μόνον ὡς ἔοικε τὸ φρόνημα σοβαρὸν καὶ τὸν λόγον ὑψηλὸν εἶχε καὶ καθαρὸν ὀχλικῆς καὶ πανούργου βωμολοχίας, ἀλλὰ καὶ προσώπου σύστασιν ἄθρυπτον εἰς γέλωτα, καὶ πρᾳότητα πορείας καὶ καταστολὴν περιβολῆς πρὸς οὐδὲν ἐκταραττομένην πάθος ἐν τῷ λέγειν καὶ πλάσμα φωνῆς ἀθόρυβον καὶ ὅσα τοιαῦτα πάντας θαυμαστῶς ἐξέπληττε. Id. cap. 6 : Οὐ μόνον δὲ ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρου συνουσίας ἀπέλαυσε Περικλῆς, ἀλλὰ καὶ δεισιδαιμονίας δοκεῖ γενέσθαι καθυπέρτερος, ὅση πρὸς τὰ μετέωρα θάμβος ἐργάζεται τοῖς αὐτῶν τε τούτων τὰς αἰτίας ἀγνοοῦσι καὶ περὶ τὰ θεῖα δαιμονῶσι καὶ ταραττομένοις δι' ἀπειρίαν αὐτῶν· ἣν ὁ φυσικὸς λόγος ἀπαλλάττων ἀντὶ τῆς φοβερᾶς καὶ φλεγμαινούσης δεισιδαιμονίας τὴν ἀσφαλῆ μετ' ἐλπίδων ἀγαθῶν εὐσέβειαν ἐνεργάζεται. Cf. Plato Alcib. I p. 118. c. Demosthenes orat. amat. p. 1414 ed. Reisk.; Himerius orat. 23, 4 p. 772 ed. Wernsdorf.; Themist. p. 384 ed. Petav.; Æl. Aristides tom. III p. 218.

(7) Vid. Valcken. diatr. in Eur. fragm. cap. V p. 34 seqq.

tentiæ inviderent eamque quoquo modo labefactare cupientes virum bene de patria meritum impietatis accusarent, quod patriam religionem et majorum sacra contemneret, cum iisque hominibus commercium haberet qui novos deos inducerent, manifesto hoc crimen ad Anaxagoram rerum naturæ interpretem pertinebat. Neque enim ignoscere volebat hominum istorum pravitas Anaxagoræ statuenti (8) et solem esse igneam ferri massam et hanc rerum compagem atque universitatem olim unum in corpus confusam fuisse nec nisi mente paullatim ordinatam ad eam quam admiramur pulchritudinem pervenisse. Quapropter simulatque Pericles se cum Anaxagora in periculo versari animadvertit, ipse quidem inimicorum insidias effugit, Anaxagoram vero ita tantum capitis discrimine ex iratæ plebis invidia orto liberavit, ut ejus consuetudinis suavitate in qua per multos acquieverat annos se ipse privaret eumque clam Athenis abduceret. Quo facto Anaxagoras Lampsacum profectus ibi diem suum obiit (9).

Transeo ad ejus scripta quorum de numero inter se dissentiunt veteres. Ac primum quidem librum de rerum natura compositum edidit, cujus fragmenta (10) tam accurate recensita quam diligenter conversa e Simplicio infra afferemus. Talis operis mentio fit etiam apud Diogenem Laertium lib. II, 6 (11), qui eum unum duntaxat volumen lib. I, 16 divulgasse auctor est. Neque dubium quin in hoc de rebus naturalibus commentario causas collustratæ et obumbratæ lunæ reddiderit, siquidem id argumentum aperte et audacter ab eo tractatum esse Plutarchus (12) memoriæ prodit. At a physica ratione abhorret libellus de quadratura circuli quem ei tribuit Plutarchus (13) De exsilio cap. 17, in carcere a Clazomenio philosopho conscriptum esse dicens. Tertium Anaxagoræ opus memorat Vitruvius in præfatione ad lib. VII de architectura his verbis: « Namque primum Agatharchus, Æschylo docente tragœdiam, scenam fecit et de ea commentarium reliquit. Ex eo moniti Democritus et Anaxagoras de eadem re scripserunt, quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumque extensionem certo loco centro constituto, lineas ratione naturali respondere, uti de incerta re certæ imagines ædificiorum in scenarum picturis redderent speciem, et quæ in directis planisque frontibus sunt figurata, alia absce-

(8) Diogenes Laertius lib. II, 12-14 : Σωτίων μὲν γάρ φησιν ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν φιλοσόφων, ὑπὸ Κλέωνος αὐτὸν ἀσεβείας κριθῆναι, διότι τὸν ἥλιον μύδρον ἔλεγε διάπυρον· ἀπολογησαμένου δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ Περικλέους τοῦ μαθητοῦ, πέντε ταλάντοις ζημιωθῆναι καὶ φυγαδευθῆναι. Σάτυρος δ' ἐν τοῖς βίοις ὑπὸ Θουκυδίδου φησὶν εἰσαχθῆναι τὴν δίκην, ἀντιπολιτευσαμένου τῷ Περικλεῖ, καὶ οὐ μόνον ἀσεβείας, ἀλλὰ καὶ μηδισμοῦ, καὶ ἀπόντα καταδικασθῆναι θανάτου . . . Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς βίοις φησίν, ὅτι καθείρχθη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τεθνηξόμενος. Περικλῆς δὲ παρελθὼν εἶπεν, εἴ τι ἔχουσιν ἐγκαλεῖν αὐτῷ κατὰ τὸν βίον; οὐδὲν δὲ εἰπόντων, Καὶ μὴν ἐγώ, ἔφη, τούτου μαθητής εἰμι. μὴ οὖν διαβολαῖς ἐπαρθέντες ἀποκτείνητε τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐμοὶ πεισθέντες ἄφετε. καὶ ἀφείθη. οὐκ ἐνεγκὼν δὲ τὴν ὕβριν ἑαυτὸν ἐξήγαγεν. (Immo Lampsacum abiit. Vid. not. 9.) Ἱερώνυμος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σποράδην ὑπομνημάτων φησίν, ὅτι ὁ Περικλῆς παρήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ δικαστήριον, διεῤῥυηκότα καὶ λεπτὸν ὑπὸ νόσου, ὥστε ἐλέῳ μᾶλλον ἢ κρίσει ἀφεθῆναι. Plutarchus vit. Pericl. cap. 32 : Καὶ ψήφισμα Διοπείθης ἔγραψεν, εἰσαγγέλλεσθαι τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας, ἢ λόγους περὶ τῶν μεταρσίων διδάσκοντας· ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα δι' Ἀναξαγόρου τὴν ὑπόνοιαν . . . Ἀναξαγόραν δὲ φοβηθεὶς ἐξέπεμψε καὶ προὔπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως. Id. Nic. cap. 23 : Ἀναξαγόραν εἰρχθέντα μόλις περιεποιήσατο Περικλῆς. Diodorus Siculus XII, 39 : Πρὸς τούτοις δὲ Ἀναξαγόραν τὸν σοφιστὴν διδάσκαλον ὄντα Περικλέους ὡς ἀσεβοῦντα εἰς τοὺς θεοὺς ἐσυκοφάντουν. Josephus contra Apion. t. II p. 492 ed. Haverkamp. : Ἀναξαγόρας δὲ Κλαζομένιος ἦν· ἀλλ' ὅτε, νομιζόντων Ἀθηναίων τὸν ἥλιον εἶναι θεόν, ὅδ' αὐτὸν ἔφη μύδρον διάπυρον, θανάτου αὐτὸν παρ' ὀλίγας ψήφους κατέγνωσαν. Olympiodorus schol. in Arist. Meteor. p. 5 a : ὡς καὶ τὸν Ἀναξαγόραν μύδρον καλέσαι τὸν ἥλιον διὰ τὸ ἄμετρον τῆς πυρώσεως. μύδρος γάρ ἐστιν ὁ πεπυρωμένος σίδηρος. διὸ καὶ ὁ Ἀναξαγόρας ἐξωστρακίσθη ἐκ τῶν Ἀθηναίων, ὡς τοιοῦτόν τι τολμήσας εἰπεῖν. ὕστερον δ' ἀνεκλήθη διὰ τῆς Περικλέους ῥητορείας. Cf. Lucian. Tim. I p. 118 ed. Hemsterhus.

(9) Diogenes Laertius lib. II, 14 : καὶ τέλος ἀποχωρήσας εἰς Λάμψακον, αὐτόθι κατέστρεψεν.

(10) Prius Anaxagoræ Clazomenii fragmenta ed. E. Schaubach. Lipsiæ 1827; Anaxagoræ Clazomenii et Diogenis Apolloniatæ fragmenta recensuit Guil. Schorn. Bonnæ 1829.

(11) Diog. Laert. II, 6 : ἀρξάμενος οὕτω τοῦ συγγράμματος, ὅ ἐστιν ἡδέως καὶ μεγαλοφρόνως ἡρμηνευμένον. Id. lib. I, 16 : οἱ δὲ ἀνὰ ἓν συγγράψαντες Μέλισσος, Παρμενίδης, Ἀναξαγόρας.

(12) Plutarchus Nic. cap. 23 : Ὁ γὰρ πρῶτος σαφέστατόν τε πάντων καὶ θαῤῥαλεώτατον περὶ σελήνης καταυγασμῶν καὶ σκιᾶς λόγον εἰς γραφὴν καταθέμενος Ἀναξαγόρας οὔτ' αὐτὸς ἦν παλαιός, οὔτε ὁ λόγος ἔνδοξος, ἀλλ' ἀπόῤῥητος ἔτι, καὶ δι' ὀλίγων καὶ μετ' εὐλαβείας τινὸς ἢ πίστεως βαδίζων. οὐ γὰρ ἠνείχοντο τοὺς φυσικοὺς καὶ μετεωρολέσχας τότε καλουμένους, ὡς εἰς αἰτίας ἀλόγους καὶ δυνάμεις ἀπρονοήτους καὶ κατηναγκασμένα πάθη διατρίβοντας (leg. ἀναφέροντας) τὸ θεῖον.

(13) Plutarchus de Exsilio cap. 17 : ἀλλ' Ἀναξαγόρας μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὸν τοῦ κύκλου τετραγωνισμὸν ἔγραφε, i. e. *circuli quadraturam describebat*, quod alii non de libello, sed de formis geometricis accipiunt. Conf. Montucla *Hist. math.* I p. 105 : « Il est probable qu'Anaxagore, qui était habile géomètre, sut se préserver d'y faire un honteux naufrage; je veux dire qu'il sut éviter l'illusion dont nous avons tant d'exemples, anciens et récents, et qu'il ne donna pas dans le ridicule de proposer de vains paralogismes comme une véritable solution de ce problème. » Idem p. 113 : « On dit qu'il s'y occupa de la quadrature du cercle; on n'ajoute pas qu'il crut l'avoir trouvée, et il est probable que cela valut à la géométrie la découverte de quelques nouvelles propriétés de cette figure. »

dentia, alia prominentia esse videantur (14). » Quare Plato (15) Apol. Socr. p. 26 de pluribus Anaxagoræ libris loquitur.

Haud dubie diversus a Clazomenio fuit ille Anaxagoras cujus de Regno commentationem citat Ælianus (16) Var. Hist. IV, 14. Etenim Clazomenius, ut supra vidimus, ætatem sibi procul a republica habendam decrevit. Quid? quod magnum studium multamque operam in res non modo difficiles, sed etiam obscuras contulit. Nempe de universi ortu, de sole et luna reliquisque sideribus disputavit, ac si Platoni (17) credimus, in geometricis quoque quæstionibus versatus est.

Idem primus Homerum heroum facta moresque cecinisse ratus, ut tum virtutis tum justitiæ exempla hominibus proponeret, carmina ejus in alienam sententiam detorsit auctorque exstitit allegoricæ interpretationis quæ posterioribus sæculis invaluit. Sed jam tum ejusdem studii communione cum Metrodoro Lampsaceno conjunctus erat (18). Quum igitur vir præclara eruditione atque doctrina esset, inter veteres Theophrastus de Anaxagora commentatus erat, cujus tamen libri πρὸς Ἀναξαγόραν et περὶ τῶν Ἀναξαγόρου Laertio lib. V, 42 et Suidæ. v. Θεοφρ. (19) commemorati jam pridem interciderunt.

Reliquum est ut Clazomenii philosophi dogmata summatim exponam. Principia rerum particulas innumerabiles et admodum parvas esse dixit. Hæ sunt homœomeriæ quas Aristoteles, Lucretius aliique Anaxagoræ ascribunt. Ipse rerum semina (χρημάτων σπέρματα) appellavit e quibus universum ut aqua e guttis aut aurum e ramentis constat (20). Mens autem motum dedit immoto olim cunctarum rerum acervo, effecitque ut paullatim hæc universitas converteretur. Ac primum quidem ab exiguis initiis conversio cœpit, deinde plures materiæ partes complexa crevit, in posterum vero etiam ulterius progredietur. Hac conversione a rudi et indigesta mole, cujus partes indiscretæ et confusæ fuerant, singula procedente tempore segregata sunt. Ita factum est, ut a raris densa, a frigidis calida, a caliginosis illustria, ab humidis sicca semoverentur. Simul sol et luna et reliqua sidera orta sunt, atque aer et æther secretas sedes tenuerunt (21).

Nimirum densa et humida, frigida et obscura in inferiorem locum congregata sunt quo nunc terra est : at rara et calida, sicca et splendida in longinquam ætheris oram secesserunt. Denique aqua et aer in media mundi regione locata sunt (22). Neque tamen illa rerum separatione, tanquam securi, calida a frigidis vel frigida a

---

(14) Montucla *Hist. math.* I, p. 107 : « Il y avait en effet parmi les ouvrages d'Anaxagore un traité intitulé : *Actinographia* ou *radiorum descriptio*, qui est probablement celui dont parle l'architecte latin. »

(15) Plato Apol. Socr. p. 26 : ὥστε οὐκ εἰδέναι ὅτι τὰ Ἀναξαγόρου βιϐλία τοῦ Κλαζομενίου γέμει τούτων τῶν λόγων.

(16) Ælianus Var. Hist. IV, 14 : Καὶ Ἀναξαγόρας ἐν τῷ περὶ βασιλείας φησί, χαλεπὸν χρήματα συναγείρασθαι, χαλεπώτερον δὲ φυλακὴν τούτοις περιθεῖναι. Cf. Menag. ad Diog. Laert. II, 7 et 15.

(17) Plato Amator. p. 132, A : Ἐτυγχανέτην οὖν δύο τῶν μειρακίων ἐρίζοντε· περὶ ὅτου δέ, οὐ σφόδρα κατήκουον. ἐφαινέσθην μέντοι ἢ περὶ Ἀναξαγόρου ἢ περὶ Οἰνοπίδου ἐρίζειν. κύκλους γοῦν γράφοντες ἐφαινέσθην καὶ ἐγκλίσεις τινὰς ἐμιμοῦντο τοῖν χεροῖν ἐπικλίνοντε. Proclus ad Euclid. II p. 19 ed. Basil. : Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος πολλῶν ἐφήψατο κατὰ γεωμετρίαν.

(18) Diogenes Laertius lib. II, 11 : Δοκεῖ δὲ πρῶτος (καθά φησι Φαϐωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ) τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης· ἐπὶ πλεῖον δὲ προστῆναι τοῦ λόγου Μητρόδωρον τὸν Λαμψακηνόν, γνώριμον ὄντα αὐτοῦ, ὃν καὶ πρῶτον σπουδάσαι τοῦ ποιητοῦ περὶ τὴν φυσικὴν πραγματείαν. Tatianus adv. Græc. : Καὶ Μητρόδωρος δὲ ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου λίαν εὐήθως διείλεκται, πάντα εἰς ἀλληγορίαν μετάγων. οὔτε γὰρ Ἥραν οὔτε Ἀθηνᾶν, οὔτε Δία τοῦτ' εἶναί φησιν, ὅπερ οἱ τοὺς περιϐόλους αὐτοῖς καὶ τεμένη καθιδρύσαντες νομίζουσι, φύσεως δὲ ὑποστάσεις καὶ στοιχείων διακοσμήσεις. καὶ τὸν Ἕκτορα δὲ καὶ τὸν Ἀχιλλέα δηλαδὴ καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ πάντας ἁπαξαπλῶς Ἕλληνάς τε καὶ βαρϐάρους σὺν τῇ Ἑλένῃ καὶ τῷ Πάριδι τῆς αὐτῆς φύσεως ὑπάρχοντας, χάριν οἰκονομίας εἶπε παρεισῆχθαι, οὐδενὸς ὄντος τῶν προειρημένων ἀνθρώπων. Conf. Georg. Syncell. Chron. p. 149 ed. Paris. Adde Lobeck. Aglaoph. p. 156 seq.

(19) Cf. Simplic. in Arist. Phys. fol. 6 b; 35: b.

(20) Aristoteles Metaph. I, 3 : Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Κλαζομένιος τῇ μὲν ἡλικίᾳ πρότερος ὢν τούτου [i. e. Ἐμπεδοκλέους], τοῖς δ' ἔργοις ὕστερος, ἀπείρους εἶναί φησι τὰς ἀρχάς· σχεδὸν γὰρ ἅπαντα τὰ ὁμοιομερῆ, καθάπερ ὕδωρ ἢ πῦρ, οὕτω γίγνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαί φησι συγκρίσει καὶ διακρίσει μόνον· ἄλλως δ' οὔτε γίγνεσθαι οὔτ' ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ διαμένειν ἀΐδια. Id. de Cœlo III, 3 : Ἀναξαγόρας δ' Ἐμπεδοκλεῖ ἐναντίως λέγει περὶ τῶν στοιχείων. ὁ μὲν γὰρ πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις στοιχεῖά φησιν εἶναι τῶν σωμάτων καὶ συγκεῖσθαι πάντ' ἐκ τούτων, Ἀναξαγόρας δὲ τοὐναντίον· τὰ γὰρ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα (λέγω δ' οἷον σάρκα καὶ ὀστοῦν καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον), ἀέρα δὲ καὶ πῦρ μῖγμα τούτων καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων πάντων· εἶναι γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἐξ ἀοράτων ὁμοιομερῶν πάντων ἠθροισμένον. (Cæterum Anaxagoras promiscue σπέρματα vel χρήματα vel χρημάτων σπέρματα dixit.) His consentanea habet Aristoteles etiam de Gener. et Corrupt. I, 1 : ὁ μὲν γὰρ τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τίθησιν, οἷον ὀστοῦν καὶ σάρκα καὶ μυελὸν καὶ τῶν ἄλλων ὧν ἑκάστου συνώνυμον τὸ μέρος ἐστίν. Cf. fragm. 1; item Plutarch. de plac. ph. I, 3 et Lucret. I, 830 seq.

(21) Cf. fragm. 6.

(22) Diogenes Laertius II, 8 : ἀρχὰς δὲ τὰς ὁμοιομερείας. καθάπερ γὰρ ἐκ τῶν ψηγμάτων λεγομένων τὸν χρυσὸν συνεστάναι, οὕτως ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν μικρῶν σωμάτων τὸ πᾶν συγκεκρίσθαι. καὶ νοῦν μὲν ἀρχὴν κινήσεως· τῶν δὲ σωμάτων τὰ μὲν βαρέα τὸν κάτω τόπον, ὡς τὴν γῆν· τὰ δὲ κοῦφα τὴν

calidis sunt abrupta, sed quemadmodum antea sic etiam nunc omnia cohærent (23). Verum quamvis hæc discreta sint aliaque quotidie discernantur, tamen materia neque generatione augeri neque minui interitu potest (24). Cæterum nihil neque fit neque interit, sed ex iis quæ sunt rebus omnia miscentur ab iisque discernuntur. Ita rectius pro ortu misturam, pro interitu separationem dixeris (25). Lunam habitari putavit collesque et valles habere (26).

Initio ferebantur sidera circa polum qui erat in mundi quasi culmine. Quum vero hoc modo omnes terræ partes et coli et habitari pariter possent, contigit, ut terra versus meridiem inclinaretur et polus sub septentrionibus constitueretur, ubi etiam nunc conspicitur (27). Nivem nigram esse contendit (28). Lacteum orbem oriri censet a sideribus quæ noctu, quo tempore terræ umbra solis radiis officit, in tenebris suam lucem emittunt (29). Ait porro cometas stellarum errantium et flammas ex se emittentium esse concursum, trajectiones autem stellarum veluti scintillas ab aere vibrari (30). Ventos gigni quando aer a sole extenuetur. Tonitrua nubium esse collisionem; fulgura confricationem itidem nubium. Terræ motus causam esse aerem terræ viscera et cavernas subeuntem (31).

Mare ortum est, quum particulæ humidæ eæque leviores in vapores conversæ sublimes abirent gravioribus in terra remanentibus. Quæ res eo valuit, ut aqua marina salis instar amare sapiat (32).

ἄνω ἐπισχεῖν, ὡς τὸ πῦρ· ὕδωρ δὲ καὶ ἀέρα τὸν μέσον. Cf. fragm. 8.

(23) Cf. fragm 13 et 16.

(24) Cf. fragm. 14 et 15.

(25) Conf. fragm. 17.

(26) Diogenes Laertius II, 8 : τὴν δὲ σελήνην οἰκήσεις ἔχειν, ἀλλὰ καὶ λόφους καὶ φάραγγας.

(27) Diogenes Laertius II, 9 : τὰ δ' ἄστρα κατ' ἀρχὰς θολοειδῶς ἐνεχθῆναι, ὥστε κατὰ κορυφὴν τῆς γῆς τὸν ἀεὶ φαινόμενον εἶναι πόλον, ὕστερον δὲ τὴν ἔγκλισιν λαβεῖν (leg. τὴν γῆν ἔγκλισιν λαβεῖν). Plutarchus de plac. phil. lib. II, 8 : Διογένης, Ἀναξαγόρας μετὰ τὸ συστῆναι τὸν κόσμον καὶ τὰ ζῷα ἐκ τῆς γῆς ἐξαγαγεῖν ἐγκλιθῆναί πως τὸν κόσμον ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἐς τὸ μεσημβρινὸν αὐτοῦ μέρος· ἴσως ὑπὸ προνοίας, ἵνα ἃ μέν τινα ἀοίκητα γένηται, ἃ δ' οἰκητὰ μέρη τοῦ κόσμου, κατὰ ψύξιν, καὶ ἐκπύρωσιν, καὶ εὐκρασίαν.

(28) Sextus Empiricus Pyrrh. hypotyp. I, 13, 33 : νοούμενα δὲ [ἀντιτίθεμεν] φαινομένοις, ὡς ὁ Ἀναξαγόρας τῷ λευκὴν εἶναι τὴν χιόνα ἀντετίθει ὅτι ἡ χιὼν ὕδωρ ἐστὶ πεπηγός. τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ μέλαν· καὶ ἡ χιὼν ἄρα μέλαινά ἐστί. Galenus de simpl. medicam. II, 1 : καί τινες καὶ τὸν Ἀναξαγόραν ἐπικαλοῦνται μάρτυρα περὶ τῆς χιόνος, ἀποφηνάμενον, ὡς οὐκ εἴη λευκή. Cicero Quæst. Acad. IV, 23 : « Anaxagoras nivem nigram dixit esse. » IV, 31 : « faciliorque erit, ut albam esse nivem probet, quam erat Anaxagoras qui id non modo ita esse negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta esset, albam ipsam esse ne videri quidem. » Lactantius Divin. Instit. III, 23 : « Quid enim dici potest de illo qui nigram dixit esse nivem? quam consequens erat, ut etiam picem albam esse diceret. » Id. VI, 3 : « Discipulus hic fortasse Anaxagoræ fuerit, cui nives atramentum fuerunt. »

(29) Aristoteles Meteor. I, 8 : Οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον φῶς εἶναι τὸ γάλα λέγουσιν ἄστρων τινῶν· τὸν γὰρ ἥλιον ὑπὸ τὴν γῆν φερόμενον οὐχ ὁρᾶν ἔνια τῶν ἄστρων. ὅσα μὲν οὖν ὁρᾶται ὑπ' αὐτοῦ, τούτων μὲν οὐ φαίνεσθαι τὸ φῶς· κωλύεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων. ὅσοις δὲ ἀντιφράττει ἡ γῆ, ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὸ τοιούτων οἰκεῖον φῶς φασιν εἶναι τὸ γάλα. Cf. Alex. Aphrodis. ad h. l. Plutarchus de Placit. phil. III, 1 : Ἀναξαγόρας τὴν σκιὰν τῆς γῆς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἵστασθαι τοῦ οὐρανοῦ, ὅταν ὑπὸ τὴν γῆν ὁ ἥλιος γινόμενος μὴ πάντα φωτίζῃ. Diogenes Laert. lib. II, 9 : καὶ τὸν γαλαξίαν ἀνάκλασιν εἶναι φωτὸς ἡλιακοῦ, μὴ καταλαμπομένων τῶν ἄστρων. Sic et Hippolytus Refut. Hæres. p. 15 ed. Miller. ubi pro καταλαμβανομένων leg. καταλαμπομένων. Olympiodorus comment. in Arist. meteor. p. 15 b : τρίτη δόξα Ἀναξαγόρου καὶ Δημοκρίτου. Οὗτοί φασι τὸν γαλαξίαν εἶναι τὸ ἴδιον φῶς τῶν ἀστέρων τῶν μὴ φωτιζομένων ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Ἔχουσι γάρ, φησί, τὰ ἄστρα τὸ ἴδιον φῶς καὶ ἐπίκτητον τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. καὶ δηλοῖ ἡ σελήνη. ταύτης γὰρ ἕτερον μὲν τὸ ἴδιον φῶς, ἕτερον δὲ τὸ ἀφ' ἡλίου. τὸ γὰρ ἴδιον αὐτῆς φῶς ἀνθρακῶδές ἐστιν, ὡς δηλοῖ ἡμῖν ἡ ἔλλειψις αὐτῆς. Ἀλλ' οὐ πάντα, φησί, τὸ ἐπίκτητον δέχονται. Τὰ οὖν μὴ δεχόμενα ἐκεῖνα τὸν κύκλον τὸν γαλαξίαν ἀπεργάζονται. Id p. 16 a : ἐντεῦθεν ἡ τρίτη δόξα ἡ λέγουσα ἴδιον φῶς τινων εἶναι ἄστρων τὸν γαλαξίαν τῶν μὴ ὑπὸ ἡλίου φωτιζομένων.

(30) Diogenes Laertius lib. II, 9 : τοὺς δὲ κομήτας σύνοδον πλανητῶν φλόγας ἀφιέντων· τούς τε διάττοντας οἷον σπινθῆρας ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἀποπάλλεσθαι.

(31) Diogenes Laertius lib. II, 9 : ἀνέμους γίνεσθαι λεπτυνομένου τοῦ ἀέρος ὑπὸ τοῦ ἡλίου· βροντὰς σύγκρουσιν νεφῶν· ἀστραπὰς ἔκτριψιν νεφῶν· σεισμὸν ὑπονόστησιν ἀέρος εἰς γῆν. Plutarchus de Plac. phil. III, 15 : ἀέρος ὑποδύσει, τῇ μὲν πυκνότητι τῆς ἐπιφανείας προσπίπτοντος, τῷ δ' ἔκκρισιν λαβεῖν μὴ δύνασθαι τρόμῳ τὸ περιέχον κραδαίνοντος. Hippolytus Refut. Hæres. p. 15 : σεισμοὺς δὲ γίνεσθαι τοῦ ἄνωθεν ἀέρος εἰς τὸ ὑπὸ γῆν ἐμπίπτοντος· τούτου γὰρ κινουμένου καὶ τὴν ὀχουμένην γῆν ὑπ' αὐτοῦ σαλεύεσθαι. Aristot. Meteor. II, 7 : Ἀναξαγόρας μὲν οὖν φησι τὸν αἰθέρα πεφυκότα φέρεσθαι ἄνω, ἐμπίπτοντα εἰς τὰ κάτω τῆς γῆς καὶ τὰ κοῖλα κινεῖν αὐτήν· τὰ μὲν γὰρ ἄνω συναληλίφθαι διὰ τοῦ ὄμβρου, ἐπεὶ φύσει γε πᾶσαν ὁμοίως εἶναι σομφήν, ὡς ὄντος τοῦ μὲν ἄνω, τοῦ δὲ κάτω τῆς ὅλης σφαίρας, καὶ ἄνω μὲν τούτου ὄντος τοῦ μορίου, ἐφ' ᾧ τυγχάνομεν οἰκοῦντες, κάτω δὲ θατέρου. Ad quem locum Alexander Aphrod. p. 106 b : Ἔστι δὲ ἡ μὲν Ἀναξαγόρου δόξα τοιαύτη· φησὶ τὸν αἰθέρα πεφυκότα φέρεσθαι ἄνω, ἐμπίπτοντος δὲ εἰς τὰ κάτω τῆς γῆς, ἄνω λέγων τὴν ἐπιφάνειαν ἐφ' ἧς οἰκοῦμεν ἡμεῖς, κάτω δὲ τὸ ὑπὸ τὴν γῆν, καὶ ἐκείνην τὴν ἐπιφάνειαν, ὧν τὴν μὲν ἐφ' ἧς ἡμεῖς οἰκοῦμεν συναληλίφθαι τε διὰ τοῦ ὄμβρου καὶ ἡνῶσθαι, τὴν δὲ κάτω σομφήν τε εἶναι καὶ ἔχουσαν διαστήματα· πᾶσαν γὰρ εἶναι τὴν γῆν σομφὴν φύσει· τὸν οὖν αἰθέρα τὸν ὑπὸ τῇ γῇ πεφυκότα ἄνω φέρεσθαι εἰς τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἐν τῇ ἀνόδῳ ἐμπίπτοντα εἰς τὰ κοῖλα καὶ σομφὰ τῆς γῆς, κινεῖν αὐτήν. καὶ οὕτω γίνεσθαι τοὺς σεισμούς. ὡς οὔσης δὲ τῆς γῆς πλατείας, καὶ διὰ τοῦτο ἐποχουμένης τῷ ὑποκειμένῳ ἀέρι, καὶ μενούσης ἔνθα ἐστί, λέγει ταῦτα.

(32) Diogenes Laertius lib. II, 8 : ἐπὶ τῆς γῆς πλατείας οὔσης τὴν θάλασσαν ὑποστῆναι, διατμισθέντων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῶν ὑγρῶν. Hippolytus Refut. Hæres. p. 15 : τῶν δ' ἐπὶ γῆς ὑγρῶν τὴν μὲν θάλασσαν ὑπάρξαι, τά τε ἐν αὐτῇ ὕδατα ἐξατμισθέντα ὑποστάντα οὕτως γεγονέναι, καὶ ἀπὸ τῶν καταρ-

Animalia primum ex humore et calore terrâque exstiterunt, postea ex se invicem nata sunt (33). « Illud quoque, inquit Censorinus cap. V, ambiguam facit inter auctores opinionem, utrumne ex patris modo semine partus nascatur, ut Diogenes et Hippon Stoicique scripserunt, an etiam ex matris, quod Anaxagoræ et Alcmæoni nec non Parmenidi Empedoclique et Epicuro visum est. » Idem cap. VI : « E dextris partibus profuso semine mares gigni, ut e lævis feminas Anaxagoras Empedoclesque consentiunt (34) ».

Non solum animalia, sed omnes res respirant eaque ratione aluntur (35). Plantas originem accepisse censet a seminibus quæ ex aere una cum aqua in terram deciderunt, unde sumtis viribus enascuntur (36). Mentem inesse docuit plantis quas animantes esse judicat (37). Mens autem omnis similis est et major et minor (38). Somnum ad corpus, non ad animum pertinere statuit (39). Vox auditur, quod spiritus aere denso repercutitur (40). Aer sole interdiu calefactus stridet et obstrepit, noctu requiescit, quum omnis calor absit. Igitur horis nocturnis quibus nullus est strepitus audiri cuncta melius quam diurnis possunt (41). Acutorum morborum causam Clazomenio philosopho placet esse fel, quod abundans in pulmonem, in venas atque in latera defluit (42). Idem cum Stoicis Fortunam esse dixit causam quæ humana ratiocinatione cognosci non posset. Fieri enim alia necessario, alia fato, alia consulto, alia forte fortuna, alia casu (43). Sed ipsa fragmenta jam proponemus.

ῥυσάντων ποταμῶν. Plutarchus de plac. philos. III, 16 : Ἀναξαγόρας τοῦ κατ' ἀρχὴν λιμνάζοντος ὑγροῦ περικαέντος ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς περιφορᾶς, καὶ τοῦ λιπαροῦ ἐξατμισθέντος, εἰς ἁλυκίδα καὶ πικρίαν τὸ λοιπὸν ὑποστῆναι.

(33) Diogenes Laertius lib. II, 9 : ζῷα γενέσθαι ἐξ ὑγροῦ καὶ θερμοῦ καὶ γεώδους· ὕστερον δὲ ἐξ ἀλλήλων.

(34) Aristoteles de generat. animal. IV, 1 : Φασὶ γὰρ οἱ μὲν ἐν τοῖς σπέρμασιν εἶναι ταύτην τὴν ἐναντίωσιν εὐθύς, οἷον Ἀναξαγόρας καὶ ἔνιοι τῶν φυσιολόγων. γίνεσθαί τε γὰρ ἐκ τοῦ ἄῤῥενος τὸ σπέρμα, τὸ δὲ θῆλυ παρέχειν τὸν τόπον. καὶ τὸ μὲν ἄῤῥεν εἶναι ἐκ τῶν δεξιῶν, τὸ δὲ θῆλυ ἐκ τῶν ἀριστερῶν, καὶ τῆς ὑστέρας τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖς δεξιοῖς εἶναι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. Philoponus ad h. l. p. 83 b : Δεῖ δὲ ἡμᾶς εἰδέναι, ὅτι καὶ οὗτος ἐν τῷ σπέρματι ἐνεργείᾳ εἶναι ἔλεγε τὰ μόρια, ἀναίσθητα δὲ διὰ μικρότητα. Plutarchus de Plac. phil. V, 7 : Ἀναξαγόρας, Παρμενίδης τὰ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν καταβάλλεσθαι εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς μήτρας, τὰ δ' ἐκ τῶν ἀριστερῶν εἰς τὰ ἀριστερά· εἰ δ' ἐναλλαγῇ τὰ τῆς καταβολῆς, γίνεσθαι θήλεα. Diogenes Laertius lib. II, 9 : καὶ ἄῤῥενα μὲν ἀπὸ τῶν δεξιῶν, θήλεα δὲ ἀπὸ ἀριστερῶν. Hippolytus Refut. Hæres. p. 15 : καὶ ἄῤῥενας μὲν γίνεσθαι, ὅταν ἀπὸ τῶν δεξιῶν μερῶν ἀποκριθὲν τὸ σπέρμα τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῆς μήτρας κολληθῇ, τὰ δὲ θήλεα κατὰ τοὐναντίον.

(35) Aristoteles de Respiratione 2 : Ἀναξαγόρας δὲ καὶ Διογένης πάντα φάσκοντες ἀναπνεῖν, περὶ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ὀστρέων λέγουσι τίνα τρόπον ἀναπνέουσι, καί φησιν Ἀναξαγόρας μέν, ὅταν ἀφῶσι τὸ ὕδωρ διὰ τῶν βραγχίων, τὸν ἐν τῷ στόματι γινόμενον ἀέρα ἕλκοντας ἀναπνεῖν τοὺς ἰχθῦς. οὐ γὰρ εἶναι κενὸν οὐδέν. κτλ. Id. de Plantis I, 2 : Ἀναξαγόρας γὰρ εἶπε ταῦτα ἔχειν καὶ πνοήν, ubi loquitur de plantis.

(36) Theophrastus Hist. plant. III, 2 : Ἀναξαγόρας μὲν τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα· καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά. Arist. de Plantis I, 2 : εἶπε δὲ Ἀναξαγόρας, ὅτι ἡ ὑγρότης τούτων ἐστὶν ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ διὰ τοῦτο ἔφη πρὸς Λεχίνεον, ὅτι ἡ γῆ μήτηρ μέν ἐστι τῶν φυτῶν, ὁ δὲ ἥλιος πατήρ.

(37) Aristoteles de Plantis I, 1 : Ὁ δὲ Ἀναξαγόρας καὶ ὁ Δημόκριτος καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ νοῦν καὶ γνῶσιν ἔχειν εἶπον τὰ φυτά. Ibid. : Ἀναξαγόρας μὲν οὖν καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ἐπιθυμίᾳ ταῦτα κινεῖσθαι λέγουσιν, αἰσθάνεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι διαβεβαιοῦνται· ὧν ὁ μὲν Ἀναξαγόρας καὶ ζῷα εἶναι καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι εἶπε, τῇ τε ἀποῤῥοῇ τῶν φύλλων καὶ τῇ αὐξήσει τοῦτο ἐκλαμβάνων. Cf. Aristot. de Anima I, 2. Plutarch. Quæst. nat. 1, vol. XIII p. 1.

(38) Vid. fragm. 6. Cæterum mentem (νοῦν) et animam (ψυχὴν) promiscue videtur dixisse. Aristot. de Anima I, 2 : ἑτέρωθι δὲ τὸν νοῦν εἶναι τὸν αὐτὸν τῇ ψυχῇ. Ibid. : Ἀναξαγόρας δ' ἔοικε μὲν ἕτερον λέγειν ψυχήν τε καὶ νοῦν, ὥσπερ εἴπομεν καὶ πρότερον. χρῆται δ' ἀμφοῖν ὡς μιᾷ φύσει. Cf. Plato Cratyl. p. 400, A. Philop. ad Arist. de Anim. cap. 1 et 7.

(39) Plutarchus de Plac. phil. IV, 35 : Ἀναξαγόρας δὲ κατὰ κόπον τῆς σωματικῆς ἐνεργείας γίνεσθαι τὸν ὕπνον· σωματικον γὰρ εἶναι τὸ πάθος, οὐ ψυχικόν.

(40) Vid. Plutarch. de Plac. phil. IV, 19.

(41) Vid. Aristot. problem. XI, 33; Plutarch. Symposiac. VIII, 3, vol. XI p. 355.

(42) Aristoteles de Part. anim. IV, 2 : Οὐκ ὀρθῶς δ' ἐοίκασιν οἱ περὶ Ἀναξαγόραν ὑπολαμβάνειν ὡς αἰτίαν οὖσαν τῶν ὀξέων νοσημάτων [τὴν χολήν]· ὑπερβάλλουσαν γὰρ ἀποῤῥαίνειν πρός τε τὸν πνεύμονα καὶ τὰς φλέβας καὶ τὰς πλευράς.

(43) Plutarch. de Plac. ph. I, 29 : Ἀναξαγόρας καὶ οἱ Στωϊκοὶ ἄδηλον αἰτίαν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ [τὴν τύχην]. ἃ μὲν γὰρ εἶναι κατ' ἀνάγκην, ἃ δὲ καθ' εἱμαρμένην, ἃ δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἃ δὲ κατὰ τύχην, ἃ δὲ κατὰ τὸ αὐτόματον.

ΑΝΑΞΑΓΟΡΟΥ ΤΟΥ ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

Hæc de ejus placitis breviter dicta sufficiant : reliqua e fragminibus intelliguntur.

1. Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα· καὶ γὰρ τὸ σμικρὸν ἄπειρον ἦν. Καὶ πάντων ὁμοῦ ἐόντων οὐδὲν ἔνδηλον ἦν ὑπὸ σμικρότητος· πάντα γὰρ ἀήρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχε, ἀμφότερα ἄπειρα ἐόντα· ταῦτα γὰρ μέγιστα ἔνεστι ἐν τοῖσι σύμπασι καὶ πλήθεϊ καὶ μεγάθεϊ.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. p. 33 b. qui hoc libri Περὶ φύσεως initium fuisse testatur : Ἀναξαγόρας λέγων ἀπ' ἀρχῆς· Ὁμοῦ πάντα κτλ. Idem de Cœl. fol. 150 : λέγει δὲ Ἀναξαγόρας ἀρχόμενος τοῦ συγγράμματος· ὁμοῦ χρήματα ἦν, ἄπειρα πάντα καὶ πλ. κτλ. Plato Phæd. 17 : ταχὺ ἂν τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὸς εἴη, ὁμοῦ πάντα χρήματα, ubi vid. Heindorf. et Wyttenbach. Adde Valckenar. Diatrib. in Eurip. fragm. p. 40. Cf. Plat. Gorg. p. 465 D ; Aristot. phys. I, 5; Id. Metaph. III, 4. Aliter Diogenes Laertius lib. II, 3 operis principium citat, cujus verba sunt : ἀρξάμενος (ὁ Ἀναξαγόρας) οὕτω τοῦ συγγράμματος, ὅ ἐστιν ἡδέως καὶ μεγαλοφρόνως ἑρμηνευόμενον· πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε. Hunc multa omisisse clausulamque εἶτα νόος κτλ. ex alio loco huc transtulisse nemo non videt. Quod autem Simplicius in Arist. Phys. pag. 106 a. affert, dicens : οὕτως ἤρξατο τοῦ συγγράμματος· « ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα, ὥστε ὁτιοῦν οἷον τὸν ἄρτον τόνδε καὶ τῆς σαρκὸς τῆσδε καὶ τοῦδε τοῦ ὀστοῦ μῖγμα εἶναι ὁμοίως τῷ παντί, » id excepto Anaxagoræ effato ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα nihil nisi ipsius interpretis explicationem esse apparet. Postrema ταῦτα γὰρ μέγιστα κτλ. ad eum qui et olim fuit et nunc est semperque erit rerum statum referenda. Semper enim aeris et ætheris semina prævalent.)

2. Καὶ γὰρ ὁ ἀήρ τε καὶ ὁ αἰθὴρ ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ τὰ πολλὰ περιέχοντος· καὶ τό γε περιέχον ἄπειρόν ἐστι τὸ πλῆθος.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 33 b. Scripsi cum Schornio ἀπὸ τοῦ τὰ πολλὰ περιέχοντος : vulgo ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τοῦ πολλοῦ. Esse inter hæc et præcedentia exiguum intervallum sequitur e Simplicii verbis : καὶ μετ' ὀλίγον. Cæterum πλῆθος hoc loco non est multitudo, sed *magnitudo*, ut apud Herodotum lib. I, 203 et 204.)

3. Τουτέων δὲ οὕτως ἐχόντων χρὴ δοκέειν ἐνεῖναι πολλά τε καὶ παντοῖα ἐν πᾶσι τοῖσι συγκρινομένοισι καὶ σπέρματα πάντων χρημάτων καὶ ἰδέας παντοίας ἔχοντα καὶ χροιὰς καὶ ἡδονάς.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 33 b : καὶ μετ' ὀλίγα· τουτέων δὲ κτλ. Posui ἐνεῖναι quod paulo inferius exhibet Simplicius, licet hîc εἶναι exaraverit. Idem ἐνεῖναι præbet de Cœlo fol. 150.)

4. Πρὶν δὲ ἀποκριθῆναι ταῦτα, πάντων ὁμοῦ ἐόντων οὐδὲ χροιὴ ἔνδηλος ἦν οὐδεμίη· ἀπεκώλυε γὰρ ἡ σύμμιξις ἁπάντων χρημάτων τοῦ τε διεροῦ καὶ τοῦ ξηροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ λαμπροῦ καὶ τοῦ ζοφεροῦ καὶ γῆς πολλῆς ἐνεούσης καὶ σπερμάτων ἀπείρων πλῆθος οὐδὲν ἐοικότων ἀλλήλοισι· οὐδὲ γὰρ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἔοικε τῷ ἑτέρῳ τὸ ἕτερον. Τουτέων δὲ οὕτως ἐχόντων ἐν τῷ σύμπαντι χρὴ δοκέειν ἓν εἶναι πάντα χρήματα.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 33 b : πρὶν δὲ ἀποκριθῆναι, φησί, πάντων ὁμοῦ κτλ. Inserui autem ταῦτα e fol. 8 a.)

5. Ἐν παντὶ παντὸς μοῖρα ἔνεστι πλὴν νόου· ἔστι οἷσι δὲ καὶ νόος ἔνι.

---

1. Res omnes confusæ unum in corpus erant, innumeræ et admodum parvæ, quum parvitas ipsa incomprehensibilis esset. Et in hac quidem omnium mistura nihil propter rerum exiguitatem exstabat atque apparebat : cuncta enim aer et æther, ambo infiniti, pervagabantur : quippe hi universis immixti partium multitudine et magnitudine cætera superant.

2. Etenim aer atque æther secernitur a cœlo quod rerum multitudinem ambit : cœlum vero immensæ magnitudinis est.

3. Quæ quum ita sint, existimandum est, inesse multa et varia in omni ista congerie et semina omnium rerum et formas varias et colores et affectiones habentia.

4. Antequam vero hæc secernerentur, in isto cunctarum rerum acervo ne color quidem ullus conspiciebatur : obstabat enim omnium confusio, humoris et siccitatis, caloris et frigoris, lucis et caliginis multarumque terræ particularum ac seminum innumerorum inter se dissimilium : quippe ne cæterarum quidem rerum ulla alii nunc similis est. Quæ quum ita sint, putandum est in hac universitate unum esse omnia.

5. In quavis re omnis materiæ particula inest præter mentem : nonnullis vero etiam mens inest.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. p. 35 a. Cf. idem pag. 37 a. et fragm. 6. Sensus est : « in singulis universa vel in omnibus omnia insunt. « Similiter Simplicius in Aristot. de Cœl. p. 149 b : ἐν παντὶ δεῖ νομίζειν ὑπάρχειν πάντα χρήματα, quæ tamen non ipsa Anaxagoræ verba sunt).

6. Τὰ μὲν ἄλλα παντὸς μοῖραν μετέχει, νόος δέ ἐστι ἄπειρον καὶ αὐτοκρατὲς καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μοῦνος αὐτὸς ἐφ' ἑωυτοῦ ἐστι. Εἰ μὴ γὰρ ἐφ' ἑωυτοῦ ἦν, ἀλλά τεῳ ἐμέμικτο ἄλλῳ, μετεῖχε ἂν ἁπάντων χρημάτων, εἰ ἐμέμικτό τεῳ· ἐν παντὶ γὰρ παντὸς μοῖρα ἔνεστι, ὥσπερ ἐν τοῖσι πρόσθεν μοι λέλεκται· καὶ ἐκώλυε ἂν αὐτὸν τὰ συμμεμιγμένα, ὥστε μηδενὸς χρήματος κρατέειν ὁμοίως, ὡς καὶ μοῦνον ἐόντα ἐφ' ἑωυτοῦ. Ἔστι γὰρ λεπτότατόν τε πάντων χρημάτων καὶ καθαρώτατον, καὶ γνώμην γε περὶ παντὸς πᾶσαν ἴσχει καὶ ἰσχύει μέγιστον. Ὅσα τε ψυχὴν ἔχει καὶ τὰ μέζω καὶ τὰ ἐλάσσω, πάντων νόος κρατέει· καὶ τῆς περιχωρήσιος τῆς συμπάσης νόος ἐκράτησε, ὥστε περιχωρῆσαι τὴν ἀρχήν. Καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ σμικροῦ ἤρξατο περιχωρῆσαι, ἔπειτε πλέον περιεχώρεε, καὶ περιχωρήσει ἐπὶ πλέον. Καὶ τὰ συμμισγόμενά τε καὶ ἀποκρινόμενα καὶ διακρινόμενα, πάντα ἔγνω νόος· καὶ ὁκοῖα ἔμελλε ἔσεσθαι καὶ ὁκοῖα ἦν καὶ ἅσσα νῦν ἔστι καὶ ὁκοῖα ἔσται, πάντα διεκόσμησε νόος, καὶ τὴν περιχώρησιν ταύτην, ἣν νῦν περιχωρέει τά τε ἄστρα καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ ὁ ἀὴρ καὶ ὁ αἰθήρ, οἱ ἀποκρινόμενοι. Ἡ δὲ περιχώρησις αὕτη ἐποίησε ἀποκρίνεσθαι, καὶ ἀποκρίνεται ἀπό τε τοῦ ἀραιοῦ τὸ πυκνὸν καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ τὸ θερμὸν καὶ ἀπὸ τοῦ ζοφεροῦ τὸ λαμπρὸν καὶ ἀπὸ τοῦ διεροῦ τὸ ξηρόν. Μοῖραι δὲ πολλαὶ πολλῶν εἰσι· παντάπασι δὲ οὐδὲν ἀποκρίνεται οὐδὲ διακρίνεται τὸ ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου πλὴν νόου. Νόος δὲ πᾶς ὅμοιός ἐστι καὶ ὁ μέζων καὶ ὁ ἐλάσσων· ἕτερον δὲ οὐδέν ἐστι ὅμοιον οὐδενὶ ἑτέρῳ ἀπείρων ἐόντων, ἀλλ' ὅτεων πλεῖστα ἔνι, ταῦτα ἐνδηλότατα ἓν ἕκαστόν ἐστι καὶ ἦν.

(Simplicius Comment. In Arist. Phys. fol. 33 b, 35 a. Post λέλεκται vulgo legitur ἀνεκώλυεν quod mutavi in ἐκώλυεν ἄν. Præterea præeunte Schornio reposui ὅσα τε ψυχὴν ἔχει; vulgo ὅσα γε ψ. ἐ. In sequentibus Ritteri emendationem ἔπειτε πλέον περιεχώρεε recepi pro vulgata scriptura ἐπεὶ δὲ πλέον περιχωρεῖ. Extrema apud Simplicium sic eduntur : ἀλλ' ὅτῳ πλεῖστα ἔνι κτλ. quæ Prellerum secutus converti in ἀλλ' ὅτεων πλεῖστα ἔνι κτλ.)

7. Ἐπεὶ ἤρξατο ὁ νόος κινέειν, ἀπὸ τοῦ κινεομένου παντὸς ἀπεκρίνετο, καὶ ὅσον ἐκίνησε ὁ νόος, πᾶν τοῦτο διεκρίθη· κινεομένων δὲ καὶ διακρινομένων ἡ περιχώρησις πολλῷ μᾶλλον ἐποίεε διακρίνεσθαι.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 67 a.)

8. Τὸ μὲν πυκνὸν καὶ διερὸν καὶ ψυχρὸν καὶ τὸ ζοφερὸν ἐνθάδε συνεχώρησε, ἔνθα νῦν ἡ γῆ· τὸ δὲ ἀραιὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ λαμπρὸν ἐξεχώρησε ἐς τὸ πρόσω τοῦ αἰθέρος.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 38 b. Cæterum καὶ τὸ λαμπρὸν quæ verba librariorum culpa omissa sunt apud Simplicium addidi cum Schornio ex Origenis Philosoph. cap. 8.)

---

6. Reliqua omnis materiæ partem continent, mens autem infinita suique juris est neque ulli rei admixta, sed sola libera et soluta est. Nam nisi segregata ab omni concretione mortali, sed alii cuidam adjuncta esset, uni alicui addita omnium rerum consors foret; siquidem in quavis re omnis materiæ particula est, quemadmodum in præcedentibus diximus, aliaque cum aliis commixta eam impedirent, quominus ullam rem ita teneret ut sola nunc libera et soluta tenet. Est enim cunctarum rerum subtilissima et purissima, ac sententiam quamlibet de quavis re dicit plurimumque valet. Porro quæcunque animata sunt tum majora tum minora, omnia mens gubernat cœlestesque moderata est conversiones, ita ut principio universum converteretur. Ac primum quidem ab exiguis initiis conversio cœpit, deinde plures materiæ partes complexa crescebat, atque in posterum etiam ulterius progredietur. Commixta vero et secreta ac discreta omnia cognovit mens : et quæ futura erant quæque fuerunt et quæ nunc sunt quæque erunt omnia mens ordinavit conversionemque hanc qua nunc sidera et sol lunaque et aer atque æther ab indigesta mole secreti torquentur et vertuntur. Hæc autem conversio effecit, ut singula secernerentur. Ac secreta sunt a raris densa, a frigidis calida, a caliginosis illustria, ab humidis sicca. Verum multæ sunt multarum rerum partes, quia aliud ab alio neque secernitur prorsus, neque discernitur præter mentem. Jam vero mens omnis similis est et major et minor : at nihil aliud alii simile est in hac infinita rerum multitudine, sed qualia cuique semina plurima insunt, tale perspicue est et fuit.

7. Quum mens materiam movere cœpisset, ab omni parte mota reliquæ secernebantur, quantumque partium movit mens, tantum discretum est ab indigesta mole : quumque hæ particulæ moverentur ac discernerentur, conversio efficiebat, ut eo magis alia ab aliis discernerentur.

8. Densa et humida, frigida et obscura eum in locum congregata sunt quo nunc terra est : at rara et calida, sicca et splendida in longinquum ætheris locum secesserunt.

9. Ἀπὸ τουτέων ἀποκρινομένων συμπήγνυται γῆ· ἐκ μὲν γὰρ τῶν νεφελέων ὕδωρ ἀποκρίνεται, ἐκ δὲ τοῦ ὕδατος γῆ, ἐκ δὲ τῆς γῆς λίθοι συμπήγνυνται ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· οὗτοι δὲ ἐκχωρέουσι μᾶλλον τοῦ ὕδατος.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 38 b : οὕτω γάρ φησιν· ἀπὸ τουτέων κτλ. Cf. fol. 33 b, ubi legitur λίθος συμπήγνυται. Est autem ἐκ τῶν νεφελέων idem quod ἐξ ἀέρος. Sic enim Simplicius fol. 106 a : ὁρῶν οὖν πᾶν ἐκ παντὸς γινόμενον, εἰ καὶ μὴ ἀμέσως, ἀλλὰ κατὰ τάξιν, καὶ γὰρ ἐκ πυρὸς ἀὴρ καὶ ἐξ ἀέρος ὕδωρ καὶ ἐξ ὕδατος γῆ καὶ ἐκ γῆς λίθος καὶ ἐκ λίθου πάλιν πῦρ κτλ.)

10. ἀνθρώπους τε συμπαγῆναι καὶ τἆλλα ζῷα, ὅσα ψυχὴν ἔχει· καὶ τοῖσί γε ἀνθρώποισι εἶναι καὶ πόλιας συνῳκημένας καὶ ἔργα κατεσκευασμένα, ὥσπερ παρ' ἡμῖν, καὶ ἠέλιόν τε αὐτοῖσι εἶναι καὶ σελήνην καὶ τἆλλα, ὥσπερ παρ' ἡμῖν, καὶ τὴν γῆν αὐτοῖσι φύειν πολλά τε καὶ παντοῖα, ὧν ἐκεῖνοι τὰ ὀνήϊστα συνενεικάμενοι ἐς τὴν οἴκησιν χρέονται.

(Simplicius Comment. in Aristot. Phys. fol. 33 b, ubi hanc apponit explicationem : καὶ ὅτι μὲν ἑτέραν τινὰ διακόσμησιν παρὰ τὴν παρ' ἡμῖν αἰνίττεται, δηλοῖ τὸ ὥσπερ παρ' ἡμῖν οὐχ ἅπαξ εἰρημένον. Add. Diog. Laert. lib. II, 6 : τὴν σελήνην οἰκήσεις ἔχειν, ἀλλὰ καὶ λόφους καὶ φάραγγας. Conf. Simplic. fol. 8 a.)

11. Οὕτω τουτέων περιχωρεόντων τε καὶ ἀποκρινομένων ὑπὸ βίης τε καὶ ταχυτῆτος. Βίην δὲ ἡ ταχυτὴς ποιέει, ἡ δὲ ταχυτὴς αὐτέων οὐδενὶ ἔοικε χρήματι τὴν ταχυτῆτα τῶν νῦν ἐόντων χρημάτων ἐν ἀνθρώποισι, ἀλλὰ πάντως πολλαπλασίως ταχύ ἐστι.

(Simplicius Comment. in Aristot. Phys. fol. 8 a : ἄκουσον δὲ οἷα καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν τὴν ἀμφοῖν ποιούμενος σύγκρισιν· οὕτω τούτων περιχωρούντων κτλ. qui διττὴν διάκρισιν et διακόσμησιν ab Anaxagora statui dicit. Certum est hîc disputari de motu quo cœlum et sidera olim ab indigesta mole segregata sunt. Sed eodem motu etiam nunc feruntur, quoniam durat adhuc atque adeo in æternum durabit. Verborum structuræ ἡ δὲ ταχυτὴς αὐτέων οὐδενὶ ἔοικε χρήματι τὴν ταχυτῆτα et ἡ δὲ ταχυτὴς πάντως πολλαπλασίως ταχύ ἐστι elegantem sermonem non decent, sed antiquitatis excusationem habent.)

12. Ὁ δὲ νόος ὅσα ἔσται τε καὶ νῦν ἔστι καὶ ἦν καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐν τῷ πολλὰ περιέχοντι καὶ ἐν τοῖσι προσκριθεῖσι καὶ ἐν τοῖσι ἀποκεκριμένοισι κάρτα διεκόσμησε.

(Simplicius Comment. in Aristot. Phys. fol. 33 b : ὅτι δὲ διττήν τινα διακόσμησιν ὑποτίθεται, τὴν μὲν νοεράν, τὴν δὲ αἰσθητήν, δῆλον μὲν καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων, δῆλον δὲ καὶ ἐκ τῶνδε· ὁ δὲ νοῦς ὅσα ἐστί τε [cod. D ἔσται τε] κάρτα, καὶ νῦν ἔστιν, ἵνα καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐν τῷ πολλὰ περιέχοντι, καὶ ἐν τοῖσι προσκριθεῖσι καὶ ἐν τοῖσιν ἀποκεκριμένοισι. Locum mutilum et corruptum emendavi et supplevi e fragm. 6.)

13. Οὐ κεχώρισται τὰ ἐν τῷ ἑνὶ κόσμῳ οὐδὲ ἀποκέκοπται πελέκει οὔτε τὸ θερμὸν ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ οὔτε τὸ ψυχρὸν ἀπὸ τοῦ θερμοῦ.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 37 b. et 38 a. In eandem sententiam supra Anaxagoras (fragm. 6) dixit : παντάπασι δὲ οὐδὲν ἀποκρίνεται οὐδὲ διακρίνεται τὸ ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου. Cf. Simplic. in Aristotelis Phys. p. 106 b : καὶ διακρινόμενα γὰρ ταῦτα οὐκ ἀπέσπασται πάντῃ ἀπ' ἀλλήλων. Διό φησιν ὁ Ἀναξαγόρας, μηδ' ἐνδέχεσθαι πάντα διακριθῆναι.)

14. Τουτέων δὲ οὕτω διακεκριμένων γινώσκειν χρή, ὅτι πάντα οὐδὲν ἐλάσσω ἐστὶ οὐδὲ πλέω. Οὐ γὰρ ἀνυστὸν πάντων πλέω εἶναι, ἀλλὰ πάντα ἴσα αἰεί.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 33 b. Pro ὅτι πάντα quæ est exempli Aldini scriptura, cod. D non male habet ὅτι τὰ πάντα. De reliquo philosophus ait materiam neque generatione augeri neque minui interitu.)

---

9. Ex his secretis concrescit terra : nam e nubibus aqua secernitur, ex aqua terra; e terra lapides frigore concrescunt : hi autem magis ex aqua excedunt.

10. hominesque et reliqua animalia vitali spiritu prædita concrevisse, atque hominibus esse urbes habitatas et opera facta ut apud nos, ac solem iis esse et lunam et cætera, ut apud nos, terramque iis gignere multa et varia, e quibus illi utilissima quæque in domos comportata in rem suam convertunt.

11. His vi ac celeritate ita conversis et secretis. Vim vero celeritas efficit; celeritas autem illorum ad nullius earum quæ nunc sunt inter homines rerum similitudinem, si de earum celeritate agitur, accedit, sed omnino multo major ista celeritas est.

12. Verum mens quæcunque erunt et nunc sunt et fuerunt et reliqua omnia quæ continentur cœlo rerum multitudine instructo et quæ insunt in accretis vel jam secretis sedulo ordinavit.

13. Non separata sunt quæ uno hoc continentur mundo, neque securi abrupta calidâ a frigidis vel frigida a calidis.

14. His ita discretis sciendum est omnia nihilo neque pauciora esse neque plura. Etenim fieri non potest, ut plura sint universis quæ exstant, sed cuncta semper æqualia sunt.

15. Οὔτε τοῦ σμικροῦ γέ ἐστι τό γε ἐλάχιστον, ἀλλ' ἔλασσον αἰεί· τὸ γὰρ ἐὸν οὐκ ἔστι τὸ μὴ οὐκ εἶναι· οὔτε τὸ μέγιστον, ἀλλὰ καὶ τοῦ μεγάλου αἰεί ἐστι μέζον· καὶ ἴσον ἐστὶ τῷ σμικρῷ πλῆθος, πρὸς ἑωυτὸ δὲ ἕκαστόν ἐστι καὶ μέγα καὶ σμικρόν.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 35 a : καὶ ὅτι οὔτε τὸ ἐλάχιστον ἦν (ἐστιν cod. D) ἐν ταῖς ἀρχαῖς οὔτε τὸ μέγιστον· οὔτε γὰρ τοῦ σμικροῦ γέ (φησίν) ἐστι τό γε ἐλάχιστον κτλ. ubi γὰρ particulam Simplicius inseruit. Duplex γε in eadem sententia positum neminem offendit. Similiter Diogenes Apolloniates fragm. 6 : οὐ μέντοι ἀτρεκέως γε ὅμοιόν γ' ἐόν. Cæterum eadem verba repetit Simplicius fol. 35 b. Incisum illud τὸ γὰρ ἐὸν οὐκ ἔστι τὸ μὴ οὐκ εἶναι, i. e. *ens enim non est non esse*, vel *quod est, non est ita, ut non sit* sensum nequaquam obscurum habet. Nam si quid esset minimum, Anaxagoras arbitratur fore, ut id quod est ad nihilum redigi posset. In sequentibus οὔτε τὸ μέγιστον desideratur fol. 35 a, legitur autem fol. 35 b. Conf. Simpl. 35 a : εἰ γὰρ πᾶν ἐν παντί, καὶ πᾶν ἐκ παντὸς ἐκκρίνεται, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐλαχίστου δοκοῦντος ἐκκριθήσεταί τι ἔλαττον ἐκείνου καὶ τὸ μέγιστον δοκοῦν ἀπό τινος ἐξεκρίθη ἑαυτοῦ μείζονος κτλ.)

16. καὶ ὅτε δὲ ἴσαι μοῖραί εἰσι τοῦ τε μεγάλου καὶ τοῦ σμικροῦ, πλῆθος καὶ οὕτως ἂν εἴη, καὶ ἐν παντὶ πάντα· οὐδὲ χωρίς ἐστι εἶναι, ἀλλὰ πάντα παντὸς μοῖραν μετέχει. Ὅτε δὲ τοὐλάχιστον μή ἐστι εἶναι, οὐκ ἂν δύναιτο χωρισθῆναι οὐδ' ἂν λίην ἀφ' ἑωυτοῦ γενέσθαι, ἀλλ' ὅκως περὶ ἀρχὴν ἦν, καὶ νῦν πάντα ὁμοῦ. Ἐν πᾶσι δὲ πολλὰ ἔνεστι καὶ τῶν ἀποκρινομένων ἴσα πλῆθος ἐν τοῖσι μέζοσί τε καὶ ἐλάσσοσι.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 35 a. In exemplo Aldino legitur ἀλλ' ὅπερ περὶ ἀρχὴν εἶναι, καὶ νῦν πάντα ὁμοῦ, in cod. D ὅπως περ ἀρχὴν εἶναι, sed loci sensus requirit ἀλλ' ὅκως περὶ ἀρχὴν vel περὶ τὴν ἀρχὴν ἦν, quod vulgavi.)

17. Τὸ δὲ γίνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι οὐκ ὀρθῶς νομίζουσι οἱ Ἕλληνες· οὐδὲν γὰρ χρῆμα οὐδὲ γίνεται οὐδὲ ἀπόλλυται, ἀλλ' ἀπὸ ἐόντων χρημάτων συμμίσγεταί τε καὶ διακρίνεται. Καὶ οὕτως ἂν ὀρθῶς καλοῖεν τό τε γίνεσθαι συμμίσγεσθαι καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι διακρίνεσθαι.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 34 b.)

---

15. Neque parvo est minimum, sed semper minus : quod enim est, non est ita, ut non sit : neque maximum est, sed et magno semper est majus : et magnum parvo magnitudine par est, per se vero unumquidque et magnum est et parvum.

16. Et quoniam æquales magni et parvi particulæ sunt, magnitudo etiam in utroque reperitur, atque in omnibus omnia insunt, neque alia ab aliis separari possunt, sed cuncta omnis materiæ partem continent. Quum vero minimum esse nequeat, non potest segregari neque a semet ipso quasi penitus avelli, sed quemadmodum principio rerum nihil non colligatum erat, sic etiam nunc omnia cohærent. In omnibus autem multa insunt, rerumque a materia secretarum tot particulæ in majoribus quot in minoribus inveniuntur.

17. At vero nascendi et moriendi vocabulis Græci non recte utuntur. Nulla enim res neque fit neque interit, sed ex iis quæ sunt rebus miscetur ab iisque discernitur. Ita rectius pro fieri dixerint misceri, pro interire autem discerni.

DE DIOGENE APOLLONIATE.

Diogenes (1), Apollothemidis filius, physicus, Apolloniæ natus est, nobilissimo Cretæ oppido (2), unde Apolloniates ab antiquis scriptoribus vocari solet. Hunc Simplicius (3) veterum philosophorum qui in naturæ obscuritate versati sunt pæne novissimum exstitisse dicit. Idem eum tam Anaxagorea quam Leucippea decreta secutum bonam doctrinæ partem ab aliis mutuatum esse testatur. Sed quantum e fragmentis colligi licet, Anaximenis placita ita exornavit, ut illa contra Anaxagoram tueretur. Quæ res eam vim habuit, ut Antisthenes Apolloniaten Anaximenis auditoribus annumeraret (4). Verum quum Anaxagoræ tempore vixerit ac post Clazomenium sapientiæ doctorem philosophatus sit, ne juvenis quidem senem Anaximenem convenire potuit. Neque vero perpetuo Apolloniæ commoratus est, sed aliquandiu Athenis habitavit, ubi Demetrius Phalereus doctissimo homini invidia presso propemodum capitis periculum illatum esse tradit (5).

In explicandis rebus naturalibus locutus est etiam de lapide qui Olympiade septuagesima octava ad Ægos flumen cœlo decidit, cujus lapsum prædixisse fertur Anaxagoras (6). Unum an plura volumina scripserit non constat. Nam etsi Diogenes Laertius lib. IX, 57 (7) unum ei opus attribuit ejusque initium affert, tamen commentarium de rerum natura auctor in plures diviserat libros, quorum secundum citat Rufus Ephesius (8) apud Galenum 2 in VI Epidem. tom. V p. 473. Hoc autem solum ingenii monumentum sub Diogenis Apolloniatæ nomine Simplicii ætate ferebatur (9), qui alia ejus scripta periisse his verbis memoriæ prodit in Aristotelis Phys. f. 32 b : ἰστέον ὡς γέγραπται πλείονα τῷ Διογένει τούτῳ συγγράμματα, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ περὶ φύσεως ἐμνήσθη, καὶ πρὸς φυσιολόγους ἀντειρηκέναι λέγων, οὓς καλεῖ καὶ αὐτὸς σοφιστάς, καὶ μετεωρολογίας (leg. μετεωρολογίαν) γεγραφέναι, ἐν ᾗ λέγει καὶ περὶ ἀρχῆς εἰρηκέναι καὶ μέντοι καὶ περὶ ἀνθρώπου φύσεως. At fortasse non integrum de rerum natura volumen Simplicius vidit, ut putandum sit deperdita illa scripta ejusdem operis partes olim fuisse. Cæterum quamvis Cretenses Dores essent, Diogenes tamen in libris conficiendis non dorica sed ionica dialecto philosophorum ionicorum more et exemplo usus est. Qua in re ut Anaxagoram elegantia superavit, ita a posterioribus, inprimis a Democrito superatus est. Quippe paullatim Iones in solutæ orationis scriptione profecerunt. Jure igitur cultiorem Diogenis sermonem pro recentioris ætatis indicio habentes Apolloniaten paullo juniorem Clazomenio philosopho fuisse existimamus. Confirmatur hoc Sidonii Apollinaris testimonio qui carm. XV vs. 89 seqq. ait :

« Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata servat,
sed divinum animum sentit qui fecerit orbem.
Junior huic junctus residet collega, sed idem
materiam cunctis creaturis aera credens
judicat inde deum, faceret quo cuncta, tulisse. »

Jam ut dogmata ejus paucis exponam, aerem rerum materiam esse dixit, e qua omnia fierent, sed esse compotem mentis sine qua nihil ex eo fieri posset. Quocirca aer cuncta regit et ad omnia penetrat, neque quidquam est

(1) Diogenes Laertius lib. IX, 57 : Διογένης Ἀπολλοθέμιδος Ἀπολλωνιάτης, ἀνὴρ φυσικὸς καὶ ἄγαν ἐλλόγιμος. Cf. Eudocia Violar. pag. 137.

(2) Stephanus Byzantius v. Ἀπολλωνία : εἰκοστὴ τρίτη Κρήτης, ἡ πάλαι Ἐλεύθερνα, Λίνου πατρίς. ἐκ ταύτης ὁ φυσικὸς Διογένης. Fuere autem viginti quinque ejusdem nominis oppida quæ recenset Stephanus.

(3) Simplicius in Aristot. Phys. fol. 6 a : καὶ Διογένης δὲ ὁ Ἀπολλωνιάτης σχεδὸν νεώτατος γεγονὼς τῶν περὶ ταῦτα [τὰ φυσικὰ] σχολασάντων τὰ μὲν πλεῖστα συμπεφορημένως ἔγραφε, τὰ μὲν κατὰ Ἀναξαγόραν τὰ δὲ κατὰ Λεύκιππον λέγων.

(4) Diogenes Laertius lib. IX, 57 : ἤκουσε δὲ (φησὶν Ἀντισθένης) Ἀναξιμένους. ἦν δὲ ἐν τοῖς χρόνοις κατὰ Ἀναξαγόραν.

(5) Diogenes Laertius lib. IX, 57 : Τοῦτόν φησιν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ διὰ μέγαν φθόνον μικροῦ κινδυνεῦσαι Ἀθήνησιν.

(6) Stobæus Eclog. Phys. lib. I cap. 24 p. 508 ed. Heer.; tom. I p. 198 ed. Gaisf. : Διογένης κισσηροειδῆ τὰ ἄστρα, διαπνοίας δὲ αὐτὰ νομίζει τοῦ κόσμου, εἶναι δὲ διάπυρα. Συμπεριφέρεσθαι δὲ τοῖς φανεροῖς ἄστροις ἀφανεῖς λίθους καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτ' ἀνωνύμους· πίπτοντας δὲ πολλάκις ἐπὶ τῆς γῆς σβέννυσθαι, καθάπερ τὸν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς πυρωδῶς κατενεχθέντα ἀστέρα πέτρινον. Cf. Plutarchus de Plac. phil. lib. II, 13. Marmor Parium epoch. 57 p. 550 et 585 ed. Müller; Diog. Laert. lib. II, 10; Plin. Hist. nat. lib. II, 58.

(7) Diog. Laert. IX, 57 : Ἀρχὴ δὲ αὐτῷ τοῦ συγγράμματος ἥδε· λόγου παντὸς κτλ. Conf. lib. VI, 81.

(8) Galenus 2 in VI Epidem. tom. V p. 473 . Ῥοῦφος δέ φησι, Διογένη τὸν Ἀπολλωνιάτην μόνον ἐναντίως ἀποφήνασθαι κατὰ τὸ περὶ φύσεως δεύτερον.

(9) Simplicius in Arist. Phys. fol. 32 b : ἐν δέ γε τῷ περὶ φύσεως, ὃ τῶν αὐτοῦ μόνον εἰς ἐμὲ ἦλθε.

quod non hujus consors sit (Vid. fragm. 6). Cavendum tamen ne cum Cicerone de Nat. deor. I, 12 putemus, Diogenem aere usum esse deo, vel cum Augustino de Civ. Dei VIII, 2 aeri eum divinam rationem tribuisse. Hoc enim non diserte dixit Apolloniates, sed dicere visus est. Falluntur præterea Nicolaus et Porphyrius qui Cretensem philosophum medium quiddam inter ignem et aerem rerum principium statuisse scripserunt (10). Neque enim dubium quin errorem ambigua philosophi oratio pepererit qui fragm. 6 de aëris varietate disputans : Καὶ ἁπάντων, inquit, τῶν ζῴων δὲ ἡ ψυχὴ τὸ αὐτό ἐστι, ἀὴρ θερμότερος μὲν τοῦ ἔξω, ἐν ᾧ εἶμεν, τοῦ μέντοι παρὰ τῷ ἡλίῳ πολλὸν ψυχρότερος· ὅμοιον δὲ τοῦτο τὸ θερμὸν οὐδενὸς τῶν ζῴων ἐστί. Itaque illi rati e frigore nihil oriri, solum calorem ad mundum procreandum aptum esse, Diogenem in calido aere rerum omnium fundamenta posuisse contenderunt. Quod licet aliqua ex parte ita sese habere facile concedamus, tamen a philosopho non eo quo ipsi volunt modo expressum est. Etenim Apolloniates neque calidum aerem, neque frigidum, sed omnino aerem eorum quæ exstant et gignuntur parentem nominavit. Quamobrem non est quod cum Simplicio arbitremur Nicolaum et Porphyrium quæ de Diogenis philosophia memorant e deperditis ejus scriptis tanquam reconditis atque abditis e fontibus hausisse. Porro Diogenes omnia moveri et innumerabiles esse mundos et inane infinitum esse affirmavit. Idem aerem tum spissatum tum rarefactum mundos gignere, e nihilo autem nihil exsistere, neque in nihilum corrumpi censuit. Terram rotundam appellavit quæ in medio stabilita circumfuso calore et frigore concreverit (11).

Nilus (12) Diogeni quotannis circa solstitium æstivum inundare Ægyptum videtur, quia sol aquam marinam et quidquid humidi in terra est ad se rapiat raptumque humorem in Nilum demittat. Verba ejus latine versa sic exhibet Seneca Quæst. nat. IV, 2 : « Diogenes Apolloniates ait : Sol humorem ad se rapit; hunc exsiccata tellus tum ex mari ducit, tum ex cæteris aquis. Fieri autem non potest, ut una sicca sit tellus, alia abundet. Sunt enim perforata omnia et in itinera pervia. Sicca ab humidis sumunt aliquando. Nisi aliquid terra acciperet, exaruisset. Ergo undas sol trahit : sed ex his quæ premunt maxime hæc meridiana sunt. Terra quum exaruit, plus ad se humoris adducit. Ut in lucernis oleum illo fluit ubi exuritur, sic aqua illo incumbit quo vis caloris et terræ æstuantis arcessit. Unde ergo trahitur? ex illis scilicet partibus semper hibernis, septentrionalibus, unde exundat. Ob hoc Pontus in inferum mare assidue fluit rapidus, non ut cætera maria alternatis ultro citro æstibus, in unam partem semper pronus et torrens. Quod nisi faceret, hisque itineribus quod cuique deest redderetur, quod cuique superest emitteretur : jam aut exsiccata essent omnia aut inundata. » Contra hæc Seneca : « Interrogare Diogenem libet, quare quum Pontus et amnes cuncti invicem commeent, non omnibus locis æstate majora sunt flumina? Ægyptum sol magis percoquit : itaque Nilus magis crescit. Sed in cæteris quoque terris aliqua fluminibus fit adjectio. Deinde quare ulla pars terræ sine humore est, quum omnis ad se ex aliis regionibus trahit eoque magis, quo calidior est? Deinde quare Nilus dulcis, si illi e mari unda est? Nec enim ulli flumini dulcior gustus. » Quibus tamen plerisque neque Diogenes refellitur, neque res ipsa explicatur.

De hominis natura philosophus Cretensis dedita opera egit. Quo in genere ad nostram ætatem mansit egregium fragmentum quod est ap. Aristotelem Hist. anim. lib. III, 2, 4 (Vid. fragm. 8), ubi de venis, quas ideo per totum corpus pertinere credidit Diogenes, ut earum ope aer calidior et mente præditus in omnes animalium partes derivatus omnium et sensuum et cogitationum causa exsisteret. Quæ de sensibus docuit Apolloniates persequitur Theophrastus lib. de Sensu cap. 39, 42 et 44, cui adde Plutarchum Plac. phil. IV, 16 et 18.

Placita ejus breviter perstrinxi; reliqua e fragmentis (13) quæ omni adhibita diligentia recensui et interpretatus sum cognoscentur.

---

(10) Simplicius ad Aristotelis Phys. fol. 32 b : Ἐπειδὴ δὲ ἡ μὲν τῶν πλειόνων ἱστορία Διογένην τὸν Ἀπολλωνιάτην ὁμοίως Ἀναξιμένει τὸν ἀέρα τίθεσθαι τὸ πρῶτον στοιχεῖόν φησι, Νικόλαος δὲ ἐν τῇ περὶ θεῶν πραγματείᾳ τοῦτον ἱστορεῖ τὸ μεταξὺ πυρὸς καὶ ἀέρος τὴν ἀρχὴν ἀποφήνασθαι καὶ τῷ Νικολάῳ συνηκολούθησεν ὁ φιλομαθέστατος τῶν φιλοσόφων Πορφύριος, ἰστέον ὡς γέγραπται πλείονα τῷ Διογένει τούτῳ συγγράμματα κτλ.

(11) Diogenes Laertius lib. IX, 57 : Στοιχεῖον εἶναι τὸν ἀέρα, κόσμους ἀπείρους, καὶ κενὸν ἄπειρον, τόν τε ἀέρα πυκνούμενον καὶ ἀραιούμενον γεννητικὸν εἶναι τῶν κόσμων. Οὐδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι. Τὴν γῆν στρογγύλην, ἐρηρεισμένην ἐν τῷ μέσῳ, τὴν σύστασιν εἰληφυῖαν κατὰ τὴν ἐκ τοῦ θερμοῦ περιφορὰν καὶ πῆξιν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ. Cf. Hesychius Milesius p. 20 ed. Orell. Eusebius Præp. Ev. lib. I cap. 8 : Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης ἀέρα ὑφίσταται στοιχεῖον, κινεῖσθαι δὲ τὰ πάντα κτλ.

(12) Schol. Apoll. Rhod. IV, 269 : Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης ὑπὸ ἡλίου ἁρπάζεσθαι τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, ὃ τότε εἰς τὸν Νεῖλον καταφέρεσθαι· οἴεται γὰρ πληροῦσθαι τὸν Νεῖλον ἐν τῷ θέρει διὰ τὸ τὸν ἥλιον εἰς τοῦτον τὰς ἀπὸ γῆς ἰκμάδας τρέπειν.

(13) Anaxagoræ Clazomenii et Diogenis Apolloniatæ fragmenta recensuit Guil. Schorn. Bonnæ 1829. Diogenis Apolloniatæ fragmenta edidit Frid. Panzerbieter. Lipsiæ 1830.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Λόγου παντὸς ἀρχόμενον δοκέει μοι χρεὼν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἀναμφισϐήτητον παρέχεσθαι, τὴν δὲ ἑρμηνηίην ἁπλῆν καὶ σεμνήν.

(Diogenes Laertius lib. IX, 57 : Ἀρχὴ δὲ αὐτῷ τοῦ συγγράμματος ἥδε· λόγου παντὸς κτλ. Cf. lib. VI, 81.)

2. Ἐμοὶ δὲ δοκέει, τὸ μὲν ξύμπαν εἰπεῖν, πάντα τὰ ἐόντα ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἑτεροιοῦσθαι καὶ τὸ αὐτὸ εἶναι· καὶ τοῦτο εὔδηλον. Εἰ γὰρ τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ἐόντα νῦν γῆ καὶ ὕδωρ καὶ τἄλλα, ὅσα φαίνεται ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ἐόντα, εἰ τουτέων τε ἦν τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἕτερον ἐὸν τῇ ἰδίῃ φύσεϊ, καὶ μὴ τὸ αὐτὸ ἐὸν μετέπιπτε πολλαχῶς καὶ ἠτεροιοῦτο, οὐδ' ἂν οὔτε μίσγεσθαι ἀλλήλοισι ἠδύνατο οὔτε ὠφέλησις τῷ ἑτέρῳ οὔτε βλάϐη εἶναι. Οὐδ' ἂν οὔτε φυτὸν ἐκ τῆς γῆς φῦναι οὔτε ζῷον οὔτε ἄλλο γενέσθαι οὐδέν, εἰ μὴ οὕτω συνίστατο ὥστε τωυτὸ εἶναι· ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἑτεροιούμενα ἄλλοτε ἀλλοῖα γίνεται καὶ ἐς τὸ αὐτὸ ἀναχωρέει.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 32 b : γράφει δὲ εὐθὺς μετὰ τὸ προοίμιον τάδε· ἐμοὶ δὲ δοκέει κτλ. Post γῆ καὶ ὕδωρ Cod. D addit καὶ ἀὴρ καὶ πῦρ. Pro οὐδαμῆ οὔτε μίσγεσθαι ἀλλήλοισι ἠδύνατο, quæ codicum scriptura est, posui cum Schornio οὐδ' ἂν οὔτε μίσγεσθαι κτλ. Denique inter βλάϐη et οὐδ' ἂν inserui εἶναι. Nam deesse aliquid viri docti jam pridem animadverterunt. Cf. Aristot. de gen. et corrupt. I, 6 : καὶ τοῦτ' ὀρθῶς λέγει Διογένης, ὅτι εἰ μὴ ἦν ἐξ ἑνὸς ἅπαντα, οὐκ ἂν ἦν τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων, οἷον τὸ θερμὸν ψύχεσθαι καὶ τοῦτο θερμαίνεσθαι πάλιν· οὐ γὰρ ἡ θερμότης μεταϐάλλει καὶ ἡ ψυχρότης εἰς ἄλληλα, ἀλλὰ δῆλον ὅτι τὸ ὑποκείμενον.)

3. Ἀλλὰ τοῦτό μοι δοκέει δῆλον εἶναι, ὅτι καὶ μέγα καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀΐδιόν τε καὶ ἀθάνατον καὶ πολλὰ εἰδός ἐστι.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 33 a.)

4. Οὐ γὰρ ἂν οὕτω δεδάσθαι οἷόν τε ἦν ἄνευ νοήσιος, ὥστε καὶ πάντων μέτρα ἔχειν, χειμῶνός τε καὶ θέρεος καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρης καὶ ὑετῶν καὶ ἀνέμων καὶ εὐδιιών. Καὶ τὰ ἄλλα εἴ τις βούλεται ἐννοέεσθαι, εὑρίσκοι ἂν οὕτω διακείμενα, ὡς ἀνυστὸν κάλλιστα.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 36 b : ἐφεξῆς δὲ δείξας ὅτι ἐστὶν ἐν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ νόησις πολλή· οὐ γὰρ ἄν, φησὶν, οὕτω δεδάσθαι etc.)

5. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοισι καὶ τάδε μεγάλα σημήϊα· ἄνθρωποι γὰρ καὶ τὰ ἄλλα ζῷα ἀναπνέοντα ζώει τῷ ἀέρι, καὶ τοῦτο αὐτοῖσι καὶ ψυχή ἐστι καὶ νόησις, ὡς δεδήλωται ἐν τῇδε τῇ συγγραφῇ ἐμφανέως, καὶ ἐὰν τοῦτο ἀπαλλαχθῇ, ἀποθνήσκει καὶ ἡ νόησις ἐπιλείπει.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 32 b : ἐπάγει ὅτι καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ τὰ ἄλλα ζῷα ἐκ τῆς ἀρχῆς ταύτης, ἥτις ἐστὶν ὁ ἀήρ, καὶ ζῇ καὶ ψυχὴν ἔχει καὶ νόησιν, λέγων οὕτως· ἔτι δὲ πρὸς τούτοισι κτλ. Cæterum τοῦτο refertur ad ἀέρος nomen, quod quominus fiat generis diversitas non obstat. Similiter Plato Lach. p. 185 E : εἴ τις ἄρα ἡμῶν τεχνικὸς περὶ ψυχῆς θεραπείαν, καὶ οἷός τε καλῶς τοῦτο [i. e. τὴν ψυχὴν] θεραπεῦσαι.)

6. Καί μοι δοκέει τὸ τὴν νόησιν ἔχον εἶναι ὁ ἀὴρ καλεόμενος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ ὑπὸ τούτου πάντα καὶ κυϐερνᾶσθαι καὶ πάντων κρατέειν· ἀπὸ γάρ μοι τούτου δοκέει νόος εἶναι καὶ ἐπὶ πᾶν ἀφῖχθαι καὶ πάντα διατιθέναι καὶ ἐν παντὶ ἐνεῖναι. Καὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἕν,

---

1. Disputationes qualescunque ordientem meo judicio oportet principium certum et indubitatum præstare, elocutionem vero simplicem et gravem.

2. Mihi vero videntur, ut uno verbo dicam, res cunctæ ab eodem elemento variatione oriri atque idem esse, id quod manifestum est. Si enim res quæ in hoc mundo nunc sunt, terra et aqua et cætera quæ in hoc mundo apparent, si harum, inquam, rerum aliæ ab aliis suapte natura differrent, neque multis modis mutatæ et variatæ idem essent, nequaquam fieri posset, ut miscerentur aliæ aliis vel commoda et incommoda afferrent. Neque vel planta e terra enasci vel animal vel aliud quid procreari posset, nisi ita comparatum esset, ut idem foret; sed hæc omnia ab eodem elemento variata alias alia specie induuntur atque in idem elementum recidunt.

3. Sed hoc principium mihi videtur perspicue magnum esse et potens atque æternum et immortale multarumque rerum sciens.

4. Nam principium illud sine intelligentia ita distribui non posset, ut omnium rerum modum contineret, æstatis et hiemis, noctis et diei, imbriumque et ventorum et cœli sereni. Ac cætera quoque si quis reputare velit, reperiat quam pulcherrime constituta.

5. Præterea hæc quoque firma illius rei argumenta sunt : homines enim et reliqua animalia spiritum ducentia aeris beneficio vivunt, qui ipsis etiam pro anima et intelligentia est, ut in hoc libro dilucide est explicatum. Qui quum excessit, moriuntur et intelligentia deficit.

6. Ac mihi videtur illud quod intelligentiam continet esse aer qui ab hominibus vocatur et ab hoc omnia gubernari, isque cuncta regere : ab hoc enim mihi videtur orta esse mens atque ad omnia penetrasse et universa constituere

ὅ,τι μὴ μετέχοι τούτου, μετέχει δὲ οὐδὲ ἓν ὁμοίως τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ἀλλὰ πολλοὶ τρόποι καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀέρος καὶ τῆς νοήσιός εἰσιν. Ἔστι γὰρ πολύτροπος καὶ θερμότερος καὶ ψυχρότερος καὶ ξηρότερος καὶ ὑγρότερος καὶ στασιμώτερος καὶ ὀξυτέρην κίνησιν ἔχων, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἑτεροιώσιες ἔνεισι καὶ ἡδονῆς καὶ χροιῆς ἄπειροι. Καὶ ἁπάντων τῶν ζώων δὲ ἡ ψυχὴ τὸ αὐτό ἐστι, ἀὴρ θερμότερος μὲν τοῦ ἔξω, ἐν ᾧ εἶμεν, τοῦ μέντοι παρὰ τῷ ἡλίῳ πολλὸν ψυχρότερος· ὅμοιον δὲ τοῦτο τὸ θερμὸν οὐδενὸς τῶν ζώων ἐστί, ἐπεὶ οὐδὲ τῶν ἀνθρώπων ἀλλήλοισι, ἀλλὰ διαφέρει, μέγα μὲν οὔ, ἀλλ' ὥστε παραπλήσια εἶναι, οὐ μέντοι ἀτρεκέως γε ὅμοιόν γ' ἐόν· οὐδὲν δ' οἷόν τε γενέσθαι τῶν ἑτεροιουμένων ἕτερον ἑτέρου, πρὶν τὸ αὐτὸ γένηται. Ἅτε ὧν πολυτρόπου ἐούσης τῆς ἑτεροιώσιος πολύτροπα καὶ τὰ ζῷα καὶ πολλά, καὶ οὔτε ἰδέην ἀλλήλοισι ἐοικότα οὔτε δίαιταν οὔτε νόησιν ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ἑτεροιωσίων. Ὅμως δὲ πάντα τῷ αὐτῷ καὶ ζῇ καὶ ὁρᾷ καὶ ἀκούει, καὶ τὴν ἄλλην νόησιν ἔχει ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πάντα.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 33 a : εἶτα μετ' ὀλίγον σαφῶς ἐπήγαγε· καί μοι δοκέει κτλ. Initio Simplicii codd. exhibent : καὶ ὑπὸ τούτου πάντας καὶ κυβερνᾶσθαι, ubi restitui πάντα. In sequenti inciso omnium membranarum scriptura est : ἀπὸ γάρ μοι τούτου δοκέει ἔθος εἶναι. Sed pro ἔθος sententia flagitat νόος quod edidi. Cætera e codicibus correcta sunt. Verba οὐδὲν δ' οἷόν τε γενέσθαι τῶν ἑτεροιουμένων ἕτερον ἑτέρου, πρὶν τὸ αὐτὸ γένηται ad aeris naturam et potentiam pertinent. Nam omnia prius eadem, id est, aeria fuerunt, quam mutatione facta sunt diversa.)

7. Καὶ αὐτὸ μὲν τοῦτο καὶ ἀΐδιον καὶ ἀθάνατον σῶμα, τῶν δὲ τὰ μὲν γίνεται, τὰ δὲ ἀπολείπει.

(Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 33 a : Θαυμαστὸν δὲ ὅτι κατὰ ἑτεροίωσιν τὴν ἀπ' αὐτοῦ [i. e. τοῦ ἀέρος] λέγων τὰ ἄλλα γίγνεσθαι ἀΐδιον ὅμως αὐτό φησι λέγων· « καὶ αὐτὸ μὲν τοῦτο καὶ ἀΐδιον κτλ. »)

8. Αἱ δὲ φλέβες ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ὧδ' ἔχουσιν. Εἰσὶ δύο μέγισται· αὗται τείνουσι διὰ τῆς κοιλίας παρὰ τὴν νωτιαίαν ἄκανθαν, ἡ μὲν ἐπὶ δεξιὰ ἡ δ' ἐπ' ἀριστερά, εἰς τὰ σκέλη ἑκατέρα τὰ παρ' ἑαυτῇ, καὶ ἄνω εἰς τὴν κεφαλὴν παρὰ τὰς κλεῖδας διὰ τῶν σφαγῶν. Ἀπὸ δὲ τούτων καθ' ἅπαν τὸ σῶμα φλέβες διατείνουσιν, ἀπὸ μὲν τῆς δεξιᾶς εἰς τὰ δεξιά, ἀπὸ δὲ τῆς ἀριστερᾶς εἰς τὰ ἀριστερά, μέγισται μὲν δύο εἰς τὴν καρδίαν περὶ αὐτὴν τὴν νωτιαίαν ἄκανθαν, ἕτεραι δ' ὀλίγον ἀνωτέρω διὰ τῶν στηθῶν ὑπὸ τὴν μασχάλην εἰς ἑκατέραν τὴν χεῖρα τὴν παρ' ἑαυτῇ· καὶ καλεῖται ἡ μὲν σπληνῖτις, ἡ δὲ ἡπατῖτις. Σχίζεται δ' αὐτῶν ἄκρα ἑκατέρα, ἡ μὲν ἐπὶ τὸν μέγαν δάκτυλον, ἡ δ' ἐπὶ τὸν ταρσόν· ἀπὸ δὲ τούτων λεπταὶ καὶ πολύοζοι ἐπὶ τὴν ἄλλην χεῖρα καὶ δακτύλους. Ἕτεραι δὲ λεπτότεραι ἀπὸ τῶν πρώτων φλεβῶν τείνουσιν, ἀπὸ μὲν τῆς δεξιᾶς εἰς τὸ ἧπαρ, ἀπὸ δὲ τῆς ἀριστερᾶς εἰς τὸν σπλῆνα καὶ τοὺς νεφρούς. Αἱ δὲ εἰς τὰ σκέλη τείνουσαι σχίζονται κατὰ τὴν πρόσφυσιν, καὶ διὰ παντὸς τοῦ μηροῦ τείνουσιν. Ἡ δὲ μεγίστη αὐτῶν ὄπισθεν τείνει τοῦ μηροῦ καὶ ἐκφαίνεται παχεῖα· ἑτέρα δὲ εἴσω τοῦ μηροῦ μικρὸν ἧττον παχεῖα ἐκείνης. Ἔπειτα παρὰ τὸ γόνυ τείνουσιν εἰς τὴν κνήμην τε καὶ τὸν πόδα, καθάπερ καὶ εἰς τὰς χεῖρας· καὶ ἐπὶ τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς καθήκουσι, καὶ ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς δακτύλους διατείνουσιν. Σχίζονται δὲ καὶ ἐπὶ τὴν κοιλίαν καὶ τὸ πλευρὸν πολλαὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ λεπταὶ φλέβες. Αἱ δὲ εἰς τὴν κεφαλὴν τείνουσαι διὰ τῶν σφαγῶν φαίνονται ἐν τῷ αὐχένι μεγάλαι· ἀφ' ἑκατέρας δ' αὐτῶν, ᾗ τελευτᾷ, σχίζονται εἰς τὴν κεφαλὴν πολλαί, αἱ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν εἰς τὰ ἀριστερά, αἱ δ' ἐκ τῶν ἀριστερῶν εἰς τὰ δεξιά. Τελευτῶσι δὲ παρὰ τὸ οὖς ἑκάτεραι. Ἔστι δ' ἑτέρα φλὲψ ἐν τῷ τραχήλῳ παρὰ τὴν μεγάλην ἑκατέρωθεν, ἐλάττων ἐκείνης ὀλίγον, εἰς ἣν αἱ πλεῖσται ἐκ τῆς κεφαλῆς συνέχουσιν αὐτῆς.

---

et in qualibet re inesse. Neque quidquam est quod non aeris consors sit; at ne una quidem res reperitur quæ æque atque alia illius consortione fruatur, sed multi sunt modi et ipsius aeris et intelligentiæ. Est enim aer varius, calidior, frigidior, siccior, humidior, quietior, celeriore motu agitatus, atque cum multæ aliæ dissimilitudines, tum innumerabiles et affectionis et coloris varietates insunt. Omnium etiam animalium anima idem est aer, calidior quidem spiritu nobis circumfuso, sed tamen multo frigidior aere solem cingente. Hic vero calor non idem in aliis atque aliis bestiis est, quum ne hominum quidem inter se comparatorum idem sit calor, sed diversus est, non quidem maxime, sed ita ut similes sint calores, nec tamen adeo similes, ut reapse par sit calor. Nihil autem rerum mutatarum ab aliis differre potest, antequam idem fuerint. Quum igitur multiplex sit aeris mutatio, multiplicia etiam et varia animalia sunt, ac neque forma inter se similia, neque victu, neque sensu et intelligentia propter mutationum multitudinem. Sed tamen omnia ejusdem elementi beneficio et vivunt et vident et audiunt, et reliquam intelligentiam eidem acceptam referunt.

7. Atque hoc ipsum est corpus æternum et immortale : cætera partim fiunt, partim deficiunt.

8. Venæ in homine sic se habent. Duæ eæque maximæ tendunt per ventrem juxta dorsi spinam, altera dextrorsum, altera lævorsum ad propinquum sibi utraque crus, et sursum ad caput per jugulum juxta claviculas. Ab his totum per corpus ad suum quæque latus venæ ducuntur, id est, a dextero latere dextrorsum, a lævo lævorsum, duæ maximæ ad cor circa ipsam dorsi spinam, alteræ paullo altius per pectus sub axillam, utraque ad manum sibi proximam, quarum altera lienaris, altera jecoraria appellatur. Earum summæ partes ita scinduntur, ut hinc ad pollicem, illinc ad palmam prodeant, atque inde tenues

Καὶ αὗται τείνουσι διὰ τῶν σφαγῶν εἴσω. Καὶ ἀπ' αὐτῶν ἑκατέρας ὑπὸ τὴν ὠμοπλάτην τείνουσι καὶ εἰς τὰς χεῖρας. Καὶ φαίνονται παρά τε τὴν σπληνῖτιν καὶ τὴν ἡπατῖτιν ἕτεραι ὀλίγον ἐλάττους, ἃς ἀποσχῶσιν, ὅταν τι ὑπὸ τὸ δέρμα λυπῇ· ἂν δέ τι περὶ τὴν κοιλίαν, τὴν ἡπατῖτιν καὶ τὴν σπληνῖτιν. Τείνουσι δὲ καὶ ὑπὸ τοὺς μαστοὺς ἀπὸ τούτων ἕτεραι. Ἕτεραι δ' εἰσὶν αἱ ἀπὸ ἑκατέρας τείνουσαι διὰ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ εἰς τοὺς ὄρχεις, λεπταί. Ἕτεραι δ' ὑπὸ τὸ δέρμα καὶ διὰ τῆς σαρκὸς τείνουσιν εἰς τοὺς νεφρούς, καὶ τελευτῶσιν εἰς τοὺς ὄρχεις τοῖς ἀνδράσι, ταῖς δὲ γυναιξὶν εἰς τὰς ὑστέρας. Αἱ δὲ φλέβες αἱ μὲν πρῶται ἐκ τῆς κοιλίας εὐρύτεραί εἰσιν, ἔπειτα λεπτότεραι γίγνονται, ἕως ἂν μεταβάλωσιν ἐκ τῶν δεξιῶν εἰς τὰ ἀριστερὰ καὶ ἐκ τούτων εἰς τὰ δεξιά· αὗται δὲ σπερματίτιδες καλοῦνται. Τὸ δὲ αἷμα τὸ μὲν παχύτατον ὑπὸ τῶν σαρκῶν ἐγγίγνεται· ὑπερβάλλον δὲ εἰς τοὺς τόπους τούτους λεπτὸν καὶ θερμὸν καὶ ἀφρῶδες γίγνεται.

(Aristoteles Hist. anim. lib. III cap. 2, 4 : Διογένης δὲ ὁ Ἀπολλωνιάτης τάδε λέγει· αἱ δὲ φλέβες κτλ. Quum nullum ionicæ dialecti vestigium in hoc fragmento appareret, atticas vocum formas ab Aristotele positas mutare nolui.)

---

frequentibus ramis in reliquam manum ac digitos. Aliæ autem tenuiores a primis venis tendunt a dextra in jecur, a læva in lienem ac renes. Quæ vero ad crura pertinent finduntur ad commissuram ac per totum femur intenduntur. Quarum maxima pone femur porrigitur crassiorque apparet, altera paullo minus crassa in interiore femoris parte exstat. Deinde quemadmodum illæ in manus, sic hæ prætervectæ genu in tibias atque in pedes et inde in plantam descendunt, postremo in digitos pervadunt. Multæ vero aliæ eæque tenues venæ ab illis in ventrem et costas scinduntur. Quæ autem caput per jugulum petunt, apparent in collo magnæ, et ab earum utraque, qua terminantur, multæ in caput scinduntur et dextræ in sinistram et sinistræ in dextram. Terminantur vero prope aures. Est et altera vena prope majorem, sed paullo ea minor in utroque cervicis latere, in quam plurimæ e capite ipso conveniunt. Atque hæ jugulum subeunt. Tum ab utraque sub scapulam atque in manus tendunt. Apparent etiam prope lienarem et jecorariam aliæ paullo minores quas interscindere solent, quum quid morbi sub cute est; at in ventriculi ægrotationibus lienarem et jecorariam. Quinetiam aliæ ab his in mammas vergunt, aliæ eæque tenues ab utraque per spinalem medullam in testiculos pertinent. Aliæ sub cute per carnem in renes porriguntur, quæ viris in testiculos, mulieribus in uterum desinunt. Quæ venæ primæ a ventriculo prodeunt, latiores sunt, deinde attenuantur, donec commutent sedem, ut a dextra sinistrorsum indidemque ad dextram transeant : hæ seminales appellantur. Et crassissimus quidem sanguis sub carne in venis gignitur : in hos vero locos transgressus tenuis fit et calidus et spumosus.

DE ARCHELAO.

Archelaus (1) quem alii Atheniensem alii Milesium esse volunt patre Apollodoro vel Mydone, philosophiæ præceptore Anaxagora usus est. Videtur autem primus Anaxagoras Athenis in rerum cognitione versatus eamque sapientiam professus esse. Secundum ab hoc physicum qui in eadem urbe vixerit Diogenem Apolloniaten ponimus, tertium Archelaum. Itaque summo errore labitur Diogenes Laertius, temporum ordinem invertens. Tantum enim abest, ut Archelaus primus ionicam philosophiam clarissimæ illi Musarum sedi intulerit, ut Anaxagoras cum Clemente (2) ejus beneficii auctor fuisse dicendus sit. Est autem vix probabile Archelaum discipulorum nobilitate floruisse, quum iis Socratem a Diogene et Cicerone (3) injuria annumerari appareat. Etenim Plato, Xenophon, Aristoteles Archelai placita silentio prætereuntes ipsum hominem sine dubio ignorarunt. Solus Theophrastus singularem de ejus decretis librum vulgaverat (4), unde excerpta videntur quæ a veteribus de disciplina viri prope ignoti memorantur. Nimirum physicum opus quod Archelao ascribit Suidas (5) fortasse paullo post Theophrasti mortem intercidit.

In explicanda mundi origine cæterisque rebus diversam quidem ab Anaxagoræ ratione formulam excogitavit aut certe proprium quid afferre nisus est, sed eadem tamen rerum principia esse statuit (6). Nam de materiæ mistura idem præcipit quod Anaxagoras, licet mentem ab omni concretione mortali segregatam esse nollet (7). Quocirca si vera rettulit Stobæus (8), aerem et mentem deum esse opinatus est, ademta mundi procreandi facultate. Huc pertinet etiam quod alii narrant eum pro rerum fundamento aerem habuisse (9).

Ab his omnibus dissentit Diogenes Laertius duas Archelao generationis causas fuisse dicens, calorem et frigus. Porro animalia primum e limo, postea ex se invicem nata esse existimavit. Qua in re homines a cæteris animantibus adeo non distinxit, ut omnium eundem ortum fuisse (10) contenderet. Præterea aquam calore liquefactam, quatenus in igneam naturam abit, efficere terram, quatenus vero circumfluit, aerem gignere censet eamque ob causam illam aere, hunc ignis motu contineri (11).

Eidem vocem aeris percussu formari placuit. Quid? quod mare in cavis per humum velut percolatum consistere credidit, maximum autem siderum solem esse affirmavit, denique univer-

(1) Diogenes Laertius lib. II, 16 : Ἀρχέλαος, Ἀθηναῖος ἢ Μιλήσιος, πατρὸς Ἀπολλοδώρου, ὡς δέ τινες, Μύδωνος, μαθητὴς Ἀναξαγόρου, διδάσκαλος Σωκράτους. Οὗτος πρῶτος ἐκ τῆς Ἰωνίας τὴν φυσικὴν φιλοσοφίαν μετήγαγεν Ἀθήναζε καὶ ἐκλήθη φυσικός, παρὸ καὶ ἔληξεν ἐν αὐτῷ ἡ φυσικὴ φιλοσοφία, Σωκράτους τὴν ἠθικὴν εἰσαγαγόντος.

(2) Clemens Alexandrinus Strom. lib. I p. 301 A : Οὗτος [ὁ Ἀναξαγόρας] μετήγαγεν ἀπὸ τῆς Ἰωνίας Ἀθήναζε τὴν διατριβήν· τοῦτον διαδέχεται Ἀρχέλαος.

(3) Cicero Tusc. V, 4 : « usque ad Socratem qui Archelaum, Anaxagoræ discipulum, audierat. »

(4) Περὶ τῶν Ἀρχελάου teste Diog. Laert. V, 42.

(5) Suidas v. Ἀρχέλαος.

(6) Simplicius Comment. in Arist. Phys. fol. 6 b : Ἀρχέλαος ἐν μὲν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου καὶ τοῖς ἄλλοις πειρᾶταί τι φέρειν ἴδιον, τὰς ἀρχὰς δὲ τὰς αὐτὰς δίδωσιν, ἅσπερ Ἀναξαγόρας. οὗτοι μὲν οὖν ἀπείρους τῷ πλήθει καὶ ἀνομοιογενεῖς τὰς ἀρχὰς λέγουσι.

(7) Origenes Philos. 9 : Οὗτος ἔφη τὴν μῖξιν τῆς ὕλης ὁμοίως Ἀναξαγόρᾳ, τάς τε ἀρχὰς ὡσαύτως· οὗτος δὲ τῷ νῷ ἐνυπάρχειν τι εὐθέως μῖγμα.

(8) Stobæus Eclog. I p. 56 (tom. I p. 22 ed. Gaisf.) : Ἀρχέλαος ἀέρα καὶ νοῦν τὸν θεόν, οὐ μέντοι κοσμοποιὸν τὸν νοῦν.

(9) Plutarchus de Plac. phil. I, 3 : Ἀρχέλαος Ἀπολλοδώρου Ἀθηναῖος ἀέρα ἄπειρον καὶ τὴν περὶ αὐτὸν πυκνότητα καὶ μάνωσιν. τούτων δὲ τὸ μὲν εἶναι πῦρ, τὸ δὲ ὕδωρ. Cf. Stob. Eclog. I p. 298 (tom. I p. 114 ed. Gaisf.); Sext. Empir. adv. Math. IX, 360.

(10) Diogenes Laertius lib. II, 16-17 : Ἔλεγε δὲ δύο αἰτίας εἶναι γενέσεως, θερμὸν καὶ ψυχρόν· καὶ τὰ ζῷα ἀπὸ τῆς ἰλύος γεννηθῆναι...γεννᾶσθαι δέ φησι τὰ ζῷα ἐκ θερμῆς τῆς γῆς, καὶ ἰλὺν παραπλησίαν γάλακτι, οἷον τροφὴν ἀνιείσης. οὕτω δὲ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ποιηθῆναι. Origenes Philos. 9 : περὶ δὲ ζῴων φησὶν ὅτι θερμαινομένης τῆς γῆς τὸ πρῶτον ἐν τῷ κατὰ μέρος (leg. cum Rittero κάτω μέρει) ὅπου τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐμίσγετο, ἀνεφαίνετο τά τε ἄλλα ζῷα πολλὰ καὶ ἀνόμοια, πάντα τὴν αὐτὴν δίαιταν ἔχοντα, ἐκ τῆς ἰλύος τρεφόμενα· ἦν δὲ ὀλιγοχρόνια. ὕστερον δὲ αὐτοῖς καὶ ἐξ ἀλλήλων γένεσις ἀνέστη, καὶ διεκρίθησαν ἄνθρωποι ἀπὸ τῶν ἄλλων, καὶ ἡγεμόνας καὶ νόμους καὶ τέχνας καὶ πόλεις καὶ τὰ ἄλλα συνέστησαν. νοῦν δὲ λέγει πᾶσιν ἐμφύεσθαι ζῴοις ὁμοίως. χρήσασθαι γὰρ ἕκαστον καὶ τῷ σώματι ἀναλόγως, τὸ μὲν βραδυτέρως τὸ δὲ ταχυτέρως.

(11) Diogenes Laertius lib. II, 17 : Τηκόμενόν φησι τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, καθὸ μὲν εἰς τὸ πυρῶδες συνίσταται, ποιεῖν γῆν· καθὸ δὲ περιῤῥεῖ, ἀέρα γεννᾷν. ὅθεν ἡ μὲν ὑπὸ τοῦ ἀέρος, ὁ δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς περιφορᾶς κρατεῖται.

sitatis corpus infinitum esse sibi persuasit (12).

Quamvis autem Archelaus physicorum ultimus fuisse perhibeatur (13), tamen moralem quoque philosophiam ac civilem rationem attigit, siquidem de legibus ac de honesto et justo disputavit. Quod vero dixisse traditur, justum et turpe non natura, sed opinione et instituto esse : eo omnis morum doctrina evertitur potius quam fundatur (14). Quare non est quod cum Diogene (15) putemus Socratem Archelai præceptis imbutum in morali philosophiæ parte profecisse.

(12) Diogenes Laertius lib. II, 17 : Πρῶτος δὲ εἶπε φωνῆς γένεσιν τὴν τοῦ ἀέρος πλῆξιν· τὴν δὲ θάλατταν ἐν τοῖς κοίλοις διὰ τῆς γῆς ἠθουμένην συνεστάναι· μέγιστον τῶν ἄστρων τὸν ἥλιον καὶ τὸ πᾶν ἄπειρον.

(13) Hoc quoque dubium est. Mihi physicorum ultimus Democritus videtur qui quadraginta annis post Anaxagoram natus est.

(14) Diogenes Laertius lib. II, 16 : Ἔοικε δὲ καὶ οὗτος ἅψασθαι τῆς ἠθικῆς. καὶ γὰρ περὶ νόμων πεφιλοσόφηκε καὶ καλῶν καὶ δικαίων...ἔλεγε δὲ τὸ δίκαιον εἶναι καὶ τὸ αἰσχρὸν οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ.

(15) Diogenes Laertius lib. II, 16 : Παρ' οὗ λαβὼν Σωκράτης τῷ αὐξῆσαι αὐτὸς εὑρεῖν ὑπελήφθη.

DE MELISSO.

Melissus (1), Ithagenis filius, Samius quem Apollodorus apud Diogenem circa Olympiadem octogesimam quartam floruisse testatur, ita litterarum studia cum armorum tractatione copulavit, ut tam eruditionis et doctrinæ gloria excelleret quam bellicis laudibus præstaret. Adolescens Parmenidem, Eleaticæ scholæ principem, audivit aliosque viros primarios convenit. Nam cum Heraclito etiam commercium habuisse eumque Ephesiis commendasse fertur. Postea quum vir civilis et popularibus suis gratus esset, ad reipublicæ curam admotus egregiam in bello patriæ suæ operam navavit. Constat autem bello Samiorum Athenienses quorum rebus tum præerat Pericles a Samiis Melissi ductu et auspiciis duobus navalibus prœliis Olympiade octogesima quinta superatos esse. Sic a rerum contemplatione ad usum actionemque traductus civibus qui antea eum dilexerant majorem etiam sui admirationem injecit.

Unum composuit librum dialecto Ionica Περὶ τοῦ ἐόντος (2) vel Περὶ φύσιος (3), vel ut alii volunt *De ente et natura* inscriptum. In quo apparet eum non egisse de infinita eorum quæ orta, generata, concreta sunt copia et varietate, sed de natura æterna quam ab omni concretione mortali segregatam *entis* nomine, Parmenidem secutus (4), affecit. Hujus libri plura Simplicius servavit fragmenta quæ infra exponam. Idem opus spectarunt Plato (5) in Theæteto pag. 180 E, et Aristoteles in volumine de Sophisticis Elenchis (6), porro Physicorum lib. I, 2 et 3, nec non in disputationibus de Melisso, Xenophane et Gorgia atque alibi. Neque dubium quin Hippocrates (7), Pa-

(1) Diogenes Laertius lib. IX, 24 : Μέλισσος Ἰθαγένους, Σάμιος. Οὗτος ἤκουσε Παρμενίδου· ἀλλὰ καὶ εἰς λόγους ἦλθεν Ἡρακλείτῳ, ὅτε καὶ συνέστησεν αὐτὸν τοῖς Ἐφεσίοις ἀγνοοῦσι.....γέγονε δὲ καὶ πολιτικὸς ἀνήρ, καὶ ἀποδοχῆς παρὰ τοῖς πολίταις ἠξιωμένος. ὅθεν ναύαρχος αἱρεθεὶς ἔτι καὶ μᾶλλον ἐθαυμάσθη διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετήν.... φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἠκμακέναι αὐτὸν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Plutarchus vit. Pericl. cap. 26 : Πλεύσαντος γὰρ αὐτοῦ [τοῦ Περικλέους], Μέλισσος ὁ Ἰθαγένους, ἀνὴρ φιλόσοφος, στρατηγῶν τότε τῆς Σάμου, καταφρονήσας τῆς ὀλιγότητος τῶν νεῶν ἢ τῆς ἀπειρίας τῶν στρατηγῶν ἔπεισε τοὺς πολίτας ἐπιθέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις. καὶ γενομένης μάχης, νικήσαντες οἱ Σάμιοι, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἄνδρας ἑλόντες, πολλὰς δὲ ναῦς διαφθείραντες, ἐχρῶντο τῇ θαλάσσῃ καὶ παρετίθεντο τῶν ἀναγκαίων πρὸς τὸν πόλεμον, ὅσα μὴ πρότερον εἶχον. ὑπὸ δὲ τοῦ Μελίσσου καὶ Περικλέα φησὶν αὐτὸν Ἀριστοτέλης ἡττηθῆναι, ναυμαχοῦντα πρότερον. Id. vit. Themist. cap. 2 : Καίτοι Στησίμβροτος Ἀναξαγόρου τε διακοῦσαι τὸν Θεμιστοκλέα φησί, καὶ περὶ Μέλισσον σπουδάσαι τὸν φυσικόν, οὐκ εὖ τῶν χρόνων ἁπτόμενος. Περικλεῖ γάρ, ὃς πολὺ νεώτερος ἦν Θεμιστοκλέους, Μέλισσος μὲν ἀντεστρατήγει πολιορκοῦντι Σαμίους, Ἀναξαγόρας δὲ συνδιέτριβε. Id. adv. Colot. cap. 32 : Μέλισσος δέ, τῆς πατρίδος στρατηγῶν, Ἀθηναίους κατεναυμάχησε. Ælianus Var: Hist. lib. VII cap. 14 : Τί δέ, οὐχ ἦσαν καὶ οἱ φιλόσοφοι τὰ πολέμια ἀγαθοί; ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν, εἴ γε Ἀρχύταν μὲν εἵλοντο ἑξάκις στρατηγὸν Ταραντῖνοι, Μέλισσος δὲ ἐναυάρχησε κτλ.

(2) Cf. Suidas v. Μέλιτος, ubi legitur περὶ τοῦ ὄντος.

(3) Περὶ φύσεως citat Galenus ad Hippocr. de Nat. hom. I pag. 5 ed. Kühn. et de element. sec. Hippocr. I, 9 pag. 487 ed. Kühn. his verbis : Τὰ γὰρ τῶν παλαιῶν ἅπαντα περὶ φύσεως ἐπιγέγραπται, τὰ Μελίσσου, τὰ Παρμενίδου, τὰ Ἐμπεδοκλέους, Ἀλκμαίωνός τε καὶ Γοργίου, καὶ Προδίκου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. De *ente et natura* est apud Alexandrum Aphrodisiensem et Nicolaum Damascenum. Vid. Bessarionem in Calumn. Platon. II, 11.

(4) Vide præfationem ad Parmenidem.

(5) Plato Theæt. pag. 180 E : Ὀλίγου δὲ ἐπελαθόμην, ὦ Θεόδωρε, ὅτι ἄλλοι αὖ τἀναντία τούτοις ἀπεφήναντο, οἷον ἀκίνητον τελέθειν ᾧ πάντ' ὄνομ' εἶναι, καὶ ἄλλα ὅσα Μέλισσοί τε καὶ Παρμενίδαι ἐναντιούμενοι πᾶσι τούτοις διισχυρίζονται, ὡς ἕν τε πάντα ἐστὶ καὶ ἕστηκεν αὐτὸ ἐν αὑτῷ, οὐκ ἔχον χώραν ἐν ᾗ κινεῖται.

(6) Aristoteles de Sophisticis Elenchis pag. 167 b ed. Bekker. : Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς συλλογιστικοῖς, οἷον ὁ Μελίσσου λόγος ὅτι ἄπειρον τὸ ἅπαν, λαβὼν τὸ μὲν ἅπαν ἀγένητον (ἐκ γὰρ μὴ ὄντος οὐδὲν ἂν γενέσθαι), τὸ δὲ γενόμενον ἐξ ἀρχῆς γενέσθαι. εἰ μὴ οὖν γέγονεν, ἀρχὴν οὐκ ἔχει τὸ πᾶν, ὥστ' ἄπειρον. οὐκ ἀνάγκη δὲ τοῦτο συμβαίνειν· οὐ γὰρ εἰ τὸ γενόμενον ἅπαν ἀρχὴν ἔχει, καὶ εἴ τι ἀρχὴν ἔχει, γέγονεν, ὥσπερ οὐδ' εἰ ὁ πυρέττων θερμός, καὶ τὸν θερμὸν ἀνάγκη πυρέττειν. Id. ibid. p. 168 b : ἢ πάλιν, ὡς ἐν τῷ Μελίσσου λόγῳ, τὸ αὐτὸ εἶναι λαμβάνει τὸ γεγονέναι καὶ ἀρχὴν ἔχειν, ἢ τὸ ἴσοις γίνεσθαι καὶ ταὐτὸ μέγεθος λαμβάνειν. ὅτι γὰρ τὸ γεγονὸς ἔχει ἀρχήν, καὶ τὸ ἔχον ἀρχὴν γεγονέναι ἀξιοῖ, ὡς ἄμφω ταὐτὰ ὄντα τῷ ἀρχὴν ἔχειν, τό τε γεγονὸς καὶ τὸ πεπερασμένον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἴσων γινομένων εἰ τὰ τὸ αὐτὸ μέγεθος καὶ ἓν λαμβάνοντα ἴσα γίνεται, καὶ τὰ ἴσα γενόμενα ἓν μέγεθος λαμβάνει. Id. Phys. lib. I, 2 pag. 184 b : ἀνάγκη δ' ἤτοι μίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἢ πλείους, καὶ εἰ μίαν, ἤτοι ἀκίνητον, ὥς φησι Παρμενίδης καὶ Μέλισσος, ἢ κινουμένην, ὥσπερ οἱ φυσικοί. Et pag. 185 b : ἀλλὰ μὴν εἰ ὡς ἀδιαίρετον, οὐθὲν ἔσται ποσὸν οὐδὲ ποιόν, οὐδὲ δὴ ἄπειρον τὸ ὄν, ὥσπερ Μέλισσός φησιν, οὐδὲ πεπερασμένον, ὥσπερ Παρμενίδης. Idem cap. 3, pag. 186 b : ἀμφότεροι γὰρ ἐριστικῶς συλλογίζονται, καὶ Μέλισσος καὶ Παρμενίδης· καὶ γὰρ ψευδῆ λαμβάνουσι καὶ ἀσυλλόγιστοί εἰσιν αὐτῶν οἱ λόγοι· μᾶλλον δ' ὁ Μελίσσου φορτικὸς καὶ οὐκ ἔχων ἀπορίαν, ἀλλ' ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος τἄλλα συμβαίνει· τοῦτο δ' οὐθὲν χαλεπόν. ὅτι μὲν οὖν παραλογίζεται Μέλισσος, δῆλον· οἴεται γὰρ εἰληφέναι, εἰ τὸ γενόμενον ἔχει ἀρχὴν ἅπαν, ὅτι καὶ τὸ μὴ γενόμενον οὐκ ἔχει, κτλ.

(7) Hippocrates de Nat. hom. tom. I p. 349 ed. Kühn. : Ἀλλ' ἐμοί γε δοκέουσι οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι σφᾶς αὐτοὺς

læphatus (8) et quicunque (9) apud veteres Melissi decreta vel memorant vel impugnant, ex hoc fonte ea hauserint. In recognoscendis vertendisque Melissi fragmentis idem consilium secutus sum quod in Xenophaneis reliquiis interpretandis. Qua de re vide præfationem ad Xenophanem.

καταβάλλειν ἐν τοῖσι ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτέων ὑπὸ ἀσυνεσίης, τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ὀρθοῦν.

(8) Palæphatus de Incredibilibus, Procem. : Ἀεὶ δὲ ἔγωγε ἐπαινῶ τοὺς συγγραφέας Μέλισσον καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον, ἐν ἀρχῇ λέγοντας· ἔστιν ἃ ἐγένετο καὶ νῦν ἔσται.

(9) Suidas v. γεννητική: Μέλισσος ᾤετο τὸ μὴ γενόμενον οὐκ ἔχειν ἀρχήν. ψεῦδος δέ ἐστι· πολλὰ γὰρ ἀγέννητα ὄντα ἀρχὰς ἔχει. Theodoretus Serm. III : Μέλισσος δὲ ὁ Ἰθαγένους ὁ Μιλήσιος, τούτου (τοῦ Παρμενίδου) μὲν ἑταῖρος ἐγένετο, τὴν δὲ παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν ἀκήρατον οὐκ ἐτήρησεν· ἄπειρον γὰρ οὗτος ἔφη τὸν κόσμον, ἐκείνων φάντων πεπερασμένον. Sextus Empiricus Pyrrh. hypotyp. lib. III cap. 7 : τρεῖς δέ, οἶμαι, γεγόνασιν αἱ ἀνωτάτω περὶ κινήσεως στάσεις. ὁ μὲν γὰρ Βίας καί τινες τῶν φιλοσόφων εἶναι κίνησιν ὑπολαμβάνουσιν, μὴ εἶναι δὲ Παρμενίδης τε καὶ Μέλισσος καὶ ἄλλοι τινές, μὴ μᾶλλον δὲ εἶναι ἢ μὴ κίνησιν ἔφασαν οἱ Σκεπτικοί. Idem adv. Math. X cap. 2, 46 : Γνωστέον ὅτι τρεῖς γεγόνασι στάσεις κατὰ τὸ ἀνωτάτω περὶ κινήσεως. οἱ μὲν γάρ φασι κίνησιν εἶναι, οἱ δὲ μὴ εἶναι, οἱ δὲ οὐ μᾶλλον εἶναι ἢ μὴ εἶναι. καὶ εἶναι μὲν ὅ τε Βίας, τοῖς φαινομένοις προσέχων, καὶ οἱ πλείους τῶν φυσικῶν, ὥσπερ οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Ἀναξαγόραν, Δημόκριτόν τε καὶ Ἐπίκουρον· οἷς καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, ἔτι δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς συναπεγράψαντο, καὶ ἄλλοι παμπληθεῖς. μὴ εἶναι δὲ οἱ περὶ Παρμενίδην καὶ Μέλισσον, οὓς ὁ Ἀριστοτέλης στασιώτας τε τῆς φύσεως καὶ ἀφυσίκους κέκληκεν· στασιώτας μέν, ἀπὸ τῆς στάσεως, ἀφυσίκους δέ, ὅτι ἀρχὴ κινήσεώς ἐστιν ἡ φύσις. Conf. Alexander Aphrodisiensis in Topic. pag. 102 (Scholl. ed. Brandis. pag. 269 b). Id. in Soph. Elench. fol. 17 et 21. Themistius in Physic. fol. 17. (Scholl. ed. Brandis. pag. 330 b). Simplicius in libros de Cœlo fol. 32.

ΜΕΛΙΣΣΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

§ 1. Εἰ μὲν μηδὲν ἔστι, περὶ τούτου τί ἂν λέγοιτο ὡς ἐόντος τινός; εἰ δέ τι ἔστι, ἤτοι γινόμενόν ἐστι, ἢ αἰεὶ ἐόν. Ἀλλ' εἰ γινόμενον, ἤτοι ἐξ ἐόντος ἢ ἐκ μὴ ἐόντος· ἀλλ' οὔτε ἐκ μὴ ἐόντος οἷόν τε γίνεσθαί τι, οὔτε ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐόν, πολλῷ δὲ μᾶλλον τὸ ἁπλῶς ἐόν· οὔτε ἐκ τοῦ ἐόντος· εἴη γὰρ ἂν οὕτω καὶ οὐ γίνοιτο. οὐκ ἄρα γινόμενόν ἐστι τὸ ἐόν· αἰεὶ ἐὸν ἄρα ἐστί. Οὔτε φθαρήσεται τὸ ἐόν· οὔτε γὰρ ἐς τὸ μὴ ἐὸν οἷόν τε τὸ ἐὸν μεταβάλλειν· συγχωρέεται γὰρ καὶ τοῦτο ὑπὸ τῶν φυσικῶν· οὔτε ἐς ἐόν· μένοι γὰρ ἂν πάλιν οὕτω γε καὶ οὐ φθείροιτο. Οὔτε ἄρα γέγονε τὸ ἐόν, οὔτε φθαρήσεται. Αἰεὶ ἄρα ἦν τε καὶ ἔσται.

§ 2. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ γενόμενον ἀρχὴν ἔχει, τὸ μὴ γενόμενον ἀρχὴν οὐκ ἔχει, τὸ δ' ἐὸν οὐ γέγονε, οὐκ ἂν ἔχοι ἀρχήν. Ἔτι δὲ τὸ φθειρόμενον τελευτὴν ἔχει· εἰ δέ τί ἐστι ἄφθαρτον, τελευτὴν οὐκ ἔχει· τὸ ἐὸν ἄρα ἄφθαρτον ἐόν, τελευτὴν οὐκ ἔχει· τὸ δὲ μήτε ἀρχὴν ἔχον μήτε τελευτήν, ἄπειρον τυγχάνει ἐόν· ἄπειρον ἄρα τὸ ἐόν.

§ 3. Εἰ δὲ ἄπειρον, ἕν· εἰ γὰρ δύο εἴη, οὐκ ἂν δύναιτο ἄπειρα εἶναι, ἀλλ' ἔχοι ἂν πέρατα πρὸς ἄλληλα· ἄπειρον δὲ τὸ ἐόν, οὐκ ἄρα πλέω τὰ ἐόντα· ἓν ἄρα τὸ ἐόν.

§ 4. Ἀλλὰ μὴν εἰ ἕν, καὶ ἀκίνητον· τὸ γὰρ ἓν ἐὸν ὁμοῖον αἰεὶ ἑωυτῷ· τὸ δὲ ὁμοῖον, οὔτ' ἂν ἀπόλοιτο, οὔτ' ἂν μέζον γίνοιτο, οὔτε μετακοσμέοιτο, οὔτε ἀλγέοι, οὔτε ἀνιῷτο. Εἰ γάρ τι τούτων πάσχοι, οὐκ ἂν ἓν εἴη· τὸ γὰρ ἡντιναοῦν κίνησιν κινεόμενον ἔκ τινος καὶ ἐς ἕτερόν τι μεταβάλλει· οὐδὲν δὲ ἦν ἕτερον παρὰ τὸ ἐόν, οὐκ ἄρα τοῦτο κινήσεται.

MELISSI

FRAGMENTA.

§ 1. Si nihil reapse est, quid de hoc, quasi sit aliquid, dicatur? Si vero est aliquid, id aut oritur aut semper est. Quodsi oritur, aut ex eo quod est, aut ex eo quod non est oriatur oportet; atqui neque ex non-ente fieri potest ut cum aliud ens oriatur, tum maxime ens simpliciter dictum, neque ex ente : esset enim hoc modo ac non oriretur. Ergo non oritur ens; sempiternum igitur est. Neque vero interibit ens; non enim fieri potest, ut ens in non-ens mutetur; quippe conceditur et hoc a physicis : neque in ens; ita enim certe rursus maneret ac non interiret. Ergo neque ortum est ens neque interibit. Semper igitur fuit atque erit.

§ 2. Sed quoniam id quod ortum est initium habet, non ortum non habet initium, ens autem ortum non est ideoque non habet initium. Præterea quidquid interit finem habet; quodsi quid interitûs expers est, finem non habet; ens igitur ut interitus expers finem non habet; quod vero neque initium habet neque finem, infinitum est : infinitum igitur ens est.

§ 3. Si vero infinitum, unum simul est; si enim duo essent, non possent esse infinita, sed fines inter se terminosque haberent : infinitum autem ens, non igitur plura entia; unum igitur ens.

§ 4. Enimvero si unum, etiam immotum est : quod enim unum, id sui semper simile est : quod autem simile est, id nec perire possit nec majus fieri neque verso rerum statu et ordine transformari, neque dolere, neque molestiâ affici. Si enim horum quidquam ei accideret, non foret unum; quod enim motu qualicunque cietur, id ex aliquo atque in aliud quid mutatur; atqui nihil aliud ex omni æternitate fuit præter ens : hoc igitur non movebitur.

Quæ initio a nobis posita sunt Melissi fragmenta (§ 1—5) legebantur olim in principio libri, quem περὶ τοῦ ὄντος teste Suida v. Μέλιτος, vel περὶ φύσεως, ut refert Galen. ad Hippocr. de Nat. hom. I p. 5 ed. Kühn. et de element. sec. Hippocr. I, 9 p. 487, vel *de ente et natura*, ut testantur Alexander Aphrodisiensis et Nicolaus Damascenus apud Bessarionem in Calumn. Platon. II, 11. Ionica dialecto Samius philosophus scripserat. Servavit hos locos Simplicius in Aristotelis Phys. f. 22 b; cujus verba sunt : νῦν δὲ τὸν Μελίσσου λόγον ἴδωμεν, πρὸς ὃν πρότερον ὑπαντᾷ (ὁ Ἀριστοτέλης). τοῖς γὰρ τῶν φυσικῶν ἀξιώμασι χρησάμενος ὁ Μέλισσος περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἄρχεται τοῦ συγγράμματος οὕτως· Εἰ μὲν μηδὲν ἔστι κ. τ. λ. Allatis Melissi verbis hæc subjungit Simplicius : Ταῦτα μὲν οὖν ἀρκεῖ τῶν Μελίσσου ὡς πρὸς τὴν Ἀριστοτέλους ἀντίῤῥησιν. Τὰ δὲ λήμματα αὐτοῦ ὡς συνελόντι φάναι ταῦτα κ. τ. λ. In hoc operis exordio videtur Melissus rerum de quibus acturus erat argumenta breviter ac summatim perstrinxisse eo consilio ut singula postea accuratius et uberius pertractaret, id quod loci ejus alibi a Simplicio memorati et qui hos respexit libri de Melisso, Xenophane et Gorgia auctor abunde ostendunt. Ionicæ dialecti formam magis quam decebat a Brandisio neglectam restituere cœperat Prellerus in Histor. phil. p. 104 seqq. Nos in eo negotio etiam extra fines quos Prellerus sibi constituit egressi sumus.

§ 1. In primo fragmento bis cum Prellero αἰεὶ pro ἀεί edidi et εἰς in ἐς mutavi; præterea ν ἐφελκυστικόν quod ille servaverat ubique in his fragminibus delevi, obsecutus Grammatico Augustano p. 669 Greg. Cor. ed. Schæf. Hoc semel monuisse sufficiat. Cæterum quos φυσικούς vocat Melissus, iidem a Diogene Apolloniate φυσιολόγοι nominabantur. Cf. Simplic. in Arist. phys. p. 32 b. Cum hoc Melissi loco recte comparavit Brandisius initium libri de Melisso, Xenophane et Gorgia compositi.

§ 3. πλέω edidi pro πλείω; sic enim plerumque Iones, quamquam etiam alteram formam in codd. interdum inveniri non ignoro.

§ 4. ὁμοῖον, μέζον, γίνοιτο cum Prellero pro iis quæ in

§ 5. Καὶ κατ' ἄλλον δὲ τρόπον οὐδὲν κενεόν ἐστι τοῦ ἐόντος· τὸ γὰρ κενεὸν οὐδέν ἐστι· οὐκ ἂν ὧν εἴη τό γε μηδέν. Οὐ κινέεται ὧν τὸ ἐόν· ὑποχωρῆσαι γὰρ οὐκ ἔχει οὐδαμῇ, κενεοῦ μὴ ἐόντος. Ἀλλ' οὐδὲ ἐς ἑωυτὸ συσταλῆναι δυνατόν· εἴη γὰρ ἂν οὕτως ἀραιότερον ἑωυτοῦ καὶ πυκνότερον· τοῦτο δὲ ἀδύνατον. Τὸ γὰρ ἀραιὸν ἀδύνατον ὁμοίως εἶναι πλῆρες τῷ πυκνῷ, ἀλλ' ἤδη τὸ ἀραιόν γε κενεώτερον γίνεται τοῦ πυκνοῦ· τὸ δὲ κενεὸν οὐκ ἔστι. Εἰ δὲ πλῆρές ἐστι τὸ ἐὸν ἢ μή, κρίνειν χρὴ τῷ ἐσδέχεσθαί τι αὐτὸ ἄλλο, ἢ μή· εἰ γὰρ μὴ ἐσδέχεται, πλῆρες· εἰ δὲ ἐσδέχοιτό τι, οὐ πλῆρες. Εἰ ὧν ἔστι μὴ κενεόν, ἀνάγκη πλῆρες εἶναι· εἰ δὲ τοῦτο, μὴ κινέεσθαι· οὐχ ὅτι μὴ δυνατὸν διὰ πλήρεος κινέεσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν σωμάτων λέγομεν, ἀλλ' ὅτι πᾶν τὸ ἐὸν οὔτε ἐς ἐὸν δύναται κινέεσθαι· οὐ γὰρ ἔστι τι παρ' αὐτό· οὔτε ἐς τὸ μὴ ἐόν· οὐ γὰρ ἔστι τὸ μὴ ἐόν.

* * *

§ 5. Sed alia etiam ratione nihil vacuum est ente; vacuum enim nihil est : ergo illud certe quod nihil appellamus non fuerit. Non movetur igitur ens; neque enim habet quo concedat, quia vacuum non est. Neque vero fieri potest, ut in se ipsum contrahatur : ita enim rarius fuerit se ipso et densius; hoc autem fieri nequit. Quippe fieri non potest, ut rarum æque plenum sit ac densum, sed rarum certe etiam magis vacuum fit denso; vacuum vero non est. Num autem plenum sit ens an minus, judicari oportet ex alio aut recepto aut non recepto : si enim non recipit, plenum est; si vero recipiat aliquid, non plenum. Si igitur non est vacuum, necesse est plenum esse, si vero hoc, non moveri; non quod fieri nequeat, ut quid per plenum moveatur, quemadmodum in corporibus dicimus, sed quod universum ens neque in ens se movere potest : non enim quidquam est præter ipsum : neque in non-ens, non enim est non-ens.

* * *

§ 6. Αἰεὶ ἦν ὅ,τι ἦν, καὶ αἰεὶ ἔσται· εἰ γὰρ ἐγένετο, ἀναγκαῖόν ἐστι πρὶν γενέσθαι εἶναι μηδέν· εἰ τοίνυν μηδὲν ἦν, οὐδαμῇ ἂν ἐγένετο μηδὲν ἐκ μηδενός.

* * *

§ 6. Semper fuit quidquid fuit, et semper erit : si enim ortum esset, necesse est ante ortum fuisse nihil; si igitur nihil erat, haudquaquam nihil e nihilo ortum esset.

* * *

§ 7. Ὅ τε τοίνυν οὐκ ἐγένετο, ἔστι τε καὶ αἰεὶ ἦν, καὶ αἰεὶ ἔσται· καὶ ἀρχὴν οὐκ ἔχει οὐδὲ τελευτήν, ἀλλ' ἄπειρόν ἐστι. Εἰ μὲν γὰρ ἐγένετο, ἀρχὴν ἂν εἶχε· ἤρξατο γὰρ ἄν ποτε γινόμενον· καὶ τελευτήν· ἐτελεύτησε γὰρ ἄν ποτε γινόμενον. Εἰ δὲ μήτε ἤρξατο μήτε ἐτελεύτησε, αἰεί τε ἦν καὶ αἰεὶ ἔσται, οὐκ ἔχον ἀρχὴν οὐδὲ τελευτήν. Οὐ γὰρ αἰεὶ εἶναι ἀνυστόν, ὅ,τι μὴ πᾶν ἐστι.

* * *

§ 7. Quod igitur ortum non est, semperque est et fuit, ac semper erit : id neque initium habet neque finem, sed infinitum est. Si enim ortum esset, initium haberet : nasci enim aliquando cœpisset; et finem : fieri enim aliquando desiisset. Sin autem neque cœpit neque desiit : semper fuit semperque erit, non habens initium neque finem. Neque enim fieri potest, ut semper sit nisi quod universum sit.

* * *

codd. leguntur ὅμοιον, μεῖζον, γίγνοιτο exaravi. Præterea ἀλγέοι et ἀνιῷτο scripsi pro vulg. ἀλγέει et ἀνιῆται.

§ 5. οὖν ter mutavi in ὧν; reliqua jam Prellerus correxerat. Ad verba οὐδὲ εἰς ἑωυτὸ συσταλῆναι recte observat Brandisius : « διακρινόμενον sive συγκρινόμενον. » Cf. quæ diximus de his vocibus in edit. Democriti p. 386.

§ 6. Exstat hoc fragmentum apud Simplicium in Aristot. Phys. fol. 34 b, qui sic scribit : καὶ Μέλισσος δὲ τὸ ἀγένητον τοῦ ὄντος ἔδειξε, τῷ κοινῷ τούτῳ χρησάμενος ἀξιώματι. γράφει δὲ οὕτως· Ἀεὶ κ. τ. λ. Erunt fortasse qui verba εἰ γὰρ ἐγένετο, ἀναγκαῖόν ἐστι πρὶν γενέσθαι εἶναι μηδέν insolens quid habere censeant, sed ut apud Æschin. C. Ctes. p. 86 εἰ δ' ἦν ἀναγκαῖον ῥηθῆναι, οὐ Δημοσθένους ἦν ὁ λόγος et apud Æschylum Agam. 875 καὶ τραυμάτων μὲν εἰ τόσων ἐτύγχανεν, — τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν et aliis locis quos citat Bernhardyus Syntax. ling. gr. p. 376 nihil mutandum est, quum ob sententiæ diversitatem loquendi forma differat a vulgari, ita hic membranarum scripturam conservari oportet. At aliter judicandum de extremis εἰ τοίνυν μηδὲν ἦν, οὐδαμῇ ἂν γένοιτο μηδὲν ἐκ μηδενός, ubi pro γένοιτο substitui ἐγένετο.

§ 7. Quæ sequuntur fragmenta (§ 7—10) servavit Simplicius l. l. fol. 23 b, cujus verba sunt : ἐγκαλεῖται δὲ ὁ Μέλισσος, καὶ ὡς τῆς ἀρχῆς πολλαχῶς λεγομένης, ἀντὶ τῆς κατὰ χρόνον ἀρχῆς, ἥτις ὑπάρχει τῷ γενητῷ, τὴν κατὰ τὸ πρᾶγμα λαβών, ἥτις καὶ τοῖς ἀθρόως μεταβάλλουσιν οὐχ ὑπάρχει. Ἔοικε δὲ αὐτὸς καὶ πρὸ τοῦ Ἀριστοτέλους τεθεᾶσθαι καλῶς, ὅτι πᾶν σῶμα καὶ τὸ ἀΐδιον πεπερασμένον ὑπάρχον, πεπερασμένην ἔχει δύναμιν, καὶ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ἀεὶ ἐν τέλει χρόνου ἐστίν·.... ὥστε τὸ κατὰ μέγεθος ἀρχὴν καὶ τέλος ἔχον, καὶ κατὰ χρόνον ἔχει ταῦτα· καὶ ἀνάπαλιν· τὸ γὰρ ἀρχὴν ἔχον χρόνου καὶ τέλος, οὐχ ἅμα πᾶν ἐστι· διὸ ποιεῖται τὴν μὲν ἀπόδειξιν ἀπὸ τῆς κατὰ χρόνον ἀρχῆς καὶ τελευτῆς. Ἄναρχον δὲ οὕτω καὶ ἀτελεύτητον οὔ φησιν εἶναι, ὃ μὴ πᾶν ἐστι, τουτέστιν ὃ μὴ ἅμα ὅλον ἐστίν· ὅπερ τοῖς ἀμερέσιν ὑπάρχει καὶ τῷ ὄντι ἀπείροις· τῷ δέ γε ἁπλῶς ὄντι, καὶ κυριώτατα. τῷ γὰρ ὄντι πᾶν ἐκεῖνό ἐστι. λέγει δὲ ταῦτα οὕτως ὁ Μέλισσος· Ὅ τε τοίνυν κ. τ. λ. (§ 7). Καὶ ὅτι μὲν τὸ ποτὲ χρονικόν ἐστι, δῆλον. ὅτι δὲ γινόμενον τὸ κατ' οὐσίαν γενητὸν εἶπεν, ὃ ἕως ἂν ᾖ γινόμενόν ἐστι καὶ οὐκ ὄν, δῆλον ἐκ τοῦ· ἐτελεύτησεν ἄν ποτε γινόμενον (§ 7) καὶ ἐκ τοῦ· οὐ γὰρ ἀεὶ εἶναι ἀνυστὸν ὅ, τι μὴ πᾶν ἐστι (§ 7), ὡς τοῦ ἀεὶ ὄντος, ὃ καὶ πᾶν ἐστιν, ἀντικειμένου τῷ γενητῷ. Ὅτι δὲ ὥσπερ τὸ ποτὲ πεπερασμένον τῇ οὐσίᾳ φησίν, οὕτω καὶ τὸ ἀεὶ ὂν ἄπειρον λέγει τῇ οὐσίᾳ, σαφὲς πεποίηκεν εἰπών· Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν κ. τ. λ. (§ 8) μέγεθος δὲ οὐ τὸ διαστατόν φησιν· αὐτὸς γὰρ ἀδιαίρετον τὸ ὂν δείκνυσιν· Εἰ γὰρ διῄρηται φησι κ. τ. λ. (§ 15) μέγεθος οὖν τὸ δίαρμα αὐτὸ λέγει τῆς ὑποστάσεως. ὅτι γὰρ ἀσώματον εἶναι βούλεται τὸ ὄν, ἐδήλωσεν εἰπών· Εἰ μὲν ἐὸν εἴη (§ 16) καὶ ἐφεξῆς δὲ τῷ ἀϊδίῳ τὸ ἄπειρον κατὰ τὴν οὐσίαν συνέταξεν, εἰπών. Ἀρχὴν δὲ καὶ κ. τ. λ. (§ 9) ὥστε τὸ μὴ ἔχον, ἄπειρόν ἐστιν· ἀπὸ τοῦ ἀπείρου δὲ τὸ ἓν συνελογίσατο, ἐκ τοῦ· Εἰ μὴ ἓν εἴη κ. τ. λ. (§ 10).

§ 8. Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶ αἰεί, οὕτω καὶ τὸ μέγαθος ἄπειρον αἰεὶ χρὴ εἶναι.

* * *

§ 9. Ἀρχὴν δὲ καὶ τέλος ἔχον, οὐδεν οὔτε ἀΐδιον οὔτε ἄπειρόν ἐστι.

* * *

§ 10. Εἰ μὴ ἓν εἴη, περανέει πρὸς ἄλλο.

* * *

§ 11. Οὕτως ὦν ἀΐδιόν ἐστι καὶ ἄπειρον καὶ ἓν καὶ ὁμοῖον (τὸ) πᾶν· καὶ οὔτ' ἂν ἀπόλοιτο, οὔτ' ἂν μέζον γίνοιτο, οὔτε μετακοσμέοιτο, οὔτε ἀλγέοι, οὔτε ἀνιῷτο· εἰ γάρ τι τούτων πάσχοι, οὐκ ἂν ἔτι ἓν εἴη· εἰ γὰρ ἑτεροιοῦται, ἀνάγκη τὸ ἐὸν μὴ ὁμοῖον εἶναι, ἀλλ' ἀπόλλυσθαι τὸ πρόσθεν ἐόν, τὸ δὲ οὐκ ἐὸν γίνεσθαι. Εἰ τοίνυν τρισμυρίοισι ἔτεσι ἑτεροῖον γίνοιτο τὸ πᾶν, ὄλοιτο ἂν ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ.

§ 12. Ἀλλ' οὐδὲ μετακοσμηθῆναι ἀνυστόν· ὁ γὰρ κόσμος ὁ πρόσθεν ἐὼν οὐκ ἀπόλλυται, οὔτε ὁ μὴ ἐὼν γίνεται. Ὅτε δὲ μήτε προσγίνεται μηδέν, μήτε ἀπόλλυται, μήτε ἑτεροιοῦται, κῶς ἂν μετακοσμηθὲν τῶν ἐόντων τι εἴη; εἰ μὲν γάρ τι ἐγίνετο ἑτεροῖον, ἤδη ἂν καὶ μετεκοσμήθη.

§ 13. Οὐδὲ ἀλγέει· οὐ γὰρ ἂν πᾶν εἴη ἀλγεινόν· οὐ γὰρ ἂν δύναιτο αἰεὶ εἶναι χρῆμα ἀλγεινόν· οὐδ' ἂν ἔχοι

§ 8. Sed quemadmodum semper est : sic etiam magnitudine infinitum semper esse oportet.

* * *

§ 9. Initium vero et finem habens nihil neque sempiternum neque infinitum est.

* * *

§ 10. Nisi unum sit, ad aliud porrigetur.

* * *

§ 11. Ita igitur sempiternum est et infinitum atque unum et simile universum, ac neque interierit, neque majus fiat, neque verso rerum statu et ordine transformetur, neque doleat, neque molestia afficiatur : si enim horum quidquam ei accideret, non amplius unum foret : si enim variatur, necesse est ens non simile esse, sed interire prius ens, non-ens vero nasci. Si igitur triginta millibus annorum aliud fiat universum, intereat omni illo tempore.

§ 12. Sed ne transformari quidem potest; nam prior mundus non interit, neque qui non est oritur. Quum vero nihil neque accedat, neque intereat, neque varietur, quomodo eorum quæ sunt quidquam transformatum sit? si quid enim aliud fieret, jam et transformatum esset.

§ 13. Neque dolet : non enim universum foret ægrum : neque enim posset semper esse res ægra : nec perinde vi-

---

§ 7 iterum affertur a Simplicio fol. 7 usque ad verba ἀλλ' ἄπειρόν ἐστιν, deinde fol. 9 b et fol. 23, ubi hæc leguntur : μήποτε δὲ ὁ Μέλισσος οὐ τῇ οὐσίᾳ τὴν ἀρχὴν ἄπειρον εἶπεν, ἀλλὰ τῷ ἀνεκλείπτῳ τοῦ εἶναι· Ὅ τε γὰρ οὐκ κ. τ. λ. φησιν.—ἔστι τε καὶ ἀεὶ ἦν] sic foll. 7 et 9; sed fol. 23 ἔστι δέ, ἀεὶ ἦν κ. τ. λ. — ἐτελεύτησε γὰρ ἄν ποτε γινόμενον] sic fol. 23; sed fol. 7 ἐτελεύτησε γὰρ ἄν. — εἰ δὲ μήτε ἤρξατο] sic fol. 23; sed fol. 7 ὅτε δὲ μήτε ἤ.— καὶ ἀεὶ ἔσται] hæc desunt fol. 7, ubi præterea legitur οὐκ ἔχει pro οὐκ ἔχον, et post vocem τελευτήν adjiciuntur verba ἀλλ' ἄπειρον. — ὅ,τι μὴ πᾶν ἐστι] Quod Brandisius excitatis § 2, 8 et 9 observat, totum non esse absolutum, quod principium ac finem ideoque partes habeat : id rectius sic enuntiatur, ut nihil esse neque æternum neque infinitum dicamus, quod principio ac fine ideoque partibus præditum sit. Hanc autem naturam non convenire nisi universo, id est ei quod simul omne est ac totum, quemadmodum Simplicius exposuit.

§ 10. In verbis εἰ μὴ ἓν εἴη, περανέει πρὸς ἄλλο non sine causa philosophus hac conditionis forma utitur ut Hom. Il. X, 222, εἴ τίς μοι ἕποιτο καὶ ἄλλος, θαρσαλεώτερον ἔσται. Neque enim id quod probabile est consecuturum ex eo quod fingit, sed quod necessario consequitur, hoc loco proponit.

§ 11-14 exstant apud Simplicium l. l. fol. 24, qui hæc præfatur : ἀλλ' ἐπειδὴ ἀρχαιοπρεπῶς ἀλλ' οὐκ ἀσαφῶς ταῦτα καὶ ὁ Μέλισσος ἔγραψε, παρακείσθω καὶ αὐτὰ τὰ ἀρχαῖα γράμματα πρὸς τὸ δύνασθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀκριβεστέρους γίνεσθαι κριτὰς τῶν προσφυεστέρων ἐξηγήσεων· λέγει δ' οὖν ὁ Μέλισσος οὕτω, τὰ πρότερον εἰρημένα συμπεραινόμενος, καὶ οὕτω τὰ περὶ τῆς κινήσεως ἐπάγων· Οὕτως κ. τ. λ.

§ 11. Verba οὔτ' ἂν ἀπόλοιτο, οὔτ' ἂν μέζον γίνοιτο, οὔτε μετακοσμέοιτο, οὔτε ἀλγέοι, οὔτε ἀνιῷτο reperiuntur etiam fragm. 4. Utroque loco ad restituendum Ionismum eadem mutavimus. — τρισμυρίοις ἔτεσι bona est Brandisii conjectura pro τριχὶ μιῇ μυρίοις. Quid L. Philalthеus legerit qui interpretatur : « *si ergo omne trifariam protensum infinitis diversis alterum fieret, periret in omni tempore* », non laboro. Certe corruptum fuisse locum in ejus codice ex hac interpretatione apparet. Indicativum ὀλέεται, quem sequente particula ἄν intactum reliquerat Brandisius, correxi in ὄλοιτο. Cæteroqui Bergkius l. c. p. 24 verba τρισμυρίοις ἔτεσι a Melisso opposita esse putat Empedocli, quem statuisse existimat triginta millibus annorum absolutis eodem omnia redire, unde essent profecta. Quamobrem huc maxime Empedoclei carminis exordium refert : Ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, κ. τ. λ.. Sed hoc licet ingeniosum sit, tamen admodum incertum est. Idem, quod hoc fragmento traditur, placitum apud Aristotelem lib. de Melisso, Xenoph. et G. cap. I invenitur : τοιοῦτο δὲ ὂν τὸ ἓν ἀνώδυνόν τε καὶ ἀνάλγητον, ὑγιές τε καὶ ἄνοσον εἶναι, οὔτε μετακοσμούμενον θέσει, οὔτε ἑτεροιούμενον εἴδει, οὔτε μιγνύμενον ἄλλῳ· κατὰ πάντα γὰρ ταῦτα πολλά τε τὸ ἓν γίγνεσθαι, καὶ τὸ μὴ ὂν τεκνοῦσθαι, καὶ τὸ ὂν φθείρεσθαι ἀναγκάζεσθαι· ταῦτα δὲ ἀδύνατα εἶναι.

§ 12. Scripsi cum Prellero l. l. p. 106 ὁ γὰρ κόσμος ὁ πρόσθεν ἐὼν οὐκ ἀπόλλυται; vulgo enim ἀπολέεται hic exaratur. Deinde in verbis κῶς ἂν μετακοσμηθὲν τῶν ἐόντων τι εἴη, quæ omisit Prellerus, εἴη substitui pro ᾖ.

§ 13. Pro οὐδὲ ἔχει ἴσην δύναμιν τῷ ὑγιέϊ cum Prellero edidi οὐδ' ἂν ἔχοι. Verba ἀπὸ γὰρ ἂν ὄλοιτο ob raram in soluta oratione tmesin pro ἀπόλοιτο γὰρ ἂν memorabilia sunt. Similiter Herodotus VIII, 89 : ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ στρατηγὸς Ἀριαβίγνης. Porro ὡὐτὸς dedi pro ὁ αὐτός. « In extremis, inquit Prellerus, ὁ λόγος ἀλγέων eadem loquendi ratione dictum est, qua ὁ λόγος λανθάνων, ψευδόμενος, similia »; quod vereor ut recte se habeat. οὐ γὰρ ἀλγέει ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἀνιῆσθαι, τοῦτ' ἔστι περὶ τοῦ ἀνιωμένου παντός, ὡὐτὸς λόγος τῷ ἀλγέοντι παντί. Philalthei interpretatio, quam ad hanc et præce-

ἴσην δύναμιν τῷ ὑγιέϊ· οὔτ' ἂν ὁμοῖον εἴη, εἰ ἀλγέοι· ἀπογινομένου γάρ τευ ἂν ἀλγέοι, ἢ προσγινομένου, καὶ οὐκ ἂν ἔτι ὁμοῖον εἴη. Οὐδ' ἂν τὸ ὑγιὲς ἀλγῆσαι δύναιτο· ἀπὸ γὰρ ἂν ὄλοιτο τὸ ὑγιὲς καὶ τὸ ἐόν, τὸ δὲ οὐκ ἐὸν γένοιτο. Καὶ περὶ τοῦ ἀνιῆσθαι ὠὐτὸς λόγος τῷ ἀλγέοντι.

§ 14. Οὐδὲ κενεόν ἐστι οὐδέν· τὸ γὰρ κενεὸν οὐδέν ἐστι· οὐκ ἂν ὦν εἴη τό γε μηδέν. Οὐδὲ κινέεται· ὑποχωρῆσαι γὰρ οὐκ ἔχει οὐδαμῇ, ἀλλὰ πλέον ἐστί· εἰ μὲν γὰρ κενεὸν ἦν, ὑπεχώρεε ἂν εἰς τὸ κενεόν· κενεοῦ δὲ μὴ ἐόντος, οὐκ ἔχει ὄκη ὑποχωρήσει [πλέον ὦν ἐὸν οὐ κινέεται]. Πυκνὸν δὲ καὶ ἀραιὸν οὐκ ἂν εἴη· τὸ γὰρ ἀραιὸν οὐκ ἀνυστὸν πλέον εἶναι ὁμοίως τῷ πυκνῷ, ἀλλ' ἤδη τὸ ἀραιόν γε κενεώτερον γίνεται τοῦ πυκνοῦ. Κρίσιν δὲ ταύτην χρὴ ποιήσασθαι τοῦ πλέου καὶ τοῦ μὴ πλέου. Εἰ μὲν χωρέει τι, ἢ ἐσδέχεται, οὐ πλέον· εἰ δὲ μήτε χωρέει μήτε ἐσδέχεται, πλέον. Ἀνάγκη τοίνυν πλέον εἶναι, εἰ κενεὸν μή ἐστι· εἰ τοίνυν πλέον ἐστί, οὐ κινέεται.

* * *

§ 15. Εἰ διῄρηται τὸ ἐόν, κινέεται· κινεόμενον δὲ οὐκ ἂν εἴη ἅμα.

* * *

§ 16. Εἰ μὲν ἐὸν ἔστι, δεῖ αὐτὸ ἓν εἶναι· ἓν δὲ ἐόν, δεῖ αὐτὸ σῶμα μὴ ἔχειν· εἰ δὲ ἔχοι πάχος, ἔχοι ἂν μόρια, καὶ οὐκέτι ἂν εἴη ἕν.

* * *

§ 17. Μέγιστον μὲν ὦν σημεῖον οὗτος ὁ λόγος, ὅτι ἓν μόνον ἔστι. Ἀτὰρ καὶ τάδε σημεῖα· εἰ γὰρ ἦν πολλά, τοιαῦτα χρῆν αὐτὰ εἶναι, οἷόν περ ἐγώ φημι τὸ ἓν εἶναι. Εἰ γὰρ ἔστι γῆ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ σίδηρος καὶ χρυσὸς καὶ πῦρ, καὶ τὸ μὲν ζωὸν τὸ δὲ τεθνηκός, καὶ μέλαν καὶ λευκὸν καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἅσσα οἱ ἄνθρωποί φασι εἶναι ἀληθέα, εἰ δὴ ταῦτα ἔστι καὶ ἡμέες ὀρθῶς ὁρέομεν καὶ ἀκούομεν, εἶναι χρὴ ἕκαστον τοιοῦτον, οἷόν περ τὸ πρῶτον ἔδοξεν ἡμῖν, καὶ μὴ μεταπίπτειν μηδὲ γίνεσθαι ἑτεροῖον, ἀλλ' αἰεὶ εἶναι ἕκα-

ribus valeret ac si sanum esset : neque simile foret, si doleret : decedente enim aliquo doleret vel accedente, neque amplius simile esset. Neque vero sanum dolere posset : periret enim sanum atque ens, non-ens autem oriretur. Ac de universo molestia affecto idem dicendum quod de dolente.

§ 14. Neque vero quidquam vacuum est; nam vacuum nihil est : ergo illud certe quod nihil appellamus non fuerit. Neque movetur. Non enim habet quo concedat, sed plenum est; si enim vacuum esset, concederet in vacuum : quum vero non sit vacuum, non habet quo concedat [plenum igitur quum sit, non movetur]. Densum vero et rarum non fuerit; rarum enim non potest æque plenum esse ac densum, sed rarum certe etiam magis vacuum fit denso. De pleno autem et non pleno hoc judicium fieri oportet. Si quid capit vel recipit, non plenum; si vero neque capit neque recipit, plenum. Necesse igitur est plenum esse, si vacuum non est; si igitur plenum est, non movetur.

* * *

§ 15. Si divisum est ens, movetur; se movens vero simul non esset.

* * *

§ 16. Si ens est, unum esse id oportet; quodsi unum est, nullum id habere corpus oportet; si vero crassitudinem haberet, partes sive membra haberet, neque amplius unum foret.

* * *

§ 17. Magno igitur argumento ea quæ diximus sunt, unum tantum esse. Verum et hæc ejus rei sunt argumenta : si enim multa essent, talia oporteret ea esse, quale ego unum esse dico. Si enim reapse est terra atque aqua et aer et ferrum et aurum et ignis, atque hoc vivum, illud mortuum, et nigrum et album et reliqua omnia quæ homines dicunt esse vera, siquidem hæc sunt et nos recte videmus et audimus, unumquidque tale esse oportet, quale nobis primum visum est, ac non mutari neque aliud fieri, sed semper esse unumquidque tale quale

---

dentem paragraphum Brandisius excitat, nihil lucis affert, sed vitiosorum codicum vestigiis insistit.

§ 14. Hoc fragmentum inde a verbis οὐδὲ κενεόν ἐστι οὐδὲν usque ad verba ὄκη ὑποχωρήσει et a voce κρίσιν usque ad finem repetitur a Simplicio foll. 9 et 17 b. Cf. et § 5. Bis scripsi in hac paragrapho ὦν pro οὖν et πλέον pro πλέων, item postea τοῦ πλέου καὶ τοῦ μὴ πλέου. Legitur enim f. 17 et 24 τοῦ πλέω καὶ τοῦ μὴ πλέω, cujus loco f. 9 male exaratum est πλεὼν καὶ μὴ πλεὼν.

§ 15. Servavit hoc fragmentum Simplicius l. c. fol. 24. Cf. quæ supra diximus ad § 7—10.

§ 16. Reperitur hoc Melissi decretum ap. Simplicium l. c. fol. 24 a (Vid. ad § 7—10), et a verbis ἓν ἐὸν δεῖ usque ad finem apud eundem fol. 19 : ἀδιαίρετον ὂν τὸ παρ' αὐτοῖς ἓν ὄν, οὔτε πεπερασμένον οὔτε ἄπειρον ὡς σῶμα ἔσται. Καὶ γὰρ ὁ Παρμενίδης κ. τ. λ. καὶ ὁ Μέλισσος, Ἓν ἐόν, φησί, δεῖ κ. τ. λ. Cæteroquin in codd. hic invenitur εἰ μὲν ἐὸν εἴη et postea εἰ δὲ ἔχει πάχος, sed sententia postulat εἰ μὲν ἐὸν ἔστι et εἰ δὲ ἔχοι πάχος. Utrumque jam emendavit Prellerus.

§ 17. Exstat hic Melissi locus apud Simplicium in Arist. l. de Cœl. fol. 137 a et in Scholl. Aristot. p. 590 b ed. Brandis., item ap. Aristoclem quem citat Eusebius Præp. Evang. XIV, 17. Initio post μέγιστον μὲν edidi ὦν pro οὖν, tum cum Prellero virgulam posui post πολλά, et χρή mutavi in χρῆν; vulgo enim legitur πολλὰ τοιαῦτα, χρή. Deinde non dubitavi ζωὸν scribere, licet apud Simplicium ζῷον et apud Aristoclem ζῶν legatur. Porro verba τὰ ἄλλα πάντα ἅσσα οἱ ἄνθρωποί φασιν εἶναι ἀληθέα Aristocli debentur, nisi quod pro ἀληθέα habet ἀληθῶς, apud Simplicium autem reperitur τὰ ἄλλα, ὅσα φασὶν οἱ ἄνθρωποι εἶναι ἀληθῆ. Sequentia apud Aristoclem sic scripta sunt : εἰ δὴ ταῦτα ἔστι ἢ καὶ ἡμεῖς ὀρθῶς ὁρέομεν, apud Simplicium vero εἰ δὴ ταῦτα ἔστι καὶ ἡμεῖς ὀρθῶς ὁρῶμεν. Secuti sumus Aristo

στον οἷόν περ ἔστιν. Νῦν δέ φαμεν ὀρθῶς ὁρῆν καὶ ἀκούειν καὶ συνιέναι· δοκέει δὲ ἡμῖν τό τε θερμὸν ψυχρὸν γίνεσθαι καὶ τὸ ψυχρὸν θερμόν, καὶ τὸ σκληρὸν μαλθακὸν καὶ τὸ μαλθακὸν σκληρόν, καὶ τὸ ζῶον ἀποθνήσκειν καὶ ἐκ μὴ ζῶντος γίνεσθαι, καὶ ταῦτα πάντα ἑτεροιοῦσθαι, καὶ ὅ,τι ἦν τε καὶ ὃ νῦν ἔστι οὐδὲν ὁμοῖον εἶναι, ἀλλ' ὅ τε σίδηρος σκληρὸς ἐὼν τῷ δακτύλῳ κατατρίβεσθαι ἐπαρηρώς, καὶ χρυσὸς καὶ λίθος καὶ ἄλλο ὅ,τι ἰσχυρὸν δοκέει εἶναι πᾶν, ἐξ ὕδατός τε γῆ καὶ λίθοι γίνεσθαι, ὥστε συμβαίνει μήτε ὁρῆν μήτε τὰ ἐόντα γινώσκειν. Οὐ τοίνυν ταῦτα ἀλλήλοις ὁμολογέει· φαμένοις γὰρ εἶναι πολλὰ ἀΐδια καὶ εἴδεα καὶ ἰσχὺν ἔχοντα πάντα ἑτεροιοῦσθαι ἡμῖν δοκέει καὶ μεταπίπτειν ἐκ τοῦ ἑκάστοτε ὁρεομένου. Δῆλον τοίνυν, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ὁρέομεν, οὐδὲ ἐκεῖνα πολλὰ ὀρθῶς δοκέει εἶναι. Οὐ γὰρ ἂν μετέπιπτε, εἰ ἀληθέα ἦν, ἀλλ' ἦν, οἷόν περ ἐδόκεε ἕκαστον, τοιοῦτον· τοῦ γὰρ ἐόντος ἀληθινοῦ κρέσσον οὐδέν. Ἢν δὲ μεταπέσῃ, τὸ μὲν ἐὸν ἀπώλετο, τὸ δὲ οὐκ ἐὸν γέγονε. Οὕτως ὦν εἰ πολλὰ ἦν, τοιαῦτα χρῆν εἶναι, οἷόν περ τὸ ἕν.

est. Nunc vero dicimus nos recte videre et audire et intelligere; videtur autem nobis calidum fieri frigidum et frigidum calidum, et durum molle et molle durum, et vivum mori atque e non vivo oriri, et hæc omnia variari, et quidquid fuit et quod nunc est neutiquam simile esse, sed ferrum quod durum est digito aptatum conteri haud secus atque aurum et lapis et quidquid aliud forte videtur, atque ex aqua oriri terram et lapides, ita ut contingat, ut neque videamus neque vera cognoscamus. Non congruunt igitur hæc inter se; dicentibus enim multa esse æterna et formæ rerum et valida omnia variari nobis videntur et ex sua quæque specie mutari. Manifestum igitur nos non recte videre, neque illa recte videri esse multa. Non enim mutarentur, si vera essent, sed erat unumquidque tale quale videbatur : nam quod verum est, eo nihil potentius. Sin autem mutatum sit, periit ens, non-ens autem ortum est. Ita igitur, si multa essent, talia ea esse oportebat, quale unum.

---

clem, ita tamen, ut ἢ omitteremus et ἡμεῖς in ἡμέες converteremus. Pergit Aristocles εἶναι ἐχρῆν καὶ τὸ ἐὸν τοιοῦτον, οἷον πρῶτον ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι, sed hæc apud Simplicium rectius sic enuntiata sunt εἶναι χρὴ ἕκαστον τοιοῦτον, οἷόν περ τὸ πρῶτον ἔδοξεν ἡμῖν. Verba ἀλλ' αἰεὶ εἶναι ἕκαστον οἷόν περ ἔστιν sumsimus e Simplicio, qui tamen ἀεὶ habet; Aristocles ἕτερον, ἀλλ' εἶναι ὅμοιον, οἷόν περ ἐστὶ ἕκαστον. Sequentia vulgo sic eduntur : νῦν δέ φαμεν ὀρθῶς ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ συνιέναι, δοκέει δὲ ἡμῖν τό τε θερμὸν ψυχρὸν γίνεσθαι καὶ τὸ ψυχρὸν θερμόν, καὶ τὸ σκληρὸν μαλθακὸν καὶ τὸ μαλθακὸν σκληρὸν καὶ τὸ ζωὸν (Arist. ζῶν, Simpl. ζῷον) ἀποθνήσκειν καὶ ἐκ μὴ ζῶντος γίνεσθαι, καὶ ταῦτα πάντα ἑτεροιοῦσθαι καὶ ὅ,τι ἦν τε καὶ ὃ νῦν ἔστιν (h. v. om. Simpl.) οὐδὲν ὁμοῖον εἶναι· ἀλλ' ὅ τε σίδηρος σκληρὸς ἐὼν τῷ δακτύλῳ κατατρίβεσθαι ὁμοῦ ῥέων καὶ χρυσὸς καὶ λίθος καὶ ἄλλο ὅ,τι ἰσχυρὸν δοκέει εἶναι πᾶν· ὥστε συμβαίνει μήτε ὁρᾶν μήτε τὰ ἐόντα γινώσκειν, ἐξ ὕδατός τε γῆ καὶ λίθοις γίνεσθαι. Quæ si quis attente legerit, corrupta esse animadvertet. Bergkius p. 30 extrema in hunc modum emendat et transponit : ἀλλ' ὅ τε σίδηρος σκληρὸς ἐὼν τῷ δακτύλῳ κατατρίβεσθαι ὁμουρέων καὶ χρυσὸς καὶ λίθος καὶ ἄλλο, ὅ,τι ἰσχυρὸν δοκέει εἶναι πᾶν, ἐξ ὕδατός τε γῆ καὶ λίθος γίνεσθαι, ὥστε συμβαίνει μήτε ὁρᾶν μήτε τὰ ἐόντα γινώσκειν. Quum enim Melissus de rerum sub sensus cadentium vicissitudine disputet iisque deroget fidem, quoniam sæpe in contrarium vertant ex aliam ex alia formam induant, ejusque rei exempla proferat, velut ferrum, quod usu conteri solitum e duro molle fiat : Bergkius pro ὁμοῦ ῥέων una voce ὁμουρέων scribendum esse arbitratur. Namque existimat philosophum dicere, ferrum si digito vicinum sit, conteri eumque ferreos potissimum annulos, quorum frequens apud veteres usus fuit, respexisse. Quocirca apposite ad rem citat Ovid. Art. am. I, 473 :

Ferreus assiduo consumitur annulus usu.

Sed ut sententiam a Bergkio perspectam esse concedo atque eam quam fieri vult verborum transpositionem probo : ita verbum ὁμουρέειν huic loco non satis aptum esse reor. Etenim annulus digito aptatus non recte nominatur ὁμουρέων, *conterminus, vicinus.* Mihi aut una littera detracta scribendum videtur ὁμοῦ ἐών aut quod magis placet ἐπαρηρώς. Neque vero mirabitur ἐπαρηρὼς a nobis substitui in locum verborum ὁμοῦ ῥέων qui secum reputaverit, quo signo a librariis ὁμοῦ notari soleat. Vide Ducang. Append. Gloss. Gr. p. 11 vel Tab. VI. vers. 17 ap. Bast. in Schæferi edit. Greg. Cor. Præterea non λίθος cum Bergkio, sed λίθοι scribo propter Simplicii verba, quæ ille Melisseis subjungit : καὶ Μέλισσος μὲν ἐν τούτοις θερμὸν ψυχρὸν γίνεσθαι καὶ τὰ ἑξῆς, ἐξ ὕδατός τε καὶ γῆ καὶ λίθοι γίνεσθαι. Denique Melissi dictio non ὁρᾷν, sed ὁρῆν postulat. Extrema in hunc modum constituimus, ut pro εἴδη poneremus εἴδεα, pro δοκεῖ et ἑωρῶμεν, quod est apud Simplicium, δοκέει et ὁρέομεν; requiritur enim utroque loco præsens. In verbis τὸ μὲν ἐὸν ἀπώλετο secuti sumus Brandisii conjecturam in Histor. phil. I. p. 403 propositam; nimirum τὸ μέσον ἀπώλετο, quod est in membranis, ferri nequit. Denique εἰ πολλὰ ἦν, τοιαῦτα χρῆν εἶναι cum Prellero scripsimus pro vulgato εἰ πολλὰ εἴη, τοιαῦτα χρὴ εἶναι. Postremo monemus Aristoclem fere ubique vera Melissi verba servasse, hæc autem deletis ionicæ dialecti formis apud Simplicium in Scholiis Aristoteleis a Brandisio editis et magis etiam mutata in Commentario ad libros de Cœlo qui Venetiis græce apud Aldum prodiit exstare. Quippe hunc commentarium e latina Morbecæ interpretatione factum esse jam pridem Amadeus Peyron demonstravit, id quod hic etiam locus præter alios egregie probat, sed quoniam hæc res omnibus hodie cognita est, Morbecæ verba allegare supersedemus.

DE ZENONE.

Zeno Eleates (1), quem Apollodorus apud Diogenem ait naturâ Teleutagoræ, adoptione Parmenidis filium fuisse, non solum corporis pulchritudine ac venustate, verum etiam animi robore, magnitudine, sagacitate egregiam apud æquales et posteros famam consecutus est. Etenim quum in patria urbe Parmenidis disputationibus interesset, in hujus amicitiam et familiaritatem ita se insinuavit, ut ei in deliciis fuisse diceretur. Ferunt autem Zenonem quadraginta circiter annos natum cum magistro sexaginta fere et quinque annorum sene aliquando Athenas ad Panathenæorum celebritatem venisse. Sed maximam vitæ partem, quantum scimus, apud Eleatas (2) transegit, quorum civitatem saluberrimis Parmenidis ac Zenonis legibus temperatam fuisse auctor est Strabo. Discipulos clarissimos cum alios habuit, tum Periclem (3) ac Leucippum. Post abolitam libertatem Demylo tyranno (4) qui imperio potitus erat insidiatus re male gesta invicti animi documenta dedit. Quippe suam et magistri disciplinam factis probans linguam demorsam exspuit potius quam ullum e consciis proderet. Ac tum quidem alii eum interfectum esse, alii effecisse ajunt, ut tyrannus lapidibus obrueretur. Utcunque est, nos magis quantum studii ac laboris ad philosophiæ fines proferendos contulerit, quam quid domi apud suos gesserit quærimus. Floruisse eum Olympiade septuagesima nona secundum Apollodorum sine dubio Diogenes (5) tradit. Dialecticæ inventorem Aristoteles (6) Zenonem prædicat, quo nemo admirabilior dicendi artifex, nemo subtilior disputator fuisse videtur. Cujus conclusio-

(1) Diogenes Laertius IX, 25 : Ζήνων, Ἐλεάτης. τοῦτον Ἀπολλόδωρός φησιν εἶναι ἐν Χρονικοῖς φύσει μὲν Τελευταγόρου, θέσει δὲ Παρμενίδου (sic leg. cum Rossio)....ὁ δὴ Ζήνων διακήκοε Παρμενίδου, καὶ γέγονεν αὐτοῦ παιδικά. καὶ εὐμήκης ἦν, καθά φησι Πλάτων ἐν τῷ Παρμενίδῃ. Plato Parmenid. pag. 127 : Ἔφη δὲ δὴ ὁ Ἀντιφῶν λέγειν τὸν Πυθόδωρον ὅτι ἀφίκοιντό ποτε εἰς Παναθήναια τὰ μεγάλα Ζήνων τε καὶ Παρμενίδης. τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτην εἶναι, σφόδρα πολιόν, καλὸν δὲ κἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα· Ζήνωνα δὲ ἐγγὺς τῶν τετταράκοντα τότε εἶναι, εὐμήκη δὲ καὶ χαρίεντα ἰδεῖν· καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου γεγονέναι. Vid. præf. ad Parmenidem.

(2) Strabo lib. VI p. 252 : Κάμψαντι δ' ἄλλος συνεχὴς κόλπος, ἐν ᾧ πόλις, ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκαιεῖς Ὑέλην, οἱ δὲ Ἔλην ἀπὸ κρήνης τινός, οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσιν, ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο, ἄνδρες Πυθαγόρειοι (vid. præfat. ad Parmen.)· δοκεῖ δέ μοι καὶ δι' ἐκείνους καὶ ἔτι πρότερον εὐνομηθῆναι. Diog. Laert. lib. IX, 28 : Καὶ γὰρ οὗτος τὴν Ἐλέαν ἠγάπησε μᾶλλον τῆς Ἀθηναίων μεγαλαυχίας, οὐκ ἐπιδημήσας τὰ πολλὰ πρὸς αὐτούς, ἀλλ' αὐτόθι καταβιούς.

(3) Plutarchus Vit. Pericl. cap. 4 : Διήκουσε δὲ Περικλῆς καὶ Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου, πραγματευομένου περὶ φύσιν ὡς Παρμενίδης. Diogenes Laertius lib. IX, 30 : Λεύκιππος, Ἐλεάτης· ὡς δέ τινες, Ἀβδηρίτης· κατ' ἐνίους δέ, Μήλιος· οὗτος ἤκουσε Ζήνωνος.

(4) Plutarchus adversus Colotem cap. 32 : Ζήνων τοίνυν, ὁ Παρμενίδου γνώριμος, ἐπιθέμενος Δημύλῳ τῷ τυράννῳ, καὶ δυστυχήσας περὶ τὴν πρᾶξιν, ἐν πυρὶ τὸν Παρμενίδου λόγον, ὥσπερ χρυσόν, ἀκήρατον καὶ δόκιμον παρέσχε, καὶ ἀπέδειξεν ἔργοις, ὅτι τὸ αἰσχρὸν ἀνδρὶ μεγάλῳ φοβερόν ἐστιν, ἀλγηδόνα δὲ παῖδες, καὶ γύναια, καὶ γυναίων ψυχὰς ἔχοντες ἄνδρες δεδίασι· τὴν γὰρ γλῶτταν αὐτοῦ διατρώγων τῷ τυράννῳ προσέπτυσεν. Diogenes Laertius lib. IX, 26-28 : Καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαρχον τὸν τύραννον (οἱ δέ, Διομέδοντα) συνελήφθη, καθά φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σατύρου ἐπιτομῇ, ὅτε καὶ ἐξεταζόμενος τοὺς συνειδότας καὶ περὶ τῶν ὅπλων ὧν ἦγεν εἰς Λιπάραν, πάντας ἔφη αὐτοῦ τοὺς φίλους αὐτὰ ταῦτα συνειδέναι, βουλόμενος αὐτὸν ἔρημον καταστῆσαι. εἶτα περί τινων εἰπὼν ἔχειν τινὰ εἰπεῖν αὐτῷ πρὸς τὸ οὖς· καὶ δακών, οὐκ ἀνῆκεν ἕως ἀπεκεντήθη, ταὐτὸν Ἀριστογείτονι τῷ τυραννοκτόνῳ παθών. Δημήτριος δέ φησιν ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις τὸν μυκτῆρα αὐτὸν ἀποτραγεῖν. Ἀντισθένης δὲ ἐν ταῖς Διαδοχαῖς φησι μετὰ τὸ μηνῦσαι τοὺς φίλους ἐρωτηθῆναι πρὸς τοῦ τυράννου, εἴ τις ἄλλος εἴη· τὸν δὲ εἰπεῖν, Σὺ ὁ τῆς πόλεως ἀλιτήριος. πρός τε τοὺς παρεστῶτας φάναι, Θαυμάζω ὑμῶν τὴν δειλίαν, εἰ τούτων ἕνεκεν ὧν νῦν ἐγὼ ὑπομένω, δουλεύετε τῷ τυράννῳ· καὶ τέλος ἀποτραγόντα τὴν γλῶτταν προσπτύσαι αὐτῷ. τοὺς δὲ πολίτας παρορμηθέντας, αὐτίκα τὸν τύραννον καταλεῦσαι. ταῦτα δὲ σχεδὸν οἱ πλείους λαλοῦσιν. Ἕρμιππος δέ φησιν εἰς ὅλμον αὐτὸν βληθῆναι καὶ κατακοπῆναι. καὶ εἰς αὐτὸν ἡμεῖς εἴπομεν οὕτως· ἤθελες, ὦ Ζήνων, καλὸν ἤθελες, ἄνδρα τύραννον Κτείνας, ἐκλῦσαι δουλοσύνας Ἐλέαν. Ἀλλ' ἐδάμης. δὴ γάρ σε λαβὼν ὁ τύραννος ἐν ὅλμῳ Κόψε· τί τοῦτο λέγω; σῶμα γάρ, οὐχὶ δέ σε. Γέγονε δὲ τά τε ἄλλα ἀγαθὸς ὁ Ζήνων, ἀλλὰ καὶ ὑπεροπτικὸς τῶν μειζόνων κατ' ἴσον Ἡρακλείτῳ. καὶ γὰρ οὗτος τὴν πρότερον μὲν Ὕλην, ὕστερον δὲ Ἐλέαν, Φωκαέων οὖσαν ἀποικίαν, αὐτοῦ δὲ πατρίδα, πόλιν εὐτελῆ, καὶ μόνον ἄνδρας ἀγαθοὺς τρέφειν ἐπισταμένην ἠγάπησε μᾶλλον τῆς Ἀθηναίων μεγαλαυχίας· οὐκ ἐπιδημήσας τὰ πολλὰ πρὸς αὐτούς, ἀλλ' αὐτόθι καταβιούς.

(5) Diogenes Laertius IX, 29 : Ἤκμαζε δὲ οὗτος κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν ὀλυμπιάδα.

(6) Diogenes Laertius lib. IX, 25 : Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης εὑρετὴν αὐτὸν γενέσθαι διαλεκτικῆς, ὥσπερ Ἐμπεδοκλέα ῥητορικῆς. Sextus Empiricus adv. Math. lib. VII, 5 : Παρμενίδης δὲ οὐκ ἂν δόξαι τῆς διαλεκτικῆς ἀπείρως ἔχειν, ἐπείπερ πάλιν Ἀριστοτέλης τὸν γνώριμον αὐτοῦ Ζήνωνα διαλεκτικῆς ἀρχηγὸν ὑπείληφεν. Suidas : Τοῦτόν φασιν εὑρετὴν εἶναι διαλεκτικῆς, ὡς Ἐμπεδοκλέα τῆς ῥητορικῆς. Vid. præf. ad Parmenidem.

nes tantam meruerunt laudem, ut omnium ore argumentatio Ἀχιλλεὺς (7) dicta et altera διχοτομία nominata celebraretur. Nam quum Eleaticus ille Palamedes (8) argumentorum pondere spatium sustulisset, simul motum quem omnes per spatium fieri dicunt allatis rationibus ab eo tolli par erat. Neque vero solum Parmenidis de Uno sententiam quotidianis sermonibus et nobili libro (9) defendit, sed eadem etiam similia et dissimilia, unum et multa, mota et immota esse demonstravit. Hac igitur in utramque partem disputandi consuetudine introducta merito a Timone Phliasio (10) ἀμφοτερόγλωσσος et tanquam invictus disputator μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν vocatus est. Cæterum διχοτομίᾳ sive divisione in duas easque æquales partes, quam bipartitam divisionem vocare consuevimus, ita usus est, ut in infinitum progrediendum esse doceret. Sic quodlibet corpus ex innumerabilibus corpusculis compositum ingens videbitur. Atqui corpuscula illa propter parvitatem oculorum aciem fugiunt. Sequitur ergo, ut compositio quoque eorum admodum parva sit (*). Jam si id quod est, in aliquo inesse statuimus, patet minora majoribus contineri. Quodsi divisionem in infinitum persequare, reperias maxima corpora ad minimas particulas, vastissima loca et immensos campos ad parvitatem atque adeo ipsum spatium quod in spatio esse non potest ad nihilum redigi. Ita rejecto spatio omnem etiam corporum motum repudiari necesse est. Nam si non est ubi exspatiere et curras, omnino nihil movetur, sed cuncta quiescunt. Quod quo magis perspicuum audientibus esset, quattuor rationibus probare solebat quas in fragmentis ex Aristotele afferemus. Prima est qua motum in universum tollebat. Quidquid igitur ad terminum aliquem perventurum dicitur, prius dimidium viæ conficiat oportet, quam totum iter emetiatur. At dimidium illud pro toto haberi convenit, quia duabus iisque æqualibus partibus constat. Ergo res ad motum destinata alteram ex æqualibus illis partibus transeat necesse est, antequam ulteriora petat. Verum altera pars itidem repetita divisione secabitur et quidquid superest viæ aliis atque aliis partitionibus factis bifariam distribuetur. Ita perpetuo novis veluti cancellis interjectis res ista nunquam ad terminum perveniet. Secunda ratio est Achillis nomine notata, qui quamvis celeripes nunquam testudinem tardissime incedentem consequetur. Occupandus enim Achilli est locus, unde egressa erat testudo, priusquam progredi queat. Quod quoniam identidem necessarium esse nemo non videt, semper præcedere testudinem apparet. Tertiam rationem sic concludit, ut sagittam, quum fertur, stare affirmet. Nimirum si temporis perpetuitatem ex infinitis punctis conflatam, spatii continuitatem ex infinitis partibus effectam esse dicas, quovis temporis puncto sagitta exiguam spatii particulam tenens non movetur, sed quiescit. Quartam subjicit rationem qua demonstret duplo tempori dimidium esse par. Quo in genere binis corporibus inter se paribus utitur juxta bina corpora item paria quorum alterum movetur, alterum quiescit, contrario motu, sed pari celeritate stadium currentibus, hinc a calce stadii, illinc a medio stadio proficiscendi initio facto. Qua de re operæ pretium est audire Simplicium (11) ad Aristot. Physic. lib. VI cap. 9 pag. 237 b, Scholl. ed. Brandis. pag. 413 seqq. sic philosophantem: Καὶ ὁ τέταρτος τῶν περὶ κινήσεως τοῦ Ζήνωνος λόγων, εἰς ἀδύνατον ἀπάγων καὶ οὗτος τὸ εἶναι κίνησιν, τοιοῦτός τις ἦν. Εἰ ἔστι κίνησις, τῶν ἴσων μεγεθῶν καὶ ἰσοταχῶν τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ διπλασίαν κίνησιν κινήσεται καὶ οὐκ ἴσην. Καὶ ἔστι μὲν καὶ τοῦτο ἄτοπον, ἄτοπον δὲ καὶ τὸ τούτῳ ἑπόμενον, τὸ τὸν αὐτὸν καὶ ἴσον χρόνον ἅμα διπλάσιόν τε καὶ ἥμισυν εἶναι. Δείκνυσι δὲ αὐτὸ ὁμολογούμενον λαβὼν τὸ τὰ ἰσοταχῆ καὶ ἴσα ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ ἴσον διάστημα κεκινῆσθαι, καὶ ἔτι μέντοι τῶν ἰσοταχῶν καὶ ἴσων ἂν τὸ μὲν ἥμισυ τὸ δὲ διπλάσιον εἴη κεκινημένον, ἐν

(7) Diogenes Laertius lib. IX, 29: Οὗτος καὶ τὸν Ἀχιλλέα πρῶτος λόγον ἠρώτησε· Φαβωρῖνος δέ φησι Παρμενίδην καὶ ἄλλους συχνούς. Cf. Aristotelis Physicor. lib. VI cap. 14 et infra fragmenta. Vid. etiam præf. ad Parmen.

(8) Plato Phædr. p. 261 D: Τὸν οὖν Ἐλεατικὸν Παλαμήδην λέγοντα οὐκ ἴσμεν τέχνῃ, ὥστε δοκεῖν φαίνεσθαι τοῖς ἀκούουσι τὰ αὐτὰ ὅμοια καὶ ἀνόμοια, καὶ ἓν καὶ πολλὰ, μένοντά τε αὖ καὶ φερόμενα;

(9) Zeno apud Platonem Parmenid. p. 128: Ἔστι δὲ τό γε ἀληθὲς βοήθειά τις ταῦτα τὰ γράμματα τῷ Παρμενίδου λόγῳ πρὸς τοὺς ἐπιχειροῦντας αὐτὸν κωμῳδεῖν, ὡς, εἰ ἕν ἐστι, πολλὰ καὶ γελοῖα συμβαίνει πάσχειν τῷ λόγῳ καὶ ἐναντία αὑτῷ. ἀντιλέγει δὴ οὖν τοῦτο τὸ γράμμα πρὸς τοὺς τὰ πολλὰ λέγοντας καὶ ἀνταποδίδωσι ταὐτὰ καὶ πλείω, τοῦτο βουλόμενον δηλοῦν, ὡς ἔτι γελοιότερα πάσχοι ἂν αὐτῶν ἡ ὑπόθεσις, ἡ εἰ πολλά ἐστιν ἢ ἡ τοῦ ἓν εἶναι, εἴ τις ἱκανῶς ἐπεξίοι. Διὰ τοιαύτην δὴ φιλονεικίαν ὑπὸ νέου ὄντος ἐμοῦ ἐγράφη, καί τις αὐτὸ ἔκλεψε γραφέν, ὥστε οὐδὲ βουλεύσασθαι ἐξεγένετο, εἴτε ἐξοιστέον αὐτὸ εἰς τὸ φῶς εἴτε μή.

(10) Plutarchus Vit. Pericl. cap. 4: Διήκουσε δὲ Περικλῆς καὶ Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου, πραγματευομένου περὶ φύσιν, ὡς Παρμενίδης· ἐλεγκτικὴν δέ τινα, καὶ δι' ἐναντιολογίας εἰς ἀπορίαν κατακλείουσαν ἐξασκήσαντος ἕξιν, ὥσπερ καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος εἴρηκε διὰ τούτων· ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν Ζήνωνος, πάντων ἐπιλήπτορος. Cf. Diog. Laert. IX, 25 et Timonis fragmenta.

(*) Hoc argumentandi genus nonnulli male accipientes Unum a Zenone dissolutum esse putarunt. Cf. Alex. Aphr. in Metaph. II, 4 p. 183 ed. Bonitz. Seneca Epist. 88 extr.

(11) Cf. P. Bælii Lexic. hist. et crit. v. Zenon. lit. T.

ἡμίσει μὲν χρόνῳ τὸ ἥμισυ, ἐν διπλασίῳ δὲ τὸ διπλάσιον εἶναι κεκινημένον. Τούτων προληφθέντων στάδιον ὑποτίθεται, ἐφ' οὗ τὸ δ', καὶ τέσσαρα μεγέθη ὁσαοῦν, ἄρτια μόνον, ὥστε ἔχειν ἡμίση, ἰσόογκα, ὡς δὲ ὁ Εὔδημός φησι, κύβους, ἐφ' ὧν τὰ α'α'α'α', ὡς τὸ μέσον διάστημα ἐπέχειν τοῦ σταδίου ἑστῶτα ταῦτα. Ὧν ἑστώτων πρῶτον ὁρίζει τὸ πρὸς τῇ ἀρχῇ τοῦ σταδίου τῇ κατὰ τὸ δ', ἔσχατον δὲ τὸ πρὸς τῷ ε', καὶ λαμβάνει ἄλλους τέσσαρας ὄγκους ἢ κύβους, ἴσους τοῖς ἑστῶσι καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸν ἀριθμόν, ἐφ' ὧν τὰ β' β'β'β', ἀρχομένους μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ σταδίου, τελευτῶντας δὲ κατὰ τὸ μέσον τῶν τεσσάρων α'α'α'α', κινουμένους δὲ τούτους ὡς ἐπὶ τὸ ἔσχατον τοῦ σταδίου τὸ ε'. Διὸ καὶ πρῶτον λέγει τὸν κατὰ τὸ μέσον τῶν α'α'α'α' ὡς ἔμπροσθεν ὄντα τῶν λοιπῶν ἐν τῇ ἐπὶ τὸ ε' κινήσει. Διὰ τοῦτο δὲ ἀοτίους (leg. ἀρτίους) ἔλαβε τοὺς ὄγκους, ἵνα ἔχωσιν ἡμίση· δεῖται γὰρ τούτων, ὡς μαθησόμεθα. Διὸ καὶ τὸ πρῶτον β' κατὰ τοῦ μέσου τίθησι τῶν ἑστώτων α'α'α'α'· εἶτα καὶ ἄλλους ἴσους τῷ μεγέθει καὶ τῷ ἀριθμῷ, τοῖς β'β'β'β' δηλονότι καὶ τοῖς α'α'α'α', λαμβάνει, ἐφ' ὧν τὰ γ'γ'γ'γ', ἀντικειμένους τοῖς β'β'β'β'. Τῶν γὰρ β'β'β'β' ἀπὸ τοῦ μέσου τοῦ σταδίου, ἐν ᾧ καὶ τῶν α'α'α'α' τὸ μέσον ἦν, ἐπὶ τὸ ἔσχατον τοῦ σταδίου τὸ ε' κινουμένων, οἱ γ'γ'γ'γ' ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου μέρους, ἐν ᾧ τὸ ε', ἐπὶ τὸ δ' κινοῦνται τὸ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ σταδίου. Καὶ πρῶτον δηλονότι τῶν τεσσάρων γ'γ'γ'γ' τὸ πρὸς τὸ δ' νενευκός, ἐφ' ὃ ἡ κίνησις τοῖς γ'γ'γ'γ'. Τίθησι δὲ τὸ πρῶτον γ' κατὰ τοῦ πρώτου β'. Τοιαύτης οὖν τῆς ἐξ ἀρχῆς θέσεως ὑποτεθείσης, ἐὰν τῶν α'α'α'α' ἑστώτων τὰ μὲν β'β'β'β' κινεῖται ὡς ἀπὸ τοῦ μέσου τῶν τε α'α'α'α' καὶ τοῦ σταδίου ἐπὶ τὸ τέλος τοῦ σταδίου τὸ ε', τὰ δὲ γ'γ'γ'γ' ὡς ἀπὸ ἐσχάτου τοῦ σταδίου ἐπὶ τὴν ἀρχὴν δηλονότι (οὐ γὰρ δὴ ὡς ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου β', ὅπερ, ὡς ἔοικεν, ἔν τισιν ἀντιγράφοις εὑρὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἠναγκάσθη λέγειν ὅτι ὁ πρότερον εἶπε πρῶτον β', τοῦτο νῦν ἔσχατον ἐκάλεσε), συμβαίνει τὸ πρῶτον β' ἅμα ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ εἶναι τῆς αὐτοῦ κινήσεως καὶ τὸ πρῶτον γ', παρ' ἄλληλα κινουμένων αὐτῶν καὶ ἰσοταχῶς ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ ἀλλήλων. Τοῦ γὰρ πρώτου γ' κατὰ τοῦ πρώτου β' ὄντος ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἀντικειμένων αὐτῶν ἰσοταχῶς, καὶ διεξελθόντων ἄλληλα, τὸ μὲν πρῶτον β' ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ ἔσται γ', τὸ δὲ πρῶτον γ' ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ β'. Καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τὸ ἅμα τὸ πρῶτον β' ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ εἶναι συμβαίνειν καὶ τὸ πρῶτον γ', παρ' ἄλληλα κινουμένων· ἡ γὰρ παρ' ἄλληλα κίνησις ποιεῖ τὸ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀλλήλων γίνεσθαι. Συμβαίνει δέ, φησί, καὶ τὸ γ' τὸ πρῶτον δηλονότι παρὰ πάντα τὰ α' διεληλυθέναι, τὸ δὲ β' παρὰ τὰ ἡμίση α'. Καὶ ὅτι μὲν τὸ β' τὸ ἀπὸ τοῦ μέσου τῶν α' ἀρχόμενον διὰ τῶν δύο α'α' ἐκινήθη, ἢ διὰ τῶν ἡμίσεων, ὁπόσα ἂν ᾖ ἄρτια, ἐν ὅσῳ τὸ γ' διὰ τῶν διπλασίων β' δίεισι, δῆλον· τὸ γὰρ πρῶτον β' ἀπὸ τοῦ μέσου τῶν α' τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο. Καὶ ἐν ὅσῳ τὸ β' παρὰ τὰ δύο α'α' τὰ ἔσχατα τὰ ἑστῶτα κινεῖται, τὸ γ' τὸ πρῶτον ἀντικινούμενον τοῖς β' διὰ τῶν τεσσάρων β'β'β'β' δίεισι· αἱ γὰρ δύο κινήσεις τῶν ἀντικινουμένων διπλάσιον ἀνύουσι διάστημα τῆς μιᾶς, ἣν κινεῖται τὸ β' παρὰ τὰ ἱστάμενα α'. Καὶ τοῦτο μὲν δῆλον· πῶς δὲ παρὰ πάντα τὰ α' τὸ γ' διελήλυθεν; οὔτε γὰρ παρὰ ταῦτα ἐκινεῖτο, ἀλλὰ παρὰ τὰ β', οὔτε ἀπ' ἀρχῆς τῶν α' ἐκινεῖτο, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς τῶν β', ἥτις ἦν κατὰ τὸ μέσον τῶν α'. Πῶς οὖν τὸ γ' παρὰ πάντα τὰ α' κεκίνηται; ἢ ὅτι καὶ τὰ β' ἴσα ἦν τοῖς α'. Τὸ οὖν γ' ἐν ὅσῳ χρόνῳ παρὰ τὰ β' κεκίνηται, εἴη ἂν καὶ παρὰ τὰ α' τὰ ἴσα τοῖς β' κεκινημένον. Καὶ ὁ παραλογισμὸς ἐνταῦθά ἐστιν, ὅτι ἔλαβεν ἁπλῶς ἐν ἴσῳ χρόνῳ κινούμενον τὸ παρὰ ἴσα κινούμενον, μὴ προσλογιζόμενος ὅτι τῶν ἴσων τὰ μὲν ἀντικινούμενα ἦν τὰ δὲ ἑστῶτα... δύναται δέ, φησὶν ὁ Ἀλέξανδρος, τῷ « συμβαίνει δὲ τὸ γ' παρὰ πάντα τὰ α' διεληλυθέναι » (p. 240 a, 10) ἑξῆς εἶναι τὸ « ἴσον χρόνον παρ' ἕκαστον γινόμενον τῶν β' ὅσον περ τῶν α', » εἶτα ἐφεξῆς « τὸ δὲ β' παρὰ τὰ ἡμίση » ἕως τοῦ « ἅμα γὰρ ἔσται τὸ πρῶτον γ' καὶ τὸ πρῶτον β' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐσχάτοις, » ἐφεξῆς δὲ τούτοις τὸ « διὰ τὸ ἀμφότερα ἴσον χρόνον κατὰ τὸ α' γίνεσθαι. » Ὁ μὲν οὖν λόγος τοιοῦτός ἐστιν, εὐηθέστατος ὤν, ὥς φησιν ὁ Εὔδημος, διὰ τὸ προφανῆ τὸν παραλογισμὸν ἔχειν, εἴπερ ἀξιοῖ τὰ ἴσα καὶ ἰσοταχῆ, ἐὰν τὸ μὲν παρὰ κινούμενον κινῆται τὸ δὲ παρὰ τὸ ἠρεμοῦν, τὸ ἴσον διάστημα ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ κινεῖσθαι. Ὅπερ ἐστὶν ἐναργῶς ἄτοπον· τὰ γὰρ ἀντικινούμενα ἀλλήλοις ἰσοταχῆ διπλασίαν ἀφίσταται διάστασιν ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἐν ᾧ τὸ παρ' ἠρεμοῦν κινούμενον τὸ ἥμισυ διΐσταται, κἂν ἰσοταχὲς ἐκείνοις ᾖ.

Fallitur Diogenes (12), plures Zenonem mundos statuisse physicamque quæ ab ejus placitis abhorret attigisse scribens. Ingenii monumenta Zeno sapientiæ plenissima reliquit (Diog. L. IX, 26), e quibus memorat Suidas : Ἔριδας, Ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους, Πρὸς τοὺς φιλοσόφους, Περὶ φύσεως. Scripsit etiam dialogos teste Diogene III, 47. Sed inter libros ejus notissimus fuit is quo Parmenidis de Uno decreta tuebatur, ut supra not. 9 adnotavimus. Alios præter hunc vetus ætas vidit Zenones de quibus disputat Fabricius Bibl. Græc. vol. II p. 672 ed. Harl. Eorum illustrissimus fuit Stoicus, de quo alibi erit dicendi locus.

---

et quæ disseruit de Zenone Victor Cousin in *Nouveaux fragments philosophiques.*

(12) Diogenes Laertius IX, 29 : Ἀρέσκει δ' αὐτῷ τάδε· κόσμους εἶναι (Hesych. Miles. p. 26 ed. Or. κόσμον εἶναι) κενόν τε μὴ εἶναι, γεγενῆσθαι δὲ τὴν τῶν πάντων φύσιν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ λαμβανόντων [αὐτῶν] εἰς ἄλληλα τὴν μεταβολήν. γένεσίν τ' ἀνθρώπων ἐκ γῆς εἶναι καὶ ψυχὴν κρᾶμα ὑπάρχειν ἐκ τῶν προειρημένων κατὰ μηδενὸς τούτων ἐπικράτησιν.

ΖΗΝΩΝΟΣ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Διὰ τοῦτο λύει [ὁ Ἀριστοτέλης] καὶ τὸν Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου λόγον, ὃν ἤρετο Πρωταγόραν τὸν σοφιστήν. Εἰπὲ γάρ μοι, ἔφη, ὦ Πρωταγόρα, ἆρα ὁ εἷς κέγχρος καταπεσὼν ψόφον ποιεῖ ἢ τὸ μυριοστὸν τοῦ κέγχρου; τοῦ δὲ εἰπόντος μὴ ποιεῖν, Ὁ δὲ μέδιμνος, ἔφη, τῶν κέγχρων καταπεσὼν ποιεῖ ψόφον ἢ οὔ; τοῦ δὲ ψοφεῖν εἰπόντος τὸν μέδιμνον, Τί οὖν, ἔφη ὁ Ζήνων, οὐκ ἔστι λόγος τοῦ μεδίμνου τῶν κέγχρων πρὸς τὸν ἕνα καὶ τὸ μυριοστὸν τοῦ ἑνός; τοῦ δὲ φήσαντος εἶναι, Τί οὖν, ἔφη ὁ Ζήνων, οὐ καὶ τῶν ψόφων ἔσονται λόγοι πρὸς ἀλλήλους οἱ αὐτοί; ὡς γὰρ τὰ ψοφοῦντα, καὶ οἱ ψόφοι· τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, εἰ ὁ μέδιμνος τοῦ κέγχρου ψοφεῖ, ψοφήσει καὶ ὁ εἷς κέγχρος καὶ τὸ μυριοστὸν τοῦ κέγχρου.

(Simplicius in Phys. fol. 255 a. Cf. Aristot. Phys. VII, 5.)

2. Δεικνὺς γὰρ ὅτι, εἰ πολλά ἐστι, τὰ αὐτὰ πεπερασμένα ἐστὶ καὶ ἄπειρα, γράφει ταῦτα κατὰ λέξιν ὁ Ζήνων· « Εἰ πολλά ἐστιν, ἀνάγκη τοσαῦτα εἶναι ὅσα ἐστι, καὶ οὔτε πλείονα αὐτῶν οὔτε ἐλάττονα. Εἰ δὲ τοσαῦτα ἐστιν ὅσα ἐστι, πεπερασμένα ἂν εἴη. » Καὶ πάλιν· « Εἰ πολλά ἐστιν, ἄπειρα τὰ ὄντα ἐστίν· ἀεὶ γὰρ ἕτερα μεταξὺ τῶν ὄντων ἐστὶ καὶ πάλιν ἐκείνων ἕτερα μεταξύ. Καὶ οὕτως ἄπειρα τὰ ὄντα ἐστί. » Καὶ οὕτω μὲν τὸ κατὰ τὸ πλῆθος ἄπειρον ἐκ τῆς διχοτομίας ἔδειξε. Τὸ δὲ κατὰ μέγεθος πρότερον κατὰ τὴν αὐτὴν ἐπιχείρησιν· προδείξας γὰρ ὅτι, εἰ μὴ ἔχοι μέγεθος τὸ ὄν, οὐδ' ἂν εἴη, ἐπάγει· « Εἰ δὲ ἔστιν, ἀνάγκη ἕκαστον αὐτοῦ μέγεθός τε ἔχειν καὶ πάχος, καὶ ἀπέχειν τὸ ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου. Καὶ περὶ τοῦ προὔχοντος ὁ αὐτὸς λόγος· καὶ γὰρ ἐκεῖνο ἕξει μέγεθος καὶ προέξει αὐτοῦ τι. Ὅμοιον δὲ τοῦτο ἅπαξ τε εἰπεῖν καὶ ἀεὶ λέγειν· οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τοιοῦτον ἔσχατον ἔσται, οὔτε ἕτερον πρὸς ἕτερον οὐκ ἔσται. Οὕτως εἰ πολλά ἐστιν, ἀνάγκη αὐτὰ μικρά τε εἶναι καὶ μεγάλα· μικρὰ μέν, ὥστε μὴ ἔχειν μέγεθος, μεγάλα δέ, ὥστε ἄπειρα εἶναι. »

(Simplicius in Phys. fol. 30 b. Cf. Eudem. apud Simplic. in Phys. fol. 30 a.)

3. Ὁ Ζήνωνος λόγος ἀναιρεῖν ἐδόκει τὸν τόπον ἐρωτῶν οὕτως· « Εἰ ἔστιν ὁ τόπος, ἐν τίνι ἔσται; πᾶν γὰρ ὂν ἔν τινι· τὸ δὲ ἔν τινι καὶ ἐν τόπῳ. Ἔσται ἄρα καὶ ὁ τόπος ἐν τόπῳ, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον. Οὐκ ἄρα ἔστιν ὁ τόπος. »

(Simplicius Phys. fol. 130 b. Cf. Aristot. Phys. IV, 1, 3.)

4. Τέτταρες δ' εἰσὶ λόγοι περὶ κινήσεως Ζήνωνος οἱ παρέχοντες τὰς δυσκολίας τοῖς λύουσιν· πρῶτος μὲν ὁ περὶ τοῦ μὴ κινεῖσθαι διὰ τὸ πρότερον εἰς τὸ ἥμισυ δεῖν ἀφικέσθαι τὸ φερόμενον ἢ πρὸς τὸ τέλος. — Δεύτερος δ' ὁ καλούμενος Ἀχιλλεύς· ἔστι δ' οὗτος, ὅτι τὸ βραδύτερον οὐδέποτε καταληφθήσεται θέον ὑπὸ τοῦ ταχίστου, ἔμπροσθεν γὰρ ἀναγκαῖον ἐλθεῖν τὸ διῶκον ὅθεν ὥρμησε τὸ φεῦγον, ὥστ' ἀεί τι προέχειν ἀναγκαῖον τὸ βραδύτερον.....
..............τρίτος δὲ.........ὅτι ἡ ὀϊστὸς φερομένη

---

1. Idcirco (Aristoteles) etiam Zenonis Eleatæ rationem dissolvit, de qua Protagoram sophistam interrogavit. Dic mihi, inquit, o Protagora, num unum milii granum delapsum sonum efficiat vel decies millesima pars grani. Illo autem dicente non efficere, At medimnus, inquit, milii delapsus efficitne sonum nec ne? Isto vero medimnum sonare dicente, Quid igitur, inquit Zeno, nonne est medimni milii relatio ad unum milii granum et ad decies millesimam partem grani? Altero esse dicente, Quid igitur, inquit Zeno, nonne sonorum quoque eadem comparatio inter se erit? Ut enim sonantia, ita etiam soni; quod quum ita se habeat, si medimnus milii sonat, sonabit etiam unum milii granum et decies millesima grani pars.

2. Demonstrans enim, si multa sint, eadem finita et infinita esse, hæc ad verbum scribit Zeno : « Si multa sunt, necesse est tot esse quot sunt, ac neque plura nec pauciora. Si vero tot sunt, quot sunt, finita sint. » Et alio loco : « Si multa sunt, infinita est rerum copia : semper enim in rebus aliæ sunt et rursus in illis aliæ. Atque ita infinita est rerum copia. » Sic quidem quod multitudine infinitum est bipartita divisione demonstravit. Quod autem magnitudine infinitum est prius eadem argumentatione ostendit. Nam postquam probavit, nisi magnitudine præditum sit ens, id non esse, subjungit : « Si vero est, necesse est unamquamque rem magnitudine præditam esse et crassitudine, atque abesse ab ipsa tanquam aliâ aliam. Eadem est ratio prominentis : nam illud magnitudinem habebit ipsumque aliquatenus supereminebit. Idem autem est semel hoc dicere et semper repetere : nihil enim ejus tale extremum erit, neque aliud contra aliud non erit. Ita si multa sunt, necesse est ea parva esse et magna, parva quidem, ita ut magnitudine careant, magna vero, ut infinita sint. »

3. Zenonis ratio tollere videbatur spatium sic interrogando : « Si spatium est, in quo erit? omne enim ens in aliquo est; quod autem in aliquo est, est etiam in spatio. Erit igitur spatium etiam in spatio, idque in infinitum. Non est igitur spatium. »

4. Quattuor Zenonis de motu rationes sunt quæ difficultates dissolventibus afferunt. Prima quidem qua tollitur motus ea est, quia prius ad medium quam ad finem id quod fertur pervenire oportet. — Secunda vero est ea

ἕστηκεν· συμβαίνει δὲ παρὰ τὸ λαμβάνειν τὸν χρόνον συγκεῖσθαι ἐκ τῶν νῦν· μὴ διδομένου γὰρ τούτου οὐκ ἔσται ὁ συλλογισμός. — Τέταρτος δ' ὁ περὶ τῶν ἐν τῷ σταδίῳ κινουμένων ἐξ ἐναντίας ἴσων ὄγκων παρ' ἴσους, τῶν μὲν ἀπὸ τέλους τοῦ σταδίου, τῶν δ' ἀπὸ μέσου, ἴσῳ τάχει, ἐν ᾧ συμβαίνειν οἴεται ἴσον εἶναι χρόνον τῷ διπλασίῳ τὸν ἥμισυν. Ἔστι δ' ὁ παραλογισμὸς ἐν τῷ τὸ μὲν παρὰ κινούμενον τὸ δὲ παρ' ἠρεμοῦν τὸ ἴσον μέγεθος ἀξιοῦν τῷ ἴσῳ τάχει τὸν ἴσον φέρεσθαι χρόνον.

(Aristot. Phys. VI, 9. De primo argumento Arist. Phys. VI, 2 : διὸ καὶ ὁ Ζήνωνος λόγος ψεῦδος λαμβάνει τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι τὰ ἄπειρα διελθεῖν ἢ ἅψασθαι τῶν ἀπείρων καθ' ἕκαστον ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ. Cf. Scholl. Arist. Phys. p. 407 b. ed. Brandis.: εἰ γὰρ κινοῖτό τι ἐπὶ πηχυαίου μεγέθους ἐν μιᾷ ὥρᾳ, ἐπειδὴ ἐν παντὶ μεγέθει ἄπειρόν ἐστι σημεῖον (leg. ἄπειρά ἐστι σημεῖα), ἀνάγκη πάντων ἅψασθαι τῶν σημείων τοῦ μεγέθους τὸ κινούμενον· διελεύσεται ἄρα τὸ ἄπειρον ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ, ὅπερ ἀδύνατον. De altero argumento Simplicius Phys. fol. 237 a : Ἀχιλλεὺς οὖν ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ παραληφθέντος ἐν αὐτῷ Ἀχιλλέως ἐκλήθη, ὃν ἀδύνατόν φησιν ὁ λόγος τὴν χελώνην διώκοντα καταλαβεῖν. Similiter Themistius fol. 56 in Scholl. p. 413 a. ed. Brandis. : δεύτερος δέ ἐστιν ὁ λόγος ὁ καλούμενος Ἀχιλλεύς, τετραγῳδημένος καὶ τῷ ὀνόματι. οὐ γὰρ ὅπως, φησί, τὸν Ἕκτορα καταλήψεται ὁ ποδωκέστατος Ἀχιλλεύς, ἀλλ' οὐδὲ τὴν βραδυτάτην χελώνην. De tertio argumento Simplicius Phys. f. 236 b : ὁ Ζήνωνος λόγος ἐῴκει συλλογίζεσθαι οὕτως· τὸ φερόμενον βέλος ἐν παντὶ τῷ νῦν κατὰ τὸ ἴσον ἑαυτῷ ἐστιν, ὥστε καὶ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ· τὸ δὲ ἐν τῷ νῦν κατὰ τὸ ἴσον ἑαυτῷ ὂν οὐ κινεῖται. ἠρεμεῖ ἄρα, ἐπειδὴ μηδὲν ἐν τῷ νῦν κινεῖται, τὸ δὲ μὴ κινούμενον ἠρεμεῖ, ἐπειδὴ πᾶν ἢ κινεῖται ἢ ἠρεμεῖ. τὸ ἄρα φερόμενον βέλος ἕως φέρεται ἠρεμεῖ, κατὰ πάντα τὸν τῆς φορᾶς χρόνον.)

---

quæ nominatur Achilles. Est autem hæc, quia nunquam id quod celerrime currit, id consequetur quod tardius currit : id enim quod persequitur, eo perveniat ante necesse est, unde id quod fugit in fugam se conjecit : quare tardius semper aliquo spatio præcedat necesse est. — Tertia vero est quod sagitta quum fertur stat. Accidit autem hoc ex eo quod tempus sumit ex suis punctis constare. Sed hoc non concesso, non erit syllogismus. — Quarta est de molibus æqualibus juxta æquales contrario motu stadium currentibus, quarum aliæ a calce stadii, aliæ a medio stadio pari celeritate moventur : ubi fieri putat, ut duplo tempori dimidium sit æquale. Rationis autem fallacia in hoc versatur, quod utrumque corpus quorum alterum juxta rem procedentem, alterum juxta quiescentem currit æquale spatium pari celeritate æquali tempore transire censet.

PRÆFATIO AD ARISTOTELIS

DE MELISSO, XENOPHANE ET GORGIA

DISPUTATIONES.

Ex omnibus Aristoteleæ philosophiæ monumentis nullum librariorum culpa fœdius depravatum est, quam disputationes illæ quæ de Xenophane, Zenone et Gorgia vulgo inscribuntur. Nam quum Aldus Pius Manutius Venetiis anno 1495 cum reliquis Aristotelis operibus hunc quoque libellum e vetustis aliquot exemplaribus edidisset : tot mendis scatere hoc opusculum patuit, ut nullus propemodum esset versus, qui ab omni parte sanus atque integer judicaretur. Quæ res veteris sapientiæ studiosos a legenda hac scriptione deterrere potuisset, nisi paullo post insperata quidem, sed dubia lux e Feliciani interpretatione orta esset. Etenim Joannes Bernardus Felicianus multo integriorem, quam Manutiani fuerant, codicem nactus plurima quæ apud Aldum obscure et mendose dicta reperiuntur perspicue convertit. In quo negotio utrum omnia codici debuerit, an nonnulla etiam conjectura ductus tentaverit, olim incertum visum est eruditis ac ne nunc quidem, nondum reperto ejus codice, pro explorato habendum. Quid autem intersit inter hanc interpretationem et rarissimam illam, quam Arnoldus Ferronus Burdegalensis Lugduni 1557 publicavit, ignotum inter doctos homines est, quum neque ab ejusdem ætatis scriptoribus, neque ab iis qui postea litterarum historiam contexuerunt memoriæ proditum sit. Sed quamvis philosophiæ Aristoteleæ studium usque ad medium fere sæculum septimum decimum viguerit atque ipsius Aristotelis scripta certatim typographorum arte repetita sint, nemo tamen exstitit qui vel novis codicibus excussis vel sola ingenii ope illam de philosophis Eleaticis et Gorgia commentationem emendare et illustrare aggrederetur, quam adeo corruptam censebat Sylburgius (notat. divers. lectt. p. 296) ut qui ad eam sanandam se conferret, quasi carcinomati manus admovere videretur. Itaque et ipse licet de hoc commentario mendis aliquot insigni acumine sublatis meruerit, pleraque tamen minus recte constituta posteris expolienda reliquit. Post Sylburgium ab Aristotelis editoribus, ne Casaubono quidem excepto, in divulganda hac scriptione nihil memorabile gestum est. Jacuit autem neglectus Stagirites, si a paucis singulorum librorum editionibus discesseris, ab anno 1654 quo Duvallii editio quartum prodiit usque ad superioris sæculi finem. Interim J. A. Fabricius perspecta Lipsiensis codicis, qui in bibliotheca Paullina asservatur, præstantia et antiquitate ad corrigendum totum de Eleaticorum philosophorum et Gorgiæ decretis librum scripturæ varietatem e vetusto illo exemplo per Godofr. Olearium excerpendam curavit eamque in Bibliothecæ Græcæ lib. III c. VI t. II p. 139 ed. tert. (vol. III p. 248 ed. Harl.) publici juris fecit. Cujus fontis ubertatem postea admiratus Georg. Gustav. Füllebornius simulque disciplinæ Eleaticæ pulchritudine captus, quam a diuturna ac prope sempiterna hominum oblivione vindicare statuerat, animum induxit, ut detegendis expellendisque vitiis quibus Aristoteleum illud opusculum in vulgatis editionibus laborabat, viam sibi ad alia ejusdem generis opera muniret. Quare anno 1789 Halis Saxonum copiosam de eo libro commentationem emisit, quam quum benevole a philologis olim excepta sit, diu avide quæsitam nancisci nos non potuisse vehementer dolemus (1). Præterea duobus annis post idem vir doctus partem libellorum retractavit scripta disputatione de Xenophane in *Beytræegen zur Geschichte der Philosophie* part. I p. 62 seqq. Sed ut discussa noctis caligine e minore luce major paullatim oriri solet, ita G. L. Spaldingius Füllebornii exemplo ad

(1) Idcirco conjecturas ejus non omnes adnotavi, sed eas tantum quas alii commemoraverant. Inscribitur ejus commentatio : Liber de Xenophane, Zenone et Gorgia Aristoteli vulgo tributus passim illustratus a Georg. Gustav. Fülleborn. Halis 1789.

ejusdem laudis studium excitatus hunc sicut cæteros omnes, qui de eodem Aristotelis volumine disseruerant, doctrina et ingenio vicit, composito in priorem libelli partem, quam de Melisso esse primus demonstravit, satis accurato commentario (2). At fraudi fuerat Spaldingio Olearii negligentia quæ cognita est, postquam Christ. Dan. Beckius omnem lectionis varietatem e Codice Lipsiensi diligenter enotavit (3). Nam levi brachio actum esse negotium ab Oleario tum manifesto apparuit, quum et ea quæ in exemplari Lipsiensi non leguntur, ab eo adnotata et scripturas maxime memorabiles, quibus ille liber a reliquis codicibus manu exaratis discrepat, silentio præteritas esse constaret. Sed miro quodam fortunæ ludibrio accidit, ut Beckii commentatio in paucorum hominum manus perveniret, ut quæ essent ejus in hunc Stagiritæ libellum merita a plerisque eruditorum ignoraretur. Itaque Chr. Aug. Brandisius in Commentationibus Eleaticis et Simon Karstenius in edendis Xenophanis carminum reliquiis et Henr. Ed. Fossius in disputatione de Gorgia Leontino, viri non minus eruditionis fama florentes, quam judicii subtilitate conspicui, quamvis partes quasdam hujus opusculi aut singulos locos ita tractaverint, ut multa vere emendasse censendi sint, sæpenumero tamen Olearii indiligentia decepti a vero aberrarunt. Qui si Beckii dissertationem consuluissent, multo rectius de plurimis locis judicaturi erant. Postremus editor fuit Immanuel Bekkerus, qui anno 1831 auspiciis Academiæ regiæ Borussicæ omnia Aristotelis opera ad codicum manuscriptorum fidem recensita vulgavit. Qui quum otio afflueret pluribusque quam quisquam alius subsidiis ad rem bene gerendam instructus accessisset, spes erat fore ut tandem aliquando philosophi scripta viri græce doctissimi studio perpolita prodirent. Cui exspectationi eventus si non omni, aliqua tamen ex parte respondit. Etsi enim ille græcarum litterarum antistes in difficillimo scriptore multa aliorum ingeniis illustranda et emendanda reliquit, id tamen ejus opera consecuti sumus, ut quid in plerisque membranis legatur, certissimo nunc testimonio constet. At in aliis libris secundam, in hoc adversam expertus est fortunam. Etenim quum vitiatorum quos contulerat codicum auxilio libelli hujus depravatio tolli non posset, interdum ad Olearii auctoritatem se applicuit et lectionibus ab eo memoratis pauca correxit, sæpius autem quasi de hominis fide dubitaret scripturis quas ille notaverat abstinuit et repudiatis doctorum virorum conjecturis abjectaque veri inveniendi spe manifesta codicum menda repetiit. Ergo vel post Bekkerum res integra fuit. Quamobrem nuper Theod. Bergkius nonnullos Aristotelei opusculi locos facili negotio partim codicis lectionibus e Beckii commentatione depromtis partim eximia mentis sagacitate restituit (4). Sed quicunque ad has Aristotelis disputationes castigandas studia sua contulerant de particulis quibusdam data occasione commentati totius libelli rationem habere noluerant. Desiderabatur jam editio, qua emendandi labor ab aliis inchoatus magis quam perfectus, quoad in hujusmodi libro fieri posset tam codicis Lipsiensis ope quam conjectura absolveretur ac simul superiorum editorum inventa quæ quidem probabilia essent consignarentur. Quam provinciam ab aliis neglectam libenter occupavi, ut tandem facilior ad opus Aristoteleum aditus efficeretur. Qua in re grato animo mecum prædicabunt bonarum artium studiosi Godofredi Hermanni humanitatem, qui rarissimam Beckii dissertationem, quam frustra in tabernis librariis quæsiveram, continuo ad me misit, simulatque illa opus mihi esse per litteras ei significavi.

Codex Lipsiensis Beckio teste membranaceus est ac foliis trecentis viginti sex constat, neque solum hunc Aristotelis libellum a fol. 299 usque ad 303 et Κλεομήδους κυκλικὴν θεωρίαν a fol. 286-297 eadem manu exaratam, sed alia quoque magnam partem ad sacras litteras spectantia continet. Beckius eam codicis partem in qua opusculum Aristoteleum reperitur sæculo tertio decimo tribuit. Quod quamvis ita se habeat (neque enim propter frequentia scripturæ compendia, quæ tum primum invaluerunt, aliter judicare licet), illum tamen codicem e quo descriptus est Lipsiensis longe antiquissimum fuisse oportet. Tanta enim hujus apographi præstantia est, ut reliquas omnes membranas scripturæ veritate superet. Unum addo, quod Beckium fugit, librarium a quo scriptum est hoc exemplum, ita vulgari lingua assuetum fuisse, ut inter scribendum atticis

(2) G. L. Spaldingii Vindiciæ philosophorum Megaricorum subjecto commentario in priorem partem libelli de Xenophane, Zenone et Gorgia. Berolini, sumtibus A. Mylii 1793.

(3) Solemnia Doctorum philosophiæ et magistrorum artium a. d. XIV Febr. MDCCXCIII antiquo ritu creandorum indicit Christ. Dan. Beckius. Præmissa est varietas lectionis libellorum Aristotelicorum e codice Lipsiensi diligenter enotata. Lipsiæ, litteris Sommeriis.

(4) Regiæ universitati litterarum Friderico-Alexandrinæ d. XXIII mensis Augusti MDCCCXLIII sacra sæcularia prima agenti gratulatur Academia Marburgensis. Præmissa est Theodori Bergkii commentatio de Aristotelis libello de Xenophane, Zenone et Gorgia. Marburgi 1843.

vocibus ac formis nonnunquam recentiores locutiones admisceret. Proximum illi apographo ætate et bonitate id ponimus exemplar, quod in conficienda interpretatione Felicianus olim secutus est. Hujus autem interpretatio ita sæpe congruit cum libro Lipsiensi, ut prima specie interpretem hoc ipso codice usum esse conjicias, sed aliis locis ita discrepat a Lipsiensi volumine, ut diversum ab hoc ejus exemplum fuisse pateat. Est vero utriusque diversitas in eo posita, quod Feliciani codex aliquoties cum deterioribus consentit, nonnunquam, sed rarius, ipsi Lipsiensi incorrupta scripturæ bonitate et antiquitate præstat. Reliqui codices, quos contulit Bekkerus, Palatinus Vaticanus 162 (B[a].), Vaticanus 1302 (R[a].), Urbinas 108 (V[a].), Marciani 200 (Q[a].), 215 (N[a].), 216 (O[a].) et Laurentianus 87. 21 (Z[a].) ob vitia fere innumerabilia nullius ad restituenda philosophi verba momenti sunt, quamquam in tribus prioribus quædam emendatæ orationis vestigia manserunt. Quid statuendum sit de illo codice, qui Vindobonæ in Bibliotheca Cæsarea nunc exstat, atque olim Joannis Joviani Pontani fuit, propterea non liquet, quia nondum a quoquam excussus est. De hoc pauca Lambecius Comment. de Bibl. Cæs. tom. VII p. 215 ed. Kollar. prodidit. Chartaceus est et quinquagesimus sextus ejus classis quæ philosophorum græcorum scripta complectitur, constat autem foliis centum nonaginta quinque ac præter alia a fol. 160 p. 1 usque ad fol. 181 p. 1 hunc, de quo agitur, Aristotelis librum continet. Verum quum ex iis quæ in extremo folio græce et latine scripta sunt appareat, exemplar anno post Chr. n. 1458, id est, duobus sæculis post Lipsiense exaratum esse, vix putaverim multum lucis inde Aristotelis libello posse afferri, etsi Kollarius in adnotatione ait, hunc codicem propter Pontani conjecturas margini ascriptas futuris editoribus commendandum esse. Sed satis de libris calamo scriptis.

In componendo commentario id spectavi, ut primum corrupta corrigerem, deinde quæ difficilia viderentur breviter explicarem. Quod quomodo effecerim alii judicabunt.

Transeo ad quæstionem unam omnium gravissimam de libelli hujus auctore ac de singularum partium inscriptionibus. Diogenes Laertius V, 25 in indice scriptorum Aristoteleorum hæc memorat : πρὸς τὰ Μελίσσου α', πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος α', πρὸς τοὺς Πυθαγορείους α', πρὸς τὰ Ξενοφάνους α', πρὸς τὰ Ζήνωνος α', et Anonymus Menagianus pag. 201 ed. Meibom. : πρὸς τὰ Μελίσσου α', πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος α', περὶ τῶν Πυθαγορείων α', πρὸς τὰ Γοργίου. Quæ res jam pridem eo valuit, ut opusculum quod ad nostram memoriam propagatum est Aristotelis esse existimaretur. At codicis Vaticani (R[a].), cui Theophrasti nomen inscriptum est, auctoritas videtur obstare, etsi Lipsiensis, omnium instar judicandus, Aristotelis nomen singulis partibus impositum exhibet. Quæ quum ita se habeant, Brandisius Hist. phil. Gr. et Rom. vol. I p. 358 adnot. hunc commentarium Theophrasto attribuit. Atque erunt fortasse qui ejus suspicionem confirmari arbitrentur eorum quæ Simplicius ad Aristotelis Physic. fol. 6. a. e Theophrasto affert cum nostro libello similitudine. Ait igitur Simplicius : Μίαν δὲ τὴν ἀρχὴν ἤτοι ἓν τὸ ὂν καὶ πᾶν καὶ οὔτε πεπερασμένον οὔτε ἄπειρον, οὔτε κινούμενον οὔτε ἠρεμοῦν Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον τὸν Παρμενίδου διδάσκαλον ὑποτίθεσθαί φησιν ὁ Θεόφραστος ὁμολογῶν ἑτέρας εἶναι μᾶλλον ἢ τῆς περὶ φύσεως ἱστορίας τὴν μνήμην τῆς τούτου δόξης. Quibus verbis subjungit hæc : α'. Τὸ γὰρ ἓν τοῦτο καὶ πᾶν τὸν θεὸν ἔλεγεν ὁ Ξενοφάνης, ὃν ἕνα μὲν δείκνυσιν ἐκ τοῦ πάντων κράτιστον εἶναι. πλειόνων γάρ, φησίν, ὄντων ὁμοίως ἀνάγκη ὑπάρχειν πᾶσι τὸ κρατεῖν· τὸ δὲ πάντων κράτιστον καὶ ἄριστον θεός. β'. ἀγένητον δὲ ἐδείκνυεν ἐκ τοῦ δεῖν τὸ γιγνόμενον ἢ ἐξ ὁμοίου ἢ ἐξ ἀνομοίου γίγνεσθαι· ἀλλὰ τὸ μὲν ὅμοιον ἀπαθές φησιν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον γεννᾷν ἢ γεννᾶσθαι προσήκει τὸ ὅμοιον ἐκ τοῦ ὁμοίου· εἰ δ' ἐξ ἀνομοίου γίγνοιτο, ἔσται τὸ ὂν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. καὶ οὕτως ἀγένητον καὶ ἀΐδιον ἐδείκνυ. γ'. καὶ οὔτε δὲ ἄπειρον οὔτε πεπερασμένον εἶναι· διότι ἄπειρον μὲν τὸ μὴ ὄν, ὡς μήτε ἀρχὴν ἔχον μήτε μέσον μήτε τέλος, περαίνει δὲ πρὸς ἄλληλα τὰ πλείω. δ'. Παραπλησίως δὲ καὶ κίνησιν ἀφαιρεῖ καὶ τὴν ἠρεμίαν. ἀκίνητον μὲν γὰρ εἶναι τὸ μὴ ὄν· οὔτε γὰρ ἂν εἰς αὐτὸ ἕτερον, οὔτε αὐτὸ πρὸς ἄλλο ἐλθεῖν· κινεῖσθαι δὲ τὰ πλείω τοῦ ἑνός· ἕτερον γὰρ εἰς ἕτερον μεταβάλλειν· ὥστε καὶ ὅταν ἐν ταὐτῷ μένειν λέγῃ καὶ μὴ κινεῖσθαι,

> αἰεὶ δ' ἐν ταὐτῷ τε μένειν κινούμενον οὐδὲν
> οὐδὲ μετέρχεσθαί μιν ἐπιπρέπει ἄλλοτε ἄλλῃ,

οὐ κατὰ τὴν ἠρεμίαν τὴν ἀντικειμένην τῇ κινήσει μένειν αὐτόν (i. e. τὸν θεόν) φησιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀπὸ κινήσεως καὶ ἠρεμίας ἐξῃρημένην. Concinunt quæ tertio hujus disputationis capite leguntur : α'. Εἰ δ' ἔστιν ὁ θεὸς ἁπάντων κράτιστον, ἕνα φησὶν αὐτὸν προσήκειν εἶναι· εἰ γὰρ δύο ἢ πλείους εἶεν, οὐκ ἂν ἔτι κράτιστον καὶ βέλτιστον αὐτὸν εἶναι πάντων· ἕκαστος γὰρ ὢν τῶν πολλῶν ὁμοίως ἂν τοιοῦτος εἴη. κ. τ. λ. β'. ἀδύνατόν φησιν εἶναι, εἴ τι ἔστι, γενέσθαι, τοῦτο λέγων ἐπὶ τοῦ θεοῦ· ἀνάγκη γὰρ ἤτοι ἐξ ὁμοίου ἢ ἐξ ἀνομοίου γενέσθαι τὸ γιγνόμενον. Δυνατὸν δὲ οὐδέτερον· οὔτε γὰρ ὅμοιον ὑφ' ὁμοίου προσήκειν τεκνωθῆναι μᾶλλον ἢ τεκνῶσαι· ταῦτα γὰρ ἅπαντα τοῖς γε ἴσοις καὶ ὁμοίοις οὐχ ὑπάρχειν πρὸς ἄλληλα, οὔτ' ἂν ἐξ ἀνομοίου τἀνόμοιον γενέσθαι. εἰ γὰρ γίγνοιτο ἐξ ἀσθε-

νεστέρου τὸ ἰσχυρότερον ἢ ἐξ ἐλάττονος τὸ μεῖζον ἢ ἐκ χείρονος τὸ κρεῖττον ἢ τοὐναντίον τὰ χείρω ἐκ τῶν κρειττόνων, τὸ ὂν ἐξ οὐκ ὄντος ἂν γενέσθαι, ὅπερ ἀδύνατον· ἀΐδιον μὲν οὖν διὰ ταῦτα εἶναι τὸν θεόν. γ΄. ἀΐδιον δ' ὄντα καὶ ἕνα καὶ σφαιροειδῆ, οὔτ' ἄπειρον εἶναι οὔτε πεπεράνθαι. ἄπειρον μὲν τὸ μὴ ὂν εἶναι· τοῦτο γὰρ οὔτε ἀρχὴν οὔτε μέσον οὔτε τέλος οὔτ' ἄλλο μέρος οὐδὲν ἔχειν· τοιοῦτον δ' εἶναι τὸ ἄπειρον, οἷον δὲ τὸ μὴ ὄν, οὐκ ἂν εἶναι τὸ ὄν, περαίνειν δὲ πρὸς ἄλληλα, εἰ πλείω εἴη. τὸ δὲ ἓν οὔτε τῷ οὐκ ὄντι οὔτε τοῖς πολλοῖς ὡμοιῶσθαι· ἓν γὰρ οὐκ ἔχει πρὸς ὅ, τι περανεῖ. δ΄. τὸ δὴ τοιοῦτον ὂν ἕν, ὃν τὸν θεὸν εἶναι λέγει, οὔτε κινεῖσθαι οὔτε ἀκίνητον εἶναι. ἀκίνητον μὲν γὰρ εἶναι τὸ μὴ ὄν· οὔτε γὰρ ἂν εἰς αὐτὸ ἕτερον, οὔτ' ἐκεῖνο εἰς ἄλλο ἐλθεῖν· κινεῖσθαι δὲ τὰ πλείω ὄντα ἑνός· ἕτερον γὰρ εἰς ἕτερον δεῖν κινεῖσθαι. Quæ verborum similitudo eo mirabilior potest videri, quod Xenophanis decreta, quæ ipse poetici sermonis venustate ornarat ac luminibus distinxerat, ab utroque scriptore soluto metro et exili orationis genere, quale dialecticorum esse solet, referuntur. Quapropter utrumque scriptorem, qui ubique fere iisdem verbis usus sit, aut eundem esse hominem necesse est, aut ex eodem fonte hausisse, aut alterius scrinia compilasse. Ob illud autem Simplicii testimonium et Vaticani codicis auctoritatem Brandisius hoc opusculum Aristoteli abjudicavit ac Theophrasto ascripsit, ita tamen, ut simul Theophrastum integriore libro usum esse contenderet. Theophrasti verba a Simplicio laudata brevius enuntiavit et interpretatus est Bessarion adv. Calumn. Plat. II, 11 p. 32. b. Ait autem : « Theophrastus Xenophanem, quem Parmenides audivit atque secutus est, nequaquam inter physicos numerandum, sed alio loco constituendum censet. Nomine, inquit, unius et universi deum appellavit, quod unum ingenitum, immobile, æternum dixit; ad hæc, aliquo quidem modo neque infinitum neque finitum, alio vero modo etiam finitum, tum etiam conglobatum, diversa scilicet notitiæ ratione; mentem etiam universum hoc idem (Xenophanes) esse affirmavit. » Fuerunt qui hoc etiam Bessarionis loco demonstrare vellent, librum, de quo disputatur, Theophrasti esse. Sed tali testimonio nihil tribui oportere in promtu est. Theophrastum vero omnino ejus quod ad nostram ætatem mansit voluminis auctorem haberi non posse ex eo collegit Theod. Bergkius p. 6, quod reperiuntur in hoc libello, quæ nullo pacto a Theophrasto proficisci potuerunt, quæ vel indigna sunt hoc philosopho vel aperte pugnant cum iis quæ alibi Theophrastus memoriæ prodidit de horum philosophorum placitis. Itaque Bergkius quidem hunc libellum tam Theophrasto quam Aristoteli abjudicandum censet, ita autem arbitratur scriptorem in conficiendo hoc opere esse versatum, ut maximam partem ad Theophrastum se componeret, alia ipse adjiceret. Quod judicium licet nobis non plane displiceat, veremur tamen, ut possit probari. Nam quod ait inveniri in hoc libello quæ pugnent cum iis quæ alibi Theophrastus et Aristoteles de iisdem philosophis tradiderint, id gravissimum videretur, si semper sibi constaret Aristoteles (nam de Theophrasto nolo ei adversari), si ubique eodem modo de aliis sapientiæ auctoribus judicaret, si semper bona fide eorum, quos refellere instituisset, sententias referret. Quis autem non jure miretur inconstantiam Aristotelis, qua Parmenidis dogmata aliter atque aliter enuntiata proponit et errorem in quem vel memoriæ lapsu vel negligentia vel cupiditate inductus est? Quamobrem assentior Mureto, qui quum in Varr. lectt. lib. XIV, 18 Aristotelem nonnunquam reprehendendorum veterum paullo quam par erat, avidiorem fuisse dixisset, ita pergit : « Plato civitatis salutem in eo positam esse dixerat, si quam maxime una esset. Quam id sophistice calumniatus est? Non libet de ideis dicere. Sed tamen non desunt ex ipsis Aristoteleis, qui Aristotelem in eis labefactandis non optima fide cum Platone egisse fateantur. » Invitus talia commemoro ideoque ea alienis quam meis verbis dicere malui. At ex iis quæ modo allata sunt intelligitur cavendum esse, ne solam judicii inconstantiam ac diversitatem et præterea malam fidem satis firmum esse argumentum opinemur, cur Aristoteles hujus libri auctor esse non queat. In quo genere illud etiam perincommode accidit, quod nonnulli, inter quos Spaldingius (5) est, non intellecto corruptarum, quas reperiebant in hoc opusculo enuntiationum sensu multo plures quam quæ insunt in ipsa scriptione opiniones ab aliis Stagiritæ locis diversas deprehendisse sibi visi sunt. Itaque inde a Spaldingii tempore plurimi sibi persuaserunt, hunc libellum non esse Aristoteleum. Accedo ad alterum Bergkii argumentum. Affirmat inveniri in hoc commentario, quæ Theophrasto et Aristotele indigna sint. Quod ego tantum abest ut negem, ut nisi jam ab aliis dictum esset, ipse fuerim demonstraturus. At quis audeat defendere, in reliquis Stagiritæ operibus nihil legi, quod auctoris fama et illa quæ omnium ore celebratur mentis sagacitate ac disserendi subtilitate indignum

(5) Cf. Spaldingii Vindic. phil. Megar. pag. 55, 66, 72 etc.

sit. Ergo ne hæc quidem ratio ita comparata est, ut nequeat infirmari. Quemadmodum igitur illud volumen, si Aristoteleum haberi convenit, non posse præclaris Stagiritæ operibus adnumerari facile concedimus : ita quum haud pauca Aristoteleæ dictionis vestigia relicta videamus, non est quod ejus auctoritatem impugnemus. Sed quum opus, quod raptim ac negligenter compositum esse nemo non videt, tale quale nunc est, vix ab Aristotele foras dari potuerit, statuendum aut, quod Karstenius voluit, casu quodam commentarium rudem et inchoatum (6) ad posteros pervenisse, aut, quod mihi multo magis placet, ea quæ supersunt excerpta esse a Peripatetico nescio quo e majoribus Aristotelis operibus a Diogene Laertio memoratis, quæ ille adversus Pythagoreos, Eleaticos aliosque philosophos conscripserat. Ex eodem fonte sua videtur hausisse Theophrastus atque in egregium φυσικῆς ἱστορίας volumen transtulisse eo consilio, ut multa adderet ac de singulis accuratius disputaret. E magno enim φυσικῆς ἱστορίας opere depromsisse putandus est Simplicius quæ e Theophrasto proferre se testificatur. Jam vero librariorum incuria accidit, ut singularum libelli partium inscriptiones commutarentur. Nam si Lipsiensem codicem sequimur, inscribendus est liber de Zenone, Xenophane et Gorgia, si reliquos, de Xenophane, Zenone et Gorgia. At utrumque titulum æque falsum et ineptum esse ex iis quæ singulis commentarii partibus continentur abunde conficitur. Quippe priorem partem, quæ primum et secundum caput complectitur, neque ad Xenophanem referri, quod Füllebornius arbitratus erat, neque ad Zenonem, quæ aliorum fuerat opinio, sed ad Melissum pertinere, e Melissi fragmentorum cum primo capite consensu ita probavit Spaldingius, ut nihil dubitationis reliquerit (7). In altera parte non de Zenone, sed de Xenophane agi, e Theophrasteo apud Simplicium loco, qui tertio capiti consentaneus est, cogi oportere jam dudum viderunt homines eruditi. De tertia autem parte i. e. de quinto et sexto capite nulla unquam fuit controversia. In hac enim disputatione de Gorgia quæri et membranarum auctoritas vincit et rerum traditarum diligens pervestigatio docet. Sed unde Zenonis nomen tot codicibus illatnm est? Suspicor quartam olim fuisse disputatiunculam, qua Zenonis dogmata tractarentur eamque inter eas partes, quæ nunc secundo et tertio loco constitutæ sunt, mediam tenuisse sedem, ita ut is qui opera Aristotelea adversus alios philosophos scripta ad hanc sententiarum et argumentorum paucitatem redegit initium fecerit a Melisso, tum ad Xenophanem transierit, deinde Zenonem posuerit, postremum esse Gorgiam voluerit. Quod ut ita se habere credam, certissimis adducor indiciis. In secunda quæstione (cap. 4) quæ est de Xenophane citatur prima libelli pars, quam ad Melissum spectare diximus, his verbis : Πρῶτον μὲν οὖν λαμβάνει καὶ οὗτος τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι ἐξ ὄντος, ὥσπερ ὁ Μέλισσος. In ea autem, quæ nunc est tertia commentatio et quam olim quartam fuisse conjicio, laudatur prima opusculi pars de Melisso et tertia de Zenone olim conscripta, siquidem cap. 5 legimus : τὰ μὲν ὡς Μέλισσος, τὰ δ' ὡς Ζήνων ἐπιχειρεῖ δεικνύειν. Enimvero quam perversum sit, post Melissum tractare Xenophanem, vix opus est ostendi. Verum illa perversitas non in ipsum Aristotelem, sed in epitomes hujus auctorem cadit. Sic omnia videor expediisse, in quibus litteratissimi ætatis nostræ et ingeniosissimi homines hæserunt, qui de libri hujus scriptore commentati sunt. Neque tamen omittendum duco primam et tertiam dissertationem ita compositam esse, ut nullum vel Melisso vel Gorgiæ dogma tribuatur, quod non eorum doctrinæ conveniat, in secunda autem commentarii parte conscribenda auctorem refutandi studio incensum cupidius versatum videri, quam simplex fert ratio veritatis. Etenim Metaph. I, 5 pag. 986. b, 18 ed. Bekk. hæc leguntur : Παρμενίδης μὲν γὰρ ἔοικε τοῦ κατὰ τὸν λόγον ἑνὸς ἅπτεσθαι, Μέλισσος δὲ τοῦ κατὰ τὴν ὕλην· διὸ καὶ ὁ μὲν πεπερασμένον, ὁ δ' ἄπειρόν φησιν εἶναι αὐτό. Ξενοφάνης δὲ πρῶτος τούτων ἑνίσας (ὁ γὰρ Παρμενίδης τούτου λέγεται μαθητής) οὐθὲν διεσαφήνισεν, οὐδὲ τῆς φύσεως τούτων οὐδετέρας ἔοικε θιγεῖν, ἀλλ' εἰς τὸν ὅλον οὐρανὸν ἀποβλέψας τὸ ἓν εἶναί φησι τὸν θεόν. Xenophaneum quod hic proditur decretum quum simplicius esset, quam quod commode posset redargui, ita mutatum est hujus libelli cap. III, ut in ejus locum substitueretur ἀΐδιον δ' ὄντα καὶ ἕνα καὶ σφαιροειδῆ, οὔτ' ἄπειρον εἶναι οὔτε πεπεράνθαι. In quo primum illud mirabile est,

(6) De his commentariis, in quibus antiquiorum opiniones consignare solebant, notabilis est locus Ammonii Hermiæ περὶ ἑρμην. (ed. Ald. 1503) lit. A. fol. 2 : Ὑπομνηματικὰ δὲ ἐκεῖνα (συγγράμματα) καλοῦσιν, ὅσα πρὸς οἰκείαν ἀπεσημειοῦντο ὑπόμνησιν. Εἰώθεσαν δὲ οἱ παλαιοί, τὰ τῶν ἀρχαιοτέρων ἀναγινώσκοντες συγγράμματα, ἀποσημειοῦσθαι αὐτῶν τὰς περὶ ἑκάστου πράγματος δόξας καὶ τὰ ἐπιχειρήματα τὰ τούτων κατασκευαστικὰ—ὡς ὕλην τῶν οἰκείων συγγραμμάτων.

(7) Cf. Spalding. Vindic. phil. Meg. p. 56 seqq. Argumenta ejus repetere supersedemus, quum ipsa Melissi fragmenta nos in hoc volumine exhibeamus. Adde Brandis. Commentationes Eleaticas p. 180 seqq. et Histor. phil. I, 398 seqq.

quod unum ve. numen οὔτ' ἄπειρον εἶναι οὔτε πεπεράνθαι dicitur, deinde quod σφαιροειδές vocatur. Quidquid enim σφαιροειδές est, id non potest non esse πεπερασμένον. Itaque in hanc sententiam Simplicius l. c. post Theophrasti, Nicolai Damasceni et Alexandri verba ait : πεπερασμένον δὲ καὶ σφαιροειδὲς αὐτὸ διὰ τὸ πανταχόθεν ὅμοιον λέγει. At globosa unius quod est forma non congruit cum Xenophanis, sed cum Parmenidis ratione. Denique quum Xenophanes deum non moveri censuerit, miramur quod hic neque moveri neque immotum esse deum statuisse traditur. Sed hæc hactenus : neque enim omnia ad vivum resecare libet.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΜΕΛΙΣΣΟΥ, ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ ΚΑΙ ΓΟΡΓΙΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΙΣΣΟΥ.

ΚΕΦ. α΄.

Ed. Bekker. p. 974. Ἀΐδιον εἶναί φησιν εἴ τι ἔστιν, εἴπερ μὴ ἐνδέχεσθαι γενέσθαι μηδὲν ἐκ μηδενός. Εἴτε γὰρ ἅπαντα γέγονεν εἴτε μὴ πάντα, δεῖν ἀμφοτέρως ἐξ οὐδενὸς γενέσθαι ἂν αὐτῶν γιγνόμενα· ἁπάντων τε γὰρ γιγνομένων οὐδὲν προϋπάρχειν. Εἰ δ' ὄντων τινῶν ἀεὶ ἕτερα προσγίγνοιτο, πλέον ἂν καὶ μεῖζον τὸ ἓν γεγονέναι. Ὧ δὴ πλέον καὶ μεῖζον, τοῦτο γενέσθαι ἂν ἐξ οὐδενός· οὐ γὰρ ἐν τῷ ἐλάττονι τὸ πλέον, οὐδ' ἐν τῷ μικροτέρῳ τὸ μεῖζον ὑπάρχειν. Ἀΐδιον δὲ ὂν ἄπειρον εἶναι, ὅτι οὐκ ἔχει ἀρχὴν ὅθεν ἐγένετο, οὐδὲ τελευτὴν εἰς ἣν γιγνόμε-

CAPUT PRIMUM.

Codices contulit Bekkerus Palatinum Vaticanum 162 (B^{a}.), Vaticanum 1302 (R^{a}.), Urbinatem 108 (V^{a}.) et nonnullis locis Marcianos 200 (Q.), 215 (N^{a}.), 216 (O^{a}.) et Laurentianum 87 21 (Z^{a}.). In his variat libri inscriptio. Nam Vaticanus (R^{a}.) habet θεοφράστου περὶ Ξενοφάνους, περὶ Ζήνωνος, περὶ Γοργίου, contra Marcianus (Q.) ἀριστοτέλους περὶ δοξῶν, denique Palatinus Vaticanus (B^{a}.) ἀριστοτέλους κατὰ τὰς δόξας τῶν φιλοσόφων. In Marciano (Q.), si Bekkeri adnotationem recte intelligimus, verbis ἀριστοτέλους περὶ δοξῶν hæc subjiciuntur separatim scripta : περὶ Ξενοφάνους, Ζήνωνος καὶ Γοργίου. Alioquin vix fieri poterat, quod ait, ut περὶ ante Ζήνωνος omitteretur. Prima libri pars in Vaticano (R^{a}.) et Urbinate (V^{a}.) inscribitur περὶ Ζήνωνος. In Lipsiensi desideratur titulus, qui ad totum librum pertineat, sed tres ejus partes tanquam singulares libelli indicis diversitate sejunguntur. Itaque prima pars inscribitur Ἀριστοτέλους περὶ Ζήνωνος, de qua ut de cæteris inscriptionibus in præfatione dictum est.

pag. 974. a. vers. 2. In scribendo commentario ita versabor, ut a Bekkeriana singulorum locorum scriptura profectus ad ea quæ obscura et corrupta sunt illustranda et emendanda accedam. Initio perperam Bekkerus : Ἀΐδιον εἶναί φησιν εἴ τί ἐστιν, εἴπερ μὴ ἐνδέχεται γενέσθαι μηδὲν ἐκ μηδενός. Εἴτε γὰρ ἅπαντα γέγονεν εἴτε μὴ πάντα ἀΐδια ἀμφοτέρως. ἐξ οὐδενὸς γὰρ αὐτῶν ἂν γινόμενα. ἁπάντων τε γὰρ γινομένων οὐδὲν προϋπάρχειν· εἴτ' ὄντων τινῶν ἀεὶ ἕτερα προσγίνοιτο, πλέον ἂν καὶ μεῖζον τὸ ἓν γεγονέναι. ᾧ δὴ πλέον καὶ μεῖζον, τοῦτο γενέσθαι ἂν ἐξ οὐδενός. τῷ γὰρ ἐλάττονι τὸ πλέον, ἢ δ' ἐν τῷ μικροτέρῳ τὸ μεῖζον οὐχ ὑπάρχειν. ἀΐδιον δὲ ὂν ἄπειρον εἶναι, ὅτι οὐκ ἔχει ἀρχὴν ὅθεν ἐγένετο. οὐδὲ τελευτὴν εἰς ὃ γινόμενον ἐτελεύτησέ ποτε. Locus sic corrigendus : Ἀΐδιον εἶναί φησιν εἴ τι ἔστιν, εἴπερ μὴ ἐνδέχεσθαι γενέσθαι μηδὲν ἐκ μηδενός. εἴτε γὰρ ἅπαντα γέγονεν εἴτε μὴ πάντα, δεῖν ἀμφοτέρως ἐξ οὐδενὸς γενέσθαι ἂν αὐτῶν γιγνόμενα· ἁπάντων τε γὰρ γιγνομένων οὐδὲν προϋπάρχειν. εἰ δ' ὄντων τινῶν ἀεὶ ἕτερα προσγίγνοιτο, πλέον ἂν καὶ μεῖζον τὸ ἓν γεγονέναι. ᾧ δὴ πλέον καὶ μεῖζον, τοῦτο γενέσθαι ἂν ἐξ οὐδενός· οὐ γὰρ ἐν τῷ ἐλάττονι τὸ πλέον, οὐδ' ἐν τῷ μικροτέρῳ τὸ μεῖζον ὑπάρχειν. ἀΐδιον δὲ ὂν ἄπειρον εἶναι, ὅτι οὐκ ἔχει ἀρχὴν ὅθεν ἐγένετο, οὐδὲ τελευτὴν εἰς ἣν γιγνόμενον ἂν ἐτελεύτησέ ποτε. Pro vulgato εἴπερ μὴ ἐνδέχεται cod. Lips. εἴπερ μὴ εἰσδέχεσθαι, quod tuetur Bergkius in commentatione de hoc Aristotelis libello p. 8. Affert enim Herodoti locos II, 172 εἰ γὰρ πρότερον εἶναι δημότης, ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι εἶναι αὐτέων βασιλεύς, et III, 108 : λέγουσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπίμπλατο τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι, ex quibus cogit hic quoque infinitivum requiri, quoniam Melissi argumentatio qualis fuerit exponatur. Sed in re nota ne his quidem locis opus erat. Vide Hermann. ad Viger. p. 832 et Poppon. observv. critt. in Thuc. p. 155. Etsi autem infinitivus mihi probatur, tamen ἐνδέχεσθαι verbum Aristotelis proprium retineo, quod in hoc libello vitatis aliorum philosophorum locutionibus Aristotelea oratio fere ubique apparet et quod εἰσδέχεσθαι eo qui hic flagitatur sensu dictum in Aristoteleo dicendi genere non satis præsidii habet. In verbis εἴτε γὰρ ἅπαντα γέγονεν εἴτε μὴ πάντα, δεῖν ἀμφοτέρως secuti sumus lectionem Cod. Lips. pro vulgato δι' ἀμφοτέρων, nisi quod distinximus post πάντα, et ἀΐδι' nostro periculo in δεῖν mutavimus. Illustrantur autem hæc et quæ subjiciuntur aliqua ex parte ipsius Melissi verbis quæ in fragm. § 1 allegavimus εἰ δέ τι ἔστι, ἤτοι γινόμενόν ἐστι, ἢ αἰεὶ ἐόν κ. τ. λ. ita ut talis fere sententia insit, sive omnia orta sint, sive non omnia, utroque modo effici, ut quæ sint orta e nihilo exstitisse statuendum sit. Nam si omnia oriantur, nihil prius exstare, si vero ei quod est alia semper accedant, id unum amplius jam et majus evasisse. Eam autem rem qua illud amplius et majus evaserit, e nihilo nasci. Neque enim paucioribus plura, neque minoribus majora contineri. In iis quæ subsequuntur ἐξ οὐδενὸς γὰρ γενέσθαι αὐτῶν ἂν γιγνόμενα particulam γὰρ delevimus et infinitivum γενέσθαι e Cod. Lips. adjecimus. Brandisius in Commentt. Eleatt. p. 187 articulum ante γιγνόμενα addi volebat, non male, præsertim quum huic opinioni suffragetur Aristot. Phys. I, 8, ubi de Eleaticæ doctrinæ auctoribus : καί φασιν οὔτε γίγνεσθαι τῶν ὄντων οὐδὲν οὔτε φθείρεσθαι διὰ τὸ ἀναγκαῖον μὲν εἶναι γίγνεσθαι τὸ γιγνόμενον ἢ ἐξ ὄντος ἢ ἐκ μὴ ὄντος, ἐκ δὲ τούτων ἀμφοτέρων ἀδύνατον εἶναι. Sed fieri potest ut Melissus, more Ionum qui in articuli usu Atticorum diligentiam non æquant, hic ἀνάρθρως locutus sit ac tale antiquioris sermonis vestigium in his excerptis remanserit. Quæ autem adjiciuntur ἁπάντων τε γὰρ γιγνομένων οὐδὲν προϋπάρχειν, his nihil planius esse potest. Itaque non est quod cum Bergkio legas γενομένων, quod non convenit infinitivo προϋπάρχειν. At idem, rejectis quæ apud Bekkerum p. 974 leguntur codd. scripturis, e libri Lipsiensis lectione εἴτ' ὄντων τινῶν ἀεὶ ἕτερα προσγίγνοιτο, πλέον ἂν καὶ μεῖζον τὸ ἓν γεγονέναι recte conclusit legendum esse εἰ δ' ὄντων. Deinde quod in eodem libro exstat τὸ ἴν pro τὸ ἕν, quamquam confirmare videtur Brandisii conjecturam in Commentt. Eleatt. p. 187 et in Hist. phil. p. 399 propositam τὸ ὄν, tamen non minus simi-

νον ἂν ἐτελεύτησέ ποτε. Πᾶν δὲ ἄπειρον ἓν εἶναι· εἰ γὰρ πλέω ἢ δύο εἴη, πέρατ' ἂν εἶναι ταῦτα πρὸς ἄλληλα· ἓν δὲ ὂν ὅμοιον εἶναι πάντῃ· εἰ γὰρ ἀνόμοιον, πλείω ὄντα οὐκ ἂν ἔτι ἓν εἶναι, ἀλλὰ πολλά. Ἀΐδιον δὲ ὂν ἄμετρόν τε καὶ ὅμοιον πάντῃ, ἀκίνητον εἶναι τὸ ἕν. Οὐ γὰρ ἂν κινηθῆναι, μὴ εἴς τι ὑποχωρῆσαν· ὑποχωρῆσαι δὲ ἀνάγκην εἶναι ἤτοι εἰς πλῆρες ἰόν, ἢ εἰς κενόν. Τούτων δὲ τὸ μὲν οὐκ ἂν δέξασθαι, τὸ πλῆρες, τὸ δὲ οὐκ εἶναι οὐδέν, τὸ κενόν. Τοιοῦτο δὲ ὂν τὸ ἓν ἀνώδυνόν τε καὶ ἀνάλγητον ὑγιές τε καὶ ἄνοσον εἶναι, οὔτε μετακοσμούμενον θέσει, οὔτε ἑτεροιούμενον εἴδει, οὔτε μιγνύμενον ἄλλῳ. Κατὰ πάντα γὰρ ταῦτα πολλά τε

---

litudinis cum vulgato ἓν gerit, ita ut quum illud unum de quo agitur non queat esse nisi id solum quod est τὸ ὄν, quia cætera omnia pro nihilo habenda sunt, haud injuria receptæ scripturæ acquiescere videamur. Porro satis commodum quidem sensum præbet quod pro ᾧ δὴ πλέον καὶ μεῖζον in membrana Lipsiensi reperitur εἰ δὴ πλ. κ. μ.; neque tamen propterea illud ᾧ reprobaverim. Quamobrem neque Füllebornii conjecturam ὃ δὲ legentis necessariam esse arbitror, neque Bergkii illud ᾗ δὲ πλέον κ. τ. λ. Quod enim eruditus ille vir ait, Melissum dicere, quatenus id quod sit augescat et crescat, eatenus aliquid ex nihilo fieri, id per se quidem huic loco accommodatum est, neque repudiandum esset, si in libris manu exaratis reperiretur. Oportebat autem sequentia sic conformari : ταύτῃ τι γενέσθαι ἂν ἐξ οὐδενός. Nunc quum non incongruens sit ᾧ, nihil mutandum videtur. Nam manifesto hoc statuit Melissus, id quo augeatur et crescat ens ex nihilo fieri. Præterea locus, qui in plerisque codd. sic exhibetur τῷ γὰρ ἐλάττονι τὸ πλέον, ἢ δ' ἐν τῷ μικροτέρῳ τὸ μεῖζον οὐχ ὑπάρχειν ferri nequit. Ad quem sanandum jam Beckius in enotanda e cod. Lipsiensi varietate lectionis libellorum Aristoteleorum ἐν τῷ γὰρ ἐλάττονι legi voluerat, quæ postea et Brandisii sententia fuit in Commentt. Ell. p. 187 prodita. Idem pro inepto illo ἢ δ' ἐν τῷ μικροτέρῳ legit ἤδ' addita libri Lipsiensis scriptura καὶ οὐδ' ἐν τῷ μικροτέρῳ. Aliquot codd. apud Bekkerum οἶδ'; Bergkius coll. Is. de Philoctem. hered. p. 132 παραδοῦναι οὔτε λαβεῖν ἠθέλησαν hoc loco præstare putat οὔτ' ἐν τῷ μικροτέρῳ. Mihi legendum videtur aut ἐν γὰρ τῷ ἐλάττονι τὸ πλέον, ἢ ἐν τῷ μικροτέρῳ τὸ μεῖζον οὐχ ὑπάρχειν aut quod magis etiam consentaneum videtur οὐ γὰρ ἐν τῷ ἐλάττονι τὸ πλέον, οὐδ' ἐν τῷ μικροτέρῳ τὸ μεῖζον ὑπάρχειν. Quod reliquum est, bene jam Brandisius observavit, quum Melissus hic doceat, ex nihilo fieri quidquid novi accedat enti, videri Aristotelem hoc præceptum ex alio Melissi loco, non ex primo fragmento sumsisse. In verbis οὐδὲ τελευτὴν εἰς ἣν γιγνόμενον ἂν ἐτελεύτησέ ποτε Sylburgianam lectionem εἰς ἣν vulgatæ εἰς ὃ prætulimus atque inter γιγνόμενον et ἐτελεύτησε inseruimus ἄν, quod flagitat sententia. Neque enim dubium videtur, quin in excerpendis philosophi Eleatici placitis talem respexerit locum Aristoteles, qualis est in fragm. 7 : εἰ μὲν γὰρ ἐγένετο, ἀρχὴν ἂν εἶχεν, ἤρξατο γὰρ ἄν ποτε γινόμενον· καὶ τελευτήν· ἐτελεύτησε γὰρ ἄν ποτε γινόμενον. Quamobrem quod Bergkius dubitanter proponit τελευτήσει necessarium non esse arbitramur.

11. Sequentia apud Aristotelem sic scribuntur a Bekkero : Πᾶν δὲ καὶ ἄπειρον ὂν εἶναι. εἰ γὰρ πλέον ἢ δύο εἴη, πέρατ' ἂν εἶναι ταῦτα πρὸς ἄλληλα. ἓν δὲ ὅμοιον εἶναι πάντα· εἰ γὰρ ἀνόμοια πλείω ὄντα, οὐκ ἂν ἔτι ἓν θεῖναι ἀλλὰ πολλά. ἀΐδιον δὲ ὂν μέτριόν τε καὶ ὅμοιον πάντῃ ἀκίνητον εἶναι τὸ ἕν. οὐ γὰρ ἂν κινηθῆναι μὴ ἔς τι ὑποχωρῆσαν. ὑποχωρῆσαι δὲ ἀνάγκην εἶναι ἤτοι εἰς πλῆρες ἰὸν ἢ κενόν. τούτων δὲ τὸ μὲν οὐκ ἂν δέξασθαι τὸ πλῆρες, τὸ δὲ οὐκ εἶναι οὐδὲν [ἢ] τὸ κενόν. Corrige : Πᾶν δὲ ἄπειρον ἓν εἶναι· εἰ γὰρ πλέω ἢ δύο εἴη, πέρατ' ἂν εἶναι ταῦτα πρὸς ἄλληλα· ἓν δὲ ὂν ὅμοιον εἶναι πάντῃ. εἰ γὰρ ἀνόμοιον, πλείω ὄντα οὐκ ἂν ἔτι ἓν εἶναι, ἀλλὰ πολλά. ἀΐδιον δὲ ὂν ἄμετρόν τε καὶ ὅμοιον πάντῃ, ἀκίνητον εἶναι τὸ ἕν. οὐ γὰρ ἂν κινηθῆναι, μὴ εἴς τι ὑποχωρῆσαν· ὑποχωρῆσαι δὲ ἀνάγκην εἶναι ἤτοι εἰς πλῆρες ἰόν, ἢ εἰς κενόν· τούτων δὲ τὸ μὲν οὐκ ἂν δέξασθαι, τὸ πλῆρες, τὸ δὲ οὐκ εἶναι οὐδέν, τὸ κενόν. Quibus verbis hæc subjecta sententia est : Omne autem infinitum unum esse; si enim plura sint aut duo, ea fines inter se esse (vel mutuo sese terminare), sed unum simile sibi ab omni parte esse, idcirco quia si sui dissimile esset, propter plurium numerum non jam foret unum, sed multa. Unum autem ipsum quum æternum sit et immensum et sibi undique simile, immotum etiam esse, propterea quod moveri non possit, nisi si quo concesserit : oportere autem id quod concedat aut in plenum aut in vacuum concedere : horum alterum, hoc est plenum, id non admittere, alterum, hoc est vacuum, prorsus nihil esse. Initio posuimus πᾶν δὲ ἄπειρον ἓν εἶναι pro vulg. πᾶν δὲ καὶ ἄπειρον ὂν εἶναι vel ut in cod. Lips. est πᾶν γὰρ ἄπειρον ὂν ἓν εἶναι. Brandisius conjecit πᾶν δ' ἄρ', Bergkius πάντῃ δὲ ἄπειρον ὂν ἓν εἶναι : neutra nobis arridet conjectura. Quæ sequuntur in vulgatis exemplaribus sic se habent : εἰ γὰρ πλέον ἢ δύο εἴη, ubi rectius liber Lipsiensis πλέω. Bergkius scribi jussit εἰ γὰρ πλέω ἢ καὶ δύο εἴη, in quo acquiescere posses, si καὶ particulam omisisset. Quod ad rem, de qua disceptatur, attinet cf. tertium Melissi fragm. εἰ δὲ ἄπειρον κ. τ. λ. Deinde quod Bekkerus vulgavit ἓν δὲ ὅμοιον εἶναι πάντα, cujus loco aliquot codd. ὃ μόνον habent, id correximus e membrana Lipsiensi, cujus hæc est scriptura : ἓν δὲ ὂν ὅμοιον εἶναι πάντῃ. Præterea quod Bekkerus edidit : εἰ γὰρ ἀνόμοια πλείω ὄντα, οὐκ ἂν ἔτι ἓν θεῖναι facili negotio emendavi e Cod. Lips. ubi locus sic constituitur : εἰ γὰρ ἀνόμοιον, πλείω ὄντα οὐκ ἂν ἔτι ἓν εἶναι, nisi quod ἓν librarii errore ibi omissum est. Cæteroqui jam Sylburgius εἶναι legendum suspicatus est, quod etiam Brandisius comprobavit Commentt. Eleatt. p. 188. Quæ subjunguntur ἀΐδιον δὲ ὂν ἄμετρόν τε debentur Bekkeri codicibus, qui tamen edidit μέτριον. In libro Lipsiensi Olearius ἄμετρον, Beckius εὔμετρον legisse sibi visus est. Bergkius locum ita studet refingere : ἀΐδιόν τε ὂν ἄπειρόν τε καὶ ἓν καὶ ὅμοιον πάντῃ ἀκίνητον εἶναι : quibus mutationibus vix opus esse putaverim. Quod autem ait μέτριον non posse exponi, id bene videtur Brandisius explicuisse, qui ὅμοιον et μέτριον synonyma esse dicit. Nihilominus ἄμετρον præstat. Dolendum tantum, quod neque hoc Aristotelis loco, neque apud Simplicium perspicua reperitur demonstratio, qua ens undique æquale esse vincatur, siquidem ea quæ fragm. 3 et 4 hac de re disseruntur exigui sunt momenti. Denique in verbis extremis μὴ εἴς τι ὑποχωρῆσαν rescripsi e Cod. Lips. pro ἔτι ὑ., sed πλῆρές ἰόν e Bekkeri conjectura pro πλῆρες ὄν, δέξασθαι autem ex eodem cod. Lips. pro δόξασθαι edidi. Postremo particulam ἢ inter οὐδὲν et τὸ κενόν insertam, quam uncis inclusit Bekkerus, cum Füllebornio expunxi.

18. Bekkerus : Τοιοῦτο δὲ ὂν τὸ ἓν ἀνώδυνόν τε καὶ ἀνάλγητον ὑγιές τε καὶ ἄνοσον εἶναι, οὔτε μετακοσμούμενον θέσει, οὔτε ἑτεροιούμενον εἴδει, οὔτε μιγνύμενον ἄλλῳ. Κατὰ πάντα γὰρ ταῦτα πολλά τε τὸ ἓν γίνεσθαι καὶ τὸ μὴ ὂν τεκνοῦσθαι καὶ τὸ ὂν φθείρεσθαι ἀναγκάζεσθαι. Ταῦτα δ' ἀδύνατα εἶναι. Καὶ γὰρ εἰ τὸ μεμῖχθαί τι ἓν ἐκ πλειόνων λέγοιτο, καὶ εἴη πολλὰ κινούμενα εἰς ἄλληλα τὰ πράγματα, καὶ ἡ μῖξις ἢ ὡς ἐν ἑνὶ σύνθεσις εἴη τῶν πλειόνων, ἢ τῇ ἀπαλλάξει οἷον ἐπιπρόσθησις γίνοιτο τῶν μιχθέντων, ἐκείνους μὲν ἂν δι' ἀλλήλων χωριζόντων εἶναι τὰ μιχθέντα, ἐπιπροσθήσεως δ' οὔσης ἐν τῇ τρίψει γίνεσθαι ἂν ἕκαστον φανερόν, ἀφαιρουμένων τῶν πρώτων τὰ ὑπ' ἄλληλα

τὸ ἓν γίγνεσθαι καὶ τὸ μὴ ὂν τεκνοῦσθαι καὶ τὸ ὂν φθείρεσθαι ἀναγκάζεσθαι· ταῦτα δὲ ἀδύνατα εἶναι. Καὶ γὰρ εἰ τὸ μεμῖχθαί τι ἓν ἐκ πλειόνων λέγοιτο, καὶ εἴη πολλά τε καὶ κινούμενα εἰς ἄλληλα τὰ πράγματα, καὶ ἡ μῖξις ἢ ὡς ἐν ἑνὶ σύνθεσις εἴη τῶν πλειόνων, ἢ τῇ ἐπαλλάξει οἷον ἐπιπρόσθεσις γίγνοιτο τῶν μιχθέντων, ἐκείνως μὲν ἂν τῶν ἀπ' ἀλλήλων χωριζομένων εἶναι τὰ μιχθέντα, ἐπιπροσθέσεως δ' οὔσης ἐν τῇ τρίψει γίγνεσθαι ἂν ἕκαστον φανερόν, ἀφαιρουμένων τῶν πρώτων κατὰ b τὰ ὑπ' ἄλληλα τεθέντα τῶν μιχθέντων· ὧν οὐδέτερον συμβαίνειν. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν τρόπον κἂν εἶναι πολλὰ καὶ οὐκ ἂν ἡμῖν φαίνεσθαι μόνως. Ὥστ' ἐπειδὴ οὐχ οἷόν θ' οὕτως, οὐδὲ πολλὰ δυνατὸν εἶναι τὰ ὄντα, ἀλλὰ ταῦτα δοκεῖν οὐκ ὀρθῶς (πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα κατὰ τὴν αἴσθησιν φαντάζεσθαι ἀπατηλά)· τὸν δὲ λόγον ἂν αἱρεῖν οὔτε ταῦτα γίγνεσθαι, οὔτε πολλὰ εἶναι τὸ ὄν, ἀλλ' ἓν

τεθέντα τῶν μιχθέντων· ὧν οὐδέτερον συμβαίνειν. Priora usque ad ἄνοσον εἶναι membranæ Lipsiensi debentur; reliqui codd. corruptas lectiones præbent. Deinde vulgata exemplaria sic habent : κατὰ πάντα γὰρ ταῦτα πολλά τε τὸ μὴ ὂν γίνεσθαι, καὶ τὸ μὴ ὂν τεκνοῦσθαι, καὶ τὸ ὂν φθείρεσθαι ἀναγκάζεσθαι, quæ ferri non posse in promptu est. In codice Lipsiensi hoc quidem loco legitur γίνεσθαι, sed in plerisque aliis attica forma γίγνεσθαι reperitur. Quod quum ita se habeat propter libri illius præstantiam atticam ubique scripturam ne monito quidem lectore restitui. Spaldingius verba satis plana sic corrigi volebat : Κατὰ πάντα γὰρ ταῦτα πολλά τε τὸ μὴ ὂν καὶ μὴ ἓν γίνεσθαι καὶ τὸ μὴ ὂν τεκνοῦσθαι καὶ τὸ ὂν φθείρεσθαι ἀναγκάζεσθαι. Beckius etiam τὸ ἓν post πολλά τε pro τὸ μὴ ὂν librarii errore scriptum putabat. At nihil mutandum; nam sententiam hanc esse liquet : « his omnibus enim unum mutari in multa atque id quod non sit gigni et quod sit necessario exstingui. » In sequenti enuntiatione codex Lipsiensis εἴη πολλά τε καὶ κινούμενα præbet pro vulgato πολλὰ κινούμενα. Post καὶ ἡ μῖξις in eadem membrana legitur ἡ, sed rectius ponitur ἢ quam lectionem Felicianus expressit qui *vel* interpretatur. Pro ἀπαλλάξει, quod in omnibus est exemplaribus, ἐπαλλάξει rescribere non gravatus sum. Quæ vox quid sonaret, dixi in Democriti fragmm. p. 387. Quod autem Simplicius ad Arist. libb. de Cœl. fol. 150. a. refert τὴν δὲ συμπλοκὴν Ἀβδηρῖται ἐπάλλαξιν ἐκάλουν, ὥσπερ ὁ Δημόκριτος, id latius patet. Nam eodem vocabulo pro συμπλοκῇ utuntur Plato Soph. 240, C, Aristot. Probl. 31, 11 atque alii. Felicianus ἀπαλλάξει interpretatur *recessione*, quod quam frigidum sit non est quod ostendam. Utrum post τῶν μιχθέντων liber Lipsiensis ἐκείνοις, ἐκείνους an ἐκείνως habeat, non facile cerni posse Beckius ait, sed mihi ἐκείνως cum Feliciano legendum videtur, qui vertit *illo modo*. Præterea notandum est, male Bekkerum οἷον ἐπιπρόσθησις et paulo post ἐπιπροσθήσεως δ' οὔσης edidisse neglecta plerorumque codicum auctoritate qui utroque loco ἐπιπρόσθεσις et ἐπιπροσθέσεως præbent. Nam ἐπιπρόσθησις, id est *obtentus*, *obstructio*, *obscuratio*, valde differt ab ea voce quæ hic requiritur, ἐπιπρόσθεσις. Posterius vocabulum vulgatis lexicis, in quibus desideratur, addi convenit. Porro verbis ἐκείνως μὲν ἂν vulgo subjungitur structura δι' ἀλλήλων χωριζόντων, cujus loco in codice Lipsiensi est διάδηλα χωρίζοντα. Neutra scriptura commodum habet sensum; quapropter τῶν ἀπ' ἀλλήλων χωριζομένων scripsi. Denique inter τῶν πρώτων et τὰ ὑπ' ἄλληλα inserui κατὰ præpositionem quam sententia flagitat; pro ὑπ' ἄλληλα autem male in codice conjunctim exaratum est ὑπάλληλα.

b. 2. Vulgata lectio διὰ τοῦτον δὲ τὸν τρόπον præstat quidem ei quæ in libro Lipsiensi est διὰ τούτων δὲ τῶν τρόπων, sed poni oportet κατὰ τοῦτον δὲ τὸν τρόπον. Sequentia sic constituit Bekkerus : κἂν εἶναι πολλὰ κἂν ἡμῖν, ὡς τὸ φαίνεσθαι μόνως, ita enim omnes codices præter Lipsiensem, in quo Beckius invenire sibi visus est κἂν εἶναι πολλὰ κἂν ἡμῖν ᾧ τὸ (vel ἔτι) φαίνεσθαι μόνως. Corrige : κἂν εἶναι πολλὰ καὶ οὐκ ἂν ἡμῖν φαίνεσθαι μόνως. Nam quod Beckius volebat κἂν ἡμῖν ᾖ τὸ φαίνεσθαι μόνως non probamus. Pro οὐχ οἷόν θ' οὕτως cod. Lips. οὐχ οἷόν τε οὕτως et paulo inferius ἀλλὰ ταῦτα, cujus loco in aliis codicibus ἀλλὰ ταὐτά scriptum est. Spaldingius post δοκεῖν distinguens οὐκ ὀρθῶς pro integra sententia accipiebat, quod tamen nequaquam necessarium. Sequitur parenthesis πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα κατὰ τὴν αἴσθησιν φαντάζεσθαι ἅπασαν, in qua postremum vocabulum, licet in omnibus quos Bekkerus inspexit libris manu exaratis deprehendatur, nullo pacto ferri potest. In Lipsiensi ejus loco est ἀπατᾷ; quamobrem Beckius suasit ut corrigeretur φανταζόμενα ἀπατᾷ, Spaldingius vero indicativum illum non convenire orationis tenori ratus ἀπατᾷ vestigium potius veræ lectionis quam veram lectionem ipsam esse judicavit. Itaque infinitivum ἀπατᾶν ei supposuit, quem tamen quum pro glossemate haberet ad explicandum verbum φαντάζεσθαι olim ascripto ipse inventum suum improbavit. Neque tamen diffitetur aptam sententiæ fore juncturam si cui in mentem veniat rescribere : πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα κατὰ τὴν αἴσθησιν φανταζόμενα ἀπατᾶν. Mihi pro ἀπατᾷ adjectivum ἀπατηλά requiri videtur. Ultima hujus comprehensionis verba apud Bekkerum sic se habent : λόγον δ' οὔτ' ἀναιρεῖ τὰ αὐτὰ γίνεσθαι, οὔτε πολλὰ εἶναι τὸ ὄν, ἀλλ' ἀΐδιόν τε καὶ ἄπειρον καὶ πάντῃ ὅμοιον αὐτὸ αὑτῷ. Sed cod. Lips. suppeditat ἀναιρεῖν—ἀλλὰ ἓν ἀΐδιόν τε. Quocirca Brandisius Comm. Eleatt. p. 210 legi voluit λόγος δ' οὔτε ἀναιρεῖ, sed melius Spaldingius locum sic constituit : λόγον δ' ἀναιρεῖν οὔτε ταῦτα γίνεσθαι, οὔτε πολλὰ εἶναι τὸ ὄν, ἀλλ' ἓν κ. τ. λ., usum autem verbi ἀναιρεῖν simili exemplo Phys. p. 58 v. 23 ed. Sylb. ὁ λόγος ἀναιρῶν οὕτως εἶναι τὸ ἄπειρον firmare studet. At non eadem utriusque loci ratio est. Etsi enim non recuso quin ἀναιρεῖν aliquoties apud Aristotelem *vetandi* et *negandi* verbis cum Spaldingio reddatur, tamen hic fortasse rectius dicitur ὁ λόγος αἱρεῖ *ratio evincit*, quam ὁ λόγος ἀναιρεῖ, præsertim quum duplex sequatur negatio οὔτε — οὔτε. Opponitur autem ὁ λόγος τῇ αἰσθήσει. Itaque adjecto articulo quo hæc locutio carere nequit orationem in hunc modum conformavi : τὸν δὲ λόγον ἂν αἱρεῖν οὔτε ταῦτα γίγνεσθαι, οὔτε πολλὰ εἶναι τὸ ὄν, ἀλλ' ἓν κ. τ. λ. In his verbis quum ταῦτα sint τὰ ὄντα, non dubito quin futuri sint qui dicant, pro τὰ αὐτά non tam ταῦτα, quæ pronomina sæpe confunduntur, quam τὰ ὄντα substitui oportere. Cui opinioni quamquam non refragor, tamen et ταῦτα intelligi posse reor. Cæterum totam ῥῆσιν inde a verbis : Καὶ γὰρ εἰ τὸ μεμῖχθαι κ. τ. λ. ita interpretor : « Etenim si unum quid mixtum e pluribus dicatur, sintque multæ res quæ in se mutuo moveantur, ut mixtio vel tanquam in uno plurium compositio vel nexu mixtorum quasi adjectio sit, effici ut illo modo mixta ex iis quæ a sese mutuo separentur composita sint, ubi autem adjectio reperiatur, terendo singulæ partes manifesto appareant, detractis primis in illa mixtarum rerum congerie quæ sub sese mutuo positæ sint; sed horum neutrum evenire. At hoc modo etiam esse multa, nec nobis tantum videri. Idcirco quia res ita esse nequeat, ne fieri quidem posse, ut ea quæ sunt multa sint, sed hæc non recte ita videri (multa enim et alia sensibus fallacia percipi) : rationem vero evincere, hæc [quæ vere sunt] neque

ἀΐδιόν τε καὶ ἄπειρον καὶ πάντῃ ὅμοιον αὐτὸ αὑτῷ. [5]Ἆρ' οὖν δεῖ πρῶτον μὲν μὴ πᾶσαν λαβόντα δόξαν ἄρχεσθαι, ἀλλ' αἳ μάλιστά εἰσι βέβαιοι; ὥστ' εἰ μὲν ἅπαντα τὰ δοκοῦντα μὴ ὀρθῶς ὑπολαμβάνεται, οὐθὲν ἴσως προσήκει οὐδὲ τούτῳ προσχρῆσθαι τῷ δόγματι, ὡς οὐκ ἄν ποτε οὐδὲν γένοιτο ἐκ μηδενός· μία γάρ τίς ἐστι δόξα καὶ αὕτη τῶν οὐκ ὀρθῶν, ἣν ἐκ τοῦ αἰσθάνεσθαί πως ἐπὶ πολλῶν πάντες ὑπειλήφαμεν. Εἰ δὲ μὴ πάντα ἡμῖν ψευδῆ τὰ φαινόμενα, ἀλλά τινές εἰσι καὶ τούτων ὀρθαὶ ὑπολήψεις, ἢ ἐπιδείξαντα τοιαύτην ποία ἐστὶν ἢ τὰς μάλιστα δοκούσας ὀρθάς, ταύτας ληπτέον, ἃς ἀεὶ βεβαιοτέρας εἶναι δεῖ, ἢ αἳ μέλλουσιν ἐξ ἐκείνων τῶν λόγων δειχθήσεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ εἶεν δύο δόξαι ὑπεναντίαι ἀλλήλαις, ὥσπερ οἴεται, εἴ τις πολλὰ γενέσθαι φησίν, ἀνάγκην εἶναι ἐκ μὴ ὄντων. Εἰ δὲ τοῦτο μὴ οἷόν τε, οὐκ εἶναι τὰ ὄντα πολλὰ γένη· τὸ γὰρ ὄν,

---

gigni, neque id quod sit multa esse, sed unum idque æternum et infinitum et undique sibi ipsi simile. »

8. Jam iisdem argumentis quibus usus erat Eleaticus philosophus placitum ejus refellere studet Stagirites. Quærit igitur ἆρ' οὖν δεῖ πρῶτον μὲν μὴ πᾶσαν λαβόντα δόξαν ἄρχεσθαι, ἀλλ' αἳ μάλιστά εἰσι βέβαιοι; Ita Cod. Lipsiensis, cujus scriptura ei quæ subnectitur sententiæ consentanea est. Contra Spaldingius prætulit quod a Feliciano expressum est ἀλλὰ τὸ ἀεὶ μάλιστα βέβαιον ὄν : nam vulgatum illud ἀλλ' ἀεὶ μάλιστα ὂν βέβαιον nullo modo tolerari posse bene intellexit.

11. οὐθὲν ἴσως προσήκει οὐδὲ τούτῳ προσχρῆσθαι τῷ δόγματι. Nihil planius his verbis. Pro οὐθέν, cujus loco alii οὐδὲν legunt, male liber Lips. ὅθεν, qui tamen recte exhibet προσχρῆσθαι. Vulgo προχρῆσθαι.

12. Eleatici philosophi dogma, quod improbat Aristoteles, oratione recta enuntiari videtur Beckio, qui ideo non putat cum Spaldingio ὅτι ante οὐκ ἄν ponendum esse, sed tamen vel ὅτι vel ὡς hic desideratur, id quod optativi usus in citandis aliorum decretis satis ostendit.

14. ἐπὶ πολλῶν πάντες ὑπειλήφαμεν Cod. L. pro vulg. ἐπὶ πολλῶν ὄντες ὑπ.

15. Εἰ δὲ μὴ πάντα ἡμῖν ψευδῆ τὰ φαινόμενα, ἀλλά τινές εἰσι καὶ τούτων ὀρθαὶ ὑπολήψεις. Sic C. L. nisi quod inter εἰ δὲ μὴ et πάντα inserit ἢ, quod nos ut minus necessarium abjecimus. Neutram Spaldingii conjecturam ψευδῆ τὰ ἡμῖν φαινόμενα et τούτων καὶ ὀρθαὶ ὑπολήψεις recipiendam putavi, quum verborum sic transpositorum exempla frequentia apud Aristotelem sint.

16. ἢ ἐπιδείξαντα τοιαύτην ποία ἐστὶν ἢ τὰς μάλιστα δοκούσας ὀρθάς, ita emendavi locum in omnibus libris vitiosum. Cod. Lips. : ἢ ἐπιδείξαντα τοιαύτη (aut τοιαύτῃ) ποία· ἢ τὰς μάλιστα δ. ὀ.; libri quattuor a Bekkero collati ἢ ἐπιδείξαντα τοιαύτην, reliqui ἢ ἐπιδεῖξαι τὰς τοιαύτας ποιότητας μάλιστα δοκούσας ὀρθάς. Spaldingius recte quidem observavit, hoc enuntiatum eo valere, ut ex visis illa seligere veraque pronuntiare jubeamur, quæ maxime sibi constent, sed in sanando ulcere quod in voce ποιότητας latere dicit, parum sibi ipsi satisfacere visus est. Conjicit enim pro ποιότητας legendum esse πονηράς hoc verborum ordine ἢ ἐπιδείξαντα πονηρὰς τὰς μάλιστα δοκούσας ὀρθάς, ταύτας ληπτέον, ἃς ἀεὶ βεβαιοτέρας εἶναι δόξει (pro δεῖ) ἢ τοιαύτας, αἳ μέλλουσιν ἐξ ἐκείνων τῶν λόγων δειχθήσεσθαι, quæ in hunc modum interpretatur : « Sin autem minus omnia, quæ sensibus nostris subjiciuntur, falsa sint, sed aliquæ vel de iis opiniones probari mereantur, jam oportebit aut, docentem vel maxime speciosas nihili esse opiniones, non nisi certissimas quasque tenere, aut eas probare, quæ ipsis illis rationibus (quibus videlicet priores eas opiniones redargueras prima specie mirifice sese commendantes; ita enim rationem sibi reddere videtur vocis ἐκείνων τῶν λόγων) unice veræ appareant. » Aliter atque Spaldingius verba ἐκείνων τῶν λόγων accepit Felicianus apud quem hæc leguntur : « Sin autem non omnia falsa sunt, quæ nobis apparent, sed aliquæ etiam horum rectæ existimationes habentur vel ex demonstratione, quæ maxime rectæ esse videantur, sumi debent, quas identidem certiores esse necesse est, vel quæ ex illarum rationibus demonstrandæ sunt. » Sed quum hæc omnia iis qui accuratius scriptoris mentem indagant vix satisfacere possint, agedum locum quemadmodum a nobis nunc constitutus est, inde a versu 8 sic vertamus : « Nonne igitur primum non omni sumta opinione neque omni quod apparet incipiendum est, sed iis opinionibus quæ maxime firmæ sunt ac stabiles. Quare si omnia, quæ in opinionem veniunt et apparent, non recte existimantur, nihil fortasse convenit hoc præterea uti dogmate, quo nihil ex nihilo fieri statuitur, quippe quum una etiam e non rectis hæc opinio sit, quam sensibus quodammodo multis in rebus omnes imbibimus. Sin autem non omnia falsa sunt, quæ nobis apparent, sed nonnullæ etiam in his rectæ existimationes sunt, oportet demonstrantem aut qualis sit hujusmodi existimatio aut quæ verissimæ videantur, has sumere, quas semper firmiores esse par est, aut eas sumere opiniones quæ rationum ex illis petitarum ope demonstrandæ sunt. »

20. Vulgo ὥσπερ οἴεται, εἰ μὴ πολλὰ γενέσθαι φησίν, ἀνάγκη εἶναι ἐκ μὴ ὄντων. εἰ δὲ τοῦτο μὴ οἷόν τε, οὐκ εἶναι τὰ ὄντα πολλά. γένοιτο γὰρ ἂν ὄν, ὅτι ἔστιν ἄπειρον εἶναι. εἰ δ' οὕτως, καὶ ἕν. ὁμοίως μὲν δὲ ἡμῖν ὁ ἀμφοτέρων π οὐδὲν μᾶλλόν τι ἕν, ἢ ὅτι πολλὰ δείκνυται. εἰ δὲ βέβαιος μᾶλλον ἡ ἑτέρα, ἀπὸ ταύτης ξυμπερανθέντα μᾶλλον δέδεικται. Ingeniose Spaldingius hanc ῥῆσιν correxit : εἰ γὰρ καὶ εἶεν δύο δόξαι ὑπεναντίαι, ὥσπερ οἴεται, εἰ μὲν πολλὰ εἶναί φησιν, ἀνάγκη γενέσθαι ἐκ μὴ ὄντων· εἰ δὲ τοῦτο μὴ οἷόν τε, οὐκ εἶναι τὰ ὄντα πολλά. (γένοιτο γὰρ ἂν ὂν ὅ,τι ἐστίν) ἄπειρον δὲ εἶναι· εἰ δὲ τοιοῦτον, καὶ ἕν. Ὅμως μὲν δὴ ἡμῖν ὁ λόγος ἀμφοτέρων πέρι οὐδὲν μᾶλλον ὅτι ἕν, ἢ ὅτι πολλά, δείκνυται Εἰ δὲ βέβαιος μᾶλλον ἡ ἑτέρα, ἀπὸ ταύτης ξυμπερανθέντα μᾶλλον δέδεικται. Quorum verborum sententia satis plana est : « Etiamsi enim sint inter se pugnantes duæ opiniones, sicut putat (adversarius) : si plura esse dicat, ex nihilo fieri ea necessario ; quod si poni nequeat, plus uno non esse in rerum natura (ea ratione enim quodcunque sit fieri demum id quod sit), esse autem illud infinitum idemque, siquidem infinitum sit, unum ; in neutra tamen earum opinionum ulla apparet ratio, quare unum potius sit, quam plura. Sin autem alterutra est certior opinio, tum quidem ea quæ inde efficiantur, evidentius patere credi possunt. » Periodi hujus protasis a verbis εἰ γὰρ ad καὶ ἕν usque pertinere videtur, unde apodosis tendit ad δείκνυται vel potius ad δέδεικται. Sunt autem verba γένοιτο—ἐστὶν pro parenthesi habenda. Jam nihil luce clarius est, quam significari a scriptore celebratam omnium ore Eleaticorum argumentationem, qua simulatque plura aliquis esse dixerat, ea ex nihilo nata fateri cogebatur. Ingens autem inter id quod est et id quod fit discrimen intercedere Eleatica schola volebat. Cæterum duæ, de quibus agitur, contrariæ opiniones sponte quasi sese offerunt. Una est Eleaticorum illa præceptio : *ex nihilo nihil fit*, in qua non magnum momentum positum esse arbitratur Stagirites, nisi quod iis quæ rerum usu notantur quodammodo conveniat (μία τίς ἐστι δόξα καὶ αὕτη τῶν οὐκ ὀρθῶν, ἣν ἐκ τοῦ αἰσθάνεσθαί πως ὑπειλήφαμεν). Altera opinio priori repugnans ea est, qua plures res, non unam in rerum natura reperiri nobis

ὅτι ἔστιν, ἄπειρον εἶναι· εἰ δ' οὕτως, καὶ ἕν. Ὁμοίως μὲν δὴ ἡμῖν δι' ἀμφοτέρων ὑπολήψεων οὐδὲν μᾶλλόν τι ἕν, ἢ ὅτι πολλὰ δείκνυται· εἰ δὲ βέβαιος μᾶλλον ἡ ἑτέρα, ἀπὸ ταύτης ξυμπερανθέντα μᾶλλον δέδεικται. Εἰ δὲ τυγχάνομεν ἔχοντες ἀμφοτέρας τὰς ὑπολήψεις ταύτας καὶ ὡς οὐκ ἂν γένοιτο οὐδὲν ἐκ μηδενός, καὶ ὡς πολλά τε καὶ κινούμενα μέν ἐστι τὰ ὄντα, ἀμφοῖν δὲ εἰ πιστὴ μᾶλλον αὕτη δόξει, θᾶττον ἂν πρόσοιντο πάντες ταύτην ἐκείνης τὴν δόξαν. Ὥστ' εἰ καὶ συμβαί-
νει ἐναντίας εἶναι τὰς φάσεις, καὶ ἀδύνατον γίγνεσθαί 975
τι ἐκ μὴ ὄντος καὶ πολλὰ εἶναι τὰ πράγματα, ἐλέγχοιτο μὲν ἂν ὑπ' ἀλλήλων ταῦτα. Ἀλλὰ τί μᾶλλον οὔ

---

persuademus. Quam opinionem Eleatici, argumentorum pondere priorem tuentes, quoquo modo labefactare conabantur. Sed in hac contrariarum opinionum probabilitate fieri posse philosophus censet, ut alteram nihilo veriorem quam alteram esse vincamus, si vero certior sit alterutra, simul ea quæ inde efficiantur item certiora esse, e demonstratione patere ait. Quæ quum ita se habeant, in Spaldingii conjecturis acquiescere liceret, nisi et Lipsiensis membranæ auctoritas iis adversaretur et colon illud ὁμοίως μὲν δὴ—δείκνυται minus recte expeditum esset. Mihi igitur Lipsiensis codicis lectiones intuenti, ubi v. 19 εἰ (aut ἢ) γὰρ καὶ εἶεν δύο δόξαι et v. 21 οὐκ εἶναι τὰ ὄντα πολλὰ γένη. τὸ γὰρ ὄν, ὅ τι scribitur, reliqua autem ne lacuna quidem inter ἀμφοτέρων et οὐδέν, cui insertum est π, excepta, sic ut in vulgatis exemplaribus exarantur, nisi quod post ὁμοίως μὲν librarii errore non δὴ sed δεῖ invenitur, locus non admodum corruptus ita emendandus videtur : Εἰ γὰρ καὶ εἶεν δύο δόξαι ὑπεναντίαι ἀλλήλαις, ὥσπερ οἴεται, εἴ τις πολλὰ γενέσθαι φησίν, ἀνάγκην εἶναι ἐκ μὴ ὄντων (subaudi γενέσθαι). Εἰ δὲ τοῦτο μὴ οἷόν τε, οὐκ εἶναι τὰ ὄντα πολλὰ γένη· τὸ γὰρ ὄν, ὅτι ἔστιν, ἄπειρον εἶναι· εἰ δ' οὕτως, καὶ ἕν. Ὁμοίως μὲν δὴ ἡμῖν δι' ἀμφοτέρων ὑπολήψεων οὐδὲν μᾶλλόν τι ἕν, ἢ ὅτι πολλὰ δείκνυται. Reliqua mendo carent. Sensus igitur hic est : « Etsi enim duæ sint contrariæ opiniones, quemadmodum (Melissus) existimat, si quis multa orta esse dicat, necessario ea e nihilo exstitisse : sin autem id fieri nequeat, ea quæ sunt, non esse generum multitudine diversa : ens enim propterea quod sit, infinitum esse, si vero hac ratione infinitum sit, esse etiam unum. Pari modo igitur utraque existimatione non magis unum quam multa esse demonstratur. Sin alterutra certior est, quæ inde effecta sunt, item certiora esse e demonstratione patet. »

26. Vulgata scriptura est : τυγχανόμενα δέ, ἔχοντος ἀμφοτέρας τὰς ὑπολήψεις ταύτας, καὶ κινούμενα μέν ἐστι τὰ ὄντα. ἀμφοῖν δὲ πιστὴ μᾶλλον αὕτη, καὶ θᾶττον ἂν προεῖντο πάντες ταύτην ἐκείνης τὴν δόξαν. Corruptum esse hoc colon omissisque pluribus verbis mutilatum sponte ab omnibus intelligitur. Bern. Felicianus qui vertit : « *quæ quidem si in eum incidant, qui utrasque has opiniones habuerit, licet ea quæ sunt adhuc moveantur, probabilior tamen hæc est, citiusque hanc quam illam opinionem omnes admittent* » videtur aut scriptum in codice invenisse aut certe legendum conjecisse : τυγχανόντων (i. e. τῶν ξυμπερανθέντων) δὲ ἔχοντος ἀμφοτέρας τὰς ὑπολήψεις ταύτας, καὶ κινουμένων ἔτι τῶν ὄντων, ἀμφοῖν δὲ πιστὴ μᾶλλον αὕτη, καὶ θᾶττον ἂν προςεῖντο πάντες ταύτην ἐκείνης τὴν δόξαν. Quæ quamquam aliqua probabilitatis specie commendantur, tamen neque cum sententiarum ordine neque cum libro Lipsiensi congruunt. Spaldingius negat se perspicere, quo referatur prima hujus enunciati vox et quid sibi velit hic repente injecta τῶν κινουμένων mentio. Putat igitur periisse ea, quæ ad alterum illud de motu tollendo decretum Eleaticum spectaverant, neque quidquam in his verbis mutat nisi quod θᾶττον ἂν προςεῖντο pro θᾶττον ἀεὶ προεῖντο substituit. Idem tamen probe intellexit, earundem hic opinionum fieri mentionem, quas oppositas esse vidimus, e nihilo nihil fieri et in rerum natura non unum reperiri, sed plura. Quamobrem duce Lipsiensi codice, ubi legitur : ἐγχανόμενα δὲ ἔχοντες, ἀμφοτέρας (vel ἀμφοτέρων) τὰς ὑπολήψεις ταύτας καὶ ὡς ἂν οὐ γένοι (deinde una littera deleta) ταν (γένοιτ' ἂν scripsit Olearius) οὐδὲν ἐκ μηδενὸς ὄντος πολλά τε (non δὲ ut vult Olear.) καὶ κινούμενα μέν ἐστι τὰ ὄντα, ἀμφοῖν δὲ πιστὴ μᾶλλον αὕτη, καὶ θᾶττον ἂν πρόοιντο πάντες ταύτην ἐκείνης τὴν δόξαν, sic corrigo : Εἰ δὲ τυγχάνομεν ἔχοντες ἀμφοτέρας τὰς ὑπολήψεις ταύτας, καὶ ὡς οὐκ ἂν γένοιτο οὐδὲν ἐκ μηδενός, καὶ ὡς πολλά τε καὶ κινούμενα μέν ἐστι τὰ ὄντα, ἀμφοῖν δὲ εἰ πιστὴ μᾶλλον αὕτη δόξει, θᾶττον ἂν πρόσοιντο πάντες ταύτην ἐκείνης τὴν δόξαν. *Quodsi forte utramque opinionem habemus, e nihilo nihil fieri et ea quæ sunt multa esse atque moveri, utriusque vero opinionis posterior hæc verisimilior visa fuerit, citius omnes hanc* (ὡς πολλά τε καὶ κινούμενά ἐστι τὰ ὄντα) *quam illam probarint.* De structura εἰ τυγχάνομεν—εἰ δόξει—πρόσοιντο ἂν cf. Bernhardi Syntax. p. 386.

29. Ὥστ' εἰ καὶ συμβαίνει ἐναντίας εἶναι τὰς φάσεις, καὶ ἀδύνατον γίγνεσθαί τι ἐκ μὴ ὄντος καὶ μὴ πολλὰ εἶναι τὰ πράγματα, ἐλέγχοιτο μὲν αν ὑπ' ἀλλήλων ταῦτα. Ita codex Lipsiensis, a quo reliqui in eo tantum discrepant, quod pro συμβαίνει ἐναντίας mendose partim συμβαίνοιεν ἄν τις partim συμβαίνειεν ἄν τις et pro φάσεις inepte φύσεις exhibent. Sed φάσεις jam recte expressit Felicianus. Cæterum olim Sylburgius ignota etiam tum Lipsiensis libri scriptura acute conjecerat ὥστ' εἰ καὶ συμφήσειεν ἄν τις. Quod ante πολλὰ εἶναι legitur μὴ deleri oportet, siquidem multum interest inter ἀδύνατον πολλὰ εἶναι et ἀδύνατον μὴ πολλὰ εἶναι (cf. Hermann. ad Viger. pag. 798 seqq. ed. 3) quæ eodem sensu dici putabat Spaldingius p. 35 adn., licet ipse particulam servare nollet. Verba τὰ πράγματα quibus facile carere possis in glossematis suspicionem vocavit Spaldingius, aut nihil eorum loco aut τὰ ὄντα scribendum suspicatus. Nos idem censemus, sed propter exemplaris Lipsiensis auctoritatem nihil hic demere ausi sumus. Opponuntur etiam hoc loco duo illa decreta inter se pugnantia, quæ jam supra commemoravimus, quorum priore nihil e nihilo exsistere, posteriore rerum multitudo statuitur. Nam nisi *unum* defenderetur esse, Eleatici disciplinæ suæ caput, quo non nasci quidquam e nihilo sibi persuaserant, statim convelli opinabantur. At hujus libelli scriptor negans se videre cur alterum placitum alteri præferendum sit, si utrumque committatur, eventurum existimat ut non priore posterius, cui convenienter plura esse in rerum natura credimus, sed posteriore prius vincatur, id quod maxime e sequentibus efficitur. Locum autem sic convertimus : « Quapropter si et illud contingit, ut contrariæ sint hæ enuntiationes et fieri simul nequit, ut e nihilo quidquam oriatur ac præterea ut multæ res in hac rerum universitate sint, alterum dogma altero redarguitur. »

p. 975. a. 3. Verba ἀλλὰ τί μᾶλλον οὕτως ἂν ἔχοι, quæ a superioribus sejungenda sunt, quæstionem continent : *Sed cur potius isto modo* (ut Eleatici volunt) *decreta illa se habeant ?* hoc est, quomodo ullum pondus habeat Eleaticorum sententia? In iis quæ huic quæstioni annectuntur ἴσως τε κἂν φαίη τις τούτοις ἐναντία, *forsitan etiam his* (Eleaticorum scitis) *contraria aliquis affirmaverit*, omisi τε particulam, cujus loco Spaldingius γὰρ inseruerat.

τως ἂν ἔχοι; ἴσως κἂν φαίη τις τούτοις ἐναντία. Οὔτε γὰρ δείξας, ὅτι ὀρθὴ δόξα ἀφ' ἧς ἄρχεται, οὔτε μᾶλλον βέβαιον, ἢ περὶ ἧς δείκνυσι, λαβὼν διελέχθη. Μᾶλλον γὰρ ὑπολαμβάνεται εἰκὸς εἶναι γίγνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος ἢ μὴ πολλὰ εἶναι. Λέγεταί τε καὶ σφόδρα ὑπὲρ αὐτῶν γίγνεσθαί τε τὰ μὴ ὄντα, καὶ γεγονέναι πολλὰ ἐκ μὴ ὄντων, καὶ οὐχ ὅτι οἱ τυγχάνοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν δοξάντων τινὲς εἶναι σοφῶν εἰρήκασιν. Αὐτίκα δὴ Ἡσίοδος « πάντων μὲν πρώτιστα » φησὶ « χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί, ἠδ' Ἔρος, ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισιν· » τὰ δ' ἄλλα φησὶ γενέσθαι, ταῦτα δ' ἐξ οὐδενός. Πολλοὶ δὲ καὶ ἕτεροι εἶναι μὲν οὐδέν φασι, γίγνεσθαι δὲ πάντα, λέγοντες ἐξ οὐκ ὄντων γίγνεσθαι τὰ γιγνόμενα. Ὥστε τοῦτο μὲν δῆλον, ὅτι ἐνίοις γε δοκεῖ καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἂν γενέσθαι.

ΚΕΦ. β'.

Ἀλλ' ἄρα εἰ μὲν δυνατά ἐστιν ἢ ἀδύνατα ἃ λέγει, ἐατέον. Τὸ δὲ πότερον συμπεραίνεται αὐτὰ ἐξ ὧν

4. Οὔτε γὰρ δείξας, ὅτι ὀρθὴ δόξα ἀφ' ἧς ἄρχεται, οὔτε μᾶλλον βέβαιον (intellige δόξαν) ἢ περὶ ἧς δείκνυσι, λαβών, διελέχθη. Non male Felicianus : « neque enim ubi demonstravit rectam esse opinionem, a qua incipit, neque magis certam, quam de qua demonstrat, sumendo, disseruit. » Sed planius id quod philosophus hic ait ita eloquaris : « Melissus enim statim argumentatus est, ita ut prius neque demonstraret rectam esse opinionem a qua inciperet, neque certiorem sumeret opinionem, quam ea est, ad quam ejus demonstratio spectat. » Quorum verborum sensus non erit obscurus, si quis ea quæ p. 974. b. 15 seq. dicta sunt secum reputaverit. Desiderat igitur Aristoteles in Melisso veram disputandi subtilitatem ac necessariam illam philosophis ratiocinandi viam, qua a certis aut probabilibus initiis profecti ad alia progredi debeant.

6. Μᾶλλον γὰρ λαμβάνεται εἰκὸς εἶναι γίνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος ἢ μὴ πολλὰ εἶναι : ita in vulgatis exemplaribus hæc exarantur. In cod. Lips. pro λαμβάνεται bene ὑπολαμβάνεται scriptum est, sed quod sequitur εἰ μὴ πολλὰ pro scripturæ mendo habendum. Sententia vix eget explicatione. Magis, inquit, vulgo probabile ducitur fieri aliquid e nihilo, quam non esse nisi unum in hoc rerum naturæ corpore.

7. Λέγεταί τε καὶ σφόδρα ὑπὲρ αὐτῶν γίγνεσθαί τε τὰ μὴ ὄντα καὶ μὴ γεγονέναι πολλὰ ἐκ μὴ ὄντων. Ita omnes codd.; sed delendum est μὴ ante γεγονέναι cum Spaldingio, qui recte vidit philosophum dicere : « quin confidenter de iis asseverant, fieri quæ non sunt et exstitisse multa e nihilo. »

10. Vulgo δοξάντων εἶναι σοφῶν τινὲς εἰρήκασιν, Cod. L. commodiori verborum collocatione δοξάντων τινὲς εἶναι σοφῶν εἰρ.

11. Quod codices præbent αὐτίκα δ' Ἡσίοδος *statim vero Hesiodus* ferri non potest; requiritur enim *velut jam Hesiodus*. Itaque αὐτίκα δὴ scripsi. Sequentia in plerisque exemplaribus sic exarantur « πρῶτον μὲν πάντων, φησί, χάος ἐγένετ', αὐτὰρ ἔπειτα γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί, ἠδ' ἔρος, ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισιν. » τὰ δ' ἄλλα φησὶ γενέσθαι, ταῦτα δ' ἐξ οὐδενός. Contra in libro Lipsiensi legitur πάντων μὲν πρῶτα, φησί, χάος ἐγένετο, αὐτὰρ ἔπειτα γαῖα—τὰ δ' ἄλλα φησὶ γιγνέσθαι (sic). Longe alia horum versuum scriptura apud ipsum Hesiodum est qui Theog. v. 116 seqq. ita canit :

> Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
> Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
> ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου
> Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης
> ἠδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι.

Eodem modo Hesiodi verba citantur a Cornuto cap. 17, p. 83 ed. Osann., ubi tamen inter πρώτιστα et χάος explicationis gratia interjiciuntur hæc : ὁ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ τόπος et pro γένετ' male scribitur γίνεται. Sextus Empiricus partim habet ἤτοι μὲν γὰρ πρῶτα, ut P. Hyp. III, 16, 121, 123, partim ἤτοι μὲν πρώτιστα ut adv. Phys. I, 6, 7. II, 11 et 18. Posteriorem lectionem tuentur etiam Plutarchus Conviv. Quæst. V, 5, p. 678. F. (vol. VIII p. 702 ed. Reisk.) et initio libelli quo quærit, aqua an ignis sit utilior p. 955 E (vol. IX p. 761 ed. Reisk.) Origenes Philos. c. 26. p. 177. Achilles Tatius Isag. ad Arat. c. 3. Theophilus ad Autol. II, 5. p. 90. Clemens Romanus Hom. IV, 3. Stobæus Ecl. Phys. I, 10. Proclus et Philo ap. Lobeck. Aglaoph. p. 470 seqq. Simplicius ad Aristot. de Cœlo I, 364, b. Cod. Taurin. ap. Peyron. Emped. et Parmen. fragmm. p. 16. At Aristoteles Metaph. I, 4, et Physic. Auscult. IV, 1 in Hesiodi versibus laudandis πάντων μὲν πρώτιστα exaravit, quem locum exscripsit Justinus Martyr Aristot. Dogm. Avers. p. 131. In Schol. ad Il. XVIII, 246, πάντων πρῶτον interpretationem esse τοῦ πρώτιστα apparet. Quum autem ultimus versus qui omittitur Physic. Auscult. l. c. plane ita exhibeatur Metaph. I, 4, ut hoc loco in codicibus scriptus est ἠδ' ἔρος, ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισι, statuendum est Aristotelem aut in suo exemplo Hesiodi verba ita scripta repperisse aut memoriæ lapsu paululum immutasse. Fortasse etiam non deerunt qui cum P. Petito Miscc. Obss. c. 18, cui nuper assensus est Lennepius, Aristotelem dicant consulto quædam hic interpolasse. Fidem facere videtur Parmenidis versiculus prægressus Metaph. l. c.

> πρώτιστον μὲν ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων,

cui convenienter loquentem Hesiodum de industria nescio an Aristoteles fecerit. Sed hæc utcunque existimantur, equidem non dubito, quin e Metaph. l. c. hic, de quo disceptatur, locus corrigendus sit, præsertim quum verborum ordo in cod. Lips. tali emendationi suffragetur. Quamobrem πάντων μὲν πρώτιστα, φησί, χάος γένετ' ponere non gravatus sum. In extremis vulgatam lectionem τὰ δ' ἄλλα φησὶ γενέσθαι quæ longe præstat Lipsiensi nequaquam sollicitavi. Accedit Feliciani auctoritas qui vertit : *Ex quibus alia genita fuisse, ipsa autem hæc ex nihilo*; ut abunde constet eum in egregio quo usus est exemplari γενέσθαι invenisse.

16. Hic quoque vulgata scriptura λέγοντες ἐξ οὐκ ὄντων γίγνεσθαι τὰ γιγνόμενα præferenda est Lipsiensi λέγοντες· οὐκ ἐξ ὄντων γίγνεσθαι τὰ γιγνόμενα, quibus verbis in illo codice supervacaneum annectitur additamentum οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι αὐτοῖς ἅπαντα γίγνοιτο. Denique post δῆλον, ὅτι in omnibus libris habetur ἐν οἷς γε, cujus loco jam recte Sylburgius suspicatus est ἐνίοις γε. Concinit Feliciani interpretatio : « multi præterea alii esse nihil, sed fieri omnia asserunt, ex iis, quæ non sunt, omnia quæ fiunt exsistere affirmantes ; ut nonnullis videri etiam ex iis quæ non sunt gigni omnia quæ fiunt, perspicuum jam sit. »

CAPUT SECUNDUM.

19. Pro ἐατέον Cod. Lips. λεκτέον mero librarii errore. Tum idem liber συμπεραίνεται αὐτὰ præbet pro vulgato

λαμβάνει, ἢ οὐδὲν κωλύει καὶ ἄλλως ἔχειν, ἱκανῶς σκέψασθαι δεῖ· ἕτερον γὰρ ἄν τι τοῦτ' ἴσως ἐκείνου εἴη. Καὶ πρῶτον τεθέντος, ὃ πρῶτον λαμβάνει, μηδὲν γενέσθαι ἂν ἐκ μὴ ὄντος, ἆρα ἀνάγκη ἀγένητα πάντα εἶναι, ἢ οὐδὲν κωλύει γεγονέναι ἕτερα ἐξ ἑτέρων, καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον ἰέναι, ἢ καὶ ἀνακάμπτειν κύκλῳ, ὥστε τὸ ἕτερον ἐκ τοῦ ἑτέρου γεγονέναι, ἀεί τε οὕτως ὄντος τινός, καὶ ἀπειράκις ἑκάστου γεγενημένου ἐξ ἀλλήλων; ὥστε οὐδὲν ἂν κωλύοι τὸ ἅπαντα γεγονέναι, κειμένου τοῦ μηδὲν γενέσθαι ἂν ἐκ μὴ ὄντος, καὶ ἄπειρα τὰ ὄντα πρὸς ἐκεῖνον προσαγορεῦσαι οὐδὲν κωλύει τῶν τῷ ἑνὶ ἑπομένων ὀνομάτων· τὸ ἅπαν γὰρ εἶναι καὶ λέγεσθαι καὶ ἐκεῖνος τῷ ἀπείρῳ προσάπτει. Οὐδέν τε κωλύει, καὶ μὴ ἀπείρων ὄντων, κύκλῳ αὐτῶν εἶναι τὴν γένεσιν. Ἔτι εἰ ἅπαντα γίγνεται, ἔστι δὲ οὐδέν, ὥς τινες λέγουσι, πῶς ἂν ἀΐδια εἴη; ἀλλὰ γὰρ τοῦ μὲν εἶναι ὡς ὄντος καὶ κειμένου διαλέγεται. *Εἰ γάρ, φησί, μὴ ἐγένετο, ἔστι δέ, ἀΐδιον ἂν εἴη*, ὡς δέον ὑπάρχειν τὸ εἶναι τοῖς πράγμασιν. Ἔτι εἰ καὶ ὅτι μάλιστα μήτε τὸ μὴ ὂν ἐνδέχεται γενέσθαι, μήτε ἀπο-

---

αὐτὸ quod exprimit Felicianus : « at vero fierine possint, necne ea quæ dicit, omittendum videtur, sed illud considerandum, utrum ex iis, quæ sumit, id conficiatur, an nihil vetet, quominus alio modo sese res habere queat. » Nos multitudinis numerum magis consentaneum judicamus.

20. Post σκέψασθαι cum Spaldingio inserui δεῖ.

21. Fülleborníus scribi volebat : ἕτερον γὰρ ἄν τι τοῦτ' ἴσως ἐκείνου εἴη τοῦ πρῶτον τεθέντος μηδὲν γενέσθαι ἂν ἐκ μὴ ὄντος ejectis verbis ὃ πρῶτον λαμβάνει, sed codicis Lipsiensis scriptura, quam exhibuimus, servari potest. Postquam primo capite docuit philosophus notum illud Eleaticorum dogma non esse certum et exploratum, jam id operam dat, ut vel maxime concesso illo, ea tamen quæ Eleatici inde coegerunt, consequi neget. Ait igitur, si ex nihilo nihil fieri ponamus, haudquaquam effici, nullam omnino rem esse ortam.

23. ἆρα ἀνάγκη ἀγένητα : ita recte Cod. L. pro ἀγέννητα.

25. ἀνακάμπτειν C. L. bene pro ἀνακάμπτει; infinitivus enim pendet e κωλύει. Opponuntur hic ἕτερα ἐξ ἑτέρων γεγονέναι et τὸ ἕτερον ἐκ τοῦ ἑτέρου γεγονέναι, quorum prius est *alia ex aliis fieri*, ut causa extrinsecus semper afferatur, posterius *se invicem gignere*, ut singulæ res singularum causæ et genitrices sint pariterque ipsæ singulis nascantur.

28. ὥστε οὐδὲν ἂν κωλύοι τὸ ἅπαντα γεγονέναι cum Spaldingio scripsi pro vulgato κωλύοιτο ἅπαντα, quæ conjectura sequentibus verbis κειμένου (ita enim C. L. pro vitioso κινουμένου) τοῦ μηδὲν γενέσθαι ἂν ἐκ μὴ ὄντος imprimis confirmatur. Quippe articulum propterea addidit scriptor, ut evidentius opponerentur quæ pugnare secum dixerant Eleatici τὸ ἅπαντα γεγονέναι et τὸ μηδὲν γενέσθαι ἂν ἐκ μὴ ὄντος. Adde quod Bekkerus in codice Palatino Vaticano repperit κωλύει τό, in quo licet mendoso veræ lectionis vestigium est.

29. Post ὄντος Spaldingius novam orditur sententiam, sed mihi hoc enuntiatum usque ad ὀνομάτων pertinere videtur. Inter ἄπειρα et ὄντα idem τὰ recte inseruit.

30. τῶν τῷ ἑνὶ Cod. L., reliqui male τῶν ἐν τῷ ἑνί.

31. Pro vulg. ἅπαντα Cod. L. τὸ ἅπαν. Extrema hunc sensum præbent : « Neque ullum eorum quæ uni solent imponi nominum obstat, quominus illo auctore infinita nominemus ea quæ sunt. Ipse enim infinito id tribuit, ut et sit et vocetur omne. » Quippe τὸ non refertur ad solum ἅπαν, sed ad εἶναι καὶ λέγεσθαι ἅπαν. Nonnulli codd. a Bekkero inspecti perperam τὰ ἅπαντα. In libro Lipsiensi invenitur προσάπτει supra positis duabus lineolis, quo signo Beckius infinitivum in illo codice semper indicari dicit. At huic loco verbum finitum convenit.

32. In verbis οὐδέν τε κωλύει, καὶ μὴ ἀπείρων ὄντων, aut nihil deest aut articulus τῶν desideratur, quem inter ἀπείρων et ὄντων omissum esse Spaldingius suspicatus est. Docet autem philosophus hic posteriorem e dumetis Eleaticorum evadendi rationem : si enim vel maxime neges infinita esse ea quæ sunt, nihil obstat, quominus invicem sese procreent singula nascanturque inter se in gyrum revoluta.

34. Vulgo sic scribitur : ἔτι εἰ ἅπαντα γίγνεσθαι, ἔστι δὲ οὐδέν, ὥς τινες λέγουσιν, πῶς ἓν ἀΐδια εἴη; ἀλλὰ γὰρ τοῦ μὲν εἶναι ἕν τι ὡς ὄντος καὶ κειμένου διαλέγεται. Εἰ γάρ, φησί, μὴ ἐγένετο, ἔστω δὲ ἀΐδια, ὡς δέον ὑπάρχειν τὸ εἶναι τοῖς πράγμασιν. Eadem fere præbet liber Lipsiensis, nisi quod primum ὥς τινες λέγουσι habet, deinde ἀλλὰ γὰρ τοῦ μὲν εἶναί τι omisso ἕν, denique εἰ γάρ, φησί, μὴ ἐγένετο ἔστω δὲ ἀΐδιον εἴη. Patet autem γίγνεσθαι infinitivum ferri non posse, præterea alienam a sententia esse commemorationem τοῦ ἑνός, porro bis requiri ἂν particulam librariorum negligentia prætermissam. Quæ quum ita sint, Spaldingius in hunc modum verba constituit : ἔτι εἰ ἅπαντα γίγνεται, ἔστι δὲ οὐδέν, ὥς τινες λέγουσι, πῶς ἂν ἀΐδια εἴη; ἀλλὰ γὰρ τοῦ μὲν εἶναι, ὡς ὄντος καὶ κειμένου διαλέγεται. Εἰ γάρ, φησί, μὴ ἐγένετο, ἔστι δέ, ἀΐδιον ἂν εἴη. Beckius pro ἀλλὰ γὰρ exarari voluit aut ἀλλὰ περὶ aut ἀλλὰ γὰρ περί, sed in vulgata structura nihil mendi est. Nam quod Spaldingius jam minime ignoravit, quæ hic leguntur perinde sunt intelligenda ac si dicas : Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐατέον, διαλέγεταί γὰρ ὁ Μέλισσος ὡς ὄντος καὶ κειμένου τοῦ εἶναι. Cæterum verba ὥς τινες λέγουσι ad Heraclitum spectare in promptu est. Cum autem Heracliteo decreto, quo nihil esse, sed omnia fluere et perpetuo mutari Ephesius philosophus statuerat, Melissum impugnasset Aristoteles, reputans secum Heracliteam rationem nihil apud Eleaticos valere, quasi antecedentia correcturus significat ita abhorrere adversarium ab Heracliti dogmate, ut persuasum habeat omnibus rebus τὸ εἶναι esse ascribendum. Felicianus locum non satis percepit.

38. Quæ subjunguntur, a Bekkero aliqua ex parte jam e cod. Lips. emendata sunt : Ἔτι εἰ καὶ ὅτι μάλιστα μήτε τὸ μὴ ὂν ἐνδέχεται γενέσθαι μήτε ἀπολέσθαι τὸ μὴ ὄν, ὅμως τί κωλύει τὰ μὲν γενόμενα αὐτῶν εἶναι, τὰ δ' ἀΐδια, ὡς καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει; ἅπαντα γὰρ κἀκεῖνος ταὐτὰ ὁμολογήσας, ὅτι ἔκ τε μὴ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι, τό τε ὂν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον, ἀεὶ γὰρ θήσεσθαι, ὅπῃ κέ τι αἰὲν ἐρείδῃ, ὅμως τῶν ὄντων τὰ μὲν ἀΐδια εἶναί φησι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, τὰ δ' ἄλλα γίνεσθαί τε καὶ γεγονέναι ἐκ τούτων. Nondum tamen locus legitimam habet formam. Ac primum quidem non recte Empedocles nihili interitum assensu comprobasse perhibetur. Qui quum dixerit, neque e nihilo quidquam procreari, neque ea quæ sint, intercidere posse, Spaldingius jam correxit μήτε τὸ μὴ ὂν ἐνδέχεται γενέσθαι, μήτε ἀπολέσθαι τὸ ὄν. Deinde pro ταὐτὰ ὁμολογήσας e codd. Lips. et Urbinate restitui cum Spaldingio oportet ἅπαντα γὰρ κἀκεῖνος ταῦτα ὁμολογήσας. Nam ταῦτα appellat quæ paulo ante commemorata sunt μήτε τὸ μὴ ὂν ἐνδέχεται γενέσθαι, μήτε τὸ ὂν ἀπολέσθαι. Præterea cod. Lips. ἐκ τοῦ μὴ ὄντος præbet, quod Sylburgius conjecerat, neque ullo modo repudiandum est. Sic enim Philo de mundi ætern. (cf. Galei opusc. p. 510) effatum Empedocleum iisdem prope verbis referens : Λέγεται μέντοι καὶ φθορά.....ἡ τοῦ ὄντος ἀναφαίρεσις παντελής, ἣν καὶ ἀνύπαρκτον ἀναγκαῖον λέγειν. ὥσπερ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίγνεται

λέσθαι τὸ ὄν, ὅμως τί κωλύει τὰ μὲν γενόμενα αὐτῶν
b εἶναι, τὰ δ' ἀΐδια, ὥς καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει; ἅπαντα γὰρ κἀκεῖνος ταῦτα ὁμολογήσας, ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι, τό τε ὂν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον, ἀεὶ γὰρ περιέσεσθαι ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ, ὅμως τῶν ὄντων τὰ μὲν ἀΐδια εἶναί φησι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, τὰ δ' ἄλλα γίγνεσθαί τε καὶ γεγονέναι ἐκ τούτων. Οὐδεμία γὰρ ἑτέρα, ὡς οἴεται, γένεσίς ἐστι τοῖς οὖσιν, ἀλλὰ μόνον μῖξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων ἐστί· φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισι. Τὴν δὲ γένεσιν οὐ προσοῦσαν τοῖς ἀϊδίοις καὶ τὸ ὂν οὐ γίγνεσθαι λέγει, ἐπεὶ τοῦτό γε ἀδύ-

---

οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπαυστον (leg. ἄπρηκτον). Bergkius ἔκ τε τοῦ μὴ ὄντος ait sibi legendum videri. In hac autem enuntiatione planum est non integros reperiri Empedoclis versus, sed partes quasdam solutæ orationi accommodatas. Quocirca ab aliis aliter et hic locus Aristoteleus et ipsius Agrigentini vatis versiculi refícti sunt. Illud vero minime dubium, quin quum elementorum atque adeo ipsius entis æternitatem ostendere voluerit Empedocles, pro θήσεσθαι aliud flagitetur verbum, quod perpetuitatis notionem exprimat. Namque in his mutationibus, quæ continenter fiunt, nunquam accidere censet Empedocles, ut quidquam e nihilo oriatur vel quocunque urgeas quidquam pereat. Bergkius igitur pro θήσεσθαι reposuit θεύσεσθαι eo sensu acceptum quo Empedocles usurpare solet. Nimirum verbum θεῖν ad elementorum mutationes variasque, quas induunt, formas sæpius transtulit Empedocles. Cf. v. 96, 136, 149. At hoc verbo non tam ipsa perennitas et mortis vacuitas designatur, quam perpetua mutatio. Sturzius poetæ manum ita sibi visus est restituisse :

ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι,
τό τε ὂν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον·
αἰεὶ γὰρ στήσονται ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ.

quæ Simon Karstenius p. 96 intacta reliquit, nisi quod primo versu... ἔκ τε μὴ ὄντος et secundo τό τ' ἐὸν ἐξόλλυσθαι scripsit. Quod vero ait, postrema significare : « semper enim stabunt quacunque ratione quis urgeat, » id parum præsidii in Græcorum sermone et usu poetarum habet. Nam *stabunt* a Græcis dici ἑστήξουσι vel ἑστήξονται, sed στήσονται esse *consistent* vel *erigent*, res est notissima. Porro improbamus utramque Wyttenbachii conjecturam a Karstenio p. 191 memoratam : Καὶ τό γ' ὂν ἐξόλλυσθαι et αἰὲν γάρ τοι θεύσετ' vel θήσετ' ὅπῃ quod exponit : θεύσεται vel θήσεταί τις. Longe melius nuper Frid. Panzerbieterus in disputatione quæ inscribitur *Beitræge zur Kritik und Erklærung des Empedocles* (Meiningæ 1844) p. 15 antiqui vatis dictum ita in integrum restituere conatus est :

ἐκ μὲν γὰρ μὴ ἐόντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι,
καὶ δ' ἐὸν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον·
αἰεὶ γὰρ τῇ γ' ἔσται, ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ.

Ultima munire tentat simili loco Iliadis XII, 48.

ὅππῃ τ' ἰθύσῃ, τῇ τ' εἴκουσι στίχες ἀνδρῶν.

At versu sic emendato sententia angustioribus quam ipsius natura fert finibus circumscribitur. Neque enim id agit Empedocles, ut doceat quocunque pellamus ens, ibi fore, sed ut demonstret, omnino illud futurum esse semperque victurum, quocunque propellatur. Sola igitur immortalitas hic spectanda. Quare Spaldingius apud Aristotelem rescribi jussit : Ἀεὶ γάρ, φησίν, ἔσεσθαι ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ, cui emendationi non adversarer, nisi ad versum ex his vocibus componendum aliquid deesset. Mihi apud Aristotelem scribendum videtur : ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι, τό τε ὂν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον, ἀεὶ γὰρ περιέσεσθαι ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ. Inde hos versus compono (vid. Empedocl. vss. 102-104) :

ἐκ τοῦ γὰρ μὴ ἐόντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι,
τό τ' ἐὸν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον·
αἰεὶ γὰρ περιέσται ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ.

De secundo versu confer quæ Karstenius dixit. Neque vero quisquam mirabitur pro θήσεσθαι a nobis poni περιέσεσθαι, qui meminerit quo scripturæ compendio in codicibus manu exaratis interdum περὶ designetur. Illud enim quod Ducangius Append. Gloss Gr. p. 7. citat ⸗, quam facile cum Θ commutari potuerit, luce clarius est.

b. 6. Οὐδεμία γὰρ ἑτέρα ὡς οἴεται γένεσίς ἐστι τοῖς οὖσιν, ἀλλὰ μόνον μῖξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων ἐστίν· φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν· τὴν δὲ γένεσιν προσιοῦσαν τοῖς ἀϊδίοις καὶ τῷ ὅτι γίγνεσθαι λέγει, ἐπεὶ τοῦτό γε ἀδύνατον ᾤετο. Ita Bekkerus qui extrema e Cod. Lips. correxit nec tamen vidit τῷ ὅτι γίνεσθαι intelligi non posse et γένεσιν προσιοῦσαν τοῖς ἀϊδίοις parum perspicue dictum esse. At exemplar Lipsiense τὴν δὲ γένεσιν εἰ πρὸς οὐσίαν et τῷ ὄντι γίγνεσθαι suppeditat. Idcirco Bergkius locum sic constituit : τὴν δὲ γένεσιν πρὸς οὖσι τοῖς ἀϊδίοις καὶ τῷ ὄντι γίνεσθαι λέγει aut τὴν δὲ γένεσιν, εἰ πρὸς οὖσι τοῖς ἀϊδίοις καὶ τῷ ὄντι γίγνεται, λέγει eo sensu, ut Empedocles hanc appellet generationem quum novi aliquid accedat ad ea quæ sunt, quum revera aliquid nascatur. Quod vereor ut possit probari. Illud προσιοῦσαν, utrum e codd. an e veteribus editionibus (legitur enim in Paciana aliisque) sumserit Bekkerus, non liquet. Quod vero Spaldingius ait, quæ sententia sub poetæ philosophi verbis ἐπαυξάνειν τὸ πᾶν, de quibus statim loquemur, subjecta sit, eandem esse verborum nostri philosophi ἡ γένεσις πρόσεισι τοῖς ἀϊδίοις : id propterea nequeo probare, quia vix ullum hujusmodi exemplum apud veteres reperitur. Neque enim laudare licet locos, qualis est Platonicus in Phædone p. 102 E, ὅταν αὐτῷ (i. e. τῷ μεγέθει) προσίῃ τὸ ἐναντίον, τὸ σμικρόν, ubi nihil simile invenias. Quum autem Felicianus vertat : *Generationem autem æternis non inesse, neque ea generari dicit, quod impossibile id prorsus sit,* suspiceris eum in codice suo legisse προσοῦσαν. Totum autem locum ita emendo : Οὐδεμία γὰρ ἑτέρα, ὡς οἴεται, γένεσίς ἐστι τοῖς οὖσιν,

ἀλλὰ μόνον μῖξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων
ἐστί· φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισι.

τὴν δὲ γένεσιν οὐ προσοῦσαν τοῖς ἀϊδίοις καὶ τὸ ὂν οὐ γίγνεσθαι λέγει, ἐπεὶ τοῦτό γ εἀδύνατον ᾤετο. Prior versus in cod. Lips. non recte scribitur ἀλλὰ μόνον μῖξίς τε καὶ δ. In posteriore invenitur ἐστὶ non ἐστὶν, item ἀνθρώποισι non ἀνθρώποισιν. Sed falsum est quod Olearius tradidit atque a Füllebornio et Spaldingio creditum, scriptum esse in illo libro ὀνομάζετ'; nam Beckio teste supra scriptum legitur αι. Φύσις hoc loco nihil est nisi γένεσις ac perperam a Feliciano accipitur pro *natura*. Plutarch. adv. Colot. p. 1113 (tom. X. p. 579. ed. Reisk.) : περὶ τῆς ἐξ οὐκ ὄντων γενέσεως, ἣν φύσιν τινὲς καλοῦσι. Aristot. Phys. p. 26. v. 18 : ed. Sylb. : Ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις ὁδός ἐστιν εἰς φύσιν. Jungitur utrumque vocabulum apud Ocellum cap. II, 3 : Ἐν ᾧ δὲ μέρει τοῦ κόσμου φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν, τρία δεῖ ταῦτα ὑπεῖναι. Cæterum vide Beckii adn. ad Pseudoplut. de philos. decr. I, 30, ubi iidem versus afferuntur.

νατον ᾤετο. Πῶς γὰρ ἄν, φησί, καὶ ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν τί καὶ πόθεν ἐλθόν; ἀλλὰ μισγομένων τε καὶ συντιθεμένων πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρὸς γίγνεσθαι τὰ πολλά, διαλλαττομένων τε καὶ διακρινομένων φθείρεσθαι πάλιν, καὶ εἶναι τῇ μὲν μίξει πολλά τε καὶ τῇ διακρίσει, τῇ δὲ φύσει τέτταρ' ἄνευ τῶν αἰτίων ἢ ἕν. Ἢ εἰ καὶ ἄπειρα εὐθὺς ταῦτα εἴη, *ἐξ ὧν συντιθεμένων γίγνεται, διακρινομένων δὲ φθείρεται, ὡς καὶ τὸν Ἀναξαγόραν φασί τινες λέγειν, ἐξ ἀεὶ ὄντων καὶ ἀπείρων τὰ γιγνόμενα γίγνεσθαι, κἂν οὕτως οὐκ ἂν εἴη ἀΐδια πάντα, ἀλλὰ καὶ γιγνόμενα ἄττα καὶ γενόμενά τ' ἐξ ὄντων καὶ φθειρόμενα εἰς οὐσίας τινὰς ἄλλας. Ἔτι δὲ οὐδὲν κωλύει, μίαν τινὰ οὖσαν τὸ πᾶν μορφήν, ὡς καὶ ὁ Ἀναξίμανδρος καὶ ὁ Ἀναξιμένης λέγουσιν, ὁ μὲν ὕδωρ εἶναι φάμενος τὸ πᾶν, ὁ δέ, ὁ Ἀναξιμένης, ἀέρα, καὶ ὅσοι ἄλλοι οὕτως εἶναι τὸ πᾶν ἓν ἠξιώκασι, τοῦτο ἤδη σχή-

---

11. Πῶς γάρ, φήσει, καὶ ἔπαρξις ἵετο, παντί τε καὶ ποθὲν ἐλθόν; ἀλλὰ μισγομένων τε καὶ συντιθεμένων πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρὸς γίγνεσθαι τὰ πολλά, διαλλαττομένων τε καὶ διακρινομένων φθείρεσθαι πάλιν, καὶ εἶναι τῇ μὲν μίξει πολλά τε καὶ τῇ διακρίσει, τῇ δὲ φύσει τέτταρ' ἄνευ τῶν αἰτίων ἢ ἕν. Servavi locum qualem Bekkerus vulgavit. Initium in libro Lips. sic exhibetur : Πῶς γὰρ φήσει καὶ ἐπαυξησείετο παντὶ καὶ πόθεν ἐλθών, ἀλλὰ σμιγομένων κ. τ. λ. quocum comparari convenit ea quæ apud Simplicium in Aristot. Phys. p. 34 B ex Empedocle depromta exstant (v. 94-95) :

τοῦτο δ' ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν τί κε καὶ πόθεν ἐλθόν,
πῇ δέ κε καὶ ἀπόλοιτο; ἐπεὶ τῶνδ' οὐδὲν ἔρημον.

In posteriore versu καὶ productum ante vocalem et hiatus in verbis ἀπόλοιτο; ἐπεί, qui tamen interpunctione excusatur, morari lectores possit. Sed nihil mutandum. Alioqui commendabilis foret Karstenii conjectura πῇ δὲ καὶ ἐξαπόλοιτ' ἄν; ἐπεὶ κ. τ. λ. a qua non multum discrepat Bergkiana :

τοῦτο δ' ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν κε τί καὶ πόθεν ἐλθόν,
πῇ δὲ καὶ ἐξαπόλοιτό κ', ἐπεὶ τῶνδ' οὐδὲν ἔρημον.

Apud Aristotelem cum Bergkio scribo πῶς γὰρ ἄν, φησί, καὶ ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν τί καὶ πόθεν ἐλθόν; Sin autem versus Empedocleus quem philosophus respexit non fuit idem qui a Simplicio servatus est, possis vel Spaldingio auctore metrum sic restituere :

πῶς κεν ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν τί τε καὶ πόθεν ἐλθόν;

vel quemadmodum Bergkio placuit :

πῶς γὰρ ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν κέ τι καὶ πόθεν ἐλθόν;

Bergkianam rationem alteri præopto, exceptis duabus voculis κέ τι, pro quibus κε τί substituerim hac sententia : *Quid et unde profectum quo modo rerum universitati incrementa afferat? vel qua tandem ratione augeat universum quæ res et unde profecta?* quamquam Bergkianum illud κέ τι non esse deterius libenter concedo. Quod sequitur in cod. Lips. ἀλλὰ σμιγομένων pro μισγομένων recentioris græcitatis est (cf. Corais Ἀτακτ. tom. II. p. 331. et IV. p. 526) et mero librarii errore huic libro insertum. Denique notandum verba τῇ δὲ φύσει τέτταρ' ἄνευ τῶν αἰτίων ἢ ἓν ad quattuor elementa, quæ Empedocles statuit, ignem, aquam, aerem, terram et ad rerum causas (τὰ αἴτια) vel auctores (τοὺς αἰτίους) Amorem atque Discordiam pertinere. Sunt autem elementa illa diversa quidem sed communi immortalitatis vinculo conjuncta atque ex una eademque materia assumtis variis formis et qualitatibus orta. Hinc intelligitur cur res, si a copulandi causis discesseris, et ad quattuor elementa et ad unum revocari queant. Copiose de hoc argumento disseruit Karstenius p. 316 seqq. et p. 336 seqq.

16. Post αἰτίων in Cod. Lips. hæc leguntur : ἢ ἓν εἴη. καὶ ἄπειρα εὐθὺς ταῦτα εἴη, non φησί, ut Olearius voluit. In his verbis patet prius illud εἴη mutandum esse in ἢ εἰ quod in reliquis membranis exstat, præterea male Füllebornium pro εὐθὺς posuisse αὐτός. Neque enim hic, ut in præcedenti enuntiatione, Empedoclis sententia illustratur, sed postquam mediæ orationi illa ὡς καὶ τὸν Ἀναξαγόραν —γίγνεσθαι interposuit auctor, inchoatam periodum verbis κἂν οὕτως continuat. Namque hoc dicit philosophus, etiamsi quis infinita rerum primordia fingat, quæ ab omni fuerint æternitate, ut Anaxagoras fecerit, tamen ne sic quidem contingere, ut omnia sint æterna, sed alia gigni, alia esse genita ex iis quæ sunt, alia denique mutata figura in diversas transire naturas. Quapropter post τῶν αἰτίων ἢ ἓν punctum ponendum, quæ sequuntur autem sic quemadmodum fecimus constituenda sunt. Idem Spaldingius videntur et Bergkius censuisse, quorum prior tamen dubitavit in principio comprehensionis ἢ εἰ, an εἰ δὲ exararet, posterior καὶ γενόμενά τ' delevit.

22. Ἔτι οὐδὲν κωλύει μίαν τινὰ οὐσίαν τὸ πᾶν μορφήν, ὡς ὁ Ἀναξίμανδρος καὶ ὁ Ἀναξιμένης λέγουσιν, ὁ μὲν ὕδωρ εἶναι φάμενος τὸ πᾶν, ὁ δέ, ὁ Ἀναξιμένης, ἀέρα, καὶ ὅσοι ἄλλοι οὕτως εἶναι τὸ πᾶν ἓν ἠξιώκασιν. Τοῦτο ἤδη σχήμασί τε καὶ πλήθεσι καὶ ὀλιγότητι, καὶ τῷ μανὸν ἢ πυκνὸν γίγνεσθαι, πολλὰ καὶ ἄπειρα ὄντα τε καὶ γιγνόμενα ἀπεργάζεται τὸ ὅλον. Ita Bekkerus locum distinxit qui me judice in unum verborum circuitum contrahendus erat. Quum autem monstrare studeat, fieri posse, ut alia sint ex æterno tempore, alia autem generata, quemadmodum Agrigentinus philosophus decreverit, sempiterna esse quattuor illa elementa e quibus eorum quæ videmus infinita vis et copia oriatur, aut ut Anaxagoras arbitratus sit, rerum principia esse infinita ex iisque copulandi disjungendique varietate omnia esse procreata, nihil obstare dicit Aristoteles, quominus etiam ex una aliqua rerum specie multa atque adeo infinita, quæ partim sunt partim fiunt, progignantur. Quamobrem primum cod. Lips. auctoritate οὖσαν scribendum pro οὐσίαν, quod Füllebornius conjecit, Felicianus expressit, deinde pro ἀπεργάζεται cum Spaldingio et Bergkio ἀπεργάζεσθαι reponendum. Una superest difficultas. Nam quo spectet illud τὸ ὅλον, non facile dixeris. Adde quod Felicianus hæc verba in exemplari suo non repperit. Ita enim vertit : « Accedit quod nihil vetat, quin una quædam substantia et forma universum sit, sicut et Anaximander et Anaximenes inquiunt, alter aquam esse universum, Anaximenes aerem asserens, et quicunque alii ita universum esse unum censuerunt. Id enim et figuris et multitudinibus et paucitatibus, et dum rarum et densum evadit, multa et infinita ea quæ et sint et gignantur efficit. » Bergkius existimat τοῦτο referri ad unum illud elementum (μορφήν), quod sive quantitatis sive qualitatis rationem habeas multifariam dividatur et tamen totum illud (τὸ ὅλον) efficiat. At si hæc μορφή est universum, quomodo efficere poterit totum, quod nomine magis quam re hoc aliisque veterum locis differt ab universo? Itaque nihil frequentius in Pseudocelli libro, quem licet suppositum, antiquum tamen esse constat, quam junctum utrumque nomen velut cap. I, 5 : Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὑτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον, et ibid. 7 : Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον. Quæ quum ita sint, acute Frid. Sylburgius pro τὸ ὅλον conjecit ταὐτὸ ὄν, quod ego recipere non sum gravatus. Tum igitur post longio-

μασί τε καὶ πλήθεσι καὶ ὀλιγότητι καὶ τῷ μανὸν ἢ πυκνὸν γίγνεσθαι πολλὰ καὶ ἄπειρα ὄντα τε καὶ γιγνόμενα ἀπεργάζεσθαι, ταὐτὸ ὄν. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Δημόκριτος τὸ ὕδωρ τε καὶ τὸν ἀέρα ἕκαστόν τε τῶν πολλῶν, ταὐτὸ ὄν, ῥυσμῷ, διαθιγῇ καὶ τροπῇ διαφέρειν· τί δὴ κωλύει καὶ οὕτως τὰ πολλὰ γίγνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι, ἐξ ὄντος ἀεὶ εἰς ὂν μεταβάλλοντος ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς τοῦ ἑνός, καὶ οὐδὲν οὔτε πλέονος οὔτε ἐλάττονος γιγνομένου τοῦ ὅλου; ἔτι τί κωλύει πολλὰ μὲν ἐξ ἄλλων τὰ σώματα γίγνεσθαι καὶ διαλύεσθαι εἰς σώματα, οὕτως δὲ διαλυόμενα καὶ ἴσα γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι πάλιν; εἰ δὲ καὶ ταῦτά τις συγχωροίη, καὶ εἴη

---

rem parenthesin ὡς καὶ ὁ Ἀναξίμανδρος—ἠξιώκασι apparet τοῦτο referri ad πᾶν et memorata rerum in hac universitate nascentium multitudine atque infinita copia periodum claudi iis verbis, quæ tamen hoc rerum naturæ corpus per se unum et æquabile esse, quod initio enuntiatum erat illa junctura μίαν τινὰ οὖσαν μορφήν, ad totam sententiam mente comprehendendam iterum significent. Quod reliquum est, Sylburgii conjectura sequenti enuntiato confirmari videtur.

29. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Δημόκριτος τὸ ὕδωρ τε καὶ τὸν ἀέρα ἕκαστόν τε τῶν πολλῶν, τοῦτο ὄν, ῥυθμῷ διαφέρειν. Τί δὴ κωλύει καὶ οὕτως τὰ πολλὰ γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι, ἐξ ὄντος ἀεὶ ἐς ὂν μεταβάλλοντος ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς τοῦ ἑνὸς καὶ οὐδὲν οὔτε πλέονος οὔτε ἐλάττονος γιγνομένου τοῦ ὅλου. In his quoque verbis, quæ ut a Bekkero vulgata sunt ascripsi, plura librariorum manibus menda insederunt. Ac primum quidem egregia est libri Lips. scriptura ταὐτὸ ὂν pro τοῦτο ὄν, quam Sylburgius jam sola ingenii ope invenerat. Deinde pro ῥυθμῷ quod in omnibus codd. legitur, uno excepto, quo Bernardus Felicianus olim usus est, formam Democriteam, ῥυσμῷ, quam alibi Aristoteles usurpat (vide fragmm. Democr. p. 133 et 381) et quæ a Feliciano perperam *fluxionis* vocabulo redditur, cum Sylburgio hic restitui oportet; tum pro ἐς ὂν scribi convenit εἰς ὄν, ut est in cod. Lips.; denique illa, quorum mentio fit discrimina (ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς) indicio sunt partem aliquam hujus enuntiationis, qua præter ῥυσμὸν etiam διαθιγὴ et τροπὴ memorabantur periisse. Idcirco Bergkius sic scripsit : Φησὶ δὲ καὶ ὁ Δημόκριτος τὸ ὕδωρ τε καὶ τὸν ἀέρα ἕκαστόν τε τῶν πολλῶν ταὐτὸ ὂν ῥυσμῷ, διαθιγῇ καὶ τροπῇ διαφέρειν· τί δὲ κωλύοι ἂν καὶ οὕτως τὰ πολλὰ γίγνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι, ἐξ ὄντος ἀεὶ εἰς ὂν μεταβάλλοντος ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς κ. τ. λ., a quo in eo tantum dissentio, quod vulgatam τί δὴ κωλύει propter Lipsiensis aliorumque codd. lectionem τί δεῖ κωλύειν vel ut est in Aldina prima τί δὴ κωλύειν non sollicito.

35. Ἔτι τί κωλύει, ποτὲ μὲν ἐξ ἄλλων τὰ σώματα γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι πάλιν. Mirandum est mutilam hanc enuntiationem non esse correctam a Bekkero e cod. Lips. Nam hic Olearius eadem præbet quæ Beckius, nisi quod pro οὕτως δὴ exhibet οὕτως δέ. Hæc autem exstant in Lipsiensi exemplari : Ἔτι τί κωλύει πολλὰ μὲν ἐξ ἄλλων τὰ σώματα γίγνεσθαι [καὶ διαλύεσθαι εἰς σώματα, οὕτως δὴ ἀναλυόμενα καὶ ἴσα γίγνεσθαί τε] καὶ ἀπόλλυσθαι πάλιν. Videmus integrum versum in reliquis membranis excidisse. At vero ne ea quidem quæ Lipsiensis liber suppeditat, satis integra esse ratus in hunc modum Bergkius sententiam corrigi jussit : Ἔτι τί κωλύει πολλὰ μὲν ἐξ ἀλλήλων τὰ σώματα γίγνεσθαι καὶ διαλύεσθαι εἰς σώματα, οὕτως δὲ γιγνόμενά τε καὶ ἀναλυόμενα ἴσα γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι πάλιν. Vult enim a philosopho dici, fieri etiam posse, ut quæ ex se invicem procreentur et in se revertantur, ea et in nascendo et in intereundo eandem servent quantitatem. Quod quamquam per se consentaneum est, tamen vel sine his mutationibus magnam partem inest in verbis e codice prolatis. Spaldingio omnia recte se habere visa sunt præter vocem ἴσα cujus loco συνιστάμενα legendum suspicabatur. Ego nihil muto, nisi ἀναλυόμενα, quod in διαλυόμενα converti propter constantem meliorum scriptorum usum necesse est. Quæ enim corpora ita corrumpuntur ut in aliam abeant naturam, non dicuntur ἀναλύεσθαι, sed διαλύεσθαι. Præterea διαλύεσθαι εἰς σώματα, οὕτως δὲ et ἴσα scribi oportere non est quod moneam. Fortasse etiam erunt qui post σώματα ita continuent orationem : τὰ δὲ οὕτως διαλυόμενα κ. τ. λ. quibus equidem non magnopere refragor. Quocirca Aristotelis verba ita interpretari licet : « Quid igitur impedit, quominus multa quidem corpora ex aliis nascantur et corruptione in alia corpora transeant, sic corrupta autem æquo numero renascantur et rursus intereant. »

38. Εἰ δὲ καὶ ταῦτά τις συγχωροίη, καὶ εἴη τι καὶ ἀγένητον, τί μᾶλλον ἄπειρον δείκνυται; ἄπειρον γὰρ εἶναί φησιν, εἰ ἔστι μέν, μὴ γεγονέναι. πέρατα γὰρ εἶναι τὴν τῆς γενέσεως ἀρχήν τε καὶ τελευτήν. Καίτοι τί κωλύει ἀγένητον ὂν ἔχειν πέρας ἐκ τῶν εἰρημένων; εἰ γὰρ ἐγένετο, ἀρχὴν ἔχειν ἀξιοῖ ταύτην, ὅθεν γίγνοιτο, εἰ γιγνόμενα. Ita Bekkerus, qui primum hæc non bene distinxit : nam inter γεγονέναι et πέρατα ponenda μέση στιγμή, item inter τελευτὴν et καίτοι : deinde nullum vitium sustulit. Post ἀγένητον, cujus loco male in cod. Lips. hic scriptum est ἀγέννητον, repetitur in eodem libro εἴη addita interrogationis nota. Utrumque oscitanti librario tribuimus. Tum nonnullæ membranæ habent εἴη τι μᾶλλον, sed legendum cum cod. L. τί μᾶλλον ἄπειρον; Porro egregiam Sylburgii conjecturam pro μὴ γεγονέναι legentis μὴ γέγονε δέ, quæ mihi utique probatur, jam Spaldingius arripuit. Conspirat Feliciani interpretatio : « infinitum enim esse inquit, si sit quidem aliquid, sed genitum tamen minime fuerit. » Contra Beckius malebat εἶναι ante φησὶν deleri quam cum Sylburgio γεγονέναι in γέγονε δὲ mutari. Alterutrum fieri necesse est, ut ratio grammatica constet. Quo magis miramur Bergkium nihil de hac structura adnotasse. Præterea liber Lips. perperam γενήσεως pro γενέσεως exhibet neque quidquam novi affert in verbis ἐκ τῶν εἰρημένων, quæ mendosa esse sequentia ostendunt. Eodem mendo Feliciani codex laboravit, quum in interpretatione latina reperiatur : « At enim quid obstat, id quod ingenitum est, ex antedictis finem habere. » Mihi arridet Spaldingii conjectura qui pro ἐκ substituit ἐκτός (eo sensu acceptum quo est apud Plat. Gorg. D ἔχεις τι ἐκτὸς τούτων λέγειν et alios), ut in verbis Aristoteleis hæc sit sententia : « Quid autem vetat, vel id, quod natum non sit, habere terminum præter commemoratos illos? » Extrema quæ misere corrupta sunt ὅθεν γίγνοιτο, εἰ γιγνόμενα, sed in editione Aldina minore paulo rectius constituta ὅθεν γίγνοιτο τὰ γιγνόμενα (quam scripturam Felicianus expressit et Spaldingius inserto ἀεὶ, ut esset τὰ ἀεὶ γιγνόμενα, tueri volebat), nunc emendari possunt e libro Lips., ubi ἔχειν ἀρχὴν inverso ordine et ὅθεν ἤρξατο γιγνόμενα exstat. Sententiarum tamen continuatio singularem numerum γιγνόμενον, qui et Bergkio præstare visus est, flagitat. Quamobrem ultima sic conformamus : Εἰ γὰρ ἐγένετο, ἔχειν ἀρχὴν ἀξιοῖ ταύτην, ὅθεν ἤρξατο γιγνόμενον. Postquam Aristoteles usque ad hunc locum unum præcipue Melissi decretum, quo nihil unquam nasci dixerat, impugnavit, jam alterum ejus dogma convellere et labefactare tentat, quo quod esset, idem infinitum esse affirmabat. Quum igitur nasci quædam sive finita sive infinita essent initia rerum docere studuisset, hac nunc omissa controver-

τι καὶ ἀγένητον, τί μᾶλλον ἄπειρον δείκνυται; ἄπειρον γὰρ εἶναί φησιν, εἰ ἔστι μέν, μὴ γέγονε δέ· πέρατα γὰρ εἶναι τὴν τῆς γενέσεως ἀρχήν τε καὶ τελευτήν· καίτοι τί κωλύει ἀγένητον ὂν ἔχειν πέρας ἐκτὸς τῶν εἰρημένων; εἰ γὰρ ἐγένετο, ἔχειν ἀρχὴν ἀξιοῖ ταύτην, 976 ὅθεν ἤρξατο γιγνόμενον. Τί δὴ κωλύει, καὶ εἰ μὴ ἐγένετο, ἔχειν ἀρχήν; οὐ μέντοι γε ἐξ ἧς ἐγένετο, ἀλλ' ἑτέραν, καὶ εἶναι περαίνοντα πρὸς ἄλληλα ἀΐδια ὄντα. Ἔτι τί κωλύει, τὸ μὲν ὅλον ἀγένητον ὂν ἄπειρον εἶναι, τὰ δ' ἐν αὐτῷ γιγνόμενα πεπεράνθαι, ἔχοντ' ἀρχὴν καὶ τελευτὴν γενέσεως; ἔτι καί, ὡς ὁ Παρμενίδης φησί, τί κωλύει καὶ τὸ πᾶν ἓν ὂν καὶ ἀγένητον ὅμως πεπεράνθαι, καὶ εἶναι πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ, μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ· τὸ γὰρ οὔτε τι μεῖζον οὔτε τι βαιότερον πελέμεν χρεών ἐστι τῇ ἢ τῇ. Ἔχον δὲ μέσον καὶ ἔσχατα, πέρας ἔχει ἀγένητον ὄν, ἐπεὶ εἰ καί, ὡς αὐτὸς λέγει, ἕν ἐστι, καὶ τοῦτο σῶμα, ἔχει ἄλλα ἑαυτοῦ μέρη καὶ ταῦτα ὅμοια πάντα· καὶ γὰρ ὅμοιον οὕτω λέγει τὸ πᾶν εἶναι, οὐχὶ ὡς ἄλλοι ἑτέρῳ τινί, ὅπερ καὶ Ἀναξαγόρας ἐλέγχει, ὅτι ὅμοιον τὸ ἄπει-

---

sia, quod sit æternum id necessario infinitum esse negat. In quo insigne conjecturæ ἐκτὸς τῶν εἰρημένων firmamentum ex iis quæ subjiciuntur τί δὴ κωλύει, καὶ εἰ μὴ ἐγένετο, ἔχειν ἀρχήν; οὐ μέντοι γε ἐξ ἧς ἐγένετο, ἀλλ' ἑτέραν, καὶ εἶναι περαίνοντα πρὸς ἄλληλα ἀΐδια ὄντα accedit. Cæteroquin Aristoteli ipsius Melissi fragmentum, quod servavit Simplicius in Phys. p. 23 b (cf. fragm. 7) hic obversatum videtur. In illo enim legitur ἤρξατο γὰρ ἄν ποτε γινόμενον pariter atque a nobis cum Bergkio restitutum est.

p. 976. a. 1. Τί δὴ κωλύει, καὶ εἰ μὴ ἐγένετο, ἔχειν ἀρχήν, οὐ μέντοι γε ἐξ ἧς γε ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν· καὶ εἶναι περαίνοντα πρὸς ἄλληλα ἀΐδια ὄντα. Hic particulas γε et καὶ temere a librario adjectas aut e superioribus male repetitas loco movendas esse in promptu est. Itaque Bergkius melius distinctis cæteris οὐ μέντοι ἐξ ἧς γε ἐγένετο, ἀλλὰ ἑτέραν conjecit; possis etiam οὐ μέντοι γε ἐξ ἧς ἐγένετο, ἀλλ' ἑτέραν reponere. De reliquo ea quæ hic dicuntur concinunt cum ipsius Melissi disputatione apud Simplic. in Phys. p. 22 b, et p 23 b (cf. fragm. 3 et 10).

4. Ἔτι τί κωλύει τὸ μὲν ὅλον ἀγέννητον ὂν ἄπειρον εἶναι, τὰ δ' ἐν αὐτῷ γιγνόμενα πεπεράνθαι, ἔχοντ' ἀρχὴν καὶ τελευτὴν γενέσεως; ἔτι καὶ ὡς ὁ Παρμενίδης φησί, τί κωλύει καὶ τὸ πᾶν ἓν ὂν καὶ ἀγένητον ὅμως πεπεράνθαι, καὶ εἶναι πάντοθεν ἐγκύκλου σφαίρας ἐναλίγκιον ὄγκῳ, μέσσοθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ· τὸ γὰρ οὔτε τι μεῖζον οὔτε τι βαιότερον εἶναι μέχρι ὂν ἐστι τῇ ἢ τῇ. Ita Bekkerus locum vulgavit, in quo primum id mirari subit quod vir doctissimus initio ἀγέννητον, deinde, quomodo hic ponendum, ἀγένητον scripsit. Porro in versibus Parmenideis (cf. v. 103—105) qui a pluribus citantur scriptoribus (vid. comment.) ac facili negotio emendari poterant, non modo ἐγκύκλου reliquit pro eo quod est apud Platonem, Simplicium et in cod. Lips. εὐκύκλου, sed ultimum versum tam mendose edidit, ut intelligi nequeat, quamvis pro βεβαιότερον quod in veteribus Aristotelis editionibus exstat nescio ingenii an codicis ope scripserit βαιότερον. Scripturæ menda sunt in libro Lipsiensi ὄγκον pro ὄγκῳ (infra tamen ὄγκῳ) et quæ non differunt a Bekkeri contextu εἶναι μέχρι ὂν ἐστι τῇ, quibus interjecta lacuna ἔχον subjungitur. Sed unde his versibus medicina afferri posset, jam bene perspexerat Spaldingius. Corrige igitur:

> πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ
> μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ· τὸ γὰρ οὔτε τι μεῖζον
> οὔτε τι βαιότερον πελέμεν χρεών ἐστι τῇ ἢ τῇ.

Est vero πελέμεν apud Simplicium, πελέναι apud Platonem.

10. Ἔχον δὲ μέσον καὶ ἔσχατα, πέρας ἔχει ἀγέννητον ὄν, ἐπεὶ εἰ καί, ὡς αὐτὸς λέγει, ἕν ἐστι καὶ τοῦτο σῶμα, ἔχει ἄλλα ἑαυτοῦ μέρη, εἰ τάδε ὅμοια πάντα. καὶ γὰρ ὅμοιον οὕτω λέγει τὸ πᾶν εἶναι οὐ. . . . ἄλλῳ τινί, ὃ περανθῆναι ὁρᾷς, ἐλέγχει εἴ τι ὅμοιον τὸ ἄπειρον. τό γε ὅμοιον, ἑτέρῳ ὅμοιον, ὥστε δύο ἢ πλείω ὄντα οὐκ ἂν ἓν οὐδ' ἄπειρον εἶναι. Ἀλλ' ἴσως τὸ ὅμοιον πρὸς αὐτὸ λέγει καὶ φησὶν αὐτὸ ὅμοιον εἶναι πᾶν ὅτι ὁμοιομερὲς ὕδωρ ὂν ἅπαν ἢ γῆ ἢ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο. Meræ hic salebræ sunt atque ut Spaldingius ait βόρβορος παχύς, sed exemplaris Lipsiensis auxilio ex his locorum angustiis aliqua ex parte emergere licebit. Post ἀγένητον ὂν iterum in illo codice reperitur lacuna, quam sex octove litteræ explere poterant, ac deinde ποιεῖ καὶ ὡς αὐτός; post μέρη deest εἰ, tum habet τὰ δὲ ὅμοια πάντα. Mox τὸ πᾶν εἶναι, οὐχὶ ὡς ἀλλ..... τινί, unde intelligitur spatium lacunæ majus esse, quam quod solo ω expleatur. Quare Beckius conjecit οὐχὶ ὡς ἄλλοι, ἑτέρῳ τινί. Sequitur lectio memorabilis ab Oleario neglecta. Nam pro vitioso ὃ περανθῆναι ὁρᾷς ἐλέγχει εἴ τι reperitur ὅπερ Ἀθηναγόρας ἐλέγχει ὅτι ὅμοιον τὸ ἄπειρον. Athenagoræ nomen in margine quoque Codicis, sed recentiore manu positum quum alienum ab hoc loco sit, in Anaxagoræ nomen mutandum esse Beckius adnotavit. Ante ἀλλ' ἴσως in cod. plene interpunctum est; tum πρὸς τὸ αὐτὸ legitur. Denique aliter atque in veteribus editionibus, ubi est τὴν γῆν, in codice illo scriptum est ἡ γῆ ἢ τι τοιοῦτον ἄλλο. Multa quidem Spaldingius non male constituit sic scribendo: Ἔχον δὲ μέσον καὶ ἔσχατα, πέρας ἔχει ἀγένητον ὄν, ἐπεὶ εἰ καὶ ὡς αὐτὸς λέγει, ἕν ἐστι, καὶ τοῦτο (vel οὕτως) σώματα ἔχει ἄλλα ἑαυτοῦ μέρη, εἰ τόδε ὅμοιον πάντῃ· καὶ γὰρ ὅμοιον οὕτω λέγει τὸ πᾶν εἶναι, οὐχ ὡς ἄλλῳ τινὶ οὐ περανθῆναι ἂν ὅροις ἐλέγχει εἴ τινι ὅμοιον τὸ ἄπειρον· τὸ γὰρ ὅμοιον ἑτέρῳ ὅμοιον, ὥστε δύο ἢ πλείω ὄντα οὐκ ἂν ἓν οὐδ' ἄπειρον εἶναι. Ἀλλ' ἴσως τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ αὐτὸ λέγει καί φησιν αὐτὸ αὑτῷ ὅμοιον εἶναι τὸ πᾶν, ὅτι ὁμοιομερές, ὕδωρ ὂν ἅπαν ἢ γῆν ἢ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο. Sed quum Olearii indiligentia deceptus veras libri Lipsiensis lectiones non nosset, non est mirandum, virum præstantissimum tamen non ubique verum invenisse. Contra Bergkius auctor est, ut in hunc modum tota ῥῆσις refingatur: Ἔχον δὲ μέσον καὶ ἔσχατα, πέρας ἔχει, ἀγένητον ὄν. Ἔτι, εἰ ὡς καὶ αὐτὸς λέγει, ἕν ἐστι καὶ τοῦτο σῶμα, ἔχει ἄλλα ἑαυτοῦ μέρη, τὰ δὲ (vel ταῦτα δὲ) ὅμοια πάντα· καὶ γὰρ ὅμοιον οὗτος λέγει τὸ πᾶν εἶναι, οὐχὶ ὡς ἄλλοι ἑτέρῳ τινί, ᾧ περανθείη ἄν, ὅπερ Ἀναξαγόρας ἐλέγχει, ὅτι ἀνόμοιον τὸ ἄπειρον· τὸ γὰρ ὅμοιον ἑτέρῳ ὅμοιον, ὥστε δύο ἢ πλείω ὄντα οὐκ ἂν ἓν οὐδ' ἄπειρον εἶναι. Ἀλλ' ἴσως τὸ ὅμοιον πρὸς αὑτὸ λέγει, καί φησιν αὑτῷ ὅμοιον εἶναι πᾶν, οἷον ὁμοιομερὲς ὕδωρ ὂν ἅπαν ἢ γῆν ἢ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο. Adjecit ᾧ περανθείη ἄν, quamquam non ignoravit, hæc etiam abesse posse, sed necessario scribendum ratus est ὅτι ἀνόμοιον τὸ ἄπειρον propter Anaxagoræ disputationem apud Simplicium in Phys. p. 33 b (fragm. VI p. 97 ed. Schaub.; IV p. 22 ed. Schorn.) σπερμάτων ἀπείρων πλῆθος οὐδὲν ἐοικότων ἀλλήλοισι· οὐδὲ γὰρ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἔοικε τῷ ἑτέρῳ τὸ ἕτερον. Τουτέων δὲ οὕτως ἐχόντων ἐν τῷ σύμπαντι χρὴ δοκέειν ἓν εἶναι πάντα χρήματα et extrema verba fragmenti VIII ap. Schaub. p. 101 (VI ap. Schorn. p. 25) νόος δὲ πᾶς ὅμοιός ἐστι καὶ ὁ μέζων καὶ ὁ ἐλάσσων· ἕτερον δὲ οὐδέν ἐστι ὅμοιον οὐδενὶ ἑτέρῳ ἀπείρων ἐόντων, ἀλλ' ὅτεου (ita enim lege, non ὅτεῳ) πλεῖστα ἔνι, ταῦτα ἐνδηλότατα ἓν ἕκαστόν ἐστι καὶ ἦν. Adde quod Aristotelis locum vel

ρον· τὸ δὲ ὅμοιον ἑτέρῳ ὅμοιον, ὥστε δύο ἢ πλείω ὄντα, οὐκ ἂν ἓν οὐδ' ἄπειρον εἶναι. Ἀλλ' ἴσως τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ αὐτὸ λέγει καί φησιν αὐτὸ ὅμοιον εἶναι πᾶν, ὅτι ὁμοιομερές, ὕδωρ ὂν ἅπαν ἢ γῆν ἢ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο. Δῆλος γὰρ οὕτως ἀξιῶν εἶναι ἓν τῶν δὴ μερῶν ἕκαστον σῶμα ὄν, ὃ οὐκ ἄπειρόν ἐστι. Τὸ γὰρ ὅλον ἄπειρον· ὥστε ταῦτα περαίνει πρὸς ἄλληλα ἀγένητα ὄντα. Ἔτι εἰ ἀΐδιόν τε καὶ ἄπειρόν ἐστι, πῶς ἂν εἴη ἓν σῶμα ὄν; εἰ μὲν γὰρ ἀνομοίων μερῶν εἴη, πολλὰ καὶ αὐτὸς ἂν γίγνεσθαι ἀξιοῖ. εἰ δὲ ἅπαν ὕδωρ, ἢ ἅπαν γῆ, ἢ ὅ, τι δὴ τὸ ὂν τοῦτ' ἐστι, πολλὰ ἂν ἔχοι μέρη, ὡς καὶ Ζήνων ἐπιχειρεῖ ὂν δεικνύναι τὸ οὕτως ὂν ἕν. Εἴη οὖν ἂν καὶ πλείονα τὰ αὐτοῦ μέρη, τὰ μὲν ἐλάττονα τὰ δὲ μείζονα, ἀλλοῖά τε πάντῃ, εἰ ταύτῃ

---

propterea notabilem censet, quoniam inde cognoscamus Anaxagoram contra Melissum disputasse. Quæ si ita certa essent, ut sunt acute et ingeniose excogitata, nihil melius hac Bergkii sententia foret. Ac primum quidem τὸ ἄπειρον ex Anaxagoræ placitis ἀνόμοιον esse vult. In quo unum desidero quod gravissimum esse omnes largientur. Quum enim duo ἄπειρα Anaxagoras statueret, alterum ὅμοιον, ἀνόμοιον alterum, quærendum erat, utrum iis de quibus hic agitur conveniret, quod a Bergkio non esse factum dolemus. Est vero ἀνόμοιον illud ἄπειρον Anaxagoræ minima materiæ pars, ut ex iis quæ supra laudata sunt atque ex aliis fragmentis efficitur, velut e primo pag. 65 ed. Schaub. (pag. 14 ed. Schorn.) ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα· καὶ γὰρ τὸ σμικρὸν ἄπειρον ἦν. De dissimilitudine τοῦ σμικροῦ καὶ ἀπείρου nihil adjicio, quum e superioribus satis pateat. Alterum ἄπειρον, quod ὅμοιον esse arbitrabatur, ipsa mens (νόος) est. Namque fragm. VI init. p. 100 ed. Schaub. (p. 24 ed. Schorn.) hæc leguntur : τὰ μὲν ἄλλα παντὸς μοῖραν μετέχει, νόος δέ ἐστι ἄπειρον καὶ αὐτοκρατὲς καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μοῦνον αὐτὸ ἐπ' ἑωυτοῦ ἐστι, et sub finem ejusdem fragmenti, ut modo vidimus, νόος δὲ πᾶς ὅμοιός ἐστι καὶ ὁ μέζων καὶ ὁ ἐλάσσων. Jam vero Aristoteles Melissi opinionem impugnaturus, qui id quod sit infinitum esse dixerat partim Parmenideis utitur scitis partim Anaxagoræ doctrinam commemorat. Quum autem Parmenides sui simile dicens universum eo ipso indicet, illam universitatem partibus constare, quoniam similitudo sine iis quæ inter se comparantur ne cogitari quidem potest, extra universum autem nihil est : quod partes habeat, id esse finitum Aristoteles colligit. At illud Anaxagoræ ἄπειρον quod in minimis rerum partibus cernitur cum Melisseo ἀπείρῳ, quod est universum, non recte contendi, nemini dubium aut obscurum videbitur. Quocirca confugiendum erit ad alterum ἄπειρον, illud αὐτοκρατὲς quod semina rerum digessit (cf. fragm. XVII et XVIII p. 128 et 129 ed. Schaub.) ac totum sui simile est. Inde consequitur, ut infinita mens, quam Anaxagoras primus animo comprehendit ad confutandum ens Melisseum, quod infinitum et universum est, nullo modo accommodata, cum placitis Melissi ab Aristotele tantum componatur. Nimirum ὁ Ἀναξαγόρας ἐλέγχει hic non vertendum *redarguit, refellit*, ut sæpe alias, sed *demonstrat, ostendit*, ut apud Platonem Protag. 331, E : ὥστε τούτῳ γε τῷ τρόπῳ κἂν ταῦτα ἐλέγχοις, εἰ βούλοιο, ὡς ἅπαντά ἐστιν ὅμοια ἀλλήλοις. Itaque verba græca sic emendo et interpretor : Ἔχον δὲ μέσον καὶ ἔσχατα, πέρας ἔχει ἀγένητον ὄν, ἐπεὶ εἰ καί, ὡς αὐτὸς λέγει, ἓν ἔστι, καὶ τοῦτο σῶμα, ἔχει ἄλλα ἑαυτοῦ μέρη καὶ ταῦτα ὅμοια πάντα. Καὶ γὰρ ὅμοιον οὕτω λέγει τὸ πᾶν εἶναι, οὐχὶ ὡς ἄλλοι ἑτέρῳ τινί, ὅπερ καὶ Ἀναξαγόρας ἐλέγχει, ὅτι ὅμοιον τὸ ἄπειρον· τὸ δὲ ὅμοιον ἑτέρῳ ὅμοιον, ὥστε δύο ἢ πλείω ὄντα, οὐκ ἂν ἓν οὐδ' ἄπειρον εἶναι. Ἀλλ' ἴσως τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ αὐτὸ λέγει καί φησιν αὐτὸ ὅμοιον εἶναι πᾶν, ὅτι ὁμοιομερές, ὕδωρ ὂν ἅπαν ἢ γῆν ἢ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο, i. e. : « sed quum medium habeat et extrema, finem habet, quamvis æternum sit, quoniam, etiamsi, ut ipse dicit, unum est idque corpus, alias sui partes easque similes omnes habet. Etenim eo modo simile universum dicit esse, (non quemadmodum aliis placet, alteri cuidam) quod etiam Anaxagoras ostendit, infinitum sui simile esse : atqui si quid simile est, alteri est simile, ita ut duo vel plura sint entia, non unum neque infinitum. Sed fortasse simile dicit ejusdem (semper) habita ratione contenditque, ipsum simile esse totum, utpote æqualibus constans partibus, quia universum sit aqua vel terra vel quodcunque aliud hujus generis. »

18. Δῆλος γὰρ οὗτος ἀξιῶν εἶναι ἓν τῶν διμερῶν ἕκαστον σῶμα ὄν, οὐκ ἄπειρόν ἐστιν. Ita vulgo hæc verba exhibentur, de quorum obscuritate jure conquestus est Spaldingius. At in cod. Lips. est οὕτως ἀξιῶν et τῶν δὴ μερῶν, quod omisit Olearius. Quocirca Beckius locum ita distingui volebat : Δῆλος γὰρ οὕτως ἀξιῶν εἶναι ἕν, τῶν δὴ μερῶν ἕκαστον, σῶμα ὄν, οὐκ ἄπειρόν ἐστι. Sed rectius addito pronomine relativo ita scribo : Δῆλος γὰρ οὕτως ἀξιῶν εἶναι ἓν τῶν δὴ μερῶν ἕκαστον σῶμα ὄν, ὃ οὐκ ἄπειρόν ἐστι. Similiter jam Spaldingius ὅγε legendum conjecerat. Cæterum Aristotelis conclusio vehementer repugnat ipsius Melissi decretis, qui (cf. fragm. 16) dixerat : Εἰ μὲν ἐὸν ἔστι, δεῖ αὐτὸ ἓν εἶναι· ἓν δὲ ἐὸν δεῖ αὐτὸ σῶμα μὴ ἔχειν· εἰ δὲ ἔχοι πάχος, ἔχοι ἂν μόρια καὶ οὐκέτι ἂν εἴη ἕν. In eo autem refellendo id potissimum spectat Aristoteles, ut quoniam ille universum esse infinitum affirmaverat, partes esse universi significet, quæ etsi non ortæ, fines tamen inter se sint.

22. Εἰ μὲν γὰρ ἀνομοίων ἀμερῶν εἴη, πολλά, καὶ αὐτὸς οὕτω γ' εἶναι ἀξιοῖ. Hæc neutiquam cum iis de quibus hic disputatur conciliari possunt. Felicianus vertit : « Ad hæc si æternum et infinitum sit, quo pacto esse unum corpus potest? nam si sit dissimilium partium, erunt multa, et ipse quoque ita existimat. » Is igitur legit εἰ μὲν γὰρ ἀνομοίων μερῶν εἴη. In Lipsiensi libro est : εἰ μὲν ἀνομοιομερῶν (vel ἀνομοιομερές, nam compendium in fine dubitationem facit) εἴη, πολλὰ καὶ αὐτὸς γίνεσθαι ἀξιοῖ. Corrige : Εἰ μὲν γὰρ ἀνομοίων μερῶν εἴη, πολλὰ καὶ αὐτὸς ἂν γίγνεσθαι ἀξιοῖ. Negat Aristoteles quod æternum et infinitum sit, id unum esse posse corporis naturam habens. Quæ quum ita sint, quærat aliquis, quid obstet æternitas unitati? Recte vero Spaldingius ait hic non esse exspectandos illos laqueos quibus Plato Parmenideam unitatem in Sophista et Parmenide adoritur, ubi non amplius agnoscit unum propterea quod dicatur *esse* illud (ὡς ἄλλο τι σημαῖνον τὸ ἔστι τοῦ ἕν). Licet enim eadem ratione hoc loco possit negari unum esse id cui duo ascribantur, æternitas et infinitio, eo tamen inclinat animus, ut cum Spaldingio credam, obiter solum memorari τὸ ἀΐδιον, respici autem in argumentatione unice τὸ ἄπειρον, quod officere unitati Stagiritæ persuasum erat. Illud vero imprimis manifestum est, omnem lapidem movere Aristotelem, ut falsum esse demonstret id quod Melissus contendebat ens neque corpus habere neque partes (ἀδιαίρετον εἶναι σῶμα οὐκ ἔχον).

26. Εἴη οὖν ἂν καὶ πλείονα αὐτοῦ μέρη ἐλαττόνων τε καὶ μικροτέρων, ἀλλά τε πάντῃ ἂν ταύτῃ ἀλλοῖον εἴη οὐδενὸς προσγιγνομένου σώματος οὐδ' ἀπογιγνομένου. In his, quæ magnam partem inepta sunt, pauca variat exemplar Lipsiense, articulum τὰ inter πλείονα et αὐτοῦ inserens et relicta inter ἄλλ' et τε lacuna sequentia præter οὐδὲν pro οὐδενὸς ita

ἀλλοῖον εἴη οὐδενὸς προσγιγνομένου σώματος οὐδ' ἀπογιγνομένου· εἰ δὲ μήτε σῶμα μήτε πλάτος μήτε μῆκος ἔχοι μηδέν, πῶς ἂν ἄπειρον εἴη; τί κωλύει πολλὰ καὶ ἓν ἀριθμῷ τοιαῦτα εἶναι; τί κωλύει καὶ πλείω ὄντα ἑνός, μεγέθει ἄπειρα εἶναι; ὡς καὶ Ξενοφάνης ἄπειρον τό τε βάθος τῆς γῆς καὶ τοῦ ἀέρος φησὶν εἶναι. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς· ἐπιτιμᾷ γάρ, ὡς λεγόντων τινῶν τοιαῦτα, ἀδύνατον εἶναι, οὕτως ἐχόντων, ξυμβαίνειν αὐτά·

εἴπερ ἀπείρονα γῆς τε βάθη καὶ δαψιλὸς αἰθήρ,
ὡς διὰ πολλῶν δὴ βροτέων ῥηθέντα ματαίως
ἐκκέχυται στομάτων, ὀλίγον τοῦ παντὸς ἰδόντων.

---

dans ut in reliquis codicibus exarata exstant. Corrigendum videtur : Εἴη οὖν ἂν καὶ πλείονα τὰ αὐτοῦ μέρη, τὰ μὲν ἐλάττονα, τὰ δὲ μείζονα ἀλλοῖά τε πάντῃ, εἰ ταύτῃ ἀλλοῖον εἴη οὐδενὸς προσγιγνομένου σώματος οὐδ' ἀπογιγνομένου. Etsi verisimile non est Melissum diserte præ se tulisse, id quod sit, unius esse *materiæ* atque hoc argumento ad tuendam ejus unitatem esse usum, callide tamen Aristoteles hanc attulit rationem, qua adversarium falsi convinceret. Apposite comparare licet similem Alexandri Aphrodisiensis argumentationem ap. Simplicium Phys. fol. 18 a : Εἰ δέ τις λέγει τῷ ὅλῳ τὸ μέρος ἐπὶ μὲν τῶν συνεχῶν (del. μὴ) τῶν ὁμοιομερῶν ταὐτὸν εἶναι, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνομοιομερῶν μηκέτι, καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοιομερῶν εὑρήσει μὴ ταὐτὸν ὄν. . . . καὶ γὰρ εἰ μὲν καθὸ συνεχές ἐστι, κατὰ τοῦτο ἓν καὶ ταὐτὸν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι τὸ ὅλον, καὶ ἐπὶ ἀνομοιομερῶν ὁ αὐτὸς ἂν εἴη λόγος. Καὶ γὰρ καὶ ταῦτα συνεχῆ. Εἰ δὲ διαιρεθείη ἀπ' ἀλλήλων, ὁμολογουμένως πολλὰ ἔσται καὶ τὰ ὁμοιομερῆ. Novissima verba εἰ ταύτῃ ἀλλοῖον εἴη οὐδενὸς προσγιγνομένου σώματος οὐδ' ἀπογιγνομένου referri videntur ad Melissea (fragm. 11) εἰ τοίνυν τρισμυρίοισι ἔτεσι ἑτεροῖον γίνοιτο, quæ tamen in alienam sententiam Stagirita detorsit.

28. Εἰ δὲ μήτε σῶμα μήτε πλάτος μήτε μῆκος ἔχον μηδέν, πῶς ἂν ἄπειρον ἂν εἴη; τί κωλύει πολλὰ καὶ ἐνάριθμα τοιαῦτα εἶναι; τί κωλύει καὶ πλείω ὄντα ἑνὸς μεγέθει ἄπειρα εἶναι; Eadem in suo codice invenit Felicianus sic interpretans : « at si neque corpus sit, neque latitudine neque longitudine ulla præditum, quomodo esse infinitum potest? Quid obstat, quin multa et numerabilia hujusmodi sint? Quid prohibet etiam, quum licet plura uno esse dicantur, infinita tamen magnitudine sint? » Melius in libro Lipsiensi μῆκος ἔχοι et paulo post τί κωλύει, καὶ ἓν ἀριθμῷ τοιαῦτα εἶναι, non, ut Olearius ait, ἓν ἀριθμῷ scriptum est. In hoc uno librarius peccavit, quod post πλείω ὄντα virgula distinxit. Quam ob rem non dubium quin verba hoc modo emendanda sint : Εἰ δὲ μήτε σῶμα μήτε πλάτος μήτε μῆκος ἔχοι μηδέν, πῶς ἂν ἄπειρον εἴη; τί κωλύει πολλὰ καὶ ἓν ἀριθμῷ τοιαῦτα εἶναι; τί κωλύει καὶ πλείω ὄντα ἑνός, μεγέθει ἄπειρα εἶναι; Sensus apertus : « si ens neque corporeum, neque latum neque longum est, quomodo infinitum esse queat? quid autem obstat, quominus id quod unum est numero etiam par sit multis hujus generis? quid præterea impedit quominus quæ plura uno esse perhibentur infinita tamen magnitudine sint? » Erunt fortasse qui extrema interpretentur : quid præterea impedit quominus, quæ plura uno esse dicuntur, *magnitudine vel potius parvitate oculorum aciem fugiant.* Nam ut supra vidimus, quemadmodum Anaxagoras duplici notione usurpabat τὸ ἄπειρον, ut aut illud esset quod magnitudine sua omnia complecteretur aut id quod ita esset parvum, ut sensibus vix percipi posset : ita etiam, ne de aliis loquar, sæpe Aristoteles. Accedit quod Spaldingius qui nesciebat, quo spectaret τοιαῦτα, ac μέρη subaudiri volebat, omnia hic ardua esse opinatus imprimis male acceptis verbis μεγέθει ἄπειρα in errorem inductus videtur. Sunt autem τοιαῦτα, quod ex nostra interpretatione effici arbitramur, ea quæ neque corpore, neque latitudine neque longitudine prædita esse philosophus sumit. Sed tamen sequentia indicio sunt priorem explicandi rationem veram esse.

32. Ὡς καὶ Ξενοφάνης, at in libro Lipsiensi est ὁ Ξενοφάνης, ut paulo inferius ὁ Ἐμπεδοκλῆς, sed supra sine articulo Ζήνων. Xenophanes dixerat, terram suis radicibus atque fundamentis nixam in infinitum pertinere. Similem de aeris infinitate sententiam pronuntiasse eum ex hoc loco discimus. Ergo non unum, sed duo infinita Colophonius philosophus esse decrevit, neque ea sic diversa ut illa duo Anaxagoræ ἄπειρα, sed prorsus ejusdem immensitatis, nec nisi locorum intervallis disjuncta. Hanc Xenophanis opinionem reprehensam esse ab Empedocle prodidit Aristoteles de Cœlo II, 13, ubi iidem, qui hic citantur, versus exstant : Ἄπειρον τὸ κάτω τῆς γῆς εἶναί φασιν, ἐπ' ἄπειρον αὐτὴν ἐρριζῶσθαι λέγοντες, ὥσπερ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ἵνα μὴ πράγματ' ἔχωσι ζητοῦντες τὴν αἰτίαν· διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς οὕτως ἐπέπληξεν εἰπὼν ὡς (leg. αὐτοῖς ἐπέπληξεν εἰπὼν ὧδε)·

εἴπερ ἀπείρονα γῆς τε βάθη καὶ δαψιλὸς αἰθὴρ,
ὡς διὰ πολλῶν δὴ γλώσσης ῥηθέντα ματαίως
ἐκκέχυται στομάτων, ὀλίγον τοῦ παντὸς ἰδόντων.

33. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς· ἐπιτιμᾷ γὰρ ὡς λεγόντων τινῶν τοιαῦτα ἀδύνατα εἶναι, οὕτως ἐχόντων ξυμβαίνειν αὐτά, εἴπερ ἀπείρονα γῆς τε βάθη καὶ δαψιλὸς αἰθήρ. ὃς διὰ πολλῶν δὴ βροτέων ῥηθέντα ματαίως ἐκκέχυται στομάτων, ὀλίγον τοῦ παντὸς ἰδόντων. Cod. Lips. primum exhibet ἀδύνατον, deinde in secundo Empedoclis versu non ὃς, sed quod in altero Aristotelis loco de Cœl. II, 13 legitur, et unice probari oportet, ὡς, denique in tertio versu ὀλίγον, non οὐδὲν quod in veteribus editionibus reperitur. Cæterum erravit Olearius, in primo versu dicens ἄπειρα scriptum esse. Eosdem versus attulit Simplicius de Cœl. f. 127 a; secundum etiam Clemens Al. Strom. VI p. 688 D memoravit. Pro βροτέων, quod hic omnes libri habent, altero Aristotelis loco et apud Clementem exstat γλώσσης; pro ῥηθέντα vero ἐλθόντα mala est Clementis codd. scriptura, nec nisi librariis imputandum quod ibidem legimus εἰδότων pro ἰδόντων. Locum cum Beckio sic constituimus : ἐπιτιμᾷ γάρ, ὡς λεγόντων τινῶν τοιαῦτα, ἀδύνατον εἶναι, οὕτως ἐχόντων (scil. γῆς καὶ ἀέρος) ξυμβαίνειν αὐτά·

εἴπερ ἀπείρονα γῆς τε βάθη καὶ δαψιλὸς αἰθήρ,
ὡς διὰ πολλῶν δὴ βροτέων ῥηθέντα ματαίως
ἐκκέχυται στομάτων ὀλίγον τοῦ παντὸς ἰδόντων.

Sic autem sententiam interpretamur : « improbat hæc Empedocles, quum nonnulli talia contendant, fieri non posse dicens, ut, si ea sit terræ et aeris ratio, apta sint hæc inter se et in rerum natura connexa, si infinita sint et terræ profunda et vastus æther, quemadmodum multi mortales temere loquentes ore effutiunt, exiguam universi partem contemplati. » Deest in versibus Empedocleis apodosis, quæ qualis fuerit ex iis quæ ab Aristotele de Empedoclis opinione referuntur, non est difficile ad judicandum atque ab aliis jam recte intellectum. Namque vidit Simon Karstenius Comm. in Emped. p. 222 talem fere fuisse sententiam his et iis qui interciderunt versibus expressam : « singulæ mundi partes æther, aer, mare, terra certis finibus circumscriptæ sunt; neque enim reliquis locus esset, si, ut quidam effutiunt, aer et terra infinita essent. » Idem ἀπείρων quod minus usitatum quam ἄπειρος alio Empedoclis loco (cf. annot. ad vs. 61) et δαψιλός pro δαψιλής He-

Ἔτι ἓν ὂν οὐδὲν ἄτοπον εἰ μὴ πάντῃ ὅμοιόν ἐστιν· εἰ
b γάρ ἐστιν ὕδωρ ἅπαν ἢ πῦρ ἢ ὅ, τι δὴ ἄλλο τοιοῦτον, οὐδὲν κωλύει πλείω εἰπεῖν τοῦ ὄντος ἑνός, εἰ δὴ δεῖ ἕκαστον ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτῷ εἶναι· οὐ γὰρ τὸ μὲν μανόν, τὸ δὲ πυκνὸν εἶναι, μὴ ὄντος ἐν τῷ μανῷ κενοῦ. Οὐδὲν δὲ κωλύει, τῷ μανῷ ἐνεῖναι ἔν τισι μέρεσι χωρὶς ἀποκεκριμένον τὸ κενόν, ὥστε τοῦ ὅλου τὸ μὲν πυκνὸν εἶναι τὸ δὲ μανόν, τὸ πᾶν οὕτως ἔχον· ἀλλ' ὁμοίως ἅπαν πλῆρες ὄν, τὸ μανὸν οὐχ ἧττον πλῆρές ἐστι τοῦ πυκνοῦ. Εἰ δὲ καὶ ἀγένητόν ἐστι, πῶς ἂν διὰ τοῦτο ἄπειρον δοθείη εἶναι, καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλο καὶ ἄλλο ἄπειρον εἶναι; διὰ τί καὶ ἓν τοῦτο ἤδη προσαγορευτέον καὶ ἄπειρον; πῶς γὰρ ἂν τὸ ἄπειρον εἴη ὅσον τὸ ὅλον ἂν οἴονται εἶναι; ἀκίνητον δ' εἶναί φησιν, εἰ κενὸν μή ἐστιν· ἅπαντα γὰρ κινεῖσθαι τῷ ἀλλάττειν τόπον. Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο πολλοῖς οὐ συνδοκεῖ, ἀλλ' εἶναί

---

sychii auctoritate defendit. Postrema, quæ non satis assecutus est Spaldingius, illustrantur a Pseudoplutarcho de Placit. philos. I, 5 : Ἐμπεδοκλῆς δὲ κόσμον μὲν ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλ' ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν εἶναι ὕλην (ἀπεφήνατο).

37. Ἔτι ὂν ἓν οὐδὲν ἄτοπον εἰ μὴ πάντῃ ὅμοιόν ἐστιν. Hæc eodem modo in cod. Lips. leguntur, nisi quod initio inverso ordine ἔτι ἓν ὂν invenitur.

38. Εἰ γάρ ἐστιν ὕδωρ ἅπαν ἢ πῦρ ἢ ὅ,τι δὴ ἄλλο τοιοῦτον, οὐδὲν κωλύει πλείω εἰπεῖν τοῦ ὄντος ἑνός, εἰ δὴ δι' ἕκαστον ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτῷ. καὶ γὰρ μανόν, τὸ δὲ πυκνὸν εἶναι, μὴ ὄντος ἐν τῷ μανῷ κενοῦ. οὐδὲν κωλύειν γάρ, τῷ μανῷ οὐκ ἔστιν ἔν τισι μέρεσι χωρὶς ἀποκεκριμένον τὸ κενόν, ὡς τὸ τοῦ ὅλου, τὸ μὲν εἶναι πυκνόν, καὶ τουτὶ δέ ἐστι μανὸν τὸ πᾶν οὕτως ἔχον· ἀλλ' ὁμοίως ἅπαν πλῆρες ὄν, ὁμοίως ἧττον πλῆρές ἐστι τοῦ πυκνοῦ. εἰ δὲ καὶ ἔστιν, ἀγένητόν ἐστιν, καὶ διὰ τοῦτο δοθείη ἄπειρον εἶναι, καὶ μηδὲ ἐνδέχεσθαι ἄλλο καὶ ἄλλο ἄπειρον εἶναι, διὰ τοῦτο καὶ ἐν τούτῳ ἤδη προσαγορευτέον καὶ ἀδύνατον· πῶς γὰρ ἂν τὸ ἄπειρον ὅσον ᾖ τὸ κενὸν μὴ ὅλον ἂν οἷόν τε εἶναι; Difficillimus locus. Initio εἰ γάρ ἐστιν ὕδωρ recte restituit Bekkerus pro eo quod in Aldina prima et aliis edd. est εἷς γάρ ἐστιν; deinde pro εἰ δὴ δι' ἕκαστον cod. Lips. bene suppeditat εἰ δὴ δεῖ ἕκαστον. Felicianus videtur εἰ δὴ μὴ ἕκαστον legisse. Mox pro οὐδὲν κωλύειν γάρ, τῷ μανῷ οὐκ ἔστιν in membrana Lipsiensi reperitur οὐδὲν κωλύειν γὰρ τὸ μανὸν οὐκ ἔστιν. Tum pro τὸ μὲν εἶναι πυκνόν, καὶ τουτὶ δέ ἐστι μανὸν idem cod. exhibet τὸ μὲν πυκνὸν εἶναι (inverso ordine) καὶ τοῦτ' ἤδη ἐστὶ μανόν. In sequentibus pro vulg. ἀγέννητόν ἐστιν, καὶ διὰ τοῦτο δοθείη ἄπειρον εἶναι, καὶ μηδὲ ἐνδέχεσθαι ibidem exstat ἀγένητόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο ἄπειρον δοθείη εἶναι, καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι. Præterea pro διὰ τοῦτο καὶ ἐν τούτῳ ἤδη προσαγορευτέον Cod. ille διὰ τί καὶ ἓν τοῦτο ἤδη προσαγορευτέον. Denique pro πῶς γὰρ ἂν τὸ ἄπειρον ὅσον ᾖ τὸ κενὸν μὴ ὅλον ἂν οἷόν τε εἶναι idem præbet πῶς γὰρ ἢ τὸ ἄπειρον ὅσον ἢ τὸ μὴ ὅλον ἂν οἴονται εἶναι. Quid in universum his verbis significetur sponte patere existimo, licet admodum sint corrupta. Nimirum Melisso statuenti, ens plenum ac solidum esse neque densitate ac raritate variatum (cf. fragm. 5) plura argumenta opposuit Aristoteles. Singula autem sic corrigo : Ἔτι ἓν ὂν οὐδὲν ἄτοπον εἰ μὴ πάντῃ ὅμοιόν ἐστιν. Εἰ γάρ ἐστιν ὕδωρ ἅπαν ἢ πῦρ ἢ ὅ,τι δὴ ἄλλο τοιοῦτον, οὐδὲν κωλύει πλείω εἰπεῖν τοῦ ὄντος ἑνός, εἰ δὴ δεῖ ἕκαστον ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτῷ εἶναι. Οὐ γὰρ τὸ μὲν μανόν, τὸ δὲ πυκνὸν εἶναι, μὴ ὄντος ἐν τῷ μανῷ κενοῦ. Οὐδὲν δὲ κωλύει τῷ μανῷ ἐνεῖναι ἔν τισι μέρεσι χωρὶς ἀποκεκριμένον τὸ κενόν, ὥστε τοῦ ὅλου τὸ μὲν πυκνὸν εἶναι τὸ δὲ μανόν, τὸ πᾶν οὕτως ἔχον· ἀλλ' ὁμοίως ἅπαν πλῆρες ὄν, τὸ μανὸν οὐχ ἧττον πλῆρές ἐστι τοῦ πυκνοῦ. Εἰ δὲ καὶ ἀγένητόν ἐστι, πῶς ἂν διὰ τοῦτο ἄπειρον δοθείη εἶναι, καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλο καὶ ἄλλο ἄπειρον εἶναι; διὰ τί καὶ ἓν τοῦτο ἤδη προσαγορευτέον καὶ ἄπειρον; πῶς γὰρ ἂν τὸ ἄπειρον εἴη ὅσον τὸ ὅλον ἂν οἴονται εἶναι; Hæc ita interpretamur : « Præterea nihil absurdi est, si, quum unum sit, non ubique simile fuerit. Si enim sit aqua universum vel ignis vel quodcunque aliud tale, nihil vetat, quin plura (variaque) ejus quod unum sit membra esse dicamus, siquidem oportet unumquodque sui simile esse membrum. Namque non aliud rarum, aliud densum esse (ait Melissus) quum in raro non insit vacuum. At nihil impedit, quominus in raro separatim positum quibusdam in partibus vacuum insit, ita ut totius aliud membrum sit densum, aliud rarum, quoniam universum ita se habet : sed si universum (ut vult Melissus) similiter plenum est, rarum non minus plenum est quam densum. Si vero etiam non sit ortum, quomodo ideo concedatur infinitum esse, neque fieri posse, ut aliud atque aliud infinitum sit. Cur et unum hoc jam vocandum et infinitum? Quomodo enim infinitum tantum sit, quantum totum esse posse arbitrantur? » Verba οὐδὲν κωλύει πλείω εἰπεῖν τοῦ ὄντος ἑνὸς male vertuntur a Feliciano : nihil vetat, quin plura quam unum ens esse dicamus; hoc enim græce sonat πλείω εἰπεῖν ἑνὸς ὄντος. Sed fortasse in suo exemplari ita scriptum offenderat. Structura τὸ πᾶν οὕτως ἔχον nihil habet insolens, sed quum idem valeat quod τὸ πᾶν τοιοῦτον ὄν, absolute ponitur, ut in illo quod annectit scriptor inciso verba ἀλλ' ὁμοίως ἅπαν πλῆρες ὄν. Porro illa καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλο καὶ ἄλλο ἄπειρον εἶναι abunde explicantur Xenophanis decreto, cujus paulo superius facta est mentio. Denique ultima ὅσον τὸ ὅλον ἂν οἴονται εἶναι ita converti, ut τὸ δυνητικὸν ἂν eo exprimerem vocabulo quod infinitivis adjunctum ad græcæ particulæ vim declarandam unum omnium maxime valet. Cf. Hermanni de particul. ἂν lib. IV cap. 2 (Opusc. t. IV p. 179).

p. 976. b. 12. Ἀκίνητον δ' εἶναι φησὶν εἰ κενὸν μή ἐστιν. Ἅπαντα γὰρ κινεῖσθαι τῷ ἀλλάττειν τόπον. Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο πολλοῖς οὐ συνδοκεῖ, ἀλλ' εἶναί τι κενόν, οὐ μέντοι τοῦτό γέ τι σῶμα εἶναι, ἀλλ' οἷον καὶ ὁ Ἡσίοδος ἐν τῇ γενέσει πρῶτον τὸ χάος φησὶ γενέσθαι, ὡς δὲ χώραν πρῶτον ὑπάρχειν τοῖς οὖσιν. τοιοῦτον δέ τι καὶ τὸ κενόν, οἷον ἀγγεῖόν τι ἀνὰ μέσον εἶναι ζητοῦμεν. Ita Bekkerus, qui hic jam e cod. Lips. εἰ κενὸν μή ἐστι, quod et Felicianus expressit, pro vulgato ἐ. κ. μέν ἐστι restituit, deinde ex eodem cod. κινεῖσθαι pro κινεῖται depromsit, denique τοῦτό γέ τι pro τό γέ τι vulgavit. Sed ὡς δὲ χώραν ferri non posse jam Füllebornius viderat, quod in Lipsiensi libro legitur ὡς δέον χώραν scribendum esse suspicatus. Præterea parum recte inane quasi vasculum quoddam esse perhibetur; immo conveniebat illud inane cum eo quod in vasculis videtur esse vacuo comparari. Neque alio utebantur exemplo qui nihil esse inane docebant. Quare Bergkius emendavit : οἷον ἀγγεῖόν τι ἀνὰ μέσον κενόν, εἶναι ζητοῦμεν. Extrema igitur sic conformanda : ἀλλ' οἷον καὶ ὁ Ἡσίοδος ἐν τῇ γενέσει πρῶτον τὸ χάος φησὶ γενέσθαι, ὡς δέον χώραν πρῶτον ὑπάρχειν τοῖς οὖσιν, τοιοῦτον δέ τι καὶ τὸ κενόν, οἷον ἀγγεῖόν τι ἀνὰ μέσον κενόν, εἶναι ζητοῦμεν. Cf. Aristot. Phys. Auscult. IV, 6 : τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ὑποληπτέον εἶναι τοῦ φυσικοῦ θεωρῆσαι καὶ περὶ κενοῦ, εἰ ἔστιν ἢ μή, καὶ πῶς ἔστιν ἢ τί ἐστιν, ὥσπερ καὶ περὶ τόπου· καὶ γὰρ παραπλησίαν ἔχει τήν τε ἀπιστίαν καὶ τὴν πίστιν διὰ τῶν ὑπολαμβανομένων· οἷον γὰρ τόπον τινὰ καὶ ἀγγεῖον τὸ κενὸν τιθέασιν οἱ λέγοντες, δοκεῖ δὲ πλῆρες μὲν εἶναι, ὅταν ἔχῃ τὸν ὄγκον οὗ δεκτικόν ἐστιν, ὅταν δὲ στερηθῇ, κενόν, ὡς τὸ αὐτὸ μὲν ὂν κενὸν καὶ πλῆρες καὶ τόπον, τὸ δ' εἶναι αὐτοῖς οὐ ταὐτὸ ὄν. Adde sub finem capitis παρ-

τι κενόν, οὐ μέντοι τοῦτό γέ τι σῶμα ειναι· ἀλλ' οἷον καὶ ὁ Ἡσίοδος ἐν τῇ γενέσει πρῶτον τὸ χάος φησὶ γενέσθαι, ὡς δέον χώραν πρῶτον ὑπάρχειν τοῖς οὖσιν, τοιοῦτον δέ τι καὶ τὸ κενόν, οἷον ἀγγεῖόν τι ἀνὰ μέσον κενόν, εἶναι ζητοῦμεν. Ἀλλὰ δὴ καὶ εἰ μή ἐστι κενόν, μηδέ τι ἧσσον ἂν κινοῖτο, ἐπεὶ καὶ Ἀναξαγόρας ὁ περὶ τὸ αὐτὸ πραγματευθείς, ὡς οὐ μόνον ἀποχρῆσαν αὐτῷ ἀποφήνασθαι, ὅτι οὐκ ἔστιν, ὅμως κινεῖσθαί φησι τὰ ὄντα, οὐκ ὄντος κενοῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς κινεῖσθαι μὲν ἀεί φησι συγκρινόμενα τὸν ἅπαντα ἐνδελεχῶς χρόνον, οὐδὲν εἶναι λέγων περισσὸν τοῦ παντός, οὐδὲ κενεόν· πόθεν οὖν τί κ' ἐπέλθοι; ὅταν γὰρ εἰς μίαν μορφὴν συγκριθῇ, ὥσθ' ἓν εἶναι, οὐδέν, φησί, τό γε κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν. Τί γὰρ κωλύει εἰς ἄλληλα φέρεσθαι καὶ περιίστασθαι πάντα, ὁτουοῦν εἰς ἄλλο, καὶ τούτου εἰς ἕτερον, καὶ εἰς τὸ πρῶτον ἄλλου μεταβάλλοντος ἀεί. Ἔτι καὶ τὴν ἐν τῷ αὐτῷ μένοντος τοῦ πράγματος τόπῳ τοῦ εἴδους μεταβολήν, ἣν ἀλλοίωσιν οἵ τ'

τύριον δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς τέφρας ποιοῦνται, ἢ δέχεται ἴσον ὕδωρ ὅσον τὸ ἀγγεῖον τὸ κενόν.

19. Ἀλλὰ δὴ καὶ εἰ μή ἐστι κενόν, μηδέ τι ἧσσον ἂν κινοῖτο, ἐπεὶ καὶ Ἀναξαγόρας τὸ πρὸς αὐτὸ πραγματευθεὶς καὶ οὐ μόνον ἀποχρῆσαν αὐτῷ ἀποφήνασθαι, ὅτι οὐκ ἔστιν, ὅμως κινεῖσθαί φησι τὰ ὄντα, οὐκ ὄντος κενοῦ. Initium integrum est. Post Ἀναξαγόρας Spaldingius poni volebat ὁ πρὸ αὐτοῦ πραγματευθείς, sed mihi cum Bergkio legendum videtur : ἐπεὶ καὶ Ἀναξαγόρας ὁ περὶ τὸ αὐτὸ πραγματευθείς, ὡς οὐ μόνον ἀποχρῆσαν αὐτῷ ἀποφήνασθαι, ὅτι οὐκ ἔστιν, ὅμως κινεῖσθαί φησι τὰ ὄντα, οὐκ ὄντος κενοῦ, ut dicatur Anaxagoras, quamvis id ipsum egerit ut non esse vacuum demonstraret, tamen eo non contentus motum rebus attribuisse.

22. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς κινεῖσθαι μὲν ἀεί φησι συγκινούμενα τὸν ἅπαντα ἐνδελεχῶς χρόνον, οὐδὲν εἶναι λέγων ὡς τοῦ παντός, οὐδὲ κενεόν· πόθεν οὖν τί κ' ἐπέλθοι; ὅταν δὲ εἰς μίαν μορφὴν συγκριθῇ, ὡς ἓν εἶναι, οὐδέν φησι τό γε κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν. Ineptum est κινεῖσθαι συγκινούμενα, neque magis sanum quod Bekkerus e codicibus eruit συγκινόμενα et συγκοινόμενα, cujus loco Lipsiensis præbet συγκρινόμενα. At vero quum non solum ubi dispersa in unum congregantur, sed etiam ubi congregata rursus disperguntur, motus exsistat, Bergkius illud unum συγκρινόμενα non sufficere ratus, διακρινόμενα addidit. Deinde quod sequitur ὅταν δὲ εἰς μίαν μορφὴν συγκριθῇ testimonio esse ait, in præcedentibus fuisse dictum de dissipatione rerum omnium, in qua nihil neque parum neque nimium deprehendatur. In verbis ὡς τοῦ παντός Spaldingius ὡς recte mutavit in περισσόν. Porro in libro Lipsiensi ὡσθὲν εἶναι i. e. ὥσθ' ἓν εἶναι reperitur pro ὡς ἓν εἶναι. Quæ autem in eodem codice corrupta sunt παντὸς δὲ οὐδέν κεν.... πόθον οὖν τι κε πέλθοι, in iis facile vulgatam scripturam agnoscas. Hinc Bergkius suasit, ut locus sic corrigeretur : Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς κινεῖσθαι μὲν ἀεί φησι συγκρινόμενά τε καὶ διακρινόμενα τὸν ἅπαντα ἐνδελεχῶς χρόνον, ὅταν μὲν διακριθῇ, οὐδὲν εἶναι λέγων περισσὸν τοῦ παντός, οὐδὲ κενεόν· πόθεν οὖν τί κ' ἐπέλθοι· ὅταν δὲ εἰς μίαν μορφὴν συγκριθῇ, ὥσθ' ἓν εἶναι, οὐδέν, φησίν, ὅγε κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν. Qui mihi in eo potissimum lapsus videtur, quod magis doctrinæ Empedocleæ quam rei de qua hic disputatur rationem habuit. Aristotelem enim Anaxagoræ mentione injecta illud ante omnia spectare manifestum est, ut doceat, etiamsi non sit vacuum, motum tamen non tolli. Quamvis autem Empedocle auctore σύγκρισις non fiat nisi præcedente διακρίσει pariterque διάκρισις nisi post σύγκρισιν non oriatur, tamen ubi quis dogma Empedocleum nihil esse inane et corpora quæ συγκρίσει nascuntur perpetuo moveri velut in transitu significat : ei τοῦ συγκρίνειν vocabulo posito alterum omittere licet, præsertim quando ortus perennitatem, quæ necessario cum διακρίσει copulata et conjuncta est, participio præsentis passivi enuntiat. Quocirca exigua mutatione ita constituo locum : Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς κινεῖσθαι μὲν ἀεί φησι συγκρινόμενα τὸν ἅπαντα ἐνδελεχῶς χρόνον, οὐδὲν εἶναι λέγων περισσὸν τοῦ παντός, οὐδὲ κενεόν. Πόθεν οὖν τί κ' ἐπέλθοι; ὅταν γὰρ εἰς μίαν μορφὴν συγκριθῇ, ὥσθ' ἓν εἶναι, οὐδέν, φησί, τό γε κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν. In quo nihil fortasse deest præter δὲ quod respondeat τῷ μὲν posito post κινεῖσθαι. Quæ res Spaldingium adduxit, ut post χρόνον inseri vellet γίγνεσθαι δὲ μηδέποτε. Sed posterius membrum constat interdum desiderari. Cf. Matthiæ Gr. Gr. § 622, 6 et alios qui de particulis scripserunt.

27. Τί γὰρ κωλύει εἰς ἄλληλα φέρεσθαι καὶ περιίστασθαι ἅμα ὁτουοῦν εἰς ἄλλο, καὶ τούτου εἰς ἕτερον καὶ εἰς τὸ πρῶτον, ἄλλου μεταβάλλοντος ἀεί. Hic jam e cod. Lips. ὁτουοῦν pro ὁτιοῦν restituit Bekkerus, servata uti par erat vulgata lectione καὶ εἰς τὸ πρῶτον, cujus loco liber Lips. præbet καὶ εἰ τὸ πρῶτον. Bergkius conjecit : Τί γὰρ κωλύει εἰς ἄλληλα φέρεσθαι καὶ περιίστασθαι πάλιν (vel πάντα) ὁτουοῦν εἰς ἄλλο καὶ τούτου εἰς ἕτερον, εἴτε τὸ πρῶτον εἴτε καὶ ἄλλο, μεταβάλλοντος ἀεί. Collatis enim iis quæ initio hujus capitis leguntur : Ἢ οὐδὲν κωλύει γεγονέναι ἕτερα ἐξ ἑτέρων καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον ἰέναι, ἢ ἀνακάμπτειν κύκλῳ, ὥστε τὸ ἕτερον ἐκ τοῦ ἑτέρου γεγονέναι philosophum dicere verissime monet, fieri posse, ut perpetua hæc sit mutatio, ut unumquidque modo hanc modo illam speciem induat, et vel revertatur in eam formam, qua primum fuerit præditum, vel aliam ex alia asciscat. Sed idem sensus in vulgata scriptura inest, modo pro ἅμα ponatur πάντα, quod Felicianus expressit, et rectius, quam a Bekkero factum est, locus distinguatur. Sic igitur scribendum existimo : Τί γὰρ κωλύει εἰς ἄλληλα φέρεσθαι καὶ περιίστασθαι πάντα, ὁτουοῦν εἰς ἄλλο, καὶ τούτου εἰς ἕτερον, καὶ εἰς τὸ πρῶτον ἄλλου μεταβάλλοντας ἀεί.

29. Ἔτι καὶ τὴν ἐν τῷ αὐτῷ μένοντος τοῦ πράγματος τόπῳ τοῦ εἴδους μεταβολήν, ἣν ἀλλοίωσιν οἵ τ' ἄλλοι κἀκεῖνος λέγει, οὐδὲν ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ κωλύει κινεῖσθαι τὰ πράγματα, ὅταν ἐκ λευκοῦ μέλαν ἢ ἐκ πικροῦ γένηται γλυκύ. οὐδὲν γὰρ τὸ μὴ εἶναι κενὸν ἢ μὴ δέχεσθαι τὸ πλῆρες ἀλλοιοῦσθαι κωλύει. Omittitur οὐδὲν post κἀκεῖνος λέγει in Cod. Lips., verum illa voce sententia carere non potest. Deinde pro γένηται legitur γίγνηται, sed alterum præstat. Cæterum μεταβολὴν ἣν ἀλλοίωσιν jam ex eodem Codice restituit Bekkerus pro vulg. μεταβολὴν ἢ ἀλλ. Bergkius horum verborum satis impeditam sententiam esse opinatus scribendum conjecit : Ἔτι καὶ κατὰ τὴν ἐν τῷ αὐτῷ μένοντος τοῦ πράγματος τόπῳ τοῦ εἴδους μεταβολὴν—κινεῖσθαι τὰ πράγματα vel τῇ μεταβολῇ. At accusativus τὴν μεταβολὴν ad κινεῖσθαι relatus aliorum locorum similitudine abunde defenditur, velut Platonico de Legg. II, 656 : ἡδέα γὰρ τούτων ἕκαστα εἶναί φασι, πονηρὰ δέ, καὶ ἐναντίον ἄλλων, οὓς οἴονται φρονεῖν, αἰσχύνονται μὲν κινεῖσθαι τῷ σώματι τὰ τοιαῦτα κ. τ. λ. Ergo nihil mutandum, quamquam non admodum commoda verborum collocatio est. Res de qua disceptatur, exponitur a Melisso fragm. 17. Cf. Aristot. Phys. Auscult. I, 3 : ὅτι μὲν οὖν παραλογίζεται Μέλισσος δῆλον· οἴεται γὰρ εἰληφέναι, εἰ τὸ γενόμενον ἀρχὴν ἔχει ἅπαν, ὅτι καὶ τὸ μὴ γενόμενον οὐκ ἔχει· εἶτα καὶ τοῦτο ἄτοπον, τὸ παντὸς εἶναι ἀρχὴν πράγματος, καὶ μὴ

ἄλλοι κἀκεῖνος λέγει, οὐδὲν ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ κωλύει κινεῖσθαι τὰ πράγματα, ὅταν ἐκ λευκοῦ μέλαν ἢ ἐκ πικροῦ γένηται γλυκύ· οὐδὲν γὰρ τὸ μὴ εἶναι κενὸν ἢ μὴ δέχεσθαι τὸ πλῆρες ἀλλοιοῦσθαι κωλύει. Ὥστε οὔτε ἅπαντα ἀΐδια, οὐθ' ἕν, οὔτ' ἄπειρον ἀνάγκη εἶναι· ἀλλ' οὔτε ἄπειρα πολλά, οὔτε ἓν ὅμοιον, οὔτ' ἀκίνητον οὔτ' εἰ ἓν οὔτ' εἰ πόλλ' ἄττα. Τούτων δὲ κειμένων, καὶ μετακοσμεῖσθαι καὶ ἑτεροιοῦσθαι τὰ ὄντα οὐδὲν
977 κωλύει ἐκ τῶν ὑπ' ἐκείνου εἰρημένων, καὶ ἑνὸς ὄντος τοῦ παντὸς κινήσεως οὔσης, καὶ πλήθει καὶ ὀλιγότητι διαφέροντος, καὶ ἀλλοιουμένου, οὐδενὸς προσγιγνομένου, εἰ δ' ἄρα τινός, οὐ σώματος, καὶ εἰ πολλῶν, συμμισγομένων καὶ διακρινομένων ἀλλήλοις. Τὴν γὰρ μῖξιν οὔτ' ἐπιπρόσθεσιν τοιαύτην εἶναι οὔτε σύνθεσιν εἰκὸς οἵαν λέγει, ὥστε ἢ χωρὶς εὐθὺς εἶναι, ἢ καί, ἀποστρεφθέντων ἐπίπροσθεν ἑτέρου ἑτέρων, φαίνεσθαι χωρὶς ἀλλήλων ταῦτα, ἀλλ' οὕτω συγκεῖσθαι ταχθέντα, ὥστε ὁτιοῦν τοῦ μιγνυμένου παρ' ὁτιοῦν μέρος μεμῖχθαι οὕτως ὡς μὴ ἀναληφθῆναι συγκείμενα, ἀλλὰ μεμιγμένα ἁρμόττειν ὁποιαοῦν τῷ παντὶ μέρη. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι σῶμα τὸ ἐλάχιστον, ἅπαν ἅπαντι μέρος μέμικται ὁμοίως καὶ τὸ ὅλον.

τοῦ χρόνου καὶ γενέσεως μὴ τῆς ἁπλῆς, ἀλλὰ καὶ ἀλλοιώσεως, ὥσπερ οὐκ ἀθρόας γιγνομένης μεταβολῆς.

35. Ὥστε οὔτε ἅπαντα ἀΐδια οὐθ' ἓν οὔτ' ἄπειρον ἀνάγκη εἶναι, ἀλλ' ἄπειρα πολλά. Οὔτε ἓν θ' ὅμοιον, οὔτ' ἀκίνητον, οὔτ' εἰ ἓν οὔτ' εἰ πόλλ' ἄττα. Ita Bekkerus. In cod. Lips. est οὐθ' ἅπαντα. Quod sequitur οὔτ' ante ἄπειρον cum reliquis libris Lipsiensis servat. Neque tamen reprobanda Beckii opinio, qui illud οὔτ' deleri volebat. Cætera quæ in membrana Lipsiensi ut a Bekkero vulgata sunt leguntur ita emendo : Οὔτ' ἄπειρον ἀνάγκη εἶναι· ἀλλ' οὔτε ἄπειρα πολλά, οὔτε ἓν ὅμοιον, οὔτ' ἀκίνητον οὔτ' εἰ ἓν οὔτ' εἰ πόλλ' ἄττα. Eadem in suo exemplari invenerat Felicianus, cujus hæc sunt verba : « Quamobrem neque omnia æterna, neque unum, neque infinitum esse necesse est. Sed neque infinita multa, neque unum simile, neque immobile sive unum sit sive multa quædam. »

38. Τούτων δὲ κειμένων καὶ μετακοσμεῖσθαι καὶ ἑτεροιοῦσθαι τὰ ὄντα οὐδὲν κωλύει ἐκ τῶν ὑπ' ἐκείνῳ εἰρημένων, καὶ ἑνὸς ὄντος τοῦ παντὸς κινήσεως οὔσης, καὶ πλήθει καὶ ὀλιγότητι διαφέροντος, καὶ ἀλλοιουμένου οὐδενὸς προσγιγνομένου. Εἰ δ' ἄρα τινός, οὐ τοῦ σώματος, καὶ εἰ πολλὰ συμμισγομένων καὶ συνδιακρινομένων ἀλλήλοις. Minus recte hæc a Bekkero distincta sunt. Præterea cod. Lips. præbet : ἑτεροιοῦσθαι τὰ ὄντα οὐδένα κωλύει ἐκ τῶν ὑπ' ἐκείνου εἰρημένων, quibus quidem verbis vitium istud ὑπ' ἐκείνῳ tollitur, sed tamen illud οὐδὲν vulgatæ lectionis servari oportet. Ultima in libro Lipsiensi hoc modo exarantur : συμμισγομένων καὶ διακρινομένων. Beckius post πολλά distinctionis virgulam ponendam putavit et προσγίγνεται vel εἰσί subaudiri voluit. Nobis εἰ πολλῶν i. e. προσγιγνομένων requiri videtur. Sic autem scribimus : Τούτων δὲ κειμένων, καὶ μετακοσμεῖσθαι καὶ ἑτεροιοῦσθαι τὰ ὄντα οὐδὲν κωλύει ἐκ τῶν ὑπ' ἐκείνου εἰρημένων, καὶ ἑνὸς ὄντος τοῦ παντὸς κινήσεως οὔσης, καὶ πλήθει καὶ ὀλιγότητι διαφέροντος, καὶ ἀλλοιουμένου, οὐδενὸς προσγιγνομένου, εἰ δ' ἄρα τινός, οὐ σώματος, καὶ εἰ πολλῶν, συμμισγομένων καὶ διακρινομένων ἀλλήλοις. Felicianus videtur εἰ γάρ τινος legisse ; vertit enim extrema : « Nulla re alia accedente, nam si modo quidquam id est, quod accedit, corpus non est, et si multa sint, dum ea inter se simul commiscentur et secernuntur. »

p. 977. a. 4. Τὴν γὰρ μῖξιν οὔτ' ἐπιπρόσθεσιν τοιαύτην εἶναι οὔτε σύνθεσιν εἰκὸς οἵαν λέγειν. Ὥστε ἢ χωρὶς εὐθὺς εἶναι, ἢ καὶ ἀποστρεφθέντος ἐπίπροσθεν ἕτερα ἑτέρων φέρεσθαι χωρὶς ἀλλήλων ταῦτα, ἀλλ' οὕτω συγκεῖσθαι ταχθέντα ὥστε ὁτιοῦν μιγνυμένου παρ' ὁτιοῦν ᾧ μίγνυσθαι μέρος, οὕτως ὡς μὴ ἀναληφθῆναι συγκείμενα, ἀλλὰ μεμιγμένα, μηδ' ὁποιαοῦν αὐτῷ μέρη. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι σῶμα τὸ ἐλάχιστον, ἅπαν ἅπαντι μέρος μέμικται ὁμοίως καὶ τὸ ὅλον. Locus corruptus ad quem sanandum parum præsidii e cod. Lips. atque e Feliciani interpretatione peti potest. In libro Lipsiensi perperam legitur οὔτ' ἐπὶ πρόσθησιν, quod jam Bekkerus correxit, deinde ἀποστρεφθέντος pro vulgato ἀποστραφέντος permutatione utriusque aoristi non insolita, tum ἕτερα ἑτέρων φαίνεσθαι χωρίς, mox ὥστε ὁτιοῦν τοῦ μιγνυμένου παρ' ὁτοιοῦν ὁ (sic) μίγνυσθαι μέρος, præterea μὴ δὲ ποια οὖν αὐτῷ μέρη, denique post ἐλάχιστον id quod Bekkerus recepit ἅπαν ἅπαντι μέρος pro vulgato ἅπαν τι μέρος. Felicianus vertit : « Mixtionem enim neque superadditionem ejusmodi esse neque compositionem, qualem inquit, verisimile est : ut vel statim separata inter se sint, vel in aversione dum alia aliis superoccurrunt, a sese mutuo seorsum ferantur : sed ea quæ mixta sunt, ita esse composita, ut quælibet pars cum qualibet confusa ita sit, ut non composita, sed mixta esse videantur, neque deprehendi qualesnam partes eorum sint possit. Quia enim non est corpus aliquod, quod minimum sit, unaquæque pars simili modo ac totum commixta est. » Quæ partim obscura partim aperte vitiosa sunt. Nam ne de cæteris loquar, extrema illa « *non est corpus aliquod quod minimum sit* » a sensu loci abhorrent. Quis enim ignorat τὸ ἐλάχιστον σῶμα apud philosophos esse minimum vel individuum corpusculum, quod atomi nomine vulgo vocatur. Vide Democr. p. 135. Verba græca sic emendamus : Τὴν γὰρ μῖξιν οὔτ' ἐπιπρόσθεσιν τοιαύτην εἶναι οὔτε σύνθεσιν εἰκὸς οἵαν λέγει, ὥστε ἢ χωρὶς εὐθὺς εἶναι, ἢ καί, ἀποστρεφθέντων ἐπίπροσθεν ἑτέρου ἑτέρων φαίνεσθαι χωρὶς ἀλλήλων ταῦτα, ἀλλ' οὕτω συγκεῖσθαι ταχθέντα, ὥστε ὁτιοῦν τοῦ μιγνυμένου παρ' ὁτιοῦν μέρος μεμῖχθαι οὕτως ὡς μὴ ἀναληφθῆναι συγκείμενα ἀλλὰ μεμιγμένα ἁρμόττειν ὁποιαοῦν τῷ παντὶ μέρη. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι σῶμα τὸ ἐλάχιστον, ἅπαν ἅπαντι μέρος μέμικται ὁμοίως καὶ τὸ ὅλον. Quorum verborum hæc est sententia : « Nam mixtionem convenit neque additionem esse, neque compositionem qualem ipse dicit, qua vel illico sejuncta esse (ea quæ accedunt, τὰ προσγιγνόμενα) vel aversis ante alia aliis seposita hæc a se invicem apparere statuitur, sed ita ordine esse conjuncta, ut unaquæque mixti particula cuilibet parti admixta sit, eo modo, ut conjunctæ illæ partes non excipiantur deinceps, sed mixta quævis membra universo congruant. Quoniam enim non exstat minimum et individuum corpusculum, unaquæque pars cuilibet mixta est similiter atque totum est mixtum. » Quod initio cum Bekkero posui ἐπιπρόσθεσιν neutiquam mutandum in ἐπιπρόσθησιν, quo scripturæ depravatæ vestigia in cod. Lips. ducunt. Namque ἐπιπρόσθεσις ab ἐπιπροστιθέναι deductum (cf. Dion. Hal. VI, 9) additionem et additamentum designat, quum ἐπιπρόσθησις obstructionem et impeditionem potissimum valeat. Cf. Plutarch. de facie in orb. lun. t. IX p. 684 ed. Reisk. Utrumque vocabulum sæpe a librariis confusum est, ut illo loco, cujus Beckius meminit, apud Plutarch. Consolation. ad Apollon. tom. VI p. 461 ed. Reisk. : ταῦτα δὴ αὐτοῖς πάντα ἐπιπρόσθεσις γίνεται. Reprobata Reiskii conjectura, qui ἐπίπροσθεν γίνεται *impedimento fiunt* scribi volebat, corrige ἐπιπρόσθησις. Cæterum in plerisque lexicis ἐπιπρόσθεσις desideratur.

ΠΕΡΙ ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ.

ΚΕΦ. γ'.

Ἀδύνατόν φησιν εἶναι, εἴ τι ἔστι, γενέσθαι, τοῦτο λέγων ἐπὶ τοῦ θεοῦ· ἀνάγκη γὰρ ἤτοι ἐξ ὁμοίου ἢ ἐξ ἀνομοίου γενέσθαι τὸ γιγνόμενον. Δυνατὸν δὲ οὐδέτερον· οὔτε γὰρ ὅμοιον ὑφ' ὁμοίου προσήκειν τεχνωθῆναι μᾶλλον ἢ τεχνῶσαι· ταῦτα γὰρ ἅπαντα τοῖς γε ἴσοις καὶ ὁμοίοις οὐχ ὑπάρχειν πρὸς ἄλληλα, οὔτ' ἂν ἐξ ἀνομοίου τἀνόμοιον γενέσθαι. Εἰ γὰρ γίγνοιτο ἐξ ἀσθενεστέρου τὸ ἰσχυρότερον ἢ ἐξ ἐλάττονος τὸ μεῖζον ἢ ἐκ χείρονος τὸ κρεῖττον ἢ τοὐναντίον τὰ χείρω ἐκ τῶν κρειττόνων, τὸ ὂν ἐξ οὐκ ὄντος ἂν γενέσθαι, ὅπερ ἀδύνατον· ἀΐδιον μὲν οὖν διὰ ταῦτα εἶναι τὸν θεόν. Εἰ δ' ἔστιν ὁ θεὸς ἁπάντων κράτιστον, ἕνα φησὶν αὐτὸν προσήκειν εἶναι· εἰ γὰρ δύο ἢ πλείους εἶεν, οὐκ ἂν ἔτι κράτιστον καὶ βέλτιστον αὐτὸν εἶναι πάντων· ἕκαστος γὰρ ὢν τῶν πολλῶν ὁμοίως ἂν τοιοῦτος εἴη. Τοῦτο γὰρ εὸν καὶ θεοῦ δύναμιν εἶναι, κρατεῖν, ἀλλὰ μὴ

CAPUT TERTIUM.

Secunda libelli pars quæ tertium et quartum caput complectitur rectissime in codice Lipsiensi pariterque in aliis libris quos inspexit Bekkerus, duobus Marcianis, Palatino Vaticano, Urbinate et Parisiensi, Ἀριστοτέλους περὶ Ξενοφάνους inscribitur, quum ineptam in reliquis exemplaribus inscriptionem περὶ Ζήνωνος in fronte gerat.

p. 977. a. 14. Ἀδύνατόν φησιν εἶναι, εἴ τι ἔστι, γενέσθαι, τοῦτο λέγων ἐπὶ τοῦ θεοῦ. ἀνάγκη γὰρ ἤτοι ἐξ ὁμοίων ἢ ἐξ ἀνομοίων γενέσθαι τὸ γενόμενον. Hic cod. Lips. ἤτοι ἐξ ὁμοίου ἢ ἐξ ἀνομοίου γενέσθαι τὸ γενόμενον, id quod et aptius est vulgato et confirmatur Simplicii verbis Comment. in Arist. Phys. fol. 6 a: ἀγένητον δὲ ἐδείκνυεν ἐκ τοῦ δεῖν τὸ γιγνόμενον ἢ ἐξ ὁμοίου ἢ ἐξ ἀνομοίου γίγνεσθαι. Brandisii opinionem, qui prima hujus capitis verba e primo hujus libelli capite temere arcessita putat atque a Xenophanis ratione aliena videri dicit, nequeo comprobare. Neque enim dubitat philosophus sitne aliquid an non sit, sed potius hac sententia esse aliquid contendit ut ea quæ paulo inferius posita est enuntiatione εἰ δ' ἔστιν ὁ θεὸς ἁπάντων κράτιστον κ. τ. λ. Karstenius deleto τι, quemadmodum in Parmenidis dicto ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, legendum conjicit ἀδύνατόν φησιν, εἴπερ ἔστι, γενέσθαι eo sensu, ut sit τὸ εἰλικρινῶς ὂν γένεσιν ἔχειν, ἀδύνατον. Sed hæc vis in vulgata etiam scriptura inest.

16. Δυνατὸν δὲ οὐδέτερον. οὔτε γὰρ ὅμοιον ὑφ' ὁμοίου προσήκειν τεχνωθῆναι μᾶλλον ἢ τεχνῶσαι (ταὐτὰ γὰρ ἅπαντα τοῖς γε ἴσοις ἢ ὁμοίοις ὑπάρχειν πρὸς ἄλληλα) οὔτ' ἂν ἐξ ἀνομοίου τὸ ἀνόμοιον γενέσθαι. Ita Bekkerus, sed hac ratione locum scribi non posse jam perspexerunt Brandisius in Comm. Eleatt. p. 26 et Karstenius Xenoph. p. 101 e libro Lipsiensi corrigentes τοῖς γε ἴσοις ὁμοίως. Præterea Karstenius conjicit ταὐτὰ γὰρ ἅπαντα (vel ἁπάντη) ἴσως τοῖς ὁμοίοις ὑπάρχειν. At ne hoc quidem accommodatum est, neque id quod volunt viri docti in exemplari Lipsiensi exstat. Ibi enim Beckio teste reperitur ταῦτα γὰρ ἅπαντα τοῖς γε ἴσοις καὶ ὁμοίως, quod Bergkius sic emendavit: ταῦτα γὰρ ἅπαντα τοῖς γε ἴσοις καὶ ὁμοίοις οὐχ ὑπάρχειν πρὸς ἄλληλα, i. e. τὸ τεχνῶσαι καὶ τὸ τεχνωθῆναι. Neque aliud est quod Simplicius l. c. refert: ἀλλὰ τὸ μὲν ὅμοιον ἀπαθές φησιν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. Adde Sext. Empir. Hypot. I. 225: ἐδογμάτιζε δὲ Ξενοφάνης παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων προλήψεις ἓν εἶναι τὸ πᾶν καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσιν, εἶναι δὲ σφαιροειδῆ καὶ ἀπαθῆ καὶ ἀμετάβλητον καὶ λογικόν. Extrema οὔτ' ἂν ἐξ ἀνομοίου τὸ ἀνόμοιον γενέσθαι pro quibus vulgo male scribitur οὔτ' ἂν ἐξ ἀνομοίου οὔτ' ἀνόμοιον γενέσθαι e cod. Lips. emendasse se dicit Bekkerus. At ibi habetur τἀνόμοιον, quod quum in alio nescio quo exemplari cum præcedenti voce junctim scriptum esset ἀνομοίουτἀνόμοιον, corruptioni locum dedit. De reliquo cum Lipsiensi codice Feliciani interpretatio consentit. Quod Karstenius ait, diligentem scriptionem postulare τὸ ὅμοιον ὑφ' ὁμοίου, ut mox dicitur οὔτ' ἂν ἐξ ἀνομοίου τὸ ἀνόμοιον, per se quidem verum est, sed Aristotelem Xenophanis carmina pedestri oratione interpretantem in omittendo articulo poetæ vestigia sequi apparet. Ultima recte accepit Karstenius περὶ τοῦ ὄντος, sunt igitur perinde interpretanda ac si dicatur οὔτ' ἂν ἐξ ἀνομοίου ἀνόμοιον τὸ ὂν γενέσθαι.

20. Εἰ γὰρ γίγνοιτο ἐξ ἀσθενεστέρου τὸ ἰσχυρότερον ἢ ἐξ ἐλάττονος τὸ μεῖζον ἢ ἐκ χείρονος τὸ κρεῖττον, ἢ τοὐναντίον τὰ χείρω ἐκ τῶν κρειττόνων, τὸ οὐκ ὂν ἐξ ὄντος ἂν γενέσθαι. Pleræque editiones habent τὸ οὐκ ἐξ ὄντος ἂν γενέσθαι. Cod. Lips. τὸ οὐκ ὂν ἐξ ὄντος ἂν γενέσθαι, quod placuit Brandisio Comm. Eleatt, Cousino fragm. phil. et Bekkero. Non male tamen Karstenius scripsit τὸ ὂν ἐξ οὐκ ὄντος propter Simplicii verba l. c. εἰ δὲ ἐξ ἀνομοίου γίγνοιτο, ἔσται τὸ ὂν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. Accedit quod Felicianus videtur eodem modo in suo libro scriptum enisse. Vertit enim: « ex non ente quippiam efficeretur. » Etsi autem intelligi potest quod exhibet liber Lipsiensis, tamen quoniam hic de ortu τοῦ ὄντος quæritur, cum Karstenio τὸ ὂν ἐξ οὐκ ὄντος ponere non dubitavimus.

23. ἀΐδιον μὲν οὖν διὰ ταῦτ' εἶναι. cod. Lips. διὰ ταῦτα εἶναι.

24. In verbis ἕνα φησὶν αὐτὸν προσήκειν εἶναι ultima vox petita est e cod. Lips.; nam in reliquis membranis deest.

25. Pro δύο ἢ ἔτι πλείους εἶεν cod. Lips. omisso ἔτι simpliciter δύο ἢ πλείους, quod præstat, ne in priore etiam membro ponatur vocula, quæ in posteriore οὐκ ἂν ἔτι κράτιστον necessario requiritur. Pro αὐτὸν εἶναι πάντων, quod recte se habet, in cod. L. est αὐτῶν εἶναι πάντων.

26. ἕκαστος γὰρ ἂν θεὸς τῶν πολλῶν ὅμοιος ὢν τοιοῦτος εἴη. Ita plerique omnes libri sensu bono, quem et Felicianus in hunc modum exprimit: « quippe quum unusquisque ex multis deus similis atque idcirco talis foret. » At cod. Lips. præbet ἕκαστος γὰρ ὢν τῶν πολλῶν ὁμοίως ἂν τοιοῦτος εἴη: nam quoniam *esset* unusquisque e multis illis, similiter talis (h. e. κράτιστος) foret. Hanc veram esse scripturam opinor propter Simplicii locum: πλειόνων γάρ φησιν ὄντων, ὁ μ ο ί ω ς ἀνάγκη ὑπάρχειν πᾶσι τὸ κρατεῖν.

27. τοῦτο γὰρ θεὸν καὶ θεοῦ δύναμιν εἶναι, κρατεῖν, ἀλλὰ μὴ κρατεῖσθαι, καὶ πάντα κρατεῖσθαι εἶναι. Ita Bekkerus Lipsiensem et plerosque alios codd. secutus edidit; nam a Feliciani libro postrema καὶ πάντα κρατεῖσθαι εἶναι, quæ corrupta sunt, abfuerunt. Quamobrem Füllebornius ea deleri volebat. Contra Brandisius καὶ πολλὰ κρατεῖσθαι εἶναι *multa ita se habere ut regantur* legendum suspicatus est, Cousinus auctore Boissonadio correxit καὶ πάντα κρατεῖσθαι ἑνί, *ab uno omnia regi*, Karstenius denique conjecit καὶ πάντων κράτιστον εἶναι, quod unum omnium maxime cum verbis prægressis conciliari potest. Hanc igitur conjecturam depravatæ Aristotelis orationi inserendam duximus.

κρατεῖσθαι, καὶ πάντων κράτιστον εἶναι· ὥστε καθὸ μὴ κρείττων, κατὰ τοσοῦτον οὐκ εἶναι θεόν. Πλειόνων οὖν ὄντων, εἰ μὲν εἶεν τὰ μὲν ἀλλήλων κρείττους τὰ δὲ ἥττους, οὐκ ἂν εἶναι θεούς· πεφυκέναι γὰρ θεὸν μὴ κρατεῖσθαι. Ἴσων δὲ ὄντων, οὐκ ἂν ἔχειν θεὸν φύσιν δεῖν εἶναι κράτιστον· τὸ δὲ ἴσον οὔτε χεῖρον οὔτε βέλτιον εἶναι τοῦ ἴσου. Ὥστε εἴπερ εἴη τε καὶ τοιοῦτος εἴη θεός, ἕνα μόνον εἶναι τὸν θεόν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πάντα δύνασθαι ἂν ἃ βούλοιτο· οὐ γὰρ ἂν δύνασθαι, πλειόνων ὄντων· ἕνα ἄρα εἶναι μόνον. Ἕνα δ' ὄντα ὅμοιον εἶναι πάντῃ, ὁρᾶν τε καὶ ἀκούειν τάς τε ἄλλας αἰσθήσεις ἔχοντα πάντῃ· εἰ γὰρ μή, κρατεῖν ἂν καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων τὰ μέρη θεοῦ ὄντα, ὅπερ ἀδύνατον. Πάντῃ δὲ ὅμοιον ὄντα, σφαιροειδῆ εἶναι· οὐ γὰρ τῇ μὲν b τῇ δ' οὐ τοιοῦτον εἶναι, ἀλλὰ πάντῃ. Ἀΐδιον δ' ὄντα καὶ ἕνα καὶ σφαιροειδῆ, οὔτ' ἄπειρον εἶναι οὔτε πεπεράνθαι. Ἄπειρον μὲν τὸ μὴ ὂν εἶναι· τοῦτο γὰρ οὔτε ἀρχὴν οὔτε μέσον οὔτε τέλος οὔτε ἄλλο μέρος οὐδὲν ἔχειν· τοιοῦτον δ' εἶναι τὸ ἄπειρον· οἷον δὲ τὸ μὴ ὄν, οὐκ ἂν εἶναι τὸ ὄν, περαίνειν δὲ πρὸς ἄλληλα, εἰ πλείω εἴη. Τὸ δὲ ἓν οὔτε τῷ οὐκ ὄντι οὔτε τοῖς πολλοῖς ὡμοιῶσθαι· ἓν γὰρ οὐκ ἔχει πρὸς ὅ,τι περανεῖ. Τὸ δὴ

---

29. καθὸ μὴ κρείττων, sic Bekkerus e cod. Lips., nam in reliquis male scribitur κρεῖττον.

31. πεφυκέναι γὰρ θεὸν μὴ κρατεῖσθαι. Ita omnes codd. præter Lipsiensem, pro θεὸν invenitur τὸ θεῖον. Hoc autem propterea repudiavimus, quia ubique hoc capite et apud Simplicium legitur θεός.

32. ἴσων δὲ ὄντων, οὐκ ἂν ἔχειν θεὸν φύσιν δεῖν εἶναι κράτιστον. Hæserunt in his verbis viri docti. Ac primum quidem Tiedemanni κρατίστην jure improbarunt Füllebornius et Beckius, quorum posterior δεῖν tanquam inepte additum deleri jussit, hanc sententiæ vim esse ratus : *non posse deum natura præstantissimum esse.* Karstenius nihil mutans sic philosophi præceptum declarat : οὐκ ἂν προσήκειν, θεὸν πεφυκέναι κρατεῖν sive κράτιστον εἶναι, *si plures essent dii inter se æquales, consentaneum fore negat penes deum esse summam potentiam.* At licet δεῖν similiter ut προσήκειν nonnunquam significet *convenire, consentaneum esse*, tamen verborum collocatio huic interpretationi non suffragatur. Itaque sic vertendum : « si plures sint dii inter se æquales, non eam naturam deum esse habiturum, ut necessario potentissimus sit. »

34. ὥστε εἴπερ εἴη τε καὶ τοιοῦτον εἴη θεός. Scribendum videtur τοιοῦτος, ut versu 27, atque hoc Felicianus expressit : « quapropter si est et talis est deus, unum ipsum solum esse. »

35. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πάντα δύνασθαι ἂν ἃ βούλοιτο. οὐδὲ γὰρ ἂν δύνασθαι πλειόνων ὄντων ἕνα εἶναι μόνον. Depravata esse hæc vel repetitum illud atque adeo ter positum οὐδὲ arguit. Karstenius suasit, ut poneretur : ὥστ' εἴπερ ἐστί γε τοιοῦτος, ἕνα μόνον εἶναι τὸν θεόν· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἅπαντα δύνασθαι ἂν ἃ βούλοιτο, πλειόνων ὄντων, ἕνα μόνον. Rectius codex Lipsiensis post βούλοιτο habet : οὐ γὰρ ἂν δύνασθαι, πλειόνων ὄντων· ἕνα ἄρα εἶναι μόνον. Initio duplex οὐδὲ negandi vim auget, quod jam Karstenius adnotavit, qui citat Epicharmum apud Diogenem L. III, 10 : οὐδὲ μὰν οὐδ' αἱ ποτὶ μέτρον κ. τ. λ. et Plat. Phædr. extr. p. 278 E. Sed ita jam frequenter Homerus, velut Il. XVIII, 117 : οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε Κῆρα, ὅσπερ φίλτατος ἔσκε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι. Omnino quum poetarum magis proprius hic usus sit quam prosæ orationis scriptorum, suspicor Aristotelem magna ex parte Xenophanis verba servasse, quæ forsitan fuerint :

οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δύναιτό κε πᾶν τελέειν θεὸς οἶος·
οὐ γὰρ ἔχοι δύναμιν ταύτην πλεόνων ἐν ὁμίλῳ·
οὕτω μοῦνος ἐὼν πάντων κρατέει φρεσὶν ᾗσιν.

37. ἕνα δ' ὄντα ὅμοιον εἶναι πάντῃ, ὁρᾶν τε καὶ ἀκούειν, τάς τε ἄλλας αἰσθήσεις ἔχοντα πάντῃ. εἰ γὰρ μή, κρατεῖν ἂν κ. τ. λ. Ita Bekkerus. Notandum illud vocari πάντῃ ὅμοιον quod sublato partium discrimine unum atque continuum est. Parm. v. 78 : οὐδὲ διαίρετόν ἐστιν, ἐπεὶ πᾶν ἐστιν ὁμοῖον. Ac perperam a Bekkero distinguitur post ἀκούειν. Namque ut recte monet Karstenius verba ὁρᾶν τε καὶ ἀκούειν substantive posita una cum sequenti nomine τάς τε ἄλλας αἰσθήσεις pendent ex ἔχοντα πάντῃ, ut eodem sensu dicatur : ὅρασίν τε καὶ ἀκοὴν τάς τε ἄλλας αἰσθήσεις ἔχοντα πάντῃ.

p. 977 b. 1. πάντῃ δ' ὅμοιον ὄντα σφαιροειδῆ εἶναι· οὐ γὰρ τῇ μὲν τῇ δ' οὐ τοιοῦτον εἶναι, ἀλλὰ πάντῃ. Simplicius l. c. σφαιροειδὲς αὐτὸ διὰ τὸ πανταχόθεν ὅμοιον λέγει. Eandem quam hic legimus sententiam Parmenides exprimit v. 104 seqq. Similiter Aristoteles de Cœlo I, 1 : τὸ δὲ πᾶν .....τέλειον ἀναγκαῖον εἶναι καὶ καθάπερ τοὔνομα σημαίνει, πάντῃ, καὶ μὴ τῇ μὲν τῇ δ' οὔ.

2. ἀΐδιον δ' ὄντα καὶ ἕνα καὶ σφαιροειδῆ, οὔτ' ἄπειρον εἶναι οὔτε πεπεράσθαι. Ita Bekkerus hæc verba vulgavit. Karstenius cum veteribus editionibus πεπερᾶσθαι scripsit. Neutrum ferendum; requiritur enim quod cod. Lipsiensis habet πεπεράνθαι. Nam nullus hic est verbo περᾶν locus, sed solum convenit περαίνειν, ut mirandum sit, homines doctos tale vitium non animadvertisse. Concinit Simplicius l. c. : καὶ οὔτε δὲ ἄπειρον οὔτε πεπερασμένον εἶναι· διότι ἄπειρον μὲν τὸ μὴ ὂν ὡς οὔτε ἀρχὴν ἔχον οὔτε μέσον οὔτε (vulg. μήτε) τέλος, περαίνει δὲ πρὸς ἄλληλα τὰ πλείω. Ultimo vocabulo excepto in reliquis vulgatam lectionem secutus sum, quum initium hujus sententiæ integrius in aliis quam in Lipsiensi libro videatur, ubi legitur : ἀΐδιον δὲ οὕτω καὶ ἕνα καὶ σφαιροειδῆ οὔτε ἄπειρον, οὔτε πεπεράνθαι.

3. ἄπειρον ὃ μὴ ὂν εἶναι Bekkerus, alii ἄπειρον τὸ μὴ εἶναι, cod. Lips. ἄπειρον μὲν ὃ μὴ ὂν εἶναι, sed bene Brandisius correxit ἄπειρον μὲν τὸ μὴ ὂν εἶναι.

4. τοῦτο γὰρ οὔτε μέσον οὔτ' ἀρχὴν καὶ τέλος οὔτ' ἄλλο μέρος οὐδὲν ἔχειν. In his verbis καὶ ante τέλος e correctione in libro Lipsiensi scriptum est; antea fuit οὔτε, quod etiam nunc perspicue apparet, et in cæteris membranis atque apud Simplicium exstat. Quamobrem οὔτε legendum existimo.

6. περαίνειν δὲ πρὸς ἄλληλα, εἰ πλείω εἶεν. Magis attice Cod. Lips. εἰ πλείω εἴη. Si plura sint, ea finibus inter se terminari philosophus dicit, non vero id quod unum sit. Aristot. Phys. III, 4 : ἀεὶ περαίνειν ἀνάγκη ἕτερον πρὸς ἕτερον.

7. τὸ δὲ ἓν οὔτε τῷ οὐκ ὄντι οὔτε τοῖς πολλοῖς ὁμοιοῦσθαι. Rectius Cod. Lips. ὡμοιῶσθαι. Est enim ὁμοιοῦσθαι comparari et assimilari, ὡμοιῶσθαι par vel simile esse. Plat. de Rep. lib. VI p. 498 E : ἄνδρα δὲ ἀρετῇ παρισωμένον καὶ ὡμοιωμένον μέχρι τοῦ δυνατοῦ τελέως, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ δυναστεύοντα ἐν πόλει ἑτέρᾳ τοιαύτῃ, οὐ πώποτε ἑωράκασιν οὔτε ἕνα οὔτε πλείους.

8. ἓν γὰρ οὐκ ἔχει πρὸς ὅ, τι περανεῖ. Hæc vulgata est scriptura, quam utique præferendam censemus Lipsiensi πρὸς ὅ, τι περανθείη propter constantem vocabuli usum, quo passivum hac significatione insolens est, et propter verba prægressa περαίνειν δὲ πρὸς ἄλληλα. Brandisius recepit περανθείη, quod si ullo pacto ferri posset, non diceretur

τοιοῦτον ὂν ἕν, ὂν τὸν θεὸν εἶναι λέγει, οὔτε κινεῖσθαι οὔτε ἀκίνητον εἶναι. Ἀκίνητον μὲν γὰρ εἶναι τὸ μὴ ὄν· οὔτε γὰρ ἂν εἰς αὐτὸ ἕτερον, οὔτ' ἐκεῖνο εἰς ἄλλο ἐλθεῖν· κινεῖσθαι δὲ τὰ πλείω ὄντα ἑνός· ἕτερον γὰρ εἰς ἕτερον δεῖν κινεῖσθαι. Εἰς μὲν οὖν τὸ μὴ ὂν οὐδὲν ἂν κινηθῆναι· τὸ γὰρ μὴ ὂν οὐδαμῇ εἶναι. Εἰ δὲ εἰς ἄλληλα μεταβάλλοι, πλείω ἂν αὐτὸ εἶναι ἑνός. Διὰ ταῦτα δὴ κινεῖσθαι μὲν ἂν τὰ δύο ἢ πλείω ἑνός, ἠρεμεῖν δὲ καὶ ἀκίνητον εἶναι τὸ οὐδέν· τὸ δὲ ἓν οὔτε ἠρεμεῖν οὔτε κινεῖσθαι· οὔτε γὰρ τῷ μὴ ὄντι οὔτε τοῖς πολλοῖς ὅμοιον εἶναι. Κατὰ πάντα δὲ οὕτως ἔχειν τὸν θεόν, ἀΐδιόν τε καὶ ἕνα, ὅμοιόν τε καὶ σφαιροειδῆ ὄντα, οὔτε ἄπειρον οὔτε πεπερασμένον, ουτε ἠρεμεῖν οὔτε κινητὸν εἶναι.

ΚΕΦ. δ'.

Πρῶτον μὲν οὖν λαμβάνει καὶ οὗτος τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι ἐξ ὄντος, ὥσπερ ὁ Μέλισσος. Καίτοι τί κωλύει μήτ' ἐξ ὁμοίου μήτ' ἐξ ἀνομοίου τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, ἀλλ' ἐκ μὴ ὄντος; ἔτι οὐδὲν μᾶλλον ὁ θεὸς ἀγένητος ἢ καὶ τἄλλα πάντα, εἴπερ ἅπαντα ἐξ ὁμοίου ἢ ἀνομοίου γέγονεν, ὅπερ ἀδύνατον. Ὥστε ἢ οὐδέν ἐστι παρὰ τὸν θεόν, ἢ καὶ τἄλλα ἀΐδια πάντα. Ἔτι κράτιστον τὸν θεὸν λαμβάνει, τοῦτο δυνατώτατον καὶ

---

nisi addito ἂν, ut in illo Æschyleo Prom. v. 885 : οὐδ' ἔχω τίς ἂν γενοίμαν. Karstenius legendum putabat ἓν γὰρ οὐκ ἔχειν πρὸς ὅ, τι περαίνῃ. Sed ut infinitivum ἔχειν non incommodum esse largior, licet a vulgata lectione non sit recedendum, ita περαίνῃ pro περανεῖ neutiquam mihi probatur. Etsi enim fere solemnis est in ejusmodi junctura conjunctivus, ut apud Sophoclem Œd. Col. 318 : οὐκ ἔχω τί φῶ; tamen futurum περανεῖ nihil habet, in quo offendas. Nam in eadem tragœdia (v. 1739) Sophocles : ὅπως μολούμεθ' ἐς δόμους οὐκ ἔχω, et Eurip. Heracl. 440 : ὑμῖν οὐκ ἔχω τί χρήσομαι. Sequentia apud Bekkerum sic scribuntur : τὸ δὲ τοιοῦτον ὂν ἕν, ὃν τὸν θεὸν εἶναι λέγει, οὔτε κινεῖσθαι οὔτε κινητὸν εἶναι. Cod. Lips. suppeditat : τὸ δὴ τοιοῦτον ἓν ὂν τὸν θεὸν εἶναι λέγει, οὔτε κινεῖσθαι οὔτε ἀκίνητον εἶναι. In veteribus editionibus est : τὸ δὴ τοιοῦτον ὂν ἓν ὄν. Hinc nemo dubitabit, quin poni debeat : τὸ δὴ τοιοῦτον ὂν ἕν, ὃν τὸν θεὸν εἶναι λέγει, οὔτε κινεῖσθαι οὔτε ἀκίνητον εἶναι. Cæterum ἀκίνητον jam Tiedemannus conjectura assecutus erat.

11. Pro οὔτε ἐκεῖνο cod. Lips. οὔτ' ἐκεῖνο.

13. εἰς μὲν οὖν τὸ μὴ ὂν οὐδὲν ἂν κινηθῆναι· τὸ γὰρ μὴ ὂν οὐδαμῇ εἶναι. Ita recte Bekkerus cum cod. Lips. Cf. Simplicii locum, quem infra ponemus. Nam in vulgata lectione jure hæsit Karstenius, qui : « melius, inquit, scriptum esset οὐδ' ἂν κινηθῆναι, diligentior vero scribendi ratio postularet hæc ita transponi : εἰ μὲν οὖν μὴ κινηθείη, μηδὲν (i. e. μὴ ὂν) ἂν εἶναι αὐτό. » Idem pro οὐδαμῇ εἶναι corrigendum putat οὐδαμῇ ἰέναι. At his mutationibus licet supersedere.

14. εἰ δὲ εἰς ἄλληλα μεταβάλλοι, πλείω αὐτὸν εἶναι ἑνός. Non liquet, utrum e codd. an e veteribus editionibus Bekkerus sumpserit αὐτόν, quod si recte se haberet, ad deum referri in promtu esset. Sed quoniam Xenophanes deum unum esse, non plures jam supra demonstravit, hic neutrum αὐτὸ flagitatur, quod pertinet ad τὸ ἓν vel τὸ ὄν. Id ipsum Karstenius scripsit, quum in nonnullis editionibus invenisset. Præterea ἂν particulam post πλείω rectius addi idem vir doctus observavit.

16. ἠρεμεῖν δὲ καὶ ἀκίνητον εἶναι τὸ οὐδὲν cod. Lips.; cæteri male ἠρεμεῖν γὰρ ἀκίνητον κ. τ. λ.

17. ἀτρεμεῖν οὔτε κινεῖσθαι omnes codd. Sed mihi cum Karstenio ἀτρεμεῖν in ἠρεμεῖν, quod paullo superius legitur, refingere placet, quia ἀτρεμεῖν licet *quiescendi* notione ab aliis scriptoribus usurpatum sit, tamen non est philosophorum proprium qui τῷ κινεῖσθαι opponunt τὸ ἠρεμεῖν.

20. οὔτε ἠρεμεῖν οὔτε ἀκίνητον εἶναι. Ineptam esse hanc membranarum scripturam dudum Füllebornius viderat οὔτε ἠρεμεῖν οὔτε κινητὸν εἶναι substituendum ratus. Non injuria autem Karstenius ait melius opponi τὸ ἠρεμεῖν τῷ κινεῖσθαι quam τῷ κινητὸν εἶναι, ideoque id quod supra legebatur scribi vult οὔτε κινεῖσθαι οὔτε ἀκίνητον εἶναι. Beckius in codice Lipsiensi illud ἀκίνητον ita exaratum esse testatur, ut dubium sit ἀκίνητον an εὐκίνητον voluerit librarius. Felicianus, qui interpretatur *neque quiescere neque moveri*, videtur κινεῖσθαι legisse. In hac rei ambiguitate ultra Füllebornii conjecturam, quæ proxime ad codicum lectionem accedit, progredi non sum ausus. Quod reliquum est cum eo quod hic tractatur argumento Simplicii verba componamus : παραπλησίως δὲ καὶ κίνησιν ἀφαιρεῖ καὶ τὴν ἠρεμίαν. ἀκίνητον μὲν γὰρ εἶναι τὸ μὴ ὄν· οὔτε γὰρ ἂν εἰς αὐτὸ ἕτερον, οὔτε αὐτὸ πρὸς ἄλλο ἐλθεῖν· κινεῖσθαι δὲ τὰ πλείω τοῦ ἑνός· ἕτερον γὰρ εἰς ἕτερον μεταβάλλειν· ὥστε καὶ ὅταν ἐν ταὐτῷ μένειν λέγῃ καὶ μὴ κινεῖσθαι,

αἰεὶ δ' ἐν ταὐτῷ τε μένειν κινούμενον οὐδὲν
οὐδὲ μετέρχεσθαί μιν ἐπιπρέπει ἄλλοτε ἄλλῃ,

οὐ κατὰ τὴν ἠρεμίαν τὴν ἀντικειμένην τῇ κινήσει μένειν αὐτόν (i. e. τὸν θεόν) φησιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀπὸ κινήσεως καὶ ἠρεμίας ἐξῃρημένην.

CAPUT QUARTUM.

p. 977, b. 21 : πρῶτον μὲν οὖν λαμβάνει καὶ οὗτος τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι ἐξ ὄντος, ὥσπερ ὁ Μέλισσος. καίτοι τί κωλύει μήτ' ἐξ ὁμοίου τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, ἀλλ' ἐκ μὴ ὄντος. Deesse hic aliquid cum ipsa rei natura ostendit, tum Felicianus interpres confirmat, cujus hæc sunt verba : « At enim quid obstat, quin neque ex simili, neque ex dissimili id quod fit, sed ex non ente exsistat? » Statuit Colophonius philosophus, si quid generetur, id aut ex simili aut ex dissimili necessario procreari, neutrum autem fieri posse. Conficitur hoc ex iis quæ cap. 3 leguntur : ἀδύνατόν φησιν εἶναι εἴ τι ἔστι, γενέσθαι, τοῦτο λέγων ἐπὶ τοῦ θεοῦ· ἀνάγκη γὰρ ἤτοι ἐξ ὁμοίου ἢ ἐξ ἀνομοίου γενέσθαι τὸ γιγνόμενον. δυνατὸν δὲ οὐδέτερον. Hinc Karstenius et Bergkius correxerunt : καίτοι τί κωλύει μήτ' ἐξ ὁμοίου μήτ' ἐξ ἀνομοίου τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, ἀλλ' ἐκ μὴ ὄντος. Nam nihil obstare censet Aristoteles, etiamsi id largiaris, quominus ex nihilo aliquid gignatur. Præterea commodior est verborum collocatio quæ in Lipsiensi codice exstat : πρῶτον μὲν οὖν λαμβάνει τὸ γιγνόμενον καὶ οὗτος ἐξ ὄντος γίγνεσθαι.

24. ὁ θεὸς ἀγέννητος ᾖ e Lipsiensi libro substituisse se dicit Bekkerus pro vulg. ἀγέννητος εἰ, sed in Lipsiensi codice est ἀγένητος ᾖ, quam lectionem Felicianus quoque sequitur.

25. εἴπερ ἅπαντα ἐξ ὁμοίου ἢ ἀνομοίου γέγονεν. Sic vulgo; cod. Lips. εἴπερ ἅπαντα ἐξ ὁμοίου ἢ καὶ ἐξ ἀνομοίου γέγονεν.

26. παρὰ τὸν θεὸν exstat in libro Lipsiensi fuitque in codice Feliciani qui recte vertit *præter* deum; in veteribus editionibus habetur περὶ quod ineptum est.

27. ἔτι κράτιστον τὸν θεὸν e Lips. cod. posuit Bekkerus; ante male scribebatur εἴπερ ἅπαντα ἐπικράτιστον τ. θ.

βέλτιστον λέγων. Οὐ δοκεῖ δὲ τοῦτο κατὰ τὸν νόμον, ἀλλὰ πολλὰ κρείττους εἶναι ἀλλήλων οἱ θεοί· οὐκ οὖν ἐκ τοῦ δοκοῦντος εἴληφε ταύτην κατὰ τοῦ θεοῦ τὴν ὁμολογίαν. Τὸ δὲ κράτιστον εἶναι τὸν θεὸν οὐχ οὕτως ὑπολαμβάνων λέγει τις, ὡς πρὸς ἄλλο τι τοιαύτη ἡ τοῦ θεοῦ φύσις, ἀλλὰ πρὸς τὴν αὑτοῦ διάθεσιν, ἐπεὶ τό γε πρὸς ἕτερον οὐδὲν ἂν κωλύοι μὴ τῇ αὑτοῦ ἐπιεικείᾳ καὶ ῥώμῃ ὑπερέχειν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἀσθένειαν. Θέλοι δ' ἂν οὐδεὶς οὕτω τὸν θεὸν φάναι κράτιστον εἶναι, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἔχει ὡς οἷόν τε ἄριστα, καὶ οὐδὲν ἐλλείπει καὶ εὖ καὶ καλῶς ἔχειν αὐτῷ· ἅμα γὰρ καλῶς ἔχοντι κἀκεῖνο ἂν συμβαίνοι. Οὕτω δὲ διακεῖσθαι καὶ

---

28. οὐ δοκεῖ δὲ τοῦτο κατὰ τὸν νόμον, ἀλλὰ πολλὰ κρείττους εἶναι ἀλλήλων οἱ θεοί. Karstenius de Xenoph. p. 116 inter ἀλλὰ et πολλὰ inseri vult κατά. Fallitur Felicianus hanc enuntiationem ita interpretans : « Id autem ex lege minime videtur, sed in multis præstantiores sese mutuo esse dii dicuntur. » Nam κατὰ νόμον hic non valet *ex lege*, sed *ex vulgari opinione*, cf. Democrit. fragmm. p. 204, 208, deinde ad θεοὶ subaudiendum δοκοῦσι, quod Karstenius jam observavit.

29. οὐκ οὖν ἐκ τοῦ δοκοῦντος εἴληφε ταύτην κατὰ τοῦ θεοῦ τὴν ὁμολογίαν. Ita Bekkerus cum plerisque codd.; Karstenius p. 116 male ταύτην κατὰ τοῦ θεοῦ ὁμολογίαν. At in Lipsiensi reperitur ταύτην τοῦ θεοῦ τὴν ὁμολογίαν, quod repudiandum. Neque enim abesse potest præpositio eo qui hic requiritur sensu, quem in hunc modum exprimit Felicianus : « non igitur ex eo quod videtur hanc de deo consensionem sumsit. » Multi autem apud Platonem, Aristotelem aliosque scriptores loci offenduntur quibus hæc vocula genitivo juncta idem sonat quod περὶ præpositio ad patrium casum relata. Plat. Conviv. p. 193 C : μὴ τοίνυν κατ' ἀνθρώπων σκόπει μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ κατὰ ζώων πάντων καὶ φυτῶν. Aristot. de Anima lib. I cap. 1 : τάχ' ἄν τῳ δόξειε μία τις εἶναι μέθοδος κατὰ πάντων.

31. Τό τε κράτιστον εἶναι τὸν θεὸν οὐχ οὕτως ὑπολαμβάνων λέγεται ὡς πρὸς ἄλλο τι τοιαύτη ἡ τοῦ θεοῦ φύσις, ἀλλὰ πρὸς τὴν αὑτοῦ διάθεσιν, ἐπεί τοί γε πρὸς ἕτερον οὐδὲν ἂν κωλύοι μὴ τῇ αὑτοῦ ἐπιεικείᾳ καὶ ῥώμῃ ὑπερέχειν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἀσθένειαν· θέλοι δ' ἂν οὐδεὶς οὕτω τὸν θεὸν φάναι κράτιστον εἶναι, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἔχει ὡς οἷόν τε ἄριστα, καὶ οὐδὲν ἐκλείπει καὶ εὖ καὶ καλῶς ἔχειν αὐτῷ· ἅμα γὰρ ἴσως ἔχοντι κἀκεῖνο ἂν συμβαίη. Hic nonnulla Bekkerus e cod. Lipsiensi emendavit, alia vero quæ probanda non sunt recepit, ut ἐπεί τοί γε, cujus loco olim ἐπεὶ τοῦ γὰρ vel ἐπεὶ γὰρ τοῦ scribebatur. Felicianus vertit : « Accedit quod deum esse præstantissimum non eo sensu dicitur, ut erga aliud quippiam hujusmodi sit dei natura, sed quantum tantummodo ad suam ipsius affectionem attinet : nam si ad alterum spectemus, quid prohibeat, deum non sua ipsius æquitate et fortitudine, sed ex aliorum imbecillitate excellere? At deum ita esse præstantissimum intelligit nemo, sed quia ipse quam optime fieri potest, affectus est, nihilque ei quominus bene et recte sese habeat deest, quippe quum ita sese habenti simul illud etiam eveniat necesse sit. » Ex qua interpretatione quid ipse in suo exemplari invenerit, manifesto apparet. Bergkius corrigi vult τὸ δὲ κράτιστον εἶναι τὸν θεὸν οὐχ οὕτως ὑ π ο λ α μ β ά ν ω ν λ έ γ ε ι, ὡς πρὸς ἄλλο τι τοιαύτη ἡ τοῦ θεοῦ φύσις, ἀλλὰ πρὸς τὴν αὑτοῦ διάθεσιν· ἐπεὶ τ ό γε πρὸς ἕτερον οὐδὲν ἂν κωλύοι μὴ τῇ αὑτοῦ ἐπιεικείᾳ καὶ ῥώμῃ ὑπερέχειν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἀσθένειαν, θέλοι δ' ἂν οὐδεὶς οὕτω τὸν θεὸν φάναι κράτιστον εἶναι, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἔχει ὡς οἷόν τε ἄριστα καὶ οὐδὲν ἐ λ λ ε ί π ε ι καὶ εὖ καὶ καλῶς ἔχειν α ὐ τ ό ν· ἀ λ λ ὰ γ ὰ ρ ἴσως ἔχοντι κἀκεῖνο ἂν σ υ μ β α ί ν ο ι. Quod initio scripsit δὲ, elegantiorem efficit orationem, etsi τε fortasse tolerandum in scriptore qui incise membratimque loquens prægressæ sententiæ similem annectit, ut non male Felicianus hanc transitionem verbis *accedit quod* reddiderit. Deinde vero ὑπολαμβάνων λέγει non convenit huic loco, quia Aristoteles jam non Xenophanis judicium commemorat, sed quid vulgo homines hac de re sentiant et quid ipse judicet significare vult. Quapropter Karstenius conjecerat ὑπολαμβάνεται; possis etiam ὑπολαμβάνων λέγει τις suspicari. Sed bene Bergkius τό γε πρὸς ἕτερον posuit, ubi e superioribus repetendum τοιαύτην τοῦ θεοῦ εἶναι φύσιν. Karstenius legi jusserat : εἰ γὰρ τοῦτο (scil. λέγοιτο) πρὸς ἕτερον, quod non placet. Præterea e cod. Lipsiensi ἐλλείπει Bergkius pro ἐκλείπει restituit, neque tamen in sequentibus αὐτῷ quod ex ἐλλείπει aptum est satis certa conjectura in αὐτόν mutavit, quum ille dativus licet paulo remotior ab eo unde pendet verbo similibus exemplis excusari queat. Quod autem Karstenius post ἐλλείπει exarari voluit μὴ εὖ καὶ καλῶς pro καὶ εὖ καὶ καλῶς, id a sententia abhorret. In extremis vox συμβαίνοι ducta est e cod. Lipsiensi ad quam scripturam proxime accedit quod e duobus libris Bekkerus enotavit qui mendose συμβαίνει exhibent. Reliqua non expedivit Bergkius; nam ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἔχοντι ferri nequit. Est autem, si sequens enuntiatum adjunxeris, hæc philosophi argumentatio : Deum potentissimum et optimum dici par est non aliorum habita ratione, sed ipsius per se spectata natura. Etenim si alios tantum superaret, posset quidem non propter ipsius virtutem præstare, sed ob illorum imbecillitatem excellere. At hoc a deo alienum esse patet, quem ideo potentissimum et optimum dicimus, quia suæ naturæ convenienter quam optime affecto nulla res ad bene beateque vivendum deest. Nam si beatus est, optimum quoque et potentissimum esse convenit. Neque vero quidquam obstat, quominus, etiamsi plures sint, cuncti eo statu fruantur, ut omnes quam optime sint affecti, et quum reliqua omnia superent, invicem tamen sibi non præstent. Ultima Brandisius p. 79 non multo aliter interpretatur : *cætera quidem omnia regentes, non vero se invicem*. Jam vero quod Bergkius censet, verba esse in eam sententiam scripta, ut salva aliorum felicitate deus felix esse dicatur, id frustra hic quæras. Porro ἴσως ἔχοντι exponit εὖ καὶ καλῶς ἔχοντι ἴσως ἄλλοις, quod si recte se haberet, supervacanea esset sequens enuntiatio. Paulo rectius Karstenius ita scripsit : ἅμα γὰρ ἴσως (i. e. nimirum) τοῦτ' (τὸ εὖ καὶ καλῶς) ἔχοντι κἀκεῖνο (τὸ κράτιστον εἶναι) ἂν συμβαίη, sed multo simplicior est Feliciani lectio, ad quam Brandisius Commentt. Eleatt. p. 79 se applicavit ἅμα γὰρ οὕτως ἔχοντι. Quum autem illud οὕτως nihil sit hoc loco nisi εὖ καὶ καλῶς, forsitan in ἴσως vel οὕτως ipsum καλῶς latuerit, quod in verborum ordinem recipere non dubitavi. Itaque locum sic distinguo : Τὸ δὲ κράτιστον εἶναι τὸν θεὸν οὐχ οὕτως ὑπολαμβάνων λέγει τις, ὡς πρὸς ἄλλο τι τοιαύτη ἡ τοῦ θεοῦ φύσις, ἀλλὰ πρὸς τὴν αὑτοῦ διάθεσιν, ἐπεὶ τό γε πρὸς ἕτερον οὐδὲν ἂν κωλύοι μὴ τῇ αὑτοῦ ἐπιεικείᾳ καὶ ῥώμῃ ὑπερέχειν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἀσθένειαν. Θέλοι δ' ἂν οὐδεὶς οὕτω τὸν θεὸν φάναι κράτιστον εἶναι, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἔχει ὡς οἷόν τε ἄριστα, καὶ οὐδὲν ἐλλείπει καὶ εὖ καὶ καλῶς ἔχειν αὐτῷ· ἅμα γὰρ καλῶς ἔχοντι κἀκεῖνο ἂν συμβαίνοι.

39. οὕτω δὲ διακεῖσθαι καὶ πλείους αὐτοὺς ὄντας οὐδὲν κωλύει, ἅπαντας ὡς οἷόν τε ἄριστα διακειμένους, καὶ κρατίστους τῶν ἄλλων, οὐχ αὑτῶν ὄντας. ἔστι δ', ὡς ἔοικε, καὶ ἄλλα. Ita Bekkerus, qui veterum editionum ὡς οἴονται e cod. Lips. ac fortasse ex aliis quoque libris tacite correxit in ὡς οἷόν τε. Sed in Lipsiensi legitur præterea οὐδὲ ἂν

πλείους αὐτοὺς ὄντας οὐδὲν ἂν κωλύοι, ἅπαντας ὡς οἷόν 978 τε ἄριστα διακειμένους, καὶ κρατίστους τῶν ἄλλων, οὐχ αὐτῶν ὄντας· ἔστι δ', ὡς ἔοικε, καὶ ἄλλα. Κράτιστον γὰρ εἶναι τὸν θεόν φησι, τοῦτο δέ τινων εἶναι ἀνάγκη, ἕνα δὲ ὄντα πάντῃ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν οὐδὲν προσήκει. Οὐ γὰρ εἰ μὴ καὶ τῇδ' ὁρᾷ, χεῖρον ὁρᾷ, ἀλλὰ ταύτῃ οὐχ ὁρᾷ. Ἀλλ' ἴσως τοῦτο βούλεται τὸ πάντῃ αἰσθάνεσθαι, ὅτι οὕτως ἂν βέλτιστα ἔχοι, ὅμοιος ὢν πάντῃ. Ἔτι τοιοῦτος ὢν διὰ τί σφαιροειδὴς ἂν εἴη, ἀλλ' οὐχ ἑτέραν τινὰ μᾶλλον ἔχων ἰδέαν, ὅτι πάντῃ ἀκούει καὶ πάντῃ κρατεῖ; ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγωμεν τὸ ψιμύθιον ὅτι πάντῃ ἐστὶ λευκόν, οὐδὲν ἄλλο σημαίνομεν ἢ ὅτι ἐν

κωλύῃ, quod mutavimus in κωλύοι. Pro κρατίστους Karstenius p. 116 κρείττους substituit, in quo illud mirandum, quod vir doctissimus non memor fuit Thucydidei exempli (lib. I, 1) ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων aliorumque locorum, quibus superlativus non multum discrepat a comparativo. Nihil igitur hic emendandum. Deinde in eo peccavit Karstenius quod τῶν ἄλλων pro masculino accepit, quasi referretur ad deos. Vertit enim : « neque ratio obstat quominus, etiamsi plures sint, cuncti ea conditione fruantur, ut omnes quam optime sint affecti, et alius quidem alio excellentior, sua autem quisque natura præstantissimus sit. » At eam explicationem non esse veram apparet ex iis quæ subjunguntur : ἔστι δ', ὡς ἔοικε, καὶ ἄλλα. Quamobrem ipse hæc aliter supra interpretatus sum. Postremo monendum ambiguam esse in Lipsiensi exemplari scripturam, quum Beckius nesciverit, utrum ἔστι an ἔτι exaraverit librarius.

p. 978, a 2. κράτιστον γὰρ εἶναι τὸν θεόν φησι, τοῦτο δέ τινι εἶναι ἀνάγκη, ἕνα τὰ πάντα ὁρᾶν καὶ ἀκούειν οὐδὲν προσήκει· οὐ γὰρ εἰ μὴ καὶ τῇδ' ὁρᾷ, χεῖρον ὁρᾷ ταύτῃ, ἀλλ' οὐχ ὁρᾷ. Sic edidit hæc Bekkerus, quæ partim obscura sunt, partim inepta. Ac primum quidem injuria sprevit duorum quos contulit codicum lectionem δέ τινων pro δέ τινι præbentium. Ea enim verissima est scriptura codicum Palatini et Vaticani ac præterea exemplaris Lipsiensis, ubi exstat τιν adjecta, non apostropho, ut ait Olearius, sed nota qua ων designatur. Nam quum Xenophanes deum potentissimum ac præstantissimum vocat, hoc ita dici contendit Aristoteles, ut simul necessario quorundam (aliorum) ratio habeatur, τοῦτο δέ τινων εἶναι ἀνάγκη, siquidem summa rei alicujus præstantia ex aliarum demum ejusmodi rerum comparatione perspicitur. Si igitur deus præstantissimus est, vel præstantissimus deorum vel præstantissima rerum sit necesse est. Cf. Xenophanis fragm. 1 : εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος. Contra alterum illud τοῦτο δέ τινι εἶναι ἀνάγκη, *hoc autem alicui esse oportet*, cum per se ita frigidum et jejunum est ut Aristoteli in mentem venire non potuerit, tum omnibus quæ hic afferuntur argumentis repugnat. Quæ subsequuntur ἕνα τὰ πάντα ὁρᾶν καὶ ἀκούειν οὐδὲν προσήκει, pro quibus Lipsiensis liber ἕνα τὸν τὰ πάντα κ. τ. λ. exhibet, neque integra sunt, neque Xenophanis rationi consentanea. Nimirum is de deo (fragm. 2) hoc prædicaverat :

οὖλος ὁρᾷ, οὖλος δὲ νοεῖ, οὖλος δέ τ' ἀκούει.

Ergo non omnia videt, sed totus videt vel ab omni parte visu præditus est. Itaque non modo ἕνα ὄντα flagitatur, quod Brandisio arrisit, sed omnino sic reponendum : ἕνα δὲ ὄντα πάντῃ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν οὐδὲν προσήκει. Confirmatur emendatio nostra iis quæ a scriptore subjiciuntur verbis. Hæc autem ita sunt cum Feliciano transponenda : οὐ γὰρ εἰ μὴ καὶ τῇδ' ὁρᾷ, χεῖρον ὁρᾷ, ἀλλὰ ταύτῃ οὐχ ὁρᾷ. Codex Lipsiensis hic nihil variat, nisi quod καὶ inter μὴ et τῇδ' omittit, quamquam prima negantis particulæ littera ita exarata est, ut olim κ scriptum fuisse videatur. Cætera eodem ordine leguntur, quo in vulgatis exemplaribus. Brandisius, qui scribi volebat χεῖρον ὁρᾷ ταύτῃ, ἢ οὐχ ὁρᾷ, verborum sensum non est assecutus. Totum igitur locum in hunc modum constituimus : κράτιστον γὰρ εἶναι τὸν θεόν φησι, τοῦτο δέ τινων εἶναι ἀνάγκη, ἕνα δὲ ὄντα πάντῃ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν οὐδὲν προσήκει. Οὐ γὰρ εἰ μὴ καὶ τῇδ' ὁρᾷ, χεῖρον ὁρᾷ, ἀλλὰ ταύτῃ οὐχ ὁρᾷ. Ἀλλ' ἴσως τοῦτο βούλεται τὸ πάντῃ αἰσθάνεσθαι, ὅτι οὕτως ἂν βέλτιστα ἔχοι, ὅμοιος ὢν πάντῃ. Non aliter videtur Felicianus legisse, cujus hæc sunt verba : « cum enim præstantissimum deum esse dicat, id aliquorum esse necesse est : at vero unum undequaque videre et audire nihil convenit : neque enim si non etiam hac parte videt, minus videt, sed ea parte non videt. Sed fortasse cum inquit undequaque ipsum sentire, id sibi vult, ut ipsum optime ita affectum esse significet, si similis undequaque sit. »

7. ἔτι τοιοῦτος ὢν διὰ τί σφαιροειδὴς ἂν εἴη, ἀλλ' οὐχ ὅτι ἑτέραν τινὰ μᾶλλον ἔχων ἰδέαν, ὅτι πάντῃ ἀκούει καὶ πάντῃ κρατεῖ; Ita omnes editiones et codices, nisi quod in nonnullis libris pro διὰ τί reperitur διότι. Brandisius legendum conjecit ἀλλ' οὐκ ἔτι ἑτέραν τινὰ μᾶλλον ἔχοι ἰδέαν, ὅτι πάντῃ ἀκούει, quod vereor ut possit probari : immo nulla voce mutata solum ὅτι inter οὐχ et ἑτέραν omittendum est. Felicianus vertit : « at si talis, cur globosus potius, quam aliqua alia forma esse præditus debet, quia undequaque audit et undequaque dominatur. »

9. ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγωμεν τὸ ψιμμύθιον ὅτι πάντα ἐστὶ λευκόν, οὐδὲν ἄλλο τι σημαίνομεν ἢ ὅτι ἐν ἅπασιν αὐτοῦ τοῖς μέρεσιν ἐγκέχρωσται ἡ λευκότης· τί δὴ κωλύει οὕτω κἀκεῖ τὸ πάντῃ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ κρατεῖν λέγεσθαι, ὅτι ἅπαν ὃ ἄν τις αὐτοῦ λαμβάνῃ μέρος, τοῦτ' ἔσται πεπονθός; ὥσπερ δὲ οὐδὲ τὸ ψιμμύθιον, οὐδὲ τὸν θεὸν ἀνάγκη διὰ τοῦτο εἶναι σφαιροειδῆ. Hæc e Lipsiensi codice emendari possunt, ubi primum bis legitur ψιμύθιον, quam rectam et Atticam esse formam jam Beckius observavit. De varia nominis scriptura, quod ψιμύθιον, ψιμίθιον, ψιμμύθιον, ψιμμίθιον exaratur, vid. Schneiderum ad Nicand. Alexiph. 75, Pierson. ad Mœr. p. 418 seq. Hemsterh. et Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 317. Adde de Æolica forma ψημύθιον Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 393 seq. et Ahrentem de dial. Æol. p. 94 seq. Deinde post ψιμύθιον cum libro Lipsiensi ponendum ὅτι πάντῃ ἐστὶ λευκόν. Quod autem ibidem sequitur οὐδὲ ἄλλο σημαίνομεν, ὅτι mutandum est in οὐδὲν ἄλλο σημαίνομεν, ἢ ὅτι. In reliquis verbis nihil notabile suppeditat liber Lipsiensis, nisi quod ultima hoc ordine habet : ἀνάγκη εἶναι διὰ τοῦτο σφαιροειδῆ. Ergo locus sic refingendus : ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγωμεν τὸ ψιμύθιον ὅτι πάντῃ ἐστὶ λευκόν, οὐδὲν ἄλλο σημαίνομεν ἢ ὅτι ἐν ἅπασιν αὐτοῦ τοῖς μέρεσιν ἐγκέχρωσται ἡ λευκότης· τί δὴ κωλύει οὕτω κἀκεῖ τὸ πάντῃ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ κρατεῖν λέγεσθαι, ὅτι ἅπαν ὃ ἄν τις αὐτοῦ λαμβάνῃ μέρος, τοῦτ' ἔσται πεπονθός; ὥσπερ δὲ οὐδὲ τὸ ψιμύθιον, οὐδὲ τὸν θεὸν ἀνάγκη εἶναι διὰ τοῦτο σφαιροειδῆ. Eadem expressit Felicianus his verbis : « Quemadmodum enim quum cerussam undequaque esse albam dicimus, nihil aliud significare, quam in omnibus ejus partibus albedinem esse infusam volumus : quid impedimento est, quominus ita quoque illic undequaque videre et audire et dominari dicatur, ut quamcunque ejus partem quispiam sumpserit, eo modo esse affectam intelligamus. Sicut igitur neque cerussam, ita neque deum hac de causa globosum esse necesse est. »

ἅπασιν αὐτοῦ τοῖς μέρεσιν ἐγκέχρωσται ἡ λευκότης· τί δὴ κωλύει οὕτω κἀκεῖ τὸ πάντῃ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ κρατεῖν λέγεσθαι, ὅτι ἅπαν ὃ ἄν τις αὐτοῦ λαμβάνῃ μέρος, τοῦτ' ἔσται πεπονθός; ὥσπερ δὲ οὐδὲ τὸ ψιμύθιον, οὐδὲ τὸν θεὸν ἀνάγκη εἶναι διὰ τοῦτο σφαιροειδῆ. Ἔτι μήτε ἄπειρον εἶναι μήτε πεπεράνθαι σῶμά γε ὂν καὶ ἔχον μέγεθος πῶς οἷόν τε, εἴπερ τοῦτ' ἐστὶν ἄπειρον ὃ ἂν μὴ ἔχῃ πέρας, δεκτικὸν ὂν πέρατος. Πέρας δ' ἐν μεγέθει καὶ πλήθει ἐγγίγνεται, καὶ ἐν ἅπαντι τῷ ποσῷ, ὥστε εἰ μὴ ἔχει πέρας μέγεθος ὄν, ἄπειρόν ἐστιν. Ἔτι δὲ σφαιροειδῆ ὄντα ἀνάγκη πέρας ἔχειν· ἔσχατα γὰρ ἔχει, εἴπερ μέσον ἔχει, ὃ αὐτοῦ τοῦ πέρατος πλεῖστον ἀπέχει· μέσον δ' ἔχει, σφαιροειδὲς ὄν· τοῦτο γάρ ἐστι σφαιροειδές, ὃ ἐκ τοῦ μέσου ὁμοίως πρὸς τὰ ἔσχατα· σῶμα δ' ἔσχατα ἔχειν ἢ πέρας οὐδὲν διαφέρει. Εἰ γὰρ καὶ τὸ μὴ ὂν ἄπειρον, διὰ τί οὐκ ἂν καὶ τὸ ὂν ἄπειρον; τί γὰρ κωλύει ἔνια ταὐτὰ λεχθῆναι κατὰ τοῦ ὄντος καὶ μὴ ὄντος; τό τε γὰρ οὐκ ὂν οὐδεὶς νῦν αἰσθάνεται, καὶ ὂν δέ τις οὐκ ἂν αἰσθάνοιτο νῦν· ἄμφω δὲ λεκτὰ καὶ διανοητά. Οὐ λευκὸν δὲ τὸ μὴ ὄν· ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο τὰ ὄντα πάντα λευκά, ὅπως μή τι ταὐτὸ κατὰ τοῦ ὄντος σημήνωμεν καὶ μὴ ὄντος, ἢ οὐδὲν κωλύει καὶ τῶν ὄντων τι μὴ εἶναι λευκόν; Οὕτω δὲ καὶ ἄλλην ἂν ἀπόφασιν δέξαιτο τὸ ἄπειρον, εἰ μὴ τῷ πάλαι λεχθέντι μᾶλλον παρὰ τὸ ἔχειν ἢ μὴ ἔχειν ἐστὶν ἅπαν. Ὥστε καὶ τὸ ὂν ἢ ἄπειρον ἢ πέρας ἔχον ἐστίν. Ἴσως

---

16. ἔτι μήτε ἄπειρον μήτε πεπεράνθαι σῶμα γε ὂν καὶ ἔχον μέγεθος πῶς οἷόν τε, εἴπερ τοῦτ' ἐστὶν ἄπειρον ὃ ἂν μὴ ἔχῃ πέρας δεκτικὸν ὂν πέρατος. In his codex Lips. σῶμα γε ὢν καὶ ἔχων præbet, quod rejiciendum, et deinde quod Bekkerus recepit ὃ ἂν μὴ ἔχῃ, quum in aliis libris perperam legatur ἔχοι. Præterea δεκτικὸν habet, non λεκτικόν. Probamus rationem quam Bekkerus in conformanda e variis lectionibus hac enuntiatione secutus est, hoc excepto quod inter ἄπειρον et μήτε inserimus εἶναι.

18. πέρας δ' ἐν μεγέθει καὶ πλήθει ἐγγίνεται, καὶ ἐν ἅπαντι τῷ ποσῷ, ὥστε ἂν μὴ ἔχῃ πέρας μέγεθος ὄν, ἄπειρόν ἐστιν. In libro Lipsiensi habetur πλήθει ἐγγίγνεται, non ἐγγίνεται, ac deinde ὥστε εἰ μὴ ἔχει πέρας, utrumque recte. Felicianus videtur legisse ὥστε ὃ ἂν μὴ ἔχῃ πέρας, vertit enim : « quocirca quod finem non habet, magnitudo cum sit, infinitum est. »

20. ἔτι δὲ σφαιροειδῆ ὄντα ἀνάγκη πέρας ἔχειν· ἔσχατα γὰρ ἔχει, εἴπερ μέσον ἔχει αὐτοῦ τοῦ πλεῖστον ἀπέχειν. μέσον δ' ἔχει, σφαιροειδὲς ὄν· τοῦτο γάρ ἐστι σφαιροειδὲς ὃ ἐκ τοῦ μέσου ὁμοίως πρὸς τὸ ἔσχατα. σῶμα ἔσχατα ἢ πέρατα ἔχειν, οἷον διαφορεῖ. Cod. Lips. αὐτοῦ τ' οὐ πλεῖστον ἀπέχει, atque ἀπέχει simul tres alii codd. a Bekkero collati; verba τοῦτο γάρ ἐστι σφαιροειδές, ὃ quæ Olearius e Lipsiensi codice se petivisse dicit, neque in hoc neque in aliis libris leguntur, in Lipsiensi autem pro ὂν exstat ὁ μὲν ÷, deinde ὁμοίως πρὸς τὰ ἔσχατα, quum vulgo ὁμοίως πυρὸς τὰ ἔσχατα scribatur, denique rectissime σῶμα δ' et διαφέρει. Quod Brandisius conjecit σῶμα ἔσχατα ἔχειν ἢ πέρας οἷον διαφέρει, a sententia abhorrere in promtu est. Felicianus in suo libro eadem menda quæ in vulgatis exemplaribus sunt repperit, nisi quod διαφέρει pro vitioso διαφορεῖ legit. Quodsi verba τοῦτο γάρ ἐστι σφαιροειδές, ὅ, quæ neutiquam sunt repudianda, non tam quod Olearius volebat pro codicis Lipsiensis lectione habemus, sed ipsius esse conjecturam existimamus, oratio sic contexenda videtur : ἔτι δὲ σφαιροειδῆ ὄντα ἀνάγκη πέρας ἔχειν· ἔσχατα γὰρ ἔχει, εἴπερ μέσον ἔχει, ὃ αὐτοῦ τοῦ πέρατος πλεῖστον ἀπέχει· μέσον δ' ἔχει, σφαιροειδὲς ὄν· τοῦτο γάρ ἐστι σφαιροειδές, ὃ ἐκ τοῦ μέσου ὁμοίως πρὸς τὰ ἔσχατα· σῶμα δ' ἔσχατα ἔχειν ἢ πέρας οὐδὲν διαφέρει. Similiter Bergkius locum conformavit, cujus ratio a nostra in hoc tantum discrepat quod ὃ αὐτοῦ τοῦ κύκλου πλεῖστον ἀπέχει scripsit.

24. εἰ γὰρ καὶ τὸ μὴ ὂν ἁπλοῦν, οὐκ ἂν καὶ τὸ ὂν ἄπειρον. τί γὰρ κωλύει ἔνια ταὐτὰ λεχθῆναι κατὰ τοῦ ὄντος καὶ μὴ ὄντος; τό τε γὰρ ὂν οὐκ ὂν οὐδεὶς νῦν αἰσθάνεται, καὶ ὂν δέ τις οὐκ ἂν αἰσθάνοιτο νῦν· ἄμφω δὲ λεκτά, ὅπως διανοητά. Sic Bekkerus hæc vulgavit, quæ inepta esse sponte patet. Cod. Lips. pro ἁπλοῦν habet ἄπεστι, pro ταὐτὰ, cujus loco olim hic scribebatur ταῦτα, præbet ταῦτ' ἄν, deinde λεχθῆναι κατὰ τοῦ ὄντος, quum in veteribus edd. tantum reperiatur τοῦ ὄντος, denique λεκτὰ καὶ διανοητά. Brandisius initium sic corrigit : εἰ δ' ἄρα καὶ τὸ μὴ ὂν ἄπειρόν ἐστι, τί οὐκ ἂν καὶ τὸ ὂν ἄπειρον; τί γὰρ κωλύει ἔνια ταὐτὰ λεχθῆναι τοῦ ὄντος καὶ μὴ ὄντος. At mihi legendum videtur : εἰ γὰρ καὶ τὸ μὴ ὂν ἄπειρον, διὰ τί οὐκ ἂν καὶ τὸ ὂν ἄπειρον; τί γὰρ κωλύει ἔνια ταὐτὰ λεχθῆναι κατὰ τοῦ ὄντος καὶ μὴ ὄντος; τό τε γὰρ οὐκ ὂν οὐδεὶς νῦν αἰσθάνεται, καὶ ὂν δέ τις οὐκ ἂν αἰσθάνοιτο νῦν· ἄμφω δὲ λεκτὰ καὶ διανοητά. Prorsus eadem Felicianum legisse certum est, quum ita verterit : « neque præterea si non ens est infinitum, idcirco ens infinitum non erit. Quid enim obstat, quin nonnulla sint, quæ eadem tam de ente quam de non ente dici queant? Nemo siquidem est, qui non ens nunc sentiat : sed ens quoque non potest quisquam nunc sentire, quæ utraque et dici et considerari sane possunt. »

29. οὐ λευκὸν δὲ τὸ μὴ ὄν. εἰ οὖν διὰ τοῦτο τὰ ὄντα πάντα λευκά, ὅπως μή τι ταὐτὸ κατὰ τοῦ ὄντος σημαίνωμεν καὶ μὴ ὄντος, ἢ οὐδὲν κωλύει καὶ τῶν ὄντων τι μὴ ὂν εἶναι λευκόν. Cod. Lips. habet ὅπως μή τι κατὰ τοῦ ὄντος σημήνωμεν, deinde οὐδὲν οἶμαι κωλύει et τι μὴ (sine ὄν) εἶναι λευκόν. Brandisius conjecit : οὐ λευκὸν δὲ τὸ μὴ ὄν. ἢ οὖν διὰ τοῦτο τὰ ὄντα πάντα λευκά, ὅπως κ. τ. λ. Sed hac conjectura locus non sanatur. Sic autem existimo emendandum : οὐ λευκὸν δὲ τὸ μὴ ὄν· ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο τὰ ὄντα πάντα λευκά, ὅπως μή τι ταὐτὸ κατὰ τοῦ ὄντος σημήνωμεν καὶ μὴ ὄντος, ἢ οὐδὲν κωλύει καὶ τῶν ὄντων τι μὴ εἶναι λευκόν. Conspirat Felicianus sic vertens : « non album item non ens est, nunquid igitur propterea omnia quæ sunt esse alba dicendum erit, ne quidquam idem de ente et de non ente significemus? an nihil impediet, quin ex iis etiam quæ sunt, aliquid album non sit? » Cæterum libri Lipsiensis illud οὐδέν, οἶμαι, κωλύει alteri lectioni prætulissem, si hic scriptor varietatem quandam orationis consectaretur ac non perpetuo inculcaret quæstiones ἔτι τί κωλύει; et ἢ οὐδὲν κωλύει;

32. οὕτω δὲ καὶ ἄλλην ἂν ἀπόφασιν δέξαιτο τὸ ἄπειρον, εἰ μὴ τὸ πάλαι λεχθέντι μᾶλλον, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἢ μὴ ἔχειν ἐστὶν ἅπαν. Cod. Lips. τὸ πάλαι λεχθὲν τί μᾶλλον. Brandisius suspicatus est locum ita restitui oportere : οὕτω δὲ κατ' ἄλλην οὖν ἀπόφασιν δέξονται τὸ ἄπειρον, εἰ καὶ μὴ τῷ πάλαι λεχθέντι ἔτι μᾶλλον περὶ τὸ ἔχειν ἢ μὴ ἔχειν ἐστὶν ἅπαν. At δέξονται, quod codd. præbent, ferri non posse, minime obscurum est. Felicianus verba sic transtulit : « omitto quod ita alteram quoque negationem admitteret infinitum, nisi id quod antea dictum est, magis ex eo quod habet vel non habet unumquodque esse est existimandum. » Ne hæc quidem nobis satisfaciunt, sed tamen emendandi viam commonstrant. Quamobrem ponendum censemus : οὕτω δὲ καὶ ἄλλην ἂν ἀπόφασιν δέξαιτο τὸ ἄπειρον, εἰ μὴ τῷ πάλαι λεχθέντι μᾶλλον παρὰ τὸ ἔχειν ἢ μὴ ἔχειν ἐστὶν ἅπαν.

34. Ἴσως δὲ ἄτοπον καὶ τὸ προσάπτειν τῷ μὴ ὄντι ἀπει-

δὲ ἄτοπον καὶ τὸ προσάπτειν τῷ μὴ ὄντι ἀπειρίαν. Οὐ γὰρ πᾶν, εἰ μὴ ἔχει πέρας, ἄπειρον λέγομεν, ὥσπερ οὐδ' ἄνισον οὐκ ἂν φαῖμεν εἶναι τὸ μὴ ὄν. Ἔτι τί οὐκ ἂν ἔχοι ὁ θεὸς πέρας εἷς ὤν; ἀλλ' οὐ πρὸς θεόν. Εἰ δὲ ἓν μόνον ἐστὶν ὁ θεός, ἓν ἂν εἴη μόνον καὶ τὰ τοῦ θεοῦ μέρη· ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἄτοπον, εἰ τοῖς πολλοῖς ξυμβέβηκε πεπεράνθαι πρὸς ἄλληλα, διὰ τοῦτο τὸ ἓν μὴ ἔχειν πέρας. Πολλὰ γὰρ τοῖς πολλοῖς καὶ τῷ ἑνὶ ὑπάρχει ταὐτά, ἐπεὶ καὶ τὸ εἶναι κοινὸν αὐτοῖς ἐστιν. Ἄτοπον οὖν ἴσως ἂν εἴη, εἰ διὰ τοῦτο μὴ φαῖμεν εἶναι τὸν θεόν, εἰ τὰ πολλὰ ἔστιν, ὅπως μὴ ὅμοιον ἔσται αὐτοῖς ταύτῃ. Ἔτι τί κωλύει πεπεράνθαι καὶ ἔχειν πέρατα ἓν ὄντα τὸν θεόν; ὡς καὶ ὁ Παρμενίδης λέγει ἓν ὂν εἶναι αὐτὸν

πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ
μεσσόθεν ἰσοπαλές.

Τὸ γὰρ πέρας τινὸς μὲν ἀνάγκη ἴσως εἶναι, οὐ μέντοι πρός τί γε, οὐδὲ ἀνάγκη τὸ ἔχον πέρας πρός τι ἔχειν πέρας, ὡς πεπερασμένον πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἄπειρον, ἀλλ' ἐστὶ τὸ πεπεράνθαι ἔσχατα ἔχειν, ἔσχατα δ' ἔχον οὐκ ἂν ἀνάγκη πρός τι ἔχειν. Ἐνίοις μὲν οὖν συμβαίνει πᾶν, καὶ πεπεράνθαι, καὶ πρός τι συνάπτειν, τοῖς δὲ πεπεράνθαι μέν, μὴ μέντοι πρός τι πεπεράνθαι. Πάλιν περὶ τοῦ μὴ ἀκίνητον εἶναι καὶ μὴ κινεῖσθαι τὸ

ρίαν. Perperam hoc loco cod. Lips. ἴσως δὲ τὸ ἄτοπον τὸ καὶ προσάπτειν.

37. ἔτι οὐκ ἂν ἔχοι ὁ θεὸς πέρας εἷς ἄν, ἀλλ' οὐ πρὸς θεόν. Sic Bekkerus; contra Brandisius rescribi vult ἔτι τί οὐκ ἂν ἔχοι ὁ θεὸς πέρας εἷς ὤν; ἀλλ' οὐ πρὸς θεόν, quod satis aptum est. In libro Lipsiensi reperitur εἷς ὢν ἄλλου πρὸς θεόν, in quo latet lectio ἄλλον πρὸς θεόν, quam his verbis exprimit Felicianus : « accedit quod deus, unus quum sit, finem quantum ad alium deum spectat non habet. » Sed Brandisii conjecturam veram esse cum e præcedenti capite tum e sequentibus verbis efficitur.

b. 1. εἰ δὲ ἓν μόνον ἐστίν, ὁ θεὸς ἂν εἴη μόνον καὶ τὰ τοῦ θεοῦ μέρη. ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἄτοπον, εἰ τοῖς πολλοῖς συμβέβηκε πεπεράνθαι πρὸς ἄλληλα, διὰ τοῦτο τὸ ἓν μὴ ἔχειν πέρας. Nihil hic variat cod. Lips., nisi quod ξυμβέβηκε præbet. At corruptum esse hunc locum omissa una tantum sed gravissima vocula minime latet. Nam argumentationis ratio postulat ut scribatur εἰ δὲ ἓν μόνον ἐστὶν ὁ θεός, ἓν ἂν εἴη μόνον καὶ τὰ τοῦ θεοῦ μέρη. In eandem sententiam Felicianus : « si vero unum tantum est deus, unum etiam tantum partes ipsius dei erunt. »

5. ἄτοπον οὖν ἴσως ἂν εἴη, εἰ διὰ τοῦτο μὴ φαῖμεν εἶναι τὸν θεόν, εἰ τὰ πολλά ἐστιν, ὅπως μὴ ὅμοιον ἔσται αὐτοῖς ταύτῃ. In his nihil mutandum præter πολλά ἐστιν in πολλὰ ἔστιν propter verbi emphasin, quam miramur a Bekkero non esse intellectam ex iis quæ præfatur scriptor : πολλὰ γὰρ τοῖς πολλοῖς καὶ τῷ ἑνὶ ὑπάρχει ταὐτά, ἐπεὶ καὶ τὸ εἶναι κοινὸν αὐτοῖς ἐστιν. Vulgata lectio φαῖμεν præstat Lipsiensi φαμὲν; pro ὅμοιον quod ad deum refertur Felicianus fortasse legit ὅμοιος ita vertens : « ne in hoc similis esse ipsis videretur. » Nec tamen rejiciendum ὅμοιον communem unitatis quæ in deum cadit et multitudinis naturam universe exprimens. Etsi vocis ταύτῃ posterior syllaba desideratur in codice Lipsiensi ejusque loco lacuna sex septemve litterarum capax invenitur, nihil tamen aliud quam hanc ipsam syllabam deesse probabile ducimus.

8. ὁ Παρμενίδης λέγει ἓν ὂν εἶναι αὐτόν, cod. Lips. minus recte αὐτό.

9. εὐκύκλου σφαίρας mutandum in εὐκ. σφαίρης. Ipsum versum vide in Parm. fragmm. 103.

10. τὸ γὰρ πέρας τινὸς μὲν ἀνάγκη ἴσως εἶναι, οὐ μέντοι πρός τι γε. Hic ἴσως Bekkeri conjectura est, in veteribus edd. unoque codice exstat ἴσον. In Lipsiensi hæc vox desideratur.

12. ὡς πεπερασμένον πρὸς τὸ μὴ ἐφεξῆς ἀπείρου. Brandisius conj. μὴ πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἀπείρου, sed corrige : πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἄπειρον vel τὸ ἐφεξῆς τοῦ ἀπείρου. Felicianus : « tanquam finitum ad id refertur, quod deinceps subsequitur infinitum. »

13. ἔσχατα δ' ἔχον οὐκ ἀνάγκη πρός τι ἔχειν. Cod. Lips. inter οὐκ et ἀνάγκη inserit ἂν particulam, quæ in reliquis sequentis vocabuli initio facile absorberi potuit.

14. ἐνίοις μὲν οὐ συμβαίνει πᾶν καὶ πεπεράνθαι. Felicianus videtur legisse ἐνίοις μὲν οὐ συμβαίνει πρὸς ἄλληλα πεπεράνθαι, quoniam vertit : « aliquibus enim non accidit, ut finita ad sese mutuo sint. » Egregie hæc supplentur et corriguntur codice Lipsiensi, ubi scriptum est : ἐνίοις μὲν οὖν συμβαίνει πᾶν καὶ πεπεράνθαι πρός τι συνάπτειν, τοῖς δὲ πεπεράνθαι μέν, μὴ μέντοι πρός τι πεπεράνθαι. Verum inter πεπεράνθαι et πρός τι συνάπτειν interponendum καὶ cum Brandisio.

15. πάλιν περὶ τοῦ ἀκίνητον εἶναι τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν, ὅτι καὶ τὸ ὂν κινεῖται, ἴσως ὁμοίως τοῖς ἔμπροσθεν ἄτοπον· καὶ ἔτι ἆρά γε οὐ ταὐτὸ ἄν τις ὑπολάβοι τὸ μὴ κινεῖσθαι καὶ τὸ ἀκίνητον εἶναι, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπόφασιν τοῦ κινεῖσθαι, ὥσπερ τὸ μὴ ἴσον, ὅπερ καὶ κατὰ τοῦ μὴ ὄντος, εἴπερ ἀληθές, τὸ δὲ ἀκίνητον τῷ ἔχειν πως ἤδη λέγεσθαι, ὥσπερ τὸ ἄνισον, καὶ ἐπὶ τῷ ἐναντίῳ τοῦ κινεῖσθαι τῷ ἠρεμεῖν, ὡς καὶ σχεδὸν οἱ ἀπὸ τοῦ ᾱ ἀποφάσεις ἐπὶ ἐναντίοις λέγονται. In præcedenti capite τὸ ἓν καὶ τὸ ὂν dicebatur οὔτε ἀκίνητον εἶναι οὔτε κινεῖσθαι, contra τὸ μὴ ὂν ἀκίνητον εἶναι : hinc Bergkius initium sic correxit : πάλιν περὶ τοῦ μὴ ἀκίνητον εἶναι τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, (hic enim verborum ordo restituendus videtur e cod. Lips.) ὅτι τὸ μὴ ὂν οὐ κινεῖται, ἴσως ὁμοίως τοῖς ἔμπροσθεν ἄτοπον, ubi καὶ particulam alienam a scriptoris sententia abjecit, negationes autem Brandisium secutus addidit. In quibus omnibus nihil est quod improbemus. Sequentia in hunc modum refingenda arbitratur : καὶ ἐστὶν ἄρα γε οὐ ταὐτό, ὃ ἄν τις ὑπολάβοι, τὸ μὴ κινεῖσθαι καὶ τὸ ἀκίνητον εἶναι, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπόφασιν τοῦ κινεῖσθαι, ὥσπερ τὸ μὴ ἴσον, ὅπερ καὶ κατὰ τοῦ μὴ ὄντος ἀληθές, τὸ δὲ ἀκίνητον ἐπὶ τοῦ ἔχειν πως ἤδη λέγεσθαι, ὥσπερ τὸ ἄνισον, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου τῷ κινεῖσθαι τοῦ ἠρεμεῖν, ὡς καὶ σχεδὸν αἱ ἀπὸ τοῦ ᾱ ἀποφάσεις ἐπὶ ἐναντίων λέγονται. Ait enim Aristoteles non esse idem, quod quis forsitan existimaverit, non moveri et immobile esse, sed illud tantum esse negationem (infinitivos suspensos esse vult Bergkius per attractionem e verbis ὑπολάβοι ἄν τις), ideoque etiam de nihilo dici posse (εἴπερ, quod Brandisius in εἴη περ converti jusserat, delevit Bergkius), hoc vero tum demum recte usurpari, ubi aliquid quodam modo se habeat vel aliqua ratione comparatum sit : dici enim de quiete quæ sit contraria motui. Notandum verba illa καὶ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου τῷ κινεῖσθαι τοῦ ἠρεμεῖν interpretandi gratia esse adjecta, ἠρεμεῖν autem et ἀκίνητον εἶναι philosopho idem videri. Bekkerus e cod. Lips. recepit ἐπὶ ἐναντίῳ τοῦ (articulus τοῦ vulgo deest) κινεῖσθαι τῷ ἠρεμεῖν, quum alius codex præbeat ἐπὶ τῶν ἐναντίων, similiter atque extrema in libro Lipsiensi scribuntur αἱ ἀπὸ τοῦ ἄλφα ἀποφάσεις ἐπὶ τῶν ἐναντίων λέγονται. Sed Bergkius præpositioni ἐπὶ eo quo hic ponitur sensu genitivum adjungendum ratus ter genitivum in dativi locum substituit ac ne turbaretur structura genitivum ex ἐναντίου aptum in dativum mutavit. At quamvis recte dicatur ἐπί τινος λέγειν, tamen ἐπί τινι λέγειν, quod vulgo de mortuorum laudationibus usurpari videmus, interdum vix differt ab altero loquendi genere.

ὂν καὶ τὸ ἕν, ὅτι τὸ μὴ ὂν οὐ κινεῖται, ἴσως ὁμοίως τοῖς ἔμπροσθεν ἄτοπον. Καὶ δεῖ ἄρα γε οὐ ταὐτό, ὃ ἄν τις ὑπολάβοι, εἶναι τὸ μὴ κινεῖσθαι καὶ τὸ ἀκίνητον εἶναι, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπόφασιν τοῦ κινεῖσθαι ὥσπερ τὸ μὴ ἴσον, ὅπερ καὶ κατὰ τοῦ μὴ ὄντος ἐστὶν ἀληθές, τὸ δὲ ἀκίνητον ἐπὶ τῷ ἔχειν πως ἤδη λέγεσθαι, ὥσπερ τὸ ἄνισον, καὶ ἐπὶ τῷ ἐναντίῳ τοῦ κινεῖσθαι τῷ ἠρεμεῖν, ὡς καὶ σχεδὸν αἱ ἀπὸ τοῦ α ἀποφάσεις ἐπὶ ἐναντίοις λέγονται. Τὸ μὲν οὖν μὴ κινεῖσθαι ἀληθὲς ἐπὶ τοῦ μὴ ὄντος, τὸ δὲ ἠρεμεῖν οὐχ ὑπάρχει τῷ μὴ ὄντι, ὁμοίως δὲ οὐδὲ ἀκίνητον εἶναι, ὃ σημαίνει ταὐτόν· ἀλλ' οὗτος ἐπὶ τῷ ἠρεμεῖν αὐτῷ χρῆται, καί φησι τὸ μὴ ὂν ἠρεμεῖν, ὅτι οὐκ ἔχει μετάβασιν. Ἀλλ' ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἄνω εἴπομεν, ἄτοπον ἴσως, εἴ τι τῷ μὴ ὄντι προσάπτομεν, τοῦτο μὴ ἀληθὲς εἶναι κατὰ τοῦ ὄντος εἰπεῖν, ἄλλως τε κἂν ἀπόφασις ᾖ τὸ λεχθέν, οἷα καὶ τὸ μὴ κινεῖσθαι

Æsch. Sept. 905 : πάρεστι δ' εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν. Soph. Œd. Col. 415 : τοῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ; Quapropter licebit ultima servare quemadmodum in Lipsiensi libro exarata exstant, nisi quod cum Bekkero ἐπὶ ἐναντίοις pro ἐπὶ ἐναντίων scribendum erit. Deinde commodior fit constructio si pro καὶ ἔτι ἄρα γε οὐ ταὐτὸ ἄν τις ὑπολάβοι, τὸ μὴ κινεῖσθαι reponamus καὶ δεῖ ἄρα γε οὐ ταὐτό, ὃ ἄν τις ὑπολάβοι, εἶναι τὸ μὴ κινεῖσθαι ac præterea εἴπερ ἀληθές in ἐστὶν ἀληθές mutemus. Totum igitur locum in hanc formam redigendum arbitror : πάλιν περὶ τοῦ μὴ ἀκίνητον εἶναι καὶ μὴ κινεῖσθαι τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ὅτι τὸ μὴ ὂν οὐ κινεῖται, ἴσως ὁμοίως τοῖς ἔμπροσθεν ἄτοπον. Καὶ δεῖ ἄρα γε οὐ ταὐτό, ὃ ἄν τις ὑπολάβοι, εἶναι τὸ μὴ κινεῖσθαι καὶ τὸ ἀκίνητον εἶναι, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπόφασιν τοῦ κινεῖσθαι, ὥσπερ τὸ μὴ ἴσον, ὅπερ καὶ κατὰ τοῦ μὴ ὄντος ἐστὶν ἀληθές, τὸ δὲ ἀκίνητον ἐπὶ τῷ ἔχειν πως ἤδη λέγεσθαι, ὥσπερ τὸ ἄνισον, καὶ ἐπὶ τῷ ἐναντίῳ τοῦ κινεῖσθαι τῷ ἠρεμεῖν, ὡς καὶ σχεδὸν αἱ ἀπὸ τοῦ ᾱ ἀποφάσεις ἐπὶ ἐναντίοις λέγονται.

23. τὸ μὲν οὖν μὴ κινεῖσθαι ἀληθὲς ἐπὶ τοῦ μὴ ὄντος, τὸ δὲ ἠρεμεῖν οὐχ ὑπάρχει τῷ μὴ ὄντι· ὁμοίως δὲ οὐδὲ ἀκίνητον εἶναι σημαίνει ταὐτόν. ἀλλ' οὗτος ἐπὶ τῷ ἠρεμεῖν αὐτῷ χρῆται, καὶ φησὶ τὸ μὴ ὂν ἠρεμεῖν, ὅτι οὐκ ἔχει μετάβασιν. ὅπερ τε καὶ ἐν τοῖς ἄνω εἴπομεν, ἄτοπον ἴσως, εἴ τι τῷ μὴ ὄντι προσάπτομεν, τοῦτο μὴ ἀληθὲς εἶναι κατὰ τοῦ ὄντος εἰπεῖν, ἄλλως τε κἂν ἀπόφασις ᾖ τὸ λεχθέν, τῶν καὶ τὸ μὴ κινεῖσθαι μηδὲ μεταλαμβάνειν ἐστίν. πολλὰ γὰρ ἄν, καθάπερ καὶ ἐλέχθη, ἀφαιροῖτο τῶν ὄντων κατηγορεῖ. οὐδὲ γὰρ ἂν πολλὰ ἀληθὲς εἰπεῖν εἴη μὴ ἕν, εἴπερ καὶ τὸ μὴ ὂν ἐστὶ μὴ ἕν, εἴτε ἐπ' ἐνίων τἀναντία ξυμβαίνειν δοκεῖ κατὰ τοσαύτας ἀποφάσεις· ὧν ἀνάγκη ἢ ἴσον ἢ ἄνισον, άν τι πλῆθος ᾖ, καὶ μὴ ὡς ἢ καὶ ἄρτιον ἢ περιττόν, ἂν ἀριθμὸς ᾖ. ὁμοίως δὲ ὡς καὶ τὸ ἠρεμεῖν ἢ κινεῖσθαι ἀνάγκη, ἂν σῶμα ᾖ. Ascripsi locum non satis explanatum et correctum a Brandisio, ut a Bekkero constitutum inveni. Initio cod. Lips. eodem modo habet τὸ μὲν (pro vulg. μετὰ) οὖν μὴ κ.; deinde ἀκίνητον εἶναι συμβαίνει ταὐτὸν mero librarii errore pro ἀκίνητον εἶναι σημαίνει τ.; cujus loco Brandisius bene conjecerat ἀκίνητον εἶναι ὃ σημαίνει ταὐτό. Item ἐπὶ τὸ ἠρεμεῖν in codice reperitur, quod rectius apud Bekkerum est ἐπὶ τῷ ἠρεμεῖν. Tum vero injuria e Lipsiensi recepit Bekkerus ὅπερ τε καὶ; nam τε hic ferri nequit. Sequentia inde a verbis ἄλλως τε κἂν usque ad μεταλαμβάνειν ad eundem modum scripta leguntur in libro Lipsiensi, excepta voce τῶν quæ post λεχθέν desideratur, quam tamen Brandisius etiam propter vulgatæ lectionis monstrum ἐλεχθέντων retineri voluerat. Pro μεταλαμβάνειν unius codicis scriptura est μεταλαμβάνει. Porro tribus versibus interjectis cod. Lips. pro κατὰ τοσαύτας ἀποφάσεις· ὧν ἀνάγκη exhibet κατὰ τὰς αὐτὰς ἀποφάσεις ὄν. ἀνάγκη. Extrema sic scribuntur : ἄν τι πλῆθος ᾖ. μὴ ὡς ᾖ καὶ ἄρτιον ἢ περιττόν, κἂν ἀριθμὸς ᾖ. ὁμοίως δ' ἴσως καὶ τὸ κ. τ. λ. Non multum luminis affert huic loco Felicianus, verba quæ allegavimus sic interpretans : « Non moveri igitur de non ente etiam verum est, quiescere autem non enti non inest. Simili modo autem neque immobile esse idem significat. At iste immobile esse pro quiescere sumit, et id quod non est, quiescere inquit, quia transitionem non habet. Sed sicut superius etiam diximus, absurdum fortasse est, si, quia aliquid non enti attribuimus, id de ente non esse verum dixerimus, præsertim si negatio fuerit, cujusmodi est non moveri et non transire. Multa enim, ut etiam dictum est, de entibus simili modo dicuntur : alioqui verum non esset, si multa esse non unum diceremus, eo quod non ens quoque non unum est. In quibusdam vero contraria videntur convenire, cum ex negationibus minime loquimur. Necesse siquidem est, æquale vel inæquale esse quidquid multitudine et magnitudine constat : par item vel impar, si numerus sit, eodem modo moveri vel quiescere, si sit corpus. » Multa hic corrigenda sunt. Primum cum Brandisio scribo οὐδὲ ἀκίνητον εἶναι ὃ σημαίνει ταὐτόν, deinde pro ὅπερ τε καὶ ἐν τοῖς ἄνω εἴπομεν ponendum censeo ἀλλ' ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἀ. ἑ., tum inter λεχθέν et καὶ insero οἷα. Mox pro κινεῖσθαι μηδὲ μεταλαμβάνειν restituo κινεῖσθαι μηδὲ μεταβαίνειν Nam μεταλαμβάνω et μεταβαίνω facile permutari poterant a librario raptim scribente, cui verba vulgaria obversabantur. Quippe apud recentiores Græcos λαμβάνω a vulgo mutatur in λαβαίνω. Quocirca librarius, qui μεταβαίνειν invenerat scriptum, μεταλαβαίνειν ob obscuriorem aliquem ductum exaratum esse suspicatus μεταλαμβάνειν necessario substituebat. Post πολλὰ γάρ delenda est particula ἄν, præterea scribi oportet καθάπερ καὶ ἐλέχθη, ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὄντων κατηγορεῖται, porro pro εἴτε ἐπ' ἐνίων poni convenit εἶτα ἐπ' ἐνίων, post hæc cum codice Lipsiensi legendum κατὰ τὰς αὐτὰς ἀποφάσεις; verba ὧν ἀνάγκη ἢ ἴσον ἢ ἄνισον sic supplenda : ἐξ ὧν ἀνάγκη ἢ ἴσον εἶναι ἢ ἄνισον. Denique post πλῆθος ᾖ ita pergendum : καὶ ὁμοίως ἢ ἄρτιον et post ἀριθμὸς ᾖ ponendum ὁμοίως δὲ καὶ. Itaque locum sic refingo : τὸ μὲν οὖν μὴ κινεῖσθαι ἀληθὲς ἐπὶ τοῦ μὴ ὄντος, τὸ δὲ ἠρεμεῖν οὐχ ὑπάρχει τῷ μὴ ὄντι, ὁμοίως δὲ οὐδὲ ἀκίνητον εἶναι ὃ σημαίνει ταὐτόν· ἀλλ' οὗτος ἐπὶ τῷ ἠρεμεῖν αὐτῷ χρῆται, καί φησι τὸ μὴ ὂν ἠρεμεῖν, ὅτι οὐκ ἔχει μετάβασιν. Ἀλλ' ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἄνω εἴπομεν, ἄτοπον ἴσως, εἴ τι τῷ μὴ ὄντι προσάπτομεν, τοῦτο μὴ ἀληθὲς εἶναι κατὰ τοῦ ὄντος εἰπεῖν, ἄλλως τε κἂν ἀπόφασις ᾖ τὸ λεχθέν, οἷα καὶ τὸ μὴ κινεῖσθαι μηδὲ μεταβαίνειν ἐστίν. Πολλὰ γάρ, καθάπερ καὶ ἐλέχθη, ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὄντων κατηγορεῖται. Οὐδὲ γὰρ ἂν πολλὰ ἀληθὲς εἰπεῖν εἴη μὴ ἕν, εἴπερ καὶ τὸ μὴ ὂν ἐστι μὴ ἕν. Εἶτα ἐπ' ἐνίων τἀναντία ξυμβαίνειν δοκεῖ κατὰ τὰς αὐτὰς ἀποφάσεις· ἐξ ὧν ἀνάγκη ἢ ἴσον εἶναι ἢ ἄνισον, ἄν τι πλῆθος ᾖ, καὶ ὁμοίως ἢ ἄρτιον ἢ περιττόν, ἂν ἀριθμὸς ᾖ· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἠρεμεῖν ἢ κινεῖσθαι ἀνάγκη, ἂν σῶμα ᾖ. In quibus verbis hæc inest sententia : « Quod non est, recte dicitur non moveri, sed neque quies ei est, neque quod idem significat immobilitas. At Xenophanes id quod non est ad quietem transferens quiescere perhibet propterea quod locum non mutet. Sed quod supra diximus, ineptum fortasse est, si quid non enti tribuimus, id negare de ente dici posse, præsertim si id quod pronuntiatur negatio sit, qualis etiam non moveri neque locum mutare est. Multa enim, quemadmodum diximus, æque recte de rebus quæ sunt affirmantur. Neque enim consentaneum foret multa appellare non unum (nisi modo simpliciter rem eloqui modo per negationem enuntiare liceret), siquidem etiam non ens non unum est. Deinde in quibusdam rebus contraria iisdem negationibus accidere videntur, quibus necesse est aut æquale esse aut

μηδὲ μεταβαίνειν ἐστίν. Πολλὰ γάρ, καθάπερ καὶ ἐλέχθη, ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὄντων κατηγορεῖται. Οὐδὲ γὰρ ἂν πολλὰ ἀληθὲς εἰπεῖν εἴη μὴ ἕν, εἴπερ καὶ τὸ μὴ ὄν ἐστι μὴ ἕν. Εἶτα ἐπ' ἐνίων τἀναντία ξυμβαίνειν δοκεῖ κατὰ τὰς αὐτὰς ἀποφάσεις· ἐξ ὧν ἀνάγκη ἢ ἴσον εἶναι ἢ ἄνισον, ἄν τι πλῆθος ᾖ, καὶ ὁμοίως ἢ ἄρτιον ἢ περιττόν, ἂν ἀριθμὸς ᾖ· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἠρεμεῖν ἢ κινεῖσθαι ἀνάγκη, ἂν σῶμα ᾖ. Ἔτι εἰ καὶ διὰ τοῦτο μὴ κινεῖται ὁ θεός τε καὶ τὸ ἕν, ὅτι τὰ πολλὰ κινεῖται τῷ εἰς ἄλληλα ἰέναι, τί κωλύει καὶ τὸν θεὸν κινεῖσθαι 979 εἰς ἄλλο; οὐδαμῶς γε, ὅτι θεὸς μόνον, ἀλλ' ὅτι εἷς μόνος θεός· εἰ δὲ καὶ μὴ αὐτὸς κινεῖται, τί κωλύει εἰς ἄλληλα κινουμένων τῶν μερῶν τοῦ θεοῦ κύκλῳ φέρεσθαι τὸν θεόν; οὐ γὰρ δὴ τὸ τοιοῦτον ἕν, ὥσπερ ὁ Ζήνων, ἀλλὰ πολλὰ εἶναί φησιν· οὗτος γὰρ σῶμα λέγει εἶναι τὸν θεόν, εἴτε τόδε τὸ πᾶν, εἴτε ὅ,τι δήποτε αὐτὸ

---

inæquale, si quid multitudine constet, par item aut impar, si numerus sit, eadem denique ratione quiescere vel moveri oportet, si corpus sit. »

37. ἔτι εἰ καὶ διὰ τοῦτο μὴ κινεῖται ὁ θεός τε καὶ τὸ ἕν, ὅτι τὰ πολλὰ κινεῖται τῷ εἰς ἄλληλα ἰέναι, τί κωλύει καὶ τὸν θεὸν κινεῖσθαι εἰς ἄλλο; οὐδα τι μόνον, ἀλλ' ὅτι εἷς μόνος θεός. εἰ δὲ καὶ αὐτός, τί κωλύει εἰς ἄλληλα κινουμένων τῶν μερῶν τοῦ . . . . . . κύκλῳ φε . . . . θεόν. οὐ γὰρ δὴ τὸ τοιοῦτο ἕν, ὥσπερ ὁ Ζήνων πολλὰ εἶναι φύσει. αὐτὸς γὰρ σῶμα λέγει εἶναι τὸν θεόν, εἴτε τόδε τὸ πᾶν, εἴτε ὅ, τι δήποτε αὐτὸ λέγων. ἀσώματος γὰρ ὢν πῶς ἂν σφαιροειδὴς εἴη ἐπιμόνως, ὅταν οὕτως οὔτ' ἂν κινοῖτο οὔτ' ἂν ἠρεμοῖ μηδαμοῦ γε ὤν; ἐπεὶ δὲ σῶμά ἐστι, τί ἂν αὐτὸ κωλύοι κινεῖσθαι ὡς ἐλέχθη; Lacunæ non explentur codice Lipsiensi, qui post κινεῖσθαι εἰς ἄλλο nihil offert nisi οὐδα... ὅτι...μόνον, ἀλλ', deinde perperam habet εἰ δὲ καὶ οὗτος pro αὐτός. In altera lacuna τῶν μερῶν του . . . . . . κύκλῳ φε . . . . . θεόν latere κύκλῳ φέρεσθαι Beckius suspicatus est. Tum pro πολλὰ εἶναι φύσει exhibet codex πολλὰ εἶναι φήσει, porro εἴτε τόδε pro vulgato εἴτε δὲ τόδε, præterea σφαιροειδὴς εἴη. ἐπεὶ μόνως τ' ἂν οὕτως οὔτ' ἂν κινοῖτο, denique μηδαμοῦ γε ὢν pro vulg. μηδαμοῦ τε ὢν et κωλύοι κινεῖσθαι pro vitioso (τί ἂν) κωλύει κινεῖσθαι quod in veteribus editionibus reperitur. Felicianus hæc sic vertit : « Præterea si etiam ea de causa non movetur deus, et unum, quia ea quæ multa sunt, moventur, dum in sese mutuo transeunt, quid vetat, quominus deus quoque in aliud moveatur? Si autem ipse non movetur, quid vetat, partes ipsius omnia ambientis dei in sese mutuo moveri? quippe quum unum, quod Zeno inquit, multa natura esse videatur. Corpus enim deum esse statuit, sive universum hoc, sive quodcunque aliud ita appellet. Nam si esset incorporeus deus, globosus esse qui posset? Ita quidem sane, quum nusquam esset, neque etiam moveretur, neque quiesceret? At quum sit corpus, quin moveatur, sicut dictum est, nihil prohibet. » In his alia sunt probabilia, alia rejicienda. Bergkius locum ita sanare vult : « ἔτι, εἰ καὶ διὰ τοῦτο μὴ κινεῖται ὁ θεός τε καὶ τὸ πᾶν, ὅτι τὰ πολλὰ κινεῖται τῷ εἰς ἄλληλα ἰέναι, τί κωλύει καὶ τὸν θεὸν κινεῖσθαι εἰς ἄλλο; οὐδαμῶς γε, ὅτι ἀνόμοιος, ἀλλ' ὅτι εἷς μόνος θεός· εἰ δὲ καὶ μὴ αὐτός, τί κωλύει εἰς ἄλληλα κινουμένων τῶν μερῶν τοῦ θεοῦ κύκλῳ φέρεσθαι τὸν θεόν· οὐ γὰρ δὴ τὸ τοιοῦτο ἕν, ὥσπερ ὁ Ζήνων, πολλὰ εἶναί φησιν· οὗτος γὰρ σῶμα λέγει εἶναι τὸν θεόν, εἴτε τόδε τὸ πᾶν, εἴτε ὅτι δή ποτε αὐτὸ λέγων· ἀσώματος γὰρ ὤν, πῶς ἂν σφαιροειδὴς εἴη; ἐπεὶ μόνως γ' ἂν οὕτως· οὔτ' ἂν κινοῖτο οὔτ' ἂν ἠρεμοῖ, μηδαμοῦ γε ὤν· ἐπεὶ δὲ σῶμά ἐστι, τί ἂν αὐτὸν κωλύοι κινεῖσθαι, ὡς ἐλέχθη; In priore lacuna explenda dubitanter scripsit ὅτι ἀνόμοιος. Cf. inprimis verba cap. 3 : διὰ ταῦτα δὴ κινεῖσθαι μὲν ἂν τὰ δύο ἢ πλείω ἑνός, ἠρεμεῖν δὲ καὶ ἀκίνητον εἶναι τὸ οὐδέν. Τὸ δὲ ἓν οὔτε ἠρεμεῖν οὔτε κινεῖσθαι· οὔτε γὰρ τῷ μὴ ὄντι οὔτε τοῖς πολλοῖς ὅμοιον εἶναι. Κατὰ πάντα δὲ οὕτως ἔχειν τὸν θεόν, ἀΐδιόν τε καὶ ἕνα, ὅμοιόν τε καὶ σφαιροειδῆ ὄντα, οὔτε ἄπειρον οὔτε πεπερασμένον, οὔτε ἠρεμεῖν οὔτε κινητὸν εἶναι. Mihi potius scribendum videtur οὐδαμῶς γε ὅτι θεὸς μόνον, ἀλλ' ὅτι. Tum in verbis εἰ δὲ μὴ αὐτὸς recte adjecit Bergkius μή, sed requiritur adhuc κινεῖται. Posteriorem lacunam ita redintegravit, Beckii conjecturam secutus, ut jam commoda huic comprehensionis parti sententia insit. Deinde verissime φησι pro φύσει propter libri Lipsiensis φήσει reposuit. Hoc autem ait Aristoteles : Xenophani deus corpus videtur ut qui membra habeat sive partes, neque enim unum illud prorsus individuum esse judicat, quod inprimis Zenoni placuit. De Xenophanis deo partes habente supra cap. 3 hæc tantum legebantur : ἕνα δ' ὄντα ὅμοιον εἶναι πάντῃ, ὁρᾶν τε καὶ ἀκούειν τάς τε ἄλλας αἰσθήσεις ἔχοντα πάντῃ· εἰ γὰρ μή, κρατεῖν ἂν καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων τὰ μέρη θεοῦ ὄντα, ὅπερ ἀδύνατον. De Zenone testis est Themist. f. 18 : Ζήνων ἐκ τοῦ συνεχές τε εἶναι καὶ ἀδιαίρετον ἓν εἶναι τὸ ὂν κατεσκεύαζε, λέγων ὡς εἰ διαιρεῖται, οὐδὲ ἔσται ἀκριβῶς ἓν διὰ τὴν ἐπ' ἄπειρον τομὴν τῶν σωμάτων. Similiter Simplic. in Arist. Phys. f. 30 : καὶ ὁ Θεμίστιος δὲ τὸν Ζήνωνος λόγον ἓν εἶναι τὸ ὂν κατασκευάζειν φησὶν ἐκ τοῦ συνεχὲς αὐτὸ εἶναι καὶ ἀδιαίρετον· εἰ γὰρ διαιροῖτο, φησίν, οὐδὲν ἔσται ἀκριβῶς ἓν διὰ τὴν ἐπ' ἄπειρον τομὴν τῶν σωμάτων. Ut sensum verborum assecutus est Bergkius, ita locum non ita constituit, ut nihil desit ad sententiæ integritatem. Flagitatur enim vocula qua Xenophanis decretum Zenonis dogmati opponatur. Itaque ἀλλὰ inserendum inter Ζήνων et πολλά. Tum vero in verbis οὐ γὰρ δὴ τὸ τοιοῦτον ἕν, ὥσπερ ὁ Ζήνων, ἀλλὰ πολλὰ εἶναί φησιν manifestum τὸ τοιοῦτον dici de deo, quem Xenophanes non unum, ut Zeno, sed propter partes in corporea natura necessarias multiplicem esse ait. In sequentibus recte posuit Bergkius οὗτος, pro vulgato αὐτός, quum de Xenophane agatur, quem altero illo pronomine minus apte hic designare poterat Aristoteles. Denique pro ἐπιμόνως, ὅταν apposite dedit Bergkius ἐπεὶ μόνως γ' ἄν, quod prope abest a libri Lipsiensis scriptura ἐπεὶ μόνως τ' ἄν. Sed etiamsi ipsa verba recte fuerint restituta, non tamen concludendi rationem satis recte procedere censet Bergkius, ideoque si quis eam culpam in scriptorem hujus libelli transferre nolit, hæc ita esse transponenda existimat : ἀσώματος γὰρ ὤν, πῶς ἂν σφαιροειδὴς εἴη; ἐπεὶ δὲ σῶμά ἐστι, τί ἂν αὐτὸν κωλύοι κινεῖσθαι, ὡς ἐλέχθη· ἐπεὶ μόνως γ' ἂν οὕτως οὔτ' ἂν κινοῖτο οὔτ' ἂν ἠρεμοῖ, μηδαμοῦ γε ὤν. At verborum ordo non mutandus. Namque etsi in præced. capite ad exponendam Xenophanis argumentationem verba οὔτε ἠρεμεῖν οὔτε κινητὸν εἶναι, quæ conclusionem continent, ultimum locum occupant, tamen in hoc capite, quo Aristoteles contrarium demonstrare studet, in fine periodi poni non possunt, sed hujus scriptoris more enuntiatio iis clauditur verbis, in quibus caput rei situm est. Id autem liquet cerni in verbis τί ἂν αὐτὸν κωλύοι κινεῖσθαι, ὡς ἐλέχθη, quia efficere tentat Stagirita, nihil obstare, quominus deus, si corporea natura præditus sit, moveatur. Hæc ad illustrandum locum dicta sufficiant. Probatis igitur ex parte Bergkii emendationibus, nihilominus quædam diverso modo corrigenda esse arbitror. Quæ quo facilius intelligantur, totam ῥῆσιν quemadmodum castigandam puto hic apponam : ἔτι εἰ καὶ διὰ τοῦτο μὴ κινεῖται ὁ θεός τε καὶ τὸ ἕν, ὅτι τὰ πολλὰ κινεῖται τῷ εἰς ἄλληλα ἰέναι, τί κωλύει καὶ τὸν θεὸν κινεῖσθαι εἰς ἄλλο; οὐδαμῶς γε, ὅτι θεὸς μόνον, ἀλλ' ὅτι εἷς μόνος θεός· εἰ δὲ καὶ μὴ αὐτὸς κινεῖται, τί κωλύει εἰς ἄλληλα κινουμένων τῶν μερῶν τοῦ θεοῦ κύκλῳ φέρεσθαι τὸν θεόν;

λέγων· ἀσώματος γὰρ ὤν, πῶς ἂν σφαιροειδὴς εἴη; ἐπεὶ μόνως γ' ἂν οὕτως οὔτ' ἂν κινοῖτο οὔτ' ἂν ἠρεμοῖ, μηδαμοῦ γε ὤν· ἐπεὶ δὲ σῶμά ἐστι, τί ἂν αὐτὸν κωλύοι κινεῖσθαι, ὡς ἐλέχθη;

ΠΕΡΙ ΓΟΡΓΙΟΥ.

ΚΕΦ. ε'.

Οὐκ εἶναί φησιν οὐδέν· εἰ δ' ἔστιν, ἄγνωστον εἶναι· εἰ δὲ καὶ ἔστι καὶ γνωστόν, ἀλλ' οὐ δηλωτὸν ἄλλοις. Καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἔστι, συνθεὶς τὰ ἑτέροις εἰρημένα, ὅσοι περὶ τῶν ὄντων λέγοντες τἀναντία, ὡς δοκοῦσιν, ἀποφαίνονται αὐτοῖς, οἱ μὲν ὅτι ἓν καὶ οὐ πολλά, οἱ δὲ ὅτι πολλὰ καὶ οὐχ ἕν, καὶ οἱ μὲν ὅτι ἀγένητα, οἱ δ' ὡς γενόμενα ἐπιδεικνύντες, ταῦτα συλλογίζεται κατ' ἀμφοτέρων. Ἀνάγκη γάρ, φησίν, εἴ τι ἔστι, μήτε ἓν μήτε πολλὰ εἶναι, μήτε ἀγένητα μήτε γενόμενα· τοῦτο δὲ οὐδὲν ἂν εἴη. Εἰ γὰρ εἴη τι, τούτων ἂν θάτερα εἴη. Ὅτι οὐκ ἔστιν οὔτε ἕν, οὔτε πολλά, οὔτε ἀγένητα οὔτε γενόμενα, τὰ μὲν ὡς Μέλισσος, τὰ δ' ὡς Ζήνων ἐπιχειρεῖ δεικνύειν μετὰ τὴν πρώτην ἴδιον αὐτοῦ ἀπόδειξιν, ἐν ᾗ λέγει, ὅτι οὐκ ἔστιν οὔτε εἶναι, οὔτε μὴ εἶναι. Εἰ μὲν γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἔστι μὴ εἶναι, οὐδὲν ἂν ἧττον τὸ μὴ ὂν τοῦ ὄντος εἴη· τό τε γὰρ μὴ ὂν ἔστι μὴ ὄν, καὶ τὸ ὂν ὄν, ὥστε οὐδὲν μᾶλλον εἶναι ἢ οὐκ εἶναι τὰ πράγματα. Εἰ δ' ὅμως τὸ μὴ εἶναι ἔστι, τὸ εἶναι, φησίν, οὐκ ἔστι τὸ ἀντικείμενον. Εἰ γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἔστι, τὸ εἶναι μὴ εἶναι προσήκει. Ὥστε οὐκ ἂν

οὐ γὰρ δὴ τὸ τοιοῦτον ἕν, ὥσπερ ὁ Ζήνων, ἀλλὰ πολλὰ εἶναί φησιν· οὗτος γὰρ σῶμα λέγει εἶναι τὸν θεόν, εἴτε τόδε τὸ πᾶν, εἴτε ὅ, τι δήποτε αὐτὸ λέγων· ἀσώματος γὰρ ὤν, πῶς ἂν σφαιροειδὴς εἴη; ἐπεὶ μόνως γ' ἂν οὕτως οὔτ' ἂν κινοῖτο οὔτ' ἂν ἠρεμοῖ, μηδαμοῦ γε ὤν· ἐπεὶ δὲ σῶμά ἐστι, τί ἂν αὐτὸν κωλύοι κινεῖσθαι, ὡς ἐλέχθη;

CAPUT QUINTUM.

Inscriptio hujus capitis tanquam separati libri in codice Lipsiensi est Ἀριστοτέλους περὶ Γοργίου.

12. Pro εἰ δ' ἔστιν Casaubonus minus recte εἰ δ' ἐστὶν.

13. δηλωτὸν ἄλλοις e Lipsiensi cod. ductum est, reliquæ membranæ ἄλλως, quod a Sylburgio in ἄλλῳ conversum in Casauboniana et aliis editionibus reperitur.

15. ἀποφαίνονται αὐτοῖς videtur in omnibus codicibus præter Lipsiensem legi ubi est αὑτοῖς, quod si sanum esset, ad τὰ ὄντα pertinere in promptu foret. At servandum esse αὑτοῖς res ipsa loquitur.

16. οἱ μὲν ὅτι ἓν καὶ οὐ πολλά, οἱ δὲ ὅτι πολλὰ καὶ οὐχ ἕν. Sic cod. Lips. omisso αὖ inter δὲ et ὅτι.

17. καὶ οἱ μὲν ὅτι ἀγένητα recte cod. Lips.; alii codd. apud Bekkerum ἂν γένηται male; vulgo editur inepte καὶ οἱ μὲν ἂν ἀγένητα. Sequentia apud Bekkerum in hunc modum distincta sunt : οἱ δ' ὡς γενόμενα ἐπιδεικνύντες ταῦτα, συλλογίζεται κατ' ἀμφοτέρων. Ergo distinctionis virgula, ut in cod. Lips. fit, post ταῦτα posita rettulit ταῦτα ad τῶν ὄντων haud secus atque Fabricius ad Sext. Empir. p. 384. At præterquam quod pro ταῦτα tunc rectius diceretur αὐτά, huic rationi ipse Sextus adv. Math. VII § 66 adversatur, cujus hæc sunt verba : ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν ἔστιν, ἐπιλογίζεται τὸν τρόπον τοῦτον. Quamobrem nos post ἐπιδεικνύντες cum Fossio distinximus. Extrema συλλογίζεται κατ' ἀμφοτέρων apud Bekkerum et Fossium congruunt cum veterum editionum et codicis, quo Felicianus usus est, scriptura. In duobus codicibus quos inspexit Bekkerus, pariterque in Lipsiensi pro κατ' ἀμφοτέρων est τ' ἀμφοτέρων, quod licet intelligi possit, tamen huic loco minus convenit.

18. ἀνάγκη γάρ, φησίν, εἴ τί ἐστι, μήτε ἓν μήτε πολλὰ εἶναι, μήτε ἀγέννητα μήτε γενόμενα, οὐδὲν ἂν εἴη. Sic Bekkerus hæc verba constituit, a quo in eo potissimum discrepant Casaubonus et Fossius, quod rectius ἀγένητα scribunt. At locum aperte mutilum ita resarciendum arbitror : ἀνάγκη γάρ, φησίν, εἴ τι ἔστι, μήτε ἓν μήτε πολλὰ εἶναι, μήτε ἀγένητα μήτε γενόμενα· τοῦτο δὲ οὐδὲν ἂν εἴη. In quo non solum τοῦτο δὲ addidi, sed etiam transposito accentu εἴ τι ἔστι exaravi. Felicianus in codice suo videtur deprehendisse : ἀνάγκη γάρ, φησίν, εἴ τί ἐστι μήτε ἓν μήτε πολλά, μήτε ἀγένητα μήτε γενόμενα, οὐδὲν ἂν εἶναι. Vertit enim : « necesse, inquit, est ut si quid sit neque unum neque multa, neque ingenita, neque genita, id nihil sit. » Sed hæc lectio sequentibus verbis repugnat.

20. εἰ γὰρ μὴ εἴη τι, τούτων ἂν θάτερα εἴη. Conspirant in his Casaubonus et Bekkerus, quorum neuter vidit delendum esse μὴ post γάρ. Omittitur autem hæc vocula, ut jam Olearius animadvertit, in libro Lipsiensi quem Fossius secutus est.

22. Mira est Bekkeri inconstantia, qui hic et versu 19 posuerit ἀγέννητα, sed versu 17 recte scripserit ἀγένητα. Quid intersit inter utramque vocem dicemus infra ad Ocell. cap. I § 2.

23. μετὰ τὴν πρώτην ἴδιον αὐτοῦ ἀπόδειξιν omnium codicum scriptura est, quam temere mutavit Fossius in ἰδίαν αὐτοῦ ἀπόδειξιν, quasi non posset dici ἴδιος ἀπόδειξις. At similiter Plato Protag. p. 349 B : ἑκάστῳ τῶν ὀνομάτων τούτων ὑπόκειταί τις ἴδιος οὐσία.

25. εἰ μὲν γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἔστι μὴ εἶναι, οὐδὲν ἂν ἧττον τὸ μὴ ὂν τοῦ ὄντος εἴη. τό τε γὰρ μὴ ὄν ἐστι μὴ ὄν, καὶ τὸ ὂν ὄν, ὥστε οὐδὲν μᾶλλον ἢ εἶναι ἢ οὐκ εἶναι τὰ πράγματα. Sic Bekkerus, quocum Fossius consentit nisi quod τὸ μὴ εἶναί ἐστι ponit. Non injuria tamen Bekkerus τὸ μὴ εἶναι ἔστι μὴ εἶναι dedit, quorum verborum hanc vim esse liquet : si *non esse* vere est, quatenus est *non esse*. Quod Sylburgius et Casaubonus habent ἦν ante ἧττον recte omittitur in codice Lipsiensi. In verbis τό τε γὰρ μὴ ὄν ἐστι μὴ ὄν nihil variant libri scripti et editi, sed ex eo quod ut non ens est non ens, ita ens est ens, non sequitur nihilo magis esse quam non esse res : id quod tum demum aliquo jure sumi videtur, quum quis non ens vere esse, quatenus non ens sit, et ens reapse esse, quatenus ens sit, contendit. Quocirca necessario rescripsi : τό τε γὰρ μὴ ὂν ἔστι μὴ ὄν. Denique inter μᾶλλον et εἶναι omittendum est ἢ cum codice Lipsiensi. Idem codex ante πράγματα omittit articulum τὰ quem abjicere nolui.

28. εἰ δ' ὅμως τὸ μὴ εἶναί ἐστι, τὸ εἶναι, φησίν, οὐκ ἔστι τὸ ἀντικείμενον. Ita Bekkerus. Sed hic quoque ferri nequit εἶναί ἐστι; corrige cum Fossio εἶναι ἔστι. Idem faciendum esse apparet in sequenti sententia quæ apud Bekkerum sic scripta legitur : εἰ γὰρ τὸ μὴ εἶναί ἐστι, τὸ εἶναι, [ἢ] μὴ εἶναι προσήκει, ubi non solum ἔστι requiritur, sed etiam ἢ uncis inclusum cum libro Lipsiensi deleri oportet.

30. ὥστε οὐκ ἂν οὕτως, φησίν, οὐδὲν ἂν εἴη, εἰ μὴ ταὐτόν ἐστιν εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι. εἰ δὲ ταὐτό, καὶ οὕτως οὐκ ἂν εἴη οὐδέν· τό τε γὰρ μὴ ὂν οὐκ ἔστι καὶ τὸ ὄν, ἐπείπερ ταὐτὸ τῷ μὴ ὄντι. Ita Fossius et Bekkerus qui e codice Lipsiensi post verba καὶ μὴ εἶναι receperunt εἰ δὲ ταὐτό, quum in

οὕτως, φησίν, οὐδὲν ἂν εἴη, εἰ μὴ ταὐτόν ἐστιν εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι. Ἔστι δὲ ταὐτό, καὶ οὕτως ἂν εἴη οὐδέν· τό τε γὰρ μὴ ὂν οὐκ ἔστι, καὶ τὸ ὄν, ἐπείπερ γε ταὐτὸ τῷ μὴ ὄντι. Οὗτος μὲν οὖν αὐτὸς ὁ λόγος ἐκείνου.

ΚΕΦ. ς´.

Οὐδαμόθεν δὲ συμβαίνει ἐξ ὧν εἴρηκε, μηδὲν εἶναι· ἃ γὰρ καὶ ἀποδείκνυσιν, οὕτως διαλέγεται. Εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστιν, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ μηδέν, καὶ τὸ ὂν ἔστιν ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ μηδέν, καὶ τὸ ὂν ἔστιν ὁμοίως μὴ ὄν. Τοῦτο δὲ οὔτε φαίνεται οὕτως, οὔτε ἀνάγκη, ἀλλ' ὥσπερεὶ δυοῖν ὄντοιν, τοῦ μὲν ὄντος τοῦ δὲ δοκοῦντος, τὸ μὲν ἔστι, τὸ δ' οὐκ ἀληθές, ὅτι ἐστὶ τὸ μὲν μὴ ὄν. Διότι οὖν οὐκ ἔστιν, οὔτε εἶναι οὔτε μὴ εἶναι τὰ ἄμφω οὔθ' ἕτερον οὐκ ἔστιν. Οὐδὲν γὰρ ἧττον, φησίν, εἴη ἂν τὸ μὴ εἶναι τοῦ εἶναι, εἴπερ εἴη τι καὶ τὸ μὴ εἶναι. Ἀτὰρ οὐδείς φησιν εἶναι τὸ μὴ εἶναι οὐδαμῶς. Εἰ δὲ

---

reliquis membranis legatur ἔστι δὲ ταὐτό. At utrumque fefellit mendosa quæ inde oritur verborum constructio. Quum enim efficere nitatur Gorgias nihil esse atque id colligat ex æqualitate entis et non entis, conclusionem καὶ οὕτως οὐκ ἂν εἴη οὐδέν mendis non vacare planum est, quippe qua et contrarium dicatur et plus quam affirmari convenit. Contrarium dici præcedentium verborum ὥστε οὐκ ἂν οὕτως (φησίν) οὐδὲν ἂν εἴη comparatio docet, in quibus duplex negatio flagitatur, quæ hic a Gorgiæ mente dissidet. Deinde καὶ quod non habet quo referatur prorsus abundat. Quapropter si εἰ δὲ ταὐτό vera lectio foret, legitima apodosis non esset nisi duabus vocibus omissis οὕτως ἂν εἴη οὐδέν, quamquam non diffitendum οὕτως quoque nullo sententiæ damno transpositis reliquis verbis abesse posse. At si restituimus ἔστι δὲ ταὐτό, omnia apte cohærent neque delendum est nisi οὐκ post οὕτως. Porro in verbis τό τε γὰρ μὴ ὂν οὐκ ἔστι καὶ τὸ ὂν virgula collocanda est post ἔστι et ad extrema καὶ τὸ ὂν intelligendum οὐκ ἔστι. Denique pro ἐπείπερ ταὐτὸ cod. Lips. præbet ἐπείπερ γε ταὐτό.

33. Οὗτος μὲν οὖν ὁ αὐτὸς λόγος ἐκείνου. Ita cum veteribus edd. Bekkerus. Cod. Lips. habet οὕτως; at οὗτος non est sollicitandum. Sed pro ὁ αὐτὸς λόγος recte substituit Fossius αὐτὸς ὁ λόγος. Neque enim eandem, sed ipsam Gorgiæ rationem attulisse se Aristoteles ait.

CAPUT SEXTUM.

34. Bekkerus initium sic scripsit : Οὐδαμόθεν δὲ συμβαίνει ἐξ ὧν εἴρηκεν, μηδὲν εἶναι. ἃ γὰρ καὶ ἀποδείκνυσιν, οὕτως διαλέγεται. εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστιν ἢ ἔστιν, ἁπλῶς εἰπεῖν εἴη, καὶ ἔστιν ὅμοιον μὴ ὄν. τοῦτο δὲ οὔτε φαίνεται οὕτως οὔτε ἀνάγκη, ἀλλ' ὥσπερεὶ δυοῖν, ὄντος, τοῦ δ' οὐκ ὄντος, τὸ μὲν ἔστι, τὸ δ' οὐκ ἀληθές, ὅτι ἐστὶ τὸ μὲν μὴ ὄν. Parum præsidii hoc loco in cod. Lipsiensi est, qui vitiose habet ἃ γὰρ καὶ ἀποδεικνύουσιν et post διαλέγεται : ἢ τὸ μὴ ὂν ἔστιν, ἢ ἁπλῶς εἰπ., deinde vero rectius quam cæteræ membranæ ἀλλ' ὥσπερ εἰ δυοῖν ὄντοιν, τοῦ μὲν ὄντος, τοῦ δὲ δοκοῦντος, τὸ μὲν ἐστί, τὸ δ' οὐκ ἀληθὲς ὅτι ἐστὶν τὸ μὲν μὴ ὄν. Quamobrem Fossius ita posuerat : οὐδαμόθεν δὲ συμβαίνει ἐξ ὧν εἴρηκεν, μηδὲν εἶναι· ἃ γὰρ καὶ ἀποδείκνυσιν, οὕτως διαλέγεται· εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστιν, ἔστιν, ἁπλῶς εἰπεῖν, καί ἐστιν ὁμοίως μὴ ὄν. τοῦτο δὲ οὔτε φαίνεται οὕτως, οὔτε ἀνάγκη, ἀλλ' ὥσπερεὶ δυοῖν ὄντοιν, τοῦ μὲν ὄντος, τοῦ δὲ δοκοῦντος, τὸ μὲν ἔστι, τὸ δ' οὐκ ἀληθές, ὅτι ἔστι τὸ μὲν μὴ ὄν. At ne hac quidem ratione persanatus est locus. Corrige : οὐδαμόθεν δὲ συμβαίνει ἐξ ὧν εἴρηκε, μηδὲν εἶναι· ἃ γὰρ καὶ ἀποδείκνυσιν, οὕτως διαλέγεται. Εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστιν, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ μηδέν, καὶ τὸ ὂν ἔστιν ὁμοίως μὴ ὄν. Τοῦτο δὲ οὔτε φαίνεται οὕτως, οὔτε ἀνάγκη, ἀλλ' ὥσπερεὶ δυοῖν ὄντοιν, τοῦ μὲν ὄντος τοῦ δὲ δοκοῦντος, τὸ μὲν ἔστι, τὸ δ' οὐκ ἀληθές, ὅτι ἐστὶ τὸ μὲν μὴ ὄν.

p. 979 b. Recte Bekkerus : διότι οὖν οὐκ ἔστιν, οὔτε εἶναι οὔτε μὴ εἶναι τὰ ἄμφω οὔθ' ἕτερον οὐκ ἔστιν, quod sic exprimit Felicianus : « quia igitur non est, non sequitur, ut neque esse neque non esse utrumque, neque alterum non sit. » Inepte in cod. Lips. legitur : διατί οὖν οὐκ ἔστιν, οὔτε εἶναι οὔτε μὴ εἶναι, τὸ δὲ ἄμφω κ. τ. λ. Fossius ante τὰ ἄμφω addidit οὔτε, quod concinniorem quidem efficit orationem, sed tamen neutiquam necessarium est. Posterius illud οὐκ ἔστιν quod accusativum cum infinitivo adjunctum habet nolim cum Feliciano vertas *non sequitur*, sed interpretandum est : *fieri nequit*, ut in illo Euripidis versu (Alcest. 1095) οὐκ ἔστι τοὺς θανόντας εἰς φάος μολεῖν. Quocirca hæc erit sententia : « quoniam igitur non est, fieri nequit, ut sint aut non sint sive ambo sive alterutrum. »

2. οὐδὲν γάρ, φησίν, εἴη ἂν τὸ μὴ εἶναι τοῦ εἶναι, εἴπερ εἴη τι καὶ τὸ μὴ εἶναι. Ita Bekkerus cum cod. Lipsiensi, in quo post οὐδὲν γὰρ ante φησίν reperitur lacuna uno aut duobus vocabulis explenda. Longe distant ab his Feliciani interpretis verba : « at nihil erit, inquit, si non esse et esse similiter sunt, quandoquidem erit aliquid etiam non esse. » Fossius scribendum conjecit οὐδὲν γάρ, φησίν, εἴη ἂν τὸ μὴ εἶναι [ἧττον] τοῦ εἶναι, εἴπερ εἴη τι καὶ τὸ μὴ εἶναι, quod probamus, nisi quod propter Lipsiensis libri auctoritatem ἧττον inter γάρ et φησίν inserendum censemus. Cæterum quum Aristoteles ea quæ supra exposita sunt eodem ordine servato refellere studeat, non aliam hic deesse vocem nisi ἧττον efficitur e verbis quæ capite præcedenti exstant : εἰ μὲν γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἔστι μὴ εἶναι, οὐδὲν ἂν ἧττον τὸ μὴ ὂν τοῦ ὄντος εἴη.

4. οὐδείς φησιν εἶναι τὸ μὴ εἶναι οὐδαμῶς. Ita Bekkerus. Lacunam ante οὐδείς, quæ apud Casaubonum notata est, in Lipsiensi codice particula ὅτε expletam esse Beckius ait. Orditur jam Aristoteles refutationem primumque argumentum quod Gorgiæ opponit e loquendi consuetudine repetit, quum nemo τὸ μὴ εἶναι esse dicat. Cf. Phys. IV, 1 p. 208 ed. Bekk. : τά τε γὰρ ὄντα πάντες ὑπολαμβάνουσιν εἶναί που (τὸ γὰρ μὴ ὂν οὐδαμοῦ εἶναι· ποῦ γάρ ἐστι τραγέλαφος ἢ σφίγξ;) Requiritur initio refutationis vocula adversativa ἀλλὰ vel δέ; idcirco Fossius, quum Lipsiensis libri ὅτε ferri non possit, τοῦτο δὲ ponendum conjectavit. Sed fortasse in illo ὅτε latet ἀτάρ, quo sæpissime utitur Plato cf. Ruhnken. ad Timæi Lex. Plat. h. v. Cæterum non male vertit Felicianus : « sed nemo est qui non esse, esse prorsus dicat. » Refertur autem οὐδαμῶς ad οὐδείς, ut hæc sit verborum constructio : ἀτὰρ οὐδεὶς οὐδαμῶς φησιν εἶναι τὸ μὴ εἶναι, qua transgressione nihil frequentius apud Aristotelem invenitur.

4. εἰ δὲ καὶ ἔστι τὸ μὴ ὂν μὴ ὄν, οὐδ' οὕτως ὁμοίως ἂν εἴη τὸ μὴ ὂν τῷ ὄντι· τὸ μὲν γάρ ἐστι μὴ ὄν, τὸ δὲ καὶ ἔστιν ἔτι. Ita Bekkerus, a quo pluribus in rebus dissidet Fossius. Ac primum quidem male scripsit εἰ δὲ καί ἐστι τὸ μὴ ὄν, deinde οὐχ οὕτως ὁμοίως εἴη ἂν habet, in quo οὐχ ad sententiam aptius est quam οὐδ', sed εἴη ἂν pro ἂν εἴη e veteribus editionibus ductum et quorundam Bekkeri codicum auctoritate confirmatum, tamen repudiari convenit. Pro τῷ ὄντι cod. Lips. perperam τῷ μὴ ὄντι. Dubium esse ait Beckius ὁμοίως an ὅμοιον scripserit librarius Lipsiensis, deleto compendio.

καὶ ἔστι τὸ μὴ ὂν μὴ ὄν, οὐχ οὕτως ὁμοίως ἂν εἴη τὸ μὴ ὂν τῷ ὄντι· τὸ μὲν γάρ ἐστι μὴ ὄν, τὸ δὲ καὶ ἔστιν ἔτι. Εἰ δὲ καί, ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀληθές, ὡς δὴ θαυμάσιόν γ' ἂν εἴη τὸ μὴ ὂν ἔστιν· ἀλλ', εἰ δὴ οὕτω, πότερον μᾶλλον ξυμβαίνει ἅπαντα εἶναι, ἢ μὴ εἶναι; αὐτὸ γὰρ οὕτω γε τοὐναντίον ἔοικε γίγνεσθαι. Εἰ γὰρ τό τε μὴ ὂν ἔστι καὶ τὸ ὂν ἔστιν, ἅπαντα ἔστι· καὶ γὰρ τὰ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὄντα ἔστιν. Οὐκ ἀνάγκη γάρ, εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστι, καὶ τὸ ὂν μὴ εἶναι. Εἰ δὲ καὶ τοῦτό τις ξυγχωροῖ καὶ τὸ μὲν μὴ ὂν εἴη, τὸ δὲ ὂν μὴ εἴη, ὅμως οὐδὲν ἧττον εἴη ἂν πάντα· τὰ γὰρ μὴ ὄντα εἴη κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον. Εἰ δὲ ταὐτόν ἐστι τὸ εἶναι καὶ τὸ μὴ εἶναι, οὐδ' οὕτως μᾶλλον εἴη ἄν τι ἢ οὐκ εἴη. Ὡς γὰρ κἀκεῖνος λέγει, ὅτι εἰ ταὐτὸ τὸ μὴ ὂν καὶ τὸ ὄν, τό τε ὂν οὐκ ἔστι καὶ τὸ μὴ ὄν, ὥστε οὐδὲν ἔστιν· ἀντιστρέψαντι ἔστιν ὁμοίως φάναι, ὅτι πάντα ἔστι· τό τε

---

illud tamen probabilius esse putat; atque ita legit Felicianus, cujus hæc sunt verba : « Nam si non ens est non ens, non propterea efficitur, ut simili modo ut ens, non ens sit, quippe quum illud sit non ens, ens autem sit. » Principium planius sic interpreteris : « Etiamsi vero non ens exstat, quatenus est non ens. »

7. εἰ δὲ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀληθές, ὡς δὴ θαυμάσιόν τ' ἂν εἴη τὸ μὴ ὂν ἐστίν. ἀλλ' εἰ δὴ οὕτω, πότερον μᾶλλον ξυμβαίνει τὰ πάντα εἶναι ἢ μὴ εἶναι; αὐτὸ γὰρ οὕτω γε τοὐναντίον ἔοικε γίνεσθαι. Sic Bekkerus locum constituit. In Lipsiensi codice scriptum est θαυμάσιόν γ' ἂν εἴη, quod præstat vulgatæ lectioni, tum vero inepte et vitiose πρότερον μᾶλλον ξυμβαίνει ἅπαντα ἢ εἶναι μὴ εἶναι. Fossius verba ita castiganda putavit : εἰ δὲ καί, ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀληθές, ὡς δὴ θαυμάσιόν γ' ἂν εἴη τὸ μὴ ὂν ἔστιν· ἀλλ' εἰ δὴ οὕτω, πότερον μᾶλλον συμβαίνει ἅπαντα εἶναι, ἢ μὴ εἶναι; αὐτὸ γὰρ οὕτω γε τοὐναντίον ἔοικε γίγνεσθαι. Nihil hic mutavimus nisi συμβαίνει ob constantem libri Lipsiensis scripturam in ξυμβαίνει, in reliquis Fossii rationem probavimus. Eadem apparet Felicianum in suo libro scripta offendisse, licet paulo liberius converterit : « Adde quod, si etiam absolute ac simpliciter verum esset, quum dicimus non ens esse, mirum quidem profecto id videretur : sed si tamen ita esset, utrum ex eo magis eveniret, ut omnia essent, quam non essent? Ita enim contrarium procul dubio efficeretur. »

9. εἰ γὰρ τό τε μὴ ὂν ἐστι καὶ τὸ ὂν ὂν ἐστιν, ἅπαντά ἐστιν. καὶ γὰρ τὰ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὄντα ἐστίν. Sic perperam Bekkerus, quem vel Felicianus docere poterat, aliter hæc esse constituenda. Felicianus enim in suo libro repperit exaratum : εἰ γὰρ τό τε μὴ ὂν ἔστιν καὶ τὸ ὂν ἔστιν, ἅπαντα ἔστι· καὶ γὰρ τὰ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὄντα ἔστιν; id quod ex ejus verbis efficitur : « si enim et non ens est, et ens est, omnia sunt, quum et ea quæ sunt et ea quæ non sunt simili modo sint. » Hunc igitur Fossius merito secutus est. Male in cod. Lips. legitur εἰ γὰρ τό τε μὴ ὂν ὂν ἐστι et καὶ τὰ γὰρ τὰ ὄντα καὶ μὴ ὄντα ἐστίν. Repetitionem vocis ὂν, quæ et apud Casaubonum exstat, ideo recte rejecit Fossius, quia continent hæc verba refutationem secundi argumenti : εἰ τὸ μὴ εἶναι ἔστι, τὸ εἶναι οὐκ ἔστι τὸ ἀντικείμενον, ubi non dicitur ὄν, quod præterea non iteratur in verbis οὐκ ἀνάγκη γάρ, εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστι, καὶ τὸ ὂν μὴ εἶναι. Adde quod ne dixit quidem Gorgias : τὸ μὴ ὂν ἐστιν ὄν, sed ἔστιν, et quod Aristoteles ita concludit : καὶ γὰρ τὰ μὴ ὄντα καὶ τὰ ὄντα ἔστιν. Idem supra in memorandis Gorgiæ verbis ait : θαυμάσιόν γ' ἂν εἴη τὸ μὴ ὂν ἔστιν.

11. οὐκ ἀνάγκη γάρ, εἰ τὸ μὴ ὄν ἐστι, καὶ τὸ ὂν μὴ εἶναι. εἰ δὴ καὶ οὕτω τις ξυγχωρεῖ, καὶ τὸ μὲν μὴ ὂν εἴη, τὸ δὲ ὂν μὴ εἴη, ὅμως οὐδὲν ἧττον εἴη ἄν· τὰ γὰρ μὴ ὄντα εἴη κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον. Ita Bekkeri editio, a qua in eo solum discrepat cod. Lips. quod pro ξυγχωρεῖ præbet ξυγχωροῖ. Sed Sylburgius jam conjecerat συγχωροίη, quod Fossius recepit, qui locum ita corrigendum existimavit : οὐκ ἀνάγκη γάρ, εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστι, καὶ τὸ ὂν μὴ εἶναι. εἰ δὲ δὴ καὶ οὕτω τις συγχωροίη, καὶ τὸ μὲν μὴ ὂν εἴη, τὸ δὲ ὂν μὴ εἴη, ὅμως οὐδὲν ἧττον εἴη ἄν τι· τὰ γὰρ μὴ ὄντα εἴη κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον. In quibus verbis nemo dubitabit, quin recte substitutum sit εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστι pro vulg. ὄν ἐστι, deinde εἰ δὲ δὴ satis accommodatum est, quamquam δὴ poterat abesse. Tum post ὅμως οὐδὲν ἧττον εἴη ἂν adjecit τι, cujus loco Felicianus legit πάντα. At non minus recte τὸ ὂν suspicari licet. Denique in ultima enuntiationis parte ἂν particula post εἴη desideratur, repetenda illa e prægressa sententia haud secus atque infra τὸ μὲν ὂν οὐκ ἂν εἴη, τὸ δ' οὐκ ὂν γεγονὸς εἴη, quod Fossium non fugit. Felicianus vertit : « Non etenim est necesse, si non ens est, ut etiam ens non sit. Veruntamen, si ita etiam quispiam concesserit, ut et non ens sit et ens non sit, nihilo minus omnia erunt, eo quod ea quæ non sunt, ex illius ratione procul dubio essent. » Hic quoque εἰ δὲ καὶ οὕτω τις ξυγχωροῖ legit, sed scribendum videtur εἰ δὲ καὶ τοῦτό τις ξυγχωροῖ. Quocirca locum sic restituimus : οὐκ ἀνάγκη γάρ, εἰ τὸ μὴ ὂν ἔστι, καὶ τὸ ὂν μὴ εἶναι. Εἰ δὲ καὶ τοῦτό τις ξυγχωροῖ καὶ τὸ μὲν μὴ ὂν εἴη, τὸ δὲ ὂν μὴ εἴη, ὅμως οὐδὲν ἧττον εἴη ἂν πάντα· τὰ γὰρ μὴ ὄντα εἴη κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον.

15. εἰ δὲ ταὐτόν ἐστι καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ μὴ εἶναι, οὐδ' οὕτως μᾶλλον οὐκ εἴη ἄν τι εἴη. Ita Casaubonus. Extrema mendo aliquo laborare recte observavit Fossius, qui deleto priore εἴη, οὐδ' οὕτως μᾶλλον οὐκ ἄν τι εἴη scripsit. Neque aliter Bekkerus eodem εἴη uncis incluso de hoc enuntiato videtur judicasse. In cod. Lips. hæc habentur : εἰ δὲ ταὐτόν ἐστι τὸ εἶναι καὶ τὸ μὴ εἶναι, οὐθ' οὕτως μᾶλλον εἴη ἄντι, sequitur spatium vacuum trium quattuorve litterarum, deinde ὡς γὰρ κἀκεῖνος κ. τ. λ. Quare suspicor ita esse reponendum : εἰ δὲ ταὐτόν ἐστι τὸ εἶναι καὶ τὸ μὴ εἶναι, οὐδ' οὕτως μᾶλλον εἴη ἄν τι ἢ οὐκ εἴη. Concinit fere Felicianus sic vertens : « Præterea si idem etiam sit et esse et non esse, neque ita magis ut non sit, quam ut sit, conficietur. »

16. ὡς γὰρ κἀκεῖνος λέγει, ὅτι εἰ ταὐτὸν μὴ ὂν καὶ ὄν, τό τε ὂν οὐκ ἔστι καὶ τὸ μὴ ὄν. ὥστε οὐδέν ἐστιν, ἀντιστρέψαντα ἔστιν ὁμοίως φάναι ὅτι πάντα ἐστίν. τό τε γὰρ μὴ ὂν ἔστι καὶ τὸ ὄν, ὥστε πάντα ἐστίν. Perperam hæc, quemadmodum notavi, a Bekkero distincta sunt. Inepta porro Sylburgii conjectura est qui ὅτι πάντα ἔτι pro ὅτι πάντα ἔστι legi volebat. Felicianus interpretatur : « Nam quemadmodum ille inquit, si non ens et ens idem est, non ens autem non est, etiam ens non erit, quamobrem nihil erit : ita quoque vice versa dicere omnia esse nos possumus. Si enim non ens est, et ens est, omnia erunt. » Quid ille in codice suo invenerit, satis patet; sed aliter constituendus est locus. Fossius intellecta sententia eo modo orationem conformavit, ut ex variis incisis unam periodum conderet. Sic autem posuit : ὡς γὰρ κἀκεῖνος λέγει, ὅτι, εἰ ταὐτὸ τὸ μὴ ὂν καὶ ὄν, τό τε ὂν οὐκ ἔστι καὶ το μὴ ὄν, ὥστε οὐδὲν ἔστιν· ἀντιστρέψαντι ἔστιν ὁμοίως φάναι ὅτι πάντα ἔστι· τό τε γὰρ μὴ ὂν ἔστι καὶ τὸ ὄν, ὥστε πάντα ἔστιν. Cod. Lips. exhibet : ὅτι εἰ ταὐτὸ τὸ μὴ ὂν καὶ τὸ ὄν. Inserto igitur inter καὶ et ὂν articulo reliqua, ut a Fossio distincta sunt, servanda censemus. Est enim verborum sensus : « quemadmodum ille ait, si idem sit non ens et ens, perinde non esse ens ac non ens, ita ut nihil sit : similiter licet contraria ratione dicere, omnia esse : siquidem non ens est pariter atque ens, ita ut omnia sint. »

γὰρ μὴ ὂν ἔστι καὶ τὸ ὄν, ὥστε πάντα ἔστιν. Μετὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον φησίν, εἰ δὲ ἔστιν, ἤτοι ἀγένητον ἢ γενόμενον εἶναι. Καὶ εἰ μὲν ἀγένητον, ἄπειρον αὐτὸ τοῖς τοῦ Μελίσσου ἀξιώμασι λαμβάνει· τὸ δὲ ἄπειρον οὐκ ἂν εἶναί που. Οὔτε γὰρ ἐν αὑτῷ, οὔτ' ἂν ἐν ἄλλῳ εἶναι. Δύο γὰρ ἂν οὕτως ἢ πλείω εἶναι, τό τε ἐνὸν καὶ τὸ ἐν ᾧ. Μηδαμοῦ δὲ ὄν, οὐδὲν εἶναι κατὰ τὸν τοῦ Ζήνωνος λόγον περὶ τῆς χώρας· ἀγένητον μὲν οὖν διὰ ταῦτ' οὐκ εἶναι· οὐ μὴν οὐδὲ γενόμενον. Γενέσθαι γοῦν οὐδὲν ἂν οὔτ' ἐξ ὄντος, οὔτ' ἐκ μὴ ὄντος· εἰ γὰρ τὸ ὂν γενόμενον μεταπέσοι, οὐκ ἂν ἔτ' εἶναι τὸ ὄν, ὥσπερ γ' εἰ καὶ τὸ μὴ ὂν γένοιτο, οὐκ ἂν ἔτι εἴη μὴ ὄν. Οὐδὲ μὴν οὐδ' ἐκ μὴ ὄντος ἂν γενέσθαι· εἰ μὲν γὰρ μὴ ἔστι τὸ μὴ ὄν, οὐδὲν ἂν ἐκ μηδενὸς γενέσθαι. Εἰ δ' ἔστι τὸ μὴ ὄν, δι' ἅπερ οὐδ' ἐκ τοῦ ὄντος, διὰ ταῦτα οὐδ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γενέσθαι. Εἰ οὖν ἀνάγκη μέν, εἴπερ ἔστι τι, ἤτοι ἀγένητον εἶναι ἢ γενόμενον, ταῦτα δὲ ἀδύνατον, ἀδύνατόν τι καὶ εἶναι. Ἔτι, εἴπερ

---

20. μετὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον φησίν· εἰ δὲ ἔστιν, ἤτοι ἀγένητον ἢ γενόμενον εἶναι. καὶ εἰ μὲν ἀγένητον, ἄπειρον αὐτὸ τοῖς τοῦ Μελίσσου ἀξιώμασι λαμβάνει· τὸ δ' ἄπειρον οὐκ ἂν εἶναί ποτε. Miram in his Bekkeri inconstantiam videmus, qui modo ἀγέννητον modo ἀγένητον exaraverit. Utroque loco cod. Lips. ἀγένητον, quod alteri lectioni hic certe præferendum. Feliciani verba : « *post hanc rationem subjungit*, *si sit aliquid*, *est vel ingenitum vel genitum esse* » indicio sunt, in ejus libro scriptum fuisse, εἰ δὲ ἔστιν, ἔστιν ἤτοι ἀγένητον ἢ γενόμενον εἶναι. Tum vero alterum ἔστιν significat *licet*, *fieri potest*. At ne opus quidem est hac voce, quia accusativus cum infinitivo e φησί pendet. Quod apud Casaubonum et in tribus Bekkeri codd. legitur ἤτοι ἀγ. ἢ μὴ γενόμενον falsum esse patet. In Lipsiensi exemplari recte omittitur μή. Ibidem reperitur γινόμενον librarii errore pro γενόμενον. Quum enim aliis locis librarius γίγνεσθαι et γιγνόμενον scribere soleat, illud γινόμενον prorsus repudiandum est. E verbis τὸ δὲ ἄπειρον οὐκ ἂν εἶναί ποτε, in quibus libri scripti et editi consentiunt, illud ποτε ad sententiam non est accommodatum. Neque enim quæritur, unquamne fuerit, an sit infinitum, sed ubi sit, quum Gorgias negaverit hoc usquam esse, quod neque in se ipso neque in alio esset. Cf. Sext. Emp. adv. Math. VII § 69 : εἰ δὲ ἄπειρόν ἐστιν, οὐδαμοῦ ἐστιν. Accedit quod sequentia, in quibus præterquam quod μηδαμοῦ legitur simul Zenonis de spatio sententia memoratur, abunde arguunt de loco hic disputari. Quam ob causam Fossius expulso ποτε scripsit που.

24. οὔτε γὰρ ἐν αὑτῷ οὔτ' ἂν ἐν ἄλλῳ εἶναι· δύο γὰρ ἂν οὕτως ἢ πλείω εἶναι, τό τε ἐνὸν καὶ τὸ ἐν ᾧ, μηδαμοῦ δὲ ὂν οὐδὲ εἶναι κατὰ τὸν Ζήνωνος λόγον περὶ τῆς χώρας. Hic præcipuum mendum, quod in omnibus codd. exstat τό τε ἓν ὂν jam sublatum a Bekkero est qui τό τε ἐνὸν substituit. Quod ille mutuatus videtur a Fossio qui ejus emendationis auctorem Meierum esse perhibet. Casauboni scriptura μηδαμοῦ δέον mutanda est in μηδαμοῦ δὲ ὄν, quod Fossio duce fecit Bekkerus. In cod. Lips. legitur tantum μηδαμοῦ ὄν. Quod sequitur οὐδὲ εἶναι κατὰ τὸν Ζήνωνος λόγον non minus probamus, quam cod. Lips. lectionem οὐδὲν εἶναι κατὰ τὸν τοῦ Ζήνωνος λόγον.

26. ἀγέννητον μὲν οὖν διὰ ταῦτ' οὐκ εἶναι, οὐ μὴν οὐδὲ γενόμενον. Hic quoque inepte Bekkerus ἀγέννητον pro ἀγένητον.

27. γενέσθαι γοῦν οὐδὲν ἂν οὔτ' ἐξ ὄντος οὔτ' ἐκ μὴ ὄντος. Bekkerus ad Lipsiensis libri auctoritatem se applicuit qui γενέσθαι γοῦν exhibet. In reliquis corrupte legitur γενέσθαι τόν. Fossius γὰρ οὖν scripsit, quod et ipse posuissem, nisi γοῦν posset defendi. Ad sententiam quod attinet cf. Melissi fragm. I.

28. εἰ γὰρ τὸ ὂν μεταπέσοι, οὐκ ἂν ἔτ' εἶναι τὸ ὄν, ὥσπερ γ' εἰ καὶ τὸ μὴ ὂν γένοιτο, οὐκ ἂν ἔτι εἴη μὴ ὄν. οὐδὲ μὴν οὐδ' ἐξ ὄντος ἂν γενέσθαι. εἰ μὲν γὰρ μή ἐστι τὸ μὴ ὄν, οὐδὲν ἂν ἐκ μηδενὸς ἂν γενέσθαι· εἰ δ' ἔστι τὸ μὴ ὄν, δι' ἅπερ οὐδ' ἐκ τοῦ ὄντος, διὰ ταῦτα οὐδ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γενέσθαι. Ita Bekkeri editio quæ in eo potissimum a Casauboniana hic differt, quod pro vitioso διόπερ positum est δι' ἅπερ. Jam primum verissime monuit Fossius, non μεταπέσοι, sed γένοιτο requiri post εἰ γὰρ τὸ ὄν, ideoque ipse illud verbum in hoc vocabulum mutavit. Sed quum nullo vel mutationis vel lacunæ vestigio relicto in omnibus exemplaribus calamo scriptis μεταπέσοι compareat neque tamen notio τοῦ γίγνεσθαι abesse possit, mihi inserto participio γενόμενον rescribendum videtur εἰ γὰρ τὸ ὂν γενόμενον μεταπέσοι. Fossius præterea duplicem conjecturam tentavit, quarum altera est : εἰ γὰρ τὸ ὂν [γένοιτο, μεταπεσεῖν ἄν· εἰ δὲ] μεταπέσοι, altera εἰ γὰρ τὸ ὂν μεταπέσοι, οὐκ ἂν ἔτ' εἶναι τὸ ὄν· [μεταπεσεῖν δ' ἄν, εἰ γένοιτο]. At his nostram medicinam simpliciorem esse confidimus. Quæ proxime sequuntur, καὶ ad τὸ μὴ ὂν relato, cum Fossio licet interpretari : *ut etiam non ens*, *si nasceretur, non esset non ens*. Deinde in codice Lipsiensi hæc scripta inveniuntur : οὐδὲ μὴν οὐδ' ἐξ ὄντος ἂν γενέσθαι· εἰ μὲν γὰρ μὴ ἔστι τὸ μὴ ὄν, διάπερ οὐδ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γενέσθαι. Ergo librarii negligentia omissa sunt verba οὐδὲν ἂν ἐκ μηδενὸς ἂν γενέσθαι. εἰ δ' ἔστι τὸ μὴ ὂν et διὰ ταῦτα οὐδ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, quæ ad sententiæ integritatem necessaria esse liquet. Cæterum pro οὐδὲ μὴν οὐδ' ἐξ ὄντος ἂν γενέσθαι, quæ Felicianus interpretatur *sed neque ex non ente genitum est* legi oportere οὐδὲ μὴν οὐδ' ἐκ μὴ ὄντος ἂν γενέσθαι non fugit Fossium, qui longa disputatione hoc evincere studet. At minus recte idem vir duplex ἂν reliquit in verbis οὐδὲν ἂν ἐκ μηδενὸς ἂν γενέσθαι. Nos posterius ἂν delevimus. Denique pro διόπερ et διὰ ταὐτὰ quæ Fossius posuit, desideratur δι' ἅπερ et διὰ ταῦτα.

33. εἰ οὖν ἀνάγκη μέν, εἴπερ ἔστι τι, ἤτοι ἀγέννητον εἶναι ἢ γενόμενον, ταῦτα δὲ ἀδύνατόν τι καὶ εἶναι. Ita hæc apud Bekkerum leguntur, sed vitiosius etiam apud Casaubonum : εἰ οὖν ἀνάγκη μέν, εἴπερ ἐστί τι, ἢ τὸ ἀγέννητον εἶναι ἢ γενόμενον. ταῦτα δὲ ἀδύνατόν τι καὶ εἶναι. Apparet Bekkerum Sylburgii emendationem ἤτοι pro eo quod in omnibus codd. reperitur ἢ τὸ non nominato auctore recepisse. Reliqua plana sunt. Iteranda est vox ἀδύνατον, id quod jam Fossius e Feliciani interpretatione videtur collegisse. Vertit enim interpres ille in hunc modum : « Quocirca si necesse est, ut si quidquam est, id vel ingenitum sit vel genitum, hæc autem fieri nequeunt; ut quidquam sit, fieri etiam nullo modo potest. » Illud tamen non inutile erit quærere, sitne satius ταῦτα δὲ ἀδύνατα an ἀδύνατον scribere. Equidem propterea singularem numerum præfero, quod ejusdem vocabuli repetitio procul dubio causa fuit, cur alterum ἀδύνατον a librariis parum curantibus quid exararent omitteretur. Præterea cum cod. Lips. reponendum ἀγένητον. Proinde oratio sic conformanda : εἰ οὖν ἀνάγκη μέν, εἴπερ ἔστι τι, ἤτοι ἀγένητον εἶναι ἢ γενόμενον, ταῦτα δὲ ἀδύνατον, ἀδύνατόν τι καὶ εἶναι.

35. ἔτι εἴπερ ἔστιν, ἓν ἢ πλείω, φησίν, ἐστίν· εἴτε μήτε ἓν μήτε πολλά, οὐδὲν ἂν εἴη. Hæc Bekkerus jam aliqua ex parte e codice Lipsiensi emendavit, ubi legitur εἴπερ ἐστιν ἓν ἢ πλείω, deinde vero, id quod neglexit, εἰ δὲ μήτε ἕν, qua scriptura evanescunt tenebræ lectionis Casaubonianæ : ἔτι εἴπερ ἐστὶν ἐν ᾗ πλείω φησίν ἐστιν, εἴτε μὴ ἕν, μήτε

ἔστι τι, ἢ ἓν ἢ πλείω, φησίν, ἐστίν· εἰ δὲ μήτε ἓν μήτε πολλά, οὐδὲν ἂν εἴη. Καὶ ἓν μὲν οὐκ ἂν δύνασθαι εἶναι, ὅτι ἀσώματον ἂν εἴη τὸ ἕν· τὸ γὰρ ἀσώματον, φησίν, οὐδέν, ἔχων γνώμην παραπλησίαν τῷ τοῦ Ζήνωνος λόγῳ. Ἑνὸς δὲ μὴ ὄντος οὐδ' ἂν πολλὰ εἶναι. Οὐδὲ μήν, εἴ τι μήτε πολλὰ μήτε ἕν ἐστιν, εἶναι ἂν οὐδαμῶς· εἰ δ' οὕτως, φησίν, οὐδὲν ἔστιν· εἰ γὰρ μήτε ἓν μήτε πολλὰ ἔστιν, οὐδὲν ἔστιν. Οὐδ' ἂν κινηθῆναί
980 φησιν οὐδέν· εἰ γὰρ κινηθείη, οὐκ ἂν ἔτι εἴη ὡσαύτως ἔχον, ἀλλὰ τὸ μὲν ὂν οὐκ ἂν εἴη, τὸ δ' οὐκ ὂν γεγονὸς εἴη. Ἔτι δέ, ᾗ κινεῖται καί, εἰ μεταφέρεται οὐ συνεχὲς ὄν, διήρηται τὸ ὄν, οὐκ ἔστι ταύτῃ· ὥστ' εἰ πάντῃ κινεῖται, πάντῃ διήρηται· εἰ δ' οὕτως, πάντῃ οὐκ ἔστιν· ἐκλιπὲς γὰρ ταύτῃ, φησίν, ᾗ διήρηται, τοῦ ὄντος, ἀντὶ τοῦ κενοῦ τὸ διῃρῆσθαι λέγων, καθάπερ ἐν τοῖς Λευκίππου καλουμένοις λόγοις γέγραπται. Εἰ μὲν οὖν οὐδέν, τὰς ἀποδείξεις λέγει, εἶναι ἄγνωστα ἅπαντα. Δεῖν γὰρ ἂν τὰ φρονούμενα εἶναι, καὶ τὸ μὴ

πολλά, οὐδὲν ἂν εἴη. Quum autem novæ partis hic initium fiat, qua neque unum, neque multa esse Gorgias efficere studuit, de veritate scripturæ e Lipsiensi libro enotatæ non licet dubitare. Intellexit hoc Fossius, quem miramur non animadvertisse, in Feliciani codice prope eadem quæ in Lipsiensi fuisse scripta. Feliciani verba sunt : « Præterea si quidquam est, inquit, id unum est vel plura, si autem neque unum, neque plura, nihil est. » Hinc simul patet post εἴπερ ἔστι flagitari τι, quod sive ex hoc fonte haustum sive e sententiæ vi erutum addidit Fossius. Quamobrem hæc erit legitima loci forma : ἔτι, εἴπερ ἔστι τι, ἢ ἓν ἢ πλείω, φησίν, ἐστί· εἰ δὲ μήτε ἓν μήτε πολλά, οὐδὲν ἂν εἴη.

36. καὶ ἓν μὲν .... καὶ ὅτι ἀσώματον ἂν εἴη τὸ ἓν η ἐνσχομένη γε τῷ τοῦ Ζήνωνος λόγου. Ita Bekkerus qui pro corrupto ἐνσχομέν ex aliis codd. enotavit ἔσχομεν et σχονμεν. In Lipsiensi hæc leguntur : καὶ ἐν μὲν .... καὶ ὅτι ἀσώματον ἂν εἴητο .... ἐν κ. .... ἔσχον (vel ε ἔχον) μέν γε .... τῷ τοῦ Ζήνωνος λόγῳ. Quum Zenonis mentio hic facta testimonio sit Gorgiam, ut in aliis decretis, ita in his Zenonis vestigia persecutum esse, operæ pretium est investigare, quid Zeno de his rebus præceperit. Eum autem communi Eleaticorum philosophorum persuasione ductum sublata multitudine unum esse dixisse, gravissimorum scriptorum auctoritas facit ut credamus. Nam etsi non defuerunt apud veteres qui Zenonem rejecta unitate rerum multitudinem statuisse contenderent, velut Alexander Aphrodisiensis, refutatus a Simplicio fol. 30 a, tamen quid senserit Zeno non est dubium. Hoc igitur prætermissis aliorum testimoniis quæ inveniuntur apud Brandisium scholl. Arist. p. 334 (cf. Sext. Empir. adv. Math. VII § 73) unius interpretis Vaticani (ibid. ap. Brandis.) verbis docebo : τοῦ Ζήνωνος λέγοντος ὡς εἰ μέγεθος ἔχοι τὸ ὂν καὶ διαιροῖτο, πολλὰ τὸ ὂν καὶ οὐχ ἕν τι ἔσεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο δεικνύντος ὅτι μηδὲν τῶν ὄντων ἐστὶ τὸ ἕν, ἐνέδωκε τῷ λόγῳ τούτῳ Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος. Ergo ens unum atque individuum esse ideoque magnitudine, et quod hoc loco dicitur corpore carere (ἀσώματον) vult. Eadem est Melissi sententia fragm. 16. Itaque Fossius locum qui Gorgiæ refutationem continet sic expleri jussit : καὶ ἓν μὲν [οὐκ ἂν δύνασθαι εἶ]ναι, ὅτι ἀσώματον ἂν εἴη τὸ ἕν· [τὸ γὰρ ἀσώματον φ]η[σίν, οὐδ]έν, ἐχόμεν[ός] γε τοῦ τοῦ Ζήνωνος λόγου. Ego longiores exemplaris Lipsiensis lacunas ita resarcio : καὶ ἓν μὲν οὐκ ἂν δύνασθαι εἶναι, ὅτι ἀσώματον ἂν εἴη τὸ ἕν· τὸ γὰρ ἀσώματον, φησίν, οὐδέν, ἔχων γνώμην παραπλησίαν τῷ τοῦ Ζήνωνος λόγῳ.

37. ἑνὸς δὲ ὄντος οὐδ' ἂν ... εἶναι οὐδὲ μὴ ... μήτε πολλά. εἰ γὰρ μήτε ἓν μήτε πολλά ἐστιν, οὐδ' ἂν κινηθῆναί φησιν. οὐδενὶ γὰρ κινηθείη, ἢ οὐκ ἂν ἔτι, ἢ ὡσαύτως ἔχον, ἀλλὰ τὸ μὲν οὐκ ἂν εἴη, τὸ δ' οὐκ ὂν γεγονὸς εἴη. Descripsimus hæc verba, ut in Bekkeri editione exarata leguntur. Non multum discrepat codex Lipsiensis, ubi hæc exstant : ἑ. δ. ὁ. οὐδ' ἂν .... εἶναι. οὐδὲ μη ..... μήτε πολλὰ .... εἰ δὲ μήτε .... μήτε πολλά ἐστιν, οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἂν κινηθῆναί φησιν· οὐδὲν γὰρ κινηθείη ἢ οὐκ ἂν ἔτι ὡσαύτως ἔχον, ἀλλὰ τὸ μὲν οὐκ ὂν εἴη, τὸ δ' κ. τ. λ. Lacunas cum Fossio in hunc modum explemus : ἑνὸς δὲ μὴ ὄντος οὐδ' ἂν πολλὰ εἶναι. Οὐδὲ μήν, εἴ τι μήτε πολλὰ μήτε ἕν ἐστιν, εἶναι ἂν οὐδαμῶς· εἰ δ' οὕτως, φησίν, οὐδὲν ἔστιν· εἰ γὰρ μήτε ἓν μήτε πολλὰ ἔστιν, οὐδὲν ἔστιν. Οὐδ' ἂν κινηθῆναί φησιν οὐδέν· εἰ γὰρ κινηθείη, οὐκ ἂν ἔτι εἴη ὡσαύτως ἔχον, ἀλλὰ τὸ μὲν ὂν οὐκ ἂν εἴη, τὸ δ' οὐκ ὂν γεγονὸς εἴη. Cum eo quem tractamus loco confer Melissi verba (fragm. 11) : εἰ γὰρ ἑτεροιοῦται, ἀνάγκη τὸ ἐὸν μὴ ὁμοῖον εἶναι, ἀλλ' ἀπόλλυσθαι τὸ πρόσθεν ἐόν, τὸ δὲ οὐκ ἐὸν γίνεσθαι. Gorgias in definienda rerum natura ita versatur, ut Eleaticos maxime philosophos impugnet. Quum igitur Melissus dixerit, ἀγένητον *esse*, γενόμενον *non* esse ens vel universum (τὸ ἐὸν ἢ τὸ πᾶν cf. fragmm. I et 11), ipse neque ἀγένητον neque γενόμενον esse contendit; deinde quum Melissus ἕν, non πολλά esse voluerit, ipse neque ἓν neque πολλά statuit.

p. 980. 3. ἔτι δὲ ἢ κινεῖ ἢ κινεῖται, καὶ εἰ μεταφέρεται οὐ συνεχὲς ὄν, διήρηται τὸ ὄν, οὔτε τι ταύτῃ· ὥστε πάντῃ κινεῖται, πάντῃ διήρηται. εἰ δ' οὕτως, πάντα οὐκ ἔστιν. ἐκλιπὲς γὰρ ταύτῃ, φησίν, ᾗ διήρηται, τοῦ ὄντος, ἀντὶ τοῦ κενοῦ τὸ διῃρῆσθαι λέγων, καθάπερ ἐν τοῖς Λευκίππου καλουμένοις λόγοις γέγραπται. In cod. Lipsiensi hæc eodem fere modo, quo a Bekkero vulgata sunt, scripta leguntur, nisi quod ibi est ἢ κινεῖται καὶ ἕν, μεταφέρεται ac deinde πάντῃ οὐκ ἐστὶν, ἐκλειπὲς : hinc Fossius suasit, ut ita restitueretur oratio : ἔτι δέ, ᾗ κινεῖται καὶ—εἰ μὲν μεταφέρεται οὐ συνεχὲς ὂν — διήρηται τὸ ὄν, οὐκ ἔστι ταύτῃ· ὥστ' εἰ πάντῃ κινεῖται, πάντῃ διήρηται· εἰ δ' οὕτως, πάντῃ οὐκ ἔστιν· ἐκλιπὲς γὰρ ταύτῃ, φησίν, ᾗ διήρηται, τοῦ ὄντος· ἀντὶ τοῦ κενοῦ τὸ διῃρῆσθαι λέγων, καθάπερ ἐν τοῖς Λευκίππου καλουμένοις λόγοις γέγραπται. Omisimus μὲν ante μεταφέρεται, quia hac particula opus non est : reliqua probavimus. Λευκίππου λόγους de singulari ejus philosophi libro accepit Fabricius Bibl. gr. II p. 659. Harl. ac vix aliter licet interpretari. Cf. Democrit. fragmm. p. 374. Non recte tamen Fossius huc rettulit Aristotelis verba De generat. et interitu I, 7 : Λεύκιππος δ' ἔχειν ᾠήθη λόγους, οἵτινες πρὸς τὴν αἴσθησιν ὁμολογούμενα λέγοντες οὐκ ἀναιρήσουσιν οὔτε γένεσιν οὔτε φθορὰν οὔτε κίνησιν καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὄντων, quæ alio spectare vix quemquam negaturum esse mihi persuasum est.

8. εἰ μὲν οὖν οὐδέν, τὰς ἀποδείξεις λέγειν ἅπαντα. δεῖ γὰρ τὰ φρονούμενα εἶναι, καὶ τὸ μὴ ὄν, εἴπερ μή ἐστι, μηδὲ φρονεῖσθαι. εἰ δ' οὕτως, οὐδὲν ἂν εἶναι ψεῦδος οὐδείς φησιν, οὐδ' εἰ ἐν τῷ πελάγει φαίη ἁμιλλᾶσθαι ἅρματα. πάντα γὰρ ἂν ταῦτα εἴη. καὶ γὰρ τὰ ὁρώμενα καὶ ἀκουόμενα διὰ τοῦτό ἐστιν, ὅτι φρονεῖται ἕκαστα αὐτῶν. Ita Casaubonus et Bekkerus. Codex Lipsiensis habet δεῖν γὰρ τὰ φρονούμενα, deinde μὴ δὲ φρονεῖσθαι, denique πάντα (vel πάντῃ; nam ultima littera difficilis ad legendum est) γὰρ ταῦτα εἴη. Illud sine controversia patet, Gorgiam qui hucusque nihil esse defenderit, jam id agere, ut si quid sit, id percipi non posse demonstret. Sext. Empir. adv. Math. VII § 77 :

ὄν, εἴπερ μὴ ἔστι, μηδὲ φρονεῖσθαι. Εἰ δ' οὕτως, οὐδὲν ἂν εἶναι ψεῦδος οὐδαμῶς φησιν, οὐδ' εἰ ἐν τῷ πελάγει φαίη ἁμιλλᾶσθαι ἅρματα. Πάντα γὰρ ἂν ταῦτα εἴη. Πῶς γὰρ τὰ ὁρώμενα καὶ ἀκουόμενα διὰ τοῦτο ἔστιν, ὅτι φρονεῖται ἕκαστα αὐτῶν; εἰ δὲ μὴ διὰ τοῦτο, ἀλλ' εἴπερ οὐδὲν μᾶλλον ἃ ὁρῶμεν ἔστιν, ἔστιν οὕτω μᾶλλον ἃ ὁρῶμεν ἢ ἃ διανοούμεθα; καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκεῖ πολλοὶ ἂν ταῦτα ἴδοιεν, καὶ ἐνταῦθα πολλοὶ ἂν ταῦτα διανοηθείημεν. Τὰ οὖν διανοητὰ τοιάδ' ἐστι, ποῖα δὲ τἀληθῆ, ἄδηλον. Ὥστε καὶ εἰ ἔστιν, ἡμῖν γε ἄγνωστ' ἂν εἶναι τὰ πράγματα. Εἰ δὲ καὶ γνωστά, πῶς ἄν τις, φησί, δηλώσειεν ἄλλῳ; ὃ γὰρ εἶδε, πῶς ἄν τις, φησί, τοῦτο εἴποι λόγῳ; ἢ πῶς ἂν ἐκεῖνο δῆλον ἀκούσαντι γίγνοιτο μὴ ἰδόντι; Ὥσπερ γὰρ οὐδὲ ἡ ὄψις τοὺς b φθόγγους γιγνώσκει, οὕτως οὐδὲ ἡ ἀκοὴ τὰ χρώματα ἀκούει, ἀλλὰ φθόγγους· καὶ λέγει ὁ λέγων λόγον, ἀλλ' οὐ χρῶμα οὐδὲ πρᾶγμα. Ὃ οὖν τις μὴ ἐννοεῖ, πῶς αἰτεῖ τοῦτο παρ' ἄλλου λόγῳ; ἢ σημείῳ τινὶ ἑτέρου του πράγματος

ὅτι δὲ κἂν ᾖ τι, τοῦτο ἄγνωστόν τε καὶ ἀνεπινόητόν ἐστιν ἀνθρώπῳ, παρακειμένως ἀποδεικτέον. Quamobrem Fossius auctor fuit, ut locus sic corrigeretur : εἰ μὲν οὖν οὐδέν, τὰς ἀποδείξεις λέγει [εἶναι ἄγνωστα] ἅπαντα. δεῖν γὰρ [ἂν] τὰ φρονούμενα εἶναι, καὶ τὸ μὴ ὄν, εἴπερ μὴ ἔστι, μηδὲ φρονεῖσθαι. εἰ δ' οὕτως, οὐδὲν ἂν εἶναι ψεῦδος, οὐδ' εἰ, φησίν, οὐδ' εἰ ἐν τῷ πελάγει φαίη ἁμιλλᾶσθαι ἅρματα. πάντα γὰρ ἂν ταῦτα εἴη. καὶ γὰρ τὰ ὁρώμενα καὶ ἀκουόμενα διὰ τοῦτο ἔστιν, ὅτι φρονεῖται ἕκαστα αὐτῶν. Quæ correctio ingeniosa quidem est, sed tamen non plane nobis satisfacit. Etsi enim bene observavit doctus ille vir οὐδείς post ψεῦδος ferri non posse, tamen iteratum illud oratorum more οὐδ' εἰ non convenit commentariis Aristoteleis tenui et exili sermonis genere scriptis. Quocirca pro οὐδεὶς legimus οὐδαμῶς. Præterea dubitanter pro πάντα ταῦτα, quum unum tantum hic commemoretur exemplum, cujus generis duo affert Sextus, πάντα τοιαῦτα ponendum esse conjicit. Nos ne hac quidem mutatione rem rectius constitui arbitrantes in vulgata lectione quæ excidisse nonnulla indicio est, acquiescimus. Denique quoniam καὶ γὰρ particulæ demonstrationem, cur res percipi nequeant, indicent, nihil autem ejusmodi demonstretur, sententiam mendosam esse jure dixit Fossius. Nam alienum ab ea opinione animum Gorgias habebat. Quapropter Fossius interrogationis signum post φρονεῖται posuit. At sic quoque verba a Gorgiæ mente discrepant. Flagitatur enim ad hoc enuntiandum non καὶ γὰρ, sed πῶς γὰρ : cætera Fossio assentimur.

14. Bekkerus : εἰ δὲ μὴ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ὥσπερ οὐδὲν μᾶλλον ἃ ὁρῶμεν ἐστίν, οὕτω μᾶλλον ἃ ὁρῶμεν ἢ διανοούμεθα. καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκεῖ πολλοὶ ἂν ταῦτα ἴδοιεν, καὶ ἐνταῦθα πολλοὶ ἂν ταῦτα διανοηθείημεν. τὸ οὖν μᾶλλον δὴ τοιάδ' ἐστί, ποῖα δὲ ἀληθῆ, ἄδηλον. ὥστε καὶ εἰ ἔστιν, ἡμῖν γε ἄγνωστα εἶναι τὰ πράγματα. In his jam codicis Lipsiensis ope duo menda, quæ reperiuntur apud Casaubonum, sublata sunt. Vulgo enim legitur μᾶλλον ὁρῶμεν ἔστιν οὕτω μᾶλλον ἃ ac deinde ἐκεῖτο pro ἐκεῖ. At alia restant vitia haud minus gravia. Pro ἀλλ' ὥσπερ οὐδὲν μᾶλλον ἃ ὁρῶμεν ἐστίν, οὕτω μᾶλλον ἃ ὁρῶμεν ἢ διανοούμεθα scribendum cum Fossio : ἀλλ' εἴπερ οὐδὲν μᾶλλον ἃ ὁρῶμεν ἔστιν, ἔστιν οὕτω μᾶλλον ἃ ὁρῶμεν ἢ ἃ διανοούμεθα; sed quod idem vir doctus conjecit τὸ οὖν μᾶλλον δὴ τοιάδ' ἐστι ποῖα δὲ τἀληθῆ, ἄδηλον minime nobis probatur. Nam vulgatæ lectionis initium si recte se habet, scribendum est τὸ οὖν μᾶλλον δὴ (intellige εἶναι) τοιόνδε ἐστι. Neque vero dubium quin poni oporteat τὰ οὖν διανοητὰ τοιάδ' ἐστι. In eandem sententiam Felicianus : « Ac quæ quidem cogitantur, talia sunt. Sed quænam sint vera, incertum est. » Καὶ εἰ ἔστιν præstare codicum Urbinatis et Lipsiensis scripturæ εἰ καὶ ἔστιν viderunt Bekkerus et Fossius, siquidem Gorgiæ opinio non posse quidquam percipi hac ratione fortius exprimitur. Extrema apud Casaubonum sic scripta sunt : ἡμῖν γνωστὰ εἶναι τὰ πράγματα, sed requiritur id quod cod. Lips. præbet ἡμῖν γε ἄγνωστ' ἂν εἶναι τὰ πράγματα.

20. εἰ δὲ καὶ γνωστά, πῶς ἄν τις, φησί, δηλώσειεν ἄλλῳ; ὃ γὰρ εἶδε, πῶς ἄν τις, φησί, τοῦτο εἴποι λόγῳ; ἢ πῶς ἂν ἐκείνῳ δῆλον ἀκούσαντι γίγνοιτο, μὴ ἰδόντι; Ita Fossius et Bekkerus, qui jam e codice Lipsiensi quædam in verborum contextum receperunt. Etenim pro εἰ δὲ καὶ vulgo legebatur εἰ δὲ, deinde pro πῶς ἄν τις, φησί, δ. ἀ. olim male scriptum erat πῶς ἄν τις, φασί, quod tamen in φησί convertendum esse Sylburgius animadverterat. Utrumque exhibet liber Lipsiensis. At dubium esse ait Beckius, utrum in illo codice εἴποι exstet, an εἴπῃ, quod jure repudiarunt viri docti. Unum superest mendum. Nam pro ἢ πῶς ἂν ἐκείνῳ δῆλον ἀκούσαντι γίγνοιτο desideratur ἢ πῶς ἂν ἐκεῖνο κ. τ. λ. quod item suppeditat præstantissimus liber Lipsiensis. Nescio an eandem lectionem exprimat Bern. Felicianus, ita vertens : « vel quomodo id alteri audienti et non videnti poterit manifestari. »

p. 980. b. 1. ὥσπερ γὰρ οὐδὲ ἡ ὄψις τοὺς φθόγγους γιγνώσκει, οὕτως οὐδὲ ἡ ἀκοὴ τὰ χρώματα ἀκούει, ἀλλὰ φθόγγους· καὶ λέγει ὁ λέγων, ἀλλ' οὐ χρῶμα οὐδὲ πρᾶγμα. Sic codices. Vitiosa esse verba καὶ λέγει ὁ λέγων, ἀλλ' οὐ χρῶμα οὐδὲ πρᾶγμα sensisse videtur Tennemannus Hist. phil. p. 486 ed. Wendt. Omisit enim ἀλλ' post λέγων. Neque tamen hoc modo restituitur oratio, quam resarciendam esse patet inserto λόγον inter λέγων et ἀλλ'. Cujus emendationis auctor Fossius bene comparavit Sext. Empir. adv. Math. VII § 84 : ᾧ γὰρ μηνύομεν, λόγος ἐστί. λόγος δὲ οὐκ ἔστι τὰ ὑποκείμενα καὶ τὰ ὄντα. οὐκ ἄρα τὰ ὄντα μηνύομεν τοῖς πέλας, ἀλλὰ λόγον ὃς ἕτερός ἐστι τῶν ὑποκειμένων. Idem efficitur ex iis quæ apud nostrum sequuntur ἀρχὴν γὰρ οὐ φθόγγον λέγει οὐδὲ χρῶμα, ἀλλὰ λόγον.

4. ὃ οὖν τις μὴν ἐννοεῖ, πῶς αἰτεῖ παρ' ἄλλου λόγῳ ἢ σημείῳ τινὶ ἑτέρου πράγματος ἐννοήσειεν, ἀλλ' ἢ ἐὰν μὲν χρῶμα ἰδών, ἐὰν δὲ . . . μος. ἀρχὴν γὰρ οὐ . . . λέγε . . . γο ει δὲ χρῶμα, ἀλλὰ λόγον, ὥστ' οὐδὲ διανοεῖσθαι χρῶμα ἔστιν, ἀλλ' ὁρᾶν, οὐδὲ ψόφον, ἀλλ' ἀκούειν. Ita Bekkerus. Plura etiam apud Casaubonum hoc loco menda inveniuntur : εἰ οὖν τις μετεννόει πῶς αἰτεῖ παρ' ἄλλου λόγῳ ἢ σημείῳ τινὶ ἑτέρου πράγματος ἐννοήσειεν, ἀλλ' ἢ ἐὰν μὲν χρῶμα ἰδὼν· ἐὰν . . . . μος ἀρχὴν γὰρ οὐ . . . . . . λέγε . . . . . . γο εἰ δὲ χρῶμα, ἀλλὰ λόγον, ὥστ' οὐδὲ διανοεῖσθαι χρῶμά ἐστιν, ἀλλ' ὁρᾶν, οὐδὲ ψόφον, ἀλλ' ἀκούειν. Pro μετεννόει Sylburgius legi voluit μετεννοεῖ aut μετενόει, pro ἐννοήσειεν vero ἐννόησιν, nihil præterea ausus mutare. Sed hæ conjecturæ neque re ipsa neque codice Lipsiensi confirmantur. In hoc autem libro principio legitur ὃ οὖν τις μὴ ἐννοεῖ, deinde ἑτέρου τοῦ πράγματος ἐννοήσειεν, tum ἐὰν δὲ . . . . . . υμος. ἀρχὴν γάρ, οὐ λέγει δὲ χρῶμα, ἀλλὰ λόγον· ὥστε οὐδὲ διανοεῖσθαι κ. τ. λ., denique οὐδὲ ψόφον οὐδ' ἀκούειν. Non multum proficimus e Feliciani interpretatione, ubi hæc reperiuntur : « Quomodo igitur rem quispiam ab altero vel verbis vel signo alio aliquo sibi exponi petit, quam ille consideravit? Qui enim colorem intuitus non est, sed orationem audivit, ignorat colorem, et orationem percipit : qui vero e contrario colorem inspexit oratione auditu minime percepta, non colorem, sed orationem ignorat. Quare cogitari neque color, sed videri,

ἐννοήσειεν ἄν, ἀλλ' ἤ, ἐὰν μὲν χρῶμα, ἰδών, ἐὰν δὲ φθόγγος, ἀκροώμενος; ἀρχὴν γὰρ οὐ φθόγγον λέγει οὐδὲ χρῶμα, ἀλλὰ λόγον· ὥστε οὐδὲ διανοεῖσθαι χρῶμα ἔστιν, ἀλλ' ὁρᾷν· οὐδὲ ψόφον, ἀλλ' ἀκούειν. Εἰ δὲ καὶ ἐνδέχεται, γιγνώσκει δὲ καὶ ἀναγιγνώσκει ὁ λέγων, ἀλλὰ πῶς ὁ ἀκούων τὸ αὐτὸ ἐννοήσει; οὐ γὰρ οἷόν τε, τὸ αὐτὸ ἅμα ἐν πλείοσι καὶ χωρὶς οὖσιν εἶναι· δύο γὰρ ἂν εἴη τὸ ἕν. Εἰ δὲ καὶ εἴη, φησίν, ἐν πλείοσι καὶ ταὐτόν, οὐδὲν κωλύει, μὴ ὅμοιον φαίνεσθαι αὐτοῖς, μὴ πάντῃ ὁμοίοις ἐκείνοις οὖσι καὶ ἐν τῷ αὐτῷ. Ἔτι εἰ ἐν τῷ αὐτῷ εἴησαν, ἆρ' οὐκ ἂν δύο εἶεν ἢ πλείους; φαίνεται δ' οὐδ' ὁ αὐτὸς αὑτῷ ὅμοια αἰσθανόμενος ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ἀλλ' ἕτερα τῇ ἀκοῇ καὶ τῇ ὄψει καὶ νῦν τε καὶ πάλαι διαφόρως· ὥστε σχολῇ ἄλλῳ πᾶν ταὐτὸ αἴσθοιτό τις. Οὕτως οὐκ ἔστι γνωστὸν οὐδέν, εἰ δ' ἐστίν, οὐδεὶς ἂν αὐτὸ ἑτέρῳ δηλώσειεν, διά τε τὸ μὴ εἶναι τὰ

---

neque sonus, sed audiri tantummodo potest. » Fossius legendum esse suspicatus est : ὃ οὖν τις μὴ ἐννοεῖ, πῶς αἰτεῖ τοῦτο παρ' ἄλλου λόγῳ; ἢ σημείῳ τινὶ ἑτέρου πράγματος ἐννοήσειεν ἄν, ἀλλ' ἢ ἐὰν μὲν χρῶμα, ἰδών· ἐὰν δὲ φθόγγος, ἀκροώμενος; ἀρχὴν γὰρ οὐ φθόγγον λέγει οὐδὲ χρῶμα, ἀλλὰ λόγον. Reliqua ut Bekkerus constituit. Probamus hanc emendationem, nisi quod inter ἑτέρου et πράγματος inserimus του, quod latet in articulo τοῦ quem codex Lipsiensis suppeditat. Genitivum πράγματος ex ἐννοήσειεν ἂν pendentem non explicuit Fossius, quasi hæc legitima esset constructio. At raro ita loquuntur Græci. Eurip. Med. v. 46 : μητρὸς οὐδὲν ἐννοούμενοι κακῶν, nihil cogitantes de matris malis. Xen. Cyr. V, 2, 18 : ἐνενόησεν αὐτῶν, ὡς ἐπηρώτων ἀλλήλους. Porro ἀλλ' ἢ locum habet in sententia, quæ continet interrogationem, in cujus sensu inest negatio. Cf. Hermann. ad Viger. p. 812 ed. 3. Denique ἀρχὴν vertendum *omnino*.

8. εἰ δὲ καὶ ἐνδέχεται, γινώσκει τε καὶ ἀναγινώσκει λέγων. ἀλλὰ πῶς ὁ ἀκούων τὸ αὐτὸ ἐννοήσει; οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ αὐτὸ ἅμα ἐν πλείοσι καὶ χωρὶς οὖσιν εἶναι· δύο γὰρ ἂν εἴη τὸ ἕν. εἰ δὲ καὶ εἴη, φησίν, ἐν πλείοσι καὶ ταὐτόν, οὐδὲν κωλύει μὴ ὅμοιον φαίνεσθαι αὐτοῖς, μὴ πάντῃ ὁμοίοις ἐκείνοις οὖσιν καὶ ἐν τῷ αὐτῷ, εἴ τι ἐν τοιούτου εἴησαν, ἀλλ' οὐ δύο εἶεν. Ita Bekkerus distinxit verba quæ partim mendosa partim inepta sunt. Nihil memorabile hic præbet liber Lipsiensis. Primum οἷόν τε ταὐτὸ ἅμα habet, deinde γὰρ εἴη sine ἂν, denique φαίνεσθαι αὐτοῖς μ. π. ὁ. ἐκείνως (vel ἐκείνοις eodem compendio scriptum ut in præcedenti vocabulo) οὖσι κ. ἐ. τ. ἀ. εἴ τι ἕν. Felicianus vertit : « Sed si etiam cogitari potest, et cognoscit quidem ac recognoscit ille qui dicit : qui audit tamen quo pacto idem cogitabit? Non enim fieri potest, ut idem in pluribus et seorsum collocatis sit, unum enim duo esset. Verum si etiam idem, inquit, in pluribus sit, nihil obstat, quin id non simile diversis (corr. *ipsis*) appareat, qui non prorsus similes inter se sunt. Quin etiam in eodem, quamvis unum, et non duo sint, idem non prorsus simile inest. » Ultima enuntiatio male conversa est. Postquam Gorgias negavit, cognosci quidquam aut tradi alteri posse, jam, etiamsi id fieri posse largiamur, tamen ab altero recte percipi negat. Quamobrem ἐνδέχεται quid sibi velit ex iis quæ adjunguntur γιγνώσκει τε καὶ ἀναγιγνώσκει intelligimus, in quibus tamen rectius γιγνώσκει δὲ καὶ ἀναγιγνώσκει ponitur. Neque enim adnectuntur ea quæ quum ad rem ipsam non pertineant salva sententia abesse possunt (cf. Herm. Opusc. III p. 159), sed ea adduntur quæ universæ notioni τοῦ διανοεῖσθαι, quod e superioribus post ἐνδέχεται repetendum, tanquam partes subjiciantur. Hæ autem partes quum haud secus atque ipsum ἐνδέχεται διανοεῖσθαι verbis prægressis opponantur δὲ particulam flagitant, quam eo magis hoc loco necessariam esse liquet, quod omisso infinitivo initium comprehensionis mancum est. Ut δὲ pro τε jure substituit Fossius, nulla mutatæ particulæ reddita ratione : ita ὁ ad λέγων apponendum esse injuria negavit, participium illud adjecto nescio quo pronomine *dicendo* interpretandum esse ratus. In eadem enuntiatione distinctionis virgulam, quemadmodum fieri oportet, post λέγων et signum interrogationis post ἐννοήσει posuit. Cæterum idem vir doctus in verbis εἰ δὲ καὶ εἴη, φησίν, ἐν πλείοσι καὶ ταὐτόν posterius καὶ recte vertit *et — quidem* atque in eadem periodo formulam ἐν τῷ αὐτῷ *una* vel *conjuncti*. Plat. Phæd. p. 79 E : ἐπειδὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦσι ψυχὴ καὶ σῶμα. Sequentia ita mutavit, ut scriberet ἔτι ἓν ἂν τοιοῦτοι, εἰ ἦσαν, ἀλλ' οὐ δύο εἶεν, quæ mihi non arrident. Immo corrige : ἔτι εἰ ἐν τῷ αὐτῷ εἴησαν, ἆρ' οὐκ ἂν δύο εἶεν ἢ πλείους;

14. φαίνεται δὲ οὐδ' αὐτὸς αὑτῷ ὅμοια αἰσθανόμενος ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ἀλλ' ἕτερα τῇ ἀκοῇ καὶ τῇ ὄψει, καὶ νῦν τε καὶ πάλαι διαφόρως. ὥστε σχολῇ ἄλλῳ πᾶν ταὐτὸ αἴσθοιτό τις. Ita Bekkerus. At sententia pro οὐδ' αὐτὸς desiderat οὐδ' ὁ αὐτὸς, quod Fossius recepit, deinde post διαφόρως rectius ponitur μέση στιγμή, ut enuntiatum usque ad αἴσθοιτό τις pertineat. Denique quum id quod in veteribus editionibus legitur ὥστε σχολὴν ἄλλο πᾶν æque ineptum sit ac Lipsiensis libri scriptura ὥστε σχολή. ἄλλω πᾶν, non dubitavimus Sylburgii conjecturam ὥστε σχολῇ ἄλλῳ πᾶν, quam ne commemorato quidem auctore Bekkerus verborum ordini interposuit, calculo nostro comprobare. Apertum est extremam sententiæ partem hoc significare : *ut vix quisquam prorsus idem atque alius sentiat.*

18. οὕτως οὐκ ἔστιν, ἓν ἐστι γνωστόν, οὐδεὶς ἂν αὐτὸ ἑτέρῳ δηλώσειεν, διά τε τὸ μὴ εἶναι τὰ πράγματα λεκτά, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἕτερον ἑτέρῳ ταὐτὸν ἐννοεῖ. Sic Bekkeri editio, a qua in eo potissimum Casauboniana differt, quod in illa omittitur ἑτέρῳ ante δηλώσειεν, quod tamen in Paciana exstat. Præterea Casaubonus et Pacius habent ταὐτό pro ταὐτόν. Non multum ab his dissidet codex Lipsiensis qui οὕτως οὐκ ἔστιν ἔνεστι γνωστόν ac deinde τὰ πράγματα λόγους (pro λεκτὰ) exhibet. Fossius duplicem conjecturam proposuit, quarum altera est οὕτως οὐκ ἔστιν οὐδέν· εἰ δ' ἔστιν, ἄγνωστον, εἰ δὲ γνωστόν, οὐδεὶς κ. τ. λ., altera paucioribus comprehenditur verbis : οὕτως οὐκ ἐστὶ (sic) γνωστόν, εἰ δ' ἐστίν, οὐδεὶς ἂν αὐτὸ ἑτέρῳ δηλώσειεν διά τε τὸ μὴ εἶναι τὰ πράγματα λόγους, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἑτέρῳ ταὐτὸ ἐννοεῖ. Quod ait in verbis extremis καὶ ὅτι οὐδεὶς κ. τ. λ. illud ἑτέρῳ esse e certa Meieri conjectura, satis mirari nequeo, quum hæc vox in omnibus libris et scriptis et editis compareat. Quapropter existimo Meierum præcedens vocabulum ἕτερον, quo ad sententiæ integritatem non egemus, omittendum censuisse. Prior illa suspicio ingeniosa quidem est, sed paulo latius patet quam hujus loci ratio fert. Posterior propius ad litterarum ductus qui in codicibus reperiuntur accedit et verborum paucitate magis commendatur. At in primo inciso deest tamen οὐδέν post γνωστόν, quo hic ægre careas. Itaque hoc pronomine adjecto reliqua quomodo a Fossio emendata sunt conservavi. Est igitur verborum sensus : « ita fieri non potest, ut quidquam cognoscatur, sin autem potest, nemo alteri id declaraverit, quia res non sunt verba et quia nemo idem quod alter animo cogitat. »

πραγματαλόγους, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἑτέρῳ ταὐτὸ ἐννοεῖ. Ἅπασαι δὲ αὗται καὶ ἑτέρων ἀρχαιοτέρων εἰσὶν ἀπορίαι, ὥστε ἐν τῇ περὶ ἐκείνων σκέψει καὶ ταύτας ἐξεταστέον.

---

20. ἅπαντες δὲ καὶ οὕτως ἑτέρων ἀρχαιοτέρων εἰσὶν ἀπορίαι, ὥστε ἐν τῇ περὶ ἐκείνων σκέψει καὶ ταῦτα ἐξεταστέον. Ita Casaubonus et Bekkerus. Sed nemo talem sententiam intelligat. In codice Lipsiensi qui a cæteris hoc loco non discrepat, nisi quod οὗτος ἑτέρων præbet, nihil præsidii est. Felicianus vertit : « Sed omnes quidem hæ veterum aliorum dubitationes sunt. Quocirca hæc quoque perpendenda atque excutienda in disputatione de illis videntur. » Hinc Fossius legendum suspicatus est : ἅπαντα δὲ ταῦτα καὶ ἑτέρων ἀρχαιοτέρων εἰσὶν ἀπορίαι, ὥστε ἐν τῇ περὶ ἐκείνων σκέψει καὶ ταῦτα ἐξεταστέον. Cui conjecturæ nihil obstat nisi οὕτως vel οὗτος in ταῦτα mutatum, quod propter nominis ἀπορίαι genus ne necessarium quidem est. Idcirco scribendum videtur : ἅπασαι δὲ αὗται καὶ ἑτέρων ἀρχαιοτέρων εἰσὶν ἀπορίαι, ὥστε ἐν τῇ περὶ ἐκείνων σκέψει καὶ ταύτας ἐξεταστέον.

DE HERACLITO.

Heraclitus de cujus vita et studiis pauca veteres monumentis mandarunt patria ortus est Epheso, nobilissima Ioniæ urbe, patre Blysone sive, ut aliis placet, Blosone vel Heracionte (1). Quem virum multis nominibus insignem certo quidem scimus circa Olympiadem sexagesimam nonam floruisse, sed de natali ejus anno et mortis tempore nihil compertum habemus. Ignoramus item quibus artibus institutus et quibus magistris usus sit. Etsi enim Diogenes (2) et Suidas Xenophanem atque Hippasum illius præceptores fuisse Sotione potissimum auctore tradiderunt : tamen verisimilius est, quæ plerorumque fuit opinio, eum suopte ingenio in litteris profecisse. Huc accedebat cum genus illustre splendorque natalium, tum animi altitudo. Fuit autem in eo quæ jam in puero elucebat simul generosa quædam virtus, simul animus contemptor vulgi rerumque fluxarum et humilium. Quo factum est, ut adolescens nihil se scire profiteretur, quum autem vir esset sapientiæ studio eruditus, omnia se habere cognita diceret (3). Quoniam vero ætatem non in munerum publicorum administratione, sed in veri investigatione consumere decreverat, regnum fratri concessit (4). Adde quod Hermodori amici exemplo fortasse a publicis negotiis suscipiendis deterritus est. Qui quamvis bene de civitate meruisset, tamen ab Ephesiis in exsilium pulsus erat (5). Itaque Heraclitus a suis rogatus, ut leges conderet, negavit se id esse facturum, contendens rempublicam prava consuetudine jam esse imbutam. Fictane sit illa res an vera quam quidam narrant, eum cum pueris ludere quam inter tales cives gubernacula reipublicæ tractare maluisse, non laboro. Neque pro certo affirmare ausim quod testes parum locupletes aiunt (6) eum posthac homines perosum relicta urbe in montes secessisse, ubi naturæ contemplationi deditus olera et herbas comederit. Ibi fama est eum aqua intercute laborare cœpisse. Quod ubi ei accidit malum, in urbem redux aut hoc aut alio morbo absumptus sexagesimo ætatis anno obiit. Fuisse eum regia stirpe ortum ac civibus carum vel ex hoc concludi oportet, quod in foro sepultus est (7) Fabulam. redolent quæ de joculari et frustra tentata morbi illius curatione apud Laertium leguntur. Denique serior ætas Heraclito perpetuam tristitiam (8) affinxit, ut semper lacrimasse atque in luctu vixisse diceretur.

Quum autem Ephesio philosopho sublime et erectum ingenium esset, in eruditorum hominum usum librum exaravit quem, veterum more, in

(1) Diogenes Laertius lib. IX, 1 : Ἡράκλειτος Βλύσωνος ἢ (ὥς τινες) Ἡρακίοντος, Ἐφέσιος. Οὗτος ἤκμαζε μὲν κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Μεγαλόφρων δὲ γέγονε παρ' ὅντινα οὖν καὶ ὑπερόπτης. Suidas : Ἡράκλειτος Βλόσωνος ἢ Βλεύσωνος· οἱ δὲ Ὡρακίνου.

(2) Diogenes Laertius lib. IX, 5 : Ἤκουσέ τε οὐδενός, ἀλλ' αὑτὸν ἔφη διζήσασθαι καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ. Σωτίων δέ φησιν εἰρηκέναι τινὰς Ξενοφάνους αὐτὸν ἀκηκοέναι. Suidas : τινὲς δὲ αὐτὸν ἔφασαν διακοῦσαι Ξενοφάνους καὶ Ἱππάσου Πυθαγορείου.

(3) Diogenes Laertius lib. IX, 5 : Γέγονε δὲ θαυμάσιος ἐκ παίδων, ὅτε καὶ νέος ὢν ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι· τέλειος μέντοι γενόμενος πάντα ἐγνωκέναι.

(4) Diogenes Laertius lib. IX, 6 : Σημεῖον δ' αὐτοῦ τῆς μεγαλοφροσύνης Ἀντισθένης φησὶν ἐν διαδοχαῖς· ἐκχωρῆσαι γὰρ τἀδελφῷ τῆς βασιλείας. Strabo lib. XIV p. 633 : υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ Ἀθηνῶν βασιλέως, γενέσθαι δὲ τοῦτον Ἐφέσου κτίστην· διόπερ τὸ βασίλειον τῶν Ἰώνων ἐκεῖ συστῆναί φασι. Καὶ ἔτι νῦν οἱ ἐκ τοῦ γένους ὀνομάζονται βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμάς, προεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι καὶ πορφύραν ἐπίσημον τοῦ βασιλικοῦ γένους, σκίπωνα ἀντὶ σκήπτρου καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος.

(5) Diogenes Laertius lib. IX, 2 : Καθάπτεται δὲ καὶ τῶν Ἐφεσίων ἐπὶ τῷ τὸν ἑταῖρον ἐκβαλεῖν Ἑρμόδωρον ἐν οἷς φησιν· Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι, καὶ τοῖς ἀνήβοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἑωυτῶν ὀνήιστον ἐξέβαλον λέγοντες, Ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήιστος ἔστω· εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων. Ἀξιούμενος δὲ καὶ νόμους θεῖναι πρὸς αὐτῶν, ὑπερεῖδε διὰ τὸ ἤδη κεκρατῆσθαι τῇ πονηρᾷ πολιτείᾳ τὴν πόλιν.

(6) Diogenes Laertius lib. IX, 3 : Ἀναχωρήσας δὲ εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος μετὰ τῶν παίδων ἠστραγάλιζε· περιστάντων δ' αὐτὸν τῶν Ἐφεσίων, Τί, ὦ κάκιστοι, θαυμάζετε; ἔφη· ἢ οὐ κρεῖττον τοῦτο ποιεῖν ἢ μεθ' ὑμῶν πολιτεύεσθαι; Καὶ τέλος μισανθρωπήσας καὶ ἐκπατήσας ἐν τοῖς ὄρεσι διῃτᾶτο πόας σιτούμενος καὶ βοτάνας. Καὶ μέντοι καὶ διὰ τοῦτο περιτραπεὶς εἰς ὕδερον κατῆλθεν εἰς ἄστυ, καὶ τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐπυνθάνετο, εἰ δύναιντο ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν ποιῆσαι. Τῶν δὲ μὴ συνιέντων, αὑτὸν εἰς βούστασιν κατορύξας τῇ τῶν βολβίτων ἀλέᾳ ἤλπισεν ἐξατμισθήσεσθαι· οὐδὲν δ' ἀνύων οὐδ' οὕτως ἐτελεύτα βιοὺς ἔτη ξʹ. Cf. Suidas.

(7) Diogenes Laertius lib. IX, 4 : Ἕρμιππος δέ φησι λέγειν αὐτὸν τοῖς ἰατροῖς, εἴ τις δύναται ἔντερα ταπεινώσας ὑγρὸν ἐξεράσαι· ἀπειπόντων δέ, θεῖναι αὑτὸν εἰς τὸν ἥλιον, καὶ κελεύειν τοὺς παῖδας βολβίτοις καταπλάττειν· οὕτω δὴ κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνός φησι, μὴ δυνηθέντα αὐτὸν ἀποσπάσαι τὰ βόλβιτα μεῖναι, καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθέντα κυνόβρωτον γενέσθαι.

(8) Seneca de Ira lib. II, 10 : Heraclitus quoties prodierat et tantum circa se male viventium, immo male pereuntium viderat, flebat, miserebatur omnium qui sibi læti felicesque occurrebant, miti animo, sed nimis imbecillo : et ipse inter deplorandos erat. Cf. de Tranq. an. cap. 15. Lucianus

Dianæ templo deposuit. Variat operis illius inscriptio, quod nonnulli Musas, quidam de natura, Diodotus certum constituendæ vitæ gubernaculum, alii morum rationem vel moris ordinem sive ornamentum unius omnium inscripsere. Inde conjici licet Heraclitum nihil præter nomen suum in fronte voluminis præposuisse. Constabat liber e tribus partibus, quarum prima scriptor de universo, altera de republica, tertia de rebus divinis egit (9). Hujus pauca quæ exstant fragmenta post Henr. Stephanum in Poesi Philosophica, Frid. Schleiermacherum in F. A. Wolfii et Ph. Buttmanni Museo I p. 313-533 (Op. philos. II p. 3-146) et J. Bernaysium (10) Mus. Rhenan. Nov. Ser. VII, p. 90-116; IX, p. 241-269, recognita et aucta infra exhibebo atque interpretabor.

Heraclitus a sermonis obscuritate τοῦ Σκοτεινοῦ cognomen posterioribus sæculis invenit. Sic jam Pseudoaristoteles de Mundo cap. 5 : ταὐτὸ δέ, inquit, τοῦτο ἦν καὶ τὸ παρὰ τῷ σκοτεινῷ λεγόμενον Ἡρακλείτῳ κτλ. et a Lucretio lib. I, vs. 639-640 dicitur *clarus ob obscuram linguam*. Cf. Strabo lib. XIV p. 642 et Seneca Epist. 12. Multi eum de industria minus perspicue scripsisse putarunt, ne ab omnibus intelligeretur. In qua opinione fuere Cicero (11), Diogenes Laertius, Clemens Alexandrinus, auctor Allegoriarum Homericarum quæ sub Heracliti vel Heraclidis nomine feruntur. Alii male vinctam et ambiguam philosophi orationem incusant (12) qua rebus clarissimis tenebras obduxerit. Affirmant enim difficile fuisse, Heracliti verba distinguere, quia quod cujusque periodi principium, qui finis esset non appareret. Quamobrem sæpenumero lectores de vocabulorum contextu ambigebant, nescientes utrum ad præcedentia an ad sequentia referenda essent. Neque tamen veteres diffitentur (13), partes aliquot operis Heraclitei splendide ac dilucide fuisse conscriptas, ut vel obtusa ingenia sententias quasdam assequi vocumque vim ac voluntatem interpretari possent. Sic autem cogitata eloquebatur, ut legentium animi altius se efferrent et quasi divino instinctu concitarentur. Qua in re inter scriptores Græcos breviloquentia et incomparabili dictionis gravitate excellebat. Proditum est Cratetem (14) quendam Heracliti Musas (15) primum in Græciam intulisse dixisseque istud opusculum Delio natatore indigere qui in ejus tanquam fluminis altitudine non periret. Similis est apud Diogenem de Socrate narratio. Qui quum ab Euripide Ephesii philosophi libellum accepisset, rogatus quid de eo sentiret, respondisse fertur quæ intellexerit præclara esse, putare se etiam quæ non intellexerit esse eximia, verum Delio quopiam opus esse natatore (16).

Hæc atque alia istius generis talia sunt, ut cavendum videatur, ne commentitiis rebus fidem adjungamus. Nam de Socrate ratio fugit Dioge-

---

Vitt. auct. cap. 14: ΑΓΟΡ. Σὺ δὲ τί κλάεις, ὦ βέλτιστε; πολὺ γὰρ οἶμαι κάλλιόν σοι προσλαλεῖν. ΗΡΑΚΛ. Ἡγέομαι γάρ, ὦ ξένε, τὰ ἀνθρωπήια πρήγματα ὀϊζυρά, καὶ δακρυώδεα, καὶ οὐδὲν αὐτέων ὅ, τι μὴ ἐπικήριον· τῷ δὴ οἰκτείρω τε σφέας καὶ ὀδύρομαι.

(9) Diogenes Laertius lib. IX, 5-6 : Τὸ δὲ φερόμενον αὐτοῦ βιβλίον ἐστὶ μὲν ἀπὸ τοῦ συνέχοντος περὶ φύσεως· διῄρηται δὲ εἰς τρεῖς λόγους, εἴς τε τὸν περὶ τοῦ παντός, καὶ πολιτικόν, καὶ θεολογικόν. Ἀνέθηκε δὲ αὐτὸ εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν. Id. lib. IX, 12 : Ἐπιγράφουσι δὲ αὐτὸ οἱ μὲν Μούσας, οἱ δὲ Περὶ φύσεως, Διόδοτος δὲ Ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς στάθμην βίου, ἄλλοι Γνώμην ἠθῶν ἢ τρόπου κόσμον ἑνὸς τῶν ξυμπάντων. Apud Plutarchum adv. Colot. p. 1115 : Ἀριστοτέλους τὰ περὶ οὐρανοῦ καὶ τὰ περὶ ψυχῆς, Θεοφράστου δὲ τὰ πρὸς τοὺς φυσικούς, Ἡρακλείτου δὲ τὸν Ζωροάστρην, τὸ περὶ τῶν ἐν ᾄδου κτλ. pro Ἡρακλείτου legendum Ἡρακλείδου. Nam Heraclides Ponticus scripsit librum περὶ τῶν ἐν ᾄδου teste Diogene Laertio lib. V, 6, 86. Cf. Bernays. Mus. Rh. VII p. 96.

(10) Adde ejusdem Heraclitea, part. 1, Bonnæ 1848, et Lassalli de Heracliti philosophia volumen, Berolini 1858.

(11) Cicero Heraclitum valde obscurum fuisse et consulto occulte dixisse ait. Idem cognomento σκοτεινός eum perhiberi testatur, quia de natura nimis obscure memoraverit. Conf. de Divin. II, 64; de Nat. deor. I, 26; de Fin. II, 5. Denique de Nat. deor. III, 14 : Heraclitum, inquit, non omnes interpretantur uno modo, qui quoniam, quid diceret, intelligi noluit, omittamus. Diogenes Laertius lib. IX, 6 : ὥς μέν τινες, ἐπιτηδεύσας ἀσαφέστερον γράψαι, ὅπως οἱ δυνάμενοι προσίοιεν αὐτῷ, καὶ μὴ ἐκ τοῦ δημώδους εὐκαταφρόνητον εἴη. Clemens Alexandrinus Strom. V p. 571 C : καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις εὕροιμεν ἂν ὑπό τε φιλοσόφων, ὑπό τε ποιητῶν αἰνιγματωδῶς εἰρημένα· ὅπου γε καὶ ὅλα βιβλία ἐπικεκρυμμένην τὴν τοῦ συγγραφέως βούλησιν ἐπιδείκνυνται, ὡς καὶ τὸ τοῦ Ἡρακλείτου Περὶ φύσεως, ὃς καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο σκοτεινὸς προσηγόρευται. Heraclitus Alleg. Hom. cap. 24 p. 51 ed. Mehler. : Ὁ γοῦν σκοτεινὸς Ἡράκλειτος ἀσαφῆ καὶ διὰ συμβόλων εἰκάζεσθαι δυνάμενα θεολογεῖ τὰ φυσικά, δι' ὧν φησι κτλ.

(12) Aristoteles Rhet. III, 5 : Τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαστῖξαι ἔργον διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι ποτέρῳ πρόσκειται, τῷ ὕστερον ἢ τῷ πρότερον· οἷον ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ τοῦ συγγράμματος· φησὶ γὰρ κτλ. Demetrius de Elocut. 192 : Ἄδηλος γὰρ ἡ ἑκάστου κώλου ἀρχὴ διὰ τὴν λύσιν, ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου· καὶ γὰρ ταῦτα σκοτεινὰ ποιεῖ τὸ πλεῖστον ἡ λύσις.

(13) Diogenes Laertius lib IX, 7 : Λαμπρῶς τε ἐνίοτε ἐν τῷ συγγράμματι καὶ σαφῶς ἐκβάλλει, ὥστε καὶ τὸν νωθέστατον ῥᾳδίως γνῶναι καὶ δίαρμα ψυχῆς λαβεῖν· ἥ τε βραχύτης καὶ τὸ βάρος τῆς ἑρμηνείας ἀσύγκριτον.

(14) Diogenes Laertius lib. IX, 12 : Σέλευκος μέντοι φησὶν ὁ γραμματικός, Κρότωνά τινα ἱστορεῖν ἐν τῷ Κατακολυμβητῇ, Κράτητά τινα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι τὸ βιβλίον· ὃν καὶ εἰπεῖν, Δηλίου τινὸς δεῖσθαι κολυμβητοῦ, ὃς οὐκ ἀποπνιγήσεται ἐν αὐτῷ.

(15) Ἰάδες Μοῦσαι vocantur a Clemente Strom. V p. 576 A.

(16) Diogenes Laertius lib. II, 22 : Φασὶ δ' Εὐριπίδην αὐτῷ δόντα τὸ Ἡρακλείτου σύγγραμμα ἐρέσθαι, Τί δοκεῖ; τὸν δὲ φάναι, Ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα· οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα· πλὴν Δηλίου γέ τινος δεῖται κολυμβητοῦ.

nem, siquidem illi qui miram hanc rem primi vulgarunt non tam Socrati quam sibi ingenii acumen detraxerunt. Quum enim Plato, Aristoteles, Plutarchus aliique Heraclitum non solum legerint, sed etiam decreta ejus explicaverint, Socratem in ejus libro hæsisse nemo credat. Quid? quod Socratis et Platonis tempore satis emendata monumentorum Heracliteorum exemplaria in hominum manibus fuisse probabile est. Nempe posteri qui multum de philosophi obscuritate conqueruntur corruptioribus exemplis videntur usi. Jacuit autem fere silentio post Platonis et Aristotelis tempora Heracliti illud de rerum natura volumen, nisi quod Ephesii philosophi aliquot sectatores fuerunt qui Heraclitei (17) dicebantur et quod Stoici (18) in placitis ejus dilucidandis et ad sua dogmata accommodandis operam consumserunt. Secuti sunt Plutarchus, Sextus Empiricus, M. Antoninus, Clemens Alexandrinus qui Heraclitum lectitarunt multaque ejus dicta et præcepta celebraverunt. Præterea ad Ephesii civis chartas ab hominum oblivione vindicandas accessit Hippolytus in Hæresium omnium refutatione, editus Oxonii anno 1851 sub Origenis nomine ab Emmanuele Millero. Hic Noeti hæretici doctrinam ex Heracliteo fonte manasse ostensurus data occasione varia veteris illius sapientiæ doctoris scita et apophthegmata proponit. Theodoretus vero et Stobæus, licet plures Heracliti sententias commemorent, non tamen eas ex ipsis doctissimi hominis commentariis, sed ex aliorum scriptis petivisse videntur. Jam si Heraclitei libelli fragmenta ex iis quos nominavi scriptoribus collecta consideramus, fateamur necesse est omnia esse aperta et lucida exceptis mendis aliquot locisque depravatis quibus medicinam facere non admodum difficile est. Sed hæc de sermonis obscuritate dicta sufficiant.

Restat ut placita egregii viri adumbremus. Rerum (19) elementum ignem esse dixit ejusque vicibus universa cieri atque agitari. Qui dum condensatur vel rarescit, ingens animalium, corporum formarumque varietas modo nascitur modo occidit. At occasus (20) nihil differt ab ortu, siquidem vivorum sors a mortuorum conditione non diversa est. Cuncta enim perpetuo moventur et priore statu relicto in contrarium transeunt, neque quidquam quiescit (21). Quare nihil præter igneam vim est immortale. Quippe cætera non sunt, sed fiunt et quasi fluminis instar labuntur (22). Ignis vero mutatur primum in aerem, deinde aer in aquam, quæ partim in terram abit, partim in ignem revolvitur (23). Est autem ille ignis omnibus quæ agitantur movendi principium. Itaque hujus beneficio sentimus, cogitamus, animam de cœlo ducimus. Porro non alium vitæ nostræ auctorem et custodem habemus (24). Idem fulminis specie rerum universitatem regit ac tuetur (25). Neque tamen quidquam forte et casu evenit, sed omnia necessitate fiunt. Etenim mundum neque dii neque homines procrearunt, sed fuit ex omni æternitate (26) atque est et erit ignis sempiternus. Quum enim e flammæ ardore generatus sit, certo tempore eum comburi necesse est. At quamdiu exuritur universitatis corpus cunctaque fumo complentur, tamdiu offusa orbi caligine nihil sub aspectum cadit. Ibi contingere solet, ut terra ad orci similitudinem accedat. Ut enim in orco defunctorum animæ odorantur : ita vivi tum olfactu pro visu utuntur, donec reddita luce denuo videre possint (27). Ortus occasusque vicissitudini præsunt contrariæ naturæ, e quibus omnium parens vocatur Bellum sive Discordia (28), omnium confectrix nominatur Pax sive Concordia (29). Denique mutatio qua universum exsistit via sursum ac deorsum ducens appellatur (30). Nimirum vapores qui ex agris et aquis excitantur

(17) Diogenes Laertius lib. IX, 6 : Τοσαύτην δὲ δόξαν ἔσχε τὸ σύγγραμμα, ὡς καὶ αἱρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτείους. Cf. Plat. Theæt. p. 179 seq.

(18) Cleanthes, Aristo, Sphærus, Chrysippus. Vid. Diogenes Laertius lib. VII, 174 et 178; lib. IX, 5 et 15. Cf. Phædr. Epicur. de Diis col. IV, 12 sq.

(19) Diogenes Laertius lib. IX, 8 : Πῦρ εἶναι στοιχεῖον, καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀραιώσει καὶ πυκνώσει τὰ γινόμενα.

(20) Vid. fragm. 46.

(21) Diogenes Laertius lib. IX, 8 : Γίνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα.

(22) Diogenes Laertius lib. IX, 8 : Καὶ ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην. Cf. fragm. 21-22. Plato Cratyl. p. 402 A : λέγει που Ἡράκλειτος ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει ὡς δὶς ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης.

(23) Vid. fragm 28 et 31. Diogenes Laertius lib. IX, 9 : Πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ, πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι.

(24) Vid. fragm. 49 et adnot. ad fragm. 46.

(25) Vid. fragm. 50.

(26) Vid. fragm. 27. Diogenes Laertius lib. IX, 8 : Ἕνα εἶναι κόσμον, γεννᾶσθαί τε αὐτὸν ἐκ πυρός, καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα· τοῦτο δὲ γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην.

(27) Vid. fragm. 25-26.

(28) Vid. fragm. 43.

(29) Diogenes Laertius lib. IX, 8 : Τῶν δὲ ἐναντίων τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν· τὸ δ' ἐπὶ τὴν ἐκπύρωσιν, ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην.

(30) Diogenes Laertius lib. IX, 8 : Καὶ τὴν μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω· τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην. Vide fragm. 32 et 91.

illa sursum ducens via fuisse traduntur. Et quatenus evaporatio nunc liquida nunc tenebrosa est, ista diversitas eo valet, ut ex illa ignis, ex hac aquæ incrementa capiant (31). Quin etiam diem ac noctem et menses et annos commutationesque temporum quadripartitas imbresque et ventos atque his similia pro anhelitus varietate fieri vult philosophus (32). Nam liquidam evaporationem (33) in solis circulo inflammatam diem efficere ait; ubi vero contraria illa prævaluerit, ibi noctem oboriri. Præterea calorem luminis vi auctum æstatem gignere, humorem propter tenebras abundantem hiemis esse causam. Aerem cœlumque (34) quod terram ambit igneum esse necesse est. In eo scaphæ reperiuntur (35) per concavum ad nos conversæ in quibus splendidi anhelitus conglobati flammas producunt, quæ cœlestia sidera sunt. Enimvero lucidissima calidissimaque solis flamma est, quando cætera astra longius a terris distant ideoque minus lucent minusque caloris emittunt. Jam lunam quod propius absit a terra per locum minime purum ferri apparet. Solem autem quod in illustri puraque sede collocatus quodque intervallo a nobis apte disjunctus sit, idcirco magis calefacere subjacentes regiones magisque collucere perspicuum est. Porro Heraclitus arbitratur, solem ac lunam conversis sursum scaphis deficere menstruasque lunæ figuras nasci, dum illius scapha paullatim convertitur.

Cæterum omnia animarum ac dæmonum plena sunt (36). Sed orbis dux est illa ratio (λόγος) (37) sive mens (γνώμη) (38) quam per omnem rerum naturam intentam esse et commeantem censuit Ephesius virtutis magister. Hæc mutabilem mundi harmoniam temperat quæ ut lyræ et arcûs concentus tam contentionem quam remissionem admittit (39). Possis eam Jovis, id est vitæ (τοῦ Ζηνός) nomine appellare (40).

Civitatum salus in legum auctoritate posita est, pro qua populum non secus ac pro muro pugnare oportet (41). Contra singulis hominibus nihil sapientia optabilius invenimus, quoniam magna variaque eruditio, qualis in Hesiodo et Pythagora fuit, mentem non alit (42). De reliquo non sensibus, sed rationi credere mortales decet, ne in veri investigatione labantur (43). « Sæculum est, inquit Censorinus (44), spatium vitæ humanæ longissimum partu et morte definitum. Quare qui annos triginta sæculum putarunt multum videntur errasse. Hoc enim tempus γενεὰν vocari Heraclitus auctor est, quia orbis ætatis in eo sit spatio, orbem autem vocat ætatis, dum natura humana a sementi ad sementim revertitur (45). »

(31) Πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι· καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι. Πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι· ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπὰ σχεδὸν πάντα, ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάσσης. αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός. Γίνεσθαι δὲ ἀναθυμιάσεις ἀπό τε γῆς καὶ θαλάττης, ἃς μὲν λαμπρὰς καὶ καθαράς, ἃς δὲ σκοτεινάς. Αὔξεσθαι δὲ τὸ μὲν πῦρ ὑπὸ τῶν λαμπρῶν, τὸ δὲ ὑγρὸν ὑπὸ τῶν ἑτέρων.

(32) Diogenes Laertius lib. IX, 10 : Ἡμέραν τε καὶ νύκτα γίνεσθαι, καὶ μῆνας, καὶ ὥρας ἐτείους καὶ ἐνιαυτούς, ὑετούς τε καὶ πνεύματα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια κατὰ τὰς διαφόρους ἀναθυμιάσεις.

(33) Diogenes Laertius lib. IX, 11 : τὴν μὲν γὰρ λαμπρὰν ἀναθυμίασιν φλογωθεῖσαν ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ ἡλίου ἡμέραν ποιεῖν, τὴν δὲ ἐναντίαν ἐπικρατήσασαν νύκτα ἀποτελεῖν· καὶ ἐκ μὲν τοῦ λαμπροῦ τὸ θερμὸν αὐξανόμενον θέρος ποιεῖν, ἐκ δὲ τοῦ σκοτεινοῦ τὸ ὑγρὸν πλεονάζον χειμῶνα ἀπεργάζεσθαι.

(34) Stobæus Eclog. I pag. 500 (tom. I p. 196 ed. Gaisford.) : Παρμενίδης, Ἡράκλειτος, Στράτων, Ζήνων πυρινὸν εἶναι τὸν οὐρανόν.

(35) Diog. Laert. lib. IX, 9-10 : Τὸ δὲ περιέχον ὁποῖόν ἐστιν, οὐ δηλοῖ. εἶναι μέντοι ἐν αὐτῷ σκάφας ἐπεστραμμένας κατὰ κοῖλον πρὸς ἡμᾶς· ἐν αἷς ἀθροιζομένας τὰς λαμπρὰς ἀναθυμιάσεις ἀποτελεῖν φλόγας ἃς εἶναι τὰ ἄστρα· λαμπροτάτην δὲ εἶναι τὴν τοῦ ἡλίου φλόγα καὶ θερμοτάτην. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἄστρα πλεῖον ἀπέχειν ἀπὸ γῆς καὶ διὰ τοῦτο ἧττον λάμπειν καὶ θάλπειν· τὴν δὲ σελήνην προσγειοτέραν οὖσαν μὴ διὰ τοῦ καθαροῦ φέρεσθαι τόπου. τὸν μέντοι ἥλιον ἐν διαυγεῖ καὶ ἀμιγεῖ κεῖσθαι, καὶ σύμμετρον ἀφ' ἡμῶν ἔχειν διάστημα. τοιγάρτοι μᾶλλον θερμαίνειν τε καὶ φωτίζειν. ἐκλείπειν τε ἥλιον καὶ σελήνην, ἄνω στρεφομένων τῶν σκαφῶν. τούς τε κατὰ μῆνα τῆς σελήνης σχηματισμοὺς γίνεσθαι στρεφομένης ἐν αὐτῇ κατὰ μικρὸν τῆς σκάφης. Plutarchus de Plac. phil. II, 24, περὶ ἐκλείψεως ἡλίου : Ἡράκλειτος κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς στροφήν· ὥστε τὸ μὲν κοῖλον ἄνω γίνεσθαι, τὸ δὲ κυρτὸν κάτω πρὸς τὴν ἡμετέραν ὄψιν. Idem II, 28 : Ἡράκλειτος τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην. Σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας, δεχομένους δὲ τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως αὐγὰς φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν, λαμπρότερον μὲν τὸν ἥλιον· ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι· τὴν δὲ σελήνην ἐν θολερωτέρῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι.

(36) Diogenes Laertius lib. IX, 7 : Καὶ πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη.

(37) Vid. fragm. 1.

(38) Vid. fragm. 55.

(39) Vid. fragm. 38.

(40) Vid. fragm. 12. Aliter Chrysippus apud Phædr. Epicur. de Nat. D. p. 19 ed. Petersen. : Τὸν Πόλεμον καὶ τὸν Δία τὸν αὐτὸν εἶναι, καθάπερ καὶ Ἡράκλειτον λέγειν.

(41) Vid. fragm. 20.

(42) Vid. fragm. 14-15.

(43) Vid. fragm. 23.

(44) Censorinus de Die nat. cap. 17.

(45) Similem de Heraclito locum habet Philo Quæst. in gen. II § 5 extr. p. 82 Auch. vol. VI p. 310 ed. Lips., quem quum Græcum exemplum non exstet ex Armeniaco sic vertit Aucherus : « Triginta apprime naturale; sicut enim in unitatis serie trinus est numerus, ita in denariis triginta idque lunæ cyclus collectio singulorum mensium plena delineatione. Secundo componitur ex quatuor continuatione unitatis horum quadrangulorum I. IV. IX. XVI. triginta constituentibus. Unde non gratis ac frustra Heraclitus generationem id vocavit quum diceret : *ex homine in tricennio potest avus haberi*, quoniam pubertatem

Idem alio loco (46) ait : « Est præterea annus quem Aristoteles maximum potius quam magnum appellat, quem solis et lunæ vagarumque quinque stellarum orbes conficiunt, quum ad idem signum, ubi quondam simul fuerant, una referuntur; cujus anni hiems summa est κατακλυσμός, quam nostri diluvionem vocant, æstas autem ἐκπύρωσις, quod est mundi incendium. Nam his alternis temporibus mundus tum exignescere, tum exaquescere videtur. Hunc Aristarchus putavit esse annorum vertentium IICCCCLXXXIIII, Aretes Dyrrhachinus VDLII, Heraclitus et Linus XDCCC (47). »

Denique in libro quem edidit Heraclitus de verborum vi ac potestate dedita opera egit (fr. 67). Et Proclus (48) dialecticen Eleaticis ita propriam fuisse dicit, ut mathematicam Pythagoreis, etymologiam Heracliteis. Risit sine dubio Plato in Cratylo Heraclitum de talibus rebus disputantem, fortasse etiam Democritum (49); verum quæ sint in isto dialogo Heracliti partes, quæ Democriti, nemo hodie dixerit.

Sed hæc hactenus. Res et decreta Ephesii philosophi, ut quæque memoriâ digna videbantur, carptim perscripsi : cætera e fragmentis cognoscentur.

---

attingit quarto et decimo ætatis anno quo seminare potest, semen autem ejus inter annum confectum iterum post annum (sic) quindecim generat similem sibi. Ex his autem nominibus avorum, patrum, filiorum, natorum sicut et matrum, filiarum filiarumque prolibus completa perficitur generatio. » Eundem Philonis locum negligenter excerptum legimus apud Cramer. Anecd. Paris. I p. 224 : Ὅτι ὁ λ' ἀριθμὸς φυσικώτατός ἐστιν. Ὃ γὰρ ἐν μονάδι τριάς, τοῦτο ἐν δεκάσι τριακοντάς, ἐπεὶ καὶ ὁ τοῦ μηνὸς κύκλος συνέστηκεν ἐκ τεσσάρων τῶν ἀπὸ μονάδος ἑξῆς τετραγώνων α' δ' θ' ις'. ὅθεν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ Ἡράκλειτος γενεὰν τὸν μῆνα καλεῖ. Quid hic emendatione egeat, quærere mihi non libet. Memorabile et Plutarchi testimonium est de Defect. orac. cap. 11, vol. IX p. 316 : Ἔτη τριάκοντα ποιοῦσι τὴν γενεὰν καθ' Ἡράκλειτον· ἐν ᾧ χρόνῳ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον ὁ γεννήσας. Idem de Plac. phil. lib. V cap. 24 ait : Ἡράκλειτος καὶ οἱ Στωϊκοὶ ἄρχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους τελειότητος περὶ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα, περὶ ἣν ὁ σπερματικὸς κρίνεται ὀῤῥός . . . . περὶ δὲ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα ἔννοια γίνεται καλοῦ τε καὶ κακοῦ καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν.

(46) Censorinus de Die natali cap. 18.

(47) Plutarchus de Plac. phil. lib. II cap. 32 : Τὸν δὲ μέγαν ἐνιαυτὸν οἱ μὲν ἐν τῇ ὀκταετηρίδι τίθενται, οἱ δ' ἐν τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι, οἱ δ' ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἑνὸς δέουσιν. Ἡράκλειτος, ἐκ μυρίων ὀκτακισχιλίων ἡλιακῶν· Διογένης, ἐκ πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἐνιαυτῶν τοσούτων, ὅσων ὁ κατὰ Ἡράκλειτον ἐνιαυτός. Idem de Defectu orac. cap. 12, vol. IX pag. 316 : Καὶ ὁ Κλεόμβροτος· Ἀκούω ταῦτ' (ἔφη) πολλῶν καὶ ὁρῶ τὴν Στωϊκὴν ἐκπύρωσιν, ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου καὶ Ὀρφέως ἐπινεμομένην ἔπη κτλ.

(48) Proclus in Parmenid. T. IV p. 12 : Τὴν διαλεκτικὴν . . . . . . ἐξαίρετον οὖσαν τοῦ Ἐλεατικοῦ διδασκαλείου, καθάπερ ἄλλο τι τοῦ Πυθαγορείου λέγουσιν, ὡς τὴν διὰ τῶν μαθημάτων ἀγωγήν, καὶ ἄλλο τοῦ Ἡρακλειτείου, τὴν διὰ τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν

(49) Vid. Democriti fragm. pag. 109.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

1. Τοῦ λόγου τοῦδε ἐόντος αἰεὶ ἀξύνετοι γίνονται ἄνθρωποι, καὶ πρόσθεν ἢ ἀκοῦσαι, καὶ ἀκούσαντες τὸ πρῶτον. Γινομένων γὰρ πάντων κατὰ τὸν λόγον τόνδε, ἀπείροισι ἐοίκασι, πειρώμενοι καὶ ἐπέων καὶ ἔργων τοιουτέων, ὁκοῖα ἐγὼ διηγεῦμαι, διαιρέων κατὰ φύσιν καὶ φράζων ὅκως ἔχει. Τοὺς δὲ ἄλλους ἀνθρώπους λανθάνει ὁκόσα ἐγερθέντες ποιέουσι, ὅκωσπερ ὁκόσα εὕδοντες ἐπιλανθάνονται.

(Clemens Strom. V, 14 p. 716 et Eusebius Præp. Evang. XIII; item Hippolytus Hæres. Refut. p. 280 ed. Miller. : qui omnes initio habent (τοῦ) λόγου τοῦ δέοντος. Rectam scripturam exhibet Aristoteles Rhet. III, 5, qui simul Heraclitum opus suum ab his verbis orsum esse testatur. In sequentibus Hippolytus ἄπειροι εἰσὶν ἐοίκασι, Clemens ἄπειροι ἐοίκασι; sed requiritur ἀπείροισι ἐοίκασι quod conjecit Bernaysius Mus. Rh. IX p. 242. Denique pro ποιοῦσιν, ut est apud Clementem et Eusebium qui soli extremam sententiam (τοὺς δὲ ἄλλους κτλ.) servarunt, reposui ποιέουσι.)

2. Ἀμαθίην γὰρ ἄμεινον, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, κρύπτειν· ἔργον δὲ ἐν ἀνέσει καὶ παρ' οἶνον.

(Plutarchus Convival. Disp. lib. III init. vol. XI pag. 104. Similiter Stobæus Flor. XVIII, 32 : ἀμαθίην, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, καὶ ἄλλως κρύπτειν ἔργον ἐστίν, ἐν οἴνῳ δὲ χαλεπώτερον. Aliter Plutarchus de Auditione cap. 7, vol. VII p. 143 : τάχα μὲν γὰρ οὐδὲ ἀμαθίην κρύπτειν ἄμεινον, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, ἀλλ' εἰς μέσον τιθέναι καὶ θεραπεύειν, sed magis ionice Stobæus Flor. III, 82 : κρύπτειν ἀμαθίην κρέσσον ἢ ἐς τὸ μέσον φέρειν. Priorem sententiæ partem solam affert Plutarchus virt. doc. poss. cap. 2, vol. IX p. 387 : ἀμαθίαν γὰρ Ἡράκλειτός φησι κρύπτειν ἄμεινον.)

3. Οὐ γὰρ φρονέουσι τοιαῦτα πολλοὶ τούτων ὁκόσοι ἐκείνοισι ἐγκυρσεύουσι, οὐδὲ μαθόντες γινώσκουσι, ἑαυτοῖσι δὲ δοκέουσι, κατὰ τὸν γενναῖον Ἡράκλειτον.

(Clemens Strom. II, 2 p. 432. Inserui τούτων et ἐκείνοισι; codd. πολλοὶ ὁκόσοι ἐγκυρσεύουσιν.)

4. Ἀλλὰ γὰρ ἀτεχνῶς, οἶμαι, ἁρμόττει τοῖς ὁμοίως ὑμῖν ἀντιλέγουσιν, ἅπερ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος εἴρηκεν, « Ἀξύνετοι ἀκούσαντες κωφοῖς ἐοίκασι· φάτις αὐτοῖσι μαρτυρέει παρεόντας ἀπεῖναι. »

(Theodoretus vol. IV p. 712 ed. Hal. Cf. Clemens Strom. lib. V, 14 p. 718, ubi pro ἀπεῖναι male legitur ἀπιέναι. Cæterum codicum lectionem μαρτυρεῖ mutavi in μαρτυρέει.)

5. Ἀπίστους τινὰς εἶναι ἐπιστύφων Ἡράκλειτός φησιν « ἀκοῦσαι οὐκ ἐπιστάμενοι οὐδ' εἰπεῖν, » ὠφεληθεὶς δήπουθεν παρὰ Σολομῶντος.

(Clemens Strom. II, 5 p. 442.)

6. Κύνες γὰρ βαΰζουσι ὃν ἂν μὴ γινώσκωσι καθ' Ἡράκλειτον.

(Plutarchus an seni sit ger. resp. cap. 7, vol. XII pag. 110. Omisi καὶ post γὰρ cum Reiskio.)

7. Τοῦτο καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος τὸ λόγιον παραφράσας εἴρηκεν « Ἐὰν μὴ ἔλπησθε, ἀνέλπιστον οὐκ ἐξευρήσετε ἀνεξεύρετον ἐὸν καὶ ἄπορον. »

(Clemens Strom. II, 4 p. 437 et Theodoretus vol. IV pag. 716. Edidi ἔλπησθε, quum apud Clementem legatur ἔλπηται et apud Theodoretum ἐλπίζητε. Deinde reposui ἐξευρήσετε, cujus loco Clemens habet ἐξευρήσει,

---

1. Hujus quæ est rationis semper ignari homines sunt, et priusquam de ea audiverunt, et quum primum audiverunt. Quamvis enim omnia huic rationi convenienter fiant, imperiti tamen videntur, conantes verba et res ex eo genere quod ego enarro, qualis sua cujusque rei natura sit exponens et commemorans. Reliqui vero homines ita ignorant, quæ vigilantes faciant, ut obliviscuntur quæ dormientes fecerint.

2. Etenim inscitiam, ut ait Heraclitus, occultare præstat; verum hoc difficile est in animorum remissione atque inter bibendum.

3. Non enim ita sentiunt multi eorum qui incidunt in illa, neque edocti sciunt, sed sibi videntur scire, ut ait præclarus ille Heraclitus.

4. Sed enim prorsus, opinor, conveniunt in istos qui vobis similiter obloquuntur Heracliti Ephesii verba : « Imperiti auscultatores surdis comparandi sunt; his dictum illud veritatis testimonium dat, etiam præsentes abesse. »

5. Homines quosdam non satis certos castigans Heraclitus ait : « hi neque audire sciunt neque loqui, » nimirum a Salomone adjutus.

6. Canes enim latratu excipiunt quem non agnoscunt, ut ait Heraclitus.

7. Hoc oraculum Heraclitus Ephesius explicatius et copiosius elocutus dixit : Nisi speratis, insperatum non invenietis, quum inveniri non possit atque inaccessum sit. »

Theodoretus εὑρήσετε. Denique ἀνεξεύρετον scripsi, ut est apud Thucydidem lib. III, 87 et alibi, spreta Theodoreti codicum scriptura ἀνεξεύρητον et Clementis lectione ἀνεξερεύνητον.)

8. Χρυσὸν γὰρ οἱ διζήμενοι, φησὶν Ἡράκλειτος, γῆν πολλὴν ὀρύσσουσι, καὶ εὑρίσκουσι ὀλίγον.

(Clemens Strom. IV, 2 p. 565 et Theodoretus vol. IV pag. 716.)

9. Δοκέοντα γὰρ ὁ δοκιμώτατος γινώσκει φυλάσσειν· καὶ μέντοι καὶ δίκη καταλήψεται ψευδῶν τέκτονας καὶ μάρτυρας, ὁ Ἐφέσιός φησιν.

(Clemens Strom. VI, 1 p. 649. Membranarum scripturam δοκεόντων converti in δοκέοντα.)

10. Σίβυλλα δὲ μαινομένῳ στόματι καθ' Ἡράκλειτον ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν θεόν.

(Plutarchus de Pyth. orac. cap. 6, vol. IX p. 257. Spectavit hunc locum Clemens Strom. I, 15 p. 358 : Ἡράκλειτος γὰρ οὐκ ἀνθρωπίνως φησίν, ἀλλὰ σὺν θεῷ μᾶλλον Σιβύλλην πεφάνθαι, item Iamblichus de Myst. sect. 3 cap. VIII : καὶ λόγους μὲν προϊεμένη, οὐ μετὰ διανοίας δὲ τῶν λεγόντων, ἀλλὰ μαινομένῳ φασὶ στόματι.)

11. Οἶμαι δέ σε γινώσκειν τὸ παρ' Ἡρακλείτου λεγόμενον, ὡς ὦναξ οὗ τὸ μαντεῖόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει.

(Plutarchus de Pyth. orac. cap. 21, vol. IX p. 281 seq. Addidi σε cum Reiskio et Ἡρακλείτῳ in Ἡρακλείτου mutavi.)

12. Οἶδα ἐγὼ καὶ Πλάτωνα προσμαρτυροῦντα Ἡρακλείτῳ γράφοντι « Ἓν τὸ σοφὸν μοῦνον λέγεσθαι ἐθέλει καὶ οὐκ ἐθέλει Ζηνὸς οὐνόματι. »

(Clemens Strom. V, 14 p. 718 et Eusebius Præp. Evang. XIII, 13. Scripsi οὐνόματι cujus loco apud Clementem exstat ὄνομα, apud Eusebium in codice Parisiensi οὔνομα.)

13. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς γνώσιος βάθεα κρύπτειν ἀπιστίη ἀγαθὴ καθ' Ἡράκλειτον· ἀπιστίη γὰρ διαφυγγάνει μὴ γινώσκεσθαι.

(Clemens Strom. V, 13 p. 699. Restitui γνώσιος βάθεα; codd. γνώσεως βάθη. Quorum verborum sensus videtur hic esse. Bene faciunt optimi quique philosophi, quod plebi et plerisque hominibus diffidentes interiorem rerum divinarum humanarumque cognitionem maxime dissimulant atque occultant, etiamsi hanc dissimulationem animadverti vident.)

14. Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. Ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόρην, αὖτίς τε Ξενοφάνεά τε καὶ Ἑκαταῖον.

(Diogenes Laertius lib. IX, 1. Similiter Athenæus lib. XIII p. 610 : Ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ὁ θεῖός φησι· « Πουλυμαθῆ (leg. πουλυμαθίη) νόον ἔχειν οὐ διδάσκει. » Et Clemens Strom. I, 19 p. 373 : ᾔδει γάρ, οἶμαι, ὡς ἄρα ἤδη πολυμαθῆ νόον ἔχει· ὃ δίδασκει καθ' Ἡράκλειτον, ubi deleto verbo ἔχει rescribendum πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. Aliter Proclus in Platonis Tim. p. 31 (p. 72 ed. Schneider.) : τί γὰρ θαυμαστὸν ἡ τῶν γεγονότων γνῶσις; πολυμαθίη νόον οὐ φύει, φησὶν ὁ γενναῖος Ἡράκλειτος. Heraclitum Pythagoræ mentionem in libro de rerum natura fecisse, testificatur etiam Clemens Strom I, 21 p. 396 : Ἡράκλειτος γὰρ μεταγενέστερος ὢν Πυθαγόρου μέμνηται αὐτοῦ ἐν τῷ συγγράμματι. Cæterum confer Democriti fragm. moral. 141.)

15. Ἡράκλειτος γοῦν ὁ φυσικὸς μονονουχὶ κέκραγε καί φησι, « Πυθαγόρης Μνησάρχου ἱστορίην ἤσκησε ἀνθρώπων μάλιστα πάντων, καὶ ἐκλεξάμενος ταύτας τὰς συγγραφὰς ἐποιήσατο ἑαυτοῦ σοφίην πολυμαθίην, κακοτεχνίην. »

(Diogenes Laertius lib. VIII, 6. De reliquo vix Heracliti sunt sententiæ quæ in Florileg.

---

8. Nam qui aurum quærunt, inquit Heraclitus, multum agri suffodiunt nec nisi aliquantulum metalli inveniunt.

9. Etenim probatissimus quisque ea quæ ipsi placent tueri statuit, atque etiam pœna irrogabitur mendaciorum auctoribus ac testibus, quemadmodum Ephesius dicit.

10. At Sibylla furente ore, ut ait Heraclitus, risus, ornatus et fuci expertia sonans dei beneficio vocem ad mille annos continuat.

11. Puto autem te intelligere id quod ab Heraclito est dictum, regem cujus oraculum Delphicum est neque dicere, neque occultare, sed significare.

12. Scio equidem etiam Platonem astipulari Heraclito scribenti : « Quod unum sapiens est solum Jovis nomine appellari potest et non potest. »

13. Sed abditarum rerum cognitionem celare bona secundum Heraclitum diffidentia est; nam diffidentia non potest non animadverti.

14. Magna variaque eruditio mentem non docet. Hesiodum enim docuisset et Pythagoram, rursusque Xenophanem atque Hecatæum.

15. Nam Heraclitus physicus tantum non contenta voce ait : « Pythagoras, Mnesarchi filius, omnium hominum maxime in litterarum studio versatus est, quumque hæc e magno numero scripta delegisset, pro sapientia sibi comparavit variam eruditionem malamque artem. »

Monac. (Stob. Flor. T. IV p. 283 ed. Meinek.) ei tribuuntur: Ἡράκλειτος ἔφη, οἴησις προκοπῆς ἐγκοπὴ προκοπῆς. Ὁ αὐτὸς τὴν παιδείαν ἕτερον ἥλιον εἶναι τοῖς πεπαιδευμένοις ἔλεγε.)

16. Καὶ ὁ δυσάρεστος Ἡράκλειτος μάλιστα αὐτὸν ἐπήνεσε γράψας· « Ἐν Πριήνῃ ἐγένετο Βίας ὁ Τευτάμεω, οὗ πλείων λόγος ἢ τῶν ἄλλων. »

(Diogenes Laertius lib. I, 88.)

17. Ὕβριν χρὴ σβεννύειν μᾶλλον ἢ πυρκαϊήν.

(Diogenes Laertius lib. IX, 2.)

18. Ὁκόσων λόγους ἤκουσα, οὐδεὶς ἀφικνέεται ἐς τοῦτο, ὥστε γινώσκειν, ὅτι σοφόν ἐστι πάντων κεχωρισμένον.

(Stobæus Flor. III, 81.)

19. Ξὺν νόῳ λέγοντας ἰσχυρίζεσθαι χρὴ τῷ ξυνῷ πάντων, ὅκωσπερ νόμῳ πόλις καὶ πολὺ ἰσχυροτέρως. Τρέφονται γὰρ πάντες οἱ ἀνθρώπινοι νόμοι ὑπὸ ἑνὸς τοῦ θείου· κρατέει γὰρ τοσοῦτον ὁκόσον ἐθέλει, καὶ ἐξαρκέει πᾶσι καὶ περιγίνεται.

(Stobæus Flor. III, 84. Recepi Schleiermacheri emendationem πόλις καὶ πολὺ pro codicum lectione πόλις καὶ πόλις.)

20. Μάχεσθαι χρὴ τὸν δῆμον ὑπὲρ νόμου ὅκως ὑπὲρ τείχεος.

(Diogenes Laertius lib. IX, 2.)

21. Ποταμῷ γὰρ οὐκ ἔστι δὶς ἐμβῆναι τῷ αὐτῷ καθ' Ἡράκλειτον, οὐδὲ θνητῆς οὐσίας δὶς ἅψασθαι κατὰ ἕξιν· ἀλλὰ ὀξύτης καὶ τάχος τῆς μεταβολῆς σκίδνησι καὶ πάλιν συνάγει, μᾶλλον δὲ οὐδὲ πάλιν οὐδὲ ὕστερον ἀλλ' ἅμα συνίσταται καὶ ἀπολείπει καὶ πρόσεισι καὶ ἄπεισι· ὅθεν οὐδ' εἰς τὸ εἶναι περαίνει τὸ γιγνόμενον αὐτῆς τῷ μηδέποτε λήγειν μηδ' ἵστασθαι τὴν γένεσιν.

(Plutarchus de Ει apud Delphos cap. 18, vol. IX p. 239. Posui ἀλλὰ ὀξύτης καὶ τάχος, quum vulgata scriptura ἀλλὰ ὀξύτητι καὶ τάχει ferri nequeat. Idem de sera num. vind. cap. 15, vol. X p. 252: ἢ λήσομεν εἰς τὸν Ἡρακλείτειον ἅπαντα πράγματα ποταμὸν ἐμβαλόντες, εἰς ὃν οὔ φησι δὶς ἐμβῆναι, τῷ πάντα κινεῖν καὶ ἑτεροιοῦν τὴν φύσιν μεταβάλλουσαν.)

22. Ποταμοῖσι τοῖσι αὐτοῖσι ἐμβαίνουσι ἕτερα καὶ ἕτερα ὕδατα ἐπιρρέει.

(Cleanthes Stoicus apud Eusebium Præp. Evang. XV, 20: Ἡράκλειτος λέγων οὕτως· Ποταμοῖσι κτλ. Similiter Plutarchus Quæst. Nat. 2: ποταμοῖς γὰρ δὶς τοῖς αὐτοῖς οὐκ ἂν ἐμβαίης, ὥς φησιν Ἡράκλειτος· ἕτερα γὰρ ἐπιρρεῖ ὕδατα. Conf. Sextus Empiricus Pyrrh. Hyp. III, 115. Adde Plutarch. de Plac. phil. I, 23 et Stob. Ecl. Phys. I. p. 396, tom. I p. 153 ed. Gaisf.: Ἡράκλειτος ἠρεμίαν μὲν καὶ στάσιν ἐκ τῶν ὅλων ἀνῄρει.)

23. Ἀλλὰ τὴν μὲν αἴσθησιν ἐλέγχει λέγων κατὰ λέξιν· « κακοὶ μάρτυρες ἀνθρώποισι ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα βαρβάρους ψυχὰς ἐχόντων. » ὅπερ ἴσον ἦν, τῶν βαρβάρων ἐστὶ ψυχῶν ταῖς ἀλόγοις αἰσθήσεσι πιστεύειν.

(Sextus Empiricus adv. Math. VII, 126. Iisdem prope verbis Stobæus Flor. IV, 56: κακοὶ γίνονται ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα ἀφρόνων ἀνθρώπων ψυχὰς βαρβάρους ἐχόντων. Diogenes lib. IX, 7 de Heraclito: καὶ τὴν ὅρασιν ψεύδεσθαι.)

24. Δυοῖν γὰρ ὄντων κατὰ φύσιν ὡσανεί τινων ὀργάνων ἡμῖν, οἷς πάντα πυνθανόμεθα καὶ πολυπραγμονοῦμεν, ἀκοῆς καὶ ὁράσεως, ἀληθινωτέρας δ' οὔσης οὐ μικρῷ τῆς ὁράσεως κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· « Ὀφθαλμοὶ γὰρ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες κτλ. »

(Polybius XII, 27.)

---

16. Ac difficilis ille Heraclitus maxime eum collaudavit his verbis: « Apud Prienenses natus est Bias, Teutami filius, cujus illustrior fama est quam cæterorum. »

17. Contumeliam citius quam incendium exstingui oportet.

18. Quorumcunque sermones audivi, nemo tantum profecit, ut intelligeret, sapientiam esse a rebus omnibus separatam.

19. Prudenter loquentes re quadam cunctis communi niti oportet, ut lege civitates et multo magis. Nam leges humanæ omnes una lege divina foventur, quæ quidem tantum potest, quantum libet atque universis et sufficit et superior est.

20. Populum pro lege non secus ac pro muro pugnare oportet.

21. Etenim in eundem fluvium bis descendere non licet secundum Heraclitum, neque mortalem naturam bis eodem modo affectam attingere sed mutationum celeritas ac velocitas eam dissipat mox statimque colligit rursus, immo neque iterum neque postmodo colligit, verum illa simul et exsistit et interit, simul accedit atque recedit. Quare id quod inde fit ne ita quidem perficitur, ut vere dici possit esse, quia ortus nunquam neque desinit neque insistit.

22. In eosdem fluvios descendentibus alia atque alia affluit aqua.

23. Sed sensum quidem refellit dicens ad verbum: « Mali sunt testes hominibus oculi et aures barbaras habentium animas. » Quod perinde est ac si dicas: est barbararum animarum credere sensibus qui sunt rationis expertes.

24. Quum enim duo nobis secundum naturam quasi instrumenta quædam sint, quibus omnia percipimus et scrutamur, auditus et visus, multo autem certior visus sit judice Heraclito: « Oculi enim auribus certiores sunt testes » etc.

25. Καὶ καλῶς εἶπεν Ἡράκλειτος ὅτι αἱ ψυχαὶ ὀσμῶνται καθ' ᾅδην.

(Plutarchus de facie in orb. lun. cap. 28, vol. XIII, p. 93.)

26. Διὸ καὶ Ἡράκλειτος οὕτως εἴρηκεν· ὡς εἰ πάντα τὰ ὄντα καπνὸς γένοιτο, ῥῖνες ἂν διαγνοῖεν.

(Aristoteles de Sensu cap. 5 pag. 443 a. 23 ed. Bekk.)

27. Κόσμον τὸν αὐτὸν ἁπάντων οὔτε τις θεῶν οὔτε ἀνθρώπων ἐποίησεν· ἀλλ' ἦν ἀεὶ καὶ ἔσται, πῦρ ἀείζωον, ἁπτόμενον μέτρῳ καὶ ἀποσβεννύμενον μέτρῳ.

(Clemens Strom. V, 14 p. 711 : οὐ παραπέμπομαι καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὃς φυσικῶς οὕτως τῆς τῶν πάντων ἀναλήψεως μέμνηται, ὡς ἐσομένης ποτὲ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν μεταβολῆς. Σαφέστατα Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος ταύτης ἐστὶ τῆς δόξης, τὸν μέν τινα κόσμον ἀΐδιον εἶναι δοκιμάσας, τὸν δέ τινα φθειρόμενον, τὸν κατὰ τὴν διακόσμησιν εἰδὼς οὐχ ἕτερον ὄντα ἐκείνου πως ἔχοντος· ἀλλ' ὅτι μὲν ἀΐδιον τὸν ἐξ ἁπάσης τῆς οὐσίας ἀϊδίως ποιὸν κόσμον ᾔδει, φανερὸν ποιεῖ λέγων οὕτως· Κόσμον τὸν αὐτὸν κτλ.)

28. Πυρὸς τροπαὶ πρῶτον θάλασσα, θαλάσσης δὲ τὸ μὲν ἥμισυ γῆ τὸ δὲ ἥμισυ πρηστήρ.

(Clemens Alex. l. c. ὅτι δὲ καὶ γενητὸν καὶ φθαρτὸν αὐτὸν εἶναι ἐδογμάτιζεν, μηνύει τὰ ἐπιφερόμενα· Πυρὸς τροπαὶ κτλ. Δυνάμει γὰρ λέγει ὅτι πῦρ ὑπὸ τοῦ διοικοῦντος λόγου καὶ θεοῦ τὰ σύμπαντα δι' ἀέρος τρέπεται εἰς ὑγρόν, τὸ ὡς σπέρμα τῆς διακοσμήσεως, ὃ καλεῖ θάλασσαν. Ἐκ δὲ τούτου αὖθις γίνεται γῆ καὶ οὐρανὸς καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα.)

29. Θάλασσα διαχέεται καὶ μετρέεται εἰς τὸν αὐτὸν λόγον, ὁκοῖος πρόσθεν ἦν ἢ γενέσθαι γῆ.

(Clemens Alex. l. c. ὅπως δὲ πάλιν ἀναλαμβάνεται καὶ ἐκπυροῦται, σαφῶς διὰ τούτων δηλοῖ· Θάλασσα κτλ.)

30. Διαφερόμενον γὰρ ἀεὶ ξυμφέρεται [τὸ ἐόν].

(Heraclitus apud Platonem Sophist. pag. 242 E.)

31. Ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος ἀέρι γένεσις καὶ ἀέρος θάνατος ὕδατι γένεσις.

(Plutarchus de Ει apud Delphos cap. 18, vol. IX p. 240.)

32. Ὁδὸς ἄνω κάτω μίη.

(Heraclitus apud Hippocratem de alimentis vol. II pag. 24 ed. Kühn. Esse hoc Heracliti dictum testatur Tertullianus adv. Marc. II c. 28 his verbis : « si ignoravit Deus meus esse alium super se, etiam tuus omnino non scivit esse alium infra se. Quod enim ait Heraclitus ille tenebrosus *eadem via sursum et deorsum.* » Cf. fragm. 91.)

33. Περὶ δὲ τὸν ἥλιον ἀδύνατον τοῦτο συμβαίνειν· ἐπεὶ τρεφομένου γε τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ ἐκεῖνοί φασι, δῆλον ὅτι καὶ ὁ ἥλιος οὐ μόνον καθάπερ ὁ Ἡράκλειτός φησι, νέος ἐφ' ἡμέρῃ ἐστίν, ἀλλ' ἀεὶ νέος συνεχῶς.

(Aristoteles Meteorol. II, 2 p. 355 a ed. Bekk. Conf. Plato de Republ. lib. VI p. 498 B : πρὸς δὲ τὸ γῆρας ἐκτὸς δή τινων ὀλίγων ἀποσβέννυνται πολὺ μᾶλλον τοῦ Ἡρακλειτείου ἡλίου, ὅσον αὖθις οὐκ ἐξάπτονται. Recte Alexander Aphrodisiensis in Meteorol. fol. 93 a : οὐ μόνον, ὡς Ἡράκλειτός φησι, νέος ἐφ' ἡμέρῃ ἂν ἦν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἄλλος ἐξαπτόμενος τοῦ πρώτου ἐν τῇ δύσει σβεννυμένου, ἀλλ' αἰεί τε καὶ συνεχῶς νέος τε καὶ ἄλλοτε ἄλλος ἐγένετο, ὥσπερ καὶ αἱ φλόγες ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι ἔχων. Perperam interpretatur Proclus Comment. in Tim. p. 334 (p. 813 ed. Schneid.) : ὁ γὰρ Ζεὺς βασιλέα τίθησιν αὐτὸν ἁπάντων τῶν ἐγκοσμίων θεῶν καὶ πρωτίστας αὐτῷ νέμει τιμάς, καίπερ ἐόντι νέῳ καὶ νηπίῳ εἰλαπιναστῇ· διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὸν Ἥλιον νέον θεὸν εἰώθασιν ἀποκαλεῖν· καὶ νέος ἐφ' ἡμέρῃ Ἥλιος, φησὶν Ἡράκλειτος, ὡς Διονυσιακῆς μετέχοντα δυνάμεως. Plutarchus de Plac. philos. lib. II cap. 21 de solis magnitudine variorum philosophorum sententias enumerans ait : Ἡράκλειτος εὖρος ποδὸς ἀνθρωπείου. Cf. Theodoret. Græc. aff. cur. disp. 1.)

---

25. Et præclare Heraclitus dixit animas in orco odorari.

26. Quapropter etiam Heraclitus dixit, si omnia quæ sunt in fumum abirent, fore ut nares ea dignoscerent.

27. Mundum eundem omnium neque deorum quisquam neque hominum procreavit, sed fuit semper atque est et erit ignis immortalis, accensus mensura et exstinctus.

28. Ignis mutatur primum in mare, mare autem dimidia ex parte in terram, dimidia ex parte in presterem.

29. Mare diffunditur ejusque mensura agitur pro eadem portione quæ prius fuit quam terra esset.

30. Dissidens enim semper congruit [ens.]

31. Ut Heraclitus dicebat, ignis mors aeri est ortus, et aeris mors aquæ ortus.

32. Via sursum et deorsum una.

33. Hoc autem soli accidere non potest, quoniam si perinde nutriatur atque illi ajunt, non tantum, ut patet, in dies, quemadmodum Heraclitus contendit, sed continuo semper novus erit.

34. Ἥλιος γὰρ οὐχ ὑπερβήσεται μέτρα, φησὶν ὁ Ἡράκλειτος, εἰ δὲ μή, Ἐριννύες μιν Δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσιν.

(Plutarchus de Exsilio cap. 11, vol. X pag. 377. Id. de Isid. et Osir. c. 48, vol. IX p. 170 : Ἥλιον δὲ μὴ ὑπερβήσεσθαι τοὺς προσήκοντας ὅρους· εἰ δὲ μή, γλῶττας μιν Δίκης ἐπικούρους ἐξευρήσειν, ubi pro γλῶττας cum Buttmanno leg. Λύσσας. Conf. Plat. Cratyl. p. 412.)

35. Βελτίων δ' Ἡράκλειτος καὶ ὁμηρικώτερος, ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἀρκτικοῦ τὴν ἄρκτον ὀνομάζων· «ἠοῦς καὶ ἑσπέρης τέρματα ἡ ἄρκτος, καὶ ἀντίον τῆς ἄρκτου οὖρος αἰθρίου Διός. »

(Strabo lib. I pag. 3 ed. Casaub. — Stobæus Eclog. Phys. lib. I p. 264 (tom. I p. 97. ed. Gaisf.) de magno Heracliti anno : Ἡράκλειτος ἐκ μυρίων ὀκτακισχιλίων ἐνιαυτῶν ἡλιακῶν. Addit vero Διογένης ὁ Στωικὸς ἐκ πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἐνιαυτῶν τοσούτων, ὅσος ἦν ὁ καθ' Ἡράκλειτον ἐνιαυτός.)

36. Ἡράκλειτος μὲν οὖν· « Εἰ μὴ ἥλιος, φησίν, ἦν, εὐφρόνη ἂν ἦν. »

(Plutarchus aquæ et ignis comp. c. 7, vol. XIII p. 128. Id. de Fortuna p. 98 : καὶ ὥσπερ ἡλίου μὴ ὄντος ἕνεκα τῶν ἄλλων ἄστρων εὐφρόνην ἂν ἤγομεν, ὥς φησιν Ἡράκλειτος. Id. de Plac. phil. II, 28 : Ἡράκλειτος τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην· σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας, δεχομένους δὲ τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως αὐγὰς φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν· λαμπρότερον μὲν τὸν ἥλιον· ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀεὶ φέρεσθαι· τὴν δὲ σελήνην ἐν θολερωτέρῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι. Cf. lib. II, 17 et Stobæus Ecl. Phys. I, p. 510.)

37. Καὶ Ἡράκλειτος τὸ ἀντίξουν συμφέρον, καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν, καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι.

(Aristoteles Ethic. Nicomach. VIII, 2 p. 1155 b ed. Bekk. Conf. Plutarchus de Isid. et Osir. cap. 48, vol. IX p. 169 : Ἡράκλειτος μὲν γὰρ ἄντικρυς πόλεμον ὀνομάζει πατέρα καὶ βασιλέα καὶ κύριον πάντων, καὶ τὸν μὲν Ὅμηρον, εὐχόμενον ἔκ τε θεῶν ἔριν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπολέσθαι, λανθάνειν φησὶ τῇ πάντων γενέσει καταρώμενον, ἐκ μάχης καὶ ἀντιπαθείας τὴν γένεσιν ἐχόντων. Simplicius in Aristot. Cat. f. 104 b : διὸ καὶ μέμφεται τῷ Ὁμήρῳ Ἡράκλειτος εἰπόντι Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο· οἰχήσεσθαι γάρ φησι πάντα. Proclus Comment. in Tim. p. 54 a (p. 124 edit. Schneid.) : καὶ εἰ ὁ γενναῖος Ἡράκλ. εἰς ταύτην ἀπιδὼν ἔλεγε, πόλεμος πατὴρ πάντων, οὐδ' οὗτος ἀτόπως ἔλεγε. Schol. Ven. Iliad. IV, 4 : ἀπρεπές φασιν εἰ τέρπει τοὺς θεοὺς πολέμων θέα. ἀλλ' οὐκ ἀπρεπές· τὰ γὰρ γενναῖα ἔργα τέρπει· ἄλλως τε πόλεμοι καὶ μάχαι ἡμῖν δεινὰ δοκεῖ, τῷ δὲ θεῷ οὐδὲ ταῦτα δεινά· συντελεῖ γὰρ ἅπαντα ὁ θεὸς πρὸς ἁρμονίαν τῶν ἄλλων ἢ καὶ ὅλων οἰκονομῶν τὰ συμφέροντα, ὅπερ καὶ Ἡράκλειτος λέγει, ὡς τῷ μὲν θεῷ καλὰ πάντα καὶ δίκαια, ἄνθρωποι δὲ ἃ μὲν ἄδικα ὑπειλήφασι, ἃ δὲ δίκαια. Plato Conviv. pag. 187 A : ὥσπερ ἴσως καὶ Ἡράκλειτος βούλεται λέγειν, ἐπεὶ τοῖς γε ῥήμασιν οὐ καλῶς λέγει. Τὸ ἓν γάρ φησι διαφερόμενον αὐτὸ αὐτῷ ξυμφέρεσθαι, ὥσπερ ἁρμονίαν τόξου τε καὶ λύρας.)

38. Παλίντονος γὰρ ἁρμονίη κόσμου, ὅκωσπερ λύρης καὶ τόξου καθ' Ἡράκλειτον.

(Plutarchus de Isid. et Osir. cap. 45, vol. IX pag. 166. Idem de animæ procreat. e Timæo cap. 27, vol. XIII p. 319 : Ἡράκλειτος δέ, παλίντροπον ἁρμονίην κόσμου, ὅκωσπερ λύρης καὶ τόξου, ubi alii παλίντονον ἁρμονίην legunt. De hac sententia ita Simplicius in Aristot. Phys. f. 11 : ὡς Ἡράκλειτος τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν εἰς ταὐτὸν λέγων συνιέναι δίκην τόξου καὶ λύρας, ὃς καὶ ἐδόκει θέσιν λέγειν διὰ τὸ οὕτως ἀδιορίστως φάναι, ἐνεδείκνυτο δὲ τὴν ἐν τῇ γενέσει ἐναρμόνιον μῖξιν τῶν ἐναντίων. Cf. Porphyr. de Antr. Nymph. p. 268 ed. Cantabr.)

39. Εἶθ' ἑξῆς ... φησὶ θεῖόν τινα πόλεμον αἰνίττεσθαι τοὺς παλαιούς, Ἡράκλειτον μὲν λέγοντα ὧδε· « Εἰδέναι χρὴ τὸν πόλεμον ἐόντα ξυνὸν καὶ δίκην ἔριν καὶ γινόμενα πάντα κατ' ἔριν καὶ φθειρόμενα. »

---

34. Sol enim, inquit Heraclitus, fines suos non transgredietur : si peccaverit, Furiæ eum Justitiæ adjutrices invenient.

35. Melior vero auctor Heraclitus atque in hoc Homeri similior, perinde ut ille pro circulo septentrionali ursam dicens : « orientis et occidentis limes ursa est, atque e regione ursæ sereni Jovis terminus. »

36. Heraclitus igitur : « Nisi sol, inquit, esset, perpetua nox foret. »

37. Et Heraclitus contrarium idem utile atque e rebus dissimilibus pulcherrimum concentum exsistere et ex discordia nasci omnia statuit.

38. Nam mutabilis concentus ut mundi, ita lyræ et arcus, secundum Heraclitum modo contentionem modo remissionem admittens.

39. Deinde deinceps ... ait divinum quoddam bellum significare antiquos, Heraclitum quidem sic dicentem : « Sciendum est bellum commune esse et Justitiæ loco Discordiam omniaque Discordiæ lege nasci atque interire. »

(Origenes contra Cels. VII p. 663. Vulgo legitur εἰ δὲ χρὴ—καὶ δίκην ἐρεῖν, quæ verba cum Schleiermachero mutavi in εἰδέναι χρὴ—καὶ δίκην ἔριν. Extrema vox enuntiati in codicibus est χρεώμενα, in cujus locum substitui φθειρόμενα quod hîc flagitat sensus.)

40. ἁρμονίη γὰρ ἀφανὴς φανερῆς κρέσσων, καθ' Ἡράκλειτον, ἐν ᾗ τὰς διαφορὰς καὶ τὰς ἑτερότητας ὁ μίσγων θεὸς ἔκρυψε καὶ κατέδυσε.

(Plutarchus de animæ procreat. e Timæo cap. 27, vol. XIII p. 320, ubi pro codicum lectionibus κρείττων et μιγνύων restitui κρέσσων et μίσγων. Cæterum ὁ μίσγων θεός est πόλεμος. Cf. Hippolyt. Hæres. Refut. p. 281 ed. Miller.)

41. Πᾶν γὰρ ἑρπετὸν τὴν γῆν νέμεται, ὥς φησιν Ἡράκλειτος.

(Pseudoaristoteles de Mundo cap. 6 p. 401 a ed. Bekk.)

42. Ἀγνοεῖς ὅτι τὸ τοῦ Ἡρακλείτου εὖ ἔχει, ὡς ἄρα πιθήκων ὁ κάλλιστος αἰσχρὸς ἀνθρώπων γένει συμβάλλειν.

(Plato Hipp. maj. p. 289 A. Recepi Bekkeri conjectationem ἀνθρώπων γένει pro membranarum scriptura ἄλλῳ γένει.)

43. ἦ οὐ καὶ Ἡράκλειτος ταυτὸν τοῦτο λέγει ὃν σὺ ἐπάγει, ὅτι ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος πρὸς θεὸν πίθηκος φανεῖται;

(Plato Hipp. maj. p. 289 B.)

44. Ὅτι δέ ἐστι παῖς τὸ πᾶν καὶ δι' αἰῶνος αἰώνιος βασιλεὺς τῶν ὅλων οὕτως λέγει· « αἰὼν παῖς ἐστι παίζων, πεττεύων· παιδὸς ἡ βασιληίη. » Ὅτι δέ ἐστιν ὁ πόλεμος πατὴρ πάντων τῶν γεγονότων γενητὸς ἀγένητος, κτίσις δημιουργός, ἐκείνου λέγοντος ἀκούωμεν· « πόλεμος πάντων μὲν πατήρ ἐστι, πάντων δὲ βασιλεύς, καὶ τοὺς μὲν θεοὺς ἔδειξε τοὺς δὲ ἀνθρώπους, τοὺς μὲν δούλους ἐποίησε τοὺς δὲ ἐλευθέρους. »

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 281 ed. Miller. Cf. Bernays. Mus. Rh. IX p. 243. In eandem sententiam Proclus Comment. in Tim. p. 101 (p. 240 ed. Schneider.): ἄλλοι δὲ καὶ τὸν δημιουργὸν ἐν τῷ κοσμουργεῖν παίζειν εἰρήκασι, καθάπερ Ἡράκλειτος. Clemens Pædag. I, 5 p. 111: ἀγαλλιᾶται τὸ πνεῦμα τῶν ἐν Χριστῷ παιδίων ἐν ὑπομονῇ πολιτευομένων· καὶ αὕτη ἡ θεία παιδιά. Τοιαύτην τινὰ παίζειν παιδιὰν τὸν ἑαυτοῦ Δία Ἡράκλειτος λέγει. Lucianus Vit. auct. cap. 14 Heraclitum inducit hæc dicentem: καί ἐστι τωυτὸ τέρψις ἀτερψίη, γνῶσις ἀγνωσίη, μέγα μικρόν· ἄνω κάτω περιχορεύοντα, καὶ ἀμειβόμενα ἐν τῇ τοῦ αἰῶνος παιδιῇ. ΑΓΟΡ. τί γὰρ ὁ αἰών ἐστι; ΗΡ. παῖς παίζων, πεσσεύων διαφερόμενος. Heraclitum imitatur Philo de vit. Moys. I p. 85: τύχης γὰρ ἀσταθμητότερον οὐδὲν ἄνω καὶ κάτω τὰ ἀνθρώπεια πεττευούσης. Idem de Mund. incorr. II, 500: εἰ δὲ ὅμοιος [ὁ μετὰ τὴν ἐκπύρωσιν γεγενημένος κόσμος], ματαιοπόνος ὁ τεχνίτης οὐδὲν κομιδῇ νηπίων παίδων διαφέρων, οἳ πολλάκις ἀθύροντες ψάμμου γεωλόφους ἀνιστᾶσι καὶ ἔπειθ' ὑφαιροῦντες ταῖς χερσὶ πάλιν ἐρείπουσιν. Plutarchus de Ει apud Delphos p. 393 D: ἢ τοῦ ποιητικοῦ παιδὸς ἔσται φαυλότερος, ἣν ἐκεῖνος ἔν τινι ψαμάθῳ συντιθεμένῃ καὶ διαχεομένῃ πάλιν ὑφ' ἑαυτοῦ παίζει παιδιάν, ταύτῃ περὶ τὰ ὅλα χρώμενος ἀεὶ καὶ τὸν κόσμον οὐκ ὄντα πλάττων, εἶτ' ἀπολλύων γενόμενον. Probabile est Heraclitum in pueri imagine adumbranda intuitum esse versus Homericos Iliad. lib. XV vs. 361–364 — — ἔρειπε δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν ῥεῖα μάλ' ὡς ὅτε τις ψάμαθον παῖς ἄγχι θαλάσσης, ὅστ' ἐπεὶ οὖν ποιήσῃ ἀθύρματα νηπιέῃσιν, ἂψ αὖτις συνέχευε ποσὶν καὶ χερσὶν ἀθύρων. De reliquo verba πόλεμος πάντων πατήρ ἐστι jam supra illustravi ad fragm. 37.)

45. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο ἦν καὶ τὸ παρὰ τῷ σκοτεινῷ λεγόμενον Ἡρακλείτῳ· « συνάψειας οὖλα καὶ οὐχὶ οὖλα, συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συνᾷδον καὶ διᾷδον· καὶ ἐκ πάντων ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. »

(Pseudoaristoteles de Mundo cap. 5 p. 396 b ed. Bekk. Cf. Stobæus Ecl. Phys. I p. 690 (tom. I p. 270 ed. Gaisf.).

---

40. Harmonia enim occulta melior est evidente secundum Heraclitum, in qua deus discrimina et diversitates commiscens occultavit.

41. Namque omne animal humi repens terram depascitur ac possidet, ut ait Heraclitus.

42. Ignoras quam scitum sit illud Heracliti, simiarum pulcherrimam deformem esse cum humano genere comparatam.

43. Nonne Heraclitus quem tu testem adhibes hoc idem dicit, hominum sapientissimum ad dei præstantiam comparatum simiam apparere?

44. Esse autem hoc universum puerum atque in perpetuum cunctarum rerum regem æternum ita dicit: « *Ævum puer est jocans calculisque ludens; hujus vero pueri regnum est.* » Cæterum bellum esse parentem eorum omnium quæ orta sunt genitum et non genitum, rem creatam et mundi procreatorem ex ipso audiamus: « *Bellum omnium parens est omniumque rex, ac partim deos fingit partim homines, efficitque ut alii servi sint alii liberi.* »

45. Hoc nimirum illud est quod apud obscurum istum Heraclitum sic enuntiatum legitur: « Integra et minime integra conjungas, consentiens et dissentiens, consonans et dissonans, unum etiam ex omnibus et ex uno omnia. »

46. καὶ (ᾗ φησιν Ἡράκλειτος) ταὐτό τ' ἐστὶ ζῶν καὶ τεθνηκός, καὶ ἐγρηγορὸς καὶ καθεῦδον, καὶ νέον καὶ γηραιόν· τάδε γὰρ μεταπεσόντα ἐκεῖνά ἐστι, κἀκεῖνα πάλιν μεταπεσόντα ταῦτα.

(Plutarchus Consolat. ad Apollonium vol. VII pag. 329. Posui cum Schleiermachero ταὐτό τ' ἐστὶ pro membranarum lectione ταυτό τ' ἔνι. Sequentia etiam apud Plutarchum ex eodem Heraclito petita videntur. Sunt autem hæc : ὡς γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ δύναταί τις πλάττων ζῷα συγχεῖν καὶ πάλιν πλάττειν καὶ συγχεῖν, καὶ τοῦτο ἓν παρ' ἓν ποιεῖν ἀδιαλείπτως· οὕτω καὶ ἡ φύσις ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης πάλαι μὲν τοὺς προγόνους ἡμῶν ἀνέσχεν, εἶτα συνεχεῖς αὐτοῖς ἐγέννησε τοὺς πατέρας, εἶτα ἡμᾶς, εἶτ' ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἀνακυκλήσει· καὶ ὁ τῆς γενέσεως ποταμὸς οὗτος ἐνδελεχῶς ῥέων οὔποτε στήσεται, καὶ πάλιν ἐξ ἐναντίας αὐτῷ ὁ τῆς φθορᾶς εἴτ' Ἀχέρων εἴτε Κωκυτὸς καλούμενος ὑπὸ τῶν ποιητῶν. Præterea Heraclitea esse existimamus quæ exstant apud Hippocratem περὶ διαίτης I pag. 633 ed. Kühn. : φάος Ζηνί, σκότος Ἀΐδῃ, σκότος Ζηνὶ φοιτᾷ καὶ μετακινεῖται κεῖνα ὧδε καὶ τάδε κεῖσε πάσην ὥρην διαπρησσόμενα κεῖνά τε τὰ τῶνδε καὶ ταῦτα τὰ κείνων· et ibid. p. 639 : ἐν τούτῳ (τῷ πυρὶ) ψυχή, νόος, φρόνησις, αὔξησις, μείωσις, διάλλαξις, ὕπνος, ἐγρήγορσις. Τοῦτο πάντα διὰ παντὸς κυβερνᾷ καὶ τάδε καὶ ἐκεῖνα οὐδέκοτε ἀτρεμίζον. (Cf. Bernays. Heracl. part. pr. pag. 10 et 21, atque in Mus. Rh. VII p. 103.) Denique huc pertinet Aristotelis locus Eudem. VII, 1 p. 1235 a : καὶ Ἡράκλειτος ἐπιτιμᾷ τῷ ποιήσαντι « ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο· » οὐ γὰρ ἂν εἶναι ἁρμονίαν μὴ ὄντος ὀξέος καὶ βαρέος, οὐδὲ τὰ ζῷα ἄνευ ἄῤῥενος καὶ θήλεος, ἐναντίων ὄντων.)

47. Ἀνθρώποισι γίνεσθαι ὁκόσα θέλουσι οὐκ ἄμεινον. Νοῦσος ὑγιείην ἐποίησε ἡδὺ καὶ ἀγαθόν, λιμὸς κόρον, κάματος ἀνάπαυσιν.

(Stobæus Floril. III, 83-84. Pro ἀνθρώποις, θέλουσιν et ἐποίησεν Ionum more scripsi ἀνθρώποισι, θέλουσι et ἐποίησε.)

48. Ἦ, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, τὸ μὴ δῦνον πῶς ἄν τινα λάθοι;

(Clemens Pæd. II, 10 p. 229. Correxi τινα λάθοι cum Schleiermachero; vulgo τις λάθοι.)

49. Πυρὸς ἀνταμείβεται πάντα, φησὶν ὁ Ἡράκλειτος, καὶ πῦρ ἁπάντων, ὥσπερ χρυσοῦ χρήματα καὶ χρημάτων χρυσός.

(Plutarchus de Ει apud Delphos cap. 8, vol. IX pag. 227. Cf. Heracl. Alleg. Homer. p. 468 [p. 92 ed. Mehl.] : πυρὸς γὰρ δὴ κατὰ τὸν φυσικὸν Ἡράκλειτον ἀμοιβῇ τὰ πάντα γίνεται. Eusebius Præp. Evang. XIV, 3 : ὁ δὲ Ἡράκλειτος ἀρχὴν τῶν πάντων ἔφη εἶναι τὸ πῦρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα γίνεται καὶ εἰς ὃ ἀναλύεται· ἀμοιβὴν γὰρ εἶναι τὰ πάντα. Aristoteles Phys. III, 5 : ἀδύνατον τὸ πᾶν κἂν ᾖ πεπερασμένον ἢ εἶναι ἢ γίνεσθαι ἕν τι αὐτῶν [τῶν στοιχείων], ὥσπερ Ἡράκλειτός φησιν ἅπαντα γίνεσθαί ποτε πῦρ, ad quem locum Simplicius : ὡς Ἡράκλειτος εἰς πῦρ λέγων καὶ ἐκ πυρὸς τὰ πάντα· et Themistius Paraphr. Phys. 33 b : ὥσπερ Ἡράκλειτος τὸ πῦρ οἴεται μόνον στοιχεῖον, καὶ ἐκ τούτου γεγονέναι τὸ πᾶν· ἐντεῦθεν γὰρ ἡμᾶς καὶ δεδίττεται, συμφλεγήσεσθαί ποτε τὸ πᾶν ἀπειλῶν, ἐπειδὴ διαλυθήσεται εἰς τοῦτο ἐξ οὗ καὶ γέγονε.)

50. Τὰ δὲ πάντα οἰακίζει κεραυνός.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 283 ed Miller. : λέγει δὲ καὶ τοῦ κόσμου κρίσιν καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτῷ διὰ πυρὸς γίνεσθαι, λέγων οὕτως· « τὰ δὲ πάντα οἰακίζει κεραυνός, » τουτέστι κατευθύνει· κεραυνὸν τὸ πῦρ λέγων τὸ αἰώνιον. Sic etiam Heracliti imitator Cleanthes hymn. in Jov. vs. 9—10 : τοῖον ἔχεις ὑποεργὸν ἀνικήτοις ἐνὶ χερσὶν ἀμφήκη, πυρόεντα, ἀειζώοντα κεραυνόν.).

51. Πάντα γὰρ τὸ πῦρ ἐπελθὸν κρινέει καὶ καταλήψεται.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 283 ed. Miller. : λέγει δὲ καὶ φρόνιμον τοῦτο εἶναι τὸ πῦρ καὶ τῆς διοικήσεως τῶν ὅλων αἴτιον· καλεῖ δὲ αὐτὸ χρησμοσύνην καὶ κόρον. Χρησμοσύνη δέ ἐστιν ἡ διακόσμησις κατ' αὐτόν, ἡ δὲ ἐκπύρωσις κόρος· « πάντα γάρ, φησί, τὸ πῦρ ἐπελθὸν κρινεῖ » κτλ. Requiritur autem κρινέει quod posui).

52. Θάνατός ἐστιν ὁκόσα ἐγερθέντες ὁρέομεν, ὁκόσα δὲ εὕδοντες ὕπνος.

(Clemens Strom. III, 3 p. 520.)

53. « Νέκυες γὰρ κοπρίων ἐκβλητότεροι » καθ' Ἡρά-

---

46. Atque, ut ait Heraclitus, idem est vivum et mortuum, vigilans ac dormiens, adolescens et senex, quia hæc in illa vicissimque mutantur.

47. Hominibus omnia quæ volunt contingere non conducit. Morbus sanitatem rem jucundam et bonam efficit, fames satietatem, labor quietem.

48. Vel, ut ait Heraclitus, quomodo quemquam fugiat ignis nunquam occidens?

49. Ita igni omnia mutantur, inquit Heraclitus, et ignis omnibus, ut ex auro pecunia fit atque e pecunia aurum.

50. Omnia vero fulmen gubernat.

51. Nam vagatus late ignis omnia secernet et corripiet.

52. Mortis imagines sunt quas experrecti, somni quas dormientes videmus.

53. *Cadavera enim magis ejicienda sunt quam fimus* secundum Heraclitum : omnis vero caro mortua est et cadaveris pars.

κλειτον· κρέας δὲ πᾶν νεκρὸν καὶ νεκροῦ μέρος. (Plutarchus Symposiac. lib. IV, 4, 3, vol. XI, p. 186. Verba κρέας δὲ πᾶν κτλ. Plutarchi sunt. Inepte Suidas v. Ἡράκλειτος ait : Ἡράκλειτος ἔφη ὀλιγωρεῖν πάντη τοῦ σώματος καὶ νομίζειν αὐτὸ καὶ κοπρίων ἐκβλητότερον· ἐκ τοῦ ῥάστου δὲ αὐτῷ τὰς θεραπείας ἀποπληροῦν, ἕως ἂν ὁ θεὸς ὥσπερ ὀργάνῳ τῷ σώματι χρῆσθαι ἐπιτάττῃ. Cf. Cedren. hist. p. 157. Quid? quod Celsus quoque Heracliti dictum in alienam sententiam detorsit. Locum ejus servavit Origenes contra Cels. V p. 588 : καὶ ψυχῆς μὲν αἰώνιον βιοτὴν δύναιτ' ἂν παρασχεῖν· νέκυες δέ, φησὶν Ἡράκλειτος, κοπρίων ἐκβλητότεροι· σάρκα δὴ . . . αἰώνιον ἀποφῆναι . . . οὔτε βουλήσεται ὁ θεός, οὔτε δυνήσεται. Heracliteam locutionem κοπρίων ἐκβλητότερος adnotavit etiam Pollux Onomast. V, 163. Hinc apud Sextum legitur adv. Math. VIII, 286 : καὶ μὴν ῥητῶς ὁ Ἡράκλειτός φησι τὸ μὴ εἶναι λογικὸν τὸν ἄνθρωπον, μόνον δ' ὑπάρχειν φρενῆρες τὸ περιέχον· et apud Philostratum Ep. 18 : Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς ἄλογον εἶναι κατὰ φύσιν ἔφησε τὸν ἄνθρωπον. Hoc de solis mortuis accipiendum, qui quia animam de cœlo non ducunt rationis expertes Ephesio philosopho videbantur.)

54. Ἐνθάδε ἐόντας ἐπανίστασθαι καὶ φύλακας γίνεσθαι ἐγερτὶ ζώντων καὶ νεκρῶν.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 283 ed. Miller. : λέγει δὲ καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν ταύτης φανερᾶς ἐν ᾗ γεγενήμεθα, καὶ τὸν θεὸν οἶδε ταύτης τῆς ἀναστάσεως αἴτιον οὕτως λέγων· « Ἔνθα δ' ἐόντι ἐπανίστασθαι καὶ φύλακας γίνεσθαι ἐγερτιζόντων καὶ νεκρῶν. » Emendavit hæc Bernaysius in Mus. Rh. IX p. 245. Fallitur Hippolytus carnis resurrectionem quæ christianæ religionis propria est Heraclito tribuens. Nos existimamus Ephesium philosophum mortuorum animos vivorum custodes esse voluisse. Qua in re secutus est Hesiodum Op. et Dieb. vs. 121-122 ita canentem : τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς, ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων. Quod autem vigilanter viventes et mortuos opponit, id eo valet, ut vigilantes et dormientes atque adeo sapientes et insipientes intelligantur.)

55. εἶναι γὰρ ἓν τὸ σοφὸν ἐπίστασθαι γνώμην οἵην τε ἐγκυβερνῆσαι πάντα διὰ πάντων.

(Diogenes Laertius lib IX, 1, cujus membranæ habent γνώμην ἥτε οἱ (al. ὅτε ᾗ) ἐγκυβερνήσει. Sensus flagitat quod edidi οἵην τε ἐγκυβερνῆσαι vel ἐγκυβερνῆν i. e. ἐγκυβερνᾶν. Similis est locus apud Hippocratem περὶ διαίτης I pag. 639 ed Kühn. : τοῦτο (τὸ πῦρ) πάντα διὰ παντὸς κυβερνᾷ· quæ verba Heracliteis supra adnumeravi ad fragm. 46. Videtur autem Heraclitus κυβερνᾶν et οἰακίζειν (fragm. 50) promiscue usurpasse. Ephesii hominis effatum sic imitatus est Cleanthes hymn. in Jov. vs. 31-34 : ἀλλὰ Ζεῦ πάνδωρε, κελαινεφές, ἀρχικέραυνε, ἀνθρώπους ῥύοιο ἀπειροσύνης ἀπὸ λυγρῆς, ἣν σύ, πάτερ, σκέδασον ψυχῆς ἄπο, δὸς δὲ κυρῆσαι γνώμης, ᾗ πίσυνος σὺ δίκης μέτα πάντα κυβερνᾷς.)

56. Νόμος καὶ βουλὴ πείθεσθαι ἑνός.

(Clemens Strom. V, 14 p. 718. Sic et Herodotus lib. I, 126 πείθεσθαί τινος dixit, quum Atticos plerumque πείθεσθαί τινι dixisse constet. Huc pertinent Heracliti verba apud Stobæum Flor. III, 84 : σωφρονέειν ἀρετὴ μεγίστη, καὶ σοφίη ἀληθέα λέγειν καὶ ποιέειν κατὰ φύσιν ἐπαΐοντας, quæ tamen fragm. 55 consideranti vix Ephesii philosophi esse videbuntur. De reliquo unus ille quem Heraclitus sequendum censet aut ipse Jupiter est aut quicunque divinæ mentis (γνώμης) interpres habetur.)

57. Καθάπτεται δὲ καὶ τῶν Ἐφεσίων ἐπὶ τῷ τὸν ἑταῖρον ἐκβαλεῖν Ἑρμόδωρον, ἐν οἷς φησιν· « Ἄξιον Ἐφεσίοισι ἡβηδὸν ἀποθανέειν πᾶσι καὶ τοῖσι ἀνήβοισι τὴν πόλιν καταλιπέειν, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἑωυτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον λέγοντες· Ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω· εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων. »

(Diogenes Laertius lib IX, 2. Vulgavi ἀποθανέειν et καταλιπέειν; codd. ἀποθανεῖν et καταλιπεῖν. Iisdem prope verbis hæc narrat Cicero Tusc. V, 36. Minus accurate Iamblichus de vit. Pyth. s. 173 : οὐ γὰρ καθάπερ Ἡράκλειτος Ἐφεσίοις γράψειν ἔφη τοὺς νόμους, ἀπάγξασθαι τοὺς πολίτας ἡβηδὸν κελεύσας. In paucis a Laertio discrepat Strabo lib. XIV p. 642 ed. Cas.)

---

54. Hic commorantes excitari et custodes fieri vigilanter viventium et mortuorum.

55. Esse enim unam sapientiam, nosse mentem ea potentia præditam, ut omnia omnino gubernet.

56. Lex et consilium est uni obedire.

57. Reprehendit etiam Ephesios quod sodalem suum Hermodorum ejecissent, dicens : « Merentur universi Ephesii adulti, ut morte afficiantur, impuberes vero ut urbem relinquant, quia Hermodorum præstantissimum civem patria expellentes ita locuti sunt : Nemo de nobis unus excellat; sed si quis talis exstiterit, alibi et cum aliis degat. »

58. Διὸ δεῖ ἕπεσθαι τῷ ξυνῷ· τοῦ λόγου δὲ ἐόντος ξυνοῦ ζώουσιν οἱ πολλοὶ ὡς ἰδίαν ἔχοντες φρόνησιν.

(Sextus Empiricus adv. Math. VII, 133. Sequuntur apud eum hæc : Ἡ δ' ἐστὶν οὐκ ἄλλο τι ἢ ἐξήγησις τοῦ τρόπου τῆς τοῦ παντὸς διοικήσεως. Διὸ καθότι ἂν αὐτοῦ τῆς μνήμης κοινωνήσωμεν ἀληθεύομεν, ἃ δὲ ἂν ἰδιάσωμεν ψευδόμεθα, quæ interpretis potius quam ipsius Heracliti esse dicas. Sed illius ξυνοῦ λόγου ita meminit Heraclitus apud M. Anton. IV, 46, ut a γνώμῃ (fragm. 55) non distinguat. Apponam integrum locum, cujus tamen magna pars cum aliis fragmentis conjungenda est : Ἀεὶ τοῦ Ἡρακλειτείου μεμνῆσθαι ὅτι γῆς θάνατος ὕδωρ γενέσθαι, καὶ ὕδατος θάνατος ἀέρα γενέσθαι, καὶ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν. Μεμνῆσθαι δὲ καὶ τοῦ ἐπιλανθανομένου ᾗ ἡ ὁδὸς ἄγει· καὶ ὅτι, ᾧ μάλιστα διηνεκῶς ὁμιλοῦσι λόγῳ, τῷ τὰ ὅλα διοικοῦντι τούτῳ διαφέρονται· καὶ οἷς καθ' ἡμέραν ἐγκυροῦσι ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνεται· καὶ ὅτι οὐ δεῖ ὥσπερ καθεύδοντας ποιεῖν καὶ λέγειν· καὶ ὅτι οὐ δεῖ ὡς παῖδας τοκέων, τοῦτ' ἔστι κατὰ ψιλὸν καθότι παρειλήφαμεν.)

59. Ψυχῇσι θάνατος ὕδωρ γενέσθαι, ὕδατι δὲ θάνατος γῆν γενέσθαι· ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή.

(Clemens Strom. VI, 2 : Ἡράκλειτος ἐκ τούτων συνιστάμενος τοὺς λόγους ὧδέ πως γράφει· ψυχῇσι κτλ. Cf. Philo de mund. incorr. p. 958 : Εὖ καὶ ὁ Ἡράκλειτος ἐν οἷς φησι ψυχῇσι θάνατος γῆν γενέσθαι. Apud Proclum in Tim. p. 36 (p. 83 ed. Schneider.) : καὶ ἄλλος οὗτος ψυχῶν τῶν νοερῶν θάνατος ὑγρῇσι γενέσθαι, φησὶν Ἡράκλειτος, Heracliti orationem insertis verbis τῶν νοερῶν et pro nomine ὕδωρ epitheto ὑγρῇσι posito interpolatam invenimus. Verbis Heracliteis Philo subjungit : Ψυχὴν γὰρ οἰόμενος εἶναι τὸ πνεῦμα, τὴν μὲν ἀέρος τελευτὴν γένεσιν ὕδατος, τὴν δ' ὕδατος γῆς πάλιν γένεσιν αἰνίττεται, quod improbandum. Nam illud περιέχον unde prudentiam et intelligentiam ducimus Heraclito judice est φρενῆρες et igneum. Sextus Empiricus adv. Math. VII, 126 : Τοῦτον δὴ τὸν θεῖον λόγον καθ' Ἡράκλειτον δι' ἀναπνοῆς σπάσαντες νοεροὶ γινόμεθα. Plutarchus de Is. et Osir. cap. 77, vol. IX p. 208 : Οὐκ ἐν χροιαῖς γάρ, οὐδ' ἐν σχήμασιν, οὐδ' ἐν λειότησιν ἐγγίνεται τὸ θεῖον, ἀλλ' ἀτιμοτέραν ἔχει νεκρῶν μοῖραν, ὅσα μὴ μετέσχε, μηδὲ μετέχειν τοῦ ζῆν πέφυκεν. Ἡ δὲ ζῶσα καὶ βλέπουσα καὶ κινήσεως ἀρχὴν ἐξ αὑτῆς ἔχουσα καὶ γνῶσιν οἰκείων καὶ ἀλλοτρίων φύσις ἄλλως τε (leg. ὅλως) ἔσπακεν ἀποῤῥοὴν καὶ μοῖραν ἐκ τοῦ φρονοῦντος, ὅπως κυβερνᾶται τὸ σύμπαν καθ' Ἡράκλειτον.)

60. Ὁ δὲ Ἡράκλειτός φησιν, ὅτι καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς ἐστι καὶ ἐν τῷ τεθνάναι.

(Sextus Empiricus Pyrrh. III, 230, qui Heracliti verba paululum immutavit. Hic enim sine dubio ζώειν, ἀποθανέειν et ἡμέας scripsit. Cf. Philo Alleg. leg. I fin. : μονονοὺ καὶ ὁ Ἡράκλειτος, κατὰ τοῦτο Μωϋσέως ἀκολουθήσας τῷ δόγματί φησι· Ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον· ὡς νῦν μὲν ὅτε ἐνζῶμεν τεθνηκυίας τῆς ψυχῆς καὶ ὡς ἂν ἐν σήματι τῷ σώματι ἐντετυμβευμένης. Hierocles in carm. aur. p. 142 : Διὸ καὶ ἐπαμφοτερίζει ταῖς σχέσεσιν, ὅτε μὲν ἐκεῖ ζῶσα τὴν νοερὰν εὐζωΐαν, ὅτὲ δὲ ἐνταῦθα τὴν αἰσθητικὴν ἐμπάθειαν προσλαμβάνουσα. Ἔνθεν καὶ λέγεται ὀρθῶς ὑπὸ Ἡρακλείτου, ὅτι ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον. Similiter Numenius apud Porphyrium de Antro p. 256 ed. Cantabr. : καὶ ἀλλαχοῦ δὲ φάναι ζῆν ἡμᾶς τὸν ἐκείνων [τῶν ψυχῶν] θάνατον, καὶ ζῆν ἐκείνας τὸν ἡμέτερον θάνατον. Ad perpetuam tam vitæ mortisque quam divinitatis humanitatisque conjunctionem referendum et illud est effatum quod servavit Diogenes lib. IX, 7 : πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη, et alterum quod exstat apud Aristotelem de partt. anim. I, 5 p. 645 a ed. Bekk. : Καὶ καθάπερ Ἡράκλειτος λέγεται πρὸς τοὺς ξένους εἰπεῖν τοὺς βουλομένους ἐντυχεῖν αὐτῷ ....ἐκέλευε γὰρ αὐτοὺς εἰσιέναι θαῤῥοῦντας· εἶναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεούς.)

61. Καὶ τοῖσι ἀγάλμασι τουτέοισι εὔχονται, ὁκοῖον εἴ τις τοῖσι δόμοισι λεσχηνεύοιτο, οὔτε γινώσκων θεοὺς οὔτε ἥρωας οἵτινές εἰσι.

(Origenes contra Cels. VII p. 738 : καὶ μὴν καὶ Ἡράκλειτος ὧδέ πως ἀποφαίνεται· Καὶ τοῖς ἀγάλμασι κτλ. ὁ μέν γε μάλα ἀποῤῥήτως ὑποσημαίνει ἠλίθιον τὸ τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι, ἐὰν μὴ γιγνώσκῃ τις θεοὺς καὶ ἥρωας οἵτινές εἰσιν. Clemens Cohort. c. IV p. 44 : Σὺ δὲ ἀλλ' εἰ μὴ

---

58. Quapropter rem omnibus communem sequi oportet : quamvis autem ratio sit communis, vulgus tamen vivit quasi propria quadam intelligentia præditum sit.

59. Animorum mors est eorum in aquam transitus, aqua item in terram mutata interit; e terra autem aqua fit, ex aqua animus.

60. Heraclitus vero ait et vitam et mortem in nostra vita nostraque morte inesse.

61. Atque has statuas precantur, velut si quis cum domibus sermocinetur, ignorans qui dii et qui heroes sint.

προφήτιδος ἐπακούεις, τοῦ γε σοῦ ἄκουσον φιλοσόφου, τοῦ Ἐφεσίου Ἡρακλείτου τὴν ἀναισθησίαν ὀνειδίζοντος τοῖς ἀγάλμασι· Καὶ ἀγάλμασι κτλ. Suspectum quidem hoc fragmentum est, sed Ephesio philosopho non indignum, modo ita explicetur, ut eum vulgares de diis opiniones despexisse et sprevisse dicamus.)

62. Θεοὶ θνητοὶ ἄνθρωποί τ' ἀθάνατοι, ζῶντες τὸν ἐκείνων θάνατον, θνήσκοντες τὴν ἐκείνων ζωήν.

(Heraclitus Alleg. Homer. p. 51 ed. Mehler.: ὁ γοῦν σκοτεινὸς Ἡράκλειτος ἀσαφῆ καὶ διὰ συμβόλων εἰκάζεσθαι δυνάμενα θεολογεῖ τὰ φυσικά, δι' ὧν φησι· Θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρ. κτλ. Transposui τ' quod post ἄνθρωποι legitimam habet sedem aut omnino delendum est. Cf. Hippolytus Refut. Hæres. p. 282: Λέγει δὲ ὁμολογουμένως τὸ ἀθάνατον εἶναι θνητὸν καὶ τὸ θνητὸν ἀθάνατον διὰ τῶν τοιούτων λόγων· « ἀθάνατοι θνητοί, θνητοὶ ἀθάνατοι, ζῶντες τὸν ἐκείνων θάνατον, τὸν δὲ ἐκείνων βίον τεθνεῶτες. » Maximus Tyrius Diss. X p. 107: Σκόπει καὶ τὸν Ἡράκλειτον· θεοὶ θνητοί, ἄνθρωποι ἀθάνατοι. Clemens Pæd. III, 1 p. 251: Ὀρθῶς ἄρα εἶπεν Ἡράκλειτος Ἄνθρωποι θεοί, θεοὶ ἄνθρωποι. Hinc Schleiermacherus conjecit Heraclitum scripsisse ἄνθρωποι θεοὶ θνητοί, θεοί τ' ἄνθρωποι ἀθάνατοι κτλ., sed hoc incertum est. Ad illustrandum hunc locum idonea fortasse sunt quæ apud Stobæum Eclog. I p. 906 (tom. I pag. 386 ed. Gaisf.) reperiuntur: Ἡράκλειτος μὲν γὰρ... ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω τὰς ψυχὰς διαπορεύεσθαι ὑπείληφε, nisi melior auctor Theodoretus videtur t. IV p. 822 scribens: Ὁ δὲ Ἡράκλειτος τὰς ἀπαλλαττομένας τοῦ σώματος (ψυχὰς) εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἀναχωρεῖν ψυχὴν ἔφησεν, οἷα δὴ ὁμογενῆ τε οὖσαν καὶ ὁμοούσιον.)

63. Ἀνθρώπους μένει ἀποθανόντας ἅσσα οὐχ ἔλπονται οὐδὲ δοκέουσι.

(Clemens Strom. IV, 21: Συνᾴδειν τούτῳ καὶ ὁ Ἡράκλειτος φαίνεται, δι' ὧν φησι περὶ τῶν ἀνθρώπων διαλεγόμενος· Ἀνθρώπους κτλ. Theodoretus vol. IV p. 913 ed. Hal.: ἐκεῖνο δὲ τοῦ Ἡρακλείτου μάλα θαυμάζω, ὅτι μένει τοὺς ἀνθρώπους ἀποθνήσκοντας ὅσα κτλ. Huc spectat etiam Heracliti dictum quod e Plutarcho, ut videtur, sumtum affert Stobæus: Ἐπεὶ τήν γε πεισθεῖσαν [ψυχὴν] ὅσα ἀνθρώπους περιμένει τελευτήσαντας καθ' Ἡράκλειτον οὐδὲν ἂν κατάσχοι. Conf. Clemens Cohort. II p. 18.)

64. Ἀρηϊφάτους γάρ, φησίν, οἱ θεοὶ τιμῶσι καὶ ἄνθρωποι.

(Theodoretus vol. IV p. 913 ed. Hal.: Ὁ δέ γε Ἡράκλειτος καὶ τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις ἀναιρεθέντας πάσης ἀξίους ὑπολαμβάνει τιμῆς. Ἀρηϊφάτους γάρ κτλ.)

65. Μόροι γὰρ μέζονες μέζονας μοίρας λαγχάνουσι καθ' Ἡράκλειτον.

(Clemens Strom. IV, 7; item Theodoretus vol. IV p. 913 ed. Hal. μόροι γὰρ μείζονες μείζονας κτλ.)

66. Ἐπειδὰν γένωνται, ζώειν ἐθέλουσι μόρους τ' ἔχειν, μᾶλλον δὲ ἀναπαύεσθαι, καὶ παῖδας καταλείπουσι μόρων γενέσθαι.

(Clemens Strom. III, 3: Ἡράκλειτος γοῦν κακίζων φαίνεται τὴν γένεσιν· Ἐπειδάν, φησί, γενόμενοι—μόρους γενέσθαι. Mutavi γενόμενοι in γένωνται et μόρους in μόρων. Verba μᾶλλον δὲ ἀναπαύεσθαι fortasse a Clemente adjecta sunt.)

67. Τῷ οὖν τόξῳ ὄνομα βιός, ἔργον δὲ θάνατος.

(Etymol. magn. v. βίος: Ἔοικε δὲ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων ὁμωνύμως λέγεσθαι βιὸς τὸ τόξον καὶ ἡ ζωή. Ἡράκλειτος οὖν ὁ σκοτεινός· τῷ οὖν τόξῳ κτλ. Ludit Heraclitus βίου et βιοῦ nominibus confusis. Propriam Ionicæ dialecti et Heracliteæ dictionis vocem Suidas memorat: Ἀμβισβατεῖν· ἔν τισι δὲ τὸ ἀμφισβητεῖν. Ἴωνες δὲ καὶ ἀγχιβατεῖν, καὶ ἀγχιβασίην Ἡράκλειτος.)

68. Ἡράκλειτος ἔφη ὡς ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων.

(Stobæus Floril. CIV, 23. Sic et Plutarchus Quæst. Plat. vol. XIII p. 251, nisi quod pro ἀνθρώπῳ habet ἀνθρώπου. Idem comparat Menandri illud: Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. Præterea Alexander Aphrodisiensis de Fato 56: Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς εὕροι τις ἂν παρὰ τὴν φυσικὴν κατασκευὴν διαφόρους γινομένας ἑκάστῳ τάς τε προαιρέσεις καὶ τὰς πράξεις καὶ τοὺς βίους· ἦθος γὰρ ἀνθρώπῳ δαίμων κατὰ τὸν Ἡράκλειτον, τοῦτ' ἔστι φύσις.)

69. Χαλεπὸν θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνέεται.

---

62. Dii mortales hominesque immortales, viventes illorum mortem, morientes illorum vitam.

63. Homines mortuos manent quæ neque sperant neque credunt.

64. Namque in bello, inquit, cæsos dii honorant atque homines.

65. Mortes enim acerbiores secundum Heraclitum majore mercede compensantur.

66. Quando nati sunt, vivere volunt mortemque obire, vel potius acquiescere, atque filios relinquunt morituros.

67. Arcûs nomen vita (βιος, *quod græce utrumque significat*), opus mors est.

68. Heraclitus dixit ingenium homini numen esse.

69. Difficile est iræ resistere, hæc enim animâ emit (quod cupit).

(Aristoteles Ethic. Eudem. lib. II cap. 7 : Ἔοικε δὲ καὶ Ἡράκλειτος λέγειν, εἰς τὴν ἰσχὺν τοῦ θυμοῦ βλέψας, ὅτι λυπηρὰ ἡ κώλυσις αὐτοῦ· χαλεπὸν γάρ, φησί, θυμῷ κτλ. Vulgavi ὠνέεται pro membranarum scriptura ὠνεῖται. Id. Ethic. Nicomach. lib. II cap. 2 : Ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος. Id. Polit. lib. V cap. 11 : Καθάπερ καὶ Ἡράκλειτος εἶπε, χαλεπὸν φάσκων εἶναι θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖσθαι. Plutarchus Coriolan. p. 224 : Μαρτυρίαν ἀπέλιπε τῷ εἰπόντι θυμῷ μάχεσθαι χαλεπόν· ὃ γὰρ ἂν θέλῃ, ψυχῆς ὠνεῖται. Id. de Ira p. 457 et Amat. p. 755 : Ἔρωτι γὰρ μάχεσθαι χαλεπόν, οὐ θυμῷ, καθ' Ἡράκλειτον· ὅ, τι γὰρ ἂν θελήσῃ, καὶ ψυχῆς ὠνεῖται καὶ χρημάτων καὶ δόξης, ubi postrema non sunt Heraclitea. Iamblichus Protrept. p. 140 : Μάρτυς τοῖς λεχθεῖσιν Ἡράκλειτος· θυμῷ γάρ φησι μάχεσθαι χαλεπόν· ὅ, τι γὰρ ἂν χρήζῃ γίγνεσθαι, ψυχῆς ὠνέεται. Cf. Democrit. fragm. moral. 77.)

70. Ἀνὴρ ὁκόταν μεθυσθῇ, ἄγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνήβου σφαλλόμενος, οὐκ ἐπαΐων ὅκη βαίνει, ὑγρὴν την ψυχὴν ἔχων.

(Stobæus Flor. V, 120.)

71. Οὗ γῆ ξηρή, ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη.

(Philo apud Eusebium Præp. Evang. VIII, 14 : Μόνη γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἀψευδῶς ἀνθρωπογονεῖ... τὸ δ' αἴτιον, λεπτότητι ἀέρος ἡ διάνοια πέφυκεν ἀκονᾶσθαι· διὸ καὶ Ἡράκλειτος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ φησιν· Οὗ γῆ κτλ.)

72. Αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη.

(Stobæus Flor. V, 120. Sed alii aliter hanc sententiam referunt. Porphyrius de Antr. c. XI pag. 207 ed. Cantabr. : αὐτὸς δέ φησιν Ἡράκλειτος, ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη. Glycas Annal. p. 74 : Ψυχὴ ξηροτέρη σοφωτέρη· et p. 116 ξηροτέρη ψυχὴ σοφωτέρη. Plutarchus de orac. def. cap. 41, vol. IX p. 367 : Ἅμα δ' ἄν τις οὐκ ἀλόγως καὶ ξηρότητα φαίη μετὰ τῆς θερμότητος ἐγγινομένην λεπτύνειν τὸ πνεῦμα καὶ ποιεῖν αἰθερῶδες καὶ καθαρόν· αὕτη γὰρ ξηρὰ ψυχὴ καθ' Ἡράκλειτον. Id. Romul. cap. 28, vol. I p. 82 : Ἥκει γὰρ ἐκεῖθεν, ἐκεῖ δ' ἄνεισιν· οὐ μετὰ σώματος, ἀλλ' ἐὰν ὅτι μάλιστα σώματος ἀπαλλαγῇ, καὶ διακριθῇ, καὶ γένηται καθαρὸν παντάπασι καὶ ἄσαρκον καὶ ἁγνόν· αὕτη γὰρ ψυχὴ ξηρή, ἀρίστη καθ' Ἡράκλειτον.)

73. Αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη.

(Galenus de animi moribus temperamento corporis obsequentibus t. V p. 450 ed. Chart. : Ἀλλ' εἰ καὶ ξηρότητα μὴ ξυγχωρῆσαι ἐναντίαν (leg. αἰτίαν) εἶναι συνέσεως, εἴ γε μὴν (leg. ὡς εἴρηται) ὑφ' Ἡρακλείτου· καὶ γὰρ οὗτος οὕτως εἶπεν, αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη, τὴν ξηρότητα πάλιν ἀξιῶν εἶναι συνέσεως αἰτίαν· τὸ γὰρ τῆς αὐγῆς ὄνομα τοῦτ' ἐνδείκνυται. Subjungit autem ἐννοήσαντας καὶ τοὺς ἀστέρας αὐγοειδεῖς τε ἅμα καὶ ξηροὺς ὄντας, ἄκραν σύνεσιν ἔχειν. Conf. Stob. Floril. XVII, 43 : Ἡμᾶς δ' ὁμοιοτάτην ταύτῃ προσφέρεσθαι τροφὴν ἂν ἔφη, εἰ τὴν κουφοτάτην καὶ καθαρωτάτην προσφεροίμεθα· οὕτω δ' ἂν καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ὑπάρχειν καθαράν τε καὶ ξηράν, ὁποία οὖσα ἀρίστη καὶ σοφωτάτη εἴη ἄν, καθάπερ Ἡρακλείτῳ δοκεῖ λέγοντι οὕτως « αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. » Clemens Pædag. II, 2 p. 184 : Οὕτω δ' ἂν καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπάρξει καθαρὰ καὶ ξηρὰ καὶ φωτοειδής· Αὐγὴ δὲ ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη· ταύτῃ δὲ καὶ ἐποπτική, κτλ. Plutarchus de Esu carnium orat. 1, vol. XIII p. 238 : Αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον, ἔοικεν.)

74. Αὕτη γὰρ ψυχὴ ξηρὴ ἀρίστη καθ' Ἡράκλειτον ὥσπερ ἀστραπὴ νέφους διαπταμένη τοῦ σώματος.

(Plutarchus Romul. c. 28, vol. I p. 82. Conf. Clemens Pæd. II, 2 : Οὐδὲ ἔσται κάθυγρος ταῖς ἐκ τοῦ οἴνου ἀναθυμιάσεσι νεφέλης δίκην σωματοποιουμένη. Sextus Empiricus adv. Math. VII, 129 : Ὅνπερ οὖν τρόπον οἱ ἄνθρακες πλησιάσαντες τῷ πυρὶ κατ' ἀλλοίωσιν διάπυροι γίγνονται, χωρισθέντες δὲ σβέννυνται, οὕτω καὶ ἡ ἐπιξενωθεῖσα τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος μοῖρα κατὰ μὲν τὸν χωρισμὸν σχεδὸν ἄλογος γίγνεται, κατὰ δὲ τὴν διὰ τῶν πλείστων πόρων σύμφυσιν ὁμοειδὴς τῷ ὅλῳ καθίσταται. Plutarchus de Superstitione cap. 3, vol. VIII pag. 60 : Ὁ Ἡράκλειτός φησι, τοῖς ἐγρηγορόσιν ἕνα καὶ κοινὸν κόσμον εἶναι, τῶν δὲ κοιμωμένων ἕκαστον εἰς ἴδιον ἀποστρέφεσθαι. M. Antoninus VI, 42 : Καὶ τοὺς καθεύδοντας, οἶμαι, ὁ Ἡράκλειτος ἐργάτας εἶναι λέγει καὶ συνεργοὺς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων.)

75. Ἄνθρωπος ἐν εὐφρόνῃ φάος ἅπτει ἑαυτῷ· ἀποθανὼν ἀποσβεσθείς. Ζῶν δὲ ἅπτεται τεθνεῶτος εὕδων· ἀποσβεσθεὶς ὄψεις ἐγρηγορὼς ἅπτεται εὕδοντος.

(Clemens Strom. IV, 22 : Ὅσα δ' αὖ περὶ

---

70. Vir ebrius titubat et ab impubere puero ducitur, animam habens udam, ignarus quorsum eat.

71. Ubi terra sicca, ibi etiam animus sapientissimus et optimus est.

72. Animus siccus sapientissimus et optimus est.

73. Lux sicca animus sapientissimus est.

74. Is enim est animus, ut Heraclitus censebat, siccus eoque optimus, qui per corpus ut per nubes fulmen pervolat.

75. Homo noctu sibi ipsi lumen accendit : at mortuus

ὕπνου λέγουσι, τὰ αὐτὰ χρὴ καὶ περὶ θανάτου ἐξακούειν· ἑκάτερος γὰρ δηλοῖ τὴν ἀπόστασιν τῆς ψυχῆς, ὁ μὲν μᾶλλον ὁ δὲ ἧττον· ὅπερ ἐστὶ καὶ περὶ (leg. παρὰ) Ἡρακλείτου λαβεῖν (leg. μαθεῖν)· Ἄνθρωπος ἐν εὐφρόνῃ κτλ.)

76. Οὗτος τὴν οἴησιν ἱερὰν νόσον ἔλεγε.

(Hesychius Milesius v. Ἡράκλειτος. Nolui ionice ἱρὴν νοῦσον ponere. Hoc Heracliti effatum intuitus Philostratus Opp. p. 391 ait : Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς ἄλογον εἶναι κατὰ φύσιν ἔφησε τὸν ἄνθρωπον· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, ὥσπερ ἀληθές ἐστιν, ἐγκαλυπτέος ἕκαστος ὁ ματαίως ἐν δόξῃ γενόμενος. Perperam Heraclito tribuitur sententia apud S. Maximum t. II p. 557 ed. Combefis. : Ἡ εὔκαιρος χάρις λιμῷ καθάπερ τροφὴ ἁρμόττουσα τὴν τῆς ψυχῆς ἔνδειαν ἰᾶται· et altera p. 646 : Συντομωτάτην ὁδὸν ὁ αὐτὸς ἔλεγεν εἰς εὐδοξίαν τὸ γενέσθαι ἀγαθόν.)

77. Ἦθος γὰρ ἀνθρώπειον μὲν οὐκ ἔχει γνώμας, θεῖον δὲ ἔχει.

(Origenes contra Cels. VI p. 698 : Καὶ ἐντίθεταί γε Ἡρακλείτου λέξεις, μίαν μὲν ἐν ᾗ φησιν· Ἦθος κτλ.)

78. Ἀνὴρ νήπιος ἤκουσε πρὸς δαίμονος, ὅκωσπερ παῖς πρὸς ἀνδρός.

(Origenes contra Cels. VI p. 698 : ἑτέραν δέ, Ἀνὴρ νήπιος κτλ.)

79. Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐπτοῆσθαι φιλέει.

(Plutarchus de audiendis poetis cap. 8, vol. VII p. 103. Idem de Auditione cap. 5 p. 137 : Καὶ τὸν Ἡράκλειτον οὐκ ἐλέγχουσιν εἰπόντα· Βλὰξ ἄνθρωπος κτλ. Utroque loco legitur φιλεῖ quod mutavi in φιλέει.)

80. Δίκης ὄνομα οὐκ ἂν ᾔδεσαν, εἰ ταῦτα μὴ ἦν.

(Clemens Strom. IV, 3 p. 568 : Δικαίῳ γὰρ οὐ κεῖται νόμος, ἡ γραφή φησιν· καλῶς οὖν Ἡράκλειτος, Δίκης ὄνομα, φησίν, κτλ.)

81. Εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ πομπὴν ἐποιοῦντο καὶ ὕμνεον ᾆσμα αἰδοίοισι, ἀναιδέστατα ἂν εἴργαστο, φησὶν Ἡράκλειτος· ωὑτὸς δὲ Ἀΐδης καὶ Διόνυσος ὅτεῳ μαίνονται καὶ ληναΐζουσι.

(Clemens Cohort. c. II p. 30. Scripsi ἀναιδέστατα ἂν εἴργαστο; vulgo ἀναιδέστατα εἴργασται. Cf. Plutarchus de Isid. et Osir. cap. 28, vol. IX p. 139 : Καὶ μέντοι Ἡρακλείτου τοῦ φυσικοῦ λέγοντος Ἅδης καὶ Διόνυσος οὗτος, ὅτε οὖν μαίνονται καὶ ληραίνουσιν [leg. ωὑτὸς ὅτεῳ μαίνονται καὶ ληναΐζουσι]. Adde alium Clementis locum : Πρὸς δὲ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων οὕστινας μένει τελευτήσαντας ἅσσα οὐδὲ ἔλπονται, τίσι δὴ μαντεύεται Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος; Νυκτιπόλοις, μάγοις, βάκχοις, ληναῖς, μύσταις· τούτοις ἀπειλεῖ τὰ μετὰ θάνατον, τούτοις μαντεύεται τὸ πῦρ. Præterea memoranda exquisitior explicatio cujus Plutarchus l. c. meminit : Οἱ γὰρ ἀξιοῦντες Ἅδην λέγεσθαι τὸ σῶμα, τῆς ψυχῆς οἷον παραφρονούσης καὶ μεθυούσης ἐν αὐτῷ, γλίσχρως ἀλληγοροῦσιν.)

82. Τίς γὰρ αὐτῶν, φησί, νόος ἢ φρήν;

(Proclus Comment. in Plat. Alcibiad. p. 255 ed. Creuzer. : ὀρθῶς οὖν καὶ ὁ γενναῖος Ἡράκλειτος ἀποσκορακίζει τὸ πλῆθος ὡς ἄνουν καὶ ἀλόγιστον· Τίς γὰρ κτλ.; ὅτι οἱ πολλοὶ κακοί, ὀλίγοι δὲ ἀγαθοί. Ταῦτα μὲν Ἡράκλειτος. Quare idem in Tim. p. 106 E (p. 252 ed. Schneider.) : ἀλλ' Ἡράκλειτος μὲν ἑαυτὸν πάντα εἰδέναι λέγων πάντας τοὺς ἄλλους ἀνεπιστήμονας ποιεῖ. Cæterum verba μὴ εἰκῇ περὶ τῶν μεγίστων συμβαλώμεθα, quæ Diogenes Laertius IX, 73 Heraclito ascribit, posteriorem ætatem redolent, neque pro Heracliteis haberi possunt.)

83. Ποταμοῖς τοῖς αὐτοῖς ἐμβαίνομέν τε καὶ οὐκ ἐμβαίνομεν, εἶμέν τε καὶ οὐκ εἶμεν.

(Heraclitus Alleg. Hom. p. 51 ed. Mehler. Conf. supra fragm. 21 et 22.)

84. Ὁ δὲ Ἡράκλειτος ὡς μέγα τι καὶ σεμνὸν διαπεπραγμένος, Ἐδιζησάμην, φησίν, ἐμεωυτόν· καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων θειότατον ἐδόκει τὸ Γνῶθι σαυτόν.

(Plutarchus adv. Colot. cap. 20, vol. XIV p. 172. Patet e Plutarchi explicatione illud ἐδιζησάμην ἐμεωυτὸν ab Ephesio philosopho de

---

exstinctus est. Vivus autem dormiens mortuum necessitudine ita attingit, ut cæcus vigilans ad dormientis similitudinem accedit.

76. Hic arrogantem de se persuasionem sacrum morbum appellabat.

77. Humanum enim ingenium non habet prudentiam, divinum vero habet.

78. Homo stultus e deo aliquid audivit, ut puer e viro.

79. Homo stupidus quavis oratione solet percelli.

80. Justitiæ nomen ignorarent, nisi hæc supplicia essent.

81. Etenim nisi Dionyso pompam celebrarent canerentque carmen in pudenda conditum, impudentissimi in factis essent, inquit Heraclitus. Idem vero Orcus ac Dionysus cujus amore furunt et bacchantur.

82. Quæ enim, inquit, eorum mens aut prudentia est?

83. In eosdem fluvios descendimus ac non descendimus; sumus ac non sumus.

84. Heraclitus vero tanquam re magna et præclara gesta : Quæsivi, inquit, me ipsum. Atque inter ea quæ Delphis scripta sunt maxime divinum illud videbatur : Nosce te ipsum.

sui cognitione dictum significare : *operam dedi ut me ipsum noscerem.* Sic et Suidas (v. Ποστοῦμος) : οὔκουν ἀπεικὸς ἦν.... λόγον λέγειν ἐκεῖνον, ὅνπερ οὖν Ἡράκλειτος εἶπε περὶ αὐτοῦ Ἐμεωυτὸν ἐδιζησάμην. Inde orta videtur sententia quæ sub Heracliti nomine fertur apud Stobæum Floril. V, 119 : ἀνθρώποισι πᾶσι μέτεστι γινώσκειν ἑωυτοὺς καὶ σωφρονέειν. Aliter verba ista accepit Diogenes IX, 5 scribens : ἤκουσε δὲ οὐδενός, ἀλλ' αὑτὸν ἔφη διζήσασθαι καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ · et ibid. : καὶ νέος ὢν ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι, τέλειος μέντοι γενόμενος πάντα ἐγνωκέναι. Similiter Stobæus Floril. XXI, 7 ex Aristonymo : Ἡράκλειτος νέος ὢν πάντων γέγονε σοφώτερος, ὅτι ᾔδει ἑαυτὸν μηδὲν εἰδότα.)

85. Ἑτέρα γὰρ ἵππου ἡδονὴ καὶ κυνὸς καὶ ἀνθρώπου, καθάπερ Ἡράκλειτός φησιν ὄνον σύρματ' ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν· ἥδιον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις.

(Aristoteles Ethic. Nicom. lib. X cap. 5 p. 1176 a ed. Bekk.; ubi Eustratius : σύρματα τὸν χόρτον Ἡράκλειτος λέγει.)

86. Ὁ θεὸς ἡμέρη εὐφρόνη, χειμὼν θέρος, πόλεμος εἰρήνη, κόρος λιμός.

(Hippolytus Hæres. Refut. pag. 283 ed. Miller. : τὸν γὰρ πρῶτον κόσμον αὐτὸν δημιουργὸν καὶ ποιητὴν ἑαυτοῦ γινόμενον οὕτω λέγει· Ὁ θεὸς ἡμέρη κτλ. τἀναντία ἅπαντα.)

87. Ἀλλοιοῦται δὲ ὅκωσπερ ὁκόταν συμμιγῇ θυώματα θυώμασι· ὀνομάζεται καθ' ἡδονὴν ἑκάστου.

(Hippolytus Hæres. Refut. pag. 283 ed. Miller. Inserui θυώματα quod in codice deest. Referuntur hæc ad mentem. Hippolytus enim ait : οὗτος ὁ νοῦς· « ἀλλοιοῦται δὲ » κτλ.)

88. Θάλασσα ὕδωρ καθαρώτατον καὶ μιαρώτατον, ἰχθύσι μὲν πότιμον καὶ σωτήριον, ἀνθρώποις δὲ ἄποτον καὶ ὀλέθριον.

(Hippolytus Hæres. Refut. pag. 282 ed. Miller. : καὶ τὸ μιαρόν φησι καὶ τὸ καθαρὸν ἓν καὶ ταὐτὸν εἶναι, καὶ τὸ πότιμον καὶ τὸ ἄποτον ἓν καὶ τὸ αὐτὸ εἶναι. Θάλασσα, φησίν, ὕδωρ κτλ.)

89. Διδάσκαλος δὲ πλείστων Ἡσίοδος· τοῦτον ἐπίστανται πλεῖστα εἰδέναι, ὅστις ἡμέρην καὶ εὐφρόνην οὐκ ἐγίνωσκε· ἔστι γὰρ ἕν.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 282 ed. Miller. : Τοιγαροῦν οὐδὲ σκότος οὐδὲ φῶς οὐδὲ πονηρὸν οὐδὲ ἀγαθὸν ἕτερόν φησιν εἶναι ὁ Ἡράκλειτος, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτό. Ἐπιτιμᾷ γοῦν Ἡσιόδῳ, ὅτι ἡμέραν καὶ νύκτα οἶδεν· ἡμέρα γάρ, φησί, καὶ νὺξ ἐστιν ἕν, λέγων ὧδέ πως· Διδάσκαλος δὲ πλείστων κτλ.)

90. Καὶ ἀγαθὸν καὶ κακόν. Οἱ γοῦν ἰατροί, φησιν ὁ Ἡράκλειτος, τέμνοντες, καίοντες, πάντῃ βασανίζοντες κακῶς τοὺς ἀῤῥωστοῦντας ἐπαιτέονται μηδὲν ἄξιοι μισθὸν λαμβάνειν παρὰ τῶν ἀῤῥωστούντων, ταῦτα ἐργαζόμενοι τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰς νόσους.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 282 ed. Miller. Posui cum Bernaysio ἐπαιτέονται μηδὲν ἄξιοι; vulgo ἐπαιτιῶνται μηδὲν ἄξιον. Præterea μισθὸν exaravi; codex μισθῶν.)

91. Καὶ εὐθὺ δέ, φησί, καὶ στρεβλὸν τὸ αὐτό ἐστι. Γραφείῳ, φησίν, ὁδὸς εὐθεῖα καὶ σκολιή, ἡ τοῦ ὀργάνου τοῦ καλουμένου κοχλίου· ἐν τῷ γραφείῳ περιστροφὴ εὐθεῖα καὶ σκολιή· ἄνω γὰρ ὁμοῦ καὶ κύκλῳ περιέλκεται. Μία ἐστί, φησί, καὶ ἡ αὐτή· καὶ τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω ἕν ἐστι καὶ τὸ αὐτό· ὁδὸς ἄνω κάτω μίη καὶ ωὐτή.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 282 ed. Miller. Scripsi præeunte Bernaysio γραφείῳ, φησίν et περιέλκεται pro codicis lectionibus γραφέων, φησίν et περιέχεται.)

92 Οὐκ ἐμεῦ ἀλλὰ τοῦ λόγου ἀκούσαντας ὁμολογέειν σοφόν ἐστι, ἓν πάντα γίνεσθαι.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 280 ed. Mil-

85. Alia enim equi voluptas est, alia canis, alia hominis, quemadmodum Heraclitus ait asino culmos et paleas auro optabiliores esse : jucundius enim asinis est pabulum quam aurum.

86. Deus dies, nox; hiems, æstas; bellum, pax; satietas, fames.

87. Variatur autem, ut quum odoramenta alia aliis commiscentur, appellaturque ut cuique libet.

88. Aqua marina purissima et corruptissima est, piscibus quidem potabilis et salubris, hominibus vero minime potabilis atque adeo pestilens.

89. At plurimarum rerum magister Hesiodus est : hunc permulta tenuisse putant, qui diem et noctem non noverat; est enim unum idemque.

90. Bonum item et malum eodem redit. Medici quidem, inquit Heraclitus, secantes urentesque et usquequaque ægrorum corpora male vexantes mercedem qua digni non sunt ab ægrotis exigunt, quum hanc etiam morbis medicinam faciant.

91. Rectum, inquit, et tortuosum idem est. Stilo, inquit, via recta et curva, ideoque accedit ad similitudinem instrumenti quod cochleæ nomine afficitur. Nam stili circumversio recta et curva est, siquidem a scribente simul sursum atque in orbem flectitur. Una est, inquit, et eadem via : et sursum ac deorsum unum est idem; via sursum ac deorsum una atque eadem est.

92. Non me, sed rationem audientes concedere decet ex uno omnia fieri.

ler. : Ἡράκλειτος μὲν οὖν φησιν εἶναι τὸ πᾶν διαιρετόν, ἀδιαίρετον, γενητόν, ἀγένητον, θνητόν, ἀθάνατον, λόγον, αἰῶνα, πατέρα, υἱόν, θεὸν δίκαιον. « Οὐκ ἐμοῦ, ἀλλὰ τοῦ δόγματος ἀκούσαντας ὁμολογεῖν σοφόν ἐστιν, ἓν πάντα εἰδέναι, » ὁ Ἡράκλειτός φησι. Restitui ἐμεῦ et ὁμολογέειν; præterea cum Bernaysio expulsa voce δόγματος a librariis invecta reposui λόγου. Denique pro εἰδέναι quod Millerus mutaverat in εἶναι, exaravi γίνεσθαι, ipsum secutus Heraclitum cui nihil esse, sed omnia fieri et fluminis instar labi placet. Neque enim quidquam constare potest in perpetua illa quam statuebat cunctarum rerum mutatione. At εἰδέναι quum in solum rerum parentem et regem (fragm. 44) conveniat, hoc loco friget).

93. Οὐ ξυνίασι ὅκως διαφερόμενον ἑωυτῷ ὁμολογέει· παλίντροπος ἁρμονίη ὅκωσπερ τόξου καὶ λύρης.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 280 ed. Miller. : καὶ ὅτι τοῦτο οὐκ ἴσασι πάντες οὐδὲ ὁμολογοῦσιν, ἐπιμέμφεται ὧδέ πως· Οὐ ξυνίασι κτλ. Conf. fragm. 30, 37, 38.)

94. Ὅσων ὄψις, ἀκοή, μάθησις, ταῦτα ἐγὼ προτιμέω.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 281 : ὅτι δέ ἐστιν ὁρατὸς ἀνθρώποις καὶ οὐκ ἀνεξεύρετος, ἐν τούτοις λέγει· Ὅσων ὄψις κτλ. φησί, τουτέστι τὰ ὁρατὰ τῶν ἀοράτων· et paucis interjectis sic pergit : οὕτως Ἡράκλειτος ἐν ἴσῃ μοίρᾳ τίθεται καὶ τιμᾷ τὰ ἐμφανῆ τοῖς ἀφανέσιν, ὡς ἕν τι τὸ ἐμφανὲς καὶ τὸ ἀφανὲς ὁμολογουμένως ὑπάρχον. Τί γάρ; φησίν, « ἁρμονίη ἀφανὴς φανερῆς κρείττων (leg. κρέσσων; cf. fragm. 40) καὶ ὅσων ὄψις, ἀκοή, μάθησις [τουτέστι τὰ ὄργανα] ταῦτα, φησίν, ἐγὼ προτιμέω, οὐ τὰ ἀφανῆ προτιμήσας.)

95. Ἀπὸ τῶν τοιούτων αὐτοῦ λόγων κατανοεῖν ῥᾴδιον· ἐξηπάτηνται, φησίν, οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὴν γνῶσιν παραπλησίως Ὁμήρῳ, ὃς ἐγένετο τῶν Ἑλλήνων σοφώτερος πάντων. Ἐκεῖνόν τε γὰρ παῖδες φθεῖρας κατακτείνοντες ἐξηπάτησαν εἰπόντες· ὅσα εἴδομεν καὶ κατελάβομεν, ταῦτα ἀπελίπομεν, ὅσα δὲ οὔτε εἴδομεν οὔτε ἐλάβομεν, ταῦτα φέρομεν.

(Hippolytus Hæres. Refut. p. 281. Codicis scripturam ἀπολείπομεν converti in ἀπελίπομεν. Id enim sententia flagitat. Pseudoplutarchus de vita Homeri cap. 4 vol. XIV p. 477 : (ὁ Ὅμηρος) ἦλθεν ἐς Ἴον· ἔνθα ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος ἐθεάσατο ἁλιεῖς προσπλέοντας, ὧν ἐπυνθάνετο εἴ τι ἔχοιεν· οἱ δὲ ἐπὶ τῷ θηρᾶσαι μὲν μηδέν, φθειρίζεσθαι δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν τῆς θήρας οὕτως ἀπεκρίναντο· « Ὅσσ' ἕλομεν, λιπόμεσθα· ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα, » αἰνισσόμενοι ὡς ἄρα οὓς μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν ἀποκτείναντες κατέλιπον· οὓς δὲ οὐκ ἔλαβον, ἐν τῇ ἐσθῆτι φέροιεν. Ὅπερ οὐ δυνηθεὶς συμβαλεῖν Ὅμηρος διὰ τὴν ἀθυμίαν ἐτελεύτησε.)

96. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐκ τῶν φανερῶν τὰ ἀφανέα σκέπτεσθαι οὐκ ἐπίστανται. Τέχνῃσι γὰρ χρεόμενοι ὁμοίῃσι ἀνθρωπίνῃ φύσι οὐ γινώσκουσι. Θεῶν γὰρ νόος ἐδίδαξε μιμέεσθαι τὰ ἑωυτῶν γινώσκοντας ἃ ποιέουσι καὶ οὐ γινώσκοντας ἃ μιμέονται. Πάντα γὰρ ὅμοια ἀνόμοια ἐόντα· καὶ σύμφορα πάντα [καὶ] διάφορα ἐόντα· διαλεγόμενα οὐ διαλεγόμενα· γνώμην ἔχοντα ἀγνώμονα· ὑπεναντίον ὁ τρόπος ἑκάστων ὁμολογεόμενος. Νόμος γὰρ καὶ φύσις οἷσι πάντα διαπρήσσεται οὐχ ὁμολογέει τὰ ὁμολογεόμενα. Νόμον γὰρ ἔθεσαν ἄνθρωποι αὐτοὶ ἑωυτοῖσι, οὐ γινώσκοντες περὶ ὧν ἔθεσαν. Φύσιν δὲ πάντες θεοὶ διεκόσμησαν. Τὰ μὲν ὧν ἄνθρωποι ἔθεσαν οὐδέκοτε κατὰ τωὐτὸν ἔχει οὔτε τὰ ὀρθὰ οὔτε τὰ μὴ ὀρθά. Ὁκόσα δὲ θεοὶ ἔθεσαν αἰεὶ ὀρθῶς ἔχει. Καὶ τὰ ὀρθὰ καὶ τὰ μὴ ὀρθὰ τοσοῦτον διαφέρει.

(Hippocrates Περὶ διαίτης lib. I, vol. I p. 639 seq. ed. Kühn. Pro codd. lectionibus ἀφανῆ—φύσει—ἑαυτῶν—διαπρησσόμενα οὐχ ὁμολογέεται ὁμολογεόμενα-οὔτε ὀρθῶς οὔτε μὴ ὀρθῶς—ἀεὶ edidi ἀφανέα—φύσι—ἑωυτῶν—διαπρήσσεται οὐχ ὁμο-

---

93. Ignorant concordem esse discordiam : est enim mutabilis concentus ut arcûs et lyræ.

94. Quæ videntur, audiuntur et discuntur, hæc ego cæteris antepono.

95. Id ex his ejus verbis facile intelligitur : Errarunt, inquit, homines in rerum illustrium cognitione similiter atque Homerus qui reliquis Græcis sapientior fuit. Illum enim pueri qui pediculos interficiebant his verbis decepere : « Quæ vidimus cepimusque, ea omnia reliquimus ; quæ vero neque vidimus neque cepimus, ea gestamus. »

96. At vero homines e manifestis obscura spectare nesciunt. Namque artibus humanæ naturæ convenientibus se uti ignorant. Deorum enim mens docuit scientes quæ faciant nescientesque quæ imitentur ipsorum opera imitari. Quippe ita fit, ut omnia similia sint quæ dissimilia sunt, et congruentia omnia quæ diversa sunt, et loquentia non loquentia et ratione utentia rationis expertia. Sed suum cujusque ingenium quod in confesso est aliquantulum adversatur. Lex enim et natura quibus universa conficiuntur de his quæ in confesso sunt non consentiunt. Etenim legem sibi ipsi homines statuerunt, ignorantes de quibus statuerent. Naturam vero dii omnes certo ordine constituerunt. Quæ igitur homines statuerunt, ea nunquam eodem modo se habent, sive recta sive non recta sunt. Quæ vero dii statuerunt, ea semper recte se habent. Atque recta et non recta tantum inter se distant.

λογέει τὰ ὁμολογεόμενα—οὔτε τὰ ὀρθὰ οὔτε τὰ μὴ ὀρθὰ — αἰεί. Videntur hæc ex Heracliti libro sumta. Schol. Venet. in Iliad. IV, 4 : συντελεῖ ἅπαντα ὁ θεὸς πρὸς ἁρμονίαν τῶν ὅλων οἰκονομῶν τὰ συμφέροντα, ὅπερ καὶ Ἡράκλειτος λέγει ὡς τῷ μὲν θεῷ καλὰ πάντα καὶ ἀγαθὰ καὶ δίκαια, ἄνθρωποι δὲ ἃ μὲν ἄδικα ὑπειλήφασιν ἃ δὲ δίκαια. Idem dicendum de aliis Hippocratei Περί διαίτης opusculi locis in quibus manifesta Heracliteæ doctrinæ et dictionis vestigia apparent, quæ Bernaysius monstravit. Conf. p. 630, 4 ; 631, 6; 638, 14; 639, 13; 643, 10; 645, 15 et 12; 632, 10; 633, 17; 635, quæ notavi ad fragm. 46. Sed ubique Heracliteis aliena admixta sunt. Itaque omnia illa hîc proponere nolui.)

DE DEMOCRITO ABDERITA.

Ex illis qui ante Aristotelem rerum divinarum humanarumque cognitione excelluerunt nemo est qui vel eruditionis amplitudine ac varietate vel ingenii magnitudine et præstantia Democritum superarit. Hujus patrem alii antiquorum teste Laertio (1) Hegesistratum, alii Athenocritum, nonnulli Damasippum nominarunt. Patria ejus communi omnium fere testium consensu Abdera (2) fuit, Thraciæ oppidulum, illustrissimi civis fama nobilitatum. At de tempore quo vixerit tanta est omnium dissensio, ut neque annum ejus natalem nec vitæ supremum e vetustis monumentis eruere, sola tantum conjectura assequi possimus.

Tria feruntur ipsius Democriti de vita sua testimonia quorum duo exstant apud Diogenem, tertium apud Eusebium et Clementem Alexandrinum. Primum Laertius (3) ex illius libro profert qui Μικρὸς Διάκοσμος erat inscriptus. In hoc philosophus Abderitanus dixerat se juvenem fuisse eo tempore quo senex vixerit Anaxagoras, quadraginta annis illo minorem. Adjicit Diogenes alterum locum quo Democritus testatur, parvum Diacosmum a se compositum esse anno post Ilii excidium septingentesimo trigesimo. In tertio fragmento (4) quod apud Clementem Alexandrinum Strom. I pag. 304 ed. Sylburg. (lib. I § 15 p. 357 ed. Potter.) et mutatis quibusdam apud Eusebium Præp. Evang. lib. X c. 2 invenitur, ait Abderita, plus se terrarum peragrasse, quam eorum quemquam qui ipsius tempore vixerint, disjunctissima quæque lustrantem cœli solique genera cognosse quam plurima, eruditos homines permultos audivisse, nec in componendis adjuncta demonstratione lineis a quoquam superatum esse, ne ab iis quidem qui Arpedonaptæ apud Ægyptios vocentur, apud quos postquam cæterorum omnium terras adierit, octoginta per annos peregrinatus sit.

Jam quod ad primum illud doctissimi hominis effatum attinet quo quadraginta annis Anaxagora se minorem dicit, Diogenes (5) auctor est fuisse Anaxagoram, quum Xerxes in Græciam veniret, hoc est primo Olympiadis septuagesimæ quintæ anno, viginti annorum adolescentem. Inde patet, viginti annis post i. e. primo Olympiadis octogesimæ anno natum esse Democritum. Ita etiam Apollodorus rerum gestarum calculos subduxit, quippe qui Democritum in Chronicis Olympiade octogesima partu editum esse scripserit. Confirmatur hoc simul Aristotelis (6) auctoritate Meteor. II cap. 7 tam perspicue loquentis, ut Democritum post Anaxagoram vixisse aut certe post eum philosophatum esse appareat. Alii aliter natale Abderitæ tempus definiunt quos omnes commemorare supersedemus. Porro multæ variæque apud veteres de anno eversi Ilii sententiæ fuerunt, e quibus illam hîc eligi convenit quam Democriteæ rationi congruere verisimile est. Phanias igitur, si vulgare illud octoginta annorum intervallum inter reditum Heraclidarum et Ilii excidium sumpsit, ex Clementis (7) verbis Trojam annis 354 ante Olymp. primam i. e. 1130 ante Chr. n. captam esse statuit. De his 1130 annis si 730 deducuntur, reliqui summa 400 annorum est. Quodsi De-

(1) Diogenes Laertius lib. IX, 34 : Δημόκριτος Ἡγησιστράτου, οἱ δὲ Ἀθηνοκρίτου, τινὲς Δαμασίππου. Cf. Suidas v. Δημόκριτος. Eudocia Violar. in Villois. Anecd. Gr. tom. I p. 134. Tzetzes Chil. II hist. 61 vs. 979 p. 79 ed. Kiessling. item Chil. XIII hist. 465 vs. 85 p. 484. Ælian. Var. Hist. lib. IV, 20. Orig. Philos. p. 90 ed. Wolf. Theodoretus Ἑλλ. θεραπ. παθ. disput. IV p. 794 tom. IV ed. Schulz.

(2) Ælianus l. c. Cf. Aristot. de Cœlo III, 4. Meteor. II, 7. Cic. de Nat. deor. I, 43. Pompon. Mela lib. II, 2. Solin. Polyhist. cap. X. Ammianus Marcellinus lib. XXII, 8. Diogenes Laertius l. l. : Ἀβδηρίτης ἢ (ὥς ἔνιοι) Μιλήσιος. Adde Juvenalis schol. ad Satir. X vers. 50.

(3) Diog. Laert. IX, 41 : Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις (ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ μικρῷ Διακόσμῳ) νέος κατὰ πρεσβύτην Ἀναξαγόραν, ἔτεσιν αὐτοῦ νεώτερος τετταράκοντα. συντετάχθαι δέ φησι τὸν μικρὸν Διάκοσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις. Cf. Eudocia Viol. l. c.

(4) Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμεωυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην ἱστορέων τὰ μήκιστα καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα, καὶ γραμμέων ξυνθέσιος μετὰ ἀποδέξιος οὐδείς κώ με παρήλλαξε, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται· σὺν τοῖσδ' ἐπὶ πᾶσι ἐπ' ἔτεα ὀγδώκοντα (leg. πέντε) ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην.

(5) Diogenes II, 7 : Λέγεται δὲ κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι, βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο.

(6) Aristot. Meteor. II, 7 : Ἀναξαγόρας τε γὰρ ὁ Κλαζομένιος καὶ πρότερος Ἀναξιμένης ὁ Μιλήσιος ἀπεφήναντο, καὶ τούτων ὕστερος Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης.

(7) Clemens Strom. I p. 336 ed. Col. (tom. I p. 402 ed. Potter.)

mocritus anno ante Chr. 400 vel primo Olympiadis 95 hunc qui μικρὸς Διάκοσμος inscribebatur de ordinata mundi compositione librum edidit, unius et sexaginta annorum senex erat. Ea ætate Democritum difficillimum opus quod ab adulto et subacti judicii homine scribi oportebat, componere potuisse omnes concedent. Præterea Diodorus (8) Siculus lib. I, 98 Abderitanum philosophum non octoginta annos, ut apud Clementem legitur, sed quinquennium in Ægypto commoratum esse narrat. Quum autem in numeris per notas scriptis Π apud veteres πέντε posteriori ævo quo minusculis litteris utebantur, superpositâ vel ascriptâ lineolâ, ὀγδοήκοντα designaret : conjicias librariorum incuriâ utrumque numerum confusum et apud Clementem πέντε restituendum esse.

Cæterum quam diu vixerit et quando obierit Democritus veterum plerique ignorarunt aut varios ejus rei auctores secuti sunt. Nos non una de causa philosophum centum annos natum quarto Olympiadis 104 anno vel ante Chr. 361 exspirasse persuasum habemus. Sic auctor Chronici Paschalis apud Scaligerum in Thes. Tempor. p. 250 ad Olymp. 104 (ρδ')· Δημόκριτος τελευτᾷ ζήσας ἔτη ρ. Similiter Eusebius Chron. in Scaligeri Thes. Temp. p. 173 ad Olymp. 94 annum quartum notat : Δημόκριτος τελευτᾷ ζήσας ἔτη ρ, qui tamen in transcribenda Olympiade simillima signa quorum alterum pro nonagenario, alterum pro centenario numero accipitur, rho et coppa permiscuit. Reliquorum scriptorum opiniones quorum alii magnum naturæ interpretem nonaginta (9) annos, alii centum quattuor (10) vel octo supra centum annos, quidam etiam novem et centum annos quum moreretur habuisse testati sunt, brevitatis gratia nolo refutare. Sed hæc hactenus.

Hegesistratus (ita enim Democriti patrem appellabimus) tres videtur liberos suscepisse (11), Herodotum, Damasum atque eum de quo hîc agitur filium. Hic autem ordine tertius et natu minimus fuit. Haud scio an etiam Damaste filia Hegesistrato fuerit, quam Democriti sororem vocat Diogenes Laertius (12). Natalium splendore conspicuum fuisse philosophum ex indiciis minime dubiis colligi oportet. Quamquam enim non credimus quod in subdititia Abderitarum ad Hippocratem epistola legitur (13), Democritum Herculis ex fratre nepotem fuisse, tamen Hegesistratum inter ditissimos ejus temporis viros numerari satis constat. Neque enim multas exterorum terras obire ac diutissime peregrinari potuisset filius, nisi opibus maxime floruisset. Hinc fuerunt qui Xerxem quum in Asiam rediens Abderam venisset ab Hegesistrato hospitio exceptum esse contenderent. Quin etiam Valerius Maximus (14) narrat philosophi parentem Xerxis exercitui epulum dedisse. Quæ res fabulosa et commentitia est, neque digna cui immoremur. Quod vero addunt (15) Xerxem Hegesistrato reliquisse magos a quibus Democritus puer theologiam et astrologiam didicerit : id falsum esse nemo negabit. Nam quo tempore Persarum rex domum revertebatur, philosophus Abderitanus nondum inter vivos fuit. At non erat opus Democrito magorum institutione qua reliquos omnes Abderitas qui ingenii doctrinæque laude insignes fuerunt, caruisse nobis compertum est. Neque enim dubium quin in patria urbe quæ Tejorum colonorum beneficio (16) ad majorem mercaturæ, litterarum artiumque florem pervenerat, satis bonos magistros nactus sit.

Mortuo, ut videtur, parente patrimonium cum fratribus divisit Democritus, ipse sibi itineris causa minorem portionem quæ numerata pecunia constabat eligens (17). Ferunt Democriti partem centum amplius talenta explesse, quam ille summam postea totam consumsit (18). Non audiendus igitur Valerius Maximus (19) qui eum

(8) Diodorus Siculus lib. I, 98 : Ὑπολαμβάνουσι δὲ καὶ [οἱ Αἰγύπτιοι] Δημόκριτον παρ' αὐτοῖς ἔτη διατρῖψαι πέντε, καὶ πολλὰ διδαχθῆναι τῶν κατ' ἀστρολογίαν.

(9) Diod. Sic. XIV, 11 : Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Δημόκριτος ὁ φιλόσοφος ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη ἐνενήκοντα.

(10) Lucianus Macrob. tom. III p. 221 ed. Reitz. : Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν ἀποσχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα. Cf. Phlegon. cap. II p. 118 ed. Franz. Censorinus cap. 15 pag. 39 ed. Jahn. Diog. Laert. lib. IX, 39 et 43.

(11) Diogenes Laertius lib. IX, 35 et 39. Ælian. Var. Hist. IV, 20. Plin. XVIII, 35. Clemens Strom. VI p. 255.

(12) Diogenes Laertius IX, 43. Cf. Hesychius Milesius p. 18 ed. Orell. et Suidas v. Δημόκριτος.

(13) Pag. 1274 ed. Foes. (tom. III p. 777 ed. Kühn.)

(14) Valerius Maximus lib, VIII cap. 7 : Democritus quum divitiis censeri posset, quæ tantæ fuerunt, ut pater ejus Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit etc.

(15) Diogenes Laertius IX, 34 : Οὗτος (ὁ Δημόκριτος) μάγων τινῶν διήκουσε καὶ Χαλδαίων, Ξέρξου τοῦ βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος, ἡνίκα ἐξενίσθη παρ' αὐτοῦ καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος· παρ' ὧν τά τε περὶ θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἔμαθεν ἔτι παῖς ὤν. Cf. Herodot. VIII, 120.

(16) Herod. I, 168. Strabo XIV p. 644.

(17) Diogenes Laertius IX, 35 : Τρίτον τε ὄντα ἀδελφὸν νείμασθαι τὴν οὐσίαν. καὶ οἱ μὲν πλείους φασὶ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἑλέσθαι, τὴν ἐν ἀργυρίῳ, χρείαν ἔχοντα κατ' ἀποδημίαν, τοῦτο κἀκείνων δολίως ὑποπτευσάντων. Cf. Ælian. Var. Hist. IV, 20.

(18) Diogenes Laertius IX, 36 : Ὁ δὲ Δημήτριος ὑπὲρ ἑκατὸν τάλαντά φησιν εἶναι αὐτῷ τὸ μέρος, ἅπαντα δὲ καταναλῶσαι.

(19) Valerius Maximus lib. VIII cap. 7 exempl. extern. 4.

parva admodum summa retenta patrimonium suum patriæ donasse scribit. Nimirum longinqua itinera non sine magnis sumtibus fieri possunt. Jam si Democritus e paternis bonis et fortunis nihil nisi pecuniam qua in peregrinatione uteretur sibi seposuit, sequitur eum fundos, pecora et reliquas possessiones fratribus reliquisse. Quocirca ratio fugit Ciceronem (20), Horatium veteremque ejus interpretem, Philonem et Origenem qui Abderiticæ civitatis alumnum neglexisse patrimonium agrosque deseruisse incultos ajunt. Similia multi veterum de Anaxagora et Thalete rettulerunt, in his Plato et Aristoteles quorum in talibus quoque rebus narrandis summa auctoritas est. Uterque certiores nos facit, hos duos aliosque sapientissimos viros præ rerum sublimium et reconditarum indagatione rem familiarem contempsisse et ea quæ ad vitam commode tuendam necessaria sunt neglexisse (21).

De Democrito nihil hujusmodi produnt, idem forsitan narraturi, si tale quid de eo ab idoneis testibus accepissent. Verum, ut fieri solet, commune multorum vitium a sequentium sæculorum scriptoribus qui parum curarent diligentem istiusmodi rerum vel scientiam vel narrationem, ad eos etiam traductum est quos nemo antiquorum talis negligentiæ fortunarumque despicientiæ insimulasset. Imprimis vero istorum scriptorum incuria vel inde patet, quod Democrito quidam tribuunt Thaletis illud artificium quo provisa ac præcognita futura olearum ubertate omnibusque Milesiorum et Chiorum prelis oleariis et trapetis vili conductis (22), vel ut alii volunt omni olea, antequam florere cœpisset, in agro Milesio coemta (23), ingentem sibi pecuniam comparavit, ostensurus se quamvis despiceret pecuniam, tamen si vellet, facili negotio divitem fore. Quodsi hoc paullo aliter de Democrito (24) quam de Thalete narratur, hæc ipsa diversitas indicio est memoriæ lapsu non solum Democritum pro Thalete positum, verum etiam rem quæ haud dubie aliquando et ab uno tantum gesta est, non incorrupta fide traditam esse.

Porro Diogenes (25) Demetrium in Homonymis et Antisthenem in philosophorum Successionibus auctores secutus ait, Democritum in Ægyptum ad sacerdotes geometriæ discendæ gratia se contulisse atque ad Chaldæos et in Persidem et ad Rubrum mare profectum esse. Idem testatur fuisse qui philosophum cum Indorum Gymnosophistis commercium habuisse et in Æthiopiam contendisse memorarent. Eadem fere apud Ælianum (26), Suidam, Hesychium Milesium et Clementem leguntur. Magnam Asiæ partem Abderitam peragrasse scribit Strabo (27). Ab eo ultimas terras visas esse tradit M. Tullius de Fin. V, 19. Plinius Hist. nat. lib. XXV cap. 5 Democritum apud Persidis, Arabiæ, Æthiopiæ Ægyptique magos fuisse perhibet. Exsilia verius quam peregrinationes hunc aliosque philosophos ad discendam magicam artem suscepisse idem scriptor (lib. XXX, cap. 2) opinatur. Quæ verba non magis vera quam falsa sunt. Ut enim itinerum magnitudinem spectanti exsulasse videtur Democritus: ita eum magiæ neque gnarum neque cupidum fuisse e multis veterum locis librorumque ejus reliquiis intelligitur. Sed litterarum causa multas gentes terrasque lustravit; quamobrem Æliano (28) teste laudatus est a Theophrasto quod has regiones obiens meliora collegerit quam vel Menelaus vel Ulixes, quippe qui non aliter quam mercatores Phœnices errarent, pecuniam cumulantes atque hanc tum pedestrium tum navalium itinerum causam habentes.

Denique Julianus Imperator epistola XXXVII talem narrat fabellam ad Persicum Democriti iter pertinentem. Ajunt Democritum quum nullo modo posset Darium cui paulo ante uxor pulcherrima e vita excesserat, consolari, se illi mortuam in vitam revocaturum dixisse, si vellet res ad hoc necessarias suppeditare; quumque rex eum juberet, nulla sumtus ratione habita quidquid opus esset accipere promissaque præstare, tum paullisper cunctatum dixisse, cætera quidem sibi abunde suppetere, unum deesse, neque id quemadmodum parari posset, se intelligere, Darium tamen qui totius Asiæ rex esset, facile fortasse inventurum. Hic quum rogaret ille, quid tandem tam magnum esset quod solus rex cognitum posset habere, Democritum respondisse ferunt, si tumulo uxoris inscriberet nomina trium hominum luctus expertium, illam ab inferis esse redituram; fore enim ut com-

---

(20) Cicero de Fin. bon. et mal. lib. V cap. 29. Horat. epist. I, 12, 12, ubi vide veterem interpretem. Philo de Vita contempl. p. 891. Orig. contra Cels. lib. II p. 86.

(21) Plat. Hipp. maj. pag. 283 A ed. Steph. Aristoteles Ethic. Nicom. lib. V cap. 7, 6.

(22) Aristot. Politic. lib. I cap. 11. Diog. Laert. lib. I, 26.

(23) Cicero de Divinat. lib. I, 49.

(24) Plin. Hist. nat. lib. XVIII, cap. 28.

(25) Diogenes Laertius lib. IX, 35.

(26) Ælian. Var. Hist. IV, 20. Suidas v. Δημόκριτος. Hesychius Milesius v. Δημόκριτος pag. 18 ed. Orell. Clemens Alex. Strom. I p. 304.

(27) Strabo lib. XV, p. 703 ed. Cas.

(28) Ælian. Var. Hist. IV, 20.

muni mortis lege erubesceret. Ibi perturbato Dario neque quemquam reperiente, cui non triste aliquid accidisset, Democritum pro consuetudine sua ridentem ita fatum esse : Et tu, omnium ineptissime, non vereris effuse lugere, quasi unus tanti mali particeps, quum neminem eorum qui unquam fuerunt sine privato aliquo dolore vixisse reperias.

Hæc fere de Democriti itineribus ad exteras nationes susceptis in antiquorum voluminibus prodita deprehendimus, de quibus multa disserere consentaneum foret, si per hujus loci angustias liceret. Unum notamus in India quam ante Alexandrum Magnum nemo Græcorum intravit, Democritum non fuisse, etsi in libro de Geographia scripto commentatus erat de rebus Indicis de quibus fando aliquid acceperat. Præterea Arabiam vidisse Democritum soli Plinio non credimus asseveranti, qui hoc inde fortasse conclusit quod apud veteres legerat Abderitam ad Rubrum mare commoratum esse, sed hoc licebat etiam Ægyptum peragranti. Quod reliquum est fabula a Juliano Cæsare de Democrito Darii consolatore in epistolis perscripta non eget refutatione.

Adjiciamus hîc ea quæ Demetrius Magnes (29) apud Diogenem Laertium testificatur, Democritum latere voluisse, quumque Athenas venisset, virum egregium quidem, sed gloriæ contemtorem agnosci noluisse, et quamvis novisset Socratem, ab eo tamen ignoratum esse, id quod Abderitæ verbis testimonii loco ex libro quodam ejus prolatis : *veni Athenas, neque quisquam me agnovit,* probare annititur. Cf. Cic. Tusc. V, 36. Similis est Valerii Maximi locus qui lib. VIII cap. 7 exempl. extr. 4 : « Athenis autem compluribus, inquit, annis moratus omnia temporum momenta ad percipiendam et exercendam doctrinam conferens ignotus illi urbi vixit, quod ipse in quodam volumine testatur. »

Ex itineribus reducem in summa egestate Democritum qui omnem rem familiarem consumsisset vixisse, sed a Damaste fratre sustentatum esse e Laertio Antisthenem auctorem citante discimus (30). Idem Diogenes addit, Democritum quum res quasdam futuras felici successu prædixisset, jam divino spiritu tactum plerisque hominibus esse visum. Duo hujusmodi prædictionum exempla suppeditat Plinius, quorum unum, quum ab aliis veterum de Thalete narretur, admodum suspectum est, alterum ad rem facilem et vulgarem pertinens adeo nulla sagacitate excellit, ut in agricolam potius quam in philosophum cadat. Prius illud ad olei coemtionem spectat (31) cujus rei supra facta est mentio. Posterius sic se habet (32) : Tradunt eundem Democritum metente fratre ejus Damaso, ardentissimo æstu, orasse, ut reliquæ segeti parceret raperetque desecta sub tectum, paucis post horis sævo imbre vaticinatione approbata. » Idem litteris consignavit Clemens Strom. lib. VI p. 255 ed. Sylb. (p. 755 ed. Potter). Ob hanc igitur futurorum præsensionem, vel ut Clemens ait, quod ex sublimium observatione multa prædiceret, Sapientiæ cognomen invenit Democritus. Non dissimile est quod Ælianus Var. Hist. IV, 20 memoriæ prodidit, Abderitas Democritum vocitasse Φιλοσοφίαν, Protagoram vero Λόγον. Summum imperium apud Abderitas Democrito esse commissum e Suida (33) cognoscimus, sed diu reipublicæ præfuerit, an per breve tempus, prorsus incertum est. At vero quum lex apud Abderitas esset qua sanciebatur, ut qui patrimonium dilapidasset indignus sepultura in patriæ finibus haberetur : Democritum Antisthenes (34) perhibet, ne ab invidis et calumniatoribus ad rationem reddendam in jus vocaretur, recitasse illis magnum Diacosmum, eximium opus cæterisque ipsius scriptis præstans. Quo facto quingentorum summam talentorum præmium accepisse atque insuper æneis imaginibus honoratum esse (35). Reliquam vitæ partem ita transegisse videtur magnus naturæ interpres, ut in litterarum studio versaretur. Nam Petronio (36) teste omnium herbarum succos expressit, et ne lapidum virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta consumsit. Quod autem apud Antisthenem (37) relatum legebatur, physicum

(29) Demetrius Magnes apud Diogenem Laertium IX, 36 : Δοκεῖ δέ, φησί, καὶ Ἀθήναζε ἐλθεῖν καὶ μὴ σπουδάσαι γνωσθῆναι δόξης καταφρονῶν, καὶ εἰδέναι μὲν Σωκράτην, ἀγνοεῖσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ. Ἦλθον γάρ, φησίν, εἰς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκεν.

(30) Diogenes Laertius lib. IX, 39 : Ἐλθόντα δέ φησιν (ὁ Ἀντισθένης) αὐτὸν ἐκ τῆς ἀποδημίας ταπεινότατα διάγειν, ἅτε πᾶσαν τὴν οὐσίαν καταναλωκότα· τρέφεσθαί τε διὰ τὴν ἀπορίαν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Δαμάστου· ὡς δὲ προειπών τινα τῶν μελλόντων εὐδοκίμησε, λοιπὸν ἐνθέου δόξης παρὰ τοῖς πλείστοις ἠξιώθη.

(31) Plin. lib. XVIII, 28.

(32) Plin. lib. XVII, cap. 35.

(33) Suidas v. Δημόκριτος : ἦρξε δὲ ἐν Ἀβδήροις διὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν τιμηθείς.

(34) Antisthenes apud Diog. Laert. lib. IX, 9.

(35) Alii verius centum talentis eum dignum esse habitum tradunt. Cf. Diog. Laert. IX, 40. Adde Athenæum IV, 19 p. 168 B, et veterem Horatii explanatorem ad epist. I, 12, 12.

(36) Petronius Arbiter Sat. pag. 22.

(37) Antisthenes ap. Diog. IX, 38.

Abderitanum visa varie probare et explorare studuisse, interdum in solitudine vagantem atque in sepulcris commorantem : in eo sepulcra displicent. Insuper Lucianus auctor est, Abderiticæ civitatis alumnum (38) in sepulcro latentem ibique diurnis nocturnisque horis scribendo occupatum a pueris lemures simulantibus eumque terrere volentibus illusum esse. Quibus eum nihil ista re motum ac ne respicientem quidem respondisse ait : « *desinite tandem ludere*, » quippe cui persuasum esset, animos e corporibus hisce elapsos nihil esse. Quis autem eorum qui Lucianum bene norunt in animum inducat, urbanissimum scriptorem qui hujus generis narratiunculas prout præsens materia postulare videbatur immutare consueverat, hic illibata fide referre quæ in antiquis litterarum monumentis repererat?

Venio nunc ad fabulas a Græcis Romanisque inferiore ætate excogitatas. Ac primum quidem celebratissima est illa quæ de voluntaria Democriti cæcitate a pluribus commemoratur auctoribus (39), quam tamen jure ut mendacium rejicit Plutarchus Περὶ πολυπραγμ. p. 521 D. Deinde non pauci scriptores (40) inde ab Octaviani Augusti fere temporibus ajunt Democritum risisse omnes res humanas vel ut alii volunt nunquam sine risu in publicum prodiisse. Sed ut perpetuas Heracliti lacrimas, ita risum Democriteum, cui inter tot tantosque doctissimi hominis labores nihil loci fuisse liquet, neque Aristoteles noverat neque quisquam veterum Græcorum. Quare hic quoque pro commentitio habendus erit. Porro multorum fuit opinio eaque a Plinii majoris usque temporibus ducta, Democritum inter magos nomen suum professum esse. Plinii (41) verba sunt : « quamquam animadverto summam litterarum claritatem gloriamque ex ea scientia [i. e. e magice] antiquitus et pæne semper petitam. Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc discendam navigavere, exsiliis verius quam peregrinationibus susceptis. Hanc reversi prædicavere : hanc in arcanis habuere. Democritus Apollobechen Coptiten et Dardanum e Phœnice illustravit, voluminibus Dardani in sepulcrum ejus petitis : suis vero ex disciplina eorum editis : quæ recepta ab aliis hominum atque transiisse per memoriam æque ac nihil in vita mirandum est. In tantum fides istis fasque omne deest, adeo ut ii qui cætera in viro illo probant, hæc ejus opera esse infitientur. Sed frustra. Hunc enim maxime affixisse animis eam dulcedinem constat. Plenumque miraculi et hoc, pariter utrasque artes effloruisse, medicinam dico magicenque, eadem ætate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum Græciæ bellum quod gestum est a CCC urbis nostræ anno. » Nihil unquam minus vere quam hæc verba Plinius scripsit. Sed quum inde a Claudii Imperatoris tempore magia per imperium Romanum magna quotidie incrementa caperet, non dubitabant magicæ fraudis defensores ad auctoritatem ei quam profitebantur disciplinæ conciliandam antiquis philosophiæ auctoribus opera magica subjicere. Quamobrem Plinii ætate subdititia ferebantur opuscula ad Democritum auctorem a subjectoribus relata. Ex his opusculis Plinius variis historiæ naturalis locis mira, incredibilia, portentosa in medium profert, quæ a Democrito scripta esse jam nemo credet. Præclare vero Gellius Noct. Att. X, 12 intellexit, deceptum fuisse naturalis historiæ conditorem libellis supposititiis. Quapropter iis quæ ex Plinio excerpsit hæc subjungit : « multa autem videntur ab hominibus male sollertibus hujusecmodi commenta in Democriti nomen data, nobilitatis auctoritatisque ejus perfugio utentibus. » Plinio haud scio an opponere liceat etiam C. Jul. Solinum Polyhist. cap. 3 apud Salmas. Exercit. Plin. pag. 13 ed. Traj. ita scribentem : « Verum ager Corsicanus, quod in eo agro unicum est, solus edit quem κατοχίτην vocant lapidem fatu dignissimum. Major est cæteris qui ad ornatum destinantur, nec tam gemma quam cautes. Idem impositas manus detinet, ita se junctis corporibus annectens, ut cum ipso hæreant quibus tangitur; sic ei inest velut de glutino lentiore nescio quid parque gummi. Accipimus Democritum Abderiten ostentatione scrupuli hujus frequenter usum ad probandam occultam naturæ potentiam in certaminibus quæ contra magos habuit. » Si unquam cum magis in Perside certavit Democritus, quod valde dubium est, e Solini verbis sequi videtur, studuisse eum rerum naturalium ope magorum artem nihil esse demonstrare. In ipsa Græcia illa tempestate non

(38) Lucianus Philopseud. cap. 32 vol. III, pag. 59 ed. Reitz.

(39) Gellius lib. X cap. 17. Tertullianus Apolog. c. 46. Cicero Tuscul. Disp. lib. V, 39; item de Fin. bon. et mal. lib. V cap. 29.

(40) Seneca lib. II de Ira cap. 10; de Tranquillitate cap. 15. Ælianus Var. Hist. lib. IV, 20; cf. IV, 29. Suidas v. Δημόκριτος. ἐπεκλήθη δὲ καὶ Γελασῖνος διὰ τὸ γελᾶν πρὸς τὸ κενόσπουδον τῶν ἀνθρώπων. Juvenal. Sat. X, 33-53. Horatius Epist. lib. II, 1 vs. 194 201.

(41) Plinius Hist. nat. lib. XXX cap. 1.

erant magi (42). Quapropter recte Simplicius Auscult. lib. II p. 65 a ait τὴν ἀποτελεσματικὴν quæ præcipua magiæ pars est, Posidonii temporibus nondum ad Græcos fuisse perlatam, vel ut verba græca allegem : τὸ τῆς ἀστρολογίας ὄνομα, μήπω τότε τῆς ἀποτελεσματικῆς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐλθούσης, ἐπὶ τῆς νῦν καλουμένης ἀστρονομίας ἔφερον. Quod autem attinet ad verba : Ἐμοὶ δὲ δοκέουσι οἱ πρῶτοι τοῦτο τὸ νούσημα ἀπιερώσαντες τοιοῦτοι εἶναι ἄνθρωποι, οἷοι καὶ νῦν εἰσι μάγοι τε καὶ καθαρταὶ καὶ ἀγύρται καὶ ἀλαζόνες, ὁκόσοι δὴ προσποιέονται σφόδρα θεοσεβέες εἶναι καὶ πλέον τι εἰδέναι, quæ reperiuntur initio commentationis de morbo sacro Hippocrati vulgo tributæ, quum alii jam viderunt, hunc libellum Hippocrati suppositum esse, tum recentissimus ejus editor Dietzius.

Denique cunctarum quæ ad Democritum exagitandum inventæ sunt fabularum nulla est tot cum mendaciis tantoque cum verborum, quamvis inanium, ornatu memoriæ prodita, quam quæ de ejus insania ac de Hippocrate ad hanc curandam a senatu populoque Abderitarum accito in epistolis legitur Hippocrati et Democrito falso ascriptis. At illarum epistolarum architectus, quem tertii post Chr. n. sæculi rhetorem vel sophistam fuisse conjicio, putaverat jam Democriti ævo Abderitas a Græcis stultos esse habitos. Jam si quis antiquiora græcarum litterarum monumenta attente legat, nullum ejus rei vestigium animadvertat. Nec mirum. Nam si recte factis laus et honos debetur, immortali gloria dignissima fuit Abdera, siquidem magnum clarorum in litteris virorum proventum tulerat. Quippe plurimi Abderitæ ab iis, qui illustrium virorum catalogos confecerunt, memorabantur (43). Inter quos præter Democritum Protagoras et Anaxarchus philosophi, Hecatæus historicus, Nicænetus, heroicorum carminum scriptor, numerabantur. Primus Cicero Abderæ atque Abderitarum ita meminit, ut eorum non tam stuporem quam animi levitatem quæ stultitiæ proxima est traducat (44). Post hunc multi scriptores et Græci et Romani certatim Abderitis dementiam, stuporem, ingenii tarditatem ac tenebras, fatuitatem ac desipientiam exprobraverunt. Atque alii quidem quasi jurgantes subrustice iis insultarunt (45), alii lepidis de eorum stupiditate fabellis confictis urbanius et facetius eos perstrinxerunt. Inter eos quos posteriore loco nominavi sine dubio est auctor epistolarum de quibus hîc agitur. Quas quum supposititias esse satis a nobis vel hoc uno argumento demonstratum sit, quod Democriti tempore nemo Græcorum Abderitas bardos et barones ducebat : ad alia transeamus.

Rejectis his fabulis pauca de Democriti cælibatu et morte dicenda supersunt quæ et ipsa fabulis non carent. Ex iis quæ philosophus Abderitanus de connubio et de mulieribus judicavit fortasse colligendum est, virum in studiis assidue versantem ac matrimonium et liberorum procreationem fugientem coitumque pro parva apoplexia habentem per totam vitam fuisse cælibem (46). Tum inter fabulas referendum erit quod est apud Antonium p. 609 (47), Democritum interrogatum, cur, quum magnus esset, parvam duxisset uxorem, respondisse, se in malo eligendo id quod minimum esset, elegisse. Sed si forte hæc narratiuncula vera est, quod vix putaverim, statuendum videtur, malam ei obtigisse conjugem quæ effecerit, ut omnino de conjugio et de femineo sexu parum honorifice sentiret. De philosophi hujus obitu aut prorsus nihil aut certe nihil notabile relatum legebatur in Antisthenis libro, ex quo Diogenem certissima quæque de Democriti vita protulisse vidimus. Neque enim dubitamus, quin si quid memoratu dignum hac de re ibi traditum reperisset Laertius, id fuerit memoraturus. Atqui hoc ipsum Antisthenis silentium indicio est, non esse vera mirabilia illa quæ ab Hermippo Peripatetico, Athenæo, Lucretio, Luciano, Phlegonte, Marco Antonino, Antonio Melissa et Maximo aliisque qui ad horum testimonia se accommodarunt, de hoc argumento narrata sunt. Hermippus (48) apud Diogenem Laertium auctor est, Democritum senio confectum quum morti proximus esset, quo tempore Cerealia instarent, mœ-

(42) De iis loquor quos Persico vocabulo μάγους vocabant; nam γόητας tum inter Græcos fuisse non nego.

(43) Stephanus Byzantius v. Ἄβδηρα : πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται· Νικαίνετος ἐποποιὸς καὶ Πρωταγόρας κτλ.

(44) Cicero epist. ad Att. IV, 16; item VII, 7. Cf. de Nat. deor. lib. I, 43.

(45) Juvenal. Sat. X, 48. Martial. X, 25. Arnob. adv. gent. lib. X pag. 164.

(46) Cf. fragm. moral. 50, 175 et seqq. usque ad 188.

(47) Cf. fragm. moral. 180.

(48) Diogenes Laertius lib. IX, 43 : Τελευτῆσαι δὲ τὸν Δημόκριτόν φησιν Ἕρμιππος τοῦτον τὸν τρόπον. ἤδη ὑπέργηρων ὄντα πρὸς τῷ καταστρέφειν εἶναι· τὴν οὖν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι, ὅτι ἐν τῇ τῶν Θεσμοφορίων ἑορτῇ μέλλοι τεθνήξεσθαι, καὶ τῇ θεῷ τὸ καθῆκον αὐτὴν οὐ ποιήσειν· τὸν δὲ θαῤῥεῖν εἰπεῖν καὶ κελεῦσαι αὐτῷ προσφέρειν ἄρτους θερμοὺς ὁσημέραι· τούτους δὴ ταῖς ῥισὶ προσφέρων διεκράτησεν αὐτὸν τὴν ἑορτήν· ἐπεὶ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι (τρεῖς δὲ ἦσαν) ἀλυπότατα τὸν βίον προήκατο.

rente sorore, quod fratre in festa illa celebritate morituro ipsa debitum deæ officium præstare nequiret, bono illam animo esse jussisse panesque calidos sibi quotidie afferre : quos quum naribus admovisset, consecutum esse, ut quamdiu esset illa celebritas, vivum se servaret. Sed ubi tres dies festi transiissent, quietissime nulloque dolore animam efflasse. Quod eventum verum esse ratus admiratusque Diogenes IX, 43 hos de Democrito versus in Pammetro per lusum fudit :

καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε, τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον,
ὅσσον ὁ παντοδαὴς ἤνυσε Δημόκριτος;
ὃς θάνατον παρεόντα τρί' ἤματα δώμασιν ἔσχε
καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄσθμασιν ἐξένισε.

Similiter Tzetzes Chiliad. III, 61 :

τοῦτον οὖν τὸν Δημόκριτον, πάνσοφον ὑπηργμένον
ἄλλα μυρία λέγουσι δρᾶσαι τῶν τεραστίων,
καί γε τὸν Ἅιδην κατασχεῖν τρεῖς ὅλας ἐφ' ἡμέρας
ἄρτων θερμοῖς ἐν ἄσθμασι τοῦτον ξενοδοχοῦντα.

Laertii locum descripserunt Suidas s. v. Δημόκριτος et Eudocia Viol. in Villois. Anecd. Gr. I p. 135. At paullo aliter eandem rem narrat Athenæus libro II p. 46 F. Inedia Democritum sua sponte obiisse referunt Lucianus et Phlegon (49). Lucretius quoque lib. III vs. 1052 seqq. philosophi Abderitani mortem voluntariam fuisse scribit. Ait enim :

Denique Democritum postquam matura vetustas
admonuit memores motus languescere mentis,
sponte sua leto caput obvius obtulit ipse.

Ridiculum est quod apud Antonium Melissam et Maximum (50) Serm. de morte legitur, Democritum ægrotantem, quum in lethargum incidisset posteaque ad se rediisset : *Non decipiet me amor vitæ*, dixisse et se ipsum e vita eduxisse. Denique Marcus Antoninus Abderitam morbo pediculari periisse tradit lib. III, 3 Περὶ τῶν εἰς ἑαυτὸν his verbis : Ἡράκλειτος περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπυρώσεως τοσαῦτα φυσιολογήσας, ὕδατος τὰ ἐντὸς πληρωθείς, βολβίτῳ καταχεχρισμένος ἀπέθανεν. Δημόκριτον δὲ οἱ φθεῖρες· Σωκράτην δὲ ἄλλοι φθεῖρες ἀπέκτειναν. Democriti nomen in Marci locum litterarum corruptione illatum esse vult Menagius ad Laert. lib. IX, 43, propterea quod Helladius in Chrestomathia apud Photium et Plutarchus in Sullæ vita de iis loquentes qui τῇ φθειριάσει vetusta ætate consumti sunt, Democriti non fecerint mentionem. Sed in his omnibus narratiunculis ne umbram quidem veritatis inesse abunde patet ex eo quod Antisthenes apud Diogenem (51) memoriæ prodit, Democritum apud Abderitas et vivum æneis statuis honoratum et mortuum publicis sumtibus sepultum esse. Qui enim ipse mortis suæ auctor est aut fœdo morbi genere absumitur : is nusquam terrarum publicis sumtibus honorifice effertur. Itaque nihil mirum in Democriti excessu accidisse existimantes senem longissimæ vitæ laboribus perfunctum centesimo fere anno acquiesse arbitramur.

Transeo ad ejus scripta. Constat Democritum Abderitam non modo librorum quos composuerat multitudine ac varietate unum maxime inter philosophos excelluisse, sed etiam scribendi genere clarissimis verborum luminibus distincto et prope ad poeticam granditatem elato haud paucos ejusdem ætatis scriptores ita superasse, ut a veteribus ejus oratio eximia laude ornaretur (52). Verum in illis quas omnes admirabantur dictionis virtutibus tamen peculiaria quædam vocabula usurpavit Democritus, quæ ne rerum inscios fallerent, explicari necesse fuit. Quare jam antiquis sæculis non defuerunt qui interpretandis vocibus Democriteis vacarent. Inter eos clarum habuerunt nomen Callimachus et Hegesianax, quorum prior Suida teste s. v. Καλλίμαχος et auctore anonymo in Vita Callimachi, quæ hujus operibus præponi solet, Democriti scripta recensuerat ἐν πίνακι τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων, posterior Stephano teste in Τρωϊάς simili opera huic philosopho navata Περὶ τῆς τοῦ Δημοκρίτου λέξεως libellum conscripserat. Alii Democriti opiniones litterarum monumentis proditas impugnabant, vel omnino de ejus scriptis commentabantur. Namque Diogenes Laertius lib. V, 87 et 88 duo Heraclidis Pontici opuscula memorat, quorum alterum inscribebatur Πρὸς Δημόκριτον περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ (vel ut vult Fabricius Bibl. gr. vol. II p. 643 ed. Harl., verba πρὸς Δημόκριτον cum præcedentibus jungens, Περὶ εἰδώλων πρὸς Δημόκριτον), alterum

(49) Lucianus in Macrob. tom. III p. 221 ed. Reitz. : Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν ἀποσχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα. Cf. Phlegon. cap. II p. 118 ed. Franz.

(50) Anton. et Max. l. l. Δημόκριτος νοσήσας καὶ ληθάργῳ περιπεσὼν ὡς ἀνένηψεν, Οὐδέν με, ἔφη, ἐξαπατήσει ἡ φιλοζωΐα, καὶ ἐξήγαγεν ἑαυτὸν τοῦ βίου.

(51) Antisthenes ap. Diog. lib. IX, 39 : (τὸν Δημόκριτον) πενταχοσίοις ταλάντοις τιμηθῆναι, μὴ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ χαλκαῖς εἰκόσι, καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν δημοσίᾳ ταφῆναι, βιώσαντα ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη.

(52) Cicero de Oratore lib. I, 11 : Ornate locutus est, sicut fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus. Cf. de Divin. II, 64; item Orat. c. 20. Dionys. Hal. de Comp. verb. p. 370 ed. Schæf. Plutarch. Conviv. Disput. lib. V p. 682 E. Euseb. Præp. Evang. p. 730.

πρὸς τὸν Δημόκριτον ἐξηγήσεις α'. Præterea Theophrastum testatur Diogenes lib. V, 43 et 49 duas de Democrito commentationes vulgasse, quarum una titulum περὶ τῆς Δημοκρίτου ἀστρολογίας α', altera περὶ Δημοκρίτου inscriptionem in fronte gerebat. Fortasse etiam in commentariis περὶ τοῦ διακόσμου (Diog. l. l.) et περὶ τῶν εἰδώλων de Democrito egit. Eundem in voluminibus quæ de rerum natura confecit Democriti doctrinam frequenter respexisse cum ex iis videmus, quæ ad nostram memoriam manserunt, tum ex Simplicii comm. ad Aristot. de Cœlo lib. III fol. 139 b : Δημόκριτος δέ, ὡς Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς ἱστορεῖ, ὡς ἰδιωτικῶς ἀποδιδόντων τῶν κατὰ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὰ τοιαῦτα αἰτιολογούντων, ἐπὶ τὰς ἀτόμους ἀνέβη. Idem de Eudemo Aristoteleo censendum. Cf. Simplic. ad Aristot. Phys. lib. III, fol. 106 et lib. IV, fol. 124. Ex citerioris ætatis scriptoribus de hoc naturæ interprete præclare meruit Thrasyllus, philosophus et mathematicus qui sub Tiberio imperatore vixit. In eo enim opere cui indicem fecerat τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, ut Diogenes Laertius lib. IX, 41 et 45 docet, de Democriti vita et ingenii monumentis disputaverat. Digessit autem Thrasyllus Platonis pariter ac Democriti scripta per tetralogias. Quod ipsum testatur Diogenes Laertius lib. IX, 45 his verbis : Τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως, ὡσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Cæterum Diogenes Laertius lib. IX, 46-49 librorum Democriteorum elenchum exhibet omissis tetralogiis quas in hunc modum restitui :

A. Scripta moralia.

I. 1. Πυθαγόρης
2. Περὶ τῆς τοῦ σοφοῦ διαθέσιος
3. Περὶ τῶν ἐν ᾅδου
4. Τριτογένεια.

II. 5. Περὶ ἀνδραγαθίης ἢ περὶ ἀρετῆς
6. Ἀμαλθείης κέρας
7. Περὶ εὐθυμίης
8. Ὑπομνημάτων ἠθικῶν η'.

B. Scripta physica.

III. 9. Μέγας διάκοσμος
10. Μικρὸς διάκοσμος.
11. Κοσμογραφίη
12. Περὶ τῶν πλανήτων.

IV. 13. Περὶ φύσιος πρῶτον
14. Περὶ ἀνθρώπου φύσιος ἢ περὶ σαρκός β'
15. Περὶ νόου
16. Περὶ αἰσθησίων.

V. 17. Περὶ χυμῶν
18. Περὶ χροιέων
19. Περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν
20. Περὶ ἀμειψιρρυσμιέων.

VI. 21. Κρατυντήρια
22. Περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίης
23. Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν α' β' γ'
24. Ἀπορημάτων.

C. Scripta ἀσύντακτα.

VII. 25. Αἰτίαι οὐράνιαι
26. Αἰτίαι ἠέριοι
27. Αἰτίαι ἐπίπεδοι
28. Αἰτίαι περὶ πυρὸς καὶ τῶν ἐν πυρί.

VIII. 29. Αἰτίαι περὶ φωνέων
30. Αἰτίαι περὶ σπερμάτων καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν
31. Αἰτίαι περὶ ζώων γ'
32. Αἰτίαι ξύμμικτοι περὶ τῆς λίθου.

D. Scripta mathematica.

IX. 33. Περὶ διαφορῆς γνώμης
34. Περὶ ψαύσιος κύκλου καὶ σφαίρας
35. Περὶ γεωμετρίης ἢ γεωμετρικόν
36. Ἀριθμοί.

X. 37. Περὶ ἀλόγων γραμμέων καὶ ναστῶν β'
38. Ἐκπετάσματα
39. Μέγας ἐνιαυτὸς ἢ ἀστρονομίης παράπηγμα
40. Ἅμιλλα κλεψύδρας.

XI. 41. Οὐρανογραφίη
42. Γεωγραφίη
43. Πολογραφίη
44. Ἀκτινογραφίη.

E. Scripta musica.

XII. 45. Περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονίης
46. Περὶ ποιήσιος
47. Περὶ καλλοσύνης ἐπέων
48. Περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων.

XIII. 49. Περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλωσσέων
50. Περὶ ἀοιδῆς
51. Περὶ ῥημάτων
52. Ὀνομαστικόν.

F. Scripta technica.

XIV. 53. Πρόγνωσις
54. Περὶ διαίτης ἢ διαιτητικόν
55. Ἰητρικὴ γνώμη
56. Αἰτίαι περὶ ἀκαιριέων καὶ ἐπικαιριέων.

XV. 57. Περὶ γεωργίης ἢ γεωργικόν
58. Περὶ ζωγραφίης
59. Τακτικόν
60. Ὁπλομαχικόν.

Ergo litterarum monumentis Democritus illustravit, ut ex hoc scriptorum elencho patet, non solum moralem philosophiam, verum etiam theologiam (53), historiam, physicam disciplinam et physiologiam, hydroscopicen, astrono-

(53) Libro Περὶ εἰδώλου ἢ περὶ προνοίης.

miam, scenographiam, opticen, geometriam, arithmeticen, porro eas doctrinas quas nunc novis vocabulis psychologiam, chromatologiam, zoologiam, lithologiam, geologiam vocamus, præterea botanicen, musicam, poeticen, grammaticam, medicinam, agriculturam, picturam, artem militarem. Quæ quum ita sint, nemo dubitabit, quin philosophus Abderitanus in eorum fuerit numero quorum vix singuli singulis sæculis nascuntur. Fuit ille, quamquam in cæteris dissimilis, in hoc æquabili omnium artium studio simillimus Aristotelis. Atque haud scio an Stagirites illam qua reliquos philosophos superat eruditionem aliqua ex parte Democriti librorum lectioni debuerit. Inde illa frequens apud Aristotelem Democriti mentio est.

Librorum Democriteorum reliquias, quas jam antea (54) edidi, hîc repetere mihi visum est omisso omni commentario omnique de philosophi placitis disputatione.

Si verum est quod alio loco (1) conjecimus, opera moralia a Democrito aut omnium prima aut magnam partem ante reliqua scripta composita esse, nemo mirabitur, in his libris nonnulla tradi præcepta, quæ posteriori philosophi doctrinæ vehementer repugnent. Nam quum non divina potentia, de qua non admodum honorifice sentiebat, sed atomorum concursu omnia nata esse et perpetuo nasci decrevisset, fieri profecto non poterat, quin magnam moralis disciplinæ partem tolleret. Sed ut inveniuntur, qui nullam esse divinam naturam opinantes vitæ tamen sanctitate et probitate excellant, ita Democritum arbitramur hos de moribus libros salva atomorum doctrina scribere potuisse. Quodsi statuimus philosophum antequam de atomis dissereret, de morali disciplina commentarios plerosque jam vulgasse, illam, cujus mentio facta est, inconstantiam necessariam fuisse patet. Atque hæc ipsa inconstantia non modo excusanda, verum etiam probanda foret, si virum præclarum post illustrata demum litterarum monumentis individua corpuscula ad ornandam explicandamque morum disciplinam animum adjecisse inter auctores conveniret. Quare cavendum est, ne quæ in Democriteis de morali philosophia fragminibus ac sententiis contraria videantur philosophi de deorum natura judicio, ea germana ejus verba esse negemus. In quo lapsum esse apparet Meinersium qui in *Gesch. der Wissensch.* I p. 729 seqq. plura Democrito abjudicat fragmenta propterea quod æterna et peritura, divina et humana atomorum explicator distinguat. At Democritum verisimile est eo maxime consilio opera moralia emisisse, ut popularibus suis prodesset. Prodesse autem plurimis poterat aut narrando quæ ipse in itineribus memorabilia vidisset audissetve aut de vita prudenter instituenda, de vitiis et virtutibus disserendo. Utramque dotem moralium ejus disputationum fuisse satis liquet (2). Quamvis igitur ipse de rebus divinis aliter sentiret atque vulgus Græcorum, tamen in libro erudiendis civibus destinato necesse erat eum de diis ad vulgi captum accommodate loqui. Quæ quum ita sint, omnia fere fragmenta a Meinersio pro spuriis habita Democritea esse nobis persuasum est. Neque tamen diffitemur, inveniri in illis quædam Democrito supposita. Est enim duplex genus fragmentorum, in quibus cœlestia et sempiterna memorantur, alterum ita comparatum, ut servatis vulgi de deorum potentia ac voluntate opinioni bus utile ad vitam recte agendam præceptum contineant, alterum sic compositum, ut profectum esse appareat ab homine, qui ipse mundum æterna dei sapientia ac providentia gubernari existimaret. Posterius genus supposititium censeri oportet. In quo non valde dissentio a Burchardo. Quum igitur Democritus ait : *dii hominibus bona largiuntur* (cf. fragm. 13), nihil dicit, quod a plebis opinione abhorreat, atque his ipsis verbis utitur ad hominum cæcitatem demonstrandam, qui mala sua ad deos referre auctores consueverunt. Contra nihil magis supra vulgi captum, nihil a Democritea de rebus divinis sententia tam alienum est, quam quod apud Antonium et Maximum Abderæ alumno tribuitur (cf. fragm. suppos. 7) *illud te deo dignum efficiet, si nihil eo indignum feceris.* Itaque hoc fragmentum cum pluribus aliis (3) e Democriteorum fragminum numero expunximus. Neque tamen semper in rejiciendis sententiis, quæ videntur νοθείας speciem præ se ferre, astipulatus sum Burchardo, quem acerrimi censoris instar justo plures tribu movisse, et quod maxime mireris, sibi ne constitisse quidem in illo negotio animadvertimus. Namque verba illa quæ legun-

(54) Democriti Abderitæ operum fragmenta collegit, recensuit, vertit, explicuit ac de philosophi vita scriptis et placitis commentatus est F. G. A. Mullachius. Berolini, sumptibus G. Besseri, 1843.

(1) Vid. librum modo citatum pag. 101.

(2) Vid. l. c. pag. 101.

(3) Similia sunt inter fragmenta supposititia quadragesimum quintum (ap. Anton. et Max. p. 277) : Θεῷ ὅμοιον ἔχει ὁ ἄνθρωπος τὸ εὖ ποιεῖν ὅταν τὸ εὖ ποιεῖν μὴ καπηλεύηται, καὶ τὸ εὐεργετεῖν καὶ ἀληθεύειν· et quadragesimum sextum (Democrat. Orell. n. 80) : Ἢν πιστεύῃ τις θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λάθρῃ οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται.

tur ap. Anton. et Max. p. 27 (ap. Orell. n. 127), quæque a nobis in spuriorum fragmentorum ordine (n. 9) posita sunt pag. 10, ut genuinam philosophi sententiam citavit, pag. 55 autem inter supposititias recepit. Sed de hac materia uberius singulis locis egimus. Nunc de Democrate, commentitio plane philosopho, pauca dicenda sunt.

De Pseudodemocrate.

In pluribus membranis, quæ veterum philosophorum sententias ex variis eorum operibus collectas continent, reperiuntur Democratis cujusdam sententiæ aureæ (γνῶμαι χρυσαῖ) numero octoginta sex, quas cum aliis opusculis sententiosis (4) primus Romæ anno 1638 Lucas Holstenius edidit. De his ita ad Lectores præfatur : « Democratis ætatem, patriam et sectam vetustissimus Ionici sermonis character ostendit. Ejus dicta et sententias nonnullas Stobæus et Antonius proferunt, apud quos sæpius cum Democrito librariorum imperitia confunditur : quorum error in tanta rerum antiquarum ignoratione haud facile emendari potest. Plutarchus quoque in Politicis præceptis Democratis cujusdam meminit, qui in Atheniensi republica versabatur circa Olympiadem CX, neque ab hoc fortasse diversus est ille, quem ab Epicuro ob libros transcriptos exagitatum in libello contra Epicurum idem Plutarchus refert. Ceterum Democratem Barberinæ bibliothecæ debes. »

Sed nullus est Democrates ex iis omnibus qui hoc nomine a veteribus citantur, ad quem commode ut ad auctorem suum hæ sententiæ possint referri (5). Nam neque medico conveniunt, qui sub Augusto vixit; neque athletæ, cujus Ælianus mentionem movet; neque rhetori, D. Augustini magistro; neque Lysidis Platonici patri; neque illi, qui circa Olymp. CX Atheniensium rempublicam administravit, non diversus forsitan a philosopho Epicuri acerbitatem ob compilatam ejus sapientiam experto; neque ei denique, cujus bis meminit Stobæus (6). Huc accedit, quod magna pars sententiarum, quæ Democratis esse feruntur, vel in Stobæi Florilegio, quod olim longe integrius fuit (7), vel in fragmento Stobæi, quod e Joannis Damasceni cod. Florentino erutum quarto editionis suæ volumini inseruit Gaisfordius (pag. 375 seqq. ed. Lips.), vel apud Antonium et Maximum qui septimo et octavo sæculo cum ex aliis tum ex Stobæo florilegium suum conscripserunt, addito Democriti nomine invenitur. Præterea accidit ut aliquoties librariorum errore, qui scripturæ compendia Δημοκρ. et Δημο. (8) non intellexerant, apud Antonium et Maximum Δημοκράτης scriptum sit, ubi Stobæi codd. Democriti nomen exhibent. Denique in Stobæi fragmento, quod in cod. Florentino exstat, pluribus locis Δημοκράτης exaratum est, ubi Δημόκριτος scribi debebat, ut ex Stobæi florilegio, Antonii, Maximi aliorumque scriptorum libris intelligitur (9). Ex his signis ac magis etiam ex ipsa rei natura recte conclusit Burchardus (10) sententias Democraticas, quas ex parte jam ipsarum membranarum auctoritate Democriti esse liquet, prope omnes esse Democrito restituendas, præsertim quum in iis eadem quæ in Democriteis sermonis ionici vetustas, eadem facilitas, idem de rebus humanis et vita communi judicium ubique appareat. Postremo in tribus codd. qui dicta Pseudodemocratica servant, non Δημοκράτους, sed Δημοκρίτου nomen his fragmentis inscriptum est. Cf. Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. I p. 868. Itaque cum Burchardo has sententias Democriticis intexui, ita tamen, ut indicarem, quæ apophthegmata in membranis nonnullis Democrati tribuerentur. — Jam fragmenta Democriti exhibebimus.

(4) Vid. Fabric. Bibl. Græc. I p. 868 ed. Harl.

(5) Cf. Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. l. l.

(6) Stobæus Flor. XIII, 30 : Δημοκράτης ἰδὼν κλέπτην ὑπὸ τῶν ἕνδεκα ἀπαγόμενον, Ἄθλιε, εἶπε, τί γὰρ τὰ μικρὰ ἔκλεπτες, ἀλλ' οὐ τὰ μεγάλα, ἵνα καὶ σὺ ἄλλους ἀπῆγες; et XXII, 43 : Δημοκράτης ἀναβαίνων εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἐν γήρᾳ καὶ πνευστιῶν, ποιεῖν ἔφη ὅπερ καὶ ξύμπασα ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις· πνεῖν μὲν γὰρ μέγα, ἰσχύειν δὲ μικρόν. Alio loco XCIII, 30 Δημοκράτους nomen e codd. fide recte nunc in Σωκράτους mutatum est, præsertim quum sententia attico sermone scripta Atheniensis philosophi esse videatur. Apud Orellium hujus rei non memorem reperitur hoc dictum in Opp. sent. I p. 6 inter Demophili Similitud. Pythag.

(7) Hoc vel ex Frobeniano sententiarum corpore cogi potest (Vid. ad fragm. spur. 2) quod ad bonorum codd. fidem expressum, Gaisfordianum Stobæi textum copia superat.

(8) Idcirco et alia confunduntur, ut ap. Anton. et Max. p. 933 Δημοσθένους ἢ Δημοκρίτου. Ibid p. 304 est Δημοκρίτου. Ἄγρυπνος ἔσο κατὰ νοῦν κ. τ. λ. pro Δημοφίλου, v. Orell. Opusc. sent. I p. 36 inter Demophili sententias. Apud Orig. c. Cels. p. 32 (Cantabrig) ἢ Ἐπικούρειος εἶναι ἢ Δημοκράτειος ἢ Περιπατητικός corr. Δημοκρίτειος. Apud Stob. ecl. phys. 1 p. 364 ed. Heer. alii pro Δημόκριτος legunt Δημόκρατος et Δημοκράτου. Cf. var. lect. pag. 27. Ὀνησικράτης perperam scriptum est ap. Plutarch. Alex. 8 in nonnullis codd. pro Ὀνησίκριτος.

(9) Cf. ibid. p. 406 cum Clement. Alex. Strom. IV p. 536.

(10) Pag. 12-16.

ΕΘΙΚΑ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

MORALIA FRAGMENTA.

Περὶ εὐθυμίης.

1. Δημόκριτος καὶ Πλάτων κοινῶς ἐν τῇ ψυχῇ τὴν εὐδαιμονίαν τίθενται. Γέγραφε δὲ ὁ μὲν οὕτως· Εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασι οἰκέει, οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχὴ δ' οἰκητήριον δαίμονος· τὴν δὲ εὐθυμίην καὶ εὐεστὼ καὶ ἁρμονίην, ξυμμετρίην τε καὶ ἀταραξίην καλεῖ· συνίστασθαι δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ διορισμοῦ καὶ τῆς διακρίσεως τῶν ἡδονῶν· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ κάλλιστον καὶ συμφορώτατον ἀνθρώποις.
(Stob. Ecl. eth. lib. II cap. VII περὶ τοῦ ἠθικοῦ εἴδους τῆς φιλοσοφίας pag. 75 seqq. ed. Heeren.)

2. Ἄριστον ἀνθρώπῳ τὸν βίον διάγειν, ὡς πλεῖστα εὐθυμηθέντι καὶ ἐλάχιστα ἀνιηθέντι· τοῦτο δ' ἂν εἴη, εἴ τις μὴ ἐπὶ τοῖσι θνητοῖσι τὰς ἡδονὰς ποιέοιτο.
(Stob. Flor. V, 24.)

3. Ἡδονὴν οὐ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ αἱρέεσθαι χρεών.
(Stob. Flor. V, 77.)

4. Δίκαιος ἔρως ἀνυβρίστως ἐφίεσθαι τῶν καλῶν.
(Stob. Flor. V, 78. Democrat. Orell. n. 38.)

5. Οὔτε σώμασι οὔτε χρήμασι εὐδαιμονέουσι ἄνθρωποι, ἀλλ' ὀρθοσύνῃ καὶ πολυφροσύνῃ.
(Democrat. Orell. n. 6.)

6. Ὁ τὰ ψυχῆς ἀγαθὰ ἐρεόμενος τὰ θειότερα ἐρέεται, ὁ δὲ τὰ σκήνεος, τἀνθρωπήϊα.
(Democrat. Orell. n. 3.)

7. Οὗτος γὰρ αὐτὸς εὐδοκιμῶν παρ' ἑαυτῷ, μὴ καταφρονῶν, ἀλλὰ χαίρων καὶ ἀγαπῶν, ὡς ἱκανὸς ὢν μάρτυς ἅμα τῶν καλῶν καὶ θεατής, δείκνυσι τὸν λόγον ἐντὸς ἤδη στρεφόμενον καὶ ῥιζούμενον ἐν ἑαυτῷ, καὶ, κατὰ Δημόκριτον, αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ τὰς τέρψιας ἐθιζόμενον λαμβάνειν.
(Plutarch. de sentiendo in virtute paranda progressu pag. 81 Steph. (vol. VI pag. 301 ed. Reisk.).

8. Οὖρος ξυμφορέων καὶ ἀξυμφορέων τέρψις καὶ ἀτερπίη.
(Stob. Flor. III, 35.)

9. Τέρψις καὶ ἀτερπίη οὖρος τῶν περιηκμακότων.
(Clem. Alex. Strom. II p. 417).

10. Διζημένοισι τἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι.
(Stob. Flor. XCVIII, 58. Democr. ap. Orell. nr. 75.)

11. Ἀνθρώποισι κακὰ ἐξ ἀγαθῶν φύεται, ἐπήν τις τἀγαθὰ μὴ ἐπίστηται ποδηγέειν μηδὲ ὀχέειν εὐπόρως. Οὐδὲ δίκαιον ἐν κακοῖσι τὰ τοιάδε κρίνειν, ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσι· τοῖσι δὲ ἀγαθοῖσι οἷόν τε χρᾶσθαι καὶ πρὸς τὰ κακά, εἴπερ τινὶ βουλομένῳ ἂν ᾖ.

De animi tranquillitate.

1. Democritus et Plato communiter in animo felicitatem ponunt. Et ille quidem sic scribit : Animi felicitas et infelicitas non in (possidendis) gregibus et auro consistit; animus est domicilium numinis : cæterum animi tranquillitatem etiam bonum ejus statum, concentum, æquabilitatem et perturbationum vacuitatem nominat. Nasci autem eam ait ex voluptatum sejunctione ac distinctione, quam rem longe præstantissimam et hominibus utilissimam esse ait.

2. Optimum homini vitam agere, animo quam maxime læto et quam minime tristi; quod fieri poterit, si voluptates non in perituris rebus locentur.

3. Voluptatem non quamlibet, sed honestati conjunctam eligi decet.

4. Justum (optimarum rerum) studium (est) honestatem sine cujusquam injuria appetere.

5. Nec in corpore nec in opibus sita est hominum felicitas, sed in animo recto variarumque rerum peritia exculto.

6. Qui animi bona amat, diviniora petit, qui autem corporis, humana consectatur.

7. Hic enim ipse sibi placens, neque se contemnens, sed gaudens se ipso atque contentus ut satis idoneo teste ac spectatore pulchrorum ostendit rationem jam intra sese versatam radices agere, et (quod jubet Democritus) ex se ipso sui oblectandi materiam petere se consuesse.

8. Utilium et inutilium termini sunt jucunditas et injucunditas.

9. Voluptas et molestia sunt eorum quæ ad summum pervenerunt terminus.

10. Quærentibus bona non sine labore ac difficultate contingunt, mala autem vel non quærentibus (necopinantibus) accidunt.

11. Hominum mala (plerumque) ex bonis oriuntur, cum quis bona recte administrare et ferre nescit. Attamen hæc non pro malis habenda sunt, sed ad bona pertinent, quibus si quis velit, ad mala abuti possit.

(Stob. Flor. IV, 53. Ecl. eth. II, 9 p. 406 Heer.)

12. Ἀπ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίνεται, ἀπὸ τῶν αὐτέων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκοίμεθα· τῶν δὲ κακῶν ἐκτὸς εἴημεν. Αὐτίκα ὕδωρ βαθὺ εἰς πολλὰ χρήσιμον καὶ δ' αὖτε κακόν· κίνδυνος γὰρ ἀποπνιγῆναι. Μηχανὴ ὦν εὑρέθη νήχεσθαι διδάσκειν.

(Stob. Ecl. eth. II, 9 p. 406 Heer.)

13. Οἱ θεοὶ τοῖσι ἀνθρώποισι διδοῦσι τἀγαθὰ πάντα καὶ πάλαι καὶ νῦν, πλὴν ὁπόσα κακὰ καὶ βλαβερὰ καὶ ἀνωφελέα. Τάδε δ' οὐ πάλαι, οὔτε νῦν θεοὶ ἀνθρώποισι δωρέονται, ἀλλ' αὐτοὶ τοῖσδεσι ἐμπελάζουσι διὰ νόου τυφλότητα καὶ ἀγνωμοσύνην.

(Stob. Ecl. eth. II, 9. p. 408.)

Περὶ τύχης.

14. Ἄνθρωποι τύχης εἴδωλον ἐπλάσαντο πρόφασιν ἰδίης ἀβουλίης· βαιὰ γὰρ φρονήσι τύχη μάχεται, τὰ δὲ πλεῖστα ἐν βίῳ ψυχὴ εὐξύνετος ὀξυδερκέειν κατιθύνει.

(Stob. Ecl. eth. II, 8 p. 344.)

15. Τύχη μεγαλόδωρος, ἀλλ' ἀβέβαιος, φύσις δὲ αὐτάρκης· διόπερ νικᾷ τῷ ἥσσονι καὶ βεβαίῳ τὸ μέζον τῆς ἐλπίδος.

(Stob. Ecl. eth. II, 9 p. 410.)

16. Ἀνοήμονες ῥυσμοῦνται τοῖσι τῆς ψυχῆς κέρδεσι· οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαήμονες τοῖσι τῆς σοφίης.

(Stob. Flor. IV, 73.)

17. Αἱ μεγάλαι τέρψιες ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ καλὰ τῶν ἔργων γίνονται.

(Stob. Flor. III, 57.)

18. Εἴδωλα αἰσθητικὰ καὶ κόσμῳ διαπρεπέα πρὸς θεωρίην, ἀλλὰ καρδίης κενεά.

(Stob. Flor. IV, 71.)

Περὶ μετρίης τέρψιος καὶ βίου ξυμμέτρου.

19. Ἡδοναὶ ἄκαιροι τίκτουσι ἀηδίας.

(Democr. Orell. nr. 36.)

20. Ἀνθρώποισι γὰρ εὐθυμίη γίνεται μετριότητι τέρψιος καὶ βίου ξυμμετρίῃ, τὰ δὲ λείποντα καὶ ὑπερβάλλοντα μεταπίπτειν τε φιλέει καὶ μεγάλας κινήσιας ἐμποιέειν τῇ ψυχῇ. Αἱ δ' ἐκ μεγάλων διαστημάτων κινεόμεναι τῶν ψυχέων οὔτε εὐσταθέες εἰσί, οὔτε εὔθυμοι. Ἐπὶ τοῖσι δυνατοῖσι ὦν δέει ἔχειν τὴν γνώμην, καὶ τοῖσι παρεοῦσι ἀρκέεσθαι, τῶν μὲν ζηλουμένων καὶ θωυμαζομένων ὀλίγην μνήμην ἔχοντα, καὶ τῇ διανοίῃ μὴ προσεδρεύοντα, τῶν δὲ ταλαιπωρεόντων τοὺς βίους θεωρέειν, ἐννοεύμενον τὰ πάσχουσι κάρτα, ὅκως ἂν τὰ παρεόντα σοι καὶ ὑπάρχοντα μεγάλα καὶ ζηλωτὰ φαίνηται καὶ μηκέτι πλειόνων ἐπιθυμέοντι ξυμβαίνῃ κακοπαθέειν τῇ ψυχῇ. Ὁ γὰρ θαυμάζων τοὺς ἔχοντας καὶ μακαριζομένους ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ τῇ μνήμῃ πᾶσαν ὥρην προσεδρεύων, αἰεὶ ἐπικαινουργέειν ἀναγκάζεται καὶ ἐπιβάλλεσθαι, δι' ἐπιθυμίην τοῦ τι πρήσσειν ἀνήκεστον ὃ νόμοι κωλύουσι. Διόπερ τὰ μὲν μὴ δίζησθαι χρεών, ἐπὶ

---

12. A quibus bona nobis proveniunt, ab iisdem mala quoque nanciscimur. A malis autem liberi esse possumus. Sic aqua profunda multum quidem prodest, verum nocet etiam, quando periculum est, ne in undis pereamus. Quapropter natandi disciplina remedium est inventum.

13. Dii hominibus bona omnia et olim et nunc præbent, non tamen ea quæ mala et noxia et inutilia sunt. Hæc autem dii neque olim neque nunc hominibus largiuntur, sed ipsi in ea ob mentis cæcitatem et ignorantiam incurrunt.

De fortuna.

14. Fortunæ simulacrum homines prætextum imprudentiæ suæ finxerunt; nam parum resistit prudentiæ fortuna ac pleraque mens perspicax in vita moderatur.

15. Magna quidem largitur fortuna, sed inconstans est; at ingenium suis viribus pollet, ideoque ubi minora quidem, sed certa sibi paravit, majora sperare omittit.

16. Stulti erudiuntur astutiis, harum autem gnari sapientiæ bonis.

17. Magnæ voluptates e præclarorum facinorum contemplatione oriuntur.

18. Simulacra quæ oculis cernimus, belle ornata ad sui quidem spectaculum alliciunt, sed corde carent.

De modica voluptate et vita æquabili.

19. Intempestivæ voluptates molestias pariunt.

20. Hominibus enim animi tranquillitas oritur e modica voluptate atque e vita æquabili; omnis autem tam inopia quam abundantia in deterius mutari magnosque in animo motus concitare solet. At animi qui quasi sede sua expulsi magnis intervallis ultro citroque moventur, nec constantes sunt, neque tranquilli. Quare ad ea quæ fieri possunt intendi animum ac præsentibus contentum esse decet, eorum qui felices judicantur et in admiratione sunt, non valde memorem neque eos curantem, sed hominum ærumnosorum vitas intueri convenit, reputantem quantis miseriis conflictentur, ut tua res tuaque fortuna magna tibi et lauta videatur, neve posthac plura cupienti accidat ut animo excrucieris. Nam qui suspicit eos qui opes habent et qui beati existimantur ab aliis hominibus, eique recordationi singulis horis immoratur, semper novi aliquid moliri et aggredi cogitur propter cupiditatem patrandi aliquid ne-

τοῖσι δὲ εὐθυμέεσθαι χρεών, παραβάλλοντα τὸν ἑωυτοῦ βίον πρὸς τὸν τῶν φαυλότερον πρησσόντων, καὶ μακαρίζειν ἑωυτόν, ἐνθυμεύμενον τὰ πάσχουσι, ὅκως αὐτέων βέλτιον πρήσσῃ τε καὶ διάγῃ. Ταύτης γὰρ ἐχόμενος τῆς γνώμης εὐθυμότερόν τε διάξεις, καὶ οὐκ ὀλίγας κῆρας ἐν τῷ βίῳ διώσεαι, φθόνον καὶ ζῆλον καὶ δυσμενίην.

(Stob. Flor. I, 40.)

21. Ἡ τοῦ πλέονος ἐπιθυμίη τὸ παρεὸν ἀπόλλυσι, τῇ Αἰσωπίῃ κυνὶ ἰκέλη γινομένη.

(Stob. Flor. X, 69.)

22. Τῶν τὸ σκῆνος χρήζει, πᾶσι πάρεστι εὐμαρέως ἄτερ μόχθου καὶ ταλαιπωρίης· ὁκόσα δὲ μόχθου καὶ ταλαιπωρίης χρήζει καὶ βίον ἀλγύνει, τούτων οὐκ ἱμείρεται τὸ σκῆνος, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης κακοφυΐη.

(Stob. Flor. X, 66.)

23. Πρὸς τούτους γὰρ οἶμαι μάλιστα τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν, ὡς εἰ τὸ σῶμα δικάσαιτο τῇ ψυχῇ κακώσεως, οὐκ ἂν αὐτὴν ἀποφυγεῖν.

(Plutarch. de Sanit. tuend. p. 135 (vol. VI p. 514 ed. Reisk.)

24. Ἢν μὴ πολλῶν ἐπιθυμέῃς, τὰ ὀλίγα τοι πολλὰ δόξει· σμικρὴ γὰρ ὄρεξις πενίην ἰσοσθενέα πλούτῳ ποιέει.

(Stob. Flor. XCVII, 24 et 25.)

25. Καλὸν ἐπὶ παντὶ τὸ ἴσον, ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις οὔ μοι δοκέει.

(Democr. Orell. n. 68.)

26. Πενίη, πλοῦτος, ὀνόματα ἐνδείης καὶ κόρου· οὔτε ὢν πλούσιος ὁ ἐνδέων, οὔτε πένης ὁ μὴ ἐνδέων.

(Stob. Flor. XCVII, 23.)

27. Εὐτυχὴς ὁ ἐπὶ μετρίοισι χρήμασι εὐθυμεόμενος· δυστυχὴς δὲ ὁ ἐπὶ πολλοῖσι δυσθυμεόμενος.

(Stob. Flor. CIII, 17.)

28. Τὸ χρῇζον οἶδε ὁκόσον χρήζει, ὁ δὲ χρήζων οὐ γινώσκει.

(Stob. Flor. I, 74.)

29. Εὐγνώμων ὁ μὴ λυπεόμενος ἐπ' οἷσι οὐκ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐπ' οἷσι ἔχει.

(Stob. Flor. XVII, 26.)

30. Ὁ φθονέων, ἑωυτὸν ὡς ἐχθρὸν λυπέει.

(Stob. Flor. XXXVIII, 47. Democr. Orell. n. 54.)

31. Ἀνοήμονες τῶν ἀπεόντων ὀρέγονται· τὰ δὲ παρεόντα (καὶ παρῳχημένων κερδαλεώτερα ἐόντα) ἀμαλδύνουσι.

(Stob. Flor. IV, 78.)

32. Βίος ἀνεόρταστος μακρὴ ὁδὸς ἀπανδόκευτος.

(Stob. Flor. XVI, 21.)

33. Φειδώ τοι καὶ λιμὸς χρηστή, ἐν καιρῷ δὲ καὶ δαπάνη· γινώσκειν δὲ ἀγαθοῦ.

(Stob. Flor. XVI, 18.)

34. Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γινόμενα μάλιστα τέρπει.

(Stob. Flor. XVII, 38.)

35. Σωφροσύνη τὰ τερπνὰ ἀέξει, καὶ ἡδονὴν ἐπιμέζονα ποιέει.

(Stob. Flor. V, 49.)

---

farium quod legibus interdictum sit. Quapropter unum quemque decet alia (i. e. aliena) non appetere, aliis (i. e. suis) autem acquiescere, comparantem suam ipsius vitam cum eorum vita, qui deteriore sunt conditione, et se ipsum beatum prædicare, reputantem secum, quæ illi perpetiantur, ut meliore quam isti sorte et vita fruatur. Hanc enim amplexus sententiam lætius et tranquillius vives, neque paucas vitæ (humanæ) pestes propulsabis, invidiam, æmulationem, odium.

21. Cupido plura adipiscendi Æsopei canis instar præsentia amittit.

22. Quorum corpus indiget, ea facile omnibus obveniunt sine labore et ærumna: quæcunque vero laborem et ærumnam flagitant vitamque tristem reddunt et insuavem, ea non corpus desiderat, sed ingenii et opinionis perversitas.

23. In hos enim existimo Democriti dictum convenire, si corpus cum animo de damno facto litigaret, fore ut animus judicio non absolveretur.

24. Nisi multa desideras, pauca tibi multa videbuntur: pauca enim appetendo efficimus, ut paupertas magnas opes æquiparet.

25. Bona in omnibus æqualitas est, quidquid vero ultra vel citra modum est, mihi non placet.

26. Paupertas, divitiæ, nomina sunt indigentiæ et saturitatis: quamobrem neque dives dicendus est qui indiget, neque qui non indiget pauper.

27. Fortunatus est, qui exigua possidens hilare vivit: infortunatus, qui inter magnas opes in mœrore jacet.

28. Ipsa indigentia scit qua re et quatenus egeat, indigens autem ignorat.

29. Sobrius est et moderatus qui ob res quibus caret dolore non angitur, sed iis quæ præsto sunt, gaudet.

30. Homo invidus se ipsum, ut inimicum, dolore afficit.

31. Stulti desiderant absentia, præsentia vero, etsi utiliora præteritis, perire sinunt.

32. Vita festis diebus carens longa est via inhospitalis.

33. Parsimonia et esuries bona sunt, suo autem tempore sumtus (non minus bonus est); at viri prudentis est, nosse (tempus ad utramque rem opportunum).

34. Rarissimæ quæque voluptates maxime delectant.

35. Temperantia, quæ jucunda sunt, auget et voluptatem majorem facit.

36. Τράπεζαν πολυτελέα μὲν τύχη παρατίθησι, αὐταρκέα δὲ σωφροσύνη.
(Stob. Flor. V, 38.)

37. Εἴ τις ὑπερβάλλοι τὸ μέτριον, τὰ ἐπιτερπέστατα ἀτερπέστατα ἂν γίνοιτο.
(Stob. Flor. VII, 60. VI, 39.)

38. Ξενιτείη βίου αὐταρκείην διδάσκει· μᾶζα γὰρ καὶ στιβὰς λιμοῦ καὶ κόπου γλυκύτατα ἰάματα.
(Stob. Flor. XL, 6.)

39. Αὐταρκείῃ τροφῆς μακρὴ νὺξ οὐδέποτε γίνεται.
(Anton. et Max. p. 145. Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 434.)

40. Τὰ μέγιστα τῶν κακῶν οἱ πένητες ἐκπεφεύγασιν, ἐπιβουλήν, φθόνον καὶ μῖσος, οἷς οἱ πλούσιοι καθ' ἡμέραν συνοικοῦσιν.
(Anton. et Max. p. 786.)

41. Γινώσκειν χρεὼν ἀνθρωπίνην βιοτὴν ἀφαυρήν τε ἐοῦσαν καὶ ὀλιγοχρόνιον πολλῇσί τε κηρσὶ συμπεφυρμένην καὶ ἀμηχανίῃσι, ὅκως ἄν τις μετρίης τε κτήσιος ἐπιμελῆται καὶ μετρῆται ἐπὶ τοῖσι ἀναγκαίοισι ἡ ταλαιπωρίη.
(Stob. Flor. XCVIII, 65.)

42. Πενίην ἐπιεικέως φέρειν σωφρονέοντος.
(Stob. Flor. CV, 70.)

43. Ἀπορίη ξυνὴ τῆς ἑκάστου χαλεπωτέρη· οὐ γὰρ ὑπολείπεται ἐλπὶς ἐπικουρίης.
(Stob. Flor. CIV, 20.)

44. Ἀλογιστίη μὴ ξυγχωρέειν τῇσι κατὰ τὸν βίον ἀνάγκῃσι.
(Stob. Flor. CVIII, 64.)

45. Τοῖσι ὁ τρόπος ἐστὶ εὔτακτος, τουτέοισι καὶ βίος ξυντέτακται.
(Stob. Flor. XXXVII, 25. Democrat. Orell. n. 26.)

Περὶ ἀμετρίης τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἡδονέων.

46. Ὑγιείην εὐχῇσι παρὰ θεῶν αἰτέονται ἄνθρωποι, τὴν δὲ ταύτης δύναμιν παρ' ἑωυτοῖσι ἔχοντες οὐκ ἴσασι· ἀκρασίῃ δὲ τἀναντία πρήσσοντες αὐτοὶ προδόται τῆς ὑγιείης τῇσι ἐπιθυμίῃσι γίνονται.
(Stob. Flor. XVIII, 31.)

47. Ὅσοι ἀπὸ γαστρὸς τὰς ἡδονὰς ποιέονται, ὑπερβεβληκότες τὸν καιρὸν ἐπὶ βρώσεσι ἢ πόσεσι ἢ ἀφροδισίοισι, ἐν τοῖσι πᾶσι αἱ μὲν ἡδοναὶ βραχεῖαί τε καὶ δι' ὀλίγου γίνονται, ὁκόσον ἂν χρόνον ἐσθίωσι ἢ πίνωσι, αἱ δὲ λῦπαι πολλαί. Τοῦτο μὲν γὰρ τὸ ἐπιθυμέειν αἰεὶ τῶν αὐτέων πάρεστι· καὶ ὁκόταν γένηται, ὁκοίων ἐπιθυμέουσι, διὰ ταχέος τε ἡ ἡδονὴ παροίχεται καὶ οὐδὲν ἐν αὐτέοισι χρηστόν ἐστι, ἀλλ' ἡ τέρψις βραχεῖα καὶ αὖτις τῶν αὐτέων δέει.
(Stob. Flor. XVIII, 36.)

48. Ἄτοπον γάρ ἐστι, κοράκων μὲν λαρυγγισμοῖς καὶ κλωσμοῖς ἀλεκτορίδων καὶ συσὶν ἐπὶ φορυτῷ μαργαινούσαις, ὡς ἔφη Δημόκριτος, ἐπιμελῶς προσέχειν, σημεῖα ποιουμένους πνευμάτων καὶ ὄμβρων, τὰ δὲ τοῦ σώματος κινήματα καὶ σάλους καὶ προπαθείας μὴ προλαμβάνειν, μηδὲ προφυλάττειν, μηδὲ ἔχειν σημεῖα χειμῶνος ἐν ἑαυτῷ γενησομένου καὶ μέλλοντος.
(Plutarch. de Sanit. tuend. p. 129, vol. VI pag. 489 seq. ed. Reisk.)

---

36. Mensam pretiosam fortuna apponit, usui sufficientem temperantia.

37. Si quis modum excesserit, suavissima quæque insuavissima fient.

38. Peregrinatio vitæ frugalitatem docet; nam panis hordeaceus et torus stramineus famis ac laboris dulcissima sunt remedia.

39. Moderato victu (contentis) nulla unquam nox longa (et molesta) est.

40. Pauperes maximis malis non infestantur, ut insidiis, invidia et odio, quibus divites premuntur quotidie.

41. Cognoscamus oportet, vitam humanam imbecillam ac brevem multisque calamitatibus (fatorum acerbitate illatis) et rerum angustiis turbatam esse, ut ad mediocrem quæstum faciendum intenti simus atque ut rebus necessariis miseriam metiamur.

42. Paupertatem moderate ac patienter ferre hominis sobrii est.

43. Gravior est publica quam privata inopia; non enim subsidii spes relinquitur.

44. Necessariis in vita rebus non cedere, stultitia est.

45. Quibus mores bene sunt compositi, iis et vita recte instituta est.

De corporis voluptatum intemperantia.

46. Precibus homines prosperam valetudinem a diis exposcunt, nescientes, se ipsos ejus rei facultatem habere. Sed per intemperantiam ei contraria facientes ipsi libidinibus suis ejus proditores evadunt.

47. Qui ventris voluptatibus dediti justum edendi aut potandi aut rerum venerearum tempus excedunt: hi ex his omnibus voluptates breves ac parum stabiles capiunt tantisper dum edunt aut potant, sed multum molestiæ inde trahunt. Etenim earundem rerum desiderio semper tenentur et quum ea quæ appetunt consecuti sunt, voluptas confestim transit neque quidquam in talibus boni inest, sed brevis est delectatio, ut mox rursus iisdem indigeant.

48. Est enim absurdum, quum crocientibus corvis et gracillantibus gallinis et subus cum voluptate in luto se volutantibus, ut ajebat Democritus, studiose animum attendamus, ventorum inde et imbrium præsagia sumentes, motus corporis nostri et jactationes affectionesque morbum antecedentes non observare, non præcavere, neque indicia futuræ in nobis tempestatis præcipere animo.

49. Ξυόμενοι ἄνθρωποι ἥδονται καί σφιν γίνεται ἅπερ τοῖσι ἀφροδισιάζουσι.
(Eustath. ad Odyss. ξ, 428.)

50. Ξυνουσίη ἀποπληξίη σμικρή· ἐξέσσυται γὰρ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου.
(Stob. Flor. VI, 57.)

51. Ἀνοήμονες βιοῦσι οὐ τερπόμενοι βιοτῇ.
(Stob. Flor. IV, 79.)

52. Ἀνοήμονες νεότητος ὀρέγονται, οὐ τερπόμενοι δὲ νεότητι.
(Stob. Flor. IV, 77.)

53. Ἀνοήμονες θάνατον δεδοικότες γηράσκειν ἐθέλουσι.
(Stob. Flor. IV, 81.)

54. Ἀνοήμονες τὸ ζῆν ὡς στυγέοντες, ζῆν ἐθέλουσι δείματι Ἀΐδεω.
(Stob. Flor. IV, 75.)

55. Ἀνοήμονες τὸν θάνατον φεύγοντες διώκουσι.
(Stob. Flor. IV, 79.)

56. Ἀνοήμονες οὐδὲν μανθάνουσι ἐν ὅλῃ τῇ βιοτῇ.
(Stob. Flor. IV, 80.)

Περὶ χρημάτων.

57. Χρημάτων χρῆσις ξὺν νόῳ μὲν χρήσιμον εἰς τὸ ἐλευθέριον εἶναι καὶ δημωφελέα· ξὺν ἀνοίῃ δὲ χορηγίη ξυνή.
(Stob. Flor. XCIV, 24.)

58. Δόξα καὶ πλοῦτος ἄνευ ξυνέσιος οὐκ ἀσφαλέα κτήματα.
(Stob. Flor. IV, 82. Democrat. ap. Orell. n. 42.)

59. Τὸν οἰόμενον νόον ἔχειν ὁ νουθετέων ματαιοπονέει.
(Democrat. Orell. n. 18. Stob. Flor. X, 43.)

60. Οὐκ ἔστι οὕτως ἀσφαλὴς πλούτου πυλεών, τὸν οὐκ ἀνοίγει τύχης καιρός.
(Stob. Flor. CV, 59.)

61. Χρήματα πορίζειν μὲν οὐκ ἀχρεῖον· ἐξ ἀδικίης δὲ πάντων κάκιον.
(Democr. ap. Orell. n. 43. Stob. Flor. XCIV, 25.)

62. Ὁ χρημάτων παντελέως ἥσσων οὐκ ἄν ποτε εἴη δίκαιος.
(Democrat. Orell. n. 16.)

63. Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίης περιγενόμενος ἐπιφανέστερον τὸ ὄνειδος κέκτηται.
(Stob. Flor. X, 37.)

64. Κακὰ κέρδεα ζημίην ἀρετῆς φέρει.
(Stob. Flor. X, 45.)

65. Ἐλπὶς κακοῦ κέρδεος ἀρχὴ ζημίης.
(Stob. Flor. X, 48.)

66. Χρημάτων ὄρεξις ἐὰν μὴ ὁρίζηται κόρῳ, πενίης ἐσχάτης πολλῷ χαλεπωτέρη· μέζονες γὰρ ὀρέξιες μέζονας ἐνδείας ποιεῦσι.
(Stob. Flor. X, 44.)

67. Ὥσπερ ἐν τοῖσι ἕλκεσι φαγέδαιναι κάκιστον νούσημα, οὕτως ἐν τοῖσι χρήμασι τὸ μὴ προσαρμόζον καὶ τὸ ξυνεχές.
(Stob. Flor. XCII, 14.)

68. Οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον ἔχουσι, ἐργαζόμενοι ὡς αἰεὶ βιωσόμενοι.

---

49. Qui corpus aliqua parte radunt, eandem percipiunt voluptatem quam qui in re venerea versantur.

50. Coitus est parva apoplexia : prorumpit enim homo ex homine.

51. Stulti vivunt non gaudentes vita.

52. Stulti desiderant juventutem, quum nullo juventæ commodo fruantur.

53. Stulti mortem metuentes, senescere cupiunt.

54. Stulti quum vitam se odisse simulent, vivere tamen volunt mortis metu.

55. Stulti mortem dum fugiunt, persequuntur.

56. Stulti per totam vitam nihil discunt.

De pecunia.

57. Pecuniarum usus cum prudentia conjunctus utilis est ad exhibendam liberalitatem et populum adjuvandum : cum stultitia sociatus largitio est omnibus commoda.

58. Honor et divitiæ sine prudentia opes sunt nequaquam tutæ.

59. Quisquis eum monet, qui prudentia se pollere existimat, operam perdit.

60. Non est adeo munita divitiarum porta, quam non aperiat fortunæ occasio.

61. Opes parare haudquaquam inutile, sed injuste parare omnium pessimum est.

62. Qui pecuniis facile corrumpitur, nunquam ille justus fuerit.

63. Divitiæ turpi quæstu paratæ opprobrium eo habent insignius.

64. Improbo lucro jacturam facimus virtutis.

65. Spes mali lucri initium est jacturæ.

66. Pecuniarum cupiditas nisi finiatur aliqua satietate, multo est molestior quam summa egestas. Majores enim cupiditates indigentias quoque majores pariunt.

67. Ut in ulceribus perniciosissimus morbus gangræna est : ita in divitiis eas, quæ non conveniunt hominibus quibus contigerunt et quarum diuturna est possessio, perniciosissimas judicari et quasi gangrænæ instar haberi oportet.

68. Homines præparci apiculæ sortem habent; quippe labores suscipiunt tanquam perpetuo victuri.

(Stob. Flor. XVI, 16.)

69. Ἡ τέκνοισι ἄγαν χρημάτων ξυναγωγὴ πρόφασίς ἐστι φιλαργυρίης, τρόπον ἴδιον ἐλέγχουσα.
(Stob. Flor. X, 65.)

70. Οἱ τῶν φειδωλῶν παῖδες ἀμαθέες γινόμενοι, ὥσπερ οἱ ὀρχησταὶ οἱ ἐς τὰς μαχαίρας ὀρούοντες, ἢν ἑνὸς μούνου μὴ τύχωσι, μὴ καταφερόμενοι ἔνθα δέει τοὺς πόδας ἐρεῖσαι, ἀπόλλυνται· χαλεπὸν δὲ τυχέειν τοῦ ἑνός· τὸ γὰρ ἴχνιον μοῦνον λέλειπται τῶν ποδῶν· οὕτω δὲ καὶ οὗτοι, ἢν ἁμάρτωσι τοῦ πατρικοῦ τύπου τοῦ ἐπιμελέος καὶ φειδωλοῦ, φιλέουσι διαφθείρεσθαι.
(Stob. Flor. XVI, 17.)

71. Τοῖσι παισὶ μάλιστα χρὴ τῶν ἀνυστῶν δατέεσθαι τὰ χρήματα; καὶ ἅμα ἐπιμέλεσθαι αὐτέων, μή τι ἀτηρόν τι ἔωσι διὰ χειρὸς ἔχοντες· ἅμα μὲν γὰρ πολλῷ φειδότεροι γίνονται εἰς τὰ χρήματα καὶ προθυμότεροι κτᾶσθαι, καὶ ἀγωνίζονται ἀλλήλοισι· ἐν γὰρ τῷ ξυνῷ τὰ τελεύμενα οὐκ ἀνιᾷ, ὥσπερ ἰδίῃ· οὐδ' εὐθυμέει τὰ ἐπικτώμενα, ἀλλὰ πολλῷ ἧσσον.
(Stob. Flor. LXXXIII, 25.)

72. Πατρὸς σωφροσύνη μέγιστον τέκνοισι παράγγελμα.
(Stob. Flor. V, 44.)

Περὶ τοῦ ἐν ξυμφορῇσι εὐφρονέειν.

73. Μέγα τὸ ἐν ξυμφορῇσι φρονέειν ἃ δέει.
(Stob. Flor. CVIII, 68. Democrat. Orell. n. 8.)

74. Λύπην ἀδέσποτον ψυχῆς ναρκώσης λογισμῷ ἔκκρουε.
(Stob. Flor. CVIII, 67.)

Περὶ ἐπιθυμιέων.

75. Τὸ νικᾶν αὐτὸν ἑαυτὸν πασῶν νικῶν πρώτη καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, αἴσχιστόν τε καὶ κάκιστον.
(Anton. p. 268 et 321.)

76. Ἀνδρήϊος οὐχ ὁ τῶν πολεμίων κρατέων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν ἡδονέων κρέσσων.
(Stob. Flor. VII, 26.)

77. Θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπόν, ἀνδρὸς δὲ τὸ κρατέειν εὐλογίστου.
(Stob. Flor. XX, 56.)

78. Ἄλογοι τῶν ἀξυνέτων αἱ ἐλπίδες.
(Stob. Flor. CX, 19.)

79. Ἐλπίδες αἱ τῶν ὀρθὰ φρονεόντων ἐφικταί, αἱ δὲ τῶν ἀξυνέτων ἀδύνατοι.
(Stob. Flor. CX, 18.)

80. Ἰατρικὴ μὲν γάρ, κατὰ Δημόκριτον, σώματος νούσους ἀκέεται, σοφίη δὲ ψυχὴν παθέων ἀπαιρέεται.
(Clemens Alex. Pædag. lib. I pag. 81 ed. Sylb.)

81. Σοφίη ἄθαμβος ἀξίη πάντων, τιμιωτάτη ἐοῦσα.
(Stob. Flor. III, 34 et VII, 80.)

82. Αἱ περί τι σφοδραὶ ὀρέξιες τυφλοῦσι εἰς τἄλλα τὴν ψυχήν.

---

69. Nimia pecuniarum collectio ad liberorum commodum spectans prætextus est avaritiæ, suum cujusque ingenium arguens ac detegens.

70. Quemadmodum saltatores in erectorum gladiorum orbem se conjicientes, ubi id unum non consecuti sunt, ut delaberentur in eum locum, in quo pedes poni oportet, male dispereunt—difficile vero unum illud consequi; non enim plus spatii relinquitur, quam quantum satis est ad excipienda pedum vestigia : ita etiam præparcorum hominum filii, si litterarum ignari sunt, ubi a paterno diligentiæ ac parcitatis exemplo desciverunt, perire solent.

71. Pueris (singulis) distribui oportet cum alias res, tum pecunias tanquam recte factorum (præmia) ac simul videndum est, ne quid in manibus habeant, quod (res illas) corrumpere possit. Sic enim (singuli) multo parciores promptioresque ad acquirendum fiunt, ac simul inter se certant. Nam quæ communi sumtu expenduntur non ita molesta sunt, ut quæ privatim erogantur; et quæ (ab universis) acquiruntur, non æque exhilarant (singulos), sed multo minus.

72. Patris temperantia optima liberorum institutio est.

De prudentia in rebus adversis.

73. Magnum est in rebus adversis recte sentire.

74. Dolorem intolerabilem animæ torpentis ratione expellas.

De cupiditatibus.

75. Se ipsum vincere omnium victoriarum prima et pulcherrima : vinci autem a se ipso et turpissimum et pessimum est.

76. Fortis habendus non solum qui hostes superat, sed etiam qui voluptatibus superior est.

77. Difficile quidem est, adversus iram pugnare : viri autem prudentis ac moderati est ipsam vincere.

78. Insipientium spes præter rationem sunt.

79. Spes recte sapientium ratæ fieri possunt, insipientium vero necessario ad irritum cadunt.

80. Medicina enim (ait Democritus) medetur morbis corporis; sapientia autem liberat animum a perturbationibus.

81. Sapientia quæ nihil neque admiratur neque reformidat, magni facienda est, quum summis honoribus digna sit.

82. Nimis vehementes cujuscunque rei appetitus ad cætera animum occæcant.

(Democrat. Orell. n. 37.)

83. Παιδός, οὐκ ἀνδρὸς τὸ ἀμέτρως ἐπιθυμέειν.
(Democrat. Orell. n. 35.)

Περὶ πόνων.

84. Πόνος ξυνεχὴς ἐλαφρότερος ἑωυτοῦ τῇ ξυνηθείῃ γίνεται.
(Stob. Flor. XXIX, 64.)

85. Δημόκριτος μὲν παραινεῖ, τήν τε πολεμικὴν τέχνην, μεγίστην οὖσαν, ἐκδιδάσκεσθαι καὶ τοὺς πόνους διώκειν, ἀφ' ὧν τὰ μεγάλα καὶ λαμπρὰ γίγνονται τοῖς ἀνθρώποις.
(Plutarch. adv. Colot. p. 1126.)

86. Οἱ ἑκούσιοι πόνοι τὴν τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέραν παρασκευάζουσι.
(Stob. Flor. XXIX, 63.)

87. Τῆς ἡσυχίης πάντες οἱ πόνοι ἡδίονες, ὅταν τῶν εἵνεκεν πονέουσι, τυγχάνωσι ἢ εἰδέωσι κύρσοντες· τὸ δὲ ἄχος τῆς ἀποτυχίης ἀποδείκνυσι τὸ πονέειν ὁμοίως ἀνιηρὸν καὶ ταλαίπωρον.
(Stob. Flor. XXIX, 88.)

88. Τὸ αἰεὶ μέλλειν ἀτελέας ποιέει τὰς πρήξιας.
(Stob. Flor. XXIX, 67. Democrat. Orell. n. 46.)

89. Τόλμα πρήξιος ἀρχή, τύχη δὲ τέλεος κυρίη.
(Stob. Flor. LI, 16.)

90. Ἀνδρηίη τὰς ἄτας σμικρὰς ἔρδει.
(Stob. Flor. VII, 22.)

91. Ἡμερήσιοι ὕπνοι σώματος ὄχλησιν ἢ ψυχῆς ἀδημοσύνην, ἢ ἀργίην ἢ ἀπαιδευσίην σημαίνουσι.
(Stob. Flor. VI, 55.)

92. Τὸν εὐθυμέεσθαι μέλλοντα χρὴ μὴ πολλὰ πρήσσειν, μήτε ἰδίῃ μήτε ξυνῇ, μηδὲ ἅσσ' ἂν πρήσσῃ, ὑπέρ τε δύναμιν αἱρέεσθαι τὴν ἑωυτοῦ καὶ φύσιν, ἀλλὰ τοσαύτην ἔχειν φυλακήν, ὥστε καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης καὶ ἐς τὸ δέον ὑπηγεομένης τῷ δοκέειν, κατατίθεσθαι καὶ μὴ πλέω προσάπτεσθαι τῶν δυνατῶν· ἡ γὰρ εὐογκίη ἀσφαλέστερον τῆς μεγαλογκίης.
(Stob. Flor. CIII, 25.)

Περὶ ἰδίων καὶ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων.

93. Λήθη τῶν οἰκηίων κακῶν θρασύτητα γεννᾷ.
(Stob. Flor. IV, 72.)

94. Κρέσσον τὰ οἰκήϊα ἁμαρτήματα ἐλέγχειν ἢ τὰ ὀθνεῖα.
(Stob. Flor. XIII, 26.)

95. Αἰσχρὸν τὰ ὀθνεῖα πολυπραγμονεύοντα ἀγνοέειν τὰ οἰκήϊα.
(Democrat. Orell. n. 45.)

96. Ἂν δὲ σαυτὸν ἔνδοθεν ἀνοίξῃς, ποικίλον τι καὶ πολυπαθὲς κακῶν ταμεῖον εὑρήσεις καὶ θησαύρισμα, ὥς φησι Δημόκριτος, οὐκ ἔξωθεν ἐπιῤῥεόντων, ἀλλ' ὥσπερ ἐγγείους καὶ αὐτόχθονας πηγὰς ἐχόντων, ἃς ἀνίησιν ἡ κακία, πολύχυτος καὶ δαψιλὴς οὖσα τοῖς πάθεσιν.
(Plutarch. vol. VII, p. 950 ed. Reisk. p. 500 ed. Xyl.)

Περὶ κακῶν ἔργων.

97. Φαύλων ἔργων καὶ τοὺς λόγους παραιτητέον.

---

83. Pueri, non viri est, immoderata cupiditate trahi.

De laboribus.

84. Labor continuus consuetudine fit levior.

85. Democritus ad discendam artem bellicam, quippe quæ permagna sit, cohortatur, atque ad obeundos labores, quibus magnitudo et splendor hominibus comparantur.

86. Voluntarii labores necessariorum laborum patientiam afferunt eosque quodammodo levant ac minuunt.

87. Omnes labores otio jucundiores sunt, quando illa consequuntur homines, quorum gratia laborant, aut consecuturos se sciunt; at dolor e spe ad irritum redacta susceptus ipsos labores ingratos pariter ac molestos efficit.

88. Perpetua cunctatio imperfecta relinquit opera.

89. Audacia principium actionis est; fortuna vero finem gubernat.

90. Fortitudo dispendia minuit.

91. Somni diurni corporis turbationem vel animi mœrorem (ex fastidio ortum) vel pigritiam vel litterarum ignorantiam indicant.

92. Tranquillum futurum non multa agere oportet neque privatim neque publice; neque ea quæ agat supra facultatem et naturam suam sibi sumere, sed tantam sui curam habere, ut fortunam quamvis præsentem et ad id quod necessarium videtur ducentem declinet, ac non plura attingat, quam quibus ferendis par sit : molis enim commoditas tutior est quam ejus magnitudo.

De nostris aliorumque vitiis

93. Vitiorum nostrorum oblivio gignit audaciam.

94. Præstat propria quam aliena peccata reprehendere.

95. Aliena curiose sectantem sua ignorare turpe est.

96. Quodsi intus te ipsum aperias, varium aliquem et multis affectum modis penum atque, ut Democritus ait, thesaurum malorum invenies, non extrinsecus affluentium, sed insitos et ingeneratos fontes habentium, quos pravitas aperit, copiose largiterque varias fundens affectiones.

De malis facinoribus.

97. Malorum facinorum vel commemoratio vitanda est.

(Stob. Flor. V, 25.)

98. Φαῦλον, κἂν μόνος ἦς, μήτε λέξῃς μήτε ἐργάσῃ· μάθε δὲ πολὺ μᾶλλον τῶν ἄλλων σεωυτὸν αἰσχύνεσθαι.

(Stob. Flor. XXXI, 7.)

99. Λόγος ἔργου σκιή.

(Diog. Laert. IX, 37.)

100. Μηδέν τι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους αἰδέεσθαι ἑωυτοῦ, μηδέ τι μᾶλλον ἐξεργάζεσθαι κακόν, εἰ μέλλει μηδεὶς εἰδήσειν, ἢ εἰ πάντες ἄνθρωποι· ἀλλ' ἑωυτὸν μάλιστα αἰδέεσθαι καὶ τοῦτον νόμον τῇ ψυχῇ κατιστάναι, ὥστε μηδὲν ποιέειν ἀνεπιτήδειον.

(Stob. Flor. XLVI, 46.)

101. Ἑωυτὸν πρῶτον αἰσχύνεσθαι χρεὼν τὸν αἰσχρὰ ἔρδοντα.

(Democrat. Orell. n. 50.)

102. Μεταμελίη ἐπ' αἰσχροῖσι ἔργμασι βίου σωτηρίη.

(Democrat. n. 9.)

103. Πολλοὶ δρῶντες τὰ αἴσχιστα λόγους τοὺς ἀρίστους ἀσκέουσι.

(Cod. Flor. Stob. Gaisford. IV p. 384.)

104. Οὔτε ἐσθλὸς λόγος φαύλην πρῆξιν ἀμαυρίσκει, οὔτε πρῆξις ἀγαθὴ λόγου βλασφημίῃ λυμαίνεται.

(Ibid.)

105. Ἔργα καὶ πρήξιας ἀρετῆς, οὐ λόγους ζηλεύειν χρεών.

(Cod. Flor. ibid.)

106. Κίβδηλοι καὶ ἀγαθοφανέες οἱ λόγῳ μὲν ἅπαντα, ἔργῳ δὲ οὐδὲν ἔρδοντες.

(Democrat. Orell. n. 47.)

107. Μοῦνοι θεοφιλέες, ὅσοισι ἐχθρὸν τὸ ἀδικέειν.

(Stob. Flor. IX, 32.)

108. Δίκη μέν ἐστι ἔρδειν τὰ χρηέοντα, ἀδικίη δὲ μὴ ἔρδειν τὰ χρηέοντα, ἀλλὰ παρατρέπεσθαι.

(Stob. Flor. XLIV, 15.)

109. Ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικέειν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν.

(Stob. Flor. IX, 31.)

110. Ἐχθρὸς οὐχ ὁ ἀδικέων, ἀλλὰ καὶ ὁ βουλόμενος.

(Democrat. Orell. n. 55.)

111. Δίκης κῦδος γνώμης θάρσος καὶ ἀθαμβίη, ἀδικίης δὲ δεῖμα ξυμφορῆς τέρμα.

(Stob. Flor. VII, 32.)

112. Καλὸν μὲν τὸν ἀδικέοντα κωλύειν· εἰ δὲ μή, μὴ ξυναδικέειν.

(Democrat. n. 4.)

113. Χαλεπὸν μιμέεσθαι μὲν τοὺς κακούς, μὴ ἐθέλειν δὲ τοὺς ἀγαθούς.

(Ibid. n. 44.)

114. Ἀγαθὸν ἢ εἶναι χρεὼν ἢ μιμέεσθαι.

(Stob. Flor. XXXVII, 23.)

115. Πλέονες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίνονται ἢ ἀπὸ φύσιος.

(Stob. Flor. XXIX, 66.)

116. Ἁμαρτίης αἰτίη ἡ ἀμαθίη τοῦ κρέσσονος.

(Democrat. Orell. n. 49.)

117. Μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον χρεὼν ἀπέχεσθαι ἁμαρτημάτων.

(Anton. et Max. p. 921.)

118. Ὁ μὲν εὔθυμος εἰς ἔργα ἐπιφερόμενος δίκαια καὶ νόμιμα, καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ χαίρει τε καὶ ἔρρω-

---

98. Malum, etiamsi solus sis, ne dicas neve facias; disce autem te ipsum multo magis quam alios revereri.

99. Sermo operis umbra.

100. Ne magis alios homines revereare quam te ipsum; neve magis delicta committas, si nemo resciturus sit, quam si omnes homines: sed te ipsum maxime verearis et hanc animo tuo legem constituas, ut nihil absurdum in se admittat.

101. Primum se ipsum vereri debet, quisquis turpia perpetrat.

102. Factorum turpium pœnitentia vitæ salus est.

103. Multi pessima quæque facientes optimas orationes conficiunt.

104. Neque pulchre dictum malum facinus obscurat, neque res præclare gesta verbis contumeliosis corrumpitur.

105. Virtutis operibus, non verbis studendum est.

106. Subdoli homines sunt et specie tantum boni qui verbo omnia, re ipsa nihil præstant.

107. Soli diis grati sunt qui injurias oderunt.

108. Justitia est ea facere, quæ fieri oportet; injustitia autem facienda non facere, sed declinare.

109. Bonum est non solum ab injuria, sed etiam a voluntate lædendi abstinere.

110. Inimicus est non solum qui injuriam infert, sed et qui de inferenda cogitat.

111. Justitiæ gloria, quam quis consequitur, animo fiduciam et terroris vacuitatem conciliat; injustitiæ autem fuga calamitatis terminus est.

112. Hominem inique agentem impedire honestum est: id si fieri nequit, saltem non adjuvanda ejus iniquitas.

113. Malum est imitari improbos, bonos autem nolle æmulari.

114. Bonum aut esse aut bonos imitari oportet.

115. Plures exercitatione quam natura boni fiunt.

116. Eorum quæ meliora sunt ignoratio causa peccandi est.

117. Non metu, sed officii causa peccatis abstinendum.

118. Qui alacri animo ad justa et legitima opera se accingit, et vigilans et somnians gaudet et valet et curis

σται καὶ ἀνακηδής ἐστι· ὃς δ' ἂν δίκης ἀλογέῃ καὶ τὰ χρηέοντα μὴ ἔρδῃ, τούτῳ πάντα τὰ τοιάδε ἀτερπέα ἐστί, ὅταν τευ ἀναμνησθῇ, καὶ δέδοικε καὶ ἑωυτὸν κακίζει.
(Stob. Ecl. eth. II, 9, 3p. 408.)

119. Ἔνιοι θνητῆς φύσιος διάλυσιν οὐκ εἰδότες ἄνθρωποι, ξυνειδήσι δὲ τῆς ἐν τῷ βίῳ κακοπραγμοσύνης τὸν τῆς βιοτῆς χρόνον ἐν ταραχῇσι καὶ φόβοισι ταλαιπωρέουσι, ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθοπλαστέοντες χρόνου.
(Stob. Flor. CXX, 20.)

Περὶ ἐπαίνου καὶ ψόγου.

120. Ἐστὶ ῥᾴδιον μὲν ἐπαινέειν ἃ μὴ χρή, καὶ ψέγειν, ἑκάτερον δὲ πονηροῦ τινος ἤθεος.
(Stob. Flor. II, 37.)

121. Μεγάλα βλάπτουσι τοὺς ἀξυνέτους οἱ ἐπαινέοντες.
(Democrat. Orell. n. 81.)

122. Εὐλογέειν ἐπὶ καλοῖσι ἔργμασι καλόν· τὸ γὰρ ἐπὶ φλαύροισι κιβδήλου καὶ ἀπατεῶνος.
(Democrat. Orell. n. 28.)

123. Μωμεομένων φλαύρων ὁ ἀγαθὸς οὐ ποιέεται λόγον.
(Stob. Flor. XXXVIII, 46.)

Περὶ παῤῥησίης.

124. Οἰκήϊον ἐλευθερίης παῤῥησίη· κίνδυνος δὲ ἡ τοῦ καιροῦ διάγνωσις.
(Stob. Flor. XIII, 40.)

125. Ἀληθομυθεύειν χρεὼν ὅπου λώϊον.
(Stob. Flor. XII, 13.)

126. Ὅρκους, τοὺς ποιέονται ἐν ἀνάγκῃσι ἐόντες, οὐ τηρέουσι οἱ φλαῦροι, ἐπὴν διαφύγωσι.
(Stob. Flor. XXVIII, 9.)

Περὶ παιδείας.

127. Κτηνέων μὲν εὐγένεια ἡ τοῦ σκήνεος εὐσθένεια, ἀνθρώπων δὲ ἡ τοῦ ἤθεος εὐτροπίη.
(Stob. Flor. LXXXVI, 18.)

128. Ἀνθρώποισι ἁρμόδιον ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος ποιέεσθαι λόγον· ψυχὴ μὲν γὰρ τελεωτάτη σκήνεος μοχθηρίην ὀρθοῖ, σκήνεος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδέν τι ἀμείνω τίθησι.
(Stob. Flor. I, 39.)

129. Σώματος κάλλος ζωῶδες, εἰ μὴ νόος ὑπείη.
(Democrat. Orell. n. 71.)

130. Φύσεως μὲν γὰρ ἀρετὴν διαφθείρει ῥᾳθυμία, φαυλότητα δὲ ἐπανορθοῖ διδαχή· καὶ τὰ μὲν ῥᾴδια τοὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἁλίσκεται.
(Anton. p. 377.)

131. Οὔτε τέχνη οὔτε σοφίη ἐφικτόν, ἢν μὴ μάθῃ τις.
(Democrat. ap. Orell. n. 24.)

132. Ἡ παιδεία εὐτυχέουσι μέν ἐστι κόσμος, ἀτυχέουσι δὲ καταφύγιον.
(Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 405.)

133. Ἡ φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· καὶ γὰρ ἡ διδαχὴ μεταῤῥυσμοῖ τὸν ἄνθρωπον, μεταῤῥυσμοῦσα δὲ φυσιοποιέει.
(Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 406.)

---

vacuus est : qui autem nec justitiam curat, neque ea quæ fieri debent facit, huic omnia molesta sunt, quotiescunque rei alicujus (olim factæ) recordatur; ac metuit et se ipsum incusat.

119. Homines nonnulli naturæ mortalis dissolutionem ignorantes propter conscientiam vitæ male actæ omne dum vivunt tempus inter perturbationes metumque misere transigunt, mendacia de tempore mortem secuturo confingentes.

De laude et vituperatione.

120. Facile quidem est laudare, quæ non sunt laudanda, et vituperare, quæ non sunt vituperanda, sed utrumque mali est ingenii.

121. Qui stultos laudant, magno eos damno afficiunt.

122. Recte facta collaudare honestum est; nam mala facinora laudibus efferre subdoli est hominis et deceptoris.

123. Vir bonus improborum reprehensiones nihili facit.

De sermonis libertate.

124. Propria libertatis est libera oratio; sed opportuni temporis cognitio periculum habet.

125. Vera dicenda sunt, ubi id præstat.

126. Sacramenta, quæ dicunt in angustiis quum versantur, non servant mali homines, postquam e periculo evaserunt.

De doctrina.

127. Jumentorum nobilitas in corporis robore, hominum vero in morum bonitate sita est.

128. Decet homines animi magis quam corporis habere rationem; ut enim quisque perfectissimus animus est, ita maxime malum miserumque corpus erigit, corporis vero robur rationis expers animum nihilo reddit meliorem.

129. Corporis pulchritudo, nisi mens subsit, belluarum est.

130. Naturæ præstantiam corrumpit incuria, pravitatem corrigit doctrina : et facilia negligentibus elabuntur, difficilia vero studio diligentiaque percipiuntur.

131. Neque ars neque scientia nisi discendo acquiritur.

132. Doctrina fortunatis quidem ornamentum est, infortunatis autem perfugium.

133. Similis est naturæ doctrina; etenim doctrina transformat hominem transformandoque aliam ei addit naturam.

134. Πάντων κάκιστον ἡ εὐπετείη παιδεῦσαι τὴν νεότητα· αὕτη γάρ ἐστι, ἡ τίκτει τὰς ἡδονὰς ταύτας, ἐκ τῶν ἡ κακότης γίνεται.
(Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 405.)

135. Κρέσσων ἐπ' ἀρετὴν φανέεται προτροπῇ χρώμενος καὶ λόγου πειθοῖ ἤπερ νόμῳ καὶ ἀνάγκῃ. Λάθρη μὲν γὰρ ἁμαρτέειν εἰκὸς τὸν εἰργμένον ἀδικίης ὑπὸ νόμου, τὸν δὲ ἐς τὸ δέον ἠγμένον πειθοῖ οὐκ εἰκὸς οὔτε λάθρη οὔτε φανερῶς ἔρδειν τι πλημμελές· διόπερ ξυνέσι τε καὶ ἐπιστήμῃ ὀρθοπραγέων τις ἀνδρήϊος ἅμα καὶ εὐθύγνωμος γίνεται.
(Ibid.)

136. Κρέσσονές εἰσι αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες ἢ ὁ τῶν ἀμαθέων πλοῦτος.
(Ibid. p. 408.)

137. Οἱ ἀξύνετοι δυστυχέοντες σωφρονέουσι.
(Democrat. Orell. n. 20.)

138. Νηπίοισι οὐ λόγος ἀλλὰ ξυμφορὴ γίνεται διδάσκαλος.
(Ibid. n. 41.)

139. Ἔστι που νέου ξύνεσις καὶ γερόντων ἀξυνεσίη· χρόνος γὰρ οὐ διδάσκει φρονέειν ἀλλ' ὡραίη τροφὴ καὶ φύσις.
(Cod. Flor. Stob. IV p. 407.)

140. Πολλοὶ πολυμαθέες νόον οὐκ ἔχουσι.
(Stob. Flor. IV, 83.)

141. Πολυνοΐην, οὐ πολυμαθίην ἀσκέειν χρή.
(Democrat. ap. Orell. n. 30.)

142. Μὴ πάντα ἐπίστασθαι προθύμεο, μὴ πάντων ἀμαθὴς γένῃ.
(Stob. Ecl. eth. II p. 13.)

143. Ὁ ἀντιλογεόμενος καὶ πολλὰ λεσχηνευόμενος ἀφυὴς εἰς μάθησιν τῶν χρή.
(Cod. Flor. Stob. IV p. 407.)

Περὶ εὐνοίης καὶ κακονοίης.

144. Πλεονεξίη τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἀκούειν ἐθέλειν.
(Stob. Flor. XXXVI, 24.)

145. Ἐριδαντέων δὲ, κατὰ Δημόκριτον, καὶ ἱμαντελικτέων λόγους ἀφετέον.
(Plutarch. Sympos. I, 1 p. 614. E.)

146. Οἱ φιλομεμφέες εἰς φιλίην μὴ εὐφυέες.
(Democrat. Orell. n. 76.)

147. Φιλονεικίη πᾶσα ἀνόητος· τὸ γὰρ κατὰ τοῦ δυσμενέος βλαβερὸν θεωρεῦσα, τὸ ἴδιον ξυμφέρον οὐ βλέπει.
(Stob. Flor. XX, 62.)

148. Ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔρις ὠφελεῖ τὸν ζηλοῦντα, μὴ βλάπτουσα τὸν ζηλούμενον.
(Anton. p. 408.)

149. Μεγαλοψυχίη τὸ φέρειν πραέως πλημμελείην.
(Stob. Flor. CVIII, 69. Democrat. Orell. n. 12.)

150. Φόβος κολακείην ἐργάζεται, εὐνοίην δὲ οὐκ ἔχει.
(Stob. Flor. XLVIII, 13.)

151. Πολλοὶ δοκέοντες φίλοι εἶναι οὐκ εἰσί, καὶ οὐ δοκέοντες εἰσί.
(Democrat. Orell. n. 63.)

---

134. Nihil pejus est levitate in pueris educandis; hæc enim gignit eas voluptates, e quibus vitia oriuntur.

135. Promptior ad virtutem apparebit qui adhortatione verbisque ad persuadendum accommodatis, quam qui lege et necessitate impellitur. Etenim clam peccare eum qui (sola) lege a maleficio avocatur, probabile est: at qui persuasione ad officium ducitur, eum neque clam neque palam verisimile est quidquam mali committere; quapropter qui cum prudentia rerumque peritia recte agit simul animosus et ad sententiam suam libere profitendam proclivis evadit.

136. Doctorum hominum spes indoctorum divitiis sunt potiores.

137. Stulti rebus adversis conflictantes sapiunt.

138. Non ratio, sed adversa fortuna stultorum magistra est.

139. Est etiam in adolescentibus (interdum) sapientia atque in senibus insipientia; neque enim tempus prudentiam docet, sed matura institutio et natura.

140. Multi eruditione varia instructi sana mente omnino carent.

141. Non multijugæ eruditioni studendum, sed mens multiplicis plena sapientiæ expetenda est.

142. Noli omnium rerum scientiam appetere, ne omnia ignores.

143. Homo rixosus et loquax natura minime aptus est ad ea discenda quæ usus postulat.

De benevolentia et malevolentia.

144. Est quædam fraudulenta aviditas, omnia dicere, nihil audire velle.

145. Vitandi sunt, ut ait Democritus, sermones rixatorum hominumque contorta verba captiose dicentium.

146. Homines qui libenter alios reprehendunt ad amicitiam natura minime sunt apti.

147. Contentio omnis insana est; nam dum id spectat, ut noceat adversario, propriam utilitatem non videt.

148. Bonorum certamen prodest æmulanti, non nocet ei, cui æmuleris.

149. Magni animi est humaniter ferre, si quid (ab aliis) peccatum fuerit.

150. Metus adulationem parit, sed benevolentiæ expers est.

151. Multi, quum videantur esse amici, non sunt, suntque multi, qui non videntur.

152. Φίλοι οὐ πάντες οἱ ξυγγενέες, ἀλλ' οἱ ξυμφωνέοντες περὶ τοῦ ξυμφέροντος.
(Democrat. Orell. n. 73.)

153. Ὁμοφροσύνη φιλίην τίκτει.
(Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 384.)

154. Ἡ μὲν μάχαιρα τέμνει, ἡ δὲ διαβολὴ χωρίζει φίλους.
(Anton. et Max. p. 258.)

155. Ὥτινι τὴν χάριν καταθήσῃ, θᾶττον τὴν χάριν δίδου· ἡ γὰρ βραδυτὴς λυμαίνεται τὴν δόσιν.
(Anton. et Max. p. 278.)

156. Δυνάμενος χαρίζεσθαι μὴ βράδυνε, ἀλλὰ δίδου, ἐπιστάμενος μὴ εἶναι τὰ πράγματα μόνιμα.
(Anton. et Max. p. 278.)

157. Μικρὰ διδόναι βούλου μᾶλλον, ἢ μεγάλα ἐγγυᾶν, ὅ τε γὰρ κίνδυνος ἄπεστι καὶ ὁ λαβὼν ἔργων, οὐ λόγου χρείαν ἔχει.
(Anton. et Max. p. 278.)

158. Μικραὶ χάριτες ἐν καιρῷ μέγισται τοῖσι λαμβάνουσι.
(Democrat. Orell. n. 60.)

159. Χάριτας δέχεσθαι χρεὼν προσκοπευόμενον κρέσσονας αὐτέων ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι.
(Democrat. Orell. n. 58.)

160. Χαριστικὸς οὐχ ὁ βλέπων πρὸς τὴν ἀμοιβήν, ἀλλ' ὁ εὖ δρᾶν προῃρημένος.
(Ibid. n. 62.)

161. Οὐδ' ὑπ' ἑνὸς φιλέεσθαι δοκέει μοι ὁ φιλέων οὐδένα.
(Democrat. Orell. 69.)

162. Ζῆν οὐκ ἄξιος, ὅτῳ μηδείς ἐστι χρηστὸς φίλος.
(Democrat. Orell. n. 65.)

163. Ἑνὸς φιλίη ξυνετοῦ κρέσσων ἀξυνέτων ἁπάντων.
(Democrat. Orell. n. 64.)

164. Ἐν εὐτυχίῃ φίλον εὑρέειν εὔπορον, ἐν δὲ δυςτυχίῃ πάντων ἀπορώτατον.
(Democrat. Orell. n. 72.)

165. Ἐκτρέπονται πολλοὶ τοὺς φίλους, ἐπὴν ἐξ εὐπορίης εἰς πενίην μεταπέσωσι.
(Democrates ap. Orell. n. 67.)

166. Ὅτεῳ μηδὲ ἀμύνουσι ἐπὶ πολλὸν οἱ πειραθέντες φίλοι, δύστροπος.
(Democrat. Orell. n. 66.)

167. Ἄξιον ἀνθρώπους ἐόντας ἐπ' ἀνθρώπων ξυμφορῇσι μὴ γελᾶν, ἀλλ' ὀλοφύρεσθαι.
(Democrat. Orell. n. 74.)

168. Οἷσι ἡδονὴν ἔχουσι αἱ τῶν πέλας ξυμφοραί, οὐ ξυνιᾶσι μὲν ὡς τὰ τῆς τύχης κοινὰ πᾶσι, ἀπορέουσι δὲ οἰκηίης χαρᾶς.
(Stob. Flor. CXII, 10.)

169. Μὴ πᾶσι, ἀλλὰ τοῖσι δοκίμοισι πιστεύειν· τὸ μὲν γὰρ εὔηθες, τὸ δὲ σωφρονέοντος.
(Democrat. Orell. n. 32.)

170. Τὸν φαῦλον παραφυλάττειν δέει, μὴ καιροῦ λάβηται.
(Democrat. Orell. n. 53.)

171. Δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος οὐκ ἐκ τῶν πρήσσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν βούλεται.
(Ibid. n. 33.)

172. Χαριζόμενος προσκέπτεο τὸν λαμβάνοντα, μὴ κακὸν ἀντ' ἀγαθοῦ κίβδηλος ἐὼν ἀποδῷ.
(Ibid. n. 59.)

---

152. Amici sunt, non quicunque agnati, sed qui de commodis tuis tecum consentiunt.

153. Consensio amicitiam parit.

154. Gladius quidem secat, calumnia autem separat amicos.

155. Cuicunque benefacturus es, statim apud eum beneficium colloca; tarditas enim corrumpit munus.

156. Si bene facere potes, ne cuncteris, sed largire, sciens non esse res ullas diuturnas.

157. Parva potius largiaris, quam magna promittas. Illud enim periculo vacat, et qui accipit, re, non verbis indiget.

158. Parva beneficia tempestive collata accipientibus fiunt maxima.

159. Accipienda sunt beneficia eo consilio jam antea inito, ut majores aliquando gratias referamus.

160. Beneficus est, non qui remunerationem spectat, sed qui sua sponte beneficium facit.

161. A nemine amari existimo eum qui neminem amat.

162. Indignus est qui vivat, cui nullus est amicus benevolus.

163. Unius prudentis hominis amicitia stultorum omnium amicitiæ est præferenda.

164. In rebus secundis amicum invenire facile est, in adversis omnium difficillimum.

165. Multi amicos devitant, quando ex ampla fortuna in paupertatem inciderunt.

166. Cui ne amici quidem diu probati opem ferunt, is morosus est homo et difficilis.

167. Homines quum simus, humanas calamitates nos non irridere, sed deplorare convenit.

168. Quibus aliorum res adversæ voluptati sunt, illi non intelligunt fortunæ casus omnibus esse communes, et proprio gaudio carent.

169. Non omnibus, sed spectatis fidendum : illud enim stulti, hoc prudentis est.

170. Improbum observare nos oportet, ne (nocendi) occasionem arripiat.

171. Vir probus aut improbus non ex operibus tantum, sed etiam ex voluntate spectatur.

172. Vide, cui beneficium des, ne forte, si subdolus fuerit, malum pro bono tibi reddat.

173. Δημόκριτος ἰδών τινα προχείρως πᾶσι χαριζόμενον καὶ ἀνεξετάστως ὑπηρετούμενον· Κακῶς, εἶπεν, ἀπόλοιο, ὅτι τὰς Χάριτας παρθένους οὔσας, πόρνας ἐποίησας.
(Anton. et Max. p. 277.)

174. Μὴ ὕποπτος πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' εὐλαβὴς γίνευ καὶ ἀσφαλής.
(Democrat. Orell. n. 57.)

Περὶ γυναικῶν, ἔτι περὶ γάμου καὶ παιδοποιίας.

175. Γυνὴ πολλὰ ἀνδρὸς ὀξυτέρη πρὸς κακοφραδμοσύνην.
(Stob. Flor. LXXXIII, 52.)

176. Κόσμος ὀλιγομυθίη γυναικί· καλὸν δὲ καὶ κόσμου λιτότης.
(Stob. Flor. LXXIV, 38.)

177. Γυνὴ μὴ ἀσκεέτω λόγον· δεινὸν γάρ.
(Democrat. Orell. n. 77.)

178. Δημόκριτος θεασάμενός τινα πολλὰ μέν, ἀπαίδευτα δὲ διαλεγόμενον, Οὗτος, ἔφη, οὐ λέγειν μοι δοκεῖ δυνατός, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀδύνατος.
(Anton. et Max. p. 388.)

179. Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις καὶ ἀνανδρίη ἐσχάτη. (Democrat. Orell. n. 78.)

180. Δημοκρίτῳ ἔφη τις· διὰ τί μέγας ὢν μικρὰν ἐγήμας γυναῖκα; κἀκεῖνος εἶπε, Τοῦ κακοῦ ἐκλογὴν ποιούμενος τὸ ἐλάχιστον ἐξελεξάμην.
(Anton. p. 609.)

181. Ἔνιοι πολίων μὲν δεσπόζουσι, γυναιξὶ δὲ δουλεύουσι.
(Stob. Flor. VI, 11.)

182. Νοῦσος οἴκου καὶ βίου γίνεται ὅκωσπερ καὶ σκήνεος.
(Stob. Flor. CIV, 21.)

183. Δημόκριτος ἔφη, ὡς ὁ γαμβροῦ μὲν ἐπιτυχὼν εὗρεν υἱόν, ὁ δὲ ἀποτυχὼν ἀπώλεσε καὶ θυγατέρα.
(Stob. Flor. LXX, 18. Anton. et Max. p. 819.)

184. Ἀνθρώποισι τῶν ἀναγκαίων δοκέει εἶναι, παῖδας κτήσασθαι ἀπὸ φύσιος καὶ καταστάσιός τινος ἀρχαίης. Δῆλον δὲ καὶ τοῖσι ἄλλοισι ζώοισι. Πάντα γὰρ ἔκγονα κτᾶται κατὰ φύσιν ἐπωφελείης γε οὐδεμιῆς εἵνεκα, ἀλλ' ὅταν γένηται, ταλαιπωρέει καὶ τρέφει ἕκαστον ὡς δύναται, καὶ ὑπερδέδοικε μέχρι σμικρῆς, καὶ ἤν τι πάθῃ ἀνιᾶται. Ἡ μὲν φύσις τοιαύτη πάντων ἐστὶ ὅσσα ψυχὴν ἔχει· τῷ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ νόμιμον ἤδη πεποίηται, ὥστε καὶ ἐπαύρεσίν τινα γίγνεσθαι ἀπὸ τοῦ ἐκγόνου.
(Stob. Flor. LXXVI, 17.)

185. Οὐ δοκέει μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι· ἐνορέω γὰρ ἐν παίδων κτήσει πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς δὲ λύπας, ὀλίγα δὲ τὰ εὐθηνέοντα καὶ ταῦτα λεπτά τε καὶ ἀσθενέα.
(Stob. Flor. LXXVI, 15.)

186. Δημόκριτος γάμον καὶ παιδοποιΐαν παραιτεῖται διὰ τὰς πολλὰς ἐξ αὐτῶν ἀηδίας τε καὶ ἀφολκὰς ἀπὸ τῶν ἀναγκαιοτέρων.
(Clem. Alex. Strom. II p. 421.)

187. Τεκνοτροφίη σφαλερόν· τὴν μὲν γὰρ ἐπιτυχίην

---

173. Democritus quum videret quendam quibuslibet prompte largientem et temere suppeditantem: Male, inquit, pereas, quia Gratias virgines, meretrices effecisti.

174. Ne in cunctos suspiciosus, sed providus et cautus sis.

De mulieribus, præterea de matrimonio et liberis procreandis.

175. Mulier multo est promptior quam vir ad astutiam et malignitatem.

176. Parcus sermo mulierem ornat, et ipsius ornatus parcitas ei decora est.

177. Mulier dicendi facultatem ne exerceat; res enim periculosa est.

178. Democritus quum animadvertisset quendam multa imperite disputantem: Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, sed omnino tacendi imperitus.

179. Mulieris imperio parere contumelia et ignavia extrema est.

180. Quum Democritum quidam percontaretur, cur, quum magnus esset, parvam duxisset uxorem: Ego, inquit, in malo eligendo, quod minimum erat, elegi.

181. Nonnulli urbibus quidem dominantur, uxoribus autem serviunt.

182. Quemadmodum corporis, sic et familiæ vitæque morbi quidam inveniuntur.

183. Qui bonum nactus est generum, inquit Democritus, is repperit filium, qui malum, is et filiam perdidit.

184. Necessaria hominibus liberorum videtur procreatio naturæ instinctu pariter et antiquissima institutione, ut in cæteris quoque animalibus est manifestum. Omnia enim, naturam secuta ducem, sobolem sibi, vel nulla utilitatis spe proposita, parant: fœtum autem, simul atque editus est, non sine labore educat et nutrit, prout potest unumquodvis, et tantisper dum durat tenera ejus ætas, curam ejus gerit, et dolet si quid patiatur. Talis omnium est indoles, quæ animam habent; inter homines autem hoc tanquam vitæ institutum ita jam inveteravit, ut utilitatem etiam e progenie sua percipiant.

185. Non probo liberorum procreationem. Nam in ipsorum possessione multa magnaque pericula inesse video et molestias plurimas, exiguam vero felicitatem eamque tenuem et exilem.

186. Democritus matrimonium liberorumque procreationem rejicit propterea quod multæ inde oriantur molestiæ et quod hac ratione a rebus magis necessariis avocemur.

187. Liberorum educatio lubrica res est. Nam si bene

ἀγῶνος μεστὴν καὶ φροντίδος κέκτηται· τὴν δὲ ἀποτυχίην ἀνυπέρθετον ἑτέρην ὀδύνην.

(Stob. Flor. LXXVI, 13.)

188. Ὅτεῳ χρήματά ἐστι, παῖδα ποιήσασθαι ἐκ τῶν φίλων ἐμοὶ δοκέει ἄμεινον εἶναι· καὶ τῷ μὲν παῖς ἔσται τοιοῦτος, οἷον ἂν βούληται· ἔστι γὰρ ἐκλέξασθαι οἷον ἐθέλει, καὶ ὃς ἂν δοκέῃ ἐπιτήδειος εἶναι καὶ μάλιστα κατὰ φύσιν ἕπηται. Καὶ τοῦτο τοσοῦτον διαφέρει, ὅσον ἐνταῦθα μὲν ἔστι τὸν παῖδα λαβέειν καταθύμιον ἐκ πολλῶν τῶν ἂν δέῃ· ἢν δέ τις ποιέηται ἀπὸ ἑωυτοῦ, πολλοὶ ἔνεισι κίνδυνοι· ἀνάγκη γάρ, ὃς ἂν γένηται, τούτῳ χρέεσθαι.

(Stob. Flor. LXXVI, 16.)

Περὶ νόμων καὶ πολιτηΐης.

189. Νόμῳ καὶ ἄρχοντι καὶ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον.
(Stob. Flor. V, 23.)

190. Τελευτᾷ γὰρ εἰς κακοδοξίην κακὴν ὁ παρεκτεινόμενος τῷ κρέσσονι.
(Stob. Flor. XXII, 42.)

191. Φύσει τὸ ἄρχειν οἰκήϊον τῷ κρέσσονι.
(Stob. Flor. XLVII, 19.)

192. Χαλεπὸν ἄρχεσθαι ὑπὸ χερείονος.
(Democrates ap. Orell. n. 15.)

193. Κρέσσον ἄρχεσθαι τοῖσι ἀνοήτοισι, ἢ ἄρχειν.
(Stob. Flor. XLIV, 14.)

194. Δίκης καὶ ἀρετῆς μεγίστην μετέχει μοῖραν ὁ τιμὰς ἀξίας τάμνων.
(Stob. Flor. XLVI, 45.)

195. Ἀλλ' οἵγε πρὸς ἔπαινον καὶ δόξαν οὕτως ἔχοντες, ἆρ' οὐχ ὁμολογοῦσι μεγάλας ἡδονὰς προΐεσθαι, δι' ἀσθένειαν ἢ μαλακίαν φεύγοντες ἀρχὰς ἢ πολιτείας καὶ φιλίας βασιλέων, ἀφ' ὧν τὰ μεγάλα καλὰ εἰς τὸν βίον γίνεσθαι ἔφη Δημόκριτος.
(Plutarch. opp. moral. p. 1100, vol. X p. 525 ed. Reisk.)

196. Οὐκ ἂν ἐκώλυον οἱ νόμοι ζῆν ἕκαστον κατ' ἰδίην ἐξουσίην, εἰ μὴ ἕτερος ἕτερον ἐλυμαίνετο· φθόνος γὰρ στάσιος ἀρχὴν ἀπεργάζεται.
(Stob. Flor. XXXVIII, 57. Anton. et Max. p. 408.)

197. Ὁ νόμος βούλεται μὲν εὐεργετέειν βίον ἀνθρώπων· δύναται δέ, ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν· τοῖσι γὰρ πειθομένοισι τὴν ἰδίην ἀρετὴν ἐνδείκνυται.
(Stob. Flor. XLIII, 33.)

198. Ταῖς τῶν καιρῶν μεταβολαῖς καὶ οἱ σφόδρα δυνατοὶ τῶν ἀσθενεστέρων ἐνδεεῖς γίνονται.
(Anton. et Max. p. 806.)

199. Ἀπὸ ὁμονοίης τὰ μεγάλα ἔργα καὶ τῇσι πόλισι τοὺς πολέμους δυνατὸν κατεργάζεσθαι, ἄλλως δ' οὔ.
(Stob. Flor. XLIII, 40.)

200. Στάσις ἐμφύλιος ἐς ἑκάτερα κακόν· καὶ γὰρ νικέουσι καὶ ἡσσωμένοισι ὁμοίη φθορή.
(Stob. Flor. XLIII, 34.)

201. Φρονήσιος ἔργον, μέλλουσαν ἀδικίην φυλάξασθαι, ἀναλγησίης δέ, τὴν γενομένην μὴ ἀμύνασθαι.
(Stob. Flor. III, 51.)

202. Ἀδικεομένοισι τιμωρέειν κατὰ δύναμιν χρὴ καὶ μὴ παριέναι· τὸ μὲν γὰρ τοιοῦτον δίκαιον καὶ ἀγαθόν, τὸ δὲ μὴ τοιοῦτον ἄδικον καὶ κακόν.

---

cedat, multum ærumnæ et curarum habet, si male, alios dolores inevitabiles parit.

188. Qui divitiis affluit, is melius mihi videtur facturus, si amici alicujus filium sibi adoptat. Atque huic tum filius erit, qualem voluerit. Licet enim eligere, qualem desideret et qui idoneus maximeque natura ad obedientiam propensus videatur. Discrimen autem in hoc positum est, quod adoptanti licet filium ex illa, qua (ad eligendum) opus est multitudine, ex animi sententia sumere, gignenti multa imminent pericula, quum talem, qualis natus sit, habere necesse sit.

De legibus ac de civitate.

189. Decet nos legi et imperanti et sapientiori cedere.

190. Subit infamiam qui cum superiore contendit.

191. Imperare natura proprium est præstantiori.

192. Deteriori parere durum est.

193. Insipientes aliis parere præstat, quam imperare.

194. Justitiæ et virtutis maximam partem habet qui honores tribuit honore dignis.

195. Cæterum qui hoc modo sunt erga laudem et gloriam affecti, nonne fatentur se magnas dimittere voluptates, dum ob imbecillitatem vel mollitiem fugiunt magistratus, reipublicæ gubernationem, amicitias regum : a quibus rebus magna bona in vitam humanam redundare dixit Democritus.

196. Leges non prohiberent singulos pro arbitrio suo vivere, nisi alter ad injuriam alteri inferendam esset proclivis. Etenim invidia seditionis parit initium.

197. Lex hominum vitam beneficiis ornare vult, id autem præstare potest, si ipsi ea accipere voluerint : obedientibus enim vim et virtutem suam ostendit.

198. Temporum mutationibus fit, ut etiam valde potentes infirmiorum auxilio indigeant.

199. Concordia cum aliæ res magnæ geri, tum a civitatibus bella confici possunt ; secus, haudquaquam.

200. Seditio domestica utrique parti nocet ; nam et vincentes et victos eadem pessundat pernicies.

201. Prudentiæ est futuram injuriam præcavere, indolentiæ vero illatam non ulcisci.

202. Injuriam patientes pro viribus sunt defendendi et minime negligendi : hoc enim justum et bonum est, contrarium vero injustum et malum.

(Stob. Flor. XLVI, 43.)

203. Καὶ οἳ φυγῆς ἄξια ἔρδουσι, ἢ δεσμῶν ἢ ποινῆς ἄξιοι, καταψηφιστέον καὶ μὴ ἀπολύειν· ὃς δ' ἂν παρὰ νόμον ἀπολύῃ, κέρδεϊ ὁρίζων ἢ ἡδονῇ, ἀδικέει· καί οἱ τοῦτο ἐγκάρδιον ἀνάγκη εἶναι.

(Stob. Flor. XLVI, 44.)

204. Τῶν ἡμαρτημένων ἄνθρωποι μεμνέαται μᾶλλον ἢ τῶν εὖ πεποιημένων. Καὶ γὰρ δίκαιον οὕτως· ὥσπερ τὰς παρακαταθήκας ἀποδιδόντα οὐ χρὴ ἐπαινέεσθαι, τὸν δὲ μὴ ἀποδιδόντα κακῶς ἀκούειν καὶ πάσχειν, οὕτω καὶ τὸν ἄρχοντα. Οὐ γὰρ ἐπὶ τουτέῳ ἡρέθη ὡς κακῶς ποιήσων, ἀλλ' ὡς εὖ.

(Stob. Flor. XLVI, 47.)

205. Οὐδεμίῃ μηχανῇ τῷ νῦν κατεστεῶτι ῥυσμῷ μὴ οὐκ ἀδικέειν τοὺς ἄρχοντας, ἢν καὶ πάνυ ἀγαθοὶ ἔωσι· οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ἔοικε ἢ ἑωυτῷ τὸν αὐτὸν ἐπ' ἑτέροισι γίνεσθαι. Δέει δέ κως οὕτω καὶ ταῦτα κοσμηθῆναι, ὅκως ὁ μηδὲν ἀδικέων, ἢν καὶ πάνυ ἐτάζῃ τοὺς ἀδικέοντας, μὴ ὑπ' ἐκείνοισι γενέσθαι, ἀλλά τις ἢ θεσμὸς ἤ τι ἄλλο ἀμυνέει τῷ τὰ δίκαια ποιεῦντι.

(Stob. Flor. XLVI, 48.)

206. Κατὰ δὲ ζώων ἔστι ὧν φόνον καὶ μὴ φόνον ὧδε ἔχει· τὰ ἀδικέοντα καὶ θέλοντα ἀδικέειν ἀθῷος ὁ κτείνων, καὶ πρὸς εὐεστοῦν τοῦτο ἔρδειν μᾶλλον ἢ μή.

(Stob. Flor. XLIV, 16.)

207. Κτείνειν χρὴ τὰ πημαίνοντα παρὰ δίκην πάντα περὶ παντός· καὶ ταῦτα ὁ ποιέων εὐθυμίης καὶ δίκης καὶ θάρσεος καὶ κτήσιος ἐν παντὶ κόσμῳ μέζω μοῖραν μετέξει.

(Stob. Flor. XLIV, 17.)

208. Ὅκωσπερ περὶ κιναδέων τε καὶ ἑρπετέων γεγράφαται τῶν πολεμίων, οὕτω καὶ κατὰ ἀνθρώπων δοκέει μοι χρεὼν εἶναι ποιέειν· κατὰ νόμους τοὺς πατρίους κτείνειν πολέμιον ἐν παντὶ κόσμῳ, ἐν ᾧ μὴ νόμος ἀπείργει· νόμος δὲ ἀπείργει, ἱερὰ ἑκάστοισι ἐπιχώρια καὶ σπονδαὶ καὶ ὅρκοι.

(Stob. Flor. XLIV, 18.)

209. Κιξάλλην καὶ ληϊστὴν πάντα κτείνων τις ἀθῷος ἂν εἴη, καὶ αὐτοχειρίῃ καὶ κελεύων καὶ ψήφῳ.

(Stob. Flor. XLIV, 19.)

210. Οἰκέτῃσι, ὡς μέρεσι τοῦ σκήνεος, χρῶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλο.

(Stob. Flor. XLII, 45.)

211. Ἡ ἐν δημοκρατίῃ πενίη τῆς παρὰ τοῖσι δυνατοῖσι καλεομένης εὐδαιμονίης τοσοῦτόν ἐστι αἱρετωτέρη, ὁκόσον ἐλευθερίη δουλείης.

(Stob. Flor. XLIII, 42.)

212. Τὰ κατὰ τὴν πόλιν χρεὼν τῶν λοιπῶν μέγιστα ἡγέεσθαι, ὅκως ἄξεται εὖ, μήτε φιλονεικέοντα παρὰ τὸ ἐπιεικές, μήτε ἰσχὺν ἑωυτῷ περιτιθέμενον παρὰ τὸ χρηστὸν τὸ τοῦ ξυνοῦ. Πόλις γὰρ εὖ ἀγομένη μεγίστη ὄρθωσίς ἐστι· καὶ ἐν τούτῳ πάντα ἔνι, καὶ τούτου σωζομένου πάντα σώζεται, καὶ τούτου φθειρομένου τὰ πάντα διαφθείρεται.

---

203. Damnandi neque absolvendi sunt, qui aliquid dignum exsilio committunt, aut qui vinculis aliave pœna digni sunt. Qui vero legum auctoritate contemta (ejusmodi homines) absolvit, lucri aut voluptatis gratia decernens, injuste agit, atque hanc agendi rationem ei cordi esse necesse est.

204. Homines (i. e. cives) male quam bene factorum magis sunt memores, atque ita fieri par est. Ut qui depositum reddit, laudari non debet, at reprehendi et puniri qui non reddit : ita de magistratu quoque judicandum est. Neque enim ea lege ut male faciat, sed ut bene faciat eligitur.

205. In præsenti rerum statu fieri non potest, quin magistratus etiam valde boni (interdum) inique agant; neque enim ulli alii nisi sibi ipsi similis est hæc rerum facies et conditio, qua iidem (homines perpetuo) aliis atque aliis (magistratibus) parent. Convenit etiam ita fere hæc (de quibus loquor) institui, ut qui nulla in re injustum se præbet, etiamsi severe de injuriarum auctoribus quærat, illis ne pareat (postea), sed ut vel lex vel aliud quid magistratum justitia insignem ab illorum injuria defendat.

206. De animalium quorundam cæde permissa ac non permissa sic se res habet. Ea quæ injuriam faciunt aut facere volunt, quisquis occiderit, innocens erit, immo ne salus nostra periclitetur, occidi ea præstat, quam non occidi.

207. Interficienda sunt omni de causa, quæcunque præter fas damnum apportant; quod qui facit, is et tranquillitatis et juris et animi intrepidi et in omnibus ornamentis plus possessionum habebit.

208. Ut de feris et serpentibus nobis inimicis scriptum est, sic etiam adversus homines faciendum mihi videtur: ut hostis ubivis gentium secundum patrias leges occidatur, quatenus nulla lex obstet. Aliquando enim lex prohibet et sua cujusque regionis sacra (templa), fœdera et sacramenta.

209. Furem et latronem quemvis occidens aliquis aut manu sua, aut jussu suffragiove, innocens habendus est.

210. Servis, ut partibus corporis, alio ad aliud utere.

211. Paupertas in populari imperio tanto potior est felicitate, quam inter potentes hoc nomine appellant, quanto antestat servituti libertas.

212. Negotia publica civitatis omnium existimari oportet maxima, ut ipsa civitas bene gubernetur, neque præter æquum contendi, neque privatam potentiam adversus publicum bonum comparari. Nam bene temperata civitas felicissima est rerum constitutio. In hac insunt omnia, hac salva cuncta servantur, hac pereunte nil non pessum it.

(Stob. Flor. XLIII, 43.)

213. Τοῖσι χρηστοῖσι οὐ ξυμφέρον ἀμελέοντας τοῖσι ἑωυτῶν ἄλλα πρήσσειν· τὰ γὰρ ἴδια κακῶς ἂν ἔσχεν. Εἰ δὲ ἀμελέοιτο τῶν δημοσίων τι, κακῶς ἀκούειν γίνεται, καὶ ἢν μηδὲν μήτε κλέπτῃ μήτε ἀδικέῃ· ἐπεὶ καὶ ἀμελέοντι (οὐχ ἧσσον) ἢ ἀδικέοντι κίνδυνος κακῶς ἀκούειν καὶ δὴ καὶ παθέειν τι. Ἀνάγκη δὴ ἁμαρτάνειν, ξυγγινώσκεσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους οὐκ εὐπετές.

(Stob. Flor. XLIII, 44.)

214. Οἱ κακοὶ ἰόντες ἐς τὰς τιμάς, ὁκόσῳ ἂν μᾶλλον ἀνάξιοι ἐόντες ἴωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ἀνακηδέες γίνονται καὶ ἀφροσύνης καὶ θράσεος πίμπλανται.

(Stob. Flor. XLIII, 45.)

215. Ὅταν οἱ δυνάμενοι τοῖσι μὴ ἔχουσι καὶ προτελέειν τολμέωσι καὶ ὑπουργέειν καὶ χαρίζεσθαι, ἐν τούτῳ ἤδη καὶ τὸ οἰκτείρειν ἔνεστι, καὶ μὴ ἐρήμους εἶναι καὶ τὸ ἑταίρους γίνεσθαι καὶ τὸ ἀμύνειν ἀλλήλοισι καὶ τοὺς πολιήτας ὁμονόους εἶναι καὶ ἄλλα ἀγαθά, ὅσσα οὐδεὶς ἂν δύναιτο καταλέξαι.

(Stob. Flor. XLIII, 46.)

Περὶ γήραος.

216. Ἰσχὺς καὶ εὐμορφίη νεότητος ἀγαθά, γῆρας δὲ σωφροσύνης ἄνθος.

(Stob. Flor. CXV, 19; Max. p. 856.)

217. Γέρων εὔχαρις ὁ αἱμύλος καὶ σπουδαιόμυθος.

(Democrat. Orell. n. 70.)

218. Ὁ γέρων νέος ἐγένετο, ὁ δὲ νέος ἄδηλον εἰ ἐς γῆρας ἀπίξεται· τὸ τέλειον ὦν ἀγαθὸν τοῦ μέλλοντός τε καὶ ἀδήλου κρέσσον.

(Stob. Flor. CXV, 21.)

219. Γῆρας ὁλόκληρός ἐστι πήρωσις· πάντ' ἔχει καὶ πᾶσι ἐνδέει.

(Stob. Flor. CXVI, 41.)

220. Ὁ αὐτὸς ἰδὼν νεανίαν φιλοπονοῦντα ἔφη· Κάλλιστον ὄψον τῷ γήρατι ἀρτύεις.

(Anton. et Max. pag. 377.)

Πάρεργον.

221. Ἐρωτικὴν μέμψιν ἡ ἀγαπωμένη λύει.

(Stob. Flor. LXIII, 33.)

222. Ἰσχυρὸν ἐς πειθὼ λόγος γίνεται.

(Stob. Flor. LXXXI, 11.)

223. Ἰσχυρότερος ἐς πειθὼ λόγος πολλαχῇ γίνεται χρυσοῦ.

(Democrat. ap. Orell. n. 17.)

224. Ὁ ἀδικέων τοῦ ἀδικεομένου κακοδαιμονέστερος.

(Democrat. ap. Orell. n. 11.)

225. Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατή· ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος.

(Stob. Flor. XL, 7.)

226. Τὰ καλὰ γνωρίζουσι καὶ ζηλοῦσι οἱ εὐφυέες πρὸς αὐτά.

(Democrat. ap. Orell. n. 22.)

227. Προβουλεύεσθαι κρέσσον πρὸ τῶν πρηξίων ἢ μετανοέειν.

---

213. Bonis non expedit, rebus suis neglectis, alias agere : propriæ enim (interim) male se haberent. Si quid autem publicum negligatur, infamia accedit, etsi quis neque furtum neque injuriam ullam faciat. Etenim negligenti non minus quam injuriam inferenti periculum est cum male audiendi, tum etiam patiendi. Fieri profecto non potest, quin peccetur, peccatorum autem veniam ut impetrent homines, non facile fieri potest.

214. Improbi si honores petunt, quo fuerint indigniores, hoc et negligentiores (adepto magistratu) fiunt imprudentiaque magis et audacia replentur.

215. Ubi potentes ad sublevandos tenuioris fortunæ homines sumptus facere sustinent eisque operam navare et gratificari, ibi misericordiæ locus est, singuli cives non dissociati ac deserti sunt, sed mutua societas, defensio et concordia nascuntur atque alia bona tot tantaque, ut nemo verbis exprimere possit.

De senectute.

216. Robur et pulchritudo juventutis bona sunt, senectus autem temperantiæ prudentiæque flos est.

217. Gratus est senex qui scite jocari potest et seria loqui.

218. Senex fuit juvenis aliquando : num vero juvenis futurus sit olim senex, incertum est. Perfectum igitur bonum futuro atque incerto præstantius est.

219. Senectus omnium est sensuum hebetatio : omnia habet atque omnibus aliquid deest.

220. Idem Democritus conspicatus juvenem industrium et laboris amantem : Pulcherrimum, inquit, senectutis condis obsonium.

Additamentum.

221. Amatorium crimen diluit ipsa quæ amatur.

222. Plurimum ad persuasionem sermo valet.

223. Ad persuadendum sæpenumero plus oratio, quam aurum valet.

224. Infelicior est, injuriam qui facit, quam qui accipit.

225. Quælibet terra sapienti viro pervia est : namque animi fortis universus mundus patria est.

226. Homines natura ad honestatem facti et agnoscunt, quæ honesta sunt, et iis operam dant.

227. Præstat consilium præcedere facta, quam pœnitentiam subsequi.

(Democrat. ap. Orell. n. 31.)

228. Ἡ τῶν ξυγγενέων ἔχθρη τῆς τῶν ὀθνείων χαλεπωτέρη μάλα.

(Democrat. ap. Orell. n. 56.)

229. Ὁ αὐτὸς (Δημόκριτος) ἔφη, οὐ καλὸν πεπαιδευμένον ἀπαιδεύτοις διαλέγεσθαι, ὥσπερ οὐδὲ νήφοντα μεθύουσιν.

(Anton. et Max. p. 704.)

230. Ὁ αὐτὸς τὸν φθόνον εἶπεν ἕλκος εἶναι τῆς ἀληθείας.

(Anton. et Max. p. 408.)

231. Τιμαὶ παρὰ τοῖσι εὐφρονέουσι μέγα δύνανται, οἳ ξυνιᾶσι τιμώμενοι.

(Pseudodemocrat. n. 61.)

232. Βέλτερον ὑπ' ἑτέρου ἢ ὑπ' ἑωυτοῦ ἐπαινέεσθαι.

(Pseudodemocrat. n. 82.)

233. Ἢν μὴ γνωρίζῃς τοὺς ἐπαίνους, κολακεύεσθαι ἡγέο.

(Pseudodemocrat. n. 83.)

234. Φαύλων ὁμιλίη ξυνεχὴς ἕξιν κακίης αὔξει.

(Cod. Flor. Stob. Gaisf. IV p. 408.)

235. Ἑκουσίως μὴ πονέειν παῖδες ἀνιέντες, οὔτε γράμματα μάθοιεν, οὔτε μουσικήν, οὔτε ἀγωνίην, οὐδ' ὅπερ μάλιστα τὴν ἀρετὴν ξυνέχει, τὸ αἰδέεσθαι· μάλα γὰρ ἐκ τούτων φιλέει γίνεσθαι ἡ αἰδώς.

(Ibid. p. 403.)

236. Τὰ μὲν καλὰ χρήματα τοῖσι πόνοισι ἡ μάθησις ἐξεργάζεται, τὰ δ' αἰσχρὰ ἄνευ πόνων αὐτόματα καρποῦται· καὶ γὰρ ὡς τὸν οὐκ ἐθέλοντα πολλάκις ἐξέργει τοιοῦτον εἶναι· οὕτω μεγάλης πρήξιος ὁ ἀμαθὴς σπανίως πρωτουργός τε καὶ ποιητής ἐστι.

(Ibid. p. 406.)

237. Τίμιον ὀλίγη σοφίη ὑπὲρ δόξαν ἀφροσύνης μεγάλης.

(Pseudodemocrat. n. 86.)

238. Ἀνθρώποισι πᾶσι σεβαστά ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀληθές· ἡδὺ δὲ ἄλλῳ ἄλλο.

(Pseudodemocrat. n. 34.)

239. Τήν γε ἀληθινὴν τιμὴν καὶ χάριν ἱδρυμένην ἐν εὐνοίᾳ καὶ διαθέσει τῶν μεμνημένων οὐχ ὑπερόψεται πολιτικὸς ἀνήρ, οὐδέ γε δόξαν ἀτιμάσει φεύγων τὸ τοῖς πέλας ἁνδάνειν, ὡς ἠξίου Δημόκριτος.

(Plutarch. reip. ger. præc. p. 821, vol. IX p. 266 ed. Reisk.)

240. Ἐν ξυνῷ ἰχθύϊ ἄκανθαι οὐκ ἔνεισιν, ὥς φησιν ὁ Δημόκριτος.

(Plutarch. convival. disput., lib. II, 10 pag. 643, vol. VIII pag. 549 ed. Reisk.)

241. Ἦμος δὲ στεροπῆας ἀπεπτοίησεν ὀνείρους ὁ ἥλιος ἀνασχών, καὶ καθάπερ εἰς ταὐτὸ συμμίξας ἐπέστρεψε καὶ συνώρμησε τῷ φωτὶ τὰς πράξεις καὶ τὰς νοήσεις τὰς ἁπάντων, ὥς φησι Δημόκριτος, νέα ἐφ' ἡμέρη στρέφοντες ἄνθρωποι, τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁρμὴν καθάπερ ἀρτύματα συντόνως ποθοῦντες, ἄλλος ἀλλαχόθεν ἐπὶ τὰς πράξεις ἀνίστανται.

(Plutarch. de occulte viv. p. 1129, vol. X pag. 642 seq. ed. Reisk.)

242. Χρὴ τὴν μὲν εὐσέβειαν φανερῶς ἐνδείκνυσθαι, τῆς δὲ ἀληθείας θαῤῥούντως προΐστασθαι.

(Anton. pag. 235.)

243. Ξείνοισι μεταδίδου καὶ τοῖσι δεομένοισι ἐκ τῶν

---

228. Consanguineorum inimicitiæ multo asperiores sunt externis.

229. Idem (Democritus) dixit, neque doctum decere cum indoctis, neque sobrium cum ebriis loqui.

230. Idem invidiam veritatis ulcus esse dicebat.

231. Honores plurimum valent apud prudentes atque benevolos, qui eos sibi collatos esse intelligunt.

232. Ab alio quam a se ipso laudari præstat.

233. Si laudes in te ipso non agnoveris, palpum tibi obtrudi existimes.

234. Continuum improborum commercium vitiorum consuetudinem paullatim affert.

235. Pueri qui voluntariis laboribus totos se dare non possunt, illi neque litteras didicerint, neque musicam, neque (cum æqualibus honeste) certare, neque, quod maxime virtutem continet, alios revereri; nam ex his rebus pudor nasci inprimis solet.

236. Res honestas laboribus disciplina perficit, turpes autem nullius laboris nativi sunt fructus : nam ut nolentem (disciplina) sæpe cogit, ut (qualem se præbet) talis sit (homo), ita omnis disciplinæ expers raro est præclari facinoris auctor.

237. Nonnihil sapientiæ pluris faciendum est, quam speciosa quidem, sed falsa magnæ dementiæ opinio.

238. Apud omnes quidem homines in honore sunt bonum ac verum : gratum tamen alii aliud.

239. Certe verum honorem gratiamque innixam benevolentia animique memorum affectione non despiciet vir, qui in administranda republica versatur, neque gloriam contemnet, fugiens aliorum approbationem, ut volebat Democritus.

240. In communi pisce non insunt spinæ, ut dicit Democritus.

241. Verum ubi sol oriens fulgentia somnia abegit, et tanquam in unum commiscens convertit et excitavit una cum luce omnium actiones cogitationesque : tunc, ut ait Democritus, nova statim ab initio diei animo volventes homines, mutuos conatus velut condimenta quædam vehementer appetentes, alius aliunde ad res agendas sese conferunt.

242. Pietas palam declaranda, veritas autem forti animo defendenda est.

243. Peregrinis impertire et egentibus ex iis quæ ad-

ἐόντων· ὁ γὰρ μὴ διδοὺς δεομένῳ οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος.

(Anton. et Max. p. 725.)

244. Τάχος καὶ ἔπειξις ἀπέστω τοῦ ἐσθίειν· κυνῶδες γὰρ τοῦτο καὶ θηρίῳ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ πρέπον.

(Anton. et Max. pag. 299.)

245. Ποθητὸς εἶναι μᾶλλον ἢ φοβερὸς κατὰ τὸν βίον προαιροῦ, ὃν γὰρ πάντες φοβοῦνται, πάντας φοβεῖται.

(Anton. p. 517; Max. p. 542.)

246. Τὸν ἄρχοντα δεῖ ἔχειν πρὸς μὲν τοὺς καιροὺς λογισμόν, πρὸς δὲ τοὺς ἐναντίους τόλμαν, πρὸς δὲ τοὺς ὑποτεταγμένους εὔνοιαν.

(Anton. p. 517; Max. p. 542.

247. Δεῖ τὸν ἑτέρων μέλλοντα ἄρξειν αὐτὸν ἑαυτοῦ πρῶτον ἄρχειν.

(Maxim. p. 542.)

248. Ἡδὺ μηδὲν ἀποδέχεσθαι, ἢν μὴ ξυμφέρῃ.

(Pseudodemocrat. ap. Orell. n. 39.)

249. Ὁ κόσμος σκηνή, ὁ βίος πάροδος· ἦλθες, εἶδες, ἀπῆλθες.

(Pseudodemocrat. ap. Orell. n. 84.)

250. Θείου νόου τὸ αἰεὶ διαλογίζεσθαι καλόν.

(Pseudodemocrat n. 79.)

---

sunt: qui enim indigenti non dederit, ne ipse quidem, si quando egeat, accipiet.

244. Celeritas et festinatio absint a comedendo. Hoc enim caninum est, et belluæ convenit magis quam homini.

245. Id specta, ut alii magis te desiderent in vita quam metuant: quem enim omnes metuunt, idem omnes metuit.

246. Principem in rerum opportunitatibus uti decet ratione, adversus hostes audacia, benevolentia autem erga subjectos.

247. Qui aliis imperaturus est, debet ipse sibi prius imperare.

248. Nihil jucundum admittendum est, nisi idem sit utile.

249. Mundus scena, vita transitus: venisti, vidisti, abiisti.

250. Animi divini est, semper aliquid bonum cogitare.

B. ΦΥΣΙΚΑ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

FRAGMENTA PHYSICA.

1. Δημόκριτος δὲ ὅτι μὲν ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ τούτων λέγει μηδὲν φαίνεσθαι κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλὰ μόνον κατὰ δόξαν· ἀληθὲς δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τὸ ἀτόμους εἶναι καὶ κενόν. Νόμῳ γάρ, φησί, γλυκύ, καὶ νόμῳ πικρόν, νόμῳ θερμόν, νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ χροιή· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν. Ἅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητά, οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀλήθειαν ταῦτα· ἀλλὰ τὰ ἄτομα μόνον καὶ κενόν. Ἐν δὲ τοῖς Κρατυντηρίοις καίπερ ὑπεσχημένος ταῖς αἰσθήσεσι τὸ κράτος τῆς πίστεως ἀναθεῖναι, οὐδὲν ἧττον εὑρίσκεται τούτων καταδικάζων. Φησὶ γάρ· Ἡμέες δὲ τῷ μὲν ἐόντι οὐδὲν ἀτρεκὲς ξυνίεμεν, μεταπῖπτον δὲ κατά τε σώματος διαθιγήν, καὶ τῶν ἐπεισιόντων, καὶ τῶν ἀντιστηριζόντων. Καὶ πάλιν φησί· ἐτεῇ μέν νυν, ὅτι οἷον ἕκαστόν ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν, οὐ ξυνίεμεν, πολλαχῇ δεδήλωται. Ἐν δὲ τῷ περὶ ἰδεῶν, γινώσκειν τε χρή, φησί, ἄνθρωπον τῷδε τῷ κανόνι, ὅτι ἐτεῆς ἀπήλλακται. Καὶ πάλιν· Δηλοῖ μὲν δὴ καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὅτι ἐτεῇ οὐδὲν ἴδμεν περὶ οὐδενός· ἀλλ' ἐπιῤῥυσμίη ἑκάστοισιν ἡ δόξις. Καὶ ἔτι· Καίτοι δῆλον ἔσται, ὅτι ἐτεῇ οἷον ἕκαστον, γινώσκειν, ἐν ἀπόρῳ ἐστί. Καὶ δὴ ἐν μὲν τούτοις πᾶσαν σχεδὸν κινεῖ κατάληψιν, καὶ μόνον ἐξαιρέτως καθάπτεται τῶν αἰσθήσεων. Ἐν δὲ τοῖς Κανόσι δύο φησὶν εἶναι γνώσεις, τὴν μὲν διὰ τῶν αἰσθήσεων, τὴν δὲ διὰ τῆς διανοίας· ὧν τὴν μὲν διὰ τῆς διανοίας γνησίην κατάγει, προσμαρτυρῶν αὐτῇ τὸ πιστὸν εἰς ἀληθείας κρίσιν· τὴν δὲ διὰ τῶν αἰσθήσεων σκοτίην ὀνομάζει, ἀφαιρούμενος αὐτῆς τὸ πρὸς διάγνωσιν τοῦ ἀληθοῦς ἀπλανές. Λέγει δὲ κατὰ λέξιν· Γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι· ἡ μὲν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη· καὶ σκοτίης μὲν τάδε ξύμπαντα, ὄψις, ἀκοή, ὀδμή, γεῦσις, ψαῦσις· ἡ δὲ γνησίη ἀποκεκριμένη δὲ ταύτης. Εἶτα προκρίνων τῆς σκοτίης τὴν γνησίην ἐπιφέρει λέγων· Ὅταν ἡ σκοτίη μηκέτι δύνηται μήτε ὁρῆν ἐπ' ἔλαττον, μήτε ἀκούειν, μήτε ὀδμᾶσθαι, μήτε γεύεσθαι, μήτε ἐν τῇ ψαύσει αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ λεπτότερον. Οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦτον ὁ λόγος ἐστὶ κριτήριον, ὃν γνησίην γνώμην καλεῖ.

(Sextus Empiricus adv. Mathem. (Logic.) lib. VII § 135—139. pag. 399 seqq. ed. Fabric.)

2. Παλαιὰ γάρ τις, ὡς προεῖπον, ἄνωθεν παρὰ τοῖς φυσικοῖς κυλίεται δόξα περὶ τοῦ τὰ ὅμοια ὁμοίων εἶναι γνωριστικά· καὶ ταύτης ἔδοξε μὲν καὶ Δημό-

1. Democritus autem quum ea tollat, quæ apparent sensibus, ex iis etiam dicit nihil vere apparere, sed solum ex opinione, verum autem esse in iis quæ sunt, quatenus individua sint et inane. *Opinione enim et instituto*, inquit, *est dulce et amarum, opinione calidum et frigidum, opinione color : vere autem individua et inane. Quæ igitur esse existimantur et putantur sensilia, ea non sunt revera. Sola autem sunt individua et inane.* In Libris probativis itidem, quamvis pollicitus, se sensibus vim conciliaturum fidemque facturum, nihilominus invenitur eos condemnare. Ait enim : *Nos re ipsa quidem nihil veri intelligimus, sed id tantum percipimus, quod mutatur pro positura corporis eorumque quæ nobis incidunt et obsistunt.* Et alibi ait : *Nos vere quidem qualis sit unaquæque res, vel non sit, nequaquam intelligere, plurimis locis est declaratum.* In libro autem de imaginibus ait : *Oportet hominem hac regula scire, se a vero longe abesse.* Et alio loco : *Ostendit quidem hæc quoque ratio, de nulla re quidquam nos vere scire, sed esse singulis opinionem, prout quemque res extrinsecus allata affecerit.* Et alio etiam loco : *Quamquam erit evidens, dubium esse, num, quale sit unumquidque, sciamus.* Atque in his quidem omnem fere rejicit comprehensionem, licet modo sensus præcipue testes adhibeat. In Regulis autem duas perhibet esse cognitiones, alteram per sensus, alteram per cogitationem : ex quibus cognitionem quæ per cogitationem fit, genuinam ducit, fide dignum veritatis judicium suo testimonio ipsi tribuens; cognitionem autem per sensus comparari solitam obscuram vocat, in vero discernendo erroris vacuitatem ei eripiens. Dicit autem ad verbum : *Cognitionis duæ sunt species, altera genuina, altera obscura; et obscuræ quidem hæc sunt omnia, visus, auditus, olfactus, gustus, tactus; genuina autem illa est, quæ ab hac est secreta.* Deinde genuinam obscuræ præferens subjungit hæc : *Quando obscura non amplius potest in rebus justo minoribus neque videre, neque audire, neque odorari, neque gustare, neque tactu sentire, sed ad subtilius* (confugiendum). Est igitur ex Democriti quoque sententia ratio rerum arbitra, quam appellat genuinam cognitionem.

2. Nam vetus quædam, ut prius dixi, et jam pridem recepta inter physicos versatur opinio, similia similibus cognosci; atque ejus quidem visus est etiam Democritus

κριτος κεκομικέναι τὰς παραμυθίας· ἔδοξε δὲ καὶ Πλάτων αὐτῆς ἐν Τιμαίῳ παρεψαυκέναι· ἀλλ' ὁ μὲν Δημόκριτος ἐπί τε τῶν ἐμψύχων καὶ ἀψύχων ἵστησι τὸν λόγον. Καὶ γὰρ ζῶα, φησίν, ὁμογενέσι ζώοισι ξυναγελάζεται, ὡς περιστεραὶ περιστερῆσι, καὶ γέρανοι γεράνοισι, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀλόγων. Ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀψύχων· κατάπερ ὁρῆν πάρεστι ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τῆσι κυματωγῆσι ψηφίδων· ὅκου μὲν γὰρ κατὰ τὸν τοῦ κοσκίνου δῖνον διακριτικῶς φακοὶ μετὰ φακῶν τάσσονται καὶ κριθαὶ μετὰ κριθέων καὶ πυροὶ μετὰ πυρῶν· ὅκου δὲ κατὰ τὴν τοῦ κύματος κίνησιν αἱ μὲν ἐπιμήκεες ψηφῖδες εἰς τὸν αὐτὸν τόπον τῆσι ἐπιμήκεσι ὠθέονται, αἱ δὲ περιφερέες τῆσι περιφερέσι· ὡς ἂν ξυναγωγόν τι ἐχούσης τῶν πρηγμάτων τῆς ἐν τούτοισι ὁμοιότητος. Ἀλλ' ὁ μὲν Δημόκριτος οὕτως.

(Sext. Empiric. adv. Mathem. lib. VII § 116 et 117, pag. 395 ed. Fabric.)

3. Δημόκριτος δὲ εἴδωλά τινά φησιν ἐμπελάζειν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τούτων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθοποιά, τὰ δὲ κακοποιά· ἔνθεν καὶ εὔχεται εὐλόγχων τυχεῖν εἰδώλων. Εἶναι δὲ ταῦτα μεγάλα τε καὶ ὑπερφυῆ καὶ δύσφθαρτα μέν, οὐκ ἄφθαρτα δέ. Προσημαίνειν τε τὰ μέλλοντα τοῖς ἀνθρώποις θεωρούμενα καὶ φωνὰς ἀφιέντα· ὅθεν τούτων αὐτῶν φαντασίαν λαβόντες οἱ παλαιοὶ ὑπενόησαν εἶναι θεόν, μηδενὸς ἄλλου παρὰ ταῦτα ὄντος θεοῦ τοῦ ἄφθαρτον φύσιν ἔχοντος.

(Sextus Empiricus adv. Mathem. lib. IX § 19, pag. 552 seqq. ed. Fabric.)

4. Εἰσὶ δὲ οἱ ἀπὸ τῶν γιγνομένων κατὰ τὸν κόσμον παραδόξων ὑπονοήσαντες εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς ἐληλυθέναι θεῶν. Ἀφ' ἧς φαίνεται εἶναι δόξης καὶ ὁ Δημόκριτος. Ὁρέοντες γάρ, φησί, τὰ ἐν τοῖσι μετεώροισι παθήματα οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, κατάπερ βροντὰς καὶ ἀστραπάς, κεραυνούς τε καὶ ἄστρων συνόδους, ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐκλείψιας, ἐδειματέοντο, θεοὺς οἰόμενοι τούτων αἰτίους εἶναι.

(Sextus Empir. adv. Math. lib. IX § 24 p. 554 ed. Fabr.)

5. Δημόκριτος δὲ τὰς ποιότητας ἐκβαλών, ἵνα φησί· Νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ θερμόν, ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν. Καὶ πάλιν· Ἐτεῇ δὲ οὐδὲν ἴδμεν· ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀληθείη.

(Diog. Laert. in vit. Pyrrhon. lib. IX § 72.)

6. Ἀλλὰ καὶ Δημόκριτος ἐν οἷς φησι δίνη ἀπὸ παντὸς ἀποκρίνεσθαι παντοίων εἰδέων (πῶς δὲ καὶ ὑπὸ τίνος αἰτίας μὴ λέγει), ἔοικεν ἀπὸ ταὐτομάτου καὶ τύχης γεννᾷν αὐτά.

(Simplicius ad Aristot. Phys. fol. 73 b.)

7. Καὶ ὡς Δημόκριτός φησιν, ἦν ὁμοῦ πάντα δυνάμι, ἐνεργείῃ δ' οὔ.

(Aristot. Metaph. lib. XII cap. 2 pag. 1069 ed. Bekker.)

8. Οἷς οὐδ' ὄναρ ἐντυχὼν ὁ Κολώτης, ἐσφάλη περὶ

---

aliquas probabiles afferre rationes. Visus est et Plato eam tetigisse in Timæo. Sed Democritus de animatis et inanimis ea quæ dicit statuit. *Animantia enim*, inquit, *simul congregantur cum ejusdem generis animantibus, ut columbæ cum columbis et grues cum gruibus, atque idem in aliis brutis valet. Idem quoque de inanimis dicendum; ut licet videre in seminibus quæ cribrantur et in lapillis per littora sparsis, quum pro cribri circumactione separatim lens cum lente collocetur, hordeum cum hordeo et triticum cum tritico, ex undarum autem motione oblongi quidem calculi pellantur ad eundem locum ad quem oblongi, teretes vero ad quem teretes, utpote rerum in his similitudine habente vim quandam congregandi.* Sed sic quidem Democritus.

3. Democritus autem ait quædam simulacra appropinquare hominibus, et ex iis alia quidem benefica esse, alia vero malefica; hinc etiam optat, ut bona sibi simulacra occurrant. Ea autem esse magna et ingentia, et difficulter quidem interire, non esse tamen interitui non obnoxia. Significare præterea hominibus futura, quum aspectabilia sint et vocem emittant. Unde perceptam horum visionem antiqui deos esse existimarunt, quum præter hæc non sit alius deus qui habeat naturam interitus expertem.

4. Sunt autem qui ex rebus admirabilibus, quæ in mundo fiunt, suspicati sint nos pervenisse ad notionem deorum. In qua opinione videtur etiam esse Democritus. *Videntes enim*, inquit, *veteres quæ in sublimi accidunt, ut tonitrua et fulgura, et fulmina, et astrorum coitus, solisque et lunæ defectiones, perterrebantur, rati deos esse eorum auctores.*

5. Democritus exclusis qualitatibus, ubi ait: *opinione frigidum, opinione calidum, re vera autem individua et inane.* Et alibi: *Re vera nihil scimus; in profundo enim veritas latet.*

6. Sed Democritus quoque dicens *vertigine ab atomorum variarum universitate* (quasdam) *segregari* (quomodo vero et qua causa, non dicit), videtur forte et casu res procreare.

7. Atque ut Democritus ait, *simul omnia potentia erant, actu vero minime.*

8. Quæ quum ne per somnum quidem vidisset Colotes,

λέξιν τοῦ ἀνδρός, ἐν ᾗ διορίζεται, μὴ μᾶλλον τὸ δέν, ἢ τὸ μηδὲν εἶναι· δὲν μὲν ὀνομάζων τὸ σῶμα, μηδὲν δὲ τὸ κενόν, ὡς καὶ τούτου φύσιν τινὰ καὶ ὑπόστασιν ἰδίαν ἔχοντος.

(Plutarch. adv. Colot. pag. 1108. vol. X pag. 561 ed. Reisk.)

9. Δημόκριτος δὲ ὁ τῇ Διὸς φωνῇ παρεικαζόμενος καὶ λέγων τάδε περὶ τῶν ξυμπάντων ἐπεχείρησε μὲν τὴν ἐπίνοιαν ἐκθέσθαι, πλεῖον δὲ ἰδιωτικῆς ἀποφάσεως οὐδὲν ἴσχυσεν, εἰπών· Ἄνθρωπός ἐστι, ὃ πάντες ἴδμεν.

(Sextus Empiric. adv. Math. lib. VII § 265 p. 423 seqq. ed. Fabric.)

10. Ὁ γὰρ ὀμφαλὸς πρῶτον ἐν μήτρῃσι, ὥς φησι Δημόκριτος, ἀγκυρηβόλιον σάλου καὶ πλάνης ἐμφύεται, πεῖσμα καὶ κλῆμα τῷ γινομένῳ καρπῷ καὶ μέλλοντι.

(Plutarch. de Amore prolis pag. 495 [vol. VII pag. 928 ed. Reisk.])

11. Τὸ κεραύνιον πῦρ ἀκριβείᾳ καὶ λεπτότητι θαυμαστόν ἐστιν, αὐτόθεν περὶ τὴν γένεσιν ἐκ καθαρᾶς καὶ ἁγνῆς ἔχον οὐσίας, καὶ πᾶν, εἴ τι συμμίγνυται νοτερόν, ἢ γεῶδες αὐτῷ, τῆς περὶ τὴν κίνησιν ὀξύτητος ἀποσειομένης καὶ διακαθαιρούσης. Διόβλητον μὲν οὐδέν, ὥς φησι Δημόκριτος, ὃ μὴ τὸ παρ' αἰθρίης στέγει σέλας. Τὰ μὲν οὖν πυκνὰ τῶν σωμάτων, χαλκός, ἄργυρος, χρυσὸς ἀποστέγει καὶ φθείρεται, καὶ τήκεται πάσχοντα τῷ προσμάχεσθαι καὶ ἀντερείδειν· τῶν δ' ἀραιῶν καὶ πολυπόρων καὶ χαλώντων ὑπὸ μανότητος ἄψαυστι διεχθεῖ, καθάπερ ἱματίων καὶ ξύλων αὔων.

(Plutarch. Conviv. disp. lib. IV p. 665)

Περὶ αἰσθήσεων.

12. Δημόκριτος δὲ περὶ μὲν αἰσθήσεως οὐ διορίζει, πότερα τοῖς ἐναντίοις ἢ τοῖς ὁμοίοις ἐστίν· ᾗ μὲν γὰρ τῷ ἀλλοιοῦσθαι ποιεῖ τὸ αἰσθάνεσθαι, δόξειεν ἂν τοῖς διαφόροις· οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. Πάλιν δὲ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι καὶ ἁπλῶς τὸ ἀλλοιοῦσθαι τῷ πάσχειν· ἀδύνατον δέ, φησί, τὸ μὴ ταὐτὰ πάσχειν, καὶ ἕτερα ὄντα ποιεῖν ἕτερα, ἀλλὰ ταὐτόν τι πάσχειν τοῖς ὁμοίοις. Διὸ περὶ μὲν τούτων ἀμφοτέρως ἔστιν ὑπολαμβάνειν.

(Theophrast. lib. Περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν 49.)

13. Περὶ ἑκάστης δ' ἤδη αὐτῶν ἐν μέρει πειρᾶται λέγειν. Ὁρᾶν μὲν οὖν ποιεῖ τῇ ἐμφάσει· ταύτην δ' ἰδίως λέγει· τὴν γὰρ ἔμφασιν οὐκ εὐθὺς ἐν τῇ κόρῃ γίνεσθαι, ἀλλὰ τὸν ἀέρα τὸν μεταξὺ τῆς ὄψεως καὶ τοῦ ὁρωμένου τυποῦσθαι, συστελλόμενον ὑπὸ τοῦ ὁρωμένου καὶ τοῦ ὁρῶντος· ἅπαντος γὰρ ἀεὶ γίνεσθαί τινα ἀποῤῥοήν· ἔπειτα τοῦτον στερεὸν ὄντα καὶ ἀλλόχρων ἐμφαίνεσθαι τοῖς ὄμμασιν ὑγροῖς· καὶ τὸ μὲν πυκνὸν οὐ δέχεσθαι, τὸ δ' ὑγρὸν διϊέναι. Διὸ καὶ τοὺς ὑγροὺς τῶν σκληρῶν ὀφθαλμῶν ἀμείνους εἶναι πρὸς τὸ ὁρᾶν, εἰ ὁ μὲν ἔξω χιτὼν ὡς λεπτότατος καὶ πυκνότατος εἴη, τὰ δ' ἐντὸς ὡς μάλιστα σομφὰ καὶ κενὰ πυκνῆς καὶ ἰσχυρᾶς σαρκός, ἔτι δὲ ἰκμάδος παχείας τε καὶ λιπαρᾶς, καὶ αἱ φλέβες κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς

---

lapsus est in verbis ejus, quibus definit, non magis δὲν esse quam μηδέν; δὲν nominans corpus, μηδὲν inane, quasi hoc quoque suam quandam naturam et substantiam habeat.

9. Democritus autem, qui Jovis voci assimilatur atque *hæc de universis disserit*, conatus quidem est exponere notionem, sed de ea nihil amplius potuit pronunciare quam imperitum vulgus, dicens: *Homo est quod omnes scimus.*

10. Primum enim in utero umbilicus nascitur, ut ait Democritus, tanquam ancora, qua fœtus adversus fluctuationes nitatur, et tanquam retinaculum ac pedamentum conceptæ sobolis.

11. Fulminis ignis mirabili est subtilitate et tenuitate, quam statim a prima origine habet ex pura et sincera substantia: et quidquid ei humidum aut terrestre admiscetur, id sui motus celeritate excutit atque expurgat. Nihil icitur fulmine, ut ait Democritus, quod non fulmen e cœlo missum impediat atque retineat. Quare corpora densa, ut æs, argentum, aurum, fulmen retardant, corrumpunturque et liquescunt eo, quod repugnant atque resistunt. At per rara multisque foraminibus hiantia ob laxitatem eorum sine tactu discurrit fulmen, ut per vestes et arida ligna.

De sensibus.

12. Democritus de sensu non definit, utrum contrariis an similibus fiat. Quatenus enim sensum mutatione fieri dicit, videatur diversis, quum similia similibus non mutentur. Rursus autem nos sentire omninoque mutari contendit dum patiamur, dissimilia vero pati et diversa quidem diversa facere posse negat, sed simile aliquid similibus pati. Quapropter hæc utroque modo intelligi licet.

13. De singulis autem sensibus deinceps dicere conatur. Videre nos ait imaginum illapsu quem peculiariter describit; imaginem enim non statim in pupillam illabi, sed aerem inter oculum et illud quod cernitur, medium, contractum ab illo quod cernitur et qui cernit, formari; ab omni enim re fieri semper effluvium quoddam; deinde hunc aerem solidum et discolorem oculis humidis ut imaginem illabi, ita ut densum non accipiat, humidum peragret. Idcirco humidos oculos duris meliores esse ad videndum, si membrana externa quam tenuissima et solidissima sit, interna autem quam maxime fungosa et inania carne solida et valida, atque humore crasso et ni-

εὐθεῖαι καὶ ἄνικμοι, καὶ ὁμοιοσχημονοῖεν τοῖς ἀποτυπουμένοις. Τὰ γὰρ ὁμόφυλα μάλιστα ἕκαστον γνωρίζειν.

(Theophrastus ibid. 50.)

14. Πρῶτον μὲν οὖν ἄτοπος ἡ ἀποτύπωσις ἡ ἐν τῷ ἀέρι· δεῖ γὰρ ἔχειν πυκνότητα καὶ μὴ θρύπτεσθαι τὸ πυκνούμενον, ὥσπερ καὶ αὐτὸς λέγει παραβάλλων, τοιαύτην εἶναι τὴν ἐντύπωσιν, οἷον εἰ ἐκμάξειας εἰς κηρόν. Ἔπειτα μᾶλλον ἐν ὕδατι τυποῦσθαι δυνατόν, ὅσῳ πυκνότερον· ἧττον δὲ ὁρᾶσθαι. Καίτοι προσῆκε μᾶλλον. Ὅλως δὲ ἀποῤῥοὴν ποιοῦντα τῆς μορφῆς, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τῶν εἰδῶν, τί δεῖ τὴν ἀποτύπωσιν ποιεῖν; αὐτὰ γὰρ ἐμφαίνεται τὰ εἴδωλα.

(Theophrastus ibid. 51.)

15. Ἀλλ' ἴσως τὴν ἔμφασιν ὁ ἥλιος ποιεῖ, τὸ φῶς ὥσπερ ἐπιφέρων ἐπὶ τὴν ὄψιν, καθάπερ ἔοικε βούλεσθαι λέγειν· ἐπεὶ τό γε τὸν ἥλιον ἀπωθοῦντα ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ ἀποπλαττόμενον πυκνοῦν τὸν ἀέρα, καθάπερ φησίν, ἄτοπον· διακρίνειν γὰρ πέφυκε μᾶλλον.

(Theophrastus ibid. 54.)

16. Τὴν δ' ἀκοὴν παραπλησίως ποιεῖ τοῖς ἄλλοις· εἰς γὰρ τὸ κενὸν ἐμπίπτοντα τὸν ἀέρα κίνησιν ἐμποιεῖν, πλὴν ὅτι κατὰ πᾶν μὲν ὁμοίως τὸ σῶμα εἰσιέναι, μάλιστα δὲ καὶ πλεῖστον διὰ τῶν ὤτων, ὅτι διὰ πλείστου τε κενοῦ διέρχεται καὶ ἥκιστα διαμίμνει· διὸ καὶ κατὰ μὲν τὸ ἄλλο σῶμα οὐκ αἰσθάνεσθαι, ταύτῃ δὲ μόνον. Ὅταν δὲ ἐντὸς γένηται, σκίδνασθαι διατάχους· τὴν γὰρ φωνὴν εἶναι θρυπτομένου τοῦ ἀέρος καὶ μετὰ βίας εἰσιόντος.

(Theophrast. ibid. 55.)

17. Ὥσπερ οὖν ἐκτὸς ποιεῖ τῇ ἀφῇ τὴν αἴσθησιν, οὕτω τῇ ἀκοῇ ἐντός. Ὀξύτατον δ' ἀκούειν, εἰ ὁ μὲν ἔξω χιτὼν εἴη πυκνός, τὰ δὲ φλέβια κενὰ καὶ ὡς μάλιστα ἄνικμα καὶ εὔτρητα κατά τε τὸ ἄλλο σῶμα καὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς ἀκοάς· ἔτι δὲ τὰ ὀστᾶ πυκνὰ καὶ ὁ ἐγκέφαλος εὔκρατος, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ὡς ξηρότατον· ἀθρόον γὰρ ἂν οὕτως εἰσιέναι τὴν φωνήν, ἅτε διὰ πολλοῦ κενοῦ καὶ ἀνίκμου καὶ εὐτρήτου εἰσιοῦσαν, καὶ ταχὺ σκίδνασθαι καὶ ὁμαλῶς κατὰ τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲ ἐκπίπτειν ἔξω.

(Theophrastus ibid. 56.)

18. Τὸ μὲν οὖν σαφῶς ἀφορίζειν ὁμοίως ἔχει τοῖς ἄλλοις, ἄτοπον δὲ καὶ ἄδηλον κατὰ πᾶν τὸ σῶμα τὸν ψόφον εἰσιέναι, καὶ ὅταν εἰσέλθῃ διὰ τῆς ἀκοῆς, διαχεῖσθαι κατὰ πᾶν, ὥσπερ οὐ ταῖς ἀκοαῖς ἀλλ' ὅλῳ τῷ σώματι τὴν αἴσθησιν οὖσαν. Οὐ γάρ, εἰ καὶ συμπάσχει τι τῇ ἀκοῇ, διὰ τοῦτο καὶ αἰσθάνεται. Πάσαις γὰρ τοῦτό γε ὁμοίως ποιεῖ· καὶ οὐ μόνον ταῖς αἰσθήσεσιν, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ. Καὶ περὶ μὲν ὄψεως καὶ ἀκοῆς οὕτως ἀποδίδωσι· τὰς δ' ἄλλας αἰσθήσεις σχεδὸν ὁμοίας ποιεῖ τοῖς πλείστοις.

(Theophrastus ibid. 57.)

---

tido, venæ denique ad oculos pertinentes rectæ humorisque expertes et similes figura imaginibus conformatis sint. Sui enim generis res maxime quidque cognoscere.

14. Ac primum quidem inepta est imaginis in aere conformatio; nam quod densatum est servare oportet hanc densitatem, neque conteri, quemadmodum ipse dicit comparatione proposita, tali modo fieri informationem, quali in cera aliquid imprimas. Deinde eo facilius simulacrum in aqua imprimi potest, quo densior est; difficilius autem cerni. At oportebat facilius. Omnino eum qui formæ effluvium statuit, ut in libro de imaginibus, quid opus est imaginis conformationem ponere? Ipsa enim simulacra illabuntur.

15. Sed fortasse illapsum sol efficit, lucem quasi oculo afferens, ut Democritus videtur dicere voluisse; quum, quod ait, solem repellentem a sese effingendo densare aerem absurdum sit; ea enim solis natura est, ut aerem potius discernat.

16. Auditum vero similiter atque cæteri (philosophi) definit: aere enim in vacuum irruente motum effici, sed (quod Democriti proprium est) aerem per totum corpus similiter penetrare, maxime autem per aures, quoniam hic per plurimum vacuum pervadat et minime permaneat; ideo in reliquis corporis partibus (sonum) non sentiri, sed solis in auribus. Ubi autem ad interna pervenerit, celeriter dimanare; esse (i. e. oriri) enim vocem aere contrito et per vim ingrediente.

17. Eodem igitur modo quo extrinsecus tactu sensum fieri statuit, ita intus auditu. Acutissime audiri, si membrana externa densa, venæ inanes et quam maxime sine humore et bene tum ad reliquum corpus tum ad caput auresque perforatæ, ossa autem firma et cerebrum bene mixtum, et quod circumdet, quam siccissimum sit. Ita enim vocem plenam intrare, per multum vacuum et humore carens et bene perforatum progressam, citoque dimanare æquabiliter per corpus serpendo, neque excidere.

18. Democritus igitur in iis quæ perspicue definit similia profert ac cæteri (philosophi), ineptum vero atque obscurum est (quod ait) per totum corpus penetrare sonum et ubi per aurem intraverit, per totum corpus diffundi, quasi tum non solæ aures, sed universum corpus sentiat. Nam si quid etiam una cum auribus afficitur, ideo tamen non et ipsum sentit. Enimvero omnibus (sensibus) hoc similiter ascribit, neque his tantum, sed etiam animæ. De visu quidem et auditu ita statuit; cæteros sensus similiter definit ac plerique.

19. Περὶ δὲ τοῦ φρονεῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἴρηκεν, ὅτι γίνεται, συμμέτρως ἐχούσης τῆς ψυχῆς μετὰ τὴν κίνησιν· ἐὰν δὲ περίθερμός τις ἢ περίψυχρος γένηται, μεταλλάττειν φησί. Διότι καὶ τοὺς παλαιοὺς καλῶς τοῦθ' ὑπολαβεῖν, ὅτι ἐστὶν ἀλλοφρονεῖν. Ὥστε φανερόν, ὅτι τῇ κράσει τοῦ σώματος ποιεῖ τὸ φρονεῖν· ὅπερ ἴσως αὐτῷ καὶ κατὰ λόγον ἐστί, σῶμα ποιοῦντι τὴν ψυχήν.

(Theophrastus ibid. 58.)

20. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἔοικε συνηκολουθηκέναι τοῖς ποιοῦσιν ὅλως τὸ φρονεῖν κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν· ἥπερ ἐστὶν ἀρχαιοτάτη δόξα. Πάντες γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ οἱ ποιηταὶ καὶ σοφοὶ κατὰ τὴν διάθεσιν ἀποδιδόασι τὸ φρονεῖν.

(Theophrastus ibid. 72.)

21. Βαρὺ μὲν οὖν καὶ κοῦφον τῷ μεγέθει διαιρεῖ Δημόκριτος. Εἰ γὰρ διακριθείη ἓν ἕκαστον τῶν ἀμίκτων (εἰ καὶ κατὰ σχῆμα διαφέρει) σταθμοῦ ἂν ἐπὶ μεγέθει τὴν φύσιν ἔχειν· οὐ μὴν ἀλλ' ἔν γε τοῖς μικτοῖς κουφότερον ἂν εἶναι τὸ πλέον ἔχον κενόν, βαρύτερον δὲ τὸ ἔλαττον.

(Theophrastus ibid. 61.)

22. Ἐν ἐνίοις μὲν οὕτως εἴρηκεν· ἐν ἄλλοις δὲ κοῦφον εἶναί φησιν ἁπλῶς τὸ λεπτόν. Παραπλησίως δὲ καὶ περὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ· σκληρὸν μὲν γὰρ εἶναι τὸ πυκνόν, μαλακὸν δὲ τὸ μανόν, καὶ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον καὶ μάλιστα κατὰ λόγον. Διαφέρειν δ' ἔτι τὴν θέσιν καὶ τὴν ἐναπόληψιν τῶν κενῶν τοῦ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ καὶ τοῦ βαρέος καὶ κούφου. Διὸ σκληρότερον μὲν εἶναι σίδηρον, βαρύτερον δὲ μόλυβδον· τὸν μὲν γὰρ σίδηρον ἀνωμάλως συγκεῖσθαι, καὶ τὸ κενὸν ἔχειν πολλαχῇ, καὶ κατὰ μεγάλα πεπυκνῶσθαι, καὶ κατὰ ἔνια ἁπλῶς πλέον ἔχειν κενόν· τὸν δὲ μόλυβδον ἔλαττον ἔχοντα κενὸν ὁμαλῶς συγκεῖσθαι, κατὰ πᾶν ὁμοίως μανόν· διὸ βαρύτερον μέν, μαλακώτερον δ' εἶναι τοῦ σιδήρου.

(Theophr. ibid. 62.)

23. Περὶ μὲν οὖν βαρέος καὶ κούφου καὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ ἐν τούτοις ἀφορίζει· τῶν δ' ἄλλων αἰσθητῶν οὐδενὸς εἶναι φύσιν, ἀλλὰ πάντα πάθη τῆς αἰσθήσεως ἀλλοιουμένης, ἐξ ἧς γίνεσθαι τὴν φαντασίαν. Οὐδὲ γὰρ τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ φύσιν ὑπάρχειν, ἀλλὰ τὸ σχῆμα μεταπῖπτον ἐργάζεσθαι καὶ τὴν ἡμετέραν ἀλλοίωσιν· ὅ, τι γὰρ ἂν ἄθρουν ᾖ, τοῦτ' ἐνισχύειν ἑκάστῳ, τὸ δ' εἰς μικρὰ διανενεμημένον ἀναίσθητον εἶναι. Σημεῖον δέ, ὡς οὐκ εἰσὶ φύσει, τὸ μὴ ταὐτὰ πᾶσι φαίνεσθαι τοῖς ζώοις, ἀλλ' ὃ ἡμῖν γλυκύ, τοῦτ' ἄλλοις πικρόν, καὶ ἑτέροις ὀξύ, καὶ ἄλλοις δριμύ, τοῖς δὲ στρυφνόν· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὡσαύτως. Ἔτι δ' αὐτοὺς μεταβάλλειν τὴν κρίσιν κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς ἡλικίας· ᾗ καὶ φανερόν, ὡς ἡ διάθεσις αἰτία τῆς φαντασίας. Ἁπλῶς μὲν οὖν περὶ τῶν αἰσθητῶν οὕτως δεῖν ὑπολαμβάνειν. Οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, καὶ ταῦτα ἀνατίθησι τοῖς σχήμασι· πλὴν οὐχ ἁπάντων ἀποδίδωσι τὰς μορφάς, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν χυλῶν καὶ τῶν χρωμάτων· καὶ τούτων ἀκριβέστερον διορίζει τὰ περὶ τοὺς χυλούς, ἀναφέρων τὴν φαντασίαν πρὸς ἄνθρωπον.

---

19. De sana mente ita loquitur, sapere nos, si anima post motum convenienter et apte se habeat; si quis autem admodum calidus frigidusve fiat, mentem perturbari dicit. Quare priscos præclare intellexisse, hanc esse mentis alienationem. Unde patet, Democrito sanam mentem corporis mixtione constare, id quod fortasse ipsius rationi convenit, qui animam corpus esse censeat.

20. Sed in his rebus illos videtur secutus esse, qui sanam mentem e mutatione pendere volunt, quæ vetustissima est opinio. Omnes enim prisci et poetæ et sapientes pro corporis affectione nos sapere decernunt.

21. Grave igitur et leve magnitudine distinguit Democritus. Si enim (eorum quæ non sunt mixta) unumquidque discernatur (etiamsi formâ differat), gravitatis naturam in magnitudine sitam esse (docet); sed inter mixta levius esse, quod plus vacui habeat, gravius, quod minus.

22. Ita quidem in nonnullis locis dixit; in aliis tamen leve esse simpliciter dicit tenue. Pariter quoque de duro et molli; quippe durum esse densum, molle contra rarum, et magis minusve (durum et molle) omnino pro rata parte (densum et rarum). Differre porro situm et injectum vacuorum spatiorum duri et mollis, gravis et levis. Itaque durius esse ferrum, gravius plumbum. Ferrum enim inæqualiter compositum esse, multisque in locis vacuum habere, et multis quidem in partibus densatum esse, et in nonnullis prorsus plus habere vacui. Plumbum vero, cui minus vacui insit, æqualiter compositum et per omnes partes similiter rarum esse. Ideo plumbum gravius quidem, sed tamen mollius esse ferro.

23. De gravi igitur et levi et duro et molli talia his locis definit; cæterorum vero sensilium nullius naturam, sed omnia affectiones sensus commutati, ex quo imaginatio oriatur, esse. Neque enim vere esse frigidi et calidi naturam, sed formam quo tempore ipsa transmutetur, nostram quoque mutationem efficere; scilicet quod plurimum sit, hoc in quoque valere, quod autem in exiguas particulas distributum sit, non esse sensile. At (hæc sensilia) natura sua non esse, inde patere, quod illa non eadem omnibus animalibus appareant, sed quod nobis quidem dulce, hoc aliis amarum, rursus aliis acutum, nonnullis acre, quibusdam austerum et reliqua eodem modo. Nos quoque ipsos sententiam mutare secundum affectiones vitæque ætates; unde corporis statum rei illius imaginariæ causam esse liqueat. Ita igitur prorsus de sensilibus esse existimandum. Enimvero sicut cætera, ita et hæc ad formas revocat, non tamen omnium figuras recenset, sed magis saporum et colorum, ex quibus rursus accuratius definit sapores, perceptionem imaginariam homini tribuens.

(Theophrastus ibid. 63 et 64.)

Περὶ χυλῶν.

24. Τὸ μὲν σχῆμα καθ' αὑτό ἐστι, τὸ δὲ γλυκὺ καὶ ὅλως τὸ αἰσθητὸν πρὸς ἄλλο καὶ ἐν ἄλλοις.

(Theophrast. ibid. 69.)

25. Δημόκριτος δὲ σχῆμα περιτιθεὶς ἑκάστῳ, γλυκὺν μὲν τὸν στρογγύλον καὶ εὐμεγέθη ποιεῖ· στρυφνὸν δὲ τὸν μεγαλόσχημον, τραχύν τε καὶ πολυγώνιον καὶ ἀπεριφερῆ· ὀξὺν δὲ κατὰ τοὔνομα τὸν ὀξὺν τῷ ὄγκῳ καὶ γωνιοειδῆ καὶ καμπύλον καὶ λεπτὸν καὶ ἀπεριφερῆ· δριμὺν δὲ τὸν περιφερῆ καὶ λεπτὸν καὶ γωνιοειδῆ καὶ καμπύλον· ἁλμυρὸν δὲ τὸν γωνιοειδῆ καὶ εὐμεγέθη καὶ σκολιὸν καὶ ἰσοσκελῆ· πικρὸν δὲ τὸν περιφερῆ καὶ λεῖον, ἔχοντα σκαληνίαν, μέγεθος δὲ μικρόν· λιπαρὸν δὲ τὸν λεπτὸν καὶ στρογγύλον καὶ μικρόν.

(Theophrast. de Caus. plant. VI, 6.)

26. Ἄτοπον δὲ κἀκεῖνο ὃ κατὰ τὰ σχήματα λέγουσιν, ὅτι ἡ τῶν ὁμοίων διαφορὰ ἡ κατὰ μικρότητα καὶ μέγεθος τείνει εἰς τὸ μὴ τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν· οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς μορφῆς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὄγκων ποιοῦσι τὰς δυνάμεις, ἃς εἰ μὲν κατὰ πάντα διαβασανίσαντες ἁπλῶς τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἐκάλουν, καλῶς ἂν τοῦτο ἀπέδωκαν· τὸ δὲ εἰς τὸ μὴ ταὐτὸ δύνασθαι μηδὲ ποιεῖν οὐκ εὔλογον, ἐπεὶ ἐν τοῖς σχήμασιν αἱ δυνάμεις.

(Theophrast. de Caus. plant. VI, 2.)

27. Τὸν μὲν οὖν ὀξὺν εἶναι τῷ σχήματι γωνιοειδῆ τε καὶ πολυκαμπῆ καὶ μικρὸν καὶ λεπτόν· διὰ γὰρ τὴν δριμύτητα ταχὺ καὶ πάντῃ διαδύνεσθαι· τραχὺν δ' ὄντα καὶ γωνιοειδῆ συνάγειν καὶ συσπᾶν· διὸ καὶ θερμαίνειν τὸ σῶμα, κενότητας ἐμποιοῦντα· μάλιστα γὰρ θερμαίνεσθαι τὸ πλεῖστον ἔχον κενόν. Τὸν δὲ γλυκὺν ἐκ περιφερῶν συγκεῖσθαι σχημάτων οὐκ ἄγαν μικρῶν· διὸ καὶ διαχεῖν ὅλως τὸ σῶμα, καὶ οὐ βιαίως καὶ οὐ ταχὺ πάντα περαίνειν· τοὺς δ' ἄλλους χυλοὺς ταράττειν, ὅτι διαδύνων πλανᾷ τὰ ἄλλα καὶ ὑγραίνει· ὑγραινόμενα δὲ καὶ ἐκ τῆς τάξεως κινούμενα συῤῥεῖν εἰς τὴν κοιλίαν· ταύτην γὰρ εὐπορώτατον εἶναι διὰ τὸ πλεῖστον εἶναι κενόν.

(Theophrast. de Sensu et sensil. 65.)

28. Τὸν δὲ στρυφνὸν ἐκ μεγάλων σχημάτων καὶ πολυγωνίων καὶ περιφερὲς ἥκιστ' ἐχόντων· ταῦτα γὰρ ὅταν εἰς τὰ σώματα ἔλθῃ, ἐπιτυφλοῦν ἐμπλάττοντα τὰ φλέβια καὶ κωλύειν συῤῥεῖν· διὸ καὶ τὰς κοιλίας ἱστάναι. Τὸν δὲ πικρὸν ἐκ μικρῶν καὶ λείων καὶ περιφερῶν· τὴν περιφέρειαν εἰληχότα καὶ καμπὰς ἔχουσαν· διὸ καὶ γλίσχρον εἶναι καὶ κολλώδη. Τὸν δ' ἁλμυρὸν ἐκ μεγάλων καὶ οὐ περιφερῶν, ἀλλ' ἐπ' ἐνίων μὲν σκαληνῶν· διὸ οὐδὲ πολυκαμπῶν. Βούλεται δὲ σκαληνὰ λέγειν, ἅπερ παράλλαξιν ἔχει πρὸς ἄλληλα καὶ συμπλοκήν. Μεγάλων μέν, ὅτι ἡ ἁλμυρὶς ἐπιπολάζει· μικρὰ

De saporibus.

24. Figura quidem per se constat, dulcia vero omninoque sensilia non constant, nisi quatenus ad alia referuntur atque in aliis sunt.

25. Democritus suam cuique sapori figuram tribuens *dulcem* facit teretem magnisque constantem atomis; *austerum* vero figuræ magnitudine conspicuum, asperum, angulosum, non rotundum; nomine autem *acutum* molis quoque forma acutum et angularem et curvum et tenuem et rotunditate carentem; *acrem* porro rotundum et tenuem et angularem et curvum; *salsum* præterea angularem atque e magnis atomis compositum et tortuosum et æquis cruribus insignem; *amarum* autem rotundum et lævem et inæqualem et exigua magnitudine præditum; *pinguem* denique tenuem et teretem et parvum.

26. Ineptum vero et illud est, quod figurarum habita ratione dicunt, similium discrepantiam in parvitate et magnitudine sitam ejusmodi esse, ut non eandem vim eundemque effectum habeant. Neque enim figura (solum), sed quantitate (diversum) effectum fieri statuunt, quem si omnibus consideratis simpliciter majus et minus vocarent, recte decernerent; sed (hanc similitudinem) non ad eadem efficienda valere neque eadem perficere, absurde dicunt, quum vis et effectus e figura pendeat.

27. Namque *acutum* saporem esse forma angularem, flexuosum, parvum et tenuem, et propter acritudinem celeriter et ubique perlabi; ut asperum vero et angularem, cogere et contrahere eo modo, ut corpus calefaciat, inanitates injiciendo: quod enim plurimum vacui habeat, maxime calefieri. *Dulcem* autem e rotundis figuris nec nimis parvis constare, ideoque corpus plane perfundere, neque vehementer nec celeriter omnia permeare; cæterum dulcem perturbare cæteros sapores, quoniam perlabens reliqua dispergat et madefaciat, madefacta autem et disturbata in ventrem confluere, qui maxime vacuus facillime excipere possit.

28. *Austerum* vero e magnis figuris et angulosis et minime rotundis compositum esse, quæ si in corpora veniant, venas excæcent et obstruant et impediant, quominus conjunctim (per artus) fluat (sanguis), ita ut alvum astringant. *Amarum* autem e parvis et lævibus et rotundis, tali nimirum rotunditate accepta, quæ flexus quoque habeat; ideo tenacem esse et glutinosum. *Salsum* vero e magnis nec rotundis, sed aliqua parte inæqualibus, et hanc ob rem non flexuosis. Intelligit autem inæqualia quæ variationem nexumque inter se habeant. E magnis quidem, quoniam salsilago (inde redundans, corpori) innatet; parvas enim particulas circumdantibus pulsas cum universo corpore commisceri. E non rotun-

γὰρ ὄντα, καὶ τυπτόμενα τοῖς περιέχουσι, μίγνυσθαι ἂν τῷ παντί· οὐ περιφερῶν δέ, ὅτι τὸ μὲν ἁλμυρὸν τραχύ, τὸ δὲ περιφερὲς λεῖον· σκαληνῶν δὲ διὰ τὸ μὴ περιπλάττεσθαι· διὸ ψαφαρὸν εἶναι.

(Theophrastus ibid. 66.)

29. Τὸν δὲ δριμὺν μικρὸν καὶ περιφερῆ καὶ γωνιοειδῆ, σκαληνὸν δὲ οὐκ ἔχειν· τὸν μὲν γὰρ δριμὺν πολυγώνιον ποιεῖν τῇ τραχύτητι, θερμαίνειν καὶ διαχεῖν διὰ τὸ μικρὸν εἶναι καὶ περιφερῆ καὶ γωνιοειδῆ· καὶ γὰρ τὸ γωνιοειδὲς εἶναι τοιοῦτον. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἑκάστου δυνάμεις ἀποδίδωσιν, ἀνάγων εἰς τὰ σχήματα· ἁπάντων δὲ τῶν σχημάτων οὐδὲν ἀκέραιον εἶναι καὶ ἀμιγὲς τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ (χυλῷ) πολλὰ εἶναι καὶ τὸν αὐτὸν ἔχειν λείου καὶ τραχέος καὶ περιφεροῦς καὶ ὀξέος καὶ τῶν λοιπῶν· ὃ δ' ἂν ἐνῇ πλεῖστον, τοῦτο μάλιστα ἐνισχύειν πρός τε τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν δύναμιν. Ἔτι δὲ εἰς ὁποίαν ἕξιν ἂν εἰσέλθῃ, διαφέρειν οὐκ ὀλίγον· καὶ διὰ τοῦτο τὸ αὐτὸ τἀναντία, καὶ τἀναντία τὸ αὐτὸ πάθος ποιεῖν ἐνίοτε.

(Theophrastus ibid. 67.)

Περὶ χρωμάτων.

30. Δημόκριτος φύσιν μὲν μηδὲν εἶναι χρῶμα, τὰ μὲν γὰρ στοιχεῖα ἄποια, τά τε μεστὰ καὶ τὸ κενόν· τὰ δ' ἐξ αὐτῶν συγκρίματα κεχρῶσθαι διαταγῇ τε καὶ ῥυθμῷ καὶ προτροπῇ, ὧν ἡ μέν ἐστι τάξις, ἡ δὲ σχῆμα, ἡ δὲ θέσις· παρὰ ταῦτα γὰρ αἱ φαντασίαι. Τούτων δὲ τῶν πρὸς τὴν φαντασίαν χρωμάτων τέτταρες αἱ διαφοραί, λευκοῦ, μέλανος, ἐρυθροῦ, χλωροῦ.

(Stobæus Eclog. phys. lib. I cap. 17 pag. 364 seqq. ed. Heer.)

31. Διὸ μᾶλλον εὔλογον, σώματα εἶναι ἀδιαίρετα—— ὅπερ ποιεῖ Δημόκριτος· διὸ καὶ χροιὴν οὔ φησιν εἶναι, τροπῇ γὰρ χρωματίζεσθαι.

(Aristoteles de Gener. et corr. I, 2.)

32. Τῶν δὲ χρωμάτων ἁπλᾶ μὲν λέγει τέτταρα· λευκὸν μὲν οὖν εἶναι τὸ λεῖον· ὃ γὰρ ἂν μὴ τραχύ, μηδ' ἐπισκιάζῃ μηδὲ δυσδίοδόν τι, τοιοῦτον πᾶν λαμπρὸν εἶναι. Δεῖ δὲ καὶ εὐθύτρυπα καὶ διαυγῆ τὰ λαμπρὰ εἶναι. Τὰ μὲν οὖν σκληρὰ τῶν λευκῶν ἐκ τοιούτων σχημάτων συγκεῖσθαι, οἷον ἡ ἐντὸς πλὰξ τῶν κογχυλίων· ταῦτα γὰρ ἂν ἄσκια καὶ εὐαγῆ καὶ εὐθύπορα εἶναι· τὰ δὲ ψαθυρὰ καὶ εὔθρυπτα ἐκ περιφερῶν μὲν λοξῶν δὲ τῇ θέσει πρὸς ἄλληλα, καὶ τὰς δύο συζεύξεις, τήν θ' ὅλην τάξιν ἔχειν ὅτι μάλιστα ὁμοίαν. Τοιούτων δ' ὄντων, ψαθυρὰ μὲν εἶναι, διότι κατὰ μικρὸν ἡ σύναψις· εὔθρυπτα δέ, ὅτι ὁμοίως κεῖνται· ἄσκια δέ, διότι λεῖα καὶ πλατέα· λευκότερα δὲ τῷ τὰ σχήματα τὰ εἰρημένα καὶ ἀκριβέστερα καὶ ἀμιγέστερα εἶναι, καὶ τὴν τάξιν καὶ τὴν θέσιν πρὸς ἄλληλα ἔχειν μᾶλλον τὴν εἰρημένην.

(Theophrastus de Sensu et sensil. § 73.

33. Τὸ μὲν οὖν λευκὸν ἐκ τοιούτων εἶναι σχημάτων. Τὸ δὲ μέλαν ἐκ τῶν ἐναντίων, ἐκ τραχέων καὶ σκαληνῶν καὶ ἀνομοίων· οὕτω γὰρ ἂν σκιάζειν καὶ οὐκ εὐθεῖς εἶναι τοὺς πόρους οὐδ' εὐδιόδους. Ἔτι

---

dis vero, quia salsum asperum, rotundum autem glabrum sit. Ex inæqualibus denique, quod (aliis saporibus) non obruatur ideoque durus sit.

29. Postremo *acrem* saporem parvum et rotundum et angularem, sed non inæqualem : acrem enim asperitate sua angulosum quid efficere, calefacere et perfundere, quoniam parvus et rotundus et angularis sit omneque angulare ita se habeat. Pari autem modo reliquas cujusque vires exponit, ad figuras referens; verum omnium figurarum nullam esse sinceram atque a cæterarum admixtione liberam, sed in unoquoque (sapore) multas esse, eundemque habere (figuram) glabri et asperi et rotundi et acuti et reliquorum, quæ autem maxima insit, hanc maxime ad sensum efficiendum vimque ostendendam valere. Præterea in quem (corporis) habitum incidat sapor, multum interesse, ideoque fieri, ut eadem (corporis nostri) affectio contraria, et contraria eandem affectionem nonnunquam exhibeant.

De coloribus.

30. Democritus nihil per se colorem esse dixit, nam elementa quidem, plenum et inane, nullam qualitatem habere, quæ autem ex his componantur, ordinatione, forma et collocatione, id est ordine, figura et situ colorari; inde enim fieri perceptiones (visa). Colorum autem visu perceptorum quattuor esse genera inter se diversa : album, nigrum, rubrum, viridem colorem.

31. Quapropter magis consentaneum fuerit, corpora esse individua—quod Democritus statuit; quocirca et colorem non dicit esse, collocatione enim colorari.

32. Colorum quattuor genera simplicia esse dicit; atque album quidem esse læve : quod enim neque asperum sit, neque obumbret, neque difficulter sit pervium, id omne candidum esse. Candida vero et recte perforata et translucida esse oportere. Alborum igitur dura e talibus constare figuris, qualis sit concharum crusta interna; hæc enim esse vacua umbræ et pellucida et recte perforata; friabilia autem et fragilia e rotundis quidem, sed situ, quem habeant inter se, obliquis (composita esse), ac duas conjunctiones totumque ordinem quam simillimum habere. Itaque friabilia esse, quia brevi intervallo sese tangant, fragilia autem, quia similem habeant situm, porro umbræ vacua, quia lævia sint et lata, albiora denique, quando figuræ supra memoratæ et accuratiores et minus mixtæ sint, ordinemque et situm, de quo locuti sumus, magis invicem habeant.

33. Album igitur colorem e talibus constare figuris. Nigrum vero e contrariis, ex asperis et inæqualibus et dissimilibus : ita enim illum obumbrare, neque recta esse ejus foramina nec facilia transitu. Effluvia etiam lenta et

δὲ τὰς ἀποῤῥοὰς νωθεῖς καὶ ταραχώδεις· διαφέρειν γάρ τι καὶ τὴν ἀποῤῥοήν, τῷ ποιὰν εἶναι πρὸς τὴν φαντασίαν, ἣν γίνεσθαι διὰ τὴν ἐναπόληψιν τοῦ ἀέρος ἀλλοίαν.

(Theophrastus ibid. 74.)

34. Πρῶτον μὲν οὖν τὸ πλείους ἀποδοῦναι τὰς ἀρχάς, ἔχει τινὰ ἀπορίαν· οἱ γὰρ ἄλλοι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, ὡς τούτων ἁπλῶν ὄντων μόνων. Ἔπειτα τὸ μὴ πᾶσι τοῖς λευκοῖς μίαν ποιῆσαι τὴν μορφήν, ἀλλ' ἑτέραν τοῖς σκληροῖς καὶ τοῖς ψαθυροῖς· οὐ γὰρ εἰκὸς ἄλλην αἰτίαν εἶναι τοῖς διαφόροις κατὰ τὴν ἁφήν· οὐδ' ἂν ἔτι τὸ σχῆμα αἴτιον εἶναι τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν θέσιν. Ἐνδέχεται γὰρ καὶ τὰ περιφερῆ καὶ ἁπλῶς πάντα ἐπισκιάζειν ἑαυτοῖς· σημεῖον δέ· καὶ γὰρ αὐτὸς ταύτην φέρει τὴν πίστιν, ὅσα τῶν λείων μέλανα φαίνεται. Διὰ γὰρ τὴν σύμφυσιν καὶ τὴν τάξιν, ὡς τὴν αὐτὴν ἔχοντα τῷ μέλανι, φαίνεσθαι τοιαῦτα· καὶ πάλιν ὅσα λευκὰ τῶν τραχέων· ἐκ μεγάλων γὰρ εἶναι ταῦτα, καὶ τὰς συνδέσεις οὐ περιφερεῖς, ἀλλὰ προκρόσσας καὶ τῶν σχημάτων τὰς μορφὰς μιγνυμένας, ὥσπερ ἀναβαθμίδας τὰ πρὸ τῶν τειχῶν ἔχει χώματα· τοιοῦτον γὰρ ὄν, ἄσκιον εἶναι, καὶ οὐ κωλύεσθαι τὸ λαμπρόν.

(Theophrastus ibid. 79.)

35. Ἐρυθρὸν δ' ἐξ οἵωνπερ τὸ θερμόν, πλὴν ἐκ μειζόνων. Ἐὰν γὰρ αἱ συγκρίσεις ὦσι μείζους ὁμοίων ὄντων τῶν σχημάτων, μᾶλλον ἐρυθρὸν εἶναι. Σημεῖον δ', ὅτι ἐκ τοιούτων τὸ ἐρυθρόν· ἡμᾶς τε γὰρ θερμαινομένους ἐρυθραίνεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πυρούμενα, μέχρις ἂν οὗ ἔχῃ τὸ τοῦ πυροειδοῦς. Ἐρυθρότερα δὲ τὰ ἐκ μεγάλων ὄντα σχημάτων, οἷον τὴν φλόγα καὶ τὸν ἄνθρακα τῶν χλωρῶν ξύλων ἢ τῶν αὔων, καὶ τὸν σίδηρον δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ πυρούμενα· λαμπρότατα μὲν γὰρ εἶναι τὰ πλεῖστον ἔχοντα καὶ λεπτότατον πῦρ, ἐρυθρότερα δὲ τὰ παχύτερον καὶ ἔλαττον. Διὸ καὶ ἧττον εἶναι θερμὰ τὰ ἐρυθρότερα· θερμὸν γὰρ τὸ λεπτόν. Τὸ δὲ χλωρὸν ἐκ μὲν τοῦ στερεοῦ καὶ τοῦ κενοῦ συνεστάναι, ἐκ μεγάλων δ' ἀμφοῖν. Τῇ δὲ θέσει καὶ τῇ τάξει αὐτῶν τὴν χρόαν γίγνεσθαι.

(Theophrast. ibid. 75.)

36. Ἄτοπον δὲ καὶ τὸ τῶν χλωρῶν μὴ ἀποδοῦναι μορφήν, ἀλλὰ μόνον ἐκ τοῦ στερεοῦ καὶ τοῦ κενοῦ ποιεῖν.

(Theophrastus ibid. 82.)

37. Τὰ μὲν οὖν ἁπλᾶ χρώματα τούτοις κεχρῆσθαι τοῖς σχήμασιν· ἕκαστον δὲ καθαρώτερον, ὅσῳ ἂν ἐξ ἀμιγεστέρων ᾖ. Τὰ δὲ ἄλλα κατὰ τὴν τούτων μίξιν· οἷον τὸ μὲν χρυσοειδὲς καὶ τὸ τοῦ χαλκοῦ καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἐκ τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ ἐρυθροῦ· τὸ μὲν γὰρ λαμπρὸν ἔχειν ἐκ τοῦ λευκοῦ, τὸ δὲ ὑπέρυθρον ἀπὸ τοῦ ἐρυθροῦ· πίπτειν γὰρ εἰς τὰ κενὰ τοῦ λευκοῦ τῇ μίξει τὸ ἐρυθρόν. Ἐὰν δὲ προστεθῇ τούτοις τὸ χλωρόν, γίγνεσθαι τὸ κάλλιστον χρῶμα· δεῖν δὲ μικρὰς τοῦ χλωροῦ τὰς συγ-

---

turbida; differre enim aliquatenus et effluvia eo modo quo natura sua ad perceptionem referantur, quæ aeris injectu commutetur.

34. Ac primum quidem quod plura principia enumerantur, id dubitationem quandam habet; reliqui enim album et nigrum solos esse simplices colores volunt. Deinde quod non omnibus albis eadem forma tribuitur, sed alia duris, alia friabilibus; neque enim consentaneum, iis quæ (colore) differant, aliam esse differentiæ causam e tactu profectam, neque figuram esse hujus differentiæ causam, sed magis situm. Quippe et rotunda omninoque omnia se ipsa obumbrare possunt : cui rei indicio sunt, quæ ipse Democritus ad fidem faciendam affert, quæcunque inter lævia nigra videntur. Ob concretionem enim et ordinem eundem, quem nigra habeant, (ait) talia apparere; et præterea quæcunque inter aspera videntur alba : hæc enim e magnis constare, eorumque nexus non rotundos esse, sed prominentes, figurarumque conformationem mixtione fieri, quemadmodum aggesta ante muros terra gradus contineat; propter hanc naturam colorem umbræ vacuum esse, neque impediri candidum.

35. Rubrum autem ex iisdem quidem compositum esse, e quibus calidum, sed tamen e majoribus. Quanto enim in figurarum æqualitate majores sint particulæ, e quibus concreverunt, tanto rubriorem esse colorem. Signo autem esse, e talibus rubrum quoque constare, quod calefacti rubeamus, itemque reliqua omnia igni calentia, quamdiu igneam speciem præ se ferant. Quæ vero rubriora sint, e magnis coaluisse figuris, ut flammam et carbonem lignorum viridium vel aridorum et ferrum et cætera quæ in igne ponantur : candidissima enim esse, quæ plurimum ignem et tenuissimum habeant, rubriora vero quæ crassiorem et minorem. Ideo fieri, ut rubriora minus calida sint; calidum enim tenue. Viridem denique colorem e solido quidem et vacuo, utroque autem magno conflari. Cæterum situ et ordine eorum ipsum colorem nasci.

36. Inepte etiam agit, quod viridis coloris formam non exponit, sed tantum e solido et vacuo eum componi dicit.

37. Simplices igitur colores his esse figuris, sed ut quisque e minime mixtis conflatus sit, ita esse purissimum. Reliquos pro (varia) horum mixtione oriri, ut auro similem et æris colorem cæterosque hujusmodi ex albo et rubro : eos enim candidum retinere ex albo, subrubrum ex rubro, quum in partes albi vacuas rubrum mixtione incidat. Quibus si viride admisceatur, pulcherrimum nasci colorem : oportere autem exiguas viridis particulas

κρίσεις εἶναι· μεγάλας γὰρ οὐχ οἷόν τε, συγκειμένων οὕτω τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ ἐρυθροῦ. Διαφόρους δ' ἔσεσθαι τὰς χρόας, τῷ πλέον καὶ ἔλαττον λαμβάνειν.

(Theophrastus ibid. 76.)

38. Τὸ δὲ πορφυροῦν ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος καὶ ἐρυθροῦ· πλείστην μὲν μοῖραν ἔχοντος τοῦ ἐρυθροῦ, μικρὰν δὲ τοῦ μέλανος, μέσην δὲ τοῦ λευκοῦ. Διὸ καὶ ἡδὺ φαίνεσθαι πρὸς τὴν αἴσθησιν. Ὅτι μὲν οὖν τὸ μέλαν καὶ τὸ ἐρυθρὸν αὐτῷ ἐνυπάρχει, φανερὸν εἶναι τῇ ὄψει· διότι δὲ τὸ λευκόν, τὸ λαμπρὸν καὶ διαυγὲς σημαίνειν· ταῦτα γὰρ ποιεῖν τὸ λευκόν. Τὴν δ' ἰσάτιν ἐκ μέλανος σφόδρα καὶ χλωροῦ· πλείω δὲ μοῖραν ἔχειν τοῦ μέλανος. Τὸ δὲ πράσινον ἐκ πορφυροῦ καὶ τῆς ἰσάτιδος, ἢ ἐκ χλωροῦ καὶ πορφυροειδοῦς**** τὸ γὰρ θεῖον εἶναι τοιοῦτον καὶ μετέχειν τοῦ λαμπροῦ. Τὸ δὲ κυανοῦν ἐξ ἰσάτιδος καὶ πυρώδους, σχημάτων δὲ περιφερῶν καὶ βελονοειδῶν, ὅπως τὸ στιλβὸν τῷ μέλανι ἐνῇ.

(Theophrastus ibid. 77.)

39. Τὸ δὲ καρύϊνον ἐκ χλωροῦ καὶ κυανοειδοῦς· ἐὰν δὲ χλωρὸν πλέον μιχθῇ, φλογοειδὲς γίγνεσθαι· τὸ γὰρ κατάσκιον καὶ μελανόχρων ἐξείργεσθαι. Σχεδὸν δὲ καὶ τὸ ἐρυθρὸν τῷ λευκῷ μιχθὲν χλωρὸν ποιεῖν εὐαγὲς καὶ οὐ μέλαν· διὸ καὶ τὰ φυόμενα χλωρὰ τὸ πρῶτον εἶναι πρὸ τοῦ θερμανθῆναι καὶ διαχεῖσθαι. Καὶ πλήθει μὲν τοσοῦτον ἐπιμεμίχθαι χρωμάτων, ἄπειρα δὲ εἶναι τὰ χρώματα καὶ τοὺς χυλοὺς κατὰ τὰς μίξεις, ἐάν τις τὰ μὲν ἀφαιρῇ, τὰ δὲ προστιθῇ, καὶ τῶν μὲν ἔλαττον μίσγῃ, τῶν δὲ πλέον· οὐθὲν γὰρ ὅμοιον ἔσεσθαι θάτερον θατέρῳ.

(Theophrastus ibid. 78.)

Περὶ ὀσμῆς.

40. Περὶ δὲ ὀσμῆς προσαφορίζει [σχεδὸν ὁμοίως τοῖς πλείστοις· οὐδὲν γὰρ ἴδιον] εἴρηκέ γε, πλὴν τοσοῦτον, ὅτι τὸ λεπτὸν ἀποῤῥέον ἀπὸ τῶν παχέων ποιεῖ τὴν ὀδμήν· ποῖον δέ τι τὴν φύσιν ὂν ὑπὸ τίνος πάσχει, οὐκέτι προσέθηκεν· ὅπερ ἴσως ἦν κυριώτατον.

(Theophrastus ibid. 82.)

41. Οὐδὲν χρῆμα μάτην γίνεται, ἀλλὰ πάντα ἐκ λόγου τε καὶ ὑπ' ἀνάγκης.

(Stob. Ecl. phys. p. 160.)

---

esse, quæ adjungantur; neque enim fieri posse, ut magnæ accedant conjunctis ita rubro et albo. Quippe diversos fore colores majoribus minoribusve partibus adjectis.

38. Purpureum ex albo et nigro et rubro compositum esse, maximam partem rubro obtinente, exiguam nigro, mediam albo. Quare evenire, ut sensui jucundus sit color. Nigrum quidem et rubrum eo contineri videntibus esse perspicuum, album vero inesse, splendido et translucido significari, quippe quæ albo efficiantur. Glasti colorem ex multo nigro et viridi constare, ita tamen, ut major in eo nigri pars sit. Porraceum e purpureo et glasti colore, vel e viridi et purpureo; **** sulphur enim talis coloris et candidi particeps esse. Cæruleum autem e glasti et ignis colore, figuris rotundis et acui similibus eadem ratione, qua (fiat, ut) lucidum nigro insit.

39. Nucibus similem colorem e viridi et cæruleo; sin autem plus viridis admisceatur, flammeum nasci, quum opacum et nigrum removeatur. Rubrum vero cum albo mixtum fere viride efficere purum nec nigrum; itaque fructus primum virides esse, antequam calefiant et maturescant. Tantam quidem colorum copiam commisceri atque innumerabiles esse colores et sapores pro varia mixtione, si quis hæc adimat, illa apponat, et horum minus admisceat, illorum plus: nullum enim alteri similem fore.

De odore.

40. De odore præterea statuit (fere similiter ac plerique; nihil enim peculiare) pronuntiavit, nisi hoc, effici odorem tenuiore materia e crassioribus effluente, sed quale suapte natura sit et a quo afficiatur, non amplius addidit: id quod fortasse summi erat momenti.

41. Nihil temere fit, sed omnia ratione et necessitate contingunt.

Γ. ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΟΣ.

FRAGMENTA LIBRORUM DE ANIMALIBUS.

1. Λέγει Δημόκριτος τῶν ζώων μόνον τὸν λέοντα ἐκπεπταμένοις τίκτεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἤδη τρόπον τινὰ τεθυμωμένον, καὶ ἐξ ὠδίνων δρασείοντά τι μανικόν.

(Ælian. de animal. nat. lib. V cap. 39.)

2. Λέγει δ' Ἀριστοτέλης, καὶ Δημόκριτος πρὸ ἐκείνου, Θεόφραστός τε ἐκ τρίτων καὶ αὐτός φησι, μὴ τῷ ἁλμυρῷ ὕδατι τρέφεσθαι τοὺς ἰχθῦς, ἀλλὰ τῷ παρακειμένῳ τῇ θαλάττῃ γλυκεῖ ὕδατι.

(Ælian. de animal. nat. lib. IX cap. 64.)

3. Λέγει Δημόκριτος πολύγονον εἶναι ὗν καὶ κύνα, καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι λέγων, ὅτι πολλὰς ἔχει τὰς μήτρας καὶ τοὺς τόπους τοὺς δεκτικοὺς τοῦ σπέρματος. Ὁ τοίνυν θορὸς οὐχ ἐκ μιᾶς ὁρμῆς ἁπάσας αὐτὰς ἐκπληροῖ, ἀλλὰ δίς τε καὶ τρὶς ταῦτα τὰ ζῶα ἐπιθόρνυται, ἵνα ἡ συνέχεια πληρώσῃ τὰ τοῦ γόνου δεκτικά. Ἡμιόνους δὲ λέγει μὴ τίκτειν, μὴ γὰρ ἔχειν ὁμοίας μήτρας τοῖς ἄλλοις ζώοις, ἑτερομόρφους δὲ ἥκιστα δυναμένας γονὴν δέξασθαι· μὴ γὰρ εἶναι φύσεως ποίημα τὴν ἡμίονον, ἀλλὰ ἐπινοίας ἀνθρωπίνης καὶ τόλμης, ὡς ἂν εἴποις, μοιχίδιον ἐπιτέχνημα τοῦτο καὶ κλέμμα. Δοκεῖ δέ μοι τοῦτο, ἦ δ' ὅς, τοῦ ὄνου ἵππον βιασαμένου κατὰ τύχην κυῆσαι, μαθητὰς δὲ ἀνθρώπους τῆς βίας ταύτης γεγενημένους εἶτα μέντοι προσελθεῖν ἐπὶ τὴν τῆς γονῆς αὐτῶν συνήθειαν. Καὶ μάλιστά γε τοὺς τῶν Λιβύων ὄνους μεγίστους ὄντας ἐπιβαίνειν ταῖς ἵπποις, οὐ κομώσαις, ἀλλὰ κεχαρμέναις. Ἔχουσαν γὰρ τὴν ἑαυτῆς ἀγλαΐαν τὴν διὰ τῆς κόμης οὐκ ἂν ὑπομεῖναι τὸν τοιόνδε γαμετὸν οἱ σοφοὶ τοὺς τούτων γάμους φασίν.

(Ælian. de animal. nat. lib. XII cap. 16.)

4. Ἐν τοῖς νοτίοις μᾶλλον τὰ ἔμβρυα ἐκπίπτειν Δημόκριτος λέγει, ἢ ἐν τοῖς βορείοις. Καὶ εἰκότως· χαυνοῦσθαι γὰρ ὑπὸ τοῦ νότου τὰ σώματα ταῖς κυούσαις καὶ διίστασθαι, ἅτε τοίνυν τοῦ σκήνους διακεχυμένου καὶ οὐχ ἡρμοσμένου πλανᾶσθαι καὶ τὰ κυούμενα, καὶ θερμαινόμενα δεῦρο καὶ ἐκεῖσε διολισθαίνειν καὶ ἐκπίπτειν ῥᾷον. Εἰ δὲ εἴη πάγος καὶ βορρᾶς καταπνέοι, συμπέπηγε μὲν τὸ ἔμβρυον, δυσκίνητον δέ ἐστι καὶ οὐ ταράττεται ὡς ὑπὸ κλύδωνος· ἅτε καὶ ἄκλυστον καὶ ἐν γαλήνῃ ὂν ἔρρωταί τε καὶ σύντονον καὶ διαρκὲς πρὸς τὸν κατὰ φύσιν χρόνον τῆς ζωογονίας. Οὐκοῦν ἐν κρυμῷ μέν φησιν ὁ Ἀβδηρίτης συμμένειν, ἐν ἀλέᾳ δὲ ὡς τὰ πολλὰ ἐκπτύεσθαι. Ἀνάγκην δὲ εἶναι λέγει τῆς θέρμης πλεοναζούσης διίστασθαι καὶ τὰς φλέβας καὶ τὰ ἄρθρα.

(Ælian. de animal. nat. lib. XII cap. 17, de abortibus.)

5. Αἰτίαν δὲ ὁ αὐτὸς λέγει τοῖς ἐλάφοις τῆς τῶν κεράτων ἀναφύσεως ἐκείνην εἶναι. Ἡ γαστὴρ αὐτοῖς ὡς ἔστι θερμοτάτη, ὁμολογεῖ, καὶ τὰς φλέβας δὲ αὐτῶν τὰς διὰ τοῦ σώματος πεφυκυίας παντὸς ἀραιοτάτας λέγει, καὶ τὸ ὀστέον τὸ κατειληφὸς τὸν ἐγκέφαλον λε-

---

1. Ex animalibus solum leonem nasci oculis apertis Democritus ait, tanquam statim a partu iracundum et furore percitum aliquid meditantem.

2. Aristoteles et ante hunc Democritus et tertius Theophrastus dicit non aqua salsa, sed dulci, quæ juxta salsam reperiatur, pisces (qui mare incolunt) ali.

3. Cur sus et canis sint tam fecundæ, Democritus causam affert, quod multiplicem vulvam et seminis sedes receptrices multas habeant. Eas omnes semen non uno initu explet, sed iterum et sæpius eæ seminantur, ut frequentia seminis receptacula impleantur. Mulas idem non parere ait, neque enim similes aliis vulvas animalibus habere, sed forma diversas minime concipere posse; neque enim mulas esse naturæ opus, sed humanæ machinationis audaciæque, ut ita dicam, adulterinum inventum et furtum. Videri autem sibi ait forte accidisse, ut quum asinus vim equæ intulisset, hæc gravida redderetur atque ut postea homines hujus violentiæ discipuli facti in consuetudinem procreandi hæc jumenta adducerentur. Imprimis Libyum asini maximi equas non comatas superveniunt, sed tonsas. Neque enim has comæ ornamento superbientes harum rerum periti ajunt ejusmodi maritos pati.

4. In austrinis magis quam septentrionalibus regionibus partus excidere ait Democritus. Cujus rei hanc probabilem affert causam, quia ventrem ferentibus corpora austro laxentur et resolvantur : idcirco corpore dilatato et male compacto partus errare et vagari, eosdemque calefactos huc et illuc dilabi et facilius excidere. Contra si flante borea aeris temperies frigida sit, fœtus frigore contrahi, ita ut non facile locis suis moveantur neque ulla tempestate turbentur, quoniam omnis procellæ expertes summaque fruentes tranquillitate bene valeant et roborati ad pariendi tempus a natura constitutum durare possint. Quamobrem in frigore ait Abderita fœtus manere, calore utplurimum excidere. Hoc enim superante necessario fieri dicit, ut venæ pariter atque artus fatiscant.

5. Causam cur cervis cornua renascantur idem Democritus hanc esse perhibet. Ventrem iis calidissimum esse concedit et eorum venas per universum corpus pertinentes esse rarissimas dicit, et os quod cerebrum amplectitur membranæ instar tenuissimum et perquam rarum esse,

πτότατον εἶναι καὶ ὑμενῶδες καὶ ἀραιόν, φλέβας τε ἐντεῦθεν καὶ εἰς ἄκραν τὴν κεφαλὴν ὑπανίσχειν παχυτάτας· τὴν γοῦν τροφὴν καὶ ταύτης τε τὸ γονιμώτατον ὤκιστα ἀναδίδοσθαι. Καὶ ἡ μὲν πιμελὴ αὐτοῖς ἔξωθεν, φησί, περιχεῖται, ἡ δὲ ἰσχὺς τῆς τροφῆς ἐς τὴν κεφαλὴν διὰ τῶν φλεβῶν ἀναθόρνυται· ἔνθεν οὖν τὰ κέρατα ἐκφύεσθαι διὰ πολλῆς ἐπαρδόμενα τῆς ἰκμάδος. Συνεχὴς οὖν οὖσα ἐπιῤῥέουσά τε ἐξωθεῖται προτέρω. Καὶ τὸ μὲν ὑπερίσχον ὑγρὸν ἔξω τοῦ σώματος σκληρὸν γίνεται, πηγνύντος αὐτὸ καὶ κερατοῦντος τοῦ ἀέρος· τὸ δὲ ἔνδον ἔτι μεμυκὸς ἁπαλόν ἐστι. Καὶ τὸ μὲν σκληρύνεται ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ψύξεως, τὸ δὲ ἁπαλὸν μένει, ὑπὸ τῆς ἔνδον ἀλέας. Οὐκοῦν ἡ ἐπίφυσις τοῦ νέου κέρατος τὸ πρεσβύτερον ὡς ἀλλότριον ἐξωθεῖ, θλίβοντος τοῦ ἔνδον καὶ ἀνωθεῖν τοῦτο θέλοντος, καὶ ὀδυνῶντος, καὶ σφύζοντος, ὥσπερ ἐπειγομένου τεχθῆναι καὶ προελθεῖν. Ἡ γάρ τοι ἰκμὰς πηγνυμένη καὶ ὑπανατέλλουσα ἀτρεμεῖν ἀδύνατός ἐστι· δύναται γὰρ αὐτὴ σκληρὰ γενομένη καὶ ἐπωθεῖται τοῖς προτέροις. Καὶ τὰ μὲν πλείω ἐκθλίβονται ὑπὸ τῆς ἰσχύος τῆς ἔνδον· ἤδη δέ τινα καὶ κλάδοις περισχεθέντα καὶ ἐμποδίζοντα εἰς τὸν ὠκὺν δρόμον ὑπὸ ῥώμης τὸ θηρίον ὠθούμενον ἀπέῤῥηξε. Καὶ τὰ μὲν ἐξώλισθε, τὰ δὲ ἕτοιμα ἐκκύπτειν ἡ φύσις προάγει.

(Ælian. de animal. natur. lib. XII cap. 18.)

6. Τοῖς τομίαις βουσί, Δημόκριτος λέγει, σκολιά, λεπτὰ καὶ μακρὰ φύεται τὰ κέρατα· τοῖς δὲ ἐνόρχοις παχέα τὰ πρὸς τῇ ῥίζῃ, καὶ ὀρθὰ καὶ πρὸς μῆκος προήκοντα ἧττον. Καὶ πλατυμετώπους εἶναι λέγει τούτους τῶν ἑτέρων πολλῷ μᾶλλον. Τῶν γὰρ φλεβῶν πολλῶν ἐνταῦθα οὐσῶν, εὐρύνεσθαι τὰ ὀστέα ὑπ' αὐτῶν. Καὶ ἡ ἔκφυσις δὲ τῶν κεράτων παχυτέρα οὖσα εἰς πλάτος τὸ αὐτὸ τῷ ζώῳ μέρος προάγει καὶ ἐκεῖνο· οἱ δὲ τομίαι μικρὸν ἔχοντες τὸν κύκλον τῆς ἕδρας τῆς τῶν κεράτων, πλατύνονται ἧττον, φησί.

(Ælian. de animal. nat. lib. XII cap. 19.)

7. Οἱ δὲ ἄκερῳ ταῦροι τὸ τρηματῶδες (οὕτω δὲ ὀνομάζει Δημόκριτος) ἐπὶ τοῦ βρέγματος οὐκ ἔχοντες (εἴη δ' ἂν τὸ σηραγγῶδες λέγων) ἀντιτύπου τοῦ παντὸς ὄντος ὀστέου καὶ τὰς συῤῥοίας τῶν χυμῶν οὐ δεχομένου, γυμνοί τε καὶ ἄμοιροι γίνονται τῶνδε τῶν ἀμυντηρίων. Καὶ αἱ φλέβες δὲ αἱ κατὰ τοῦ ὀστέου τοῦδε ἀτροφώτεραι οὖσαι, λεπτότεραί τε καὶ ἀσθενέστεραι γίνονται. Ἀνάγκη δὲ καὶ ξηρότερον τὸν αὐχένα τῶν ἀκεράτων εἶναι· λεπτότεραι γὰρ καὶ αἱ τούτου φλέβες, ταύτῃ τοι καὶ ἐῤῥωμέναι ἧττον. Ὅσαι δὲ Ἀράβιαι βόες θήλειαι μέν εἰσι τὸ γένος, ἐκφυεῖς δὲ ἐς τὰ κέρατα, καὶ ταύταις τις ἐπισύῤῥοια πολλὴ τῶν χυμῶν, φησί, τροφὴ τῆς εὐγενοῦς βλάστης τοῖς κέρασίν ἐστιν. Ἄκερῳ δὲ καὶ αὗται οὖσαι τὸ δεκτικὸν τῆς ἰκμάδος ὀστέον στερεώτερόν τε ἔχουσι καὶ δέχεσθαι τοὺς χυμοὺς ἥκιστον. Καὶ συνελόντι εἰπεῖν, αὔξης ἡ ἐπιῤῥοὴ αἰτία τοῖς κέρασι· ταύτην δὲ ἄρα ἐποχετεύουσι φλέβες πλεῖσταί τε καὶ παχύταται καὶ ὑγρὸν κύουσαι, ὅσον καὶ δύνανται στέγειν.

(Ælian. de animal. nat. lib. XII c. 20.)

---

indeque ad capitis verticem crassissimas venas exoriri: ideoque nutrimentum et cibi partem validiorem nativo calore celeriter digeri. Ac pinguedo quidem, quæ in cibis est, extrinsecus, inquit, ipsis circumfunditur, quod solidius in iis est, per venas in caput surgit; inde cornua ait multo humore irrigata enasci. Hic humor quum continenter affluat (quod ex eo coaluerit), promovetur et truditur foras. Quidquid igitur ejus extra corpus eminet, durescit aere ipsum solidante et in corneam duritiem confirmante; quod intra cutem adhuc inclusum tenetur, molle est. Atque alterum quidem externa refrigeratione rigescit, alterum interno calore mollitiem servat. Quocirca recens cornu subnascens vetus tanquam alienum expellit, dum interior pars premit alteram eamque sursum pellere gestit simulque eam dolore afficit et ipsa e dolore laborat, quasi nascendi cupiditate flagrans et in lucem prorumpere festinans. Humor enim concrescens ac paulatim surgens immotus manere nequit: quippe viribus pollet, postquam obduruit, et in priora impellitur. Itaque magna cornuum pars interno robore expellitur: nonnulla etiam arborum ramis circumplicata et feram ad cursum incitatam impedientia vi abrumpi solent. Sic ubi alia lente prodierunt, alia ad eminendum parata naturæ beneficio proferuntur.

6. Bubulo pecori castrato Democritus ait tortuosa, gracilia, longa nasci cornua, contra testibus prædito enasci secundum radicem crassa, recta, minusque prolixa. Hos latiori quam alteros fronte esse dicit. Nam quum iis multæ sint venæ, his, inquit, ossa dilatantur. Simul et cornuum eruptio, quoniam crassior sit, hanc quoque partem ad eam, quæ reliquo animalis corpori respondeat, latitudinem perducit: castratis vero quod sedes cornuum et initium enascendi perparvum habeat circulum, minus dilatatur hæc pars.

7. Porro mutili boves trematodes (ut Democritus vocat) id est foraminatam sincipitis partem non habentes, quum os universum durum solidumque sit atque influxionem humorum non admittat, cornibus nudi ac mutili sunt. Venæ etiam circa idem os minus alimenti continent propterea quod pertenues et infirmæ sunt. Sed cervix quoque mutilorum boum necessario siccior est, quum in ea pariter graciliores insint venæ atque idcirco minus validæ. Cæterum quæ in Arabia sunt vaccæ, eæ cornibus insignes esse solent, quod ad ea scilicet, inquit ille, humor copiosus, unde generosa illa germina nutriuntur, confluat. Ex his quæ cornibus carent os humorem recipere solitum solidius habent et haudquaquam ad eum recipiendum idoneum. Ut breviter dicam, incrementi causa cornibus est affluentia, quam sane plurimæ et crassissimæ venæ humore, quantum ferre possunt, gravidatæ invehunt.

Δ. ΕΚ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑΣ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.

FRAGMENTA ASTRONOMICA.

1. Τὸν δὲ σκορπίον ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λ'. Ἐν δὲ τῇ δ' ἡμέρᾳ Δημοκρίτῳ πλειάδες δύουσιν ἅμα ἠοῖ· ἄνεμοι χειμέριοι ὡς τὰ πολλὰ καὶ ψύχη, ἤδη καὶ πάχνη· ἐπιπνεῖν φιλεῖ· φυλλοῤῥοεῖν ἄρχεται τὰ δένδρα μάλιστα. Ἐν δὲ τῇ ιγ' Δημοκρίτῳ λύρα ἐπιϐάλλει ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι καὶ ὁ ἀὴρ χειμέριος γίνεται ὡς ἐπὶ τὰ πολλά. Τὸν δὲ τοξότην ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις κθ'. Ἐν δὲ τῇ ις' Δημοκρίτῳ ἀετὸς ἐπιτέλλει ἅμα ἡλίῳ καὶ ἐπισημαίνειν φιλεῖ βροντὴν καὶ ἀστραπὴν καὶ ὕδατι ἢ ἀνέμῳ ἢ ἀμφότερα ὡς ἐπὶ τὰ πολλά. Τὸν δὲ αἰγόκερων ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις κθ'. Ἐν δὲ τῇ ιβ' Δημοκρίτῳ νότος πνεῖ...... ως ἐπιτέλλει. Τὸν δὲ ὑδροχόον διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λ'. Ἐν μὲν οὖν τῇ β' Δημοκρίτῳ [γίνεται] χειμών. Ἐν δὲ τῇ ις' Δημοκρίτῳ ζέφυρος πνεῖν ἄρχεται καὶ παραμένει ἡμέρας γ' καὶ μ' ἀπὸ τροπῶν. Τοὺς δὲ ἰχθύας ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λ'. Ἐν δὲ τῇ δ' Δημοκρίτῳ ποικίλαι ἡμέραι γίνονται ἀλκυονίδες καλούμεναι. Ἐν δὲ τῇ ιδ' Δημοκρίτῳ ἄνεμοι πνέουσι ψυχροί, οἱ ὀρνιθίαι καλούμενοι, ἡμέρας μάλιστα θ'. Τὸν δὲ κριὸν διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λα'. Ἐν δὲ τῇ ιγ' Δημοκρίτῳ πλειάδες κρύπτονται ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι, καὶ ἀφανεῖς γίνονται νύκτας μ'. Τοὺς δὲ διδύμους ὁ ἥλιος διαπορεύεται ἐν ἡμέραις λβ'. Ἐν δὲ τῇ ι' Δημοκρίτῳ ὕδωρ γίνεται. Ἐν δὲ τῇ κθ' Δημοκρίτῳ ἄρχεται Ὠρίων ἐπιτέλλειν καὶ φιλεῖ ἐπισημαίνειν ἐπ' αὐτῷ.

(Excerpta ex Gemini Element. astronom. cap. 16 p. 66 seqq. in Petavii Uranologio, Lutetiæ Parisiorum 1630.)

Σεπτέμϐριος.

ιζ' ὥρᾳ ιδ' ὁ ἔσχατος τοῦ ποταμοῦ ἑῷος ἐπισημαίνει Δημοκρίτῳ.

κθ' ὥρᾳ ιδ' Δημοκρίτῳ ὑετός.

Ὀκτώϐριος.

η' στάχυς ἐπιτέλλων Δημοκρίτῳ χειμάζει. Σπορου ὥρα.

Νοέμϐριος.

β' ὥρᾳ ιδ' ὁ λαμπρὸς τῆς νοτίου χηλῆς ἐπιτέλλει. Δημοκρίτῳ ψύχη καὶ πάχνη.

ιη' ὁ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἡγουμένου διδύμου ἑσπέριος ἀνατέλλει. Δημοκρίτῳ χειμὼν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν.

Scorpium sol permeat diebus triginta.

Die quarto Democrito pleiades occidunt summo mane: venti hiberni plerumque et frigora et pruina: solet oriri flatus: folia abjicere maxime incipiunt arbores. Die tertio decimo Democrito lyra ascendit una cum sole oriente et aer fit tempestuosus plerumque. Sagittarium sol percurrit diebus viginti novem.

Die sexto decimo Democrito aquila oritur simul cum sole et insuper significare solet tonitru et fulgur cum aqua aut vento aut utramque rem plerumque. Capricornum Sol peragrat diebus viginti novem. Die duodecimo Democrito auster spirat........ oritur, Aquarium permeat Sol diebus triginta. Die secundo Democrito hiems exsistit. Die sexto decimo Democrito Zephyrus incipit flare et manet per dies quadraginta tres a conversionibus. Pisces Sol percurrit diebus triginta. Die quarto Democrito varii oriuntur dies, qui vocantur dies halcyonum. Die quarto decimo Democrito frigidi flant venti, qui ornithiæ vocantur, per dies maxime novem. Arietem pertransit Sol diebus uno et triginta. Die tertio decimo Democrito pleiades occultantur simul cum Sole oriente neque apparent per noctes quadraginta. Geminos Sol permeat diebus triginta duobus. Die decimo Democrito aqua exsistit. Die vicesimo nono Democrito Orion incipit oriri, et solet post ipsum significare.

September.

Septimo decimo die hora XIV ultima (stella) fluvii mane significat Democrito.

Vicesimo nono die hora XIV Democrito pluvia.

October.

Octavo die spica oriens Democrito tempestatem excitat. Sementis tempus.

November.

Die secundo hora XIV lucida (stella) australis cheles oritur. Democrito frigora et pruina.

Die octavo decimo (stella) quæ in capite est præcedentis geminorum, vespere oritur. Democrito tempestas terra marique.

Δεκέμβριος.

α' ὥρᾳ ιε' ὁ λαμπρὸς τοῦ Περσέως ἑῷος δύνει. Δημοκρίτῳ ὁ οὐρανὸς ταραχώδης καὶ ἡ θάλασσα ὡς τὰ πολλά.

θ' ὥρᾳ ιγ' κύων ἑῷος δύνει· ὁ καλούμενος αἴξ ἑῷος δύνει καὶ ὁ ἔσχατος τοῦ ποταμοῦ ἑσπέριος ἀνατέλλει. Δημοκρίτῳ σημαίνει.

ιδ' ὥρᾳ ιδ' ὁ καλούμενος αἴξ ἑῷος δύνει. Δημοκρίτῳ βρονταί, ἀστραπαί, ὕδωρ, ἄνεμος.

Ἰανουάριος.

α' ὥρᾳ ιδ' κύων ἑσπέριος ἀνατέλλει. Προκύων ἑσπέριος ἀνατέλλει. Δημοκρίτῳ χειμὼν ἐπισημαίνει.

θ' ὥρᾳ ιδ' ὁ λαμπρὸς τῆς λύρας ἑσπέριος δύνει· ὁ λαμπρὸς τοῦ ἀετοῦ ἑσπέριος δύνει. Δημοκρίτῳ νότος ὡς τὰ πολλά.

κθ' Δημοκρίτῳ χειμών.

Φεβρουάριος.

ιγ' ὥρᾳ ιε' ὁ ἔσχατος τοῦ ποταμοῦ κρύπτεται· ὁ λαμπρὸς τοῦ Περσέως ἑῷος ἀνατέλλει· ὁ λαμπρὸς τῆς λύρας ἑσπέριος δύνει. Δημοκρίτῳ ζέφυρος ἄρχεται πνεῖν.

ιε' Δημοκρίτῳ ζέφυρος πνεῖ.

λ' Μητροδώρῳ χελιδὼν φαίνεται, ἐπισημαίνει Δημοκρίτῳ. Ποικίλαι ἡμέραι καλούμεναι ἀλκυόνιαι.

Μάρτιος.

ια' ὥρᾳ ιγ' ς'' ὁ λαμπρὸς τοῦ νοτίου ἰχθύος ἐπιτέλλει, καὶ ὁ ἐν τῷ ἐμπροσθίῳ δεξιῷ βατραχίῳ τοῦ Κενταύρου ἑῷος δύνει. Δημοκρίτῳ ἄνεμοι ψυχροὶ ὀρνιθίαι ἐπὶ ἡμέρας πέντε.

κβ' Δημοκρίτῳ ὁ λαμπρὸς τοῦ Περσέως ἐπισημαίνει. Ἄνεμος ψυχρός.

Ἀπρίλιος.

α' ὥρᾳ ιδ' στάχυς ἑῷος δύνει. Δημοκρίτῳ σημαίνει.

Ἰούνιος.

θ' ὥρᾳ ιε' ὁ λαμπρὸς τοῦ ὑδροχόου κρύπτεται. Δημοκρίτῳ ὕδωρ ἐπὶ γῆν.

κζ' ὥρᾳ ιγ' ς'' ὁ κοινὸς ποταμοῦ καὶ ποδὸς Ὠρίωνος ἐπιτέλλει. Δημοκρίτῳ ἐπισημαίνει.

Ἰούλιος.

δ' Δημοκρίτῳ ζέφυρος καὶ ὕδωρ ἑῷον· εἶτα βορέαι ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά.

Αὔγουστος.

κς' ὥρᾳ ιγ' ς'' ὁ λαμπρὸς τοῦ νοτίου ἰχθύος ἑσπέριος ἀνατέλλει. Δημοκρίτῳ ἐπισημαίνει ὕδασι καὶ ἀνέμοις.

(Excerpta ex Ptolemæi libro qui inscribitur Φάσεις ἀπλανῶν ἐπισημασιῶν in Petavii Uranolog. p. 71 seqq.)

December.

Primo die hora XV lucida (stella) Persei matutino occidit. Democrito cœlum turbulentum itidemque mare plerumque.

Die nono hora XIII canis mane occidit. Capella quæ vocatur, matutino occidit et postrema fluvii (stella) vespere oritur. Democrito significat.

Die quarto decimo hora XIV capella occidit mane. Democrito tonitrua, fulgura, aqua, ventus.

Januarius.

Primo die hora XIV canis vespere oritur. Procyon vespere oritur. Democrito tempestas significat.

Die nono hora XIV lucida lyræ (stella) vespere occidit: lucida aquilæ vespere occidit. Democrito auster plerumque.

Die vicesimo nono Democrito tempestas.

Februarius.

Die tertio decimo hora XV postrema fluvii stella absconditur: splendida Persei oritur matutino: splendida lyræ vespere occidit. Democrito Favonius flare incipit.

Die quinto decimo Democrito Favonius spirat.

Die tricesimo Metrodoro hirundo conspicitur, significat Democrito. Varii dies qui alcyonei dicuntur.

Martius.

Die undecimo hora XIII $\frac{1}{2}$ lucida stella piscis australis oritur, et quæ in priore dextro musculo Centauri est, mane occidit. Democrito venti frigidi ornithiæ in dies quinque.

Die vicesimo secundo Democrito clara Persei stella significat. Ventus frigidus.

Aprilis.

Die primo hora XIV spica mane occidit. Democrito significat.

Junius.

Die nono hora XV lucida Aquarii stella occultatur. Democrito aquæ cœlestes super terram effusæ.

Die vicesimo quinto hora XIII $\frac{1}{2}$ stella communis fluvii et pedis Orionis oritur. Democrito significat

Julius.

Die quarto Democrito Favonius et pluvia matutina: tum aquilones in dies septem.

Augustus.

Die vicesimo sexto hora XIII $\frac{1}{2}$ stella lucida piscis australis vespere oritur. Democrito significat pluviis et ventis

E. ΣΥΜΜΙΚΤΑ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

FRAGMENTA VARII ARGUMENTI.

Περὶ κώνου τομῆς.

1. Ἔτι τοίνυν ὅρα, τίνα τρόπον ἀπήντησε (Χρύσιππος) Δημοκρίτῳ, διαποροῦντι φυσικῶς καὶ ἐμψύχως, εἰ κῶνος τέμνοιτο παρὰ τὴν βάσιν ἐπιπέδῳ, τί χρὴ διανοεῖσθαι τὰς τῶν τμημάτων ἐπιφανείας, ἴσας ἢ ἀνίσους γινομένας; Ἄνισοι μὲν γὰρ οὖσαι τὸν κῶνον ἀνώμαλον παρέξουσι, πολλὰς ἀποχαράξεις λαμβάνοντα βαθμοειδεῖς καὶ τραχύτητας· ἴσων δ' οὐσῶν, ἴσα τμήματα ἔσται, καὶ φανεῖται τὸ τοῦ κυλίνδρου πεπονθὼς ὁ κῶνος, ἐξ ἴσων συγκείμενος καὶ οὐκ ἀνίσων κύκλων, ὅπερ ἐστὶν ἀτοπώτατον.

(Plutarch. adv. Stoic. de commun. notit. p. 1079. vol. X pag. 446 ed. Reisk.)

Περὶ ποιήσεως.

2. Δημόκριτος ὁμοίως· Ποιητὴς δὲ ἅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστί.

(Clem. Alexandr. Strom. VI pag. 698. pag. 827 ed. Potter.)

Περὶ Ὁμήρου.

3. Ὁ μὲν Δημόκριτος περὶ Ὁμήρου φησὶν οὕτως· Ὅμηρος φύσιος λαχὼν θεαζούσης, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων· ὡς οὐκ ἐνὸν ἄνευ θείας καὶ δαιμονίας φύσεως οὕτω καλὰ καὶ σοφὰ ἔπη ἐργάσασθαι.

(Dio Chrysostomus orat. LIII init.)

Περὶ μουσικῆς.

4. Δημόκριτος μὲν τοίνυν, ἀνὴρ οὐ φυσιολογώτατος μόνον τῶν ἀρχαίων, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ ἱστορούμενα οὐδενὸς ἧττον πολυπράγμων, μουσικήν φησι νεωτέραν εἶναι, καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσι λέγων, αὐτὴν οὐκ εἶναι τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ ἐκ τοῦ περιεῦντος ἤδη γίνεσθαι. Πλὴν ἀλλὰ ἀρχαιοτάτη δοκεῖ τε καὶ φέρειν τι θαυμασιώτατον καὶ ἐγκλείειν.

(Philodemus de Musica lib. IV in Vol. Hercul. tom. I pag. 135 col. 36.)

Περὶ Διός.

5. Ὅθεν οὐκ ἀπεικότως ὁ Δημόκριτος τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους φησὶν ἀνατείναντας τὰς χεῖρας ἐνθαῦτα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες πάντα, Δία μυθέεσθαι· (οἰομένους ὅτι) καὶ πάντα οὗτος οἶδε καὶ διδοῖ καὶ ἀπαιρέεται καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων.

(Clemens Alexandr. Admonit. ad gent. pag. 45.)

Περὶ τῆς αὐτοῦ ἀποδημίας.

6. Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμεωυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα, καὶ γραμμέων ξυνθέσιος μετὰ

De sectione coni.

1. Porro autem vide, quomodo occurrerit (Chrysippus) Democrito physicorum more et acriter quærenti, si conus secundum basin planitie secetur, quid judicandum sit de segmentorum superficiebus, æqualesne fiant, an inæquales? Si enim sint inæquales, conum reddent inæquabilem, multas nanciscentem graduum instar incisuras et asperitates : sin æquales, erunt segmenta æqualia, videbiturque cono evenire, quod est cylindri, ut ex æqualibus, non inæqualibus constet circulis, quod est absurdissimum.

De poesi.

2. Similiter Democritus : *Quæcunque poeta cum divino spiritu sanctoque furore scribit, præclara sunt.*

De Homero.

3. Democritus de Homero sic ait : *Homerus divino præditus ingenio ornata omnis generis carmina composuit,* quod non sine cœlesti ac divina indole tam pulchra tantæque plena sapientiæ carmina condere liceat.

De musica.

4. Democritus veterum non modo summus naturæ investigator, sed etiam ea quæ historiæ monumentis continentur, cognoscendi cupiditate nemine inferior, musicam ait citerioris esse ætatis ejusque rei causam reddit, dicens, eam non esse in rebus necessariis, sed ex abundantia jam oriri. Veruntamen antiquissima videtur ac mirabile quid efficere miramque vim insitam habere.

De Jove.

5. Unde non immerito Democritus doctorum hominum paucos ait sublatis ad eum locum manibus, quem nunc universum Græci aerem appellamus, Jovem vocare : omnia hunc et scire et dare et auferre rerumque universitatis regem esse credentes.

De peregrinatione sua.

6. Equidem nostræ ætatis hominum plurimas terras peragravi, disjunctissima quæque lustrans, cœli solique genera plurima vidi, eruditos homines permultos audivi, neque me in componendis adjuncta demonstratione lineis

ἀποδέξιος οὐδείς κώ με παρήλλαξε, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται· σὺν τοῖσδ' ἐπὶ πᾶσι ἐπ' ἔτεα πέντε ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην.

(Democritus ap. Clement. Alex. Strom. I pag. 304 ed. Sylburg. lib. I § 15 p. 357 ed. Potter.)

7. Ἦλθον εἰς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκε.

(Democritus ap. Diog. Laert. lib. IX, 36.)

Ἄδηλον.

8. Φυγῇ ἰθείῃ νεῦνται.

(Etymol. magn. s. v. νένωται.)

---

quisquam adhuc superavit, ne ii quidem Ægyptiorum, qui Harpedonaptæ nominantur; apud hos autem postremo quinque per annos peregrinatus sum.

7. Veni Athenas, neque quisquam me agnovit.

Incertum.

8. Præcipiti fuga redibunt

Η. ΕΚ ΤΟΥ ΓΕΩΡΓΙΚΟΥ.

FRAGMENTA LIBRI DE AGRICULTURA.

1. Δημόκριτός φησιν, ὅτι τοιοῦτον χρὴ προσδοκᾶν ἔσεσθαι τὸν χειμῶνα, ὁποία ἔσται ἡ τετάρτη καὶ εἰκοστὴ τοῦ Δίου μηνὸς ἡμέρα.

(Cassiani Bassi Geopon. lib. I cap. V, 3.)

2. § 1. Περὶ δὲ τῆς ὑδροφαντικῆς, ὑπὸ δέ τινων ὑδρομαστευτικῆς λεγομένης νῦν ἐροῦμεν. Ἀποφαίνονται γὰρ οἱ [περὶ] τῶν ὑδροφαντικῶν τὴν ἐμπειρίαν εἰληφότες, τὰ μὲν πεδία ἄνυδρα ὑπάρχειν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ τὰ μείζονα μᾶλλον τῶν ἐλασσόνων. Τῶν δὲ ὀρέων ἔνυδρα τὰ πλεῖστα καὶ τὰς ὑπωρείας καθυγροτέρας τῶν ἀκρωρειῶν ὑπάρχειν, καὶ τὰ δασέα καὶ τὰ κατάδενδρα τῶν ψιλῶν. § 2. Τὰ δὲ ἐν τοῖς πεδίοις εὑρισκόμενα τῶν ὑδάτων ἁλμυρὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τὰ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς ὑπωρείαις γλυκέα· ἐὰν μή τινων ἡ γεῦσις φθείρηται διὰ τὴν τῶν ἐπικειμένων ὑδάτων ἰδιότητα, ὠμῶν, ἢ ἁλμυρῶν ὑπαρχόντων, ἢ νιτρωδῶν, ἢ στυπτηρίαν ἐχόντων, ἢ θεῖον, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων. § 3. Φυσικὰς δὲ τοῖς εἰρημένοις αἰτίας τοιάσδε προσάπτουσιν, ἀπὸ τῶν ὑδάτων τὸ λεπτομερέστατον ἀεὶ καὶ ἐλαφρότατον ἕλκειν τὸν ἥλιον. § 4. Τὰ μὲν οὖν πεδία δι' ὅλης ἐπέχοντα τῆς ἡμέρας τὸν ἥλιον ἐξαμέλγειν τὸ ὑγρὸν καὶ ἐξατμίζειν, ὅθεν τὰ μὲν τελέως ἄνυδρα ὑπάρχει, ἐν οἷς δὲ καταλείπεταί τινα τῶν ὑδάτων, ἁλμυρὰ εὑρίσκεται πάντως, τοῦ ἐλαφροῦ καὶ γλυκέος ἐξ αὐτῶν ἀναλισκομένου, καθάπερ καὶ κατὰ τὴν θάλασσαν συμβέβηκε. § 5. Τὰ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν ὄντα τῶν ὑδάτων μὴ τὸ αὐτὸ πάσχειν, διὰ τὸ μὴ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐκπυροῦσθαι τῇ ἀκτῖνι, καὶ κεκλιμένην αὐτοῖς καὶ μὴ βιαίαν προσπίπτειν. Ὅθεν τὰ πρὸς ἄρκτον ἔχοντα τὰς κλίσεις εὐυδρότερα τῶν πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένων ἀποφαίνονται, καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὰς καὶ δυσμάς, ἧσσον μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον, πλεῖον δὲ τῶν πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένων, καὶ τὰ δασέα τῶν ψιλῶν διὰ τὸ σκιάζεσθαι. § 6. Τὰς δὲ ὑπωρείας μᾶλλον καθύδρους εἶναι διὰ τὸ τὴν φορὰν εἰς τὸ κάτω μέρος τοῖς ὕδασιν εἶναι, καὶ συνάγεσθαι τὰ ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν εἰς τὸ ταπεινόν, καὶ ὑπὸ τὰς ῥίζας τῶν ὀρέων. § 7. Ὅθεν καὶ τὰς πλείστας πηγὰς καὶ μεγίστας ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις ὑπάρχειν, ἐν οἷς ὑπερκείμενά ἐστιν ὄρη μεγάλα καὶ ὑψηλὰ καὶ δασέα, ἔχοντα κοίλους καὶ φαραγγώδεις τόπους. Ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις τοὺς κατ' ἔτος συναγομένους ὄμβρους καὶ διηθουμένους κατὰ γῆς τὰς πηγὰς αὔξειν. § 8. Τινὰ δὲ τῶν ὑδάτων παρὰ ταύτας μὲν τὰς ὑπωρείας μὴ ἐκφανῆ γίνεσθαι, ποιησάμενα δὲ ἕως τινὸς ὑποφορὰν κατὰ γῆς, οὕτως εἰς τὸ φανερὸν ἐκθλίβεσθαι. Τὸ δὲ σύνολον, διὰ τὸν ἀνάγοντα τόπον ἕως θαλάττης, φανέντα ἐξωθεῖσθαι. § 9. Τινὰ δὲ καὶ ἐπὶ τὴν θάλατταν διὰ τῆς γῆς ἐπὶ πολὺν τόπον ἐν ταῖς φλεψὶν ἐνεχθέντα οὕτως ἀναβλύει, καθάπερ ἐστὶν ἐν Ἀράδῳ

---

1. Democritus ait exspectari oportere, talem futuram esse hiemem, qualis dies vicesimus quartus mensis Novembris fuerit.

2. De aquæ inquisitione, vel ut alii dicunt, investigatione nunc disseremus. Qui enim aquarum investigandarum peritiam nacti sunt, pronuntiant quidem campos plerumque aquis carere, et majores magis minoribus. Ex montibus vero plurimos esse aquosos et imas ipsorum partes humidiores quam summas, præterea densos montes atque arboribus tectos magis humidos esse quam nudos. Aquæ vero quæ in campis reperiuntur, ut plurimum salsæ sunt, quæ autem in montibus et imis eorum partibus, dulces: nisi aliquarum sapor corrumpatur incumbentium aquarum proprietate, crudarum aut salsarum aut nitratarum, aut aluminatarum, aut sulphur aut aliud ejusmodi gerentium. Naturales autem causas eorum quæ diximus tales afferunt: solem ex aquis semper id quod tenuissimum ac levissimum est attrahere. Quare quum campos per totum diem sol occupet, humorem ex iis emulgere et in vaporem dissolvere, inde fieri, ut quidam penitus aquis careant, sed in quibus aliquid supersit, id omnino salsum reperiatur, levi ac dulci ex ipsis consumto, quemadmodum etiam mari contingat. At non idem montium aquis evenire, quippe quæ non per totum diem solis radiis exurantur, et ad quas inclinati nec violenter accidant. Unde etiam montes ad septentrionem inflexos iis qui ad meridiem vergunt aquosiores esse statuunt, itemque versus orientem et occidentem sitos minus quidem aquosos septentrionem spectantibus, magis autem ad meridiem inclinatis, et densos arboribus magis aquosos quam nudos, quoniam obumbrentur. Cæterum imas montium partes magis aquosas esse, propterea quod aquæ deorsum ferantur et quæ in altis locis sint, ad humiles et sub ipsas montium radices congregentur. Inde fieri, ut plurimi maximique fontes in ejusmodi regionibus exstent, quibus montes magni altique ac densi locis concavis et voraginosis insignes superincubantes reperiantur. In talibus enim imbres per annum collectos atque in terram penetrantes, fontes augere. Quasdam vero aquas circa has imas montium partes non apparere, verum ubi intra terram aliquatenus subductæ cursum perfecerint, tum demum prorumpere. In universum autem locum ad mare ducentem in causa esse, ut appareant et propellantur. Quædam vero et in mare per longum terræ tractum in venis perductæ sic tandem erumpunt, qualis est aquatio prope Aradum

ὕδρευμα καὶ τὸ ἐν Ἡρακλείᾳ τοῦ Πόντου. § 10. Τὰς δὲ ἀφ' ὑψηλῶν τόπων πηγὰς φερομένας λέγουσι, διὰ τοὺς ὑπερκειμένους τόπους, παρακειμένου τοῦ λεγομένου Σαώκους καὶ ἔχοντος οὐ μακρὰν τῆς κορυφῆς τόπους τραχεῖς καὶ φαραγγώδεις καὶ δυναμένους τὰ πλεῖστα τῶν οὐρανίων ὑδάτων δέχεσθαι. § 11. Τὰς μὲν οὖν ἐπιῤῥύτους πηγὰς ὑπάρχειν ἀποφαίνονται διὰ τὰς δεδηλωμένας αἰτίας. Εἶναι δὲ καὶ ἐν τοῖς πλείστοις μέρεσι τῆς γῆς φλέβας ἐχούσας ὕδωρ. § 12. Καθάπερ γάρ, φασί, καὶ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων σωμάτων συμβαίνει τὸ ὅλον σῶμα φλεψὶ καὶ ἀρτηρίαις διειλῆφθαι συνεχέσιν, οὕτω καὶ ἐν τῇ γῇ τόπους τε ἀραιοὺς ὑπάρχειν, ἀέρος πλήρεις ὄντας, καὶ φλέβας ὕδωρ ἐχούσας, καὶ ἔν τισι μὲν πάνυ πυκνὰς εἶναι καὶ δι' ἀλλήλων πεπλεγμένας, ἔν τισι δὲ ἀραιοτέρας, αἷς ἐπιτυγχάνειν ῥᾳδίως τοὺς τὰ φρέατα ὀρύσσοντας διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν πυκνότητα. § 13. Πηγὰς οὖν ὁμοίως καλεῖσθαι καὶ τὰς ἀναπτυχθείσας τῶν φλεβῶν διὰ τὸ παραμονίμους εἶναι, μακρόθεν φερομένας καὶ δι' ἀλλήλων τὸ ὕδωρ δεχομένας. § 14. Λιβάδας δὲ καλεῖσθαι τὰ ἀπὸ τῶν ὀμβρίων ὑδάτων διηθούμενα καὶ κατὰ γῆς ἐν στεγνοῖς καὶ σκιεροῖς τόποις συνεστηκότα, καθάπερ ἐν ἀγγείοις, μὴ φλεβῶν ἀποῤῥοίας οὔσας· ὅθεν οὐδὲ διαμένειν τὰς λιβάδας, ἀλλὰ πάνυ συντόμως ἐκλείπειν, ἐὰν μὴ σφόδρα μεγάλας αὐτὰς εἶναι συμβῇ. § 15. Τὰς δὲ πηγὰς αὔξεσθαί τε καὶ λήγειν κατὰ τὴν τοῦ ἀέρος περίστασιν. § 16. Αὐχμῶν μὲν γὰρ γινομένων, καὶ τὰς πηγὰς λήγειν· ἐπόμβρου δὲ τοῦ ἔτους ὄντος, ἐπαύξεσθαι. Τροφὴν γὰρ λαμβάνειν, ὡς καὶ ἀνωτέρω ἐῤῥήθη, τὰ κατ' αὐτὰς ὕδατα διὰ τῶν οὐρανίων ὑδάτων. § 17. Διὸ καὶ μάλιστα αὔξεσθαι τὰς πηγὰς περὶ χειμερινὰς τροπάς, τοῦ μὲν ἡλίου μὴ ὁμοίως ἀκμάζοντος, τῶν δὲ ὄμβρων προστιθέντων, ὑπὸ δὲ τὰς θερινὰς καὶ τοῦ κυνὸς τὴν ἐπιτολὴν τοὐναντίον πάσχειν. § 18. Διαγινώσκεσθαι δὲ τὰς εὑρισκομένας πηγὰς καὶ τὰς λιβάδας τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ. § 19. Τὴν μὲν γὰρ εὑρεθεῖσαν πηγὴν ἀπὸ φλεβὸς εὐγενοῦς πραέως καὶ ἀρξαμένην ῥέειν ἐπίδοσίν τε κατὰ μικρὸν ποιεῖσθαι, καὶ ἕως τινὸς αὐξηθεῖσαν διαμένειν ὁμοίως, ἢ τὴν αὐτὴν ἔχειν δι' ὅλου ῥύσιν τῇ ἐξ ἀρχῆς εὑρεθείσῃ, ἂν μήτι ἐλλείπῃ διὰ τὴν τοῦ ἀέρος περίστασιν ἢ ἐπιθῇ. § 20. Τὰς λιβάδας δὲ οὔ φασι τὸ ὅμοιον ποιεῖν, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ μὲν λάβρον, καὶ πολὺ προΐεσθαι τὸ ῥεῦμα, μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον λήγειν. § 21. Οὐκ ἐῶσιν οὖν τῇ τοιαύτῃ ῥεύσει πιστεύειν, τοὺς δὲ ζητοῦντας τὰ ὕδατα πρῶτα μὲν κελεύουσι τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ἐπιβάλλωνται ζητεῖν, ἐπιθεωρῆσαι, πῶς ἔχουσι τοῖς κλίμασι, καὶ ποῖοί τινες ὄντες τυγχάνουσι, σημείοις χρωμένους τοῖς δεδηλωμένοις. § 22. Καὶ ἐὰν ὦσι πόροι πρὸς ἐξίχνευσιν, καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα τὰ διὰ τῶν ἐδαφῶν καὶ τῶν φυομένων. § 23. Σχοίνους τε γὰρ φυομένους, τινὲς ὁλοσχοίνους καλοῦσι, καὶ βούτομον καὶ βάτους καὶ κύπειρον, ἥν τινες ζέρναν καλοῦσιν· ἔτι δὲ καὶ ἄγρωστιν πολλὴν καὶ εὔτροφον, καλάμους τε τοὺς καλουμένους Ἰνδικούς, ὑπό τινων δὲ μεστοκαλάμους, ὑπ' ἐνίων βαλίτας καὶ σύριγγας, δασεῖς καὶ ἁπαλοὺς σημαίνειν φασίν, ὡς ὕδωρ ἔχοντος τοῦ τόπου. § 24. Καὶ ὁμοίως κισσὸν τὸν θάλλοντα, ὅν τινες μαλακόκισσον προσαγορεύουσι, καὶ συκῆν

---

et ad Heracleam Ponticam. Porro aquas quæ ex locis editis deferuntur, defluos fontes vocant, idque ob superincubantes locos, adjacente verbi gratia monte qui Soaces nominatur, et habente non longe a vertice locos asperos et cavernosos et capaces plurimæ cœlestis aquæ. Juges igitur fontes propter causas memoratas exstare statuunt. Esse vero præterea etiam in plurimis terræ partibus venas aquam ferentes. Quemadmodum enim, inquiunt, in vivis et animatis corporibus contingit, ut totum corpus venis et arteriis continuis distinctum sit, sic etiam in terra partim locos raros exstare eosque aere plenos, partim venas aquam continentes easque in aliis admodum densas et inter se implicatas, in aliis rariores esse, quas facile offendant puteorum fossores ob multitudinem et frequentiam. Fontes igitur similiter appellari etiam apertas venas, propterea quod stabiles sint et e longinquo ferantur et per se invicem aquam accipiant. At vero λιβάδας vocari aquas pluvia stillatitia ortas quæ intra terram opertis et umbrosis locis velut vasis contineantur, neque venarum effluvia sint; inde accidere, ut ne permaneant quidem λιβάδες, sed citissime deficiant, nisi forte admodum magnæ sint. Fontes autem et augeri et desinere pro aeris temperie. Siccitatibus enim obortis, fontes quoque desinere, pluvioso vero anno augescere. Namque alimenta sumere, ut superius etiam dictum est, fontium aquas e cœlestibus aquis. Quapropter etiam maxime augeri fontes circa solstitium hibernum, sole quidem non similiter urgente, imbribus vero (aliquid aquæ) adjicientibus: sub æstivum autem solstitium et canis exortum contrarium iis accidere. Cæterum dignosci fontes repertos et aquas stagnantes (λιβάδας) in hunc fere modum. Fontem repertum e generosa vena et leniter fluere incipere et paulatim incrementa capere et ad certam mensuram auctum in eodem statu semper permanere, aut eundem perpetuo fluxum tenere, qui initio fuit, quum reperiebatur, nisi ob aeris temperationem aut deficiat aut (copiæ suæ) aliquid addat. Verum λιβάδας negant idem facere, sed principio quidem rapidum et multum emittere fluxum, cito autem deficere. Quare non permittunt ejusmodi fluxui fidem habere, sed aquarum vestigatores primum locos in quibus aquam quærere aggrediuntur, diligenter contemplari jubent, quam habeant cœli inclinationem et quales tandem sint, signis indicatis utentes. Et si quidem foramina exstiterint ad investigationem aliaque signa tum ex solo, tum ex iis quæ inde enata sunt. Juncos enim nascentes, quos quidam mariscos vocant, et butomum et rubos et cyperum, quam quidam zernam nominant, præterea gramen multum ac pingue, calamosque, quos appellant Indicos, alii autem mestocalamos, hoc est, plenas arundines, alii etiam sagittarios, itemque fistulas densas et teneras, signa esse ajunt loci aquam habentis. Similiter et hederam virentem, quam

ἀγρίαν καὶ οἰσύαν καὶ πτελέαν ἀγρίαν, ἔτι τε ἵππουριν, τὴν λεγομένην πεντάφυλλον βατράχιόν τε, ἣν χρυσάνθεμον καλοῦσι. § 25. Καὶ καθόλου δὲ ὅσα ἂν ᾖ πεφυκότα, μὴ φυτευθέντα ὑπάρχοντα, ἀλλὰ αὐτοφυῆ χλωρὰ καὶ εὐερνῆ καὶ δασέα, σημαίνει ἀφ' ὕδατος αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἀναδίδοσθαι. § 26. Διὸ καὶ δεῖ πιστεύοντας τοῖς τοιούτοις σημείοις ὀρύσσειν, ἀποβάντας ἀπὸ τῶν σημείων κατώτερον· ἐὰν ἔχῃ κλίμα ὁ τόπος, ὅθεν ὑπερδεξίους τὰς πηγὰς λαμβάνεις. § 27. Ἡ ἵππουρις ἐκ τοῦ ἐτύμου τὸ ὄνομα ἔσπασεν. Ἔστι γὰρ ὁμοία τῇ τοῦ ἵππου οὐρᾷ, ἔχουσα τὰ φύλλα ταῖς θριξὶν ὅμοια καὶ αὐτὸν τὸν καυλὸν ἀγόμενον ἀπὸ τῆς ῥίζης ὡς ἐπὶ τὸ ἄκρον λεπτότερον. Αὐτὸς δὲ ὁ καυλός ἐστι κενός, ὡς ὁ κάλαμος, ἔχων τὰ ἄρθρα διηρημένα, ἐξ ὧν ἄρθρων αἱ τριχώδεις φυλλάδες πέφυκαν. Ἐκ τοῦ δὲ εἶναι αὐτὸ σαλπίγγιον προσαγορεύεται. § 28. Βούτομον γίνεται ἐν τοῖς ἕλεσι, φύλλα δὲ φέρει ὅμοια λειρίοις· οἱ βόες αὐτὰ ἡδέως βόσκονται καὶ ἐκβράσσουσι δ' ἐκ μιᾶς ῥίζης οὐ καθ' ἓν ἀλλ' ὡς οἱ θάμνοι. § 29. Πεντάφυλλον ἐκ μιᾶς ῥίζης πολλὰ ἀναφέρει κλωνία καρφοειδῆ, σπιθαμιαῖα, ἐξ ὧν ὁ καρπός. Φύλλα δὲ ἔχει ἐοικότα ἡδυόσμῳ, πέντε καθ' ἕκαστον μίσχον, σπανίως δέ που πλείονα, κυκλόθεν ἐσχισμένα πριονοειδῶς· ἄνθος δὲ ὠχρόν. § 30. Βατράχιον ἢ χρυσάνθεμον φύλλα φέρει ὅμοια σελίνῳ, μείζονα δέ, ἄνθος χρυσίζον· ὅλη δὲ ἡ βοτάνη οὐ μείζων γίνεται δύο παλαιστῶν. § 31. Μαλακόκισσος ὅμοιόν ἐστι κισσῷ, ἁπαλὸν δέ ἐστι τοῖς φύλλοις καὶ τῷ καυλῷ περιπλεκόμενον ὅπου ἂν τύχῃ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἑαυτὸ βαστάζειν. Γεννᾶται δὲ μάλιστα ἐν τοῖς καλαμοκόποις καὶ γεώδεσι τόποις. § 32. Κύπειρον, ἥν τινες ζέρναν καλοῦσι, φύλλα ἔχει ὅμοια κάρτῳ, ἀρτιφυῆ ἰσχνά, καὶ καυλίον ὥσπερ σχοίνου, ἰσχνότερον, ἐπ' ἄκρου δὲ σπέρμα ὡς κέγχρου· ῥίζαν, ὡς ὀστᾶ ἐλαίας μέλανα, ἀρωματίζοντα τὴν γεῦσιν. § 33. Τούτων δὲ τῶν καρφέων καὶ βοτανῶν πάντων τῶν προειρημένων σημείοις καταφρονοῦντες οὕτως χρησόμεθα ἐν τόποις τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕδωρ, μήτε ἐπίῤῥυτον, μήτε πηγαῖον, μήτε φρεάτιον. Ὅπου γὰρ ἂν αὗται αἱ βοτάναι φαίνωνται, ὕδωρ ὑπόγειον εἶναι σημαίνουσι. § 34. Καὶ ἐν τῇ θεωρίᾳ, ὅσῳ ἂν μᾶλλον μεμαρασμένα φαίνωνται, ἔγγιον εἶναι τοῦ ἐδάφους τὰ ὕδατα σημαίνουσιν, ἀδύνατα καὶ μὴ παραμόνιμα. Ὅσῳ δὲ μᾶλλον βρίθοντα καὶ χλωρότερα, ὑποκεῖσθαι τὰ ὕδατα βαθύτατα καὶ παραμόνιμα δηλοῦσιν ἀεί. § 35. Δεῖ δὲ καὶ τῶν ἐδαφῶν τὰ γένη συνθεωρεῖν· τὰ μὲν ἀργιλλώδη καὶ κισσηρώδη τῷ γένει, καὶ αὐχμηρὰ τῇ φύσει ὑπάρχοντα, παντάπασιν ἄνυδρά φασιν ὑπάρχειν. § 36. Τὰ δὲ γλοιώδη καὶ πυρώδη καὶ πηλώδη, καὶ μελάγγειά τε λιπαρὰ ὄντα, ψηφιδώδεις τε διαφύσεις ἔχοντα, μὴ ἀπογινώσκειν. § 37. Δεῖ δὲ τὰ ψηφιδώδη μὴ ἀνατεταραγμένα εἶναι ἐν τῇ γῇ, ἀλλὰ κατὰ πλάτος ἐμπεφυκότα, καὶ καθόλου τὰ ἑτεροχρωματοῦντα τῆς γῆς ἀεὶ πλακώδεις ἔχειν δεῖ τὰς συμφύσεις καὶ πυκνάς· μάλιστα δὲ ἔχουσιν αἱ σύνοδοι τῆς γῆς ἀνομοίας τὰς

---

nonnulli malacocisson, hoc est, mollem hederam cognominant, et ficum silvestrem, et salicem ulmumque agrestem, porro equisetum et quinquefolium et ranunculum, quam herbam chrysanthemum vocitant. Et in universum quæcunque enata sunt et non plantata, sed sponte naturæ viridia et florida ac densa, ea indicio sunt alimentum ipsis ab aqua suppeditari. Quapropter ejusmodi signis fidere oportet ac fodere, ab ipsis signis inferius progrediendo, si inclinationem habeat locus, unde fontes aliis uberiores adipisceris. Equisetum ex similitudinis veritate nomen traxit. Est enim simile caudæ equinæ, folia habens setis similia et ipsum caulem prodeuntem a radice usque ad summum, tenuiorem. Verum ipse caulis vacuus est, velut arundo, articulos habens distinctos, ex quibus articulis capillacea folia exoriuntur. At vero ex re ipsa salpingion appellatur. Butomum in paludibus nascitur, folia autem liliis fert similia, grata bubus pabula, quæ ex una pullulant radice, non singulatim, sed instar fruticum. Quinquefolium ab una radice multos ramulos profert festucis similes, dodrantales, ex quibus fructus prodit. Folia habet similia menthæ, quina in singulis pediculis, raro autem alicubi plura, circumcirca ad serræ similitudinem fissa; florem vero pallidum. Ranunculus vel chrysanthemum folia fert apio similia, sed majora, florem aureolum: tota herba duos palmos non excedit. Malacocissus similis est hederæ, mollibus est præditus foliis et cauliculo se circumplicans omnibus quæ ipsum contigerint, quia se ipsum ferre non potest. Nascitur autem maxime in arundinetis et terrenis. Cyperus, quam quidam zernam nominant, folia habet similia porro sectivo, ubi recens nata sunt gracilia, cauliculum velut junci, graciliorem tamen, in cujus vertice semen est velut milii, radicem tanquam ossa oleæ nigra, aromatico sapore insignem. Surculorum igitur herbarumque omnium, de quibus diximus, signa, aquam quærentes, sequemur in iis locis qui neque profluentem, neque fontanam, neque putealem aquam habent. Ubi enim herbæ illæ apparent, ibi aquam subterraneam esse significant. Quin et ubi aspectus earum marcidus apparet, propius solo aquas esse indicant, exiles et instabiles. Quanto autem (herbæ surculique) luxurio iores et viridiores fuerint, tanto profundiores et stabiliores aquas subesse semper portendunt. At vero et solorum genera contueri oportet. Etenim argillosi et pumicosi generis et quæ horrida sunt natura, omnino aqua carere ajunt. At de glutinosis et igneo colore rubentibus et lutosis et nigræ terræ pinguibus locis calculosasque straturas habentibus non est desperandum. Atqui calculosa non conturbata et confusa in terra esse oportet, sed longe lateque inhærentia et insita, atque in universum terras diversi coloris semper crustosas ac densas concretiones habere necesse est: maxime vero terræ juncturis inæquales sunt concretiones. Cæterum petras nigricantes esse oportet, quæ am-

συμφύσεις. § 38. Δεῖ δὲ καὶ τὰς πέτρας εἶναι ὑπομελανιζούσας, τὰς περιεχούσας τοὺς δοκοῦντας ὕδωρ ἔχειν τόπους, μὴ κατὰ ἴονθους, ἀλλὰ ἐχούσας τι πορῶδες. § 39. Καὶ ὅσαι δὲ λευκήπειροι, κείμεναι δέ εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς οἵας εἰρήκαμεν, ἔχουσιν ὑπὸ ταῖς πτέρναις, ταῖς ἐν τοῖς ἐδάφεσιν ἐμπεφυκυίαις ὕδατα. Σημαίνει δέ, ἐάν τι περὶ τὰς τοιαύτας καὶ τῶν εἰρημένων πεφυκός. § 40. Καὶ συμφύσεις δὲ αἱ ἀνόμοιοι τῶν πετρῶν ἔχουσιν ὕδατα, κἂν ὦσιν ἐν τοῖς εἰρημένοις κλίμασι κείμεναι. § 41. Ἐν μὲν οὖν τῇ ψηφιδώδει γῇ, καὶ μελαίνῃ καὶ πυκνῇ, καὶ ὁμοίως γλοιώδει, λιβάδας δεῖ πολλὰς καὶ ἐπιπολαίους εἶναι. Διὸ συμφέρει ἐν ταύταις τοὺς ὑπονόμους ὀρύσσειν, ἑπόμενον ταῖς λιβάσιν. Οὕτω γὰρ ἂν πλεῖστον ὕδωρ συνάγοιτο. Ἐν δὲ τοῖς ἀραιοῖς καὶ πετρώδεσι τόποις, κἂν ὁπωσοῦν εὑρεθῶσι πηγαί, ταῖς εὑρεθείσαις ἀρκεῖσθαι. § 42. Δεῖ δὲ σκοποῦντα καὶ ὑδροσκοπεῖσθαι τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ. Κατεσκευασμένον ἔχειν μολιβδοῦν ἀγγεῖον, καθάπερ ἡμισφαίριον, χωροῦν ὅσον χοέα, καὶ λαβόντα ἐρίου μαλλοὺς δύο ἢ τρεῖς πεπλυμένους διαξάναντα καλῶς, δῆσαι μέσους λίνῳ, τὸ δὲ λίνον προσκολλῆσαι κηρῷ πρὸς τὸν πυθμένα, ἔσωθεν τοῦ ἀγγείου. § 43. Διακεχρίσθω δὲ καὶ ἐλαίῳ τὸ ἀγγεῖον, καὶ ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ διαλάβοι τις ὕδωρ ὑπάρχειν, δεῖ στοχαζομένους τοῖς δεδηλωμένοις σημείοις ὀρύσσειν φρεατίαν, ὅσον ἐπὶ πήχεις τρεῖς καὶ καταστρέψαντα τὸ ἀγγεῖον ἐν τῇ φρεατίᾳ θεῖναι, καὶ περιθέντα καλάμων φύλλα χλωρῶν ἢ ἄλλην τινὰ βοτάνην πάλιν ἐπιχῶσαι τῆς γῆς ὅσον ἐπὶ πῆχυν. § 44. Τοῦτο δὲ ποιεῖν δύνοντος τοῦ ἡλίου καὶ ὄρθρου πάλιν ἀπαμήσαντα τὴν γῆν, καὶ τῶν βοτανῶν ἀφελόντα πραέως, ἀναστρέψαι τὸ ἀγγεῖον καὶ κατανοεῖν. § 45. Ἐὰν γὰρ ὦσι πηγαί, τό, τε ἔριον εὑρήσεις πλῆρες ὕδατος, καὶ τὸ ἀγγεῖον μεστὸν πομφολύγων· συνήσεις δὲ καὶ ποῖόν τι τὸ ὕδωρ ὑπάρχει, τοῦ ἀποπιεσθέντος ἐκ τοῦ μαλλοῦ γευσάμενος. § 46. Εὑρήσεις μέντοι τὸ ἀποπιεσθὲν ἐκ τοῦ μαλλοῦ γλυκύτερον τῆς πηγῆς, διὰ τὸ λεπτομερέστατον καὶ ἐλαφρότατον ἀναθυμιᾶσθαι. § 47. Καὶ περὶ μὲν ὑδροσκοπικῆς αὐτάρκως εἴρηται. (Geopon. lib. II cap. VI.)

3. Ἀγίγαρτον σταφυλήν τινες οὕτω ποιοῦσι. Τοῦ κλήματος μέλλοντος φυτεύεσθαι τοσοῦτον μέρος ὅσον εἰς τὴν γῆν μέλλουσι καταχωννύναι, τοσοῦτον ἠρέμα ἐξ ἴσου σχίσαντες αὐτό, ὠτογλυφίδι τὴν ἐντεριώνην λαμβάνουσιν, εἶτα παπυρίῳ ὑγρῷ περιδήσαντες κατατίθενται. Κάλλιον δέ, εἰ ὅλον τὸ μέρος τοῦ κλήματος τὸ ἐπὶ τῆς γῆς κατατιθέμενον, σκίλλης ἐμβληθείσης κατατεθείη, πρὸς γὰρ τῇ φύσει καὶ τῇ ἑνώσει ἡ σκίλλα συμβάλλεται. Ἄλλοι δὲ αὐτὰς τὰς ἀμπέλους τὰς ἤδη καρποφορούσας τέμνουσι καὶ ὠτογλυφίδι τοῦ καρποφοροῦντος κλήματος τὴν ἐντεριώνην λαμβάνουσιν, ὅσον δύνανται ἐκ βάθους, οὐ διασχίσαντες τὸ κλῆμα, ὡς προδεδήλωται, ἀλλὰ ἀκέραιον ἐάσαντες, καὶ ὀπὸν Κυρηναϊκὸν ἀνέντες ὕδατι, καὶ εἰς πάχος ἑψήματος ποιήσαντες ἐγχυματίζουσι, καὶ ἀνορθώσαντες τὰ κλήματα πρὸς χάρακας ἀναδεσμοῦσιν, ἵνα μὴ ὁ ὀπὸς ἐκρυῇ. Κατὰ δὲ ὀκτὼ ἡμέρας τὸν ὀπὸν ἐγχυματίζουσι τῷ

---

biunt locos qui videntur aquam continere, non varorum instar, sed aliquid foraminatum habentes. Quin et quæ albam terram admixtam gerunt ac sitæ sunt in terra, qualem memoravimus, sub ipsis radicibus solo innatis aquas habent. Aquas vero indicat aliquid herbarum, de quibus diximus, iis agnascens. Porro inæquales petrarum concretiones aquas continent, modo sint in regionibus de quibus diximus sitæ. In calculosa igitur terra nigraque ac densa et similiter glutinosa latices multos et in superficie esse oportet. Quapropter in his cuniculos fodere conducit, ita ut latices sequamur. Hoc enim modo plurimum aquæ congregabitur. At in raris et petrosis locis qualescunque reperiantur fontes, inventis contentos esse decet. Cæterum aquæ vestigatorem etiam tali quopiam modo aquam scrutari convenit. Habeat igitur præparatum vasculum plumbeum hemisphæricum, congii capax sumatque lanæ hapsos molles duos aut tres lotos ac probe carptos, eosque lino obliget, ipsum vero lini filum intra vas ad fundum ejus cera agglutinet. Sed et oleo vas illinatur et in loco, ubi quis aquam esse suspicetur, conjectura facta ex ostentis antea signis, puteus effodiatur altitudine cubitorum trium, in quo vas subversum ponatur, et circumpositis arundinum foliis viridibus, aut alia quapiam herba, rursus ad cubiti mensuram terra aggeratur. Id ipsum vero sole occidente faciendum est, mane vero rursus terra auferatur et herbis leniter amotis vas invertatur ac consideretur. Si enim fuerint fontes, lanam plenam aquæ reperies et vasculum plenum bullarum: cognosces autem et qualis ipsa aqua sit, si ex lana expressam gustaveris. Reperies tamen expressam ex lana dulciorem ipso fonte, propterea quod tenuissimum et levissimum exhalatur. Et de aquæ quidem investigatione satis dictum est.

3. Uvam sine vinaceis quidam sic faciunt. Sarmenti, quod plantaturi sunt, tantam partem quanta terra obruenda est leniter ex æquo findunt et auriscalpio medullam omnem eximunt, deinde papyro humida obligatum sarmentum deponunt. Præstat tamen, totam sarmenti partem, quæ in terra deponitur, scilla injecta deponere: scilla enim tum ad generandum tum ad conjungendum valet. Alii ipsas vites jam fructiferas incidunt et sarmenti fructiferi medullam auriscalpio tollunt, quantum fieri potest eam ex alto eximentes, sarmento non fisso, ut est indicatum, sed integro manente, et laseris Cyrenaici succum aqua dissolutum et ad sapæ spissitudinem redactum infundunt, et erecta sarmenta ad ridicas alligant, ne succus effluat. Deinde autem octavo quoque die succum eundem sarmento infundunt,

κλήματι, ἕως ἂν βλαστήσῃ. Τὸ δὲ αὐτὸ ποιήσεις καὶ ἐπὶ καρύας καὶ κερασέας, εἰ βούλει ἀγίγαρτον ποιῆσαι. (Geopon. lib. IV, cap. VII.)

4. Δεῖ πρὸς τὴν τῶν τόπων ἁρμόζεσθαι φύσιν ἀεί. Ἐὰν γὰρ θερμὸς ὁ τόπος ᾖ, τὰ πρὸς ἄρκτον νεύοντα φυτεύσομεν, ἐὰν δὲ ψυχρότερος, τὰ πρὸς μεσημβρίαν, ἐὰν δὲ μέσος καὶ εὐκραής, τὰ ἀνατολικὰ καὶ δυτικὰ κάλλιον· μᾶλλον μέντοι τὰ ἀνατολικά, εἰ μὴ ἐνοχλοῖτο ὑπὸ τοῦ Εὔρου. Ἐνίοτε δὲ τὰ δυτικὰ ἔσται αἱρετώτερα μᾶλλον, ὅταν μακρὰν ὄντα τῆς θαλάσσης ἐπιπνέοντα ἔχῃ τὸν ζέφυρον. Καθόλου δὲ τοῖς μὲν χλιαρωτέροις τόποις οἱ ἀρκτῷοι ἄνεμοι ἐπιτήδειοι, τοῖς δὲ ψυχεινοῖς οἱ νότιοι. (Geopon. lib. V cap. IV.)

5. Οἱ παραθαλάσσιοι τόποι σφόδρα εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς ἄμπελον διά τε τὴν θερμότητα καὶ διὰ τὸ λεληθότως τὴν ὑγρασίαν ἀνατρέχουσαν ἐκ τῆς θαλάσσης τρέφειν τὰ φυτά. Καὶ οἱ θαλάσσιοι δὲ ἄνεμοι ταῖς ἀμπέλοις εἰσὶ χρησιμώτατοι. Δοκεῖ δὲ τοῖς πολλοῖς ποταμὸν γείτονα καὶ μᾶλλον ἑλώδη μὴ ἔχειν διά τε τὴν ἀχλὺν καὶ τὴν ψυχρὰν αὖραν, ἀναπνέουσι γὰρ ἐντεῦθεν συνεχῶς· καὶ συνεπίστανται ἐρυσίβαι, τὴν ἄμπελον καὶ τὰ σπόριμα καταβλάπτουσαι, καὶ βλαβερὸν τὸν ἀέρα ποιοῦσαι. Διὸ δεῖ ἐπιμελῶς τὰ ἕλη κατὰ τὸ δυνατὸν περιαιρεῖν, εἰδέναι δὲ χρή, ὅτι ὅσαι βλάπτεσθαι εἰώθασιν ἄμπελοι ὑπὸ ἀνέμων τοιούτων, ἢ ὁμίχλης, ἢ ἐρυσίβης, τούτοις ἐπιταθεῖσαι οὐ βλαβήσονται, τουτέστι δενδρίτιδες γενόμεναι. (Geopon. lib. V cap. V.)

6. Φασὶ γὰρ οἱ περὶ Δημόκριτον καὶ Ἀφρικανόν, ἓξ μόνας ἡμέρας καὶ οὐ πλείους καλῶς διαμένειν πεπανθεῖσαν τὴν σταφυλήν. (Geopon. lib. V cap. XLV, 2.)

7. Δημόκριτος δέ φησι, ῥοιὰν καὶ μυρσίνην ἀλλήλαις χαίρειν, καὶ πλησίον ἀλλήλων παραπεφυτευμένας εὐφορήσειν καὶ τὰς ῥίζας ἀλλήλαις συμπλέκειν, κἂν μὴ σφόδρα ἐγγὺς οὖσαι τυγχάνωσι. (Ib. X, 29, § 5.)

8. Δημόκριτος δέ φησιν, ὡς ἔνδοθεν τοῦ θριγκοῦ τὴν κυπάρισσον δεῖ φυτεύεσθαι, ἵνα κατ' ἀμφότερα εἰς τέρψιν καὶ περιφραγὴν γένηται. (Ib. XI, 5, § 4.)

9. Δημόκριτος δέ φησιν, ὡς ὁ καρπὸς τῆς ἰτέας λειούμενος καὶ ταῖς τῶν κτηνῶν τροφαῖς μιγνύμενος ταῦτα λιπαίνει, ἐκπινόμενος δὲ λειανθεὶς ἀνθρώπους ἀγόνους ποιεῖ, ἐξ οὗ φησι καὶ Ὅμηρος·

Κλῆθροί τ' αἴγειροί τε καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

(Geopon. lib. XI cap. XIII, 2.)

10. Τὸ δενδρολίβανον ἡδεῖαν καὶ βαρεῖαν τὴν ὀδμὴν ἔχει, ὡς ὁ Δημόκριτός φησι. (Ib. XI, 16.)

11. § 21. Ἰόβας μὲν ὁ βασιλεὺς Λιβύων ἐν λάρνακι ξυλίνῃ φησὶ δεῖν ποιεῖσθαι μελίσσας· Δημόκριτος δὲ καὶ Βάρων ἐν Ῥωμαΐᾳ γλώσσῃ ἐν οἴκῳ φασὶ ποιεῖσθαι, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἄμεινον. § 22. Ὁ δὲ τρόπος οὗτος· Οἶκός σοι ἔστω ὑψηλός, δεκαπηχυαῖος, καὶ εὖρος πηχῶν ι', καὶ ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσος. Εἴσοδος δὲ εἰς αὐτὸν περιποιείσθω μία, καὶ θυρίδες δ', ἐν ἑκάστῳ τοίχῳ μία. § 23. Εἰς τοῦτον οὖν ἀγαγὼν βοῦν τριακοντάμηνον, εὔσαρκον, λιπαρὸν μάλιστα, περίστησον αὐτῷ νεανίας πολλούς, καὶ τυπτέτωσαν αὐτὸν ἰσχυρῶς, καὶ τύπτοντες αὐτὸν ῥοπάλοις ἀποκτεινάτωσαν, ὁμοῦ ταῖς σαρξὶ τὰ ὀστέα συναλοῦντες. § 24. Φυλακὴν δὲ ἐχέτωσαν τὸ μὴ αἱμάξαι

---

donec germinet. Idem facies et in juglandibus ac cerasis, si et harum fructus sine granis ac nucleis nasci velis.

4. Oportet semper locorum naturæ (sationem) aptari. Si enim calidus fuerit locus, partes ad septentrionem spectantes conseremus; si frigidior, meridianas; si medius et temperatus, orientales et occidentales obserere præstiterit, magis tamen orientales, nisi Euro infestentur. Nonnunquam vero et occidentales potiores erunt, quando a mari longe remotæ Favonio afflantur. In universum autem tepidioribus locis septentrionales venti commodi sunt, frigidis austrini.

5. Maritimi loci vitibus valde apti sunt, tum ob calorem, tum ob humorem qui latenter e mari elabens plantas nutrit. Sed et venti marini vitibus sunt imprimis commodi. Plerisque placet fluvium vicinum non esse habendum multoque minus paludem, et ob nebulas et ob frigidas auras, inde enim assidue spirant : simulque exsurgit robigo vitem et sata lædens et noxium aerem reddens. Quapropter oportet paludes, quantum fieri potest, diligenter circumcirca tolli, præterea scire expedit, quæcunque vites ventis ejusmodi, aut nebula, aut robigine lædi consueverint, adversus ista extentas, id est arboribus maritatas non lædi.

6. Ajunt enim Democritus et Africanus, sex tantum dies ac non plures integram manere uvam maturam.

7. Democritus ait, arborem punicam et myrtum invicem gaudere et juxta plantatas fructu abundare ac radices mutuo implicare, etiamsi non valde vicinæ sint.

8. Democritus intra sepem plantandam esse cupressum ait, ut et ad delectationem et ad sepimentum ac quasi munimentum nascatur.

9. Democritus ait, fructum salicis tritum et pabulo pecorum admixtum ipsa pinguefacere, tritum autem atque potatum homines steriles et procreandis liberis impares reddere, unde apud Homerum :

Alni et populi nigræ et salices frugiperdæ.

10. Ros marinus jucundum et gravem odorem habet, ut ait Democritus.

11. Juba Libyum rex in arca lignea apes fieri vult; Democritus vero et Varro, qui Romana lingua scripsit, in domo faciendas esse ajunt, quod etiam melius est. Modus autem hic est. Domus sit tibi alta decem cubitos, latitudinis item cubitorum decem, paribus denique reliquis lateribus. Ostium in ea fiat unum et fenestræ quattuor, in singulis lateribus una. In hanc domum introducas bovem triginta mensium, carnosum, valde pinguem, eique circumdes juvenes multos qui fortiter verberatum fustibus occidant, una cum carnibus ipsa etiam ossa comminuentes; diligenter autem caveant, ne quid bovis cruentent (non

τι τοῦ βοός, (οὐ γὰρ ἂν ἐξ αἵματος κυηθείη ἡ μέλισσα, ταῖς πρώταις πληγαῖς μὴ βιαίως ἐμπεσόντες. § 25. Εὐθὺς δὲ ἀποπεφράχθω πᾶς τοῦ βοὸς πόρος ὀθόναις καθαραῖς καὶ λεπταῖς πίσσῃ κεχρισμέναις· οἷον ὄμματα, καὶ ῥῖνες, καὶ στόμα, καὶ ὅσα τῇ φύσει πεποίηται εἰς κένωσιν ἀναγκαίαν. § 26. Ἔπειτα θύμον ὑποστρώσαντες πολὺν καὶ ὕπτιον ἐπ' αὐτοῦ καταθέντες τὸν βοῦν, ἐξελθόντες τοῦ οἴκου εὐθὺς τὴν θύραν καὶ τὰς θυρίδας ἐπιχρισάτωσαν πηλῷ στεγανῷ, ὡς μήτε ἀέρι, μήτε ἀνέμῳ εἴσδυσιν ἢ διάπνευσιν ἡντιναοῦν εἶναι. § 27. Τρίτῃ δὲ ἑβδομάδι χρὴ πάντοθεν ἐξανοίξαντα εἰσεᾶσαι φῶς τε καὶ ἀέρα καθαρόν, πλὴν ὁπόθεν ἂν κατίῃ σφοδρὸν πνεῦμα· εἰ γὰρ ὧδε ἔχοι, τὴν κατὰ τοῦτο εἴσοδον κεκλεισμένην χρὴ ἐᾶσαι. § 28. Ἐπὰν δὲ δόξωσιν ἐμψυχοῦσθαι αἱ ὗλαι, πνεῦμα αὔταρκες ἐπισπασάμεναι, αὖθις χρὴ συγκλεῖσαι τῷ πηλῷ κατὰ τὴν προτέραν χρίσιν. § 29. Ἑνδεκάτῃ δὲ μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν ἀνοίξας εὑρήσεις πλήρη μελισσῶν βοτρυδὸν ἐπ' ἀλλήλαις συνηγμένων, καὶ τοῦ βοὸς λειπόμενα τὰ κέρατα καὶ τὰ ὀστᾶ, καὶ τὰς τρίχας, ἄλλο δὲ μηδέν. § 30. Φασὶ δὲ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου γίνεσθαι τοὺς βασιλέας, ἐκ δὲ τῶν σαρκῶν τὰς ἄλλας μελίσσας (γίνονται δὲ καὶ ἐκ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ βασιλεῖς)· κρατιστεύειν μέντοι τοὺς ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου μεγέθει τε καὶ κάλλει, καὶ ῥώμῃ τῶν ἄλλων. § 31. Τὴν δὲ πρώτην τροπὴν καὶ μεταβολὴν τῶν σαρκῶν εἰς ζῶα καὶ οἱονεὶ κύησίν τινα καὶ γένεσιν καθιστορήσεις ἐντεῦθεν. § 32. Ἀνῳκισμένου γὰρ τοῦ οἴκου, μικρὰ καὶ λευκὰ τὸ εἶδος, καὶ ἀλλήλοις ὅμοια, καὶ οὐ τέλεια, οὔτε ἤδη πάντη ζῶα περὶ τὸν μόσχον πληθύνοντα ὄψει· ἀκίνητα μὲν πάντα, κατὰ μικρὸν δὲ αὐξανόμενα. § 33. Ἴδοις δ' ἂν καὶ τὴν πτεροφύησιν ἤδη διαρθρουμένην, τήν τε οἰκείαν χροιὰν λαμβανούσας καὶ περικαθεζομένας τὸν βασιλέα, καὶ προσπετωμένας· βραχύτερον δὲ καὶ ὑποτρεμούσαις ταῖς πτέρυξι διὰ τὴν ἀήθειαν τῆς πτήσεως καὶ τὴν τῶν μελῶν ἀτονίαν. § 34. Προσιζάνουσι δὲ ταῖς θυρίσι ῥοιζηδόν, ὠθοῦσαι καὶ βιαζόμεναι ἀλλήλας, πόθῳ τοῦ φωτός. § 35. Ἄμεινον δὲ τὰς ἀνοίξεις καὶ ἀποφράξεις τῶν θυρίδων, καθὼς εἴρηται, παρ' ἡμέραν ποιεῖσθαι· δέος γάρ, μὴ μεταβάλλωνται ἤδη τὴν τῶν μελισσῶν φύσιν διὰ τὴν πλείω σύγκλεισιν. § 36. Τοῦ γὰρ σταβλίου κατὰ καιρὸν τὸν ἀέρα μὴ λαμβάνοντος, ὥσπερ πνιγμῷ διόλλυνται. § 37. Τοῦ δὲ οἴκου ὁ μελισσὼν ἐγγὺς ἔστω, καὶ ὅταν ἐκπετάσωσιν ἀνοιγομέναις ταῖς θυρίσιν, ὑποθυμία θύμου τε καὶ κνεώρου. § 38. Τῇ γὰρ ὀσμῇ ἑλκύσεις αὐτὰς εἰς τὸν μελισσῶνα, τεθεραπευμένας ὀσμαῖς ἀνθῶν. Ταῦτα γὰρ θυμιῶν οὐκ ἀκούσας εἰσελάσεις. Χαίρουσι γὰρ μέλισσαι τῇ εὐωδίᾳ καὶ ἀνθεσιν, ὡς εἰκότως εἶναι μέλιτος δημιουργούς. (Geopon. lib. XV cap. II, 21–38.)

12. Δημόκριτος δὲ ἐρωτηθείς, πῶς ἂν ἄνοσοι καὶ μακραίωνες γίγνοιντο οἱ ἄνθρωποι, εἶπεν, Εἰ τὰ μὲν ἔξωθεν τοῦ σώματος ἐλαίῳ, τὰ δὲ ἔνδοθεν μέλιτι χρίσαιντο. (Geopon. lib. XV cap. VII, 6.)

13. Περὶ λαγωῶν. Ὅτι ὁ αὐτὸς ποτὲ μὲν ἄῤῥην, ποτὲ δὲ θῆλυς γίνεται, καὶ μεταβάλλει τὰς φύσεις, καὶ ποτὲ μὲν ὡς ἄῤῥην γονοποιεῖ, ποτὲ δὲ ὡς θῆλυς τίκτει. (Geopon. lib. XIX cap. IV.)

---

enim ex sanguine apis nascatur), primis plagis non violenter in eum irruentes. Statim vero obturentur omnia bovis foramina linteis puris ac tenuibus pice oblitis, velut oculi, nares et os, et quæ a natura factæ sunt partes ad egestionem necessariam. Deinde multo thymo substrato boveque supino ei superposito, domo egressi, statim januam et fenestras luto denso oblinant, ne aeri ventoque ullus ingressus aut perflandi locus sit. Tertia autem hebdomade undique domum aperiri et lumen aeremque purum admitti oportet, excepta ea parte, unde vehemens ventus spirat; quodsi ita se habet, aditum ex ea parte clausum relinqui opus est. At postquam materiæ visæ fuerint animari et spiritum sufficientem hausisse, rursus domunculam claudi et luto sicut prius oblini convenit. Undecimo deinde post hunc diem ubi aperueris domum, invenies plenam apibus uvarum instar inter se coagmentatis, et ex bove cornua reliqua et ossa ac pilos, sed præterea nihil. Ajunt ex cerebro gigni reges, ex carnibus vero cæteras apes (nascuntur autem et ex medulla spinali reges); præstare tamen omnibus aliis ex cerebro natos et magnitudine et pulchritudine et robore. Primam porro conversionem mutationemque carnium in animalia et quasi conceptionem quandam ac generationem inde cognosces. Etenim statim postquam exstructa domus est, parva quædam et alba specie, inter seque similia, et non perfecta, neque jam omnino animalia, circa vitulum plurima videbis, immobilia quidem omnia, paulatim vero augescentia; animadvertes etiam alarum proventum jam articulis distinctum et apes proprium colorem accipientes, circumsedentesque regem et advolantes, sed brevius et paululum trementibus alis propter volandi insolentiam et membrorum infirmitatem. Assident autem fenestris cum murmure, impellentes et urgentes se invicem, lucis desiderio captæ. Præstat tamen aperire et obturare fenestras, eo quo dictum est modo, interdiu: ne forte apum natura ob longiorem conclusionem mutetur. Stabulo enim in tempore aerem non excipiente, velut suffocatione pereunt. Cæterum prope domum sit apiarium, et quum fenestris apertis (volandi causa alas) extenderunt, suffito thymo atque cneoro. Odore enim pertrahes ipsas in apiarium, allectas odoribus florum. Quippe his suffiendo non invitas intro pellicies. Namque odoris suavitate et floribus gaudent apes, ut merito sint mellis opifices.

12. Democritus interrogatus, quomodo homines nullo morbo affecti longissima vita perfrui possent: Si externas, inquit, corporis partes oleo, internas melle illinerent.

13. De leporibus. Idem lepus aliquando quidem mas, aliquando vero femina fit et naturas commutat, atque interdum ut masculus generat, interdum ut femina parit.

DE FRAGMENTIS SPURIIS.

Quum de omni fragmentorum genere difficile est judicare, ut genuina a supposititiis discernamus, tum de Democriti librorum fragminibus difficillimum, cujus in præceptis moralibus, si cum reliqua philosophi doctrina comparentur, inconstantiam quandam jam supra attigimus. Quare nisi certam judicandi normam animo informaveris, facile in hac materia in fraudem incidere possis. Quod Meinersio accidisse diximus, qui quum Democritum in rebus divinis constare sibi vellet, non solum præclara illa fragmenta quibus secundum et centesimum septimum locum dedimus, Abderitæ abjudicavit, sed alia etiam non satis intellecta e Democriteorum operum reliquiis expunxit. Hujusmodi est sententia nonagesima secunda, quam spuriam esse contendit collatis octogesima quinta et centesima nonagesima quinta. At præceptum nonagesimum secundum quo homines monet Democritus, ne quid ultra vires suscipiant, nequaquam adversatur cæteris duobus locis. His enim magistratus et honores regumque amicitia tanquam res expetendæ commendantur propter utilitatem quæ inde in hominum vitam redundet, ac præterea ars bellica laudatur iique labores quibus clarum nomen soleat parari. Mitto cætera quæ molestum est enumerare. Sed alia sunt ad quæ caute secernenda animum ille minime appulit. Ferebantur apud veteres sententiæ ἐκ τῶν Δημοκρίτου, Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτους in unum corpus redactæ. Qui hoc sententiarum corpus post Stobæum (1) condidit, auctoris nomen singulis effatis non videtur apposuisse, ita ut non perspiceretur, quæ essent Democriti, quæ Epicteti, quæ Isocratis. Quo factum est ut Antonius et Maximus qui hoc volumine usi sunt arbitratu suo aut libidine unum ex illis tribus singulorum apophthegmatum auctorem perhiberent, vel eorum omnium nomina adjicerent. Adde quod Democriti dicta ex ionico in communem sermonem conversa jam inveniebant vel ipsi convertebant, ita ut posteris judicandi difficultas augeretur. Inde etiam est, quod sententiam νόμῳ καὶ ἄρχοντι καὶ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον, quam Stobæus Flor. V, 23 Democrito vindicat, Antonius et Maximus pag. 149 Isocrati et pag. 452 Epicteto ascribunt. Itaque magna opus est cautione, ne quæ apud Antonium et Maximum leguntur Democriti, Epicteti et Isocratis fragmenta, ea uni ex illis tribus temere assignemus. Confugiendum enim semper est ad Stobæi aliorumque veterum qui fide digni sunt auctoritatem. Id non perpetuo fecisse Orellium mox manifestum erit qui, quæ ejus negligentia fuit, aliena sæpenumero pro Democriteis publicavit. Quapropter cum Burchardo multa rejicio, Democritea Orellio visa, ita tamen, ut pauca quædam ex iis quæ alter obelo jam confixerat quæque in præcedentibus jam tractata sunt, Democrito reddam. Ponam igitur fragmenta quæ partim ut aliena ex Orellianis opusculis ejicienda sunt, partim ut suspecta Democrito a cautioribus tribui nequeunt.

1. Σφόδρα εὐάλωτόν ἐστιν ἡ πονηρία.
Εἰς γὰρ τὸ κέρδος μόνον ἀποβλέπουσ' ἀεὶ
Ἀφρόνως ἅπαντα καὶ προπετῶς συμπείθεται.

Legitur ap. Stob. Flor. II, 1; nr. 2 ap. Orellium, qui ipse jam conjecit hoc fragmentum non esse Democriti Abderitæ. Demetrii nomen præpositum habet in Dictis poetarum e Stobæo ab Hug. Grotio editis. Eundem Demetrium auctorem agnoscunt codd. nuper collati.

2. Ἀδικείτω μοι πλούσιος καὶ μὴ πένης·
ῥᾷον φέρειν γὰρ κρειττόνων τυραννίδα.

Corrupti hi versus ad Democritum auctorem male referuntur in Corpore sententiarum Frobeniano pag. 208, cujus hæc est inscriptio: Callimachi hymni cum scholiis. Accedunt sententiæ ex diversis poetis, oratoribus et philosophis collectæ. Basileæ 1532, 4. Tribuuntur Menandro ap. Anton. et Max. p. 213, ubi scriptum est ἀδικείτω με.

3. Ὅστις σῶμα θεραπεύει τὸ ἑαυτοῦ, οὐχ ἑαυτὸν θεραπεύει· ὅστις χρήματα, οὐθ' ἑαυτὸν οὔτε τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔτι πορρωτέρω τῶν ἑαυτοῦ. Stob. Flor. XVIII, 37; ap. Orell. n. 51. Fragmentum hoc attica dialecto confectum non Democriti, sed Platonis esse complurium codd. consensu exploratum habemus.

4. Πολυμαθίη κάρτα μὲν ὠφελέει, κάρτα δὲ βλάπτει τὸν ἔχοντα· ὠφελέει μὲν τὸν δεξιὸν ἄνδρα, βλάπτει δὲ τὸν ῥηϊδίως φωνεῦντα πᾶν ἔπος καὶ ἐν παντὶ δήμῳ. Χρὴ δὲ καιροῦ μέτρα εἰδέναι· σοφίης γὰρ οὗτος ὅρος. Οἳ δὲ ἔξω καιροῦ ῥῆσιν μουσικὴν πεπνυμένως ἀείσωσι, οὐ παραδέχονται ἐν ἀργίῃ γνώμην, αἰτίαν δὲ ἔχουσι μωρίας. Stob. Flor. XXXIV, 19 sqq. Orell. n. 60.

(1) Huic opinioni fortasse obstat Cod. Flor. Stob. p. 434, non item vulgatus Stobæi textus.

Valckenarius et Jacobsius hoc fragmen propterea quod ionice scriptum est aut Democriti aut Eusebii Neoplatonici esse volebant. At Anaxarchi Abderitæ est, quem auctorem nominant nonnulli codd. Stobæi l. c. Eidem auctori adscribitur in cod. Florent. Stob. p. 411 his verbis : Ἡράκλειτος μὲν ἔλεγε, πολυμάθειαν νοῦν μὴ ἐμποιεῖν, Ἀνάξαρχος δέ, πολυμάθειαν κάρτα μὲν ὠφελεῖν, κάρτα δὲ βλάπτειν.

5. Ἔξεστι οὐ πολλὰ τῶν σφετέρων ἀναλώσαντας παιδεῦσαί τε τοὺς παῖδας καὶ τεῖχός τε καὶ σωτηρίην περιβαλέσθαι τοῖσί τε χρήμασι καὶ τοῖσι σώμασι αὐτέων. Stob. Flor. LXXXIII, 26; ap. Orell. n. 91. Quum in membranis nonnullis Democriti nomen hoc loco desit, in aliis tota sententia desideretur ac præterea sensus hujus fragmenti vix conciliari possit cum Democriteo de puerorum institutione judicio, merito videtur Burchardus fragmen istud Democrito abjudicasse. Quippe nihil minus placebat Democrito quam quod hic dicitur : *Licet pueros non magno sumtu ita instituere, ut pariter eorum fortunis atque corporibus quasi muro addito salutem præstemus.* Ipse enim non tam corporis quam animi bona spectare solebat (cf. fragm. 127, 128 seqq.), divitiarum autem contemtor fuisse existimandus est, ut qui uno doctrinæ desiderio flagrans sumptuosis itineribus totum patrimonium profuderit.

6. Τὰς μὲν γραμμὰς ἀσφαλεστέρας, τὰς δὲ πράξεις λαμπροτέρας ἔχειν δεῖ. Anton. et Max. p. 35; ap. Orell. n. 124. Eadem sententia exstat inter Demophili Similitud. Pythag. n. 52 Orell. opusc. tom. I pag. 10; sed ibi scriptum est γραφάς. Quum autem Demophilus incertæ ætatis scriptor qui similitudines ac sententias Pythagoricas collegit, majore videatur usus esse opere, ex quo Stobæus, Antonius Melissa et Maximus monachus haud paucas sententias Pythagoræ, Socratis, Plutarchi aliorumque nominibus inscriptas suis anthologiis inseruerunt (cf. Orell. præfat. ad Opusc. p. VII), probabile est Democriti nomen fortasse e scripturæ mendo ortum apud Antonium et Maximum expungendum esse.

7. Θεοῦ ἄξιόν σε ποιήσει τὸ μηδὲν ἀνάξιον αὐτοῦ πράττειν. Anton. et Max. p. 35; ap. Orell. n. 125. Hæc sententia cum doctrina Democritea conciliari non potest.

8. Οὕτως πειρῶ ζῆν, ὡς καὶ ὀλίγον καὶ πολὺν χρόνον βιωσόμενος. Anton. et Max. p. 35; ap. Orell. n. 126. Ascribendum est hoc apophthegma Bianti, ut testificantur Diog. Laert. I, 87 et Stob. Flor. V, 27.

9. Δύο ἀφορμαὶ κινοῦσιν ἄνθρωπον εἰς θεοῦ ἐπιμέλειαν, τιμωρία δυσσεβείας καὶ γνώμης εὐσεβοῦς ἀμοιβαί. Anton. et Max. p. 37; apud Orell. n. 127.

10. Ἀφόρητος γίνεται κακία ἐπαινουμένη. Anton. et Max. p. 37; ap. Orell. n. 128. Hæc et præcedens sententia in nonnullis codd. Democriti, in aliis Sexti nomen præfixum habet. Si utraque eidem philosopho attribuenda est, prior satis probat, neutram Democriti esse posse. Burchardus quid de hac re statueret, nescivit, ut qui pag. 10 priorem sententiam Democriti esse dixerit, pag. 55 eandem illi abjudicaverit.

11. Εὐλαβοῦ τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσι. Anton. p. 261; ap. Orell. n. 132. Hoc fragmentum sumtum est ἐκ τῶν Δημοκρίτου, Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτους. Hoc loco Antonius Democritum ejus auctorem citat, sed pag. 258 cum Maximo auctorem Isocratem nominat, cui et Stobæus Flor. XLII, 7 tribuit. Neque injuria; exstat enim in Isocrat. ad Demonic. admon. pag. 5 ed. Steph. (pag. 7 ed. Bekker; ap. Orell. Opusc. II p. 24).

12. Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν τὸ μαθεῖν· εἰ δὲ παθεῖν, τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ χρή. Anton. et Max. p. 313. Hæc non Democritus scripsit, sed vel sophista aliquis vel sophisticæ dictionis amator. In cod. Parisiensi 1630 p. 192 eadem verba plenius sic leguntur : Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν, καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν τὸ μαθεῖν· εἰ δὲ παθεῖν δεῖ, ἃ δεῖ μαθεῖν, τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ χρή. Tum interjecto nomine nescio quo, quod non amplius legi potest, hæc subjiciuntur : μαθεῖν μὲν ἐκ τοῦ παθεῖν καὶ τῶν πάντῃ ἐστὶν ἀμαθῶν, μαθεῖν δὲ καὶ χωρὶς τοῦ παθεῖν τῶν φρονίμων. Cf. Boissonad. ad Nicet. Eugenian. Amor. lib. III n. 194 tom. II p. 182. Neque tamen negaverim fieri posse, ut talia in libro aliquo Democritico olim fuerint iis locis, ubi sophistas λεξειδίων θηράτορας, ἐριδαντέας καὶ ἱμαντελικτέας deridendos sibi sumsisset philosophus. Sed in tanta rei ambiguitate nihil certi affirmo.

13. Κόλαζε κρίνων ἀλλὰ μὴ θυμούμενος. Anton. et Maxim. p. 329; ap. Orell. n. 142.

14. Οἱ θυμοὶ καθάπερ αἱ κύνες τυφλὰ τίκτουσιν ἐγκλήματα. Anton. et Max. p. 329; ap. Orell. n. 143. Utrique fragmini in membranis additur lemma Δημοκρίτου (Δημοκράτους) ἤτοι Δημώνακτος. Prius fragmen quum trimeter iambicus sit, ad Democritum auctorem referri nequit. Posterius, utpote ad idem lemma pertinens, pariter Abderitano philosopho abjudicandum est.

15. Πονηρὰ φύσις ἐξουσίας ἐπιλαβομένη δημοσίας ἀπεργάζεται συμφοράς. Anton. p. 520; ap. Orell. n. 149. Hoc fragmentum Stobæus Flor. XLIII, 35 Æschini vindicat, apud quem legitur Orat. adv. Ctesiph. pag. 74. ed. Steph. (p. 431 ed. Bekk.)

his verbis : οὕτως, ὡς ἔοικε, πονηρὰ φύσις μεγάλης ἐξουσίας ἐπιλαβομένη δημοσίας ἀπεργάζεται συμφοράς.

16. Ὅταν αἰτιᾶται δικαστὴς κρινόμενον, ἀνάγκη σιωπᾶν. Ap. Orell. n. 151.

17. Ἄριστος κριτὴς ὑπονοείσθω ὁ ταχέως μὲν συνιείς, βραδέως δὲ κρίνων· θάτερον μὲν οὖν εὐνοίας, θάτερον δὲ ἀκριβείας. Ap. Orell. n. 152.

18. Ἀσκέπτως οὐ δεῖ προπετεῖν ἐν τῷ κρίνειν, ἔμπροσθεν δὲ βουλεύεσθαι, μηδὲ σπεύδειν τῷ λογισμῷ, παρ' ὃ δεῖ λέγειν, ἀλλὰ βραδύνοντάς τε καὶ μέλλοντας, τὴν ὁρμὴν ἀκριβῶς πεπονημένους καὶ μὴ πρὸς χάριν μεταβάλλεσθαι· ἧττον γὰρ τοῦ ἀβούλου τὸ εὐμετάβολον καὶ τοῦ προπετοῦς τὸ κοῦφον. Ap. Orell. n. 153.

19. Οὐχ οὕτω τὸν τῶν γραμμάτων χαρακτῆρα ὀρθοῦν δεῖ, ὡς τὸν τῶν πραγμάτων τηρεῖν· ἡ γὰρ κακὴ κρίσις παντὸς κακοῦ αἰτία. Ap. Orell. n. 154. Hæc omnia fragmenta, quæ apud Anton. p. 547 exstant, ob præceptorum jejunitatem, qua valde differunt a Democriteis per Stobæum aliosque auctores fide dignos servatis, non Democriti, sed posterioris aretalogi esse reor. Idem fere Burchardi de iisdem fuit judicium.

20. Τὰς μὲν πόλεις ἀναθήμασι, τὰς δὲ ψυχὰς μαθήμασι δεῖ κοσμεῖν. Anton. et Max. p. 704; ap. Orell. n. 156.

21. Ταῖς μὲν πόλεσι τὰ τείχη, ταῖς δὲ ψυχαῖς ὁ ἐκ παιδείας νοῦς κόσμον καὶ ἀσφάλειαν παρέχεται. Anton. et Max. p. 704; ap. Orell. p. 157. Posteriori fragmento in codd. adduntur verba : *Alii ex Democrate, Isocrate, Epicteto.* Sed utraque sententia non videtur recte Democriti nomen in fronte gerere. Nam in cod. Flor. Stob. p. 405 priori præponitur lemma : Δημώνακτος, Ὑψαίου καὶ Σωκράτους, posteriori autem p. 408 adjicitur titulus : Ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων καὶ Σωκράτους.

22. Τὸν σπουδαῖον φίλον πρὸς μὲν τὰς εὐφροσύνας κληθέντα δεῖ παρεῖναι, πρὸς δὲ τὰς περιστάσεις αὐτόκλητον δεῖ συμπαρεῖναι. Anton. et Max. p. 720; ap. Orell. n. 158. Hæc verba jure videntur Burchardo circumlocutione amplificata esse ex Chilonis sententia ap. Stob. Flor. III, 79 p. 96 : Ἐπὶ τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως πορεύου, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτυχίας ταχέως. Loci illius memor fuit Orellius adnot. ad Opusc. tom. I p. 521, qui tamen hoc de quo agimus fragmentum Democritei ingenii fœtum esse putavit. Sed omnem dubitationem eximit vox περίστασις. Nam περιστάσεις pro *rebus adversis* florentis ætatis scriptores non dixerunt. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 377. Quare Democritus hujus fragmenti auctor esse nequit.

23. Οἱ ἀληθινοὶ φίλοι καὶ τὰς φιλίας ἡδείας καὶ τὰς συμφορὰς ἐλαφροτέρας ποιοῦσιν, ὧν μὲν συναπολαύοντες, ὧν δὲ μεταλαμβάνοντες. Anton. et Max. p. 720; ap. Orell. n. 159.

24. Τὸ μὴ δύνασθαι βοηθεῖν τοῖς φίλοις, ἀπορίας, τὸ δὲ μὴ βούλεσθαι κακίας τεκμήριον. Anton. et Max. pag. 724; ap. Orell. n. 160. Utrumque fragmentum admodum ineptum est. Prius sic corrigi vult Burchardus, ut reponatur τὰς εὐφροσύνας ἡδίονας; sed in inficeti scriptoris dictione nihil muto. Porro non est, quod moneam ὧν μὲν—ὧν δὲ, ut hîc fit, positum fere citerioris græcitatis esse. Cæterum utrumque ejus est generis, de quo diximus ad fragm. supposit. 16, 17, 18 et 19.

25. Διηνεκὴς ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ τοῦ πλούτου ἐπιθυμία· μὴ κτηθεῖσα μὲν γὰρ τρύχει, κτηθεῖσα δὲ βασανίζει ταῖς φροντίσιν, ἀποκτηθεῖσα δὲ ταῖς λύπαις. Anton. pag. 762; ap. Froben. (cf. supra ad fragm. suppos. 2) pag. 205; ap. Orell. n. 161. Frigida sententia ac Democrito indigna, non tantum propter verba ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, quæ cum Democriteo de his rebus judicio conciliari non possunt, sed etiam propter loquendi genus a Democritea dictione alienum. Offendit imprimis verbum ἀποκτᾶσθαι, quod apud optimum quemque scriptorem non legitur, et participia, quæ ad divitias referenda erant, ad cupiditatem (ἐπιθυμίαν) relata.

26. Ὁ κατὰ φύσιν πλοῦτος ἄρτῳ καὶ ὕδατι καὶ τῇ τυχούσῃ τοῦ σώματος σκέπῃ συμπεπλήρωται· ὁ δὲ περιττὸς κατὰ ψυχὴν ἀπέραντον ἔχει καὶ τὸν τῆς ἐπιθυμίας βάσανον. Anton. p. 762; ap. Orell. n. 162. i. e. *Naturales divitiæ constant pane et aqua et qualicunque corporis tegumento, supervacaneæ vero infinitam in animo cupiditatis vexationem habent.* Orellius comparat sententiam Pythagoricam (Opusc. I p. 46, 20) : Σαρκὸς φωνὴ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν, et Pauli apostoli verba I Timoth. VI, 8 : Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. At ipsa græcitas documento est, hoc fragmentum a Democrito non esse scriptum. Ac primum quidem non solum junctura ὁ κατὰ φύσιν πλοῦτος—συμπεπλήρωται paulo insolentior est, sed etiam usus vocis σκέπη, quem hîc videmus, magis concinit cum recentiore quam cum antiquiore dicendi consuetudine. Deinde nemo bonus scriptor dixit ὁ βάσανος; omnes feminino genere hoc vocabulum usurparunt. Quam rem fugisse video Burchardum, qui significatu magis quam genere hoc substantivum ab antiquorum loquendi norma hîc abhorrere existimat.

27. Ὅσα μὲν ἐπὶ τῇ φύσει, πάντες ἐσμὲν πλούσιοι, ὅσα δὲ ἐφ' ἡμῖν, πάντες ἐσμὲν πένητες. Anton. pag. 762; ap. Orell. n. 163. i. e. : *Rebus iis quas natura largitur, omnes abundamus; quæ vero in nostra potestate sunt, earum omnes sumus inopes.* Hanc sententiam per se falsam esse non est quod multis demonstrem. Nam aliis plus, aliis minus largitur natura, neque corpore solum, sed etiam animo

differunt homines. Utque non omnes arbores et plantæ in quovis agro crescunt, ita non in omnibus hominibus eadem prudentia idemque animi habitus invenitur. Quæ autem in nostra sunt potestate amor, desiderium, laboris patientia et similia, earum rerum alii plus, alii minus possident, iisque etiam excellunt aut plane carent, ut prorsus ridiculum sit, omnes homines in hoc genere pares inter se putare. Quare nihil excogitari potest, quod magis adversetur philosophi nostri de hominibus judicio, ut qui, quemadmodum vidimus supra, alios prudentes, alios stultos, alios pecuniarum tenaces, alios prodigos, alios veraces, alios mendaces appellaverit. Burchardus sententiam non impugnat, sed sola auctoris verba. In his τὰ ἐπὶ τῇ φύσει ita opponi ait verbis τὰ ἐφ' ἡμῖν, ut fere apud Epictetum fiat, qui Enchirid. cap. I hæc habet: Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα ἡμέτερα ἔργα· οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα. Sed nolim hæc longius persequi, satis habens ostendisse quæ esset hujus fragmenti a Democriteis discrepantia.

28. Εἰ βούλει ἄλυπον βίον ζῆν, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν ὡς ἤδη συμβεβηκότα λογίζου. Anton. et Max. p. 790; ap. Orell. n. 165.

29. Ἄλυπος ἴσθι, μὴ τὴν ἀπάθειαν, ὡς τὰ ἄλογα τῶν ζώων, μηδὲ τὴν ἀλογίαν, ὡς οἱ ἄφρονες, ἀλλ' ὡς ἐνάρετος, τὸν λόγον τῆς λύπης ἔχων παραμύθιον. Anton. et Max. p. 790; ap. Orell. n. 166.

30. Ὅσοι τινὲς πρὸς τὰς συμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν, οὗτοι καὶ τῶν πόλεων καὶ ἰδιωτῶν κράτιστοί εἰσιν. Anton. et Max. p. 790; ap. Orell. 167. His tribus fragmentis in codd. et in margine edit. C. Gesneri additur lemma: *Ex sententiis Epicteti, Isocratis, Democriti.* Inter Epicteti fragmenta jam retulerunt Meibomius et Schweighæuser. n. 158-160. Omnino ea Epicteti esse satis probat scribendi genus. Ἀπάθεια apud Epictetum est ἀναισθησία. Sic idem ap. Arrian. III cap. II, 4: οὐ δεῖ με εἶναι ἀπαθῆ, ὡς ἀνδριάντα. Cf Schweigh. ad. l. l. Huc accedit vox ἐνάρετος, Democriteæ ætatis Græcis ignota. Vid. Lobeck. ad Phryn. pag. 328 seqq.

31. Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατρούς, τοῖς δὲ ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ συμπαρεῖναι. Anton. et Max. pag. 805; ap. Orell. n. 168. At ibidem pag. 815 eadem sententia Plutarcho tribuitur. Stobæus Flor. CXIII, 16 Socratis esse dicit, inter cujus similitudines est apud Orell. Opusc. I p. 24 (ubi παραινεῖν pro συμπαρεῖναι legitur). Quocirca nulla hîc est Antonii et Maximi Democrito hoc dictum tribuentium auctoritas.

32. Καὶ ἰατρὸν καὶ φίλον οὐ τὸν ἥδιω, ἀλλὰ τὸν ὠφελιμώτερον δεῖ ἐκλέγεσθαι. Anton. et Max. p. 805. At ibidem pag. 721 hoc fragmen *ex dictis Epicteti, Isocratis et Democratis* esse fertur. Apud Orellium legitur n. 169. Democriti esse hanc sententiam ex iis quæ de amicitia dixit, demonstrari nequit.

33. Γῆρας καὶ πενία δύο τραύματα δυσθεράπευτα. Maxim. p. 856; ap. Orell. n. 172. Hoc contrarium est iis quæ Democritus de paupertate et divitiis supra dixit.

34. Παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

Maxim. p. 856; ap. Orell. n. 173.

35. Γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν. Maxim. p. 856; ap. Orell. n. 174. In his duobus fragmentis nihil Democriteum est; namque priores duo versiculi ex Euripidis Melanippe, posterior ex ejusdem Hippothoonte sunt, ut efficitur ex Stob. Flor. CXV, 5 et 14.

36. Ἐν μὲν τοῖς ἐσόπτροις ὁ τῆς ὄψεως, ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις ὁ τῆς ψυχῆς χαρακτὴρ βλέπεται. Anton. et Maxim. p. 933; ap. Orell. n. 175. In codd. atque in editione C. Gesneri huic apophthegmati appositum est lemma *Demosthenis vel Democriti.* In hac ambiguitate tutius est, hanc sententiam Democriticis non inserere, donec certius quid e membranis proferatur.

37. Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον ἔστω μηδὲ φιλίας ἐκλογὴ ἐκτὸς παθῶν διακειμένη, οἷς τὸ δίκαιον συγχέεται καὶ σκοτίζεται. Anton. p. 234; ap. Orell. n. 177.

38. Ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια καὶ ἀΐδιον, παρέχει δὲ ἡμῖν οὐ κάλλος χρόνῳ μαραινόμενον, οὔτε παρρησίαν ἀφαιρεῖ τὴν ὑπὸ δίκης· ἀλλὰ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα, διακρίνουσα ἀπ' αὐτῶν τὰ ἄδικα καὶ ἀπελέγχουσα. Anton. p. 234; ap. Orell. n. 178. Utrique sententiæ adjicitur in membranis Epicteti nomen. Quapropter non injuria iis inter Epicteti fragmenta (n. 139 et 140) locum concessit Schweighæuserus. Sed quoniam fragmentum proxime antecedens ap. Antonium Democriti nomine insignitum est, suspicabatur idem vir doctus, duas illas, de quibus loquimur, sententias petitas esse e Democriti, Epicteti et Isæi (corr. Isocratis) sententiis antiqua ætate in unum corpus redactis. Porro ex verbo συγχέεται Democritum auctorem esse conjiciebat. Hujus conjecturam amplexus Orellius utrumque fragmen inter Democritea rettulit, quod non probamus. Etenim συγχέεται, quod Schweighæuserus certissimum ionicæ dialecti vestigium habuit, Burchardus autem scripturæ mendum esse ratus est, fortasse etiam apud

Atticos in usu fuit. Certe Xenophontem recte statuit Buttmannus Gramm. Ampl. Tom. II § 114 p. 107 seqq. semper dixisse δέεται, quæ forma pluribus locis servata non librariis, sed ipsi scriptori debetur. Neque valde dispar est ratio verbi χέειν, de quo disseruit idem grammaticus tom. I § 105 adnot. 2. Itaque in his fragmentis nullum est indicium, ex quo Democritum eorum auctorem esse colligi oporteat. Cæterum neutrius fragmenti textus integer est, cujus emendandi curam gerere nunc non vacat.

39. Τὸ προσπεσὸν τερπνόν. Ap. Orell. n. 181.

40. Ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσός ἐστι. Ap. Orell. n. 182. Utrumque apophthegma ex Pseudohippocratis epistola ad Damagetum, de qua libro primo pag. 78 seqq. disseruimus, sumtum, ex M. Neandri Opere aureo, ubi pag. 362 (ed. Lips.) legitur, inepte exscripsit Orellius.

41. Γνωμέων μευ τῶνδε εἴ τις ἐπαΐοι ξὺν νόῳ, πολλὰ μὲν ἔρξει ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἄξια, πολλὰ δὲ φαῦλα οὐχ ἕξει. Pseudodemocrates ap. Orell. n. 1. Ionicæ dialecti ratio postulat οὐκ ἕξει; Orellius corrigi vult οὐκ ἔρξει. Sed manifestum est, hanc sententiam ab eo qui Democriti præcepta moralia collegit, commendationis loco cæteris sententiis esse præmissam.

42. Μακάριος ὃς οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· χρῆται γὰρ εἰς ἃ δεῖ καλῶς. Pseudodemocrates ap. Orell. n. 48. Corrupti sunt versus iambici, quos integros exhibent Stobæus Flor. CXIV, 7 et Maxim. pag. 759, Menandri esse dicentes. Ibi autem in hunc modum scribuntur:

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει,
χρῆται γὰρ οὗτος, εἰς ἃ δεῖ, ταύτῃ καλῶς.

43. Γῆς ἐπέβην γυμνός, γυμνός θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι·
Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος;

In Cod. Palat. sententiarum Pseudodemocraticarum hoc epigramma post sentent. 83 inseritur, ut testatur Orellius opusc. I p. 504. At idem distichon Palladæ ascriptum exstat in Brunckii Analect. tom. II p. 428.

44. Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις, ὁ βίος ὑπόληψις. Democrat. ap. Orell. n. 85. Exstat hæc sententia Democrati ascripta ap. Marcum Antoninum lib. IV § 3 fin., ubi vid. Gataker. Fuisse eam in codice Barberino sententiarum Democraticarum ex Holstenii, qui illum codicem contulit, silentio conjicere licet. Sed quum eam in cod. Palatino, qui magni ponderis est, desiderari testetur Orellius, omninoque non videatur fieri posse ut Democritus, licet mundum appellaverit mutationem, vitam tamen nihil nisi opinionem esse dixerit, hoc dictum inter Democritea non recepimus. Siquidem ipsi Antonino potius convenit hoc effatum, cui passim in ore fuerit illud πᾶν ὑπόληψις, aut alii attribuendum est Democrati quam illi, quem Democritum esse volumus.

45. Θεῷ ὅμοιον ἔχει ὁ ἄνθρωπος τὸ εὖ ποιεῖν, ὅταν τὸ εὖ ποιεῖν μὴ καπηλεύηται, καὶ τὸ εὐεργετεῖν καὶ ἀληθεύειν. Anton. et Max. p. 277; ap. Orell. n. 135. Cur hanc sententiam Democrito abjudicemus, dictum est in præfatione fragmentis præmissa.

46. Ἣν πιστεύῃ τις, θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λάθρη οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται. Democrat. ap. Orell. n. 80. De hoc quoque fragmento in eadem præfatione diximus.

DE OCELLO LUCANO.

Constat nostra memoria plerosque eruditorum sic judicasse, Pythagoreorum fragmenta a Stobæo, Jamblicho, Porphyrio, Simplicio aliisque servata æque ac Timæi de anima mundi et Ocelli Lucani de universi natura libros, solis Philolai reliquiis exceptis, aut magnam partem suppositítia esse aut omnino nihil continere, quod a veteribus illis, quibus tribuuntur, profectum sit (1). Neque ego de his rebus aliter sentio, sed tamen librum qui Ocelli Lucani nomen in fronte gerit non esse prorsus contemnendum ac plus in eo, quam vulgo putatur, momenti ad cognoscendam posteriorem Pythagoreorum rationem positum arbitror, et causam renovatæ Pythagoreorum disciplinæ aliam quam quæ a plurimis affertur fuisse contendo. Quamvis enim ea sit litterarum artiumque sors et conditio, ut postquam ortæ sunt, ex primæ quasi ætatulæ tenebris ad majorem semper lucem emergant ac perpetuo auctu crescant et excolantur: tamen, ubi ad tale fastigium sunt evectæ, ut ad id quod summum est jam pervenisse vel brevi perventuræ videantur, homines interdum tanquam longo itinere fessi subsistere parumper et ante acta secum recolere cupiunt. Quamobrem primo ante Chr. n. sæculo florentibus Academicorum, Stoicorum, Epicureorum aliorumque studiis fuerunt qui vel ad Pythagoricæ doctrinæ simplicitatem vel ad Heracliteam vel ad Cynicam philosophiam redire, quam inter illius ætatis sectas nomina sua profiteri mallent. Ad quod efficiendum imprimis sublata Epicuri aliorumque sententiis animorum immortalitas et offusa dialecticorum acumine rebus divinis atque humanis caligo valuisse videntur. Nam immortalitatis desiderio plerique tenentur homines et posthabitis incertis certa expetere solent. Ut autem de solis loquar Pythagoreis, nulla fuit philosophorum disciplina poetarum commentis propior, vulgari hominum captui accommodatior et si a Stoicorum familia discesseris ad consolandum genus humanum efficacior, quam hæc Pythagoreorum ratio. Hinc non defuerunt, qui ultimo ante Chr. n. sæculo ad hujus philosophiæ studium reverterentur atque adeo veteribus Pythagoreis libros supponerent, præsertim quum Juba, doctissimus Mauretaniæ rex, quæcunque reperiri potuerunt Pythagoreorum scripta colligeret. Qua de re insignis est Davidis locus Comment. in Arist. Categ. p. 28 a. scholl. Arist.: ἐν οἷς ζητητέον καὶ τὸ γνήσιον διὰ τὴν γινομένην νοθείαν· νοθεύονται γὰρ τὰ βιβλία πενταχῶς· ἢ γὰρ δι' εὐγνωμοσύνην μαθητῶν τὰ οἰκεῖα συγγράμματα τοῖς οἰκείοις διδασκάλοις ἀνατιθέντων, ὡς τὰ Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους ἐπιγραφόμενα βιβλία, μὴ ὄντα Σωκράτους ἢ Πυθαγόρου ἀλλὰ Σωκρατικῶν καὶ Πυθαγορικῶν· ἢ διὰ φιλοτιμίαν βασιλικήν· Ἰοβάτους γὰρ τοῦ Λιβύων βασιλέως συνάγοντος τὰ Πυθαγόρου καὶ Πτολεμαίου τὰ Ἀριστοτέλους, τινὲς καπηλείας χάριν τὰ τυχόντα συγγράμματα λαμβάνοντες ἐκέδρουν καὶ ἔσηπον διὰ παραθέσεως νέων μυῤῥῶν (2), ἵνα σχοῖεν δῆθεν τὴν ἐκ τοῦ χρόνου ἀξιοπιστίαν· ἢ δι' ὁμωνυμίας συγγραφέων ἢ συγγραμμάτων ἢ ὑπομνημάτων. Eo igitur tempore cum alia multa antiquis Pythagoræ sociis subdita sunt, tum ille compositus est liber qui ad Ocellum Lucanum vulgo refertur. Quocum convenit scribendi et disserendi genere fragmentum e libro de legibus petitum, quod apud Joannem Stobæum exstat. Ac primum quidem hoc volumen cum aliis hujusmodi scriptionibus conferenti patet auctorem ejus multo meliorem fuisse et rerum tractandarum artificem et verborum architectum, eundemque elegantiorem scriptorem et callidiorem antiquitatis simulatorem, quam eorum plerosque qui longas de virtute vel de categoriis disputationes confecerunt (3) vel fictis epistolis posteritati imponere tentarunt (4). Hic enim scriptor etsi multa usurpavit vocabula, quæ ab antiqua Pythagoreorum dictione abhorrere videntur, technicas tamen posterioris ætatis voces, ut στοιχεῖα, cujus loco οὐσίας dicit, vitavit, ut vetustatis speciem præ se ferret. Deinde licet haud pauca ex Eleaticorum fragmentis et Aristotelis opere, quod est de generatione et interitu, ad verbum in suum libellum transscripserit, simpliciter tamen et perspi-

(1) Vid. Ritteri *Gesch. der Pythag. Philos.* pag. 67; *Gesch. der Phil.* I p. 377. Cf. Gruppe *über die Fragmente des Archytas und der ältern Pythagoreer.* Berlin 1840. Ahrens de dial. dor. p. 23 seq.

(2) Sic emendo vitiosam scripturam πυῤῥῶν.

(3) Cf. Orell. Opusc. vet. Gr. sent. et mor. Tom. II p. 210-361.

(4) Vide epistolas Socraticorum et Pythagoreorum editas ab Orellio. Lipsiæ 1815.

cue et antiquissimæ philosophiæ convenienter philosophatur. Quumque ea prætermittat, quæ maxime Pythagoreorum propria sunt, μετεμψύχωσιν et numerorum doctrinam, non tam sexcenties dicta repetendo omnem novitatis gratiam libro præripuisse, quam alia prisco more tractasse censendus est. Sed hunc, quem optimorum scriptorum naufragio superstitem esse voluit fortuna libellum, non posse veteris Ocelli integrum et incorruptum opusculum judicari vel inde sequitur, quod illius Pythagorei neque apud Aristotelem mentio fit, neque apud Platonem. Nam spuria est Platonis ad Archytam epistola. Accedit quod nemo ante Aristotelem mundi æternitatem, quam Pseudocellus tuetur, statuit. Est autem eorum qui commentariolum hoc commemorant antiquissimus auctor Philo, qui libro de mundo non interituro p. 728 ed. Colon., ἔνιοι δέ, inquit, οὐκ Ἀριστοτέλη τῆς δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ τῶν Πυθαγορείων τινάς. Ἐγὼ δὲ καὶ Ὠκέλλου συγγράμματι, Λευκανοῦ γένος, ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγένητόν τε καὶ ἄφθαρτον οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἀποδείξεως κατεσκεύαζε τὸν κόσμον εἶναι. Reliqui non magni sunt momenti. Lucianus ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος cap 5 : ὁ μέν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Ὀκέλλῳ τῷ Λευκανῷ καὶ Ἀρχύτᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτι τὸ εὖ πράττειν προὔγραφεν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευεν. Pseudarchytas in epistola ad Platonem scripta apud Diogenem Laertium VIII, 80 : καλῶς ποιεῖς, ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τᾶς ἀῤῥωστίας. Ταῦτα γὰρ αὐτός τε ἐπέσταλκας καὶ τοὶ περὶ Δαμησκὸν ἀπάγγελον. Περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἐπεμελήθημες καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανὼς καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὀκέλλω ἐκγόνοις. Τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω καὶ βασιληΐας καὶ ὁσιότατος καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος αὐτοί τε ἔχομες καί τινα ἀπεστάλκαμες. Τὰ δὲ λοιπὰ οὔτοι νῦν γε δύναται εὑρεθῆμεν· αἴ δέ κα εὑρεθῇ, ἥξει τοι. Suppositam esse hanc epistolam non est quod uberius ostendamus. Idem, ut supra diximus, de Platonis responsione (Diog. l. c. 81) judicandum. Πλάτων Ἀρχύτᾳ εὖ πράττειν. Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ὡς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι ὁ ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων. Λέγονται γὰρ οἱ ἄνδρες οὗτοι μυρίοι εἶναι. Οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοί, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ. Τὰ δὲ παρ' ἐμοὶ ὑπομνήματα, περὶ ὧν ἐπέστειλας, ἱκανῶς μὲν οὔπω ἔχει, ὡς δέ ποτε τυγχάνει ἔχοντα ἀπέσταλκά σοι. Περὶ δὲ τῆς φυλακῆς ἀμφότεροι συμφωνοῦμεν, ὥστε οὐδὲν δεῖ παρακελεύεσθαι. Ἔῤῥωσο. Vix intelligeremus has laudes quibus Ocellus ejusque majores hic ornantur, nisi Diogenes quo spectarent tot inania verba significasset. Censorinus de die natali cap. 4 pag. 9 ed. Jahn. : « *Sed prior illa sententia, qua semper humanum genus fuisse creditur, auctores habet Pythagoram Samium et Ocellum Lucanum et Archytam Tarentinum omnesque adeo Pythagoricos.* » Respicit opusculi de universi natura cap. 3 § 3. Sextus Empiricus adv. math. lib. IX cap. ultimo : ἐκ πέντε δὲ Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς καὶ Ἀριστοτέλης· συμπαρέλαβον γὰρ τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τὸ πέμπτον καὶ κυκλοφορητικὸν σῶμα, ἐξ οὗ λέγουσιν εἶναι τὰ οὐράνια. Cui testimonio cave fidem adjungas, quum in exponenda quattuor elementorum doctrina nulla quintæ istius naturæ, cœlestium corporum materiæ mentio in Ocelli libro exstet. Jamblichus vit. Pyth. c. 36 p. 221 : τῶν δὲ συμπάντων Πυθαγορείων τοὺς μὲν ἀγνῶτάς τε καὶ ἀνωνύμους τινὰς πολλοὺς εἰκὸς γεγονέναι· τῶν δὲ γνωριζομένων ἐστὶ τάδε τὰ ὀνόματα, in quibus clarorum Pythagoreorum nominibus recensentur p. 223 etiam hæc : Λευκανοί· Ὄκελος καὶ Ὄκυλος ἀδελφοί. Syrianus in Aristotelis Metaph. libr. XIII p. 368 : ὀρθῶς ἄρα καὶ ταύτην ἐνίσταντο τὴν ζήτησιν καὶ τὴν αἰτίαν παρέδοσαν τοῦ πλήθους τῶν ὄντως ὄντων· καὶ οὔτε πρός τι τὴν ἑτέραν ἐποίουν τῶν ἀρχῶν, οὔτε τὸν περὶ τῶν αἰσθητῶν λόγον πάντῃ παρελίμπανον, ὡς δηλοῖ τὰ Ἐκκέλου μὲν περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσιος, ἐξ ὧν τὰ [τοῦ Ἀριστοτέλους] περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς μονονουχὶ μεταβεβλῆσθαι δοκεῖ, τοῦ Τιμαίου δὲ τὰ πλεῖστα, καθ' ὃν ἡ Περιπατητικὴ φιλοσοφία τὰ πολλὰ θεολογεῖ. Proclus Comment. in Platonis Timæum lib. III p. 150 : ἄλλοι δέ τινες, ὡς οἱ περὶ Ὄκκελον τὸν τοῦ Τιμαίου πρόοδον, δύο δυνάμεις ἑκάστῳ τῶν στοιχείων διένεμον, πυρὶ μὲν θερμὸν καὶ ξηρόν, ἀέρι δὲ θερμὸν καὶ ὑγρόν, ὕδατι δὲ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, γῇ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. Καὶ ταῦτα ἀναγέγραπται παρὰ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῷ περὶ φύσεως. Joannes Stobæus Ecl. Phys. I cap. 24 : Ὄκελος ἀΐδιον τὸν κόσμον· ὡδὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τοῦ παντὸς φύσεως λέγει κ. τ. λ. At omnia hæc testimonia, quorum duo etiam ab homine male sedulo ficta esse constat, nihil ad probandam operis antiquitatem proficiunt. Una superest res quæ jam Nogarolæ scrupulum injecit. Jure enim miratus est vir tam generis nobilitate quam doctrinæ copia insignis, cur attice scripserit Ocellus, quem par erat dorico sermone uti. Sed plerisque eruditorum, qui postea hunc scriptorem tractarunt, persuasum fuit volumen de universi natura olim dorice scriptum sequenti tempore in atticam dialectum esse translatum. Fidem faciunt fragmenta, quæ

ex hoc ipso commentario atque ex alio qui erat de legibus excerpta, dorica dialecto Stobæus profert. Hinc post Stobæi ætatem, id est, post quintum sæculum atticam libri interpretationem compositam esse apparet. Prius enim tales translationes non videntur exstitisse. Nimirum quo tempore apud Græcos tanta jam erat veteris linguæ ignoratio, ut scripta dorica vel ionica nisi a doctioribus non intelligerentur, quædam hujusmodi opera in communem sermonem conversa sunt. Itaque Cassianus Bassus quum decimo sæculo Constantini Porphyrogenneti jussu Geoponica e variorum auctorum libris colligeret, Democriteæ de agricultura disputationis reliquias sublatis fere omnibus ionicæ dialecti vestigiis publicavit. Quapropter opinor medio ævo hominem aliquem antiquæ philosophiæ studiosum, quum incidisset in Pseudocelli opusculum, orationis perspicuitate et suavitate captum quam ipse voluptatem e dorici exempli lectione ceperat, eandem aliis attica interpretatione afferre voluisse. Libellum ita interpretatus est, ut nihil mutaret nisi doricas vocum formas in atticas vel communes (5). Quæcunque autem in hac interpretatione ab optimorum scriptorum usu abhorrent, non auctori, sed interpreti, qui fortasse nono sæculo vixit, vitio vertenda sunt. Quamobrem ἐὰν bis indicativo junctum reperimus (6), quia inelegantes noni sæculi scriptores, velut Malalas, jam frequenter in hoc vitium incidebant. Sustuli hoc cum aliis mendis, ut colorem antiquum libro redderem.

Restat ut commentarioli hujus editiones recenseam. Quod quo brevius fiat, pauca de codd. mss. præfanda sunt. In bibliotheca regia Parisiensi tria exstant Pseudocelli exemplaria calamo exarata nr. 1928 (A.), nr. 2018 (B.), nr. 2518 (C.). Quæ quoniam e lectionibus a Battæsio inde excerptis omnium optima ac veterum editionum fundamenta esse conjeceram, Car. Bened. Hasium, virum amplissimæ eruditionis laude præstantem et singulari humanitate præditum, per litteras adii atque rogavi, ut tres illos codices in meum usum conferendos curaret. Hoc intercedente Hasio tanta cura ac diligentia fecit Bertinus, ut præclaram et rei litterariæ et mihi operam navaverit. Est autem codex ille, quem littera A. designavi, omnium antiquissimus maximeque emendatus, sed reliqui etiam satis boni. Alii libri manuscripti inveniuntur in bibliotheca Veneta D. Marci (cf. Catalog. p. 130 et 277) atque in bibliotheca Laurentiana teste Bandinio Cat. vol. III plut. 86 cod. 32 p. 377. Adde Montefalconium in Bibliotheca bibliothecarum et eundem in Bibl. Coislin., ubi memoratur cod. 173 p. 229. Incertum est duo, an tres codices in bibliotheca Vaticana sint; qua de re infra dicetur.

Editio princeps teste Battæsio (*Batteux*) in *Mém. de l'Académie des inscr. et bell. lettr.* vol. XXIX p. 244 atque in Ocelli editione p. 11 prodiit Parisiis anno 1539. Paullo post in Sylloge interpretationum excusa Lutetiæ anno 1541 lucem vidit prima Ocelli translatio latina, cujus auctor fuit Guilielmus Christianus Aurelius, Francisci I Galliarum regis medicus. Interpres codicem Parisiensem C., unde principem editionem ductam existimo, ubique secutus est. Ex eodem fonte manavit editio Lovaniensis, cujus hæc est inscriptio : Ὄκελλος Λευκανὸς φιλόσοφος περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. Ocellus Lucanus philosophus de universi orbis natura Joanne Boscio Lonæo interprete atque commentatore. Lovanii apud Petrum a Colonia anno 1554. At in exemplo quod Rudolphus tractavit, nihil se præter contextûm Græcum invenisse testatur. Francisco Patricio qui in Discussionibus Peripateticis Basileæ anno 1581 maxima forma editis multa Ocelli dicta fortasse e codd. manu exaratis depromta exhibet, non multum est tribuendum, quia eosdem locos varie laudat, alios memoriæ lapsu contrahit. Sed antequam promulgatum esset ejus opus jam Veneta Nogarolæ editio a. 1559 typis descripta erat, e qua fluxerunt postea Commelini et Vizzanii editiones. Nogarola, comes Veronensis, non modo scriptoris verba recognovit, sed etiam interpretationem latinam, quæ multum discrepat a Christiani translatione, et observationes adjecit. Quibus autem subsidiis præter Lovaniensem editionem usus sit ignoramus, quum *Ocelli opusculum Romæ descriptum sibi Veronam esse missum* dicat, quod ego de apographo codicis Vaticani interpretor. Nogarolæ textum, interpretationem, adnotationes et epistolam de viris illustribus Italis qui græce scripserunt repetiit Heidelbergæ a. 1596 Hieronymus Commelinus, qui in præfatione ait ad castigandam scriptoris orationem præterea a Casaubono sibi missum esse librum græcum, quem quum hæc editio non multum novi exhibeat aut codicem Par. C. aut editionem Lovaniensem fuisse apparet. Vizzanius Ocellum Bo-

(5) Cf. fragmenta dorica apud Stobæum in commentario citata.

(6) Cf. cap. I § 4 et II § 9.

noniæ a. 1646 vulgavit, quæ editio iterum typis expressa est apud Batavos. Sic autem inscribitur : Ὤκελλος ὁ φιλόσοφος περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. Ocellus Lucanus philosophus de universi natura. Textum e Græco in Latinum transtulit collatisque multis exemplaribus etiam mss. emendavit, paraphrasi et commentario illustravit Carolus Emmanuel Vizzanius Bononiensis. Pars physica (i. e. cap. I—3) ad Eminentissimum et Reverendissimum Principem Franciscum Barberinum S. R. E. Card. Vicecancellarium. Amstelodami apud Joannem Blaeu 1661, 4. Pars politica (i. e. cap. 4) cui accesserunt V. C. Ludovici Nogarolæ in eundem notæ, ejusdem Ocelli de legibus fragmentum unaque locupletissimus index ad Eminentissimum etc. ut in priore parte. Præter Nogarolæ et Commelini editiones ad recensendum scriptorem, de quo bene meritus est, Vizzanius adhibuit duos codices Vaticanos, quorum alterum vocat antiquiorem, alterum a Lollino episcopo Urbano VIII Pontifici Maximo donatum esse narrat, nec non codicem Thomæ Bartholini Dani. Post Vizzanium neque a Galeo (7) neque a Dargensio (8) Ocellus critica arte tractatus est. Sed plus huic scriptori profuit Battæsius, cujus duplex exstat editio, altera in *Mémoires de littérature, tirés des registres de l'Académie royale des inscriptions et belles-lettres, depuis l'année MDCCLVIII, jusques et compris MDCCLX*. Tom. XXIX p. 240 seqq., altera seorsum prodiit sic inscripta : *Ocellus Lucanus, de la nature de l'univers, avec la traduction françoise et des remarques, par M. l'Abbé Batteux*. Paris, MDCCLXVIII. Primus ad corrigendum verborum contextum excussit Codicem Par. A. ex eoque et lacunam supplevit, quæ antea in omnibus editionibus fuerat, et alia protulit non contemnenda. Præterea inspexit Cod. C., sed semel tantum ejus mentionem fecit. In quo viro si major fuisset diligentia, nihil forsitan posteris in hoc genere reliquum fecisset. At ille inutile esse ratus omnem scripturæ varietatem adnotare, nonnunquam ea omisit, quæ maximi sunt momenti, neque raro spretis quæ regius codex A. suppeditabat deteriora aliunde arripuit. Gallica ejus interpretatio Dargensiana paullo est accuratior, adnotationes breves et ad rerum magis quam ad verborum intellectum accommodatæ. Sequitur Rotermundi editio quæ a. 1794 Lipsiæ publicata magnam partem cum Dargensiana concinit. Cæterum omnes illi de quibus dixi editores non dubitarant, quin verum veteris Ocelli opus tractarent. Interim Christ. Meinersius in Historia doctrinæ de vero deo Lemgoviæ 1780 divulgata atque in *Geschichte der Wiss. in Griech. und Rom.* tom. I p. 584 primus spurium esse libellum animadvertit, quamquam in iis quæ de scribendi genere et singulis vocabulis monet aliquoties erravit. Contra Meinersium libelli auctoritatem defendit Christ. Godofr. Bardilius in *Epochen der vorzüglichsten philosophischen Begriffe*, Halis 1788, qui simul hoc de universi natura opusculum et fragmentum de legibus germanice reddidit et observationibus illustravit in Füllebornii *Beytrægen zur Geschichte der Philosophie* part. X p. 1—77. Denique Aug. Fr. Guil. Rudolphus Ocellum recensitum et amplissimis commentariis instructum Lipsiæ edidit anno 1801. Acceperat a Tzschuckio varias lectiones, quas Siebenkeesius paullo ante Romæ e codice quodam Vaticano excerpserat. Quæ lectiones quum modo cum eo libro consentiant, quem Vizzanius antiquiorem vocat, modo cum Lollini exemplo, modo ab utroque discrepent, incertum est, duo an tres in bibliotheca Vaticana Ocelli codices reperiantur. Adde quod Rudolphus collatis præter editionem principem et Venetam Nogarolæ omnibus quæ prodierant editionibus multis locis orationem correxit scriptoris quem haud secus ac Bardilius veterrimum esse opinatus est et longa disputatione adversus Meinersium tueri studuit. Sed nos nihil omnibus ejus argumentis deterriti quid hac de re sentiremus, supra significavimus. Accidit etiam Rudolpho, ut fallaci Patricii testimonio inductus quindecim loca, e Pseudarchytæ libro qui inscribitur καθολικοὶ λόγοι δέκα atque ab Orellio Opusculis veterum Græcorum sententiosis et moralibus insertus est, depromta tanquam Ocelli fragmenta pag. 53—57 exhiberet. Etsi vero ipse jam de eorum veritate dubitavit, tamen propter suspectam Patricii fidem ne commemoranda quidem erant. Tribus utar exemplis. Primum est καὶ ὁ μὲν πρᾶτος λόγος ἡ οὐσία, πρᾶγμα αὐθύπαρκτον καὶ ὑφεστός, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν ἐν γενέσει ὑπόκειται καθὸ γέγονε. Secun-

(7) Thomas Galeus Ocellum edidit in opusculis mythologicis, ethicis et physicis. Cantabrigiæ 1671 et Amstelodami ap. Henr. Wetsten. 1688.

(8) *Ocellus Lucanus, en Grec et en François, avec des dissertations sur les principales questions de la métaphysique, de la physique et de la morale des anciens qui peuvent servir de suite à la philosophie du bon sens; par M. le Marquis d'Argens, Chambellan de S. M. le Roi de Prusse, de l'Académie royale des sciences et belles-lettres de Berlin, Directeur de la classe de philologie, Berlin* 1762, *chez Haude et Spener.*

dum : τᾶς μὲν οὖν οὐσίας ἴδιον τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· οὐ μᾶλλον ζῶον ἄνθρωπος τοῦ ἵππου· ὑπάρχει ταῖς οὐσίαις καὶ τὸ τῶν ἐναντίων ἀνεπίδεκτον εἶναι. Tertium : τὸ δὲ ποσὸν εἰς ἑπτὰ διαιρεῖται, εἰς γραμμάν, ἐπιφάνειαν, σῶμα, τόπον, χρόνον, ἀριθμὸν καὶ λόγον· καὶ τὸ μέν ἐντι αὐτῆς τῆς ποσότητος συνεχές, τὸ δὲ διωρισμένον· καὶ συνεχοῦς τὰ πέντε, τοῦ δὲ διωρισμένου τὰ δύο, ὁ ἀριθμὸς καὶ ὁ λόγος. E quibus primus locus legitur apud Rudolph. p. 53 et apud Orell. l. c. tom. II p. 273, alter ap. Rudolph. p. 54 et apud Orell. p. 275, tertius p. 54 ap. Rudolph. et pag. 276 apud Orellium. Post hos aliorum labores nihil mihi potius fuit, quam ut scripturæ varietate, quam Bertinus e codicibus tribus Parisiensibus enotaverat, adjutus ad verborum contextum denuo recensendum me conferrem. In quo negotio ita versatus sum, ut non solum codd. mss., sed etiam veterum scriptorum, Stobæi potissimum et Jamblichi rationem haberem, pauca etiam quæ corrupta essent emendarem. Quumque hic scriptor non longos commentarios, sed brevem difficilium locorum explicationem requirere videretur, quæcunque morari lectores possent adnotationibus explanavi. Qua in re eo breviori mihi esse licuit, quod antiquiores Christiani, Nogarolæ, Vizzanii interpretationes vix cuiquam hodie satisfacere posse arbitratus, ipse totum opusculum latinum feci.

ΟΚΕΛΛΟΥ ΤΟΥ ΛΕΥΚΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ

ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΦΥΣΕΩΣ ΒΙΒΛΙΟΝ.

OCELLI LUCANI

DE UNIVERSI NATURA

LIBELLUS.

ΚΕΦ. Α.

§ 1. Τάδε συνέγραψεν Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθών, τὰ δὲ καὶ δόξῃ μετὰ λόγου, τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. § 2. Δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον· ἀεί τε γὰρ ἦν καὶ ἔσται· εἰ γὰρ ἔγχρονον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν· οὕτως οὖν ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀγένητον τὸ πᾶν. Οὔτε γάρ, εἴ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζοι, [εὕροιτο ἂν ἐξ ὅτου γενηθείη, οὔτε εἰ φθαρτόν,] εὕροιτο ἂν εἰς ὃ φθαρείη καὶ διαλυθείη· ἐξ ὅτου τε καὶ γέγονεν, ἐκεῖνο

CAP. I.

§ 1. Hæc de universi natura Ocellus conscripsit, partim certis indiciis ab ipsa natura edoctus partim etiam opinione cum ratione conjuncta, id quod probabile est intellectu conjiciens. § 2. Nam universitas interitus et ortus expers mihi videtur, quia semper fuit semperque erit; si enim tempori obnoxia esset, haud sane amplius foret: ideo neque ortus in eam cadit neque interitus. Neque enim si quis eam natam existimet, reperiat unde generata sit, nec si dissolubilem putet, inveniat, in quod dissolvatur ac desinat; siquidem prima omnis rerum naturæ

Ὄκελλος] Ita vocatur hic scriptor a Sext. Empir. adv. Math. lib. IX cap. ult., et a Luciano de lapsu inter salutandum cap. 5; Ὄκελος a Stobæo Ecl. phys. I c. 24 et Jamblicho de vit. Pyth. c. 36; Ὤκελλος a Philone libro de mundo non interituro p. 728 ed. Colon., in cod. Par. nr. 1928 (A.) atque a plerisque hujus libri editoribus Commelino, Vizzanio, Galeo, Battæsio, Dargensio (D'Argens), Οἴκελλος in variis lectionibus apud Lucianum atque in iis quas ad hunc libellum notarunt Commelinus et Vizzanius. Οὔκελος olim legebatur apud Diogenem Laertium et Ἤκελος apud Sextum Empiricum. Cf. Canter. varr. lectt. I, 17. Ἔκκελος nominatur a Syriano ad Arist. Met. XIII, Ὄκκελος in codice regio Diogenis Laertii citato a Menag. hist. mulier. phil. 101 et Proclo in Platonis Timæum p. 150 ed. Bas.; Occejus a Censorino de die natali cap. 4 p. 9 ed. Jahn. qui Canterum secutus Ocelli nomen restituit. Ὤκελος denique appellatur in codice Vaticano hujus libri atque in duabus membranis Parisiensibus nr. 2018 (B.) et nr. 2518 (C.), quarum prior inscriptionem habet ὠκέλου λευκανοῦ, altera ὠκέλου φιλοσόφου. In hac scripturæ varietate non tam quid codices præbeant quam quid scribi oporteat quærendum est. Mihi autem idem fere quod Menagio l. c. statuendum videtur, ut rarissimum hoc nomen ab ὄκος vel ὄκκος i. e. ὀφθαλμός, cujus vocabuli soli grammatici mentionem faciunt et cujus deminutivum habetur ὄκκαλος (vulgo ὄκταλος) ap. Arcad. 54, fluxisse putem. Neque mirum videbitur cuiquam tale nomen ubi similia, quæ apud Græcos usitata sunt, secum recoluerit. Cf. Pap. lex. p. 2. c. At si ab iis nominibus quæ in υλος, υλλος, ιλος et ιλλος desinunt, ut Ξένυλλος, Πομπύλος, Τρωίλος, Τέρψιλλος discesseris, non multa reperias nomina hominum propria, quorum positio λος sit. De iis loquor, quæ hujus syllabæ adjectione ab aliis vocibus iisque optimorum scriptorum usu confirmatis manant. Itaque Κέφαλος quod aliam sequitur analogiam et Τράχαλος, ex appellativo proprium nomen factum, quod e Tacit. Hist. I, 90 addendum lexico Papiano, hoc loco non sunt commemoranda. Jam vero rectene se habeat apud Arcadium ὄκκαλος pro eo quod in membranis exstat ὄκταλος, an forte ὄκκελος exarandum sit, prorsus incertum est. Id tamen patet neque ὤκελος neque ὤκκελλος neque Οἴκελλος [Ἤκελος] aut Οὔκελος ferri posse, sed e reliquis formam aliquam esse eligendam. Quamobrem eam sumsi quæ latino nomini maxime conveniret ideoque cum Lovaniensi editore et Rudolpho hunc scriptorem Ὄκελλον nominavi.

περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως] Ita inscribitur liber a Philone Judæo περὶ ἀφθαρσίας κόσμου p. 728. Stobæus Ecl. Phys. I, 24 habet τὰ περὶ τοῦ παντὸς φύσεως, Pseudarchytas ap. Diog. Laert. VIII, 80 περὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος. Proclus l. l. Ocellum laudat ἐν τῷ περὶ φύσεως. Cum Philone Judæo, antiquissimo teste, consentiunt duo codices Parisienses A et B. Quapropter hanc inscriptionem probavi.

κεφ. α'] In codd. Parisiensibus nullum invenitur capitum vestigium. Utrum igitur e codice aliquo hæc libelli descriptio petita, an a primis editoribus profecta sit ignoro.

§. 2. ἀνώλεθρον] Sic recte codd. Parisienses; ἀνόλεθρον, quod in hoc scriptore non est aptum, Vizzanius posuit.

ἀγένητον] Ita cod. Par. A. hoc loco et paulo post in verbis οὕτως οὖν ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀγένητον τὸ πᾶν. Idem præbet Siebenkeesio teste codex Vaticanus. Contra codd. Parr. B. et C. ἀγέννητον exhibent. Editores modo hanc modo illam formam prætulerunt, quasi promiscue talia usurparentur. Rudolphus ubique in hoc libello ἀγέννητον scribi voluit. At cum Vizzanio, Galeo, Dargensio et Lovaniensi editore ἀγένητον hic exarari convenit. Opponitur autem τὸ μὲν γενητὸν τῷ ἀϊδίῳ, τὸ δὲ γεννητὸν τῷ ποιητῷ. Quo fit ut τὸ ἀγένητον sit quod hic requiritur τὸ ἀΐδιον, τὸ ἀγέννητον autem idem prope valeat quod τὸ μὴ (vel interdum μήπω) γεγεννημένον.

οὐκ ἂν ἔτι ἦν] Pro hac codicum scriptura, quam res ipsa confirmat, male conjecit Battæsius οὐκ ἂν τι ἦν. Neque vero ᾖ desideratur. Cf. Fisch. Exc. ad Plat. Phæd. c. 1 n. 9 p. 232. Nogarola sine dubio legit οὐκ ἂν ἀεὶ ἦν; vertit enim : *si enim tempori subditum foret, haud sane esse perpetuo posset.* At nihil mutandum. Nam hic locus expressus videtur e Melisseo (fragm. 11) εἰ γάρ τι τούτων πάσχοι, οὐκ ἂν ἔτι ἓν εἴη, quamquam interesse aliquid inter utramque sententiam fateor. Arbitratur autem scriptor quemadmodum tempus prætereat, ita quidquid ei obnoxium sit, manere et perpetuum esse non posse.

ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀγένητον τὸ πᾶν] codd. Parisienses (cf. supra) et Vat. Negligenter Battæsius ἀγέννητόν τε τὸ πᾶν

πρῶτον τοῦ παντός ἐστιν· εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται, ἐκεῖνο ἔσχατον τοῦ παντὸς ἔσται. Τὸ δέ γε πᾶν γινόμενον σὺν πᾶσι γίνεται καὶ τὸ φθειρόμενον σὺν πᾶσι φθείρεται· καὶ τοῦτό γε δὴ ἀδύνατον· ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ πᾶν. Οὐ μὲν οὖν ἄλλως ἔχει ἢ οὕτως. § 3. Πᾶν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς καὶ διαλύσεως ὀφεῖλον κοινωνῆσαι δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μέν, τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον· καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ' οὗπερ ἂν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις, τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, ἀκμή· δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον· τὸ δὲ συμπέρασμα τῆς μεταβολῆς ταύτης ὀνομάζεται φθορὰ καὶ διάλυσις. § 4. Εἰ μὲν οὖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν γενητόν ἐστι καὶ φθαρτόν, γενόμενον ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον μετέβαλε, καὶ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον· ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον μεταβαλεῖ καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. Γενόμενος ἄρα ὁ κόσμος αὔξησιν ἔλαβε καὶ ἀκμήν, καὶ πάλιν λήψεται φθίσιν καὶ τελευτήν· ἅπασα γὰρ φύσις, ἡ ἔχουσα διέξοδον, ὅρους ἔχει τρεῖς καὶ δύο διαστήματα· ὅροι μὲν οὖν εἰσι [τρεῖς] γένεσις, ἀκμή, τελευτή· διαστήματα δὲ τό τε ἀπὸ τῆς γενέσεως, μέχρι τῆς ἀκμῆς καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκμῆς μέχρι τῆς τελευτῆς. § 5. (vulgo 6.) Τὰ σημεῖα δὲ καὶ τεκμήρια τούτου ἐναργῆ, τάξεις, συμμετρίαι, σχηματισμοί, θέσεις, διαστάσεις,

illa erit pars unde originem traxit, ultima, ad quam rursus deleta redigetur. At vero universitas si generetur cum omnibus certe partibus simul proseminatur, si disjiciatur, pariter cum omnibus disturbetur necesse est. Verum hoc saltem fieri nequit. Caret igitur rerum naturæ corpus et initio et fine, neque alia quam hæc ejus ratio et conditio est. § 3. Quidquid autem generationis principium habuit ac dissolutionis particeps futurum est, in hoc duæ mutationes eveniant oportet, quarum prior a minori ad majus atque a deteriore ad melius progreditur : cæterum hæc res a qua mutationis initium fit, generatio, illa ad quam pervenit, maturitas et flos appellatur : posterior a majori in minus et a meliori in deterius transit; hujus autem mutationis exitus nominatur interitus et dissolutio. § 4. Quodsi tota mundi compages et rerum universitas ortum habet atque interitura est, ortu ejus accidit, ut e minore major, e deteriore melior fieret. Quapropter etiam e majore minor fiet atque e meliore deterior. Mundus igitur, si genitus sit, ut incrementa cepit summumque robur consecutus est : ita rursus decrescet et exstinguetur. Omnis enim natura, vicissitudini obnoxia tres habet terminos duoque intervalla. Tres illi termini sunt generatio, flos, exstinctio; intervalla vero quod inter generationem et florem quodque inter florem et exstinctionem intercedit. § 5. Manifesta hujus rei signa et indicia sunt ordines, proportiones, figuræ, situs, intervalla, faculta-

---

καὶ ἀνώλεθρον. Vulgo legitur ἀγέννητον τὸ πᾶν καὶ ἀνώλεθρον omisso τε.

δοξάζοι] cod. Vat.; vulgo δοξάζει.

εὕροιτο ἂν ἐξ ὅτου γενηθείη, οὔτε εἰ φθαρτόν,] hæc verba, quæ ad sententiæ integritatem requiruntur, uncis inclusa addidit Rudolphus.

ἐξ ὅτου τε καὶ γέγονεν] cod. Vat. et omnes Parisienses. In Par. B. distinctionis virgula librarii errore non post γέγονεν, sed post ἐκεῖνο ponitur. Horum codicum scripturam exhibet editio Lovaniensis. Vulgo ἐξ οὗ γὰρ γέγονεν, quod habent Vizzanius, Galeus, Dargensius.

τὸ δέ γε πᾶν] cod. Vat.; reliqui male τό γε δὲ πᾶν.

σὺν πᾶσι φθείρεται] codd. tres Parr.; φθερεῖται Vizzanius.

τοῦτό γε δὴ] e Rudolphi conjectura; codd. tres Parr. τοῦτό γε δὲ, Vat. om. δέ.

οὐ μὲν οὖν ἄλλως] codd. Parr. A. et B.; in C. scriptum est οὔμενον (sed secunda manu superpositum οὖν) ἄλλως.

ἔχει] Nogar. male ἔχῃ.

§ 3. πᾶν τε] cod. Vat. πᾶν δέ.

ὀφεῖλον κοινωνῆσαι] hæc verba desiderantur in cod. Vat.

χείρονος] Par. A. χείρωνος.

ἀφ' οὗπερ ἂν] Sic codd. Vat. et Parr. A. et C. præterea Commelinus et Battæsius. Sed Vizz. ἀφ' οὗ ἂν omisso περ. In Par. B. omittitur ἄν.

βελτίονος] Par. A. βελτίωνος.

ἐπὶ τὸ χεῖρον] In margine Par. A. inutile est additamentum φοράν, ut legit Battæsius, vel φορούς, ut Bertino visum.

§ 4. εἰ μὲν οὖν — ἐστιν] In his verbis expulso solœcismo a librariis invecto orationem ad legitimam formam revocavi; legebatur enim ἐὰν οὖν — ἐστιν, quæ omnium codicum scriptura est. Nam etsi nonnunquam ἐὰν indicativo junctum vel in meliorum scriptorum libros librariorum negligentia irrepsit, velut apud Æschin. κατὰ Τιμάρχου pag. 261 ed. Bekker. ἐὰν δὲ πλέονος ἄξιός ἐστι ζημίας (ita pleræque membranæ) quod Bekkerus unius codicis auctoritatem secutus in ἐὰν δὲ — ᾖ mutavit, tamen hæc structura non invaluit ante Malalam, pessimum noni sæculi scriptorem. Cf. infra cap. II § 9.

γεννητόν] Ita cod. Par. A.; vulgo γεννητόν. Cod. Vat. habet θνητόν.

μεῖζον μετέβαλε] μεταβάλλει cod. Par. A ; B. habet μεταβάλλῃ, C. μεταβάλλειν. In cod. Vat. Vizzanio teste reperitur μεταβάλλῃ; Siebenkeesius legit μεταβάλλει. Contra in Lovaniensi editione, apud Vizzanium et Dargensium est μετέβαλλε, cujus loco Commelinus, Galeus, Battæsius et Rudolphus μετέβαλε ediderunt, non male, propter verba αὔξησιν ἔλαβε. Sed codicum hæc lectio sit an conjectura, ignoro.

ἀπὸ τοῦ μείζονος] τοῦ inclusum apud Commelinum non desideratur in tribus codd. Parisiensibus.

μεῖον μεταβαλεῖ] Ita cod. Par. C.; reliqui duo μεταβάλλει.

οὖν εἰσι τρεῖς] τρεῖς, quod ex antecedentibus male repetitum videtur, uncis inclusit Rudolphus.

§ 5. Hanc et sequentem paragraphum ipsius loci natura ductus cum Rudolpho transposui.

σημεῖα δὲ καὶ τεκμήρια] καὶ deest in cod. Vat. Rudolphus hic ut § 14 legi volebat σημεῖά τε καὶ τεκμ. Battæsius σημεῖα δὲ καὶ τὰ τεκμ.; sed τὰ non legitur in codd. Parr,

τεκμήρια τούτου] Ita Parr. A. et B., item codd. Vatt. At Nogarola, Commelinus et Battæsius legunt αὐτοῦ. Cæterum τούτου quum ad totam quæ prægressa est disputationem pertineat, verti debet *hujus rei*. Illud αὐτοῦ vulgari paragraphorum ordine decepti ad πᾶν rettulerunt editores.

τάξεις, συμμετρίαι] In Lovaniensi editione omittitur articulus ante omnia quæ sequuntur substantiva τάξεις, συμμετρίαι κ. τ. λ. sed duobus primis nominibus articulum

δυνάμεις, ταχυτῆτες πρὸς ἄλληλα καὶ βραδυτῆτες, ἀριθμοί, ἔτι δὲ καὶ χρόνων περίοδοι· πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μεταβολὴν καὶ μείωσιν ἐπιδέχεται κατὰ τὴν τῆς γενετῆς φύσεως διέξοδον· τῇ μὲν γὰρ ἀκμῇ διὰ τὴν δύναμιν τὰ μείζονα καὶ τὰ βελτίονα παρέπεται, τῇ δὲ φθίσει διὰ τὴν ἀσθένειαν τὰ μείονα καὶ τὰ χείρονα. § 6. (vulgo 5.) Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὑτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον· οὔτε γὰρ γενόμενον αὐτὸ εἴδομεν, οὔτε μὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ μεῖζον μεταβάλλον, οὔτε χεῖρόν ποτε ἢ μεῖον γενόμενον, ἀλλ' ἀεὶ κατὰ ταὐτὸ καὶ ὡσαύτως διατελεῖ, καὶ ἴσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτοῦ. § 7. Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον· δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχε ταύτης, ἐκ τῶν ἁπάντων διακοσμηθείς· σύστημα γάρ ἐστι τῶν ὅλων φύσεων αὐτοτελὲς καὶ τέλειον· ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν· εἰ γάρ τί ἐστιν, ἐν τῷ παντί ἐστι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν πάντα ἔχει, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγεννήματα. § 8. Τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογήν, ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὑτόν· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα

tes, motuum vel celeritas vel tarditas eorumque inter se comparatio, numeri præterea ac temporum ambitus; ejusmodi enim omnia pro generatæ naturæ vicissitudine mutantur et decrescunt: nam cum maturitate ac flore propter robur majora et meliora conjuncta sunt, cum senescentis corporis statu propter virium imbecillitatem minora ac deteriora. § 6. Verumenimvero hoc universum et rerum naturæ corpus nullum ex se nobis hujusmodi indicium præbet. Neque enim oriri illud vidimus, neque in melius et majus mutari, neque deterius unquam aut minus evadere, sed eodem semper statu eademque ratione permanet sibique par et sui simile est. § 7. At totius rerum compagis et universitatis nomine totum hunc mundum appello: nam ab eo quod ex omnibus compositus ordinatusque est hoc ipsum nomen invenit. Quippe perfectus quidam et absolutus naturarum omnium cœtus est; nimirum nihil extra rerum universitatem exstat. Si quid enim est, in universo reperitur et cum hoc universum omnia habet vel ut partes vel ut res adventitias. § 8. Atque ea quidem, quæ mundus complectitur, cum mundo, mundus vero cum nulla alia re quam cum se ipso conjunctus est.

---

addidit Battæsius e tribus codd. Parr. Iisdem vocibus articulum adjecerunt Vizzanius et Rudolphus, reliqui editores habent quidem, sed inclusum. Mihi omittendus videtur.

ταχυτῆτες—βραδυτῆτες] Sic cod. Par. B.; sed C. habet ταχύτητες et βραδύτητες, quod omnes editores receperunt. At veteres constat dixisse ταχυτής et βραδυτής, recentiores ταχύτης et βραδύτης. Prius igitur probandum.

ἀριθμοί, ἔτι δὲ] codd. tres. Parr. ἀριθμοὶ οὖν, Vaticanus alter item ἀριθμοὶ οὖν, alter ἀριθμοὶ αὖ. Vulgo legitur ἀριθμοὶ γοῦν; sed sensus postulat id quod Nogarola expressit *præterea*. Itaque ἔτι δὲ contextui inserui.

γενητῆς φύσεως διέξοδον] cod. Par. A.; reliqui libri γεννητῆς. Verbum διέξοδος ab hoc scriptore de universo vitæ curriculo omnique ejus vicissitudine ab ortu usque ad obitum dicitur; cui notioni exprimendæ non satis aptum vocabulum in latino sermone reperias. Quamvis enim διέξοδον interdum *vitæ decursum* recte appelles, qua voce nominis origo explicatur, tamen plerumque aliter dicendum est. Quamobrem pro loci natura diverse hoc vocabulum converti aut *vicissitudinis* nomen usurpari convenit.

καὶ τὰ χείρονα] τὰ omissum est in codd. Parr. A. et C. atque in Commelini et Battæsii editionibus, legitur autem in cod. B. Cod. A. habet χερείονα.

§. 6. τὸ δέ γε ὅλον] Hanc paragraphum affert Patricius Disc. Perip. T. II lib. VI p. 279, legit autem τὸ δ' ὅλον.

ἐξ αὑτοῦ] pro ἐξ αὐτοῦ recte posuit Rudolphus.

οὔτε μὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον — μεῖον γενόμενον] Vizzanius cum codd. Vatt. οὔτε μὴν ἐπὶ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον μεταβάλλον, οὔτε μεῖζον ποτὲ ἢ μεῖον γενόμενον. Editio Lovaniensis: οὔτε μὲν ἐ. τὸ βέλτιον κ. τ. μεῖζον μετ. οὔτε μεῖζον ποτὲ ἢ μ. γ., ut μεῖζον bis legatur, χεῖρον omittatur. Expressit hoc Christianus: *neque in melius quidem et majus mutari, neque majus unquam aut minus fieri*. In Par. A. est οὔτε μὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ μεῖον μεταβάλλον οὔτε μεῖζον ποτὲ ἢ μεῖον γιγνόμενον. In B. legitur χεῖρον pro μεῖζον et μεῖζον pro χεῖρον, præterea γινόμενον; in Par. C. μεῖζόν ποτε pro χεῖρόν ποτε. Ego cum Rudolpho secutus sum lectionem Nogarolæ, Commelini, Galei, Battæsii, aliorum, nisi quod pro οὔτε μὲν e codd. scripsimus οὔτε μήν.

κατὰ ταὐτὸ] codd. tres Parr.; τὸ αὐτὸ Dargensius.

ἴσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτοῦ] Junctura ἴσον (vulgo ἶσον) καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτοῦ, quæ exstat in codd., fortasse ab antiqua græcitate prorsus abhorrere videbatur Rudolpho, qui ἑαυτῷ scribendum conjecit. Nam recentiores Græci quo tempore infrequentior esse cœpit dativus, modo patrium, modo accusandi casum in ejus locum substituerunt. Vid. Corais Ἄτακτ. I p. 108 et nos ad Demetr. Zen. p. 42. Sed in hac locutione genitivus, licet rarus sit, nihil tamen habet offensionis. Similiter Xenoph. Anab. IV, 1, 17: ὥστε ἡ πορεία ὁμοία φυγῆς ἐγίγνετο.

§ 7. τὸ δέ γε ὅλον] Vizz. om. γε.

δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο] Sic codd. Vatt. et Par. B.; sed A. habet δι' αὐτὸ γοῦν τοῦτο. In reliquis libris est διὰ γὰρ τοῦτο. In Par. B. præterea male legitur ἔτυχε ταύτης αὐτῶν ἁπάντων.

διακοσμηθεὶς] cod. Vat, teste Siebenkeesio. Vulgo δὴ κοσμηθείς.

ἐστι τῶν ὅλων φύσεων] Ita editio Lovaniensis, Commelinus, Battæsius, Patricius Disc. Perip. T. II lib. II p. 204, Nogarola. Contra cod. Vat. τῆς τῶν ὅλων φύσεως. Idem præbent codd. Parr. B. et C. In A. legitur ἐστι τῶν ὅλων φύσεως.

εἰ γάρ τί ἐστιν, ἐν τ. — ἐπιγεννήματα] Ita locum Rudolphus conjectura restituit. Vulgo sic scribitur: εἰ γάρ τί ἐστιν, ἐν τῷ παντί ἐστι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πάντα ἔχειν, τὰ μὲν ὡς μέρη κ. τ. λ. Patricius l. c. habet: εἰ γὰρ ἐστὶν, ἐν τῷ παντὶ ἐστὶν, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν· καὶ σὺν τούτῳ πάντα ἔχει τὰ μὲν κ. τ. λ.

§ 8. τὴν συναρμογήν] τὴν omiss. in Par. B.

πρὸς οὐδὲν ἕτερον] Ita Par. B.; sed male Parr. A. et C. πρὸς οὐδένα ἕτ. quæ lectio et in Lovaniensi exemplari exstat.

πρὸς αὑτόν] codd. Parr. A. et B.; codd. Vatt. πρὸς αὐτόν. Vulgo πρὸς ἑαυτόν.

ἀλλ' ἐπιδεῖ τῆς] Cod. Par. C. (et edit. Lovan.) ἀλλ' ἐπιδεῖ καὶ τῆς, sed A. et B. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τῆς. Cod. Vat. Siebenkeesio teste ἐπειδὴ ἐπιδεῖται. Commelinus, Vizzanius, Galeus, alii ἔτι δεῖται τῆς. Battæsius ἀλλ' ἐπιδεῖ τῆς omisso

τὴν φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, ἀλλ' ἐπιδεῖ τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς· ζῶα μὲν πρὸς ἀναπνοήν, ὄψις δὲ πρὸς τὸ φῶς, αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν· τὰ δὲ φυτὰ πρὸς τὸ φύεσθαι· ἥλιος δὲ καὶ σελήνη καὶ οἱ πλάνητες καὶ οἱ ἀπλανεῖς κατὰ τὸ μέρος μὲν τῆς κοινῆς διακοσμήσεως αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὐτόν. § 9. Ἔτι δὲ καὶ οὕτως εὔγνωστον ἔσται τὸ λεγόμενον ὅτι ἀληθές ἐστι· τό τε γὰρ πῦρ, ἑτέρῳ θερμαντικὸν ὄν, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ θερμόν ἐστι, καὶ τὸ μέλι γλυκαντικὸν γενόμενον αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ γλυκύ ἐστι, καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων, τῶν ἀφανῶν σημαντικαὶ οὖσαι, αὐταὶ ἐξ ἑαυτῶν ἐμφανεῖς τε καὶ γνωσταί εἰσιν· οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς αὐτοτελείας αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτοτελές ἐστι, καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον καὶ διαμένον ἐστί, καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς συναρμογῆς αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐστίν. Ὁ δέ γε κόσμος αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι· αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ ἀίδιός ἐστι καὶ αὐτοτελής, καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἄλλοις παραίτιος γινόμενος τῆς διαμονῆς. § 10. Ὅλως δὲ εἰ καὶ διαλύεται τὸ πᾶν, ἤτοι εἰς τὸ ὂν ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν διαλυθήσεται· καὶ εἰς μὲν τὸ ὄν, ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἔσται τοῦ παντὸς φθορά, ἐὰν εἰς τὸ ὂν διαλύηται· τὸ γὰρ ὂν ἤτοι τὸ πᾶν ἢ μέρος τί ἐστι τοῦ παντός· καὶ μὴν οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀμήχανον γὰρ

Nam reliqua omnia ita sunt composita, ut natura non perfecta prædita sint, sed egeant quadam cum rebus externis iisque proximis conjunctione, animalia quidem cum spiritu quem de cœlo ducunt, oculi cum lumine, cæteri sensus cum re et ea quidem propria quæ unicuique eorum subjicitur, plantæ cum incrementi causis: sol denique, luna et stellæ tam vagæ quam inerrantes ut partes communis rerum compagis ipso mundo egent, sed mundus cum nulla alia re, quam cum se ipso conjunctus copulatusque est. § 9. Præterea ex his facile intelligi poterit id esse verum quod dicimus; nam et ignis quum aliis rebus impertire calorem queat, ipse per se calidus est, et mel quum ad suam dulcedinem aliis conciliandam valeat, suapte natura dulce est, et demonstrationum causæ, quibus res occultæ declarantur, ipsæ per se perspicuæ atque omnium captui accommodatæ sunt: similiter id quod aliis perfectionem addit sua vi perfectum sit necesse est, et quod in causa est, ut alia serventur et permaneant, ipsum sua sponte salvum ac permanens est, et quod aliis rebus aptam conjunctionem præbet, sua natura apte junctum sit oportet. Mundus autem in causa est, ut alia non modo sint, verum etiam serventur perfectionemque habeant: ipse igitur sua vi sempiternus perfectusque est æternoque permanens tempore, atque ob eam rationem aliorum perpetuitatis auctor esse censendus est. § 10. Omnino autem si intereat universum, aut in id quod est, aut in id quod non est oportet dissolvatur. At fieri nequit, ut in id quod est dissolvatur, neque enim universitatis erit interitus, ubi in id quod est facta fuerit dissolutio, siquidem id quod est aut universum aut universi pars est. Neque vero ad nihilum recidet, quum fieri non

---

καὶ legit, quod in contextum recipiendum existimavi.

πλάνητες] codd. Parr. Galeus, Dargensius, Battæsius. At Vizzanius et Commelinus πλανῆται.

οἱ ἀπλανεῖς] codd. tres Parr.; οἱ est inclusum apud Commel. Gal. Dargens.

κατὰ τὸ μέρος] Ita codd. Parr. A. et C.; τὸ omittitur in cod. B. atque in cod. Vat. teste Siebenkeesio.

τῆς κοινῆς διακοσμήσεως] cod. Par. A. et C.; in posteriore sequitur αὐτοῦ δὲ πρὸς omisso αὐτός. In cod. B.
β α γ
exstat τῆς διακοσμήσεως κοινῆς αὐτοῦ: sunt autem litteræ α, β, γ quibus ordo verborum indicatur, rubrica scriptæ. Lectionem Par. A. præterea exhibent codd. Vatt. atque edd. Lovan. Vizzan. Batt. Rud.; κοινῆς deest in Veneta Nogarolæ; quapropter inclusa est hæc vox apud Commel. Gal. Dargens.

αὐτὸς δὲ πρὸς] cod. Par. C.; omittuntur hæc verba in Par. A. In cod. B. margini secunda manu inscripta sunt verba αὐτὸς μὲν.

ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὐτόν] cod. Vat. teste Siebenkeesio; codd. tres Parisienses habent ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὐτόν. Eadem lectio comparet in edd. Lovan. et Vizzan. Male Nogarola ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ. Inepte Battæsius: αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλὰ αὐτὸς δὲ πρὸς αὐτοῦ hac adnotatione adjecta: « le manuscrit du Roi nr. 1928 omet αὐτὸς δὲ, et l'ajoute après ἀλλά. » Sed oscitanter codicem inspexit. Rudolphus exemplar Vat. secutus est.

§ 9. αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ θερμόν et paulo post αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ γλυκύ] Ita omnes codd. Par. et Vatt. atque edd. Lovan. Vizzan. Batt. Sed αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ Nog. Commel. Gal. Priore loco apud Dargensium et Rotermundum αὐτὸ ἐξ desideratur.

ἐμφανεῖς] codd. Vatt. et tres Parisienses. Idem legitur in edd. Comm. Lovan. Vizz. atque aliis. Contra Nogarola et Patric. Disc. Perip. T. II. L. I, p. 193 vulgarunt ἐκφανεῖς, quod eundem prope sensum habet.

γνωσταί] correxi pro eo quod in codd. est γνωστικαί.

οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον] cod. Par. C.; at in cod. A. legitur οὕτως οὖν καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιόν τι γιγνόμενον omisso τὸ et inserto τι et in cod. B. οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις γινόμενον omisso αἴτιον. Battæsius perperam codicis A. scripturam approbavit.

αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας] cod. Par. C.; at in cod. A. exstat γιγνόμενον αἴτιον τ. σ. In cod. B. desideratur αἴτιον ut in codd. Vatt. teste Vizzanio.

αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐστίν] Ita codd. Parr. A. et B.; in cod. C. verba ἐξ ἑαυτοῦ margini secunda manu inscripta sunt.

αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι] codd. Parr. A. et B. Non aliter Vatt. teste Vizzanio. At in cod. Par. C. librarii errore hæc leguntur: ὁ δέ γε κόσμος αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς συναρμογῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐστίν. ὁ δέ γε κόσμος κ. τ. λ. Jam sequuntur ea quæ in reliquis membranis comparent, priora autem, tanquam deleta, atra linea notata sunt. Vulgo legitur αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι.

αὐτοτελῆ] codd. Parr. A. et B.; in cod. C. est αὐτοτελεῖ, sed secunda manus in margine αὐτοτελῆ correxit.

γινόμενος τῆς διαμονῆς] cod. Par. C.; reliqui duo γιγνόμενος. Post διαμονῆς in tribus illis codicibus pariterque in Vatt. Vizzanio teste adduntur verba τῶν ὅλων, quæ fortasse e primis sequentis paragraphi verbis ὅλως δὲ orta cum Rudolpho delenda putavi. Additamentum hoc uncis

τὸ ὂν ἀπολέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. Ἄφθαρτον ἄρα καὶ ἀνώλεθρον τὸ πᾶν. § 11. Εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τις αὐτὸ φθείρεσθαι, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω τοῦ παντὸς φθαρήσεται δυναστευόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός· οὔτε δ' ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν· ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν· τὰ γὰρ ἄλλα πάντα ἐν τῷ παντί, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὁ κόσμος· οὔτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ· δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονά τε καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός· τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές· ἄγεται γὰρ τὰ ἄλλα πάντα ὑπὸ τοῦ παντός, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ σώζεται καὶ συνήρμοσται καὶ βίον ἔχει καὶ ψυχήν· εἰ δὲ οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν, οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔνδοθεν φθαρήσεται τὸ πᾶν, ἄφθαρτος ἄρα καὶ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος· τοῦτον γὰρ ἔφαμεν εἶναι τὸ πᾶν. § 12. Ἔτι δὲ καὶ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη καὶ προσάγουσα ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν καὶ διέξοδον ἐπιδεχόμενον τῆς ἰδίας συστάσεως. Τὰ μὲν

possit ut id quod est eorum vi quæ non sunt pereat aut ad nihilum redigatur. Itaque inviolatum et interitus expers hoc rerum naturæ corpus est. § 11. Quodsi quis illud interiturum esse existimet, causa aut extra omnem rerum naturam posita aut interna victum peribit : sed non externa causa, quum extra rerum universitatem nihil sit, quoniam reliqua omnia universo continentur ac tota rerum compages atque illud naturæ corpus idem est quod mundus : neque rebus internis, quippe quas universo majores et validiores esse oporteret : at hoc non est verum : cætera enim omnia universi vi moventur ejusque legibus convenienter et servantur et conjuncta sunt vitamque et animam habent : quamobrem si neque externa vi neque interna causa peribit rerum universitas, inviolatus et interitus expers mundus est, quem rerum universitatem esse perhibuimus. § 12. Jam vero universa rerum natura si per omnes partes spectetur, licet proportione quadam deficere (ac deterior et caduca fieri) videatur, tamen continuationem et perennitatem a primis præstantissimisque corporibus sumtam omnibus mortalibus affert, quibus concretionis suæ vicissitudines accidunt. Prima enim illa

---

incluserunt Commelinus, Galeus et recentiores editores.

§ 10. εἰ καὶ διαλύεται] codd. Parr. B. et C.

ἐὰν εἰς τὸ ὂν διαλύηται] Cod. Vat. teste Vizzanio, qui tamen ipse διαλύεται vulgavit. E Parisiensibus A. habet διαλύεται, reliqui διαλύηται.

ἢ μέρος τί ἐστι] codd. Parr. A. et B., item Vat. Siebenkeesio teste. Sed Par. C. ἢ τὸ μέρος τί ἐστι, quæ scriptura in omnes editiones transiit.

ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀπολέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων] cod. Par. B.; in cod. A. omissum est μή, quod etiam in contextu cod. C. deest, sed in margine minutis litteris secunda manu notatum reperitur. Cum cod. B. consentit editio Lovaniensis, cod. A. Battæsius secutus est. Vizzanius mendose e cod. Vatic. ἀπολέσθαι ἐκ τῶν ὄντων. Nogarola propter Philonis verba libro de mundo non interituro pag. 728 A. Colon. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ γὰρ τοῦ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπαυστον, quibus verbis argumenta hic allata repeti opinabatur, ἀπολέσθαι in ἀποτελεῖσθαι mutandum esse conjectavit. Quam conjecturam plerique editores probarunt. At neque Philo presse sequitur scriptoris nostri vestigia, neque quidquam in verbis ἀπολέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων depravatum est. Cave tamen cum Rudolpho legas ἀπολέσθαι ἐκ τῶν ὄντων, quod ille male vertit : *evanescere, abire e rebus quæ sunt*. Namque aperte hoc ait scriptor : *fieri non potest ut entis interitus eorum ope quæ non sunt efficiatur* vel *ut ens ad nihilum redigatur*. Est igitur ἀπολέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων accipiendum ut apud Sophoclem Œd. R. 1125 ἀνδρὸς ἐκ τίνος διώλετο; et apud Homerum Iliad. XVIII, 107 ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο καὶ χόλος κ. τ. λ. Huc accedit quod in sequentibus ἀνώλεθρον respicit ad ἀπολέσθαι, ἄφθαρτον ad ἀναλυθῆναι.

ἄφθαρτον ἄρα] cod. Par. A.: at in codd. B. et C. et in Vatt. Vizzanio teste legitur ἄφθαρτον γάρ.

§ 11. καὶ δοξάζοι] Cod. Vat. non habet καὶ et Vizzanius legit δοξάζει.

ὑπό τινος τῶν ἔξω — τῶν ἔξωθεν] codd. Parr. A. et B.; sed in cod. C. omissa sunt ἔξω τοῦ παντὸς φθαρήσεται δυναστευόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν. In editione Lovaniensi, quæ ex illo codice ducta videtur, hæc exstant : ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἐντός, οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν κ. τ. λ. Ultima in vulgatis exemplaribus sunt οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν.

μείζονά τε καὶ] Ita codd. Parr. omnes; τε inclusum in edd. Commelini, Galei atque aliis.

οὐκ ἀληθὲς] codd. tres Parr.; idem legitur in Vatt. testibus Vizzanio et Siebenkeesio atque in edd. Lovan. Vizz. et Batt. Sed Nogarola, Commelinus et Galeus male legunt οὐκ ἀληθεύει.

ἄγεται γὰρ τὰ ἄλλα πάντα] Sic omnes libri Parisienses et cod. Vat. a Siebenkeesio collatus. Vulgo ἄγεται γὰρ τὰ πάντα.

ἀνώλεθρος] codd. Parr. A. et C.; ἀνόλεθρος cod. B.

τοῦτον γὰρ ἔφαμεν] cod. Par. A. et Vaticanus a Siebenkeesio excussus. Idem invenitur in ed. Lovan. Sed cod. Par. B. librarii errore habet τούτων γὰρ ἔφαμεν. Vulgo legebatur ante Rudolphum τοῦτο γὰρ ἔφ.

§ 12. κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη] Sic codd. Parisienses. In codice Vaticano Vizzanius repperit κατ' ἐλίγον, Siebenkeesius κατ' ὀλίγον, quod non repudiandum.

ἀπομαραινομένη καὶ προσάγουσα] cod. Par. A.; vulgo legitur ἀπομαραινομένη τὸ συνεχὲς καὶ προσάγουσα. Sed verba τὸ συνεχὲς omitti posse jam intellexerunt Battæsius et Rudolphus. Etsi enim τὸ συνεχὲς intelligendum est ad vocem προσάγουσα, tamen priori participio adjungi non potest, in posterioris autem structura facile subaudiri.

διέξοδον ἐπιδεχόμενον] Schultesii conjectura est in *Biblioth. der griech. Philosophen* p. 302 proposita atque a Battæsio et Rudolpho in verborum ordinem recepta. Codd. habent ἐπιδεχομένη.

τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως] Ita codd. Parisienses; καὶ quod in contextu orationis habet Battæsius, operarum errore in ejus adnotatione desideratur.

ἀμείβοντα] Post hanc vocem in omnibus membranis lacuna est, excepto cod. Par. A., ubi hæc habentur : ὡσαύτως κύκλον ἀμείβοντα, διέξοδον οὐκ ἐπιδεχόμενα τῆς οὐσίας· τὰ δὲ δεύτερα πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀήρ, ὅρον γὰρ ἀμείβουσιν ἐφεξῆς. Battæsius ejecto γὰρ locum ut a Rudolpho et a nobis editus est constituit. Ante Battæsium mutila enuntiatio sic scribebatur : ὡσαύτως κύκλον ἀμείβει· διέξοδον, οὐκ ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὴν τὴν κατὰ τόπον κ. τ. λ. In cod. Vat. tamen atque in Par. B. pro ἀμείβει est ἀμείβοντα, sed pro οὐκ in Vat. οὖν.

οὐ μὴν τὸν — ἀλλὰ τὸν] Ita Vizzanius, Battæsius et Ru-

γὰρ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβοντα, διέξοδον οὐκ ἐπιδεχόμενα τῆς οὐσίας· τὰ δὲ δεύτερα, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀήρ, ὅρον ἀμείβουσιν ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὴν τὸν κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὸν κατὰ μεταβολήν. § 13. Πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν· ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς μέχρι πυρός, ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. Οἱ δὲ καρποὶ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ῥιζοφύτων ἀπὸ σπερμάτων ἀνέλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, καρπωθέντα δὲ καὶ τελεσφορήσαντα πάλιν ἐπὶ τὸ σπέρμα τὴν ἀνάλυσιν ποιεῖται, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν διέξοδον ἐπιτελουμένης τῆς φύσεως. § 14. Οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα μᾶλλον ὑποβεβηκότως τὸν καθόλου ὅρον τῆς φύσεως ἀμείβουσιν· οὐ γάρ ἐστιν ἐπανάκαμψις αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν, οὐδὲ ἀντιπερίστασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἀλλὰ τὸν διὰ τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα καὶ τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν διαλύεταί τε καὶ ἀπογίνεται. Ταῦτα οὖν ἐστι σημεῖά τε καὶ τεκμήρια τοῦ τὸ μὲν ὅλον καὶ τὸ περιέχον μένειν ἀεὶ καὶ σώζεσθαι, τὰ δ' ἐπὶ μέρους καὶ ἐπιγινόμενα αὐτοῦ φθείρεσθαι καὶ διαλύεσθαι. § 15. Ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον καὶ τοῦ σχήματος καὶ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς οὐσίας τοῦτο πιστοῦται, διότι ἀγένητος ὁ κόσμος καὶ

corpora quæ eadem semper lege moventur eademque ratione orbem conficiunt, nullam suæ substantiæ vicissitudinem habent: secunda autem, id est ignis, aqua, terra, aer deinceps et continenter non loci sed conversionis terminum mutant. § 13. Ignis enim si in unum cogatur et densetur, aerem gignit, aer autem aquam, aqua terram; a terra vero usque ad ignem, a quo originem traxerat mutatio, idem conversionis circuitus agitur. At arbores frugiferæ et pleræque stirpes e seminibus sui ortus initium ducunt, sed fructus nactæ maturitatemque consecutæ rursus ab eodem in idem commeante natura dissolvuntur. § 14. Verum homines et reliqua animalia humiliore quadam ac deteriore ratione ad communem naturæ terminum perveniunt. Neque enim iis contingit reditus ad primam ætatem, neque contraria mutuæ conversionis impulsio, quam in igne, aere, aqua, terra licet videre, sed ubi quadruplices rerum vices peragendo quadripartitum circulum confecerunt atque omnem ætatis varietatem expleverunt, dissolvuntur et pereunt. Hæc igitur sunt signa et indicia e quibus patet rerum universitatem et cœlum, cujus circumflexu teguntur cuncta, permanere et conservari semper, res vero singulas et adventitias interire ac deleri. § 15. Præterea universi figura, motus, tempus et substantia quum ejusmodi sint, ut neque principium habeant neque finem, fidem faciunt mundum neque genitum esse neque interiturum. Nam

---

dolphus ediderunt, omisso γε quod in duobus codd. est. Nam in Vat. testibus Vizzanio et Siebenkeesio pariterque in Par. B. legitur οὐ μὴν τόν γε κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὸν κατὰ μεταβολήν. At cod. A. οὐ μὲν τόν γε κ. τ. λ. Contra in cod. C. reperitur τὴν pro τὸν, quod Nogarola et Commelinus vulgarunt. Rettulerunt autem editores τὴν propter lacunam qua loci sensus obscurabatur ad διέξοδον. Sensum hujus paragraphi ipsa interpretatione satis declarasse mihi videor. Sunt autem τὰ πρῶτα καὶ τιμιώτατα corpora cœlestia. Vult enim scriptor æterna esse non modo corpora cœlestia, ut quæ eodem semper statu maneant, sed reliqua etiam, quæ perpetuo mutantur, propter mutationis æternitatem a cœlestibus corporibus repetendam.

§ 13. ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ] codd. Parr. B. et C.; in cod. A. est ἀπὸ δὲ γῆς πάλιν ἡ αὐτή.

μέχρι πυρός] Sic codd. Parr. A. et B.; sed desiderantur hæc in cod. C. atque in ed. Lovan. Quamobrem apud Commelinum inclusa sunt.

τὸ σπέρμα] codd. tres Parr. atque edd. Lovan. Vizz. Batt.; Commelinus articulum inclusit.

ἐπιτελουμένης] codd. Parr. A. et C.; non male cod. B. et Vat. ἀποτελουμένης.

§ 14. οἱ δὲ ἄνθρωποι] Sic omnes codd. præter Vat. qui inepte habet εἰ δὲ ἄνθρωπος.

οὐ γάρ ἐστιν — ἡλικίαν] codd. Parr. A. et B.; sed omissa sunt hæc verba in cod. C. atque in ed. Lovan. Desunt præterea in Christiani interpretatione, ubi hæc leguntur: « Successive potius universum naturæ terminum subeunt, neque illis est inter se mutationis undique circumfusa cohibitio (quæ Græcis est ἀντιπερίστασις), quemadmodum est in igne etc. »

οὐδὲ ἀντιπερίστασις] Sic recte codd.; nam inutilis est Vizzanii conjectura οὐ δι' ἀντιπερίστασιν μεταβολή.

ἀέρος καὶ] non exstant hæc verba in codd. Parr.

τὸν διὰ τεσσάρων] codd. tres Parr.; male codd. Vatt. testibus Vizzanio et Siebenkeesio τῶν διὰ τεσσάρων. Editio Lovaniensis cum codd. Parr. conspirat; apud Commelinum, Galeum et Dargensium legitur τὸν διὰ (τῶν) τεσσάρων. Rudolphus τῶν sine uncis posuit.

καὶ τὰς μεταβολὰς] codd. Parr. B. et C.; at cod. A. haud secus atque Vat. a Siebenkeesio excussus habet κατὰ τὰς μ. Utrumque commodum habet sensum.

τε καὶ ἀπογίνεται] cod. Par. A. quem secutus est Battæsius; reliquæ membranæ prope omnes καὶ ἀπογίνεται. Vizzanius: καὶ ἄλλα γίνεται. In Par. C. pro ἀπογίνεται item est γίνεται.

ταῦτα οὖν] Par. A. τούτων ἐστὶ σημεῖα κ. τ. λ.; Par. B. τούτων ἐστὶ σημεῖα καὶ τεκμήρια τοῦτο μὲν ὅλον. Non aliter Par. C. Præterea τούτων Vizzanius in codd. Vatt. invenit. Editio Lovaniensis: τούτων ἐστὶ σημειά τε καὶ τεκμήρια τοῦτο μέν.

τὰ δ' ἐπὶ μέρους] cod. Par. A.; reliqui duo τὰ δὲ ἐπὶ μέρους ut ed. Lovan.

ἐπιγ. αὐτοῦ] αὐτοῦ, quod desideratur in Nogarolæ editione atque apud Commelinum uncis inclusum est, reperitur in tribus codd. Parr. atque in Vatt. Legitur etiam in ed. Lovan et plerisque posterioribus.

§ 15. Stobæus Eclog. Phys. I p. 44 totam fere hanc paragraphum usque ad verba πεφυκέναι μεταβάλλειν dorica dialecto laudat. Idem locus affertur a Patricio Disc. peripat. T. II lib. VI p. 251 usque ad verba καὶ ἄφθαρτος.

ἀγένητος] cod. Par. A.; editores plerique ἀγέννητος. Notabilis hic est usus vocabuli κύκλος, quod pro σφαῖρα, ut jam alii observarunt, a scriptore usurpari videtur. Cf. Parmenid. v. 102-103.

ἥ τε τῆς κινήσεως] codd. Parr. Nog. Comm. et pleræque edd. At Vizzanius ἥ τε κίνησις habet. Præferendum utique ἥ τε τῆς κινήσεως cum ob loci rationem, tum propter Stobæi

ἄφθαρτος· ἥ τε γὰρ τοῦ σχήματος ἰδέα κύκλος· οὗτος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος· διόπερ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος· ἥ τε τῆς κινήσεως κατὰ κύκλον· αὕτη δὲ ἀπαράβατος καὶ ἀδιέξοδος· ὅ τε χρόνος ὁ ἄπειρος, ἐν ᾧπερ ἡ κίνησις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον μήτε τελευτὴν λήψεσθαι. Ἥ γε μὴν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλητος, διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον μήτε ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον πεφυκέναι μεταβάλλειν. Ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων σαφῶς πιστοῦται, ὅτι ὁ κόσμος ἀγένητός καὶ ἄφθαρτος. Καὶ περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς ἅλις εἰρήσθω.

ΚΕΦ. Β.

§ 1. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ παντὶ τὸ μέν τοι γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσεως, καὶ γένεσις μὲν ὅπου μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων, αἰτία δὲ γενέσεως ὅπου ταὐτότης τοῦ ὑποκειμένου· φανερὸν ὅτι περὶ μὲν τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τὸ ποιεῖν καὶ τὸ κινεῖν ἐστι, περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι. § 2. Αἱ δὲ μοῖραι αὐτοῦ διορίζουσι καὶ τέμνουσι τό τε ἀειπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ τὸ ἀεικίνητον. Ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος. Τὸ μὲν ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῆς θεῶν κατέχει γένος· τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης, νείκους καὶ φύσεως. Τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἐν

figuræ ejus species globosa est, undique par et sui similis; quapropter principio caret et fine. Motionis quoque illa species est quæ in orbem circumfertur, perpetua neque ulli vicissitudini obnoxia. Tempus item est infinitum, in quo versatur motus, quia id quod movetur non habuit initium, neque finem habiturum est. Substantia vero rerum iisdem semper finibus circumscripta et immutabilis est, quippe cujus non ea sit natura, ut e deteriori in melius, e meliori in deterius transeat. Ex his igitur omnibus liquido constat mundum neque natum esse neque interiturum. Ac de tota mundi compage et rerum universitate hæc dixisse sufficiat.

CAP. II.

§. 1. Quum autem in universo duæ reperiantur rerum species, quarum altera generatio, altera generationis habetur causa, ac generatio quidem ea sit, qua res ipsæ mutantur atque e statu suo in alium transeunt : generationis vero causa, qua subjecta res eadem servatur et permanet, hanc sane efficiendi et movendi vim habere, illam vero pati et moveri perspicuum est. § 2. Cæterum partes universi distinguunt ac separant semper patibilem ac semper mobilem mundi portionem. Est enim lunæ cursus immortalitatis ac generationis quasi terminus quidam ac finis. Quo fit ut universam regionem tam quæ supra lunam, quam quæ in ipsa luna est deorum teneat genus, ea vero quæ infra lunam est, contentioni et generationi tributa sit. Namque

---

auctoritatem, qui ἅ τε τᾶς κινάσιος in exemplari suo scriptum offendit.

αὕτη δὲ] Stobæus αὐτὰ δὲ i. e. αὐτὴ δὲ, minus recte.

ὁ ἄπειρος] codd. Parr. A. et B.; articulus deest in cod. C., porro apud Stobæum et in Lovan. ed. Exstat autem in edd. Vizz. Batt. Rud., apud Patricium T. II lib. VI p. 296. Commelinus eum uncis inclusit.

μήτε ἀρχὴν] Sic codd.; μὴ δὲ ἀρχὴν Patricius.

τελευτὴν λήψεσθαι. ἥ γε μὴν] Ita omnes codd.; sed vitiose Stobæus τελευτὰν λάμψειν. ὁ δὴ ἅ τε μὰν κ. τ. λ. ac deinde ἀνέκβακτος.

ἐπὶ τὸ βέλτιον] Stobæus εἰς τὸ βέλτιον.

πεφυκέναι μεταβάλλειν] Stob. πέφυκεν μεταβάλλεν.

ὅλου] codd. Parr. A. et B.; sed C. mendose λόγου quamquam in margine secunda manu scriptum est ὅλου.

ἅλις] codd. Parr. A. et B.; cod. C. vitiose ἄλλοις, in margine autem legitur secunda manu positum ἅλις.

κεφ. β'. deest in codd. Parr.

§ 1. Hanc quoque paragraphum Stobæus inseruit Ecl. Phys. p. 45. Patricius hanc et sequentem usque ad voces καὶ φύσεως citavit in Disc. Perip. T. II lib. VI pag. 239.

ἐπεὶ δ' ἐν τῷ παντὶ] Stob. ἐπειδ' ἐν τῷ περίπαντι et post μὲν deest τοι. Patricius : ἐπεὶ δ' — μέντοι — τὸ δ' αἰτ.

γένεσις μὲν] codd. Parr.; μὲν desideratur in cod. Vat.

καὶ ἔκβασις] codd. Parr.; καὶ ἡ ἔκβασις Vizzanius e cod. Vat.

τῶν ὑποκειμ. — ὅπου ταὐτότης] Hæc omissa sunt apud Stobæum, apud quem præterea non leguntur ὅτι post φανερὸν et τῆς ante γενέσεως.

τὸ ποιεῖν καὶ τὸ κινεῖν] Ita codd. Parisienses; Stobæus : τό τε ποιεῖν καὶ κινεῖν. Articulus ante κινεῖν, qui deest apud Patricium et Nogarolam, a Commelino uncis inclusus est.

Legitur autem in edd. Lovan. Vizzan. Batt. Rudolph.

§ 2. μοῖραι αὐτοῦ] μοῖραι αὐταὶ in plerisque editionibus exstat, sed codd. Vatt. ac Parr. B. C. αὐτοὺς habent et editio Lovaniensis τοῦ. Patricius αὗται legit, sed tamen non aliter atque Nogarola vertit *fata ipsa.* Hinc Rudolphus duplicem conjecturam proposuit αὗται vel αὐτοῦ, posteriorem vero contextui inseruit. Præstat enim hæc propter sequentia, eo accepta sensu quem in interpretatione expressi.

τό τε ἀειπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ τὸ ἀεικίνητον] Ita cod. Vat. teste Siebenkeesio et Patricius l. c.; vulgo ἀπαθὲς et ἀκίνητον. Utrum Battæsius ἀεικίνητον e codd. Parisiensibus an aliunde petiverit, incertum est, quum Perfinus nihil hic enotaverit. Illud tantum mirandum, quod apud Battæsium ἀπαθὲς et ἀεικίνητον opponuntur.

γενέσεως] Cod. Par. C. γεννήσεως, non male. Cod. A. habet quidem γενέσεως, sed secundo ε superpositum est η. Cod. B. γενέσεως, quod ut hic, ita paulo post ferri potest.

ἐπ' αὐτῆς] e Rudolphi conjectura; ἐπ' αὐτὴν legitur in Par. A. atque in edd. Comm. Gal. Dargens. Battæs.; ἐπαναυτὴν Nogar. Patric. Vizzan.; ὑπ' αὐτὴν codd. Vatt. et Parr. B. C., unde error in editionem Lovaniensem irrepsit.

γένος· τὸ δ' ὑποκάτω — φύσεως] codd. Parr. A. et C.; in cod. B. hæc leguntur γένος. τὸ δὲ ὑπο, cætera erasa sunt, deleto autem dimidio versu ita pergit librarius : τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἐν αὐτῇ διαλαγή. In his verbis γὰρ particulam, quam apud Nogarolam desideratam e codd. Vatt. adjecit Vizzanius, omnes codd. Parr. habent. At ἐν αὐτῇ διαλλαγῇ, quod omnes editores præter Rudolphum tuentur, repudiari oportet. Neque enim ad σελήνην pertinet, sed ad τὸ πᾶν τὸ

αὐτῷ διαλλαγὴ γεγονότων, τὸ δὲ γένεσις ἀπογεγονότων. § 3. Ἐν ᾧ δὲ μέρει τοῦ κόσμου φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν, τρία δεῖ ταῦτα ὑπεῖναι. Πρῶτον μὲν τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις. Τοῦτο δ' ἂν εἴη πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως, οὕτως ἔχον πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ γενόμενα, ὡς ὕδωρ πρὸς χυλόν, καὶ σιγὴ πρὸς ψόφον, καὶ σκότος πρὸς φῶς καὶ ὕλη πρὸς τεχνητόν. Τό τε γὰρ ὕδωρ ἄχυλον καὶ ἄποιον πρός τε τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν ἀνάλογον, καὶ πρὸς δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. Καὶ ὁ ἀὴρ ἀδιατύπωτος πρὸς ψόφον καὶ λέξιν καὶ μέλος· καὶ τὸ σκότος ἄχροον καὶ ἄμορφον πρός τε τὸ λαμπρὸν καὶ ξανθὸν καὶ λευκόν· καὶ ἡ ὕλη δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ πρὸς κηροπλαστικήν. Δυνάμει οὖν πάντα ἐν τούτοις πρὸ τῆς γενέσεως, συντελείᾳ δέ, γενόμενα καὶ λαβόντα φύσιν. Ἓν οὖν δεῖ πρῶτον ὑπεῖναι πρὸς τὸ γίνεσθαι γένεσιν. § 4. Δεύτερον δὲ τὰς ἐναντιότητας, ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται, πάθος καὶ διάθεσιν ἐπιδεχομένης τῆς ὕλης, καὶ ἵνα αἱ δυνάμεις, ἀντιπαθεῖς οὖσαι, μήτε κρατῶσιν εἰς τέλος αὐταὶ αὐτῶν, μήτε κρατῶνται αὐταὶ ὑπ' αὐτῶν. Τυγχάνουσι δὲ αὗται τό τε

in hac modo quæ genita sunt commutantur, modo generantur quæ interierunt. § 3. In qua autem mundi parte natura et generatio dominantur, in ea tria hæc exstare oportet. Primum quidem omnibus quæ procreantur corpus esse debet sub tactum cadens. Hoc sane omnium capax est ipsiusque generationis habetur materia et fundamentum, cujus ea est ad res ex ipso ortas comparatio, ut aqua ad saporem, silentium ad strepitum, tenebræ ad lucem et materia ad res artificiosas comparantur. Aqua enim saporis et qualitatis expers sapori quidem dulci et amaro, acri et salso proportione respondet (i. e. dulcis et amara, acris et salsa fieri potest). Aer quoque informis ad strepitum, locutionem et cantum simili ratione refertur (i. e. strepitus, locutionis et cantus similiter capax est). Tenebræ pariter, quæ nec colore suffusæ sunt, nec aliqua forma præditæ, lucem tamen et colorem flavum atque album admittunt; denique materia sola sufficit arti statuariæ, et illi quæ e cera aliquid fingit. His igitur corporibus prius quam gignantur, omnia per se, re ipsa vero cum genita atque exorta sunt, continentur; quo quidem fit ut ad efficiendam generationem hoc primum subesse oporteat. § 4. Secundum quod requiritur, sunt res oppositæ, ut mutationes et conversiones fiant, idque dum materia perpessioni et affectioni idonea evadit, ac ne facultates contrariæ ipsæ se conficiant vel inter se confician-

---

ὑποκάτω σελήνης. Quapropter requiritur αὐτῷ quod e Commelini variis lectionibus ductum Rudolphus in contextu posuit. Cæterum huic scriptori τὸ ἀεικίνητον est cœlum, τὸ ἀειπαθὲς autem inferior regio i. e. terra atque ea aeris pars, quæ ad illam pertinet.

§ 3. γέν. ἔχουσι] codd. Parr.; ἔχει cod. Vat.

ἐρχομένοις] codd. Parr. A. et B; ἐρχομένης addita emendatione ἐρχομένοις cod. C.

ἐξ αὐτοῦ γενόμενα] codd. Parr. A. et C. habent ἐξ αὐτῶν γενόμενα, B. ἐξ αὐτῶν γινόμενα, quod etiam e Vaticano adnotavit Siebenkeesius. At pro αὐτῶν flagitatur αὐτοῦ referendum ad τὸ πανδεχές, τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα. Hanc Rudolphi emendationem recipere non dubitavi.

χυλόν] superiores editiones vitiose χύλον.

καὶ σιγὴ πρὸς ψόφον] Sic Battæsius sive ingenii ope sive codicis auxilio verborum ordinem aptiorem reddidit. Antea enim legebatur καὶ ψόφος πρὸς σιγήν. Sed Bertinus hic nihil e codd. Parisiensibus enotavit; quare Battæsium tacite verba hæc immutasse reor.

τεχνητόν] Sic tres codd. Parr.; vulgo male τεχνιτόν.

ἄποιον] omnes codd. et pleræque edd.; absurde Nogarola ἄπονον.

πρός τε τὸ γλυκὺ] Ita codd. Vatt. et Par. C. atque edd. Lovan. et Vizzan.; πρὸς δὲ τὸ γλ. Par. A. Nog. Comm. Gal. Darg., sed minus recte, ut e sequentibus efficitur.

τὸ πικρὸν] Articulum habent codd. Parr. A. et C., Vatt. et Barth.; omittunt Parr. B. atque edd. Nog. Comm. Gal. Dargens. Battæs. Cod. Par. C. locum sic exhibet : πρός τε τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν καὶ τὸ ἀνάλογον δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. Eadem leguntur in ed. Lovan. Cod. Par. A. : πρὸς δὲ τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν καὶ τὸ ἀνάλογον δριμὺ καὶ τὸ ἁλμυρόν. Quæ Battæsius in verborum contextu habet non exstant in codd. Sic autem scripsit : γλυκὺ καὶ πικρὸν ἀνάλογον καὶ τὸ δριμὺ καὶ ἁλμυρόν.

καὶ λέξιν] πρὸς ante λέξιν deest in codd. Parr. atque in Barth., reperitur in edd. Nog. Comm. Gal. Batt. Rudolph.

καὶ μέλος] πρὸς ante μέλος non legitur in codd. neque necessarium est, additum tamen in edd. Comm. Gal. Dargens.

ἄχροον] Alter cod. Vat. ἄχρουν, alter ἄχρονον quod et in Barth. et tribus Parisiensibus reperitur.

πρός τε τὸ λαμπρὸν] Ita cod. Vat. a Siebenkeesio collatus et tres Parisienses, neque aliter editio Lovaniensis, cujus scripturam Rudolphus secutus est. Male Commelinus πρὸς δὲ λαμπρὸν, Vizzanius πρός τε λαμπρὸν et Battæsius πρὸς τὸ δὲ λαμπρὸν, qui hic quoque a codicibus quos inspexit ne monito quidem lectore discedendum putavit.

καὶ ἡ ὕλη δὲ πρὸς ἀνδρ. καὶ πρὸς κηρ.] Ita codd. Parr. A. B. C. Portentosa lectio in edd. Comm. Vizzan. Gal. Dargens. est : ξανθὸν καὶ λευκόν· λευκὸν δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ κηροπλαστικὴν, ἄλλως δὲ ἡ ὕλη πρὸς ἀνδριαντοποιητικήν. Rudolphus verba καὶ πρὸς κηροπλαστικὴν e contextu ejecit, sed postea (cf. Addend. et Corr. p. 453) errorem animadvertit. Prior vero ejus conjectura pro ἀνδριαντοποιητικήν pag. 21 proposita ἀνδριάντα ποιητήν æque damnanda est ac posterior, quam in Addendis commemorat ἀνδριάντα πεποιημένην. Ergo ne tum quidem scivit, si tali emendationi locus hic esset, saltem ἀνδριάντα ποιητόν vel πεποιημένον dicendum fuisse. At nihil mutandum.

ἐν τούτοις] legendum esse suspicamur pro eo quod in membranis est ἐν τούτῳ. φύσιν λαμβάνειν hoc loco eadem significatione ponitur, qua apud Ælianum var. hist. lib. III, cap. 1 γένεσιν λαμβάνειν, i. e. nasci, oriri, exsistere.

δεῖ] cod. Par. C.; sed in A. et B. scriptum est δή.

πρὸς τὸ γίνεσθαι] Sic codd. Parr., non γίγνεσθαι, ut alibi.

§ 4. διάθεσιν] codd. Vatt. et Parr. atque edd. Lovan. Vizzan. Batt.; διαθέσεις Nog. Comm. Gal. Darg. Roterm. Patric. p. 203 lib. I p. 206 et p. 238.

αὐταὶ αὐτῶν] codd. Parr. et Vatt., porro Vizz. et Batt.; Patric. Disc. Perip. Tom. II lib. 2 p. 206 αὐταὶ αὐτῶν; Commel. αὗται αὐτῶν.

αὐταὶ ὑπ' αὐτῶν] codd. Parr. et edd. Gal. et Batt.; αὗται ὑπ' αὐτῶν Comm. Lovan.; αὐταὶ αὐτῶν Vizzan.

δὲ αὗται τό τε θερμὸν κ. τ. λ.] Cod. Vat. et Barth. præponunt ψυχρόν et ὑγρόν teste Vizzanio. Codd. Parr. A. et B. δ' αὗται τότε ψυχρὸν καὶ θερμὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρόν. Battæsius autem dedit : ψυχρὸν καὶ θερμὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν, quod sane præstat.

θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν. § 5. Τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, ὧν αἱ δυνάμεις εἰσὶν αὗται· πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ. Διαφέρουσι δὲ αὗται τῶν δυνάμεων· αἱ μὲν γὰρ οὐσίαι ἐν τόπῳ φθείρονται ἐξ ἀλλήλων· αἱ δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται οὔτε γίνονται. Λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων. § 6. Τῶν δὲ τεσσάρων τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὡς αἴτια καὶ ποιητικά· τὸ δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν ὡς ὕλη καὶ παθητικά. Πρώτως δὲ ὕλη τὸ πανδεχές. Κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν, ὥστε πρῶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή, δεύτερον δὲ αἱ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης καὶ ὑγρότης καὶ ξηρότης· τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀήρ. Ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσιν. § 7. Αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν σωμάτων δύο· αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γενομένων ἐκ τούτων. Θερμὸν μὲν γὰρ καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν τῶν πρώτων· τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον καὶ πυκνὸν καὶ μανὸν τῶν γενομένων ἐκ τούτων. Τυγχάνουσι δὲ αἱ πᾶσαι δέκα ἕξ· θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν καὶ βαρὺ καὶ κοῦφον καὶ ἀραιὸν καὶ πυκνὸν καὶ λεῖον καὶ τραχὺ καὶ σκληρὸν καὶ μαλακὸν καὶ λεπτὸν καὶ παχὺ καὶ ὀξὺ καὶ ἀμβλύ.

tur. Hæ vero sunt calor et frigus, siccitas et humor. § 5. Tertio loco sequuntur naturæ, quarum illæ facultates sunt, ignis, aqua, aer, terra, quæ quidem naturæ a facultatibus longe differunt; nam illæ in locis suis mutuis cladibus pereunt, facultates vero neque occidunt, neque oriuntur : siquidem illarum rerum causæ sunt corporis expertes. § 6. Harum porro facultatum quæ quatuor numero sunt, calor et frigus, causæ et effectrices; siccitas et humor, materia et patibiles esse jure censentur. Primum autem materia omnium formarum capax est, quippe quæ cunctarum rerum commune fundamentum sit, ita ut initium corpus per se primo sensibus subjectum esse oporteat. Tum accedunt res contrariæ, velut calor et frigus, humor et siccitas : tertio denique loco sequuntur ignis et aqua, terra et aer. Hæc enim elementa inter se mutantur, res contrariæ non mutantur. § 7. Corporum differentiæ duæ sunt, aliæ primæ, aliæ ex primis ortæ : primæ quidem habentur calor et frigus, humor et siccitas; ex primis ortæ sunt gravitas et levitas, densitas et raritas. Omnes autem enumerantur sedecim, calor et frigus, humor et siccitas, gravitas et levitas, raritas et densitas, lævor et asperitas, duritia et mollitudo, tenuitas et crassitudo, acumen et hebetatio : quas quidem omnes tactio

---

§ 5. ὧν αἱ δυνάμεις εἰσὶν αὗται] hæc desunt in ed. Lovan.

καὶ ἀὴρ καὶ γῆ] codd. Parr.; Vizz. καὶ ἀὴρ γῆ; cod. Vat. a Siebenkeesio collatus καὶ γῆ καὶ διαφ.

δὲ αὗται τ. δ. αἱ μὲν γὰρ] Cod. Barth. γὰρ omisit, Vaticanus notante Siebenkeesio habet οὖν; Parr. A. et B. δ' αὗται τ. δ. αἱ μὲν οὖν; ed. Lovan. mendose οὐσείαι ἐν τόπῳ φθ. ἐξ ἀλλήλων.

φθείρονται ἐξ ἀλλήλων] Rudolphus ante hæc verba excidisse putat καὶ γίνονται.

λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων] Ita codd.; Nogarola ait in ed. Lovan. se invenisse λόγον γὰρ ἀσώματον τυγχάνουσι· τούτων δὲ τῶν. At ibi ni fallor legitur λόγον γὰρ ἀσώματον τυγχάνουσι τούτων. τῶν δὲ. Rudolphus scribi voluit λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι. τούτων δὲ τῶν, qua conjectura non est opus.

§ 6. πρώτως δὲ] Sic cod. Vat. et edd. Lovan. et Commel. Stobæus πράτως γὰρ ὕλα; Patric. Disc. Perip. T. II lib. 2 p. 205 πρώτως δ' ἡ τὸ πανδ' — πᾶσι, ὥστε πρῶτον δυνάμει σῶμα αἰσθητόν. Sed p. 238 πρώτως δ' ἡ ὕλη πανδ.; πρῶτον δὲ Vizzan. Galeus, Dargensius, Battæsius.

ὥστε πρῶτον — ἐναντιώσεις] Cod. Par. A. πρῶτον μὲν τὸ — δεύτερον δὲ καὶ ἐναντιώσεις, in quibus verbis καὶ superpositum particulæ δὲ omitti oportet; μὲν post πρῶτον in omnibus edd. desideratur. Agnoscit illud etiam Stobæus, apud quem legitur : ὥσπερ πρᾶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχάν, δεύτερον δὲ αἱ ἐναντιώσεις. Inde articulus ad ἐναντιώσεις addi potest.

οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης καὶ ὑγρότης καὶ ξηρότης] Sic cod. Par. A.; reliqui οἷον θερμότητος καὶ ψυχρότητος κ. τ. λ. At nominativum tuetur etiam Stobæus οἷον θερμότας κ. τ. λ. omisso ὑγρότας, præterea Patricius p. 253. Eundem casum usurpat Aristoteles de gen. et corr. II, 6.

αἱ οὐσίαι] Ita ed. Lovan. atque ex ea Vizzan. et Rudolph. Desunt hæ voces ap. Nog. Patric. p. 253 Commel. et Battæs.

καὶ γῆ καὶ ἀήρ] cod. Par. C.; sed Par. B. καὶ ἀὴρ καὶ γῆ. In Par. A. verba καὶ γῆ omissa sunt.

ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα] codd. Parr.; Vizzan. male μεταβ. ὡς ἄλληλα et Patric. p. 253 ταῦτα δὲ pro ταῦτα γάρ.

οὐ μεταβάλλουσιν] Sic codd. Parr. A. et B.; contra in cod. C. omittitur οὐ pariter atque in Vaticano antiquiore teste Vizzanio. Eandem particulam omissam videmus apud Stobæum Ecl. Phys. I, 42 atque in Lovaniensi editione. Recte omitti hanc voculam existimat Vizzanius in Comment. p. 130. At necessaria est. Exstat etiam apud Aristotelem de gen. et corr. II, 6 et Patric. p. 253 neque neglecta est a Nogarola, Battæsio, Rudolpho, aliis.

§ 7. αἱ δὲ διαφ.] Ita codd. Parr. B. et C.; δὲ deest in cod. A. atque apud Battæsium. Initium hujus paragraphi laudavit Patric. T. II p. 252 usque ad verba πᾶσαι δέκα ἕξ nulla scripturæ varietate nisi quod γινομένων habet pro γενομένων.

πυκνὸν καὶ μανὸν] Post has voces Nogarola in interpretatione res contrarias quæ in sequentibus demum enumerantur nescio quo fonte usus supplevit. Idem fecit Patricius l. c.

καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν] Codices Parr. A et B. Vatt. et Barth. sic exhibent locum ut a Battæsio et a me vulgatus est. In cod. C legitur καὶ ψυχρόν, ὑγρὸν καὶ ξηρόν, βαρὺ καὶ κοῦφον κ. τ. λ., ut oppositæ qualitates solæ particula καὶ copulentur. Eadem scriptura in omnibus est editionibus quæ ante Battæsianam prodierunt.

σκληρὸν κ. μαλ. — παχύ] Desiderantur hæc in contextu Nogarolæ et Commelini, non item in Nogarolæ interpretatione.

τούτων δὲ γνωστική] Cod. Par. A. ουτ δὲ γν.; reliqui τούτων δὲ γνωστική; cod. Vat. et Barth. γνωστικήν, Patric. p. 252 ἡ ἁφή.

τὸ πρῶτον] Ita tres codd. Parr.; articulus uncis inclusus est in edd. Commel. Gal. Battæs.

ἐν ῳ αἱ διαφοραὶ αὗται] Cod. Par. A., quem secutus est Battæsius; reliqui codd. omittunt αἱ. Articulus in plerisque editionibus, Rudolphiana etiam, desideratur.

Τούτων δὲ γνωστικὴ καὶ κριτικὴ πάντων ἁφή. Διὸ καὶ τὸ πρῶτον σῶμα, ἐν ᾧ αἱ διαφοραὶ αὗται δυνάμει, αἰσθητόν ἐστι πρὸς ἁφήν. § 8. Τὸ μὲν οὖν θερμὸν καὶ τὸ ξηρόν, καὶ τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ ὀξύ, πυρός ἐστι· τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρόν, καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ ἀμβλύ, ὕδατος· τὸ δὲ μαλακὸν καὶ τὸ λεῖον καὶ τὸ κοῦφον καὶ τὸ λεπτόν, ἀέρος· τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τραχὺ καὶ βαρὺ καὶ παχύ, γῆς. § 9. Τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ γῆ ὑπερβολαὶ καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. Τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος. Ἡ γὰρ πῆξίς τε καὶ ζέσις ὑπερβολή τινός ἐστιν, ἡ μὲν θερμότητος, ἡ δὲ ψυχρότητος. Εἰ μὲν οὖν ὁ κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ. Διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυστάλλου γίνεται οὐδὲ ἐκ πυρός. § 10. Τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. Μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιΐαν. Οὔτε δὲ ἓν τῶν ἄκρων οἷόν τε εἶναι, δεῖ δὲ καὶ τὸ ἐναντίον εἶναι· οὔτε δὲ δύο, δεῖ γὰρ τὸ μεταξὺ εἶναι. Ἀντίθετοι γὰρ ταῖς ἀκρότησιν αἱ μεσότητες. § 11. Τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρός, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά. Ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ θερμόν· ὕδατι δὲ καὶ γῇ κοινὸν τὸ ψυχρόν· γῇ δὲ καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ ξηρόν· ὕδατι δὲ καὶ ἀέρι κοινὸν τὸ ὑγρόν. Ἴδια δὲ ἑκάστου, πυρὸς μὲν τὸ θερμόν, γῆς δὲ τὸ ξηρόν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρόν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. Κατὰ μὲν οὖν τὰ κοινὰ διαμένουσιν αἱ οὐσίαι, κατὰ δὲ τὰ ἴδια μεταβάλλουσιν, ὅτε τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου κατακρατήσει· τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δ' ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν τοῦ ἐν

cognoscit et judicat. Ex quo sane fit ut primum corpus, in quo hæ differentiæ jam per se insunt, contrectari possit. § 8. Ac calor quidem et siccitas, raritas et acumen propriæ ipsius ignis sunt facultates : aquæ vero frigus, humor, densitas et hebetatio : aeris mollitudo, lævor, levitas et tenuitas : terræ autem duritia, asperitas, gravitas et crassitudo tributæ sunt. § 9. Ex quatuor corporibus ignis et terra ultimi sunt et extremi rerum contrariarum termini, atque ut ignis quidem caloris, sic glacies frigoris quasi fastigium est. Nam congelatio et æstus rei alicujus exsuperantia est, altera caloris, altera frigoris. Quodsi glacies humoris et frigoris concretio judicatur, ignis pariter siccitatis et caloris fervor erit. Quapropter neque ex glacie neque ex igne quicquam gignitur. § 10. Ignis sane et terra extrema sunt elementa, aqua et aer media, quippe quæ mixtam habeant sui corporis conformationem. Nec vero ut unum tantum sit extremum, fieri potest, cum ei oppositum aliquid esse oporteat. Similiter neque duo extrema sola exstare possunt, quum media etiam esse debeant, quæ extremis opponantur. § 11. Atque ignis quidem calidus et siccus est, aer calidus et humidus, aqua humida et frigida, terra frigida et sicca. Aer igitur et ignis calorem, frigus aqua et terra, terra et ignis siccitatem, humorem aqua et aer communem habent : quamvis unicuique propriæ facultates, ut igni calor, terræ siccitas, humor aeri, et frigus aquæ, tributæ sint. Jam vero quæ communia sunt his naturis permanent, quæ propria commutantur, quando contraria vis contrariam superat. Quare cum aeris humor ignis siccitatem, aquæ frigus calorem aeris, terræ siccitas aquæ humorem

---

αὗται δυνάμει αἰσθητόν] Sic omnes codd. Parr., præterea Vatt. et Barth.; sed Nog. Comm. Gal. Darg. Batt. αἰσθητικόν ἐστι.

§ 8. καὶ τὸ ὑγρ. — ἀμβλὺ] codd. Parr.; sed Vizzan. alio ordine τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ἀμβλὺ καὶ τὸ πυκνόν.

τὸ δὲ μαλακὸν] Conformavimus locum ad codd. Parr.; ed. Lovan. : « τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ μαλακὸν καὶ » e Varr. Lectt. Commel. et Vizzan.

καὶ τραχὺ κ. β. κ. παχὺ γῆς] Sic codd. Parr.; Vizzan. καὶ παχὺ καὶ βαρὺ καὶ τραχὺ γῆς.

§ 9. γῆ ὑπερβολαὶ] Vizzanio teste codd. Vat. et Barth. (B. legendum pro D.) γῆν ὑπερβολὰς; codd. Parr. nominativum habent.

ἡ γὰρ πῆξις — ψυχρότητος] Cod. Par. A. : ἡ γὰρ πῆξίς τε καὶ ζέσις ὑπερβολὴ τινός ἐστι· ἡ μὲν, θερμότητος, ἡ δὲ, ψυχρότητος. ἐὰν οὖν ὁ κρύσταλλος κ. τ. λ. a quo in eo tantum differt cod. B. quod hic et paulo inferius habet ζῆσις et ubique κρύσταλος simplici λ. Exstant hæc verba etiam in codd. Vatt. et Barth., atque in edd. Vizz. Batt. Rud.; desunt vero in edd. Nog. Commel. Gal. Darg. Arist. de gen. et corr. II, 21 scribit ἡ γὰρ πῆξις καὶ ἡ ζέσις ὑπερβολαί τινές εἰσιν. Ἐὰν οὖν mutavi in εἰ μὲν οὖν. Conf. quæ diximus ad cap. I § 4.

οὐδὲ ἐκ πυρὸς] Sic omnes edd.; in codd. Parr. est οὔτε ἐ. π.

§ 10. μεσότητες] codd. Parr. B. et C.; μεσότης cod. A.

μικτὴν γὰρ ἔχουσι] codd. Parr.; at ed. Lov. μικτά et cod. Vat. omittit ἔχουσι.

ἓν τῶν ἄκρων] codd. Parr. A. et B.; item Vaticanus a Vizzanio et Siebenkeesio excussus, atque ita ediderunt Vizzanius, Galeus, Dargensius et Battæsius. Sed Nog. et Comm. male ἐκ τῶν ἄκρων.

οὔτε δὲ ἓν — ἐναντίον εἶναι] Exstant hæc in codd. Vatt. et Parr. A. et B., sed desunt in Par. C. atque in ed. Lovan.

δεῖ δὲ τὸ ἐναντίον εἶναι· οὔτε δὲ δύο] Desiderantur hæc in cod. Vat., ut refert Vizzanius. Siebenkeesius autem ex eo quem ipse contulit, affert δεῖ δὲ καὶ τὸ ἐναντίον, quæ et Parisiensis A. scriptura. est. Hinc καὶ cum Rudolpho verborum ordini inserendum.

δεῖ γὰρ] codd. Parr.; γὰρ deest in cod. Vat. Vizzanii.

ἀντίθετοι] codd. omnes; inutilis Rotermundi conjectura ἀντιτίθενται.

§ 11. γῇ δὲ καὶ πυρὶ — κοινὸν τὸ ὑγρόν] Ita codd. Parr. A. et C.; in cod. B. hæc omnia desiderantur. Eadem in codd. Vatt. et Barth. omissa esse ait Vizzanius. Siebenkeesius tacet.

αἱ οὐσίαι αὐτῶν] Sic codd.; delevi αὐτῶν, quod salvo sensu abesse potest.

τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ] cod. Par. B.; cod. A. et C. omittit οὖν. Ab his verbis novam paragraphum ordiuntur Commel. Vizz. Gal. Batt. At bene Dargensius monuit, hæc non esse dirimenda.

τῷ ὕδατι ὑγροῦ· καὶ ἀνάπαλιν τὸ μὲν ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῇ γῇ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ἀέρι θερμὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ψυχροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ πυρὶ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ· καὶ οὕτως αἱ μεταβολαὶ γίνονται καὶ γενέσεις εἰς ἄλληλα ἐξ ἀλλήλων. § 12. Τὸ δὲ ὑποκείμενον σῶμα καὶ τὸ δεχόμενον τὰς μεταβολάς, τὸ πανδεχές, καὶ τὸ δυνάμει πρῶτον πρὸς ἁφήν. § 13. Γίνονται δὲ αἱ μεταβολαὶ ἤτοι ἐκ γῆς εἰς πῦρ, ἢ ἐκ πυρὸς εἰς ἀέρα, καὶ ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν. [Δεύτερον δὲ κατ' ἐναλλαγήν,] καὶ τρίτον, ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ, καὶ καταλειφθῇ τὸ συγγενὲς καὶ τὸ σύμφυλον. Ἡ μὲν οὖν γένεσις ἀποτελεῖται, ὅταν μία ἐναντιότης φθαρῇ. Ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρός· κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτοῖς τὸ θερμόν, ἴδιον δὲ πυρὶ μὲν τὸ ξηρόν, ἀέρι δὲ τὸ ὑγρόν. Ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα. § 14. Πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ὁ δὲ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμός, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ὑγρόν· ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ὕδατος τὸ ψυχρόν, τοῦ δὲ ἀέρος τὸ θερμόν. Ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή. § 15. Πάλιν ἐπεὶ ἡ μὲν γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ψυχρόν, ἴδιον δὲ γῆς μὲν τὸ ξηρόν, ὕδατος δὲ τὸ ὑγρόν. Ὅτε οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ὕδατος εἰς γῆν μεταβολή. § 16. Ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω, κατὰ τὸ ἐναντίον. Ἡ δὲ κατ' ἐναλλαγήν, ὅτε ὅλον ὅλου κρατήσει καὶ δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι, μηδενὸς ὄντος αὐτοῖς κοινοῦ. Ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν, ὅταν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν

tollit; atque e contrario cum aquæ humor terræ siccitatem, aeris calor aquæ frigus, et ignis siccitas humorem aeris pellit, tum mutationes et ortus eorumque vicissitudines effici solent. § 12. At corpus subjectum et his mutationibus obnoxium, omnium formarum capax, et per se primum tractabile est. § 13. Mutantur autem elementa, cum aut ex terra ignis, aut ex igne aer, vel aqua ex aere, vel ex aqua terra oritur, deinde alterius elementi interitu, denique tertio loco cum uniuscujusque elementi contraria interit facultas, cognata vero, et quæ ejusdem generis est, relinquitur. Ita deleta una e rebus contrariis generatio absolvitur. Nam quum ignis calidus siccusque sit, aer autem calidus et humidus, utrique communis est calor; siccitas vero ignis, humor aeris proprius est. Quare quando humor aeris ignis siccitatem exsuperat, ignis in aerem convertitur. § 14. Præterea aqua quum sit humida et frigida, aer humidus et calidus, utrique communis est humor: aqua vero proprium habet frigus et aer calorem. Itaque si aquæ frigus aeris calorem vincit, ex aere in aquam efficitur mutatio. § 15. Rursus quum terra frigida siccaque sit, aqua frigida et humida: utraque frigus communiter possidet, separatim vero terra siccitatem, humorem aqua sibi vindicat. Quo fit ut, quum terræ siccitas aquæ humore valentior est, aqua in terram vertatur. § 16. Contra vero, quæ a terra sursum ascendit mutatio, contrario modo fit (ita ut terra in aquam, aqua in aerem, aer in ignem mutetur). At vero alterius elementi interitu mutatio tunc accidit, quum totum altero superius est, et duæ facultates contrarias duas perdunt, si nihil illis elementis commune sit. Nam quum ignis calidus et siccus sit, aqua frigida et humida; si aquæ humor ignis siccitatem, et

τοῦ ἐν τῷ πυρὶ] Sic codd.; articulus τοῦ deest apud Vizzanium qui postea etiam dedit τοῦ ἐν ὕδατι ὑγροῦ.

τὸ δ' ἐν τῷ ὕδατι] cod. Par. B.; reliqui τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι.

γίνονται] cod. Par. A. γίγνονται, reliqui γίνονται.

§ 12. πρὸς ἁφὴν] codd. Parr. atque edd. Lovan. Comm. Batt.; πρὸς τὴν ἁφήν Vizzan. Gal. Dargens.

§ 13. [δεύτερον δὲ κατ' ἐναλλαγήν] Hæc verba e Rud lphi conjectura adjecta sunt. Cf. § 16. Vulgo post εἰς γῆν legitur καὶ τρίτον. Pru τρίτον Commelinus Varr. lectt. alios dicit τοῦτο legere, quæ conjectura non pluris facienda est quam Rotermundi εἰς γῆν, καὶ γίνονται τότε.

ὅταν] codd. Parr. A. et C.; male cod. B. et Vatt. ὅτε.

καταλειφθῇ] codd. Parr. A. et B. atque ita ediderunt Galeus et Dargensius; male Comm. Vizz. Batt. καταληφθῇ.

ὅταν μία ἐναντιότης φθαρῇ] Sic cod. C. Par.; in codd. A. et B. exstat ὅτε. Idem mendum in codd. Vatt. est.

ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν] γὰρ omissum est in codd. Parr. A. et B. atque in Vatt. ideoque repudiatum a Battæsio. Legitur in edd. Commel. Gal. Dargensii et aliorum.

τὸ θερμὸν — τὸ ξηρὸν] codd. tres Parr.; articulus uncis inclusus in edd. Comm. Gal. Dargens. Vizzanius dedit πυρὶ τὸ ξηρόν.

§ 14. ὁ δὲ ἀὴρ] codd. Parr. B. et C.; cod. A. ὁ δ' ἀήρ.

κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν] codd. tres Parr. et Vatt.; item edd. Lovan. et Vizzan. At Nogarola et Battæsius habent ἀμφοτέροις αὐτῶν.

ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ὕδατι] cod. Par. A.; in reliquis codd. atque in omnibus edd. scriptum est τὸ ἐν ὕδατι, in Par. B. autem οὖν ἐν τῷ ὕδατι.

§ 15. πάλιν ἐπεὶ ἡ μὲν γῆ] cod. Par. A.; reliquæ membranæ et editiones πάλιν ἡ μὲν γῆ.

γῆς μὲν] Codd. Parr. A. et B. habent ἴδιον δὲ γῆς μὲν τὸ ξηρόν, cod. C. autem ἴδιον δὲ γῆς μὲν ξηρόν, quod in Lovan. ed. transiit. In verbis τὸ ξηρὸν articulum a cæteris omissum posuit Vizzanius. Præterea codd. Vatt. et Barth. teste Vizzanio τῆς μὲν γῆς, quod probavit Rudolphus; μὲν deest in edd. Nog. Comm. Darg. Battæs.

ἐν τῇ γῇ] codd. Parr. A. et B. Non aliter Vizzan. et Gal.; sed Comm. et Batt. ἐν γῇ.

§ 16. ἐναλλαγὴν] codd. Parr. et Vatt. atque hoc posuerunt Vizzanius, Commelinus, Battæsius et Rudolphus. Nogar. ἀναλλαγήν.

ψυχρὸν καὶ ὑγρόν] Sic cod. Par. C.; reliqui duo ὑγρὸν καὶ ψυχρόν.

ὅταν — ἐπικρατήσῃ] bis habent codd. Parr. et pleræque edd.; Vizzanius vero male ἐπικρατήσει posuit.

ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν — τοῦ ἐν τῷ πυρὶ] codd. Parr. A. et B.

ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ θερμοῦ· γίνεται ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή. § 17. Πάλιν ἐπεὶ ἡ μὲν γῆ ἐστι ψυχρὸν καὶ ξηρόν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸν καὶ ὑγρόν· ὅταν τὸ μὲν ἐν τῇ γῇ ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς γῆν μεταβολή. § 18. Ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος φθαρῇ τὸ ὑγρόν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ θερμόν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν πῦρ· καταλείπεται γὰρ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ θερμόν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν· τὸ δέ γε πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν. § 19. Ὅταν δὲ τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρόν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν γῆ. Καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρόν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ψυχρόν· ἡ δὲ γῆ ἐστι ψυχρὰ καὶ ξηρά. § 20. Ὅταν δὲ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν καὶ τοῦ πυρὸς τὸ θερμόν, γένεσις οὐκ ἔσται. Τὰ γὰρ ἐναντία καταλείπεται ἐπ' ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρόν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν. Τὸ δὲ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἐναντίον. § 21. Καὶ πάλιν ὅταν τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρόν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὅμοιον, οὐδὲ οὕτως ἔσται γένεσις. Καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρόν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν· τὸ δὲ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ ἐναντίον. Καὶ περὶ μὲν γενέσεως τῶν πρώτων σωμάτων, πῶς τε καὶ τίνων ὑποκειμένων γίνεται, ἱκανῶς εἴρηται διὰ βραχέων. § 22. Ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος καὶ ἀγένητος ὁ κόσμος, καὶ οὔτε ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν οὔτε τελευτήν ποτε λήψεται· δεῖ καὶ τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν, καὶ τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ συνυπεῖναι ἀλλήλοις· τὸ μὲν ποιοῦν τὴν γένεσιν τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστὶ πᾶν· σύνεγγυς δὲ μᾶλλον ὁ ἥλιος

aquæ frigus ignis calorem reprimit, ex igne in aquam conversio fiat oportet. § 17. Jam vero quum terra frigida siccaque sit, aer calidus et humidus, ubi terræ frigus calorem aeris, et terræ siccitas humorem aeris perdomuit, aer in terram transeat necesse est. § 18. Quum vero humor aeris et ignis calor interierit, ex ambobus ignis orietur. Nam aeris calor et ignis remanet siccitas. Atqui calidus et siccus ignis est. § 19. At quum terræ frigus et aquæ humor perierit, ex ambabus nascetur terra: siquidem terræ siccitas et aquæ servatur frigus, quibus quidem facultatibus terra prædita est. § 20. Sed quum aeris et ignis pariter deletur calor, nullius elementi erit ortus. Nam utriusque contrariæ facultates relinquuntur, aeris quidem humor et ignis siccitas. At humor et siccitas contraria sunt. § 21. Denique sublato haud secus terræ atque aquæ frigore, ne sic quidem ulla erit generatio, siquidem terræ siccitas et humor aquæ servantur incolumes. At siccitas et humor facultates oppositæ sunt. Ac de ortu quidem primorum corporum, et quonam modo, et quibus rebus subjectis fiat, satis ac breviter expositum est. § 22. Verum cum interitus et ortus expers sit mundus, atque ut neque initium habuit, ita nec finem sit habiturus, duo simul adesse oportet, quorum unum patris instar in altero generationem efficiat, alterum matris instar in se ipso generet. Atque quod in alio generat, ea censetur esse universa mundi pars quæ supra lunam posita est, propius vero sol ipse, qui accessu suo et re-

---

in cod. C. pro τὸ scriptum est τοῦ. Cæterum hæc omnia desiderantur in Nogarolæ editione, leguntur autem apud Vizzanium e codd. Vatt.

§ 17. πάλιν ἐπεὶ ἡ μὲν] codd. Parr. A. et B., item Vatt. et Barth.; ἐπεὶ habent etiam Vizzanius et Rudolphus. Deest hæc vox in edd. Nog. Commel. Gal. Dargens. Batt.

ὁ δὲ ἀὴρ] cod. Par. C.; ὁ ἀὴρ δὲ Par. A., ἀὴρ δὲ Par. B.

ὅταν τὸ μὲν ἐν τῇ γῇ] codd. Parr. A. et B. et Vizzanio teste Vatt. atque Barth.; ὅταν οὖ· τὸ ἐν τῇ γῇ Nog. Comm. Gal. Darg.; Battæs. male ὅταν ἐν τῇ γῇ.

ξηρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ] Ita codd. tres Parr. Vatt. et Barthol. atque edd. Lovan. et Rudolph. Omittitur ἐπικρατήσῃ in reliquis editionibus, ne Battæsiana quidem excepta.

§ 18. γεννηθήσεται] videtur in aliis membranis exstare; in Parisiensibus hoc loco vitiose γενηθήσεται scriptum est.

τὸ δέ γε πῦρ] Sic codd. Parr.; γε deest in cod. Vat.

§ 19. γεννηθήσεται] Parr. A. et B.; C. habet γενηθήσεται.

αὐτῶν γῆ] codd. tres Parr. atque edd. Lovan. et Batt.; αὐτῶν ἡ γῆ male Vizzan. Articulum uncis incluserunt Commelinus, Galeus, alii

§ 20. τοῦ ἀέρος φθ.] Ita omnes edd. cum cod. Par. C.; in cod. Vat. atque in Parr. A. et B. legitur ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος, ubi μὲν propterea quod καὶ hic ei respondet non satis commodum habet usum in soluta oratione. Quamobrem satius est omittere hanc particulam.

§ 21. ὅταν τῆς μὲν γῆς] Cod. Par. B. et Vat. nec non Barth. testibus Vizzanio et Siebenkeesio habent ὅταν μὲν τῆς γῆς; cod. Par. A. ὅταν μὲν γῆς; Nog. Comm. et Batt. legunt ὅταν γῆς μὲν φθ.; Galeus et Dargensius ὅταν τῆς γῆς μὲν φθ. Rectius Rudolphus ὅταν τῆς μὲν γῆς φθ.

τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὅμοιον] cod. Vat. a Siebenkeesio excussus; καὶ τοῦ ὕδατος τ. ὅ. codd. Parr. A. et B. nec non Vizzanio teste codd. Vatt. et Barth.; ὕδατος δὲ ὅμοιον Par. C. Nog. Commel. Gal. Darg. Batt. Quod contextui inserui jam antea Rudolpho placuerat.

γίνεται] Cod. Par. A. γίγνεται, cæteri γίνεται.

διὰ βραχέων] Deest hæc formula in cod. Par. A. ideoque a Battæsio omissa est, exstat autem in codd. B. et C.; Commelinus et Galeus διαβραχέων; Vizzanius διαβραχέως.

§ 22. ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος καὶ ἀγένητος ὁ κόσμος] Cod. Par. A. ἐπεὶ δ' ἀνώλεθρος καὶ ἀγένητος ὁ κόσμος; cod. B. ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος καὶ ἀγέννητος ὁ κόσμος. Eadem exstant in cod. Barth.; cod. Par. C. habet ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος καὶ ἀγέννητος. Eandem lectionem sequuntur Gal. Comm. Batt. et Patric. p. 254, a quibus in hoc tantum dissentiunt Vizzanius, editor Lovaniensis et secum ipse Patric. p. 239, quod ἀγένητος dederunt.

τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ] codd. Parr. B. et C.; sed in Cod. A. scriptum est γεννον (sic) ἐν αὐτῷ, with ω written above γεννον. Cæterum τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν ita opponitur τῷ γεννῶντι ἐν ἑαυτῷ, ut illud quasi patris, hoc matris instar habendum sit.

τὸ μὲν ποιοῦν τὴν γένεσιν] codd. Parr. omnes, nec non Vatt. et Barth. atque edd. Lovan. et Rudolph.; contra Patricius p. 239 et 254 Vizzan. Commel. Darg. Battæs. addunt ἐν ἑτέρῳ ad ποιοῦν, quasi non facile hæ voces, etsi non adjectæ ex iis quæ dicuntur intelligi queant.

κατά τε τὰς πρ.] Sic codd. tres Parr. Vatt. Barth. atque

κατά τε τὰς προσόδους καὶ τὰς ἀφόδους μεταβάλλων τὸν ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχους τε καὶ θερμασίας, ᾧ συνεπακολουθεῖ καὶ τὴν γῆν μεταβάλλειν καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς. § 23. Εὖ δὲ ἔχει καὶ ἡ λόξωσις τῶν ζωδίων τοῦ πόλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν. Αἰτία γὰρ καὶ αὐτὴ τῆς γενέσεώς ἐστι· καθόλου δὲ ἡ τοῦ παντὸς διακόσμησις, ὥστε εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιοῦν τὸ δὲ πάσχον· τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ γεννῶν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστί· τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸ ὑποκάτω σελήνης. Τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γενητοῦ κόσμος ἄρα ἐστίν.

ΚΕΦ. Γ.

§ 1. Ἀνθρώπου δὲ ἀρχὴ γενέσεως πρώτη οὐ γέγονεν ἐκ γῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων οὐδὲ φυτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα καὶ τὰ ἐνδιακεκοσμημένα συνυπεῖναι. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀεὶ ὄντος τοῦ κόσμου, ἀναγκαῖον καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συνυπάρχειν· λέγω δὲ μέρη οὐρανόν, γῆν, τὸ μεταξὺ τούτων, ὃ δὴ μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται, οὐ γὰρ ἄνευ τούτων, ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ ἐκ τούτων ὁ κόσμος. § 2. Τῶν δὲ μερῶν συνυπαρχόντων, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα συνυπάρχειν αὐτοῖς· οὐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην, ἀπλανεῖς τε ἀστέρας καὶ πλανήτας, τῇ δὲ γῇ ζῶα, φυτά, χρυσόν, ἄργυρον, μεταρσίῳ δὲ καὶ ἀερίῳ πνεύματα, ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον· σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανός, σὺν τῷ τὰ περιεχόμενα ἔχειν, καὶ σὺν τούτῳ

cessu aerem continenter immutat et variat, pro portione frigoris et caloris, cujus mutationem sequitur terræ mutatio et eorum quæ sunt in terra. § 23. Obliquitas etiam signorum cœlestium ad solis motum maxime confert, cum et ipsa generationis causa sit, et omnino ordinata universi compositio, qua fit ut alia pars agat, alia patiatur. Quod ergo in alio generat, supra lunam, quod autem in se ipso, infra eam collocatum est: at quod ex ambabus constat partibus, ex una quidem divina et semper currente, ex altera vero genita, et mutationibus perpetuo obnoxia, id certe mundus est.

CAP. III.

§ 1. Nec vero primum humani ortus initium, quemadmodum nec cæterorum animalium, neque plantarum e terra ductum est, sed mundi ornatus et dispositio cum semper permaneat, ea quoque quæ in eo disposita digestaque sunt semper simul adesse necesse est. Quum igitur mundus æternus sit, partes quoque ejus una semper esse oportet; partes autem dico cœlum et terram et spatium interjectum quod sublime et aerium vocatur: neque enim sine iis, sed cum iis atque ex iis concretus est mundus. § 2. Sed quia partes simul exstant, necesse est ea quoque quæ iis continentur, una cum illis exstare, cum cœlo solem, lunam, stellas tam inerrantes quam vagas: cum terra animalia, plantas, aurum et argentum: cum sublimi et aeria regione spiritus et ventos, necnon mutationem in caloris et frigoris vim majorem. Cum his enim, id est cum iis quæ eo continentur vere cœlum est, cum

---

edd. Lovan. et Rudolph. Reliquæ edd. exhibent κατά γε τὰς πρ.

ψύχους τε] codd. Parr. et Vat.; item edd. Lovan. Batt. Rud.; τε omissum est apud Vizzanium et Patricium, apud Commelinum vero et alios uncis inclusum.

τὰ ἐπὶ γῆς] codd. Parr.; τὰ deest in Vizzanii editione.

§ 23. λόξωσις] cod. Par. A.; vulgo λόξις, cujus loco Patricius λόξυς habet. Sed Galeus jam recte λόξωσις conjecit.

πόλου] πόλος hic accipiendum est pro *cœlo*, qua significatione hoc vocabulum non solum apud poetas legitur (cf. interpp. ad Horat. Carm. I, 28, 6), verum etiam apud philosophos. Æschin. Socr. Dial. III, 19: τοῦ δὲ πόλου ὄντος σφαιροειδοῦς. Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 652.

καὶ αὐτὴ τῆς γεν.] codd. Parr. B. et C. Patricius pag. 239 et 254 et pleræque edd.; καὶ αὕτη τῆς γεν. cod. Par. A. et ed. Lovan.

γενέσεώς ἐστι] ἐστι omissum a Nogarola et Patricio exstat in codd. Vatt. Barth. et tribus Parisiensibus.

ἐν ἑτέρῳ γεννῶν τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστί] codd. Parr. A et C.; sed in cod. B. item codd. Vat. et in Barth. testibus Vizzanio et Siebenkeesio legitur ἀνωτέρω γενῶν. Vizzanius et Battæsius ὑπ. τῆς σελήνης. Articulum uncis inclusit Commelinus atque alii.

τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ — σελήνης] Desunt hæc in cod. Vat.

κεφ. γ'] om. in codd. Parr.

§ 1. δὲ ἀρχὴ] codd. Parr. A. et C. Vizzan. et ed. Lovan.; sed Galeus δ' ἀρχή.

οὐδὲ φυτῶν] codd. Parr. A. et C.; cod. B. οὔτε φυτῶν, quod in omnibus est editionibus.

ἐνδιακεκοσμημένα] codd. Parr.; κεκοσμημένα cod. Vat.

συνυπεῖναι] codd. Parr. atque edd. Lov. Comm. Gal. Batt.; συνεπεῖναι Vizzan. Dargens. Roterm.

μέρη αὐτοῦ] codd. Parr. Vat. Barth.; Nogarola αὐτοῦ.

οὐρανὸν, γῆν] cod. Par. C.; γῆν οὐρανὸν codd. A. et B.

ἐμπεριεχόμενα] cod. Par. A. Vat. ap. Vizz. et Siebenk. atque edd. Vizz. Gal. Darg. Batt.; περιεχόμενα edd. Lovan. Nog. Comm.

πλανήτας, τῇ δὲ γῇ] cod. Par. C., extrema vox autem in contextu omissa secunda manu in margine posita est; eadem leguntur in edd. Vizz. Gal. Darg. At codd. Parr. A. et B. πλανῆτας γῇ δὲ ζῶα; πλανῆτας reperitur etiam in edd. Lovan. Comm. Batt. Rudolphus hanc formam pro dorismo habet, quia Dores ας in hoc casu primæ declinationis corripiant. Quodsi non nego dorici quid superesse posse in libro qui e dorico sermone in atticum translatus sit, satius tamen est aut πλανήτας scribere cum cod. Par. C. et Pseudoplutarch. de plac. phil. lib. II, 15, aut cum Platone πλάνητας. Nam antiquioribus stellæ errantes non πλανῆται sunt, sed πλάνητες. Ceterum γῇ δὲ solus Battæsius in verborum ordinem recepit, reliqui τῇ δὲ γῇ scripserunt.

ἄργυρον] codd. Par.; Vizzanius ἀργύριον.

ἄνεμον] Sic cod. Par. C.; sed cod. A. ἄνεμος, cod. B. et Vat. ἀνέμους. In edd. Nog. Comm. Batt. et aliorum est ἄνεμον, Vizzanius codicis Vaticani lectionem probavit.

μεταβολὴν] codd. Parr. A. et B.; μεταβολὴ cod. C.

σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανὸς] codd. Parr.; sed ed. Lovan. σὺν τούτῳ δέ γε οὐρανόν.

καὶ σὺν τούτῳ γῆ, σὺν τῷ τὰ ἐπ' αὐτῆς] codd. Parr. A. et B, nec non Vatt. et Barth.; sed cod. Par. C. σὺν τούτῳ

γῆ, σὺν τῷ τὰ ἐπ' αὐτῆς φυόμενα καὶ βοσκόμενα ὑπεῖναι, καὶ σὺν τούτῳ μετάρσιον καὶ ἀέριον, σὺν τῷ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι. § 3. Ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τι γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος, ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες, ἀνάγκη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀΐδιον εἶναι, εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμϐιϐάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι. § 4. Φθοραὶ δὲ καὶ μεταϐολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ τὰ μέρη τῆς γῆς· ὅτε μὲν ἀνάχυσιν λαμϐανούσης τῆς θαλάσσης εἰς ἕτερον μέρος· ὅτε δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυνομένης καὶ διισταμένης ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων κρύϐδην ἐπιφερομένων· παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσται ποτέ. § 5. Διὸ καὶ τοῖς λέγουσι, τὴν τῆς ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ Ἰνάχου εἶναι τοῦ Ἀργείου, προσεκτέον οὕτως, οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γενομένης μεταϐολῆς κατ' αὐτήν. Πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσται βάρϐαρος ἡ Ἑλλάς, οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων μόνον γινομένη μετανάστατος, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως, οὐ μείζονος οὐδὲ μείονος αὐτῆς γινομένης, ἀλλὰ καινοτέρας ἀεί, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμϐανούσης. Περὶ μὲν οὖν τοῦ ὅλου καὶ παντός, ἔτι δὲ καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἐν αὐτῷ γινομένης, ὡς οὕτως ἔχει καὶ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τῆς μὲν

his terra, id est cum iis quæ in ea crescunt et aluntur, cum his denique sublime et aerium spatium, id est cum iis omnibus, quæ in eo accidunt et gignuntur. § 3. Cum igitur in unaquaque mundi parte collocatum sit aliquod cæteris præstans animalium genus, in cœlo dii, homines in terra, in sublimi dæmones, necesse est humanum genus esse perpetuum, siquidem vere evincit ratio, non solum mundi partes una cum mundo, verum et ea quæ partibus continentur una cum mundo exstare. § 4. At terræ partes vi mutantur et intereunt : interdum quidem cum mare in aliam partem effunditur, quandoque vero cum terra ventis et aquis quæ in ipsam latenter ingrediuntur, dilatatur ac distrahitur : terræ vero temperatio et compositio nunquam antea prorsus interiit, nec post ullo tempore interitura est. § 5. Quapropter qui dicunt, historiæ Græcæ initium ab Inacho Argivo repetendum esse, velim sic existiment, non ab aliquo primo principio, sed ab aliqua mutatione quæ tunc accid rit, eam ortum denuo habuisse. Græcia enim et antea sæpius fuit et posthac etiam erit barbara, non modo ab hominibus alio commigrantibus deserta, verum etiam ipsius naturæ vi vastata, quæ quamvis nec major fiat neque minor, nova tamen semper est, atque ab eo, quod nobis videtur initium, proficiscitur. De toto mundo ac de universo, deque ortu et interitu, qui in eo fiunt, et ut se habeant, atque in omni æternitate sint habituri, cum natura partim sempiterno in motu

---

γῆ, σὺν τούτῳ τὰ ὑπ' αὐτῆς. Ed. Lovan. habet σὺν τούτῳ γῆ, σὺν τῷ τὰ ὑπ' αὐτῆς. Verba σὺν τῷ omissa a Nogarola et Commelino exstant in edd. Vizzanii, Battæsii et Rudolphi.

πάντα τὰ γενόμενα] Articulum omittunt tres codd. Parr.; ed. Lovan. habet πάντων γινόμενα.

§ 3. γένος τῶν ἀνθρ.] codd. Parr.; τῶν apud Battæsium omissum est.

§ 4. βίαιοι γίνονται] codd. Parr. B. et C.; sed cod. A. γίγνονται quod edidit Battæsius.

κατὰ τὰ μέρη] cod. Vat. apud Siebenk. nec non Parr. A. et B.; Commelinus et Battæsius κατὰ μέρη.

ὅτε μὲν] codd. Pariss.; male edd. Lovan. Comm. et Batt. ὁ τὲ μὲν.

τῆς θαλάσσης] codd. Parr.; τῆς deest apud Nogar. et Patric. p. 279, sed exstat in edd. Lovan. Vizzan. Batt. qui hanc voculam uncis inclusit, Comm. Gal. Rudolph.

εἰς ἕτερον] Sic codd. Parr. et Vatt. testibus Vizzanio et Siebenkeesio atque edd. Vizzan. Batt. Rudolph.; εἰς desideratur in edd. Lovan. Comm. atque apud Patric. p. 279.

εὐρυνομ.] Codd. Parr.; sed Cod. Vat. διευρυνομ. et pro ἢ ὑδάτων Patric. lib. I καὶ ὑδάτων.

παντελὴς δὲ φθορὰ κ. τ. λ.] Quæ sequuntur usque ad finem hujus capitis Stobæus dorico sermone attulit Ecl. Phys. I, 24 p. 45.

οὔτε ἔσται] Patric. l. c. οὐδ' ἔσται.

§ 5. εἶναι τοῦ Ἀργ.] εἶναι τοῦ non agnoscit Stobæus.

οὐχ ὡς ἀπὸ] ὡς οὐκ ἀπὸ Stobæus.

μετ. κατ' αὐτήν] Stob. μετ. καὶ κατ' αὐτάν. Item adjecto καὶ Siebenk. e codice suo notavit κ. αὐτόν.

γὰρ καὶ γέγ.] γὰρ ἤδη καὶ γέγονε Stobæus.

Ἑλλάς] recte codd. Parr. A. et C.; sed Cod. B. habet ἑλάς.

οὐχ ὑπ' ἀνθρ. — μετανάστατος] Ita codd. Parr. A. et C., nec non Vat. apud Siebenkeesium; μετάστατος Nogar. Comm.; ἀπ' ἀνθρώπων cod. Barth. Stobæus hæc habet : οὐ οὐχ ὑπ' ἀνθρ. μ. γιγνομένα μετανάστασις.

οὐ μείζ. οὐδὲ μείονος] Sic codd.; sed Stobæus οὔτε μ. οὔτε μείονος.

ἀλλὰ καινοτέρας ἀεὶ καὶ πρὸς] codd. Parr. A. et B.; in cod. C. legitur ἀλλὰ καινοτέρας ἀεὶ πρὸς quemadmodum in ed. Lovan. Verba ἀλλὰ καινοτέρας exstant apud Stobæum atque in edd. Nog. Lovan. Rudolph. At ἀλλὰ καὶ νεοτέρας (sic) legunt Vizzanius e codd. Vatt. et Barth. Gal. Darg. Batt., denique ἀλλὰ γὰρ νεοτέρας Commel.

πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμϐανούσης] Nogarola locum sic interpretatur : « quæ (natura) tametsi nec major redd tur neque minor, recentior tamen semper est et ratione nostri principium sumit. » Bardilius : « in der Natur, die zwar im Ganzen nie weder gewinnt noch verliert, aber sich doch immer verjüngt und in diesem Betracht für uns einen Anfang nimmt. » Est autem πρὸς ἡμᾶς non magis quod Bardilius voluit *nobis* (für uns), quam quod Nogarola dicit *ratione nostri* (in Rücksicht auf uns), sed utrumque conjunctim dicendum est. Quod quum uno vocabulo nequeat fieri, hac circumlocutione usus sum : « quæ quamvis nec major fiat neque minor, nova tamen semper est, atque ab eo, quod nobis videtur initium, proficiscitur. »

περὶ μὲν οὖν τοῦ ὅλου] cod. Par. A.; reliqui omittunt οὖν, quod e Stobæo adjiciendum putaverat Rudolphus.

ἔτι δὲ καὶ] codd Parr.; δὲ non exstat in cod. Vat. et Barth.; καὶ omisit Stobæus.

φθορᾶς] Stobæus ἀφθαρσίας.

ἐν αὐτῷ γινομένης] cod. Par. A. Vat. Barth. ed. Lovan. et Patric. T. II lib. VI p. 239. Sed Nog. Comm. Gal. Darg. et alii ἐν ἑαυτῷ γιν. et Stobæus ἐν αὐτῇ γιγνομένας.

ὡς οὕτως ἔχει] cod. Par. C.; ὡς desideratur in codd. A. et B, item in Vat. et Barth. At Stobæus : ὥστ' ἔχει,

ἀεικινήτου φύσεως οὔσης, τῆς δὲ ἀειπαθοῦς, καὶ τῆς μὲν ἀεὶ κυβερνώσης, τῆς δὲ κυβερνωμένης, ἱκανῶς εἴρηταί μοι διὰ τούτων.

ΚΕΦ. Δ.

§ 1. Περὶ δὲ τῆς ἐξ ἀλλήλων ἀνθρώπων γενέσεως, ὅπως τε καὶ ἐκ τίνων ἔσται κατὰ τρόπον ἐπιτελουμένη, νόμῳ τε καὶ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος ἐπισυνεργούσης, τάδε καλῶς ἔχειν οἴομαι. Πρῶτον μὲν τοῦτο διαλαβεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα πρόσιμεν, ἀλλὰ τέκνων γενέσεως. § 2. Καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις καὶ τὰ ὄργανα, καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς τὴν μῖξιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένας τοῖς ἀνθρώποις, οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. Ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν, θνητὸν φύντα θείου βίου κοινωνῆσαι, τὴν τοῦ γένους ἀθανασίαν φθειρομένην καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεός, ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην τὴν γένεσιν. Ἓν οὖν τοῦτο πρῶτον δεῖ θεωρεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα ἡ μῖξις. § 3. Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ σύνταξιν πρὸς τὸ ὅλον, ὅτι μέρος ὑπάρχων οἴκου τε καὶ πόλεως, καὶ τὸ μέγιστον κόσμου, συμπληροῦν ὀφείλει τὸ ἀπογινόμενον τούτων ἕκαστον, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑστίας λειποτάκτης γίνεσθαι, μήτε πολιτικῆς, μήτε μὴν τῆς θείας. § 4. Οἱ γὰρ

versetur, partim perpetuo extrinsecus patiatur, atque tum semper gubernet, tum gubernetur, satis mihi his verbis dictum est.

CAP. IV.

§ 1. De mutua autem ipsorum hominum generatione, quo modo et ex quibus recte perfici possit, ita ut non modo legitime, sed etiam temperantiæ quasi et pietatis ope, facta esse videatur, hæc existimo bene præcipi. Primum illud statuendum est, nos non voluptatis, sed procreandæ sobolis causa cum mulieribus coire. § 2. Siquidem facultates ipsas, instrumenta, et appetitus hominibus dedit deus, non ut voluptate fruerentur, sed ut eorum genus perpetuo permaneret. Nam cum fieri non possit ut homo ipse, qui mortalis natus est, æternæ vitæ particeps efficiatur, pereuntem in singulis generis immortalitatem ita supplevit deus, ut generationem hanc infinitam et continuam redderet. Hoc unum igitur primum spectari oportet, non esse voluptatis causa concubandum. § 3. Deinde hominis cum rerum universitate rationem considerari convenit, quippe qui domus et civitatis, et quod caput rei est, mundi pars sit ideoque debeat quæ singula ex his pereunt supplere, alioquin cum domestici et civilis, tum etiam divini laris desertor futurus sit. § 4. Nam qui

---

ἀειπαθοῦς, καὶ τῆς μὲν] Sic tres codd. Parr. atque edd. Vizz. Lovan. Batt. nec non Patric.; Stobæus omisit καὶ; Comm. habet μὲν (τῆς) ἀεὶ, Gal. καὶ (τῆς) μέν.

ἱκανῶς εἴρηταί μοι διὰ τούτων] Sic codd. Parr. atque edd. Lovan. et Battæs.; Stobæus ἄνω εἴρηταί μοι περὶ τούτων; Patricius εἰ ἱκανῶς; vulgo ἱκανῶς μοι εἴρηται.

κεφ. δ'] om. in codd. Parr.

§ 1. τῆς ἐξ ἀλλήλων] codd. Parr.; Vizzan. male τῆς ἐκ τῶν ἀλλήλων.

ἐπιτελουμένη] correxit Rudolphus; vulgo ἐπιτελούμενα.

νόμῳ] In cod. Vat. a Siebenkeesio excusso videtur νόμου legi.

τε καὶ σωφροσύνης] codd. Parr.; ed. Lovan. habet δὲ καὶ; Comm. in Varr. lectt. monet ab aliis legi σωφροσύνῃ καὶ ὁσιότητι.

§ 2. τὴν μῖξιν] codd. Parr.; Vizz. Lovan. Batt.; (τὴν) μίξιν Comm. Gal.

τοῦ θεοῦ] codd. Parr. A. et B. atque edd. Lovan. Vizz. Gal. Darg.; contra articulum omiserunt Comm. et Batt. cum cod. C.

τοῖς ἀνθρώποις] tres codd. Parr.; τοῖς deest apud Commel.

ἐπειδὴ γὰρ] codd. Parr. A. et B.; cod. C. ἐπειδ' γὰρ (sic); in sola ed. Lovan. est ἐπεὶ γάρ.

ἀμήχανον] codd. Parr. et Vatt. atque edd. Vizz. et Comm.; deest hæc vox in Nog. ed. et apud Patric. p. 255.

ἦν] codd. Parr.; inepte cod. Vat. ὄν.

βίου] omnes codd. Parr.; item Vizz. et Batt.; deest hæc vox in ed. Lovan.; inclusa apud Comm. Gal. Dargens.

τὴν τοῦ γένους ἀθανασίαν φθειρομένην καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεός] Ita correximus verba quæ in membranis sic scripta leguntur: τῆς τοῦ γένους ἀθανασίας φθειρομένης καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεός. At ἀνεπλήρωσεν nunquam dicitur absolute, sed necessario accusandi casum ad quem referatur requirit. Mixta quam Rudolphus excogitavit structura τὴν τοῦ γένους ἀθανασίαν, φθειρομένης καθ' ἕκαστον, ἀνεπλήρωσεν ferri nequit.

ἀκατάληκτον] codd. Parr. et Vat. Siebenk. teste; Vizzanius typographorum errore ἀκατάλεκτον et Commelinus ἀκατάληπτον.

ποιήσας] codd. Parr. B. et C., sed A. male ποιήσαντα.

ταύτην τὴν γένεσιν] Sic emendavi codicum scripturam ταύτην γένεσιν, quam editores intactam reliquerant. Articulus hic omitti nequit. Cf. Bernhardi *Syntax* p. 319. Non spernenda tamen Patricii lectio, e codicibus fortasse petita, quæ p. 217 et 255 reperitur. Utroque enim loco habet συνεχῆ τὴν γένεσιν.

ἓν οὖν τοῦτο] codd. Parr.; τοῦτο deest apud Vizzanium.

§ 3. τὸ μέγιστον κόσμου] Ita codd. nisi quod in Par. A. scriptum erat τοῦ κόσμου, sed deletum est postea τοῦ.

ὀφείλει] codd. et edd. præter Lovan., ubi legitur ὀφείλειν.

τὸ ἀπογινόμενον] codd. tres Parr. et Vat.; vulgo ἀπογενόμενον. Deinde γίνεσθαι in Parr. A. B. et Vat. γενέσθαι in Par. C., quæ vulgata lectio est. Non putaverim ἀπογενόμενον et γενέσθαι in codicibus legi, quorum scriptura nequaquam sollicitanda. Quum enim non συμπληρῶσαι, sed συμπληροῦν dixerit scriptor; recte subjungitur ἀπογινόμενον et γίνεσθαι. Singula quæ e rerum universitate tolluntur et pereunt, supplenda sunt homini. Quod quoties negligit, toties desertor rei communis habendus est.

ἐὰν μέλλῃ] codd. Parr.; ἐὰν μέλῃ edd. Lovan. et Commel., sed Batt. et reliquæ recte.

πολιτικῆς] cod. Par. C. et omnes edd.; male cod. Vat. et Parr. A. B. πολίτης.

§ 4. συναπτόμενοι] codd. Parr.; ἁπτόμενοι cod. Vat.

ἀκρασίας] Omnes codd. præter Par. C. ubi legitur ἐκρα-

καθάπαξ μὴ διὰ παιδοποιίαν συναπτόμενοι ἀδικήσουσι τὰ τιμιώτατα τῆς κοινωνίας συστήματα. Εἰ δὲ καὶ γεννήσουσιν οἱ τοιοῦτοι μεθ' ὕβρεως καὶ ἀκρασίας, μοχθηροὶ οἱ γενόμενοι καὶ κακοδαίμονες ἔσονται, καὶ βδελυροὶ ὑπό τε θεῶν καὶ δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων καὶ οἴκων καὶ πόλεων. Ταῦτα οὖν προδιανοουμένους οὐ δεῖ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις προσέρχεσθαι τοῖς ἀφροδισίοις, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον καλὸν ἡγουμένους· εἴπερ ἀναγκαῖον καὶ καλὸν εἶναι νομίζουσιν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὴ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους, καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληροῦσθαι (ἡμερώτατον γὰρ πάντων καὶ βέλτιστον ζῶον ὁ ἄνθρωπος), ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον εὐανδρεῖσθαι. § 5. Διὰ γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ τὰς πόλεις εὐνομουμένας οἰκήσουσι, καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους κατὰ τρόπον οἰκονομήσουσι, καὶ τοὺς θεοὺς δὲ φίλους αὐτοῖς καταστήσουσι· πάρεστι δὲ θεωρεῖν, ὅτι καὶ ἡ βάρβαρος καὶ ἡ Ἑλλὰς τότε μάλιστα εὐδοκιμεῖν πέφυκε κατὰ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις, ὅτε μὴ μόνον πολυπληθείᾳ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ εὐανδρίᾳ χορηγοῦνται. § 6. Ὅθεν ἁμαρτάνουσι πολλοί, μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τύχης, μηδὲ πρὸς τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ συνιστάντες τοὺς γάμους, ἀλλὰ πρὸς τὸν πλοῦτον ἢ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους ἀποβλέποντες. Ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ νέαν καὶ ὡραίαν συναρμόζεσθαι, συνηρμόσαντο ἂν τὴν ὑπερηλικεστέραν· ἀντὶ δὲ τοῦ συμπαθῆ

liberorum procreandorum causa omnino non coierint, ii nobilissimos consortionis humanæ cœtus injuria afficient et violabunt. Quodsi tales homines salacitate et intemperantia inducti ad generandum accesserint, qui orientur filii, improbi et miseri, diis, dæmonibus, hominibus, nec non familiis et civitatibus exsecrandi et detestabiles futuri sunt. Qui igitur hæc antea consideraverint, ii non belluarum more ad concubitum ferri debent, sed ita ut qui res venereas necessaria bona esse putent : siquidem necessarium et bonum probi viri existimant, non solum domos et plurima terræ loca magna hominum multitudine replere (mansuetissimum enim atque optimum animalium omnium est homo), sed etiam quod maximum est, probis hominibus complere. § 5. Hanc enim ob causam eveniet, ut civitates bene institutas inhabitent, res suas domesticas et familiares gubernent ac recte tueantur, deorum denique benevolentiam sibi concilient. Nam videre licet barbarorum terras et Græciam tum maxime in administranda republica atque in gerendis negotiis civilibus excellere, quum id studeant, ut non modo hominum multitudinem, sed etiam proborum virorum copiam sibi comparent. § 6. Itaque multi peccant in eo quod quum matrimonia contrahunt non fortunæ suæ (sive prosperæ sive adversæ) magnitudinem (i. e. suam salutem), neque publicam utilitatem sibi proponunt, sed divitias aut generis præstantiam tantum respiciunt. Pro puella enim atque in flore ætatis constituta quam ducere debebant, vetulam sibi

---

σίας, quod secunda manus superposito α in ἀκρασίας correxit.

οἱ γενόμενοι] codd. Parr. B. et C.; item cod. Barth.; in cod. A. scriptum est οἱ γεννώμενοι. In edd. Lovan. Batt. et Vizzan. exstat οἱ γενόμενοι, apud Commel. (οἱ) γενόμενοι, apud Nogarolam abjecto articulo γενόμενοι.

ταῦτα οὖν] codd. Parr. B. et C.; ταύτ' οὖν cod. A.

προδιανοουμένους] codd. Parr.; διανοουμένους Vizzan.

ἡγουμένους — καὶ καλὸν] Librarii negligentia exciderunt hæc in cod. Vat.

εἴπερ ἀναγκ.] cod. Par. A. et ed. Lov.; sed ἅπερ codd. Parr. B. et C. cum cod. Barth.; ὅπερ cod. Vat.

πληροῦσθαι] cod. Par. C.; in reliquis duobus hoc verbum desideratur.

ἡμερώτατον γὰρ πάντων καὶ βέλτιστον ζῶον ὁ ἄνθρωπος] cod. Par. C. atque edd. Nog. Comm. Gal. Darg. Batt; contra codd. Parr. A. et B. ἡμερώτατον γὰρ καὶ βέλτιστον πάντων ζώων ὁ ἄνθρωπος; cod. Barth. ἡμερώτερον; ed. Lovan. βέλτιστον ζώων, Vizzan. e codd. Vatt. ἡμ. γὰρ καὶ β. πάντων ζῶον. Cæterum hæc verba non injuria pro glossemate habet Rudolphus.

τὸ μέγιστον] codd. Parr. A. et C.; sed cod. B. et Vat. nec non Barth. τοῦ μεγίστου.

εὐνομουμένας] codd. Parr. et Vat.; Nog. ἐννομουμένας.

καὶ τοὺς θεοὺς δὲ φίλους — ὅτε μὴ μόνον] Supplevi locum antea mutilum cum Battæs. e codd. Parr. A. et B., nisi quod ille παρέξουσι adjecit, quod non est in membranis. In aliis autem libris scriptis et editis hæc leguntur : οἰκονομήσουσι, καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῖς κατὰ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις παρέξουσιν ὅτε μὴ μόνον κ. τ. λ. Sed in Lovan. ed. παρέξουσι deest. Verba καὶ τοὺς θεοὺς δὲ φίλους αὐτοῖς exstant etiam in codd. Vatt. testibus Vizzanio et Siebenkeesio atque in cod. Barth. in quibus præterea παρέξουσι omittitur, sed nihil inde ad explendam lacunam enotatum est. Alii apud Commel. in Varr. Lectt. habent καὶ οἱ φίλοι αὐτοῖς. In verbis καὶ τοὺς θεοὺς δὲ Rudolphus καὶ supervacuum et molestum esse opinatus delevit, quod nemini probatum iri spero. Xen. Anab. lib. II, 6, 8 : καὶ ἀρχικὸς δὲ ἐλέγετο εἶναι. Cf. ibid. VI, 1, 6. add. Herm. ad Vig. p. 847.

πολυπληθείᾳ] cod. Par. A.; πολυπληθίᾳ codd. B. et C. Utrumque recte se habet; nam πολυπλήθεια invenitur apud Hippocratem (vide Foesii Œconom.), Aristotelem, alios, πολυπληθία apud Sophoclem fragm. 388, Pol. I, 48, 6.

εὐανδρίᾳ] cod. Par. C.; sed in cod. A. reperitur ἀνδρείᾳ, in B. ἀνδρίᾳ, quod etiam in cod. Vat. vidisse se testantur Vizzanius et Siebenkeesius. Idem exstat in cod. Barth. atque in ed. Lovan.

§ 6. τῆς τύχης] Ita codd.; Klotzius in censura editionis Dargensianæ legendum suspicatus est τῆς ψυχῆς. At vulgata scriptura commodum habet sensum.

συνηρμόσαντο ἂν] Sic omnes codd. Omitti poterat ἂν quia de eo agitur quod fieri solet (vid. Hermann. ad Viger. p. 746); sed tuemur membranarum scripturam, in qua nihil est quod ab optimorum scriptorum usu plane abhorreat. Cf. Hermann. de part. ἂν lib. I cap 7 et Bernhardi Syntax. p. 390 seq.

τοῦ συμπαθῆ] cod. Vat. Siebenkeesio teste; in codd. Parr. atque in edd. Lovan. et Comm. deest τοῦ.

ὁμοιοτάτην] Sic flagitante sensu cum Gal. Darg. Rudolpho et aliis scripsi. Codex Vat. Vizzanio et Siebenkeesio testibus exhibet ὁμοιότητα. Codd. tres Parr. ὁμοιότατον, quod in ed. Lovan. transiit. Battæsius habet ὁμοιοτάτη, Vizz. ὁμοιοτάταν dorice.

γένει] codd. Parr. A. et B.; in C. legitur γένη, in margine autem γένει.

ἢ ὑπερχρήματον] codd. Parr. A. et B., item Vat. a Sie-

τὴν ψυχὴν καὶ ὁμοιοτάτην, ἐπίδοξον τῷ γένει ἢ ὑπερχρήματον. Τοιγάρτοι ἀντὶ συμφωνίας διαφωνίαν, καὶ ἀντὶ ὁμοφροσύνης διχοφροσύνην κατασκευάζουσι, περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. Ἡ μὲν γὰρ ὑπερέχουσα πλούτῳ καὶ γένει καὶ φίλοις ἄρχειν προαιρεῖται τοῦ ἀνδρὸς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον· ὁ δέ γε διαμαχόμενος δικαίως, καὶ οὐ δεύτερος, ἀλλὰ πρῶτος θέλων εἶναι, ἀδυνατεῖ τῆς ἡγεμονίας ἐφικέσθαι. § 7. Ὧν δὴ γενομένων οὐ μόνον τοὺς οἴκους κακοδαίμονας, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις συμβαίνει γενέσθαι. Μέρη γὰρ τῶν πόλεων οἱ οἶκοι, ἐκ δὲ τῶν μερῶν ἡ τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς σύνθεσις· εἰκὸς οὖν ὁποῖα τὰ μέρη τυγχάνουσιν ὄντα, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν, τὸ ἐκ τοιούτων συντεθειμένον, τοιοῦτον εἶναι. § 8. Καὶ ἐν ταῖς τέχναις δὲ αἱ πρῶται οἰκοδομαὶ μεγάλα συνεργοῦσι πρὸς τὸ καλῶς ἢ τὸ κακῶς τὸ ὅλον ἔργον συντελεσθῆναι· οἷον ἐπὶ μὲν οἰκοδομίας θεμελίου καταβολή· ἐπὶ δὲ ναυπηγίας τρόπις· ἐπὶ δὲ συναρμογῆς καὶ μελοποιίας τάσις φωνῆς καὶ λῆξις· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ πολιτείας εὐνομουμένης τε καὶ κακονομουμένης οἴκων κατάστασις καὶ συναρμογὴ μέγιστα συμβάλλεται. § 9. Περὶ γενέσεως οὖν σκοπουμένους τάδε χρὴ πράττειν· καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ ἀτελῆ, οὔτε τῶν ζώων εὔκαρπα γίνεται, ἀλλὰ δεῖ γενέσθαι τινὰ χρόνον πρὸς τὰς καρποφορίας,

adjungunt, atque cum uxor eodem modo animata ac simillimis moribus conspicua ducenda esset, nobilitate præstantem aut divitiis affluentem ducunt. Quamobrem pro concordia discordiam, pro consensu dissensionem sibi parant, siquidem maritus et uxor inter se de principatu contendunt. Quæ enim mulier divitiis, genere et amicis antecellit, imperare viro contra naturæ leges intendit : at ille, tametsi, ut par est, repugnet, quippe qui primum, non secundum locum tenere velit, nancisci tamen principatum nullo modo potest. § 7. Quæ quidem res quum eveniunt, non familiæ tantum et domus, verum etiam civitates infelices reddantur necesse est. Domus enim civitatum partes sunt : ex partibus autem totum et universum constat. Consentaneum igitur est, quales sunt partes, tale et totum et universum esse, ex hujusmodi constans partibus. § 8. Atque ut in artibus primæ structuræ ad universum opus bene aut male conficiendum multum conferunt, verbi gratia ad domum ædificandam fundamenti jactus, ad navem struendam carinæ ratio, ad efficiendum concentum modulationemque contentio vocis et remissio : sic ad rempublicam bene vel male constituendam familiarum status et conditio plurimum solet valere. § 9. Jam vero qui de generatione cogitant, eos hæc agere oportet, ut omnino quidquid dissimile immaturumque est evitent. Neque enim plantæ neque animalia antequam ad florem et robur pervenerunt, fœcunda sunt :

---

benkeesio collatus atque edd. Batt. et Vizzanii. Posterior tamen legit καὶ ὑπερχρήματον, Nog. ὑποχρήματον, Gal. et Dargens. περιχρήματον et ed. Lovan. ἤπερ χρήματον.

συμφ. διαφ. καὶ ἀντὶ] desunt typographorum errore in Vizzanii textu; nam in interpretatione hæc verba expressit.

ὁ δέ γε διαμαχόμενος] codd. Parr. omnes nec non Vat. et Barth. atque edd. Lovan. Batt. Rud.; in cæteris desideratur γε.

θέλων εἶναι] codd. Parr. A. et C.; sed cod. B. εἶναι θέλων.

ἐφικέσθαι] Sic codd. Parr. A. et C. atque edd. Nog. Comm. Batt. Lovan.; sed cod. Par. B. et Vatt. a Vizzanio excussi ἀφικέσθαι.

§ 7. ὧν δὴ] cod. Vat. ap. Vizzan. et Siebenk. et Par. C, quocum congruit editio Lovan. Contra codd. Parr. A. et B. ὧν δὲ male. Hoc autem in omnibus edd. præter Rudolphianam legitur.

καὶ τοῦ παντὸς συνθ.] codd. Parr. A. et B., atque ita ediderunt Vizzan. Gal. Dargens. Rudolph.; καὶ παντὸς συνθ. sine articulo cod. Par. C. atque edd. Lovan. Comm. Battæs.

ὅλον καὶ τὸ πᾶν] codd. Parr ; ὅλον καὶ πᾶν ed. Lovan.

ἐκ τοιούτων] in omnibus membranis est præter Vat. ubi Vizzanio teste exstat ἐν τούτων, quod corrigendum in ἐκ τούτων.

συντεθειμένον] scripsimus pro vulgato συντιθέμενον, quod in plerisque codd. et omnibus edd. reperitur. E Vat. attulit Siebenkeesius συντεθεμένον, quod scripturæ mendum est pro συντεθειμένον.

§ 8. ἐν ταῖς τέχναις] codd. Parr. et Vat. quem secutus est Rudolphus, ἐν ταῖς πρώταις habent edd. Lovan. Vizz. Batt. et incluso articulo Comm. Gal. Rotermundus.

πρὸς τὸ καλῶς ἢ τὸ κακῶς] codd. tres Parr. atque edd. Vizz. et Battæs.; vulgo πρὸς τὸ καλῶς ἢ κακῶς, in quibus verbis Commelinus articulum uncis inclusit.

καταβολή] codd. Parr. B. et C.; καταβολήν cod. A.

τρόπις] Sic codd.; mendose ed. Lovan. τρόποις.

τάσις φωνῆς καὶ λῆξις] Ita Comm. Vizzan. Battæs. Gal. Darg. Rudolph.; perperam in tribus codd. Parr. nec non in Vatt. et Barth. atque in editione Lovan. legitur τάσις καὶ φωνῆς λῆψις. Christianus vertit : *in concentu et modulatione tenor et vocis sumtio.*

τε καὶ κακ.] codd. Parr.; Vizzan. ἢ κακ.

κακονομουμένης] codd. Parr. A. et B., item Vat. apud Siebenkeesium atque edd. Vizan. Gal. Darg.; καλοικονομουμένης Commel.; cod. Par. C. καλοκονομουμένης, quod transiit in ed. Lovan. atque a Christiano sic expressum est : « Ita in republica bene legibus instituta et recte administrata. »

§ 9. Quæ sequuntur Jamblichus de vit. Pythag. c. 31 sect. 209. seqq. prope ad verbum laudavit; quamquam hic illic quædam mutata et addita sunt. Ita autem incipit : περὶ δὲ γενέσεως τάδε λέγειν αὐτοὺς (τοὺς Πυθαγορείους) ἔφασαν. καθόλου μὲν ᾤοντο δεῖν φυλάττεσθαι κ. τ. λ.

ἀτελές] Jamblichus habet τὸ καλούμενον προφερές et pro ἀτελῆ postea τὰ προφερῆ. De qua voce cf. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 233 n. 7.

οὔτε γὰρ — ἀτελῆ] desideratur apud Darg. et Roterm.

γίνεται] codd. Parr. B. et C.; sed cod. A. γίγνεται.

ἀλλὰ δεῖ] codd. Parr. B. et C.; Cod. A. male ἀλλ' εἰ (superposito ή) δεῖ (sic).

τετελειωμένων] Ita correximus Jamblicho auctore vulgatum τελειούμενον quod in omnibus Ocelli codicibus exstat. Neque enim participium præsentis temporis ad id quod hic exprimendum est congruens esse apparet.

τὰ σπέρματα καὶ οἱ καρποὶ γίνωνται] Dedimus scripturam quæ apud Jamblichum est; cod. Par. A. hic habet τὰ σπέρματα καὶ καρποὶ γίγνωνται, a quo reliqui duo in eo

ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τετελειωμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ οἱ καρποὶ γίνωνται. § 10. Ὅθεν δεῖ τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν γυμνασίοις τε καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν, καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι τὴν ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ. § 11. Πολλὰ δὴ τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτά ἐστιν, ἐν οἷς βέλτιον ἡ ὀψιμαθία. Διὸ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν οὕτως ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον, σπανίως χρῆσθαι. Ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν καλὸν καὶ τίμιον εἶναι νομίζῃ τὴν εὐεξίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν. § 12. Δεῖ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτε ἀδελφῇ, μήτε ἐν ἱεροῖς, μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ, καλὸν γάρ ἐστι καὶ πρόσφορον τὸ ὡς πλεῖστα κωλύματα γίνεσθαι τῆς ἐνεργείας ταύτης. § 13. Καθόλου δὲ δεῖ περιαιρεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γεννήσεις καὶ τὰς μεθ᾽ ὕβρεως γινομένας, καταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν καὶ μετὰ σωφροσύνης ἐπὶ τεκνοποιίᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένας. Δεῖ δὲ πολλὴν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων. Πρώτη μὲν οὖν καὶ μεγίστη φυλακὴ πρὸς γέννησιν τῷ τεκνοποιεῖν βουλομένῳ δίαιτα σωφρονικὴ καὶ ὑγιεινή· ὡς μήτε πληρώσει χρῆσθαι τροφῆς ἀκαίρου, μήτε μέθῃ, μήτε ἄλλῃ τινὶ ταραχῇ, ἐξ ὧν χείρονες αἱ τῶν σωμάτων

sed requiritur ad edendos fœtus aliqua ætas, ut e corporibus robustis et adultis semina et fructus emittantur. § 10. Quocirca pueros et virgines exercitationibus laboribusque idoneis innutriri decet ac cibum sumere vitæ laboriosæ et temperanti et ærumnosæ accommodatum. § 11. Multa sane hujus generis sunt in vita humana, quæ sero nosse satius sit. Quare quod ad rerum venerearum usum attinet, ita est educandus adolescens, ut earum usuram ante vicesimum annum ne appetat quidem, et ubi eas aliquando gustaverit, raro iis postea utatur. Quod profecto erit, si bonum corporis habitum et continentiam res esse optimas et honore dignas censuerit. § 12. Præterea ea etiam in civitatibus græcis instituenda est disciplina, ne quis cum matre, filia, sorore concubet, porro ne in templis, neve in propatulo coeat. Bonum enim atque utile est quamplurima huic negotio impedimenta afferri. § 13. Penitus autem tolli oportet omnes illas generationes, quæ præter naturam et flagitiosæ sunt, contra relinqui et servari convenit eas quæ secundum naturam et temperanter fiunt, ut filii sobrie et legitime gignantur. Opus est præterea qui liberorum procreationi operam dant, eos futuræ sobolis curam jam antea suscipere. Prima igitur et maxima cautio quæ ad liberorum generationem spectat genitori futuro esse debet victus moderatus et saluber, ita ut neque cibis intempestivis repleatur neque inebrietur neque alia perturbatione agitetur, quibus rebus habitus corporis deterior evadit. Illud

---

tantum discrepant, quod cod. B. γένωνται, C. γίνονται exhibet.

§ 10. γυμνασίοις τε] codd. Parr.; τε deest in Vat. teste Vizzan.

καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι] cod. Par. C.; deest καὶ in codd. A. et B. atque in Vat. et Barth. Jamblichus omisso καὶ habet τροφὴν προσφέροντας.

τὴν ἁρμόζουσαν] codd. tres Parr. atque edd. Lovan. Vizzan. Batt. Articulum uncis incluserunt Comm. Gal. Darg.

§ 11. κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον] cod. Par. A.; reliqui omisso articulo κατὰ ἀνθρ. β. quod in omnibus edd. legitur.

σπανίως] codd. Parr. A. et B; male cod. C. σπανίας.

§ 12. μήτε ἀδελφῇ] codd. Parr. B. et C.; mendose cod. A. μετ᾽ ἀδελφῇ.

γάρ ἐστι] codd. Parr. A. et B.; cod. C. γάρ ἐστιν.

τὸ ὡς] codd. B. Parr. et C.; cod. A. male τῷ ὡς.

κωλύματα] codd. tres Parr.; κωλύμματα Comm.

§ 13. περιαιρεῖν] codd. Parr. et Vat., Commel. in Varr. Lectt. et Jamblichus; περιερεῖν ed. Lovan.; περιαναιρεῖν Gal. Darg. Comm. Battæs.; περιανερεῖν Vizzan.

παρὰ φύσιν γεννήσεις] cod. Par. B. et Vat. teste Vizzan.; sed codd. Parr. A. et C. male γεννέσεις; ed. Lovan. γενήσεις, reliquæ γενέσεις. At γένεσις est ortus, non generatio.

γινομένας] codd. Parr. B. et C.; γιγνομένας cod. A.

νομ. γινομένας] Ita Jamblicho auctore emendavi vulgatam lectionem νομ. γινομένῃ, ut est in cod. Par. B., vel γιγνομένῃ, quod exstat in codd. A. et C. atque in Vat. et ed. Lovan. Cæterum γινομένας esse scribendum jam viderant Siebenkeesius et Rudolphus.

πολλὴν πρόν.] codd. Parr. A. et B., item Vatt. Barth. et Jamblichus, quem secuti sunt Vizzanius et Rudolphus. Contra cod. Par. C. πάλιν πρόν. quam scripturam immerito probarunt Nogar. Commel. Gal. Darg. Batt.

τοὺς τεκνοποιουμένους] codd. Parr.; articulum omisit Batt.

πρώτη μὲν οὖν καὶ μεγίστη — γέννησιν] codd. Parr. A. et B.; male cod. C. πρώτη μὲν οὖν μεγίστη, quod in omnibus editionibus reperitur. Sed rectè Jamblichus πρώτην μὲν οὖν εἶναι καὶ μεγίστην. Pro γέννησιν ed. Lovan. γένησιν, vulgo γένεσιν, quod hoc loco ineptum est.

μήτε ἄλλῃ τινὶ ταραχῇ] cod. Par. C.; in reliquis duobus codd. Parr. est μήτ᾽ ἄλλῃ τ. τ. Prius illud legitur in edd. Lovan. et Vizzan. e cod. Vat. enotatum atque apud Rudolphum. At Nog. Comm. et Battæs. habent τῇ ταραχῇ.

ἐξ ὧν χείρονες αἱ τῶν σωμάτων] codd. tres Parr. et Vatt., item Jamblich. atque edd. Vizan. et Battæs., nisi quod Battæsius legit (αἱ) τῶν σωμ. Sed χείρους exstat apud Nogarolam et Commelinum, præterea (αἱ) αὐτῶν inepte apud eosdem et apud Vizzanium, Galeum, Rotermundum, alios.

γίνονται] cod. Par. C.; reliqui duo Parr. γίγνονται.

τὸ καθεστηκυίας τῆς διανοίας—γίνεσθαι] codd. tres Parr. nisi quod in cod. A. legitur γίγνεσθαι. Eandem lectionem agnoscunt cod. Vat. Siebenkeesii atque edd. Lovan. et Batt. Male vulgo editur τὸ τῆς καθεστηκυίας τῆς διανοίας. Quum διάνοια καθεστηκυῖα sit mens tranquilla, Rudolphus nisi adderetur μὴ verba hæc repugnare sententiæ ratus, legi voluit τὸ μὴ καθεστηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι. At φυλάττεσθαι non solum est cavere, ne quid fiat, quod ille ait, sed etiam cavere, ut fiat aliquid; quo sensu

ἕξεις γίνονται· μάλιστα δὲ πάντων προσήκει φυλάττεσθαι τὸ καθεστηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι· ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα. § 14. Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνηται χαριέστατα, καὶ γενόμενα καλῶς ἀνατραφῇ. Οὐ γὰρ δίκαιον, τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόκυνας καὶ φιλόρνιθας μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων, ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων, γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τοῦ μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων, ἀλλὰ καὶ γεννᾷν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας. Ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται, βοσκηματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελοῦντα τὰ γεννώμενα.

vero omnium maxime curandum est, ut pacata et tranquilla mente concubitus fiat. Nam quum pravus et incompositus et perturbatus animi habitus est, vitiosa e corpore semina solent prodire. § 14. Omni igitur studio omnique animi attentione fundamenta jacienda sunt, ut venusti nascantur liberi, et postquam orti sint liberaliter educentur. Neque enim æquum est eos qui equos aut canes aut aves alunt omni diligentia providere, ut belluas, quemadmodum et ex quibus et quo tempore oporteat, generent, et quo modo affectæ coire debeant, ne vilis ac vulgaris nascatur proles, homines vero nullam filiorum suorum curam gerere, sed potius illos, ut sors tulit, procreare, et quum genuerint, ipsorum educationem institutionemque negligere. Hæc enim res neglectæ omnis improbitatis et nequitiæ causæ sunt, quippe quæ liberos belluarum similes vilesque efficiant.

---

recte jungitur infinitivo non adjecto μή. Æschyl. Suppl. v. 202 : φυλάξομαι δὲ τάσδε μεμνῆσθαι σέθεν Κεδνὰς ἐφετμάς. Itaque nihil mutandum.

γίνεται τὰ σπέρματα] Vulgata hæc lectio est quam servandam putavi, etsi in cod. Par. A. γίγνονται atque in cæteris duobus γίνονται legitur, quod in Lovan. ed. transivit.

§ 14. γεννώμενα γίνηται] codd. Parr. A. et C.; item Battæsius et Rudolphus. Cod. Par. B. γεννώμενα γίγνηται, quod in cod. Vat. repperit Siebenkeesius. In alio codice Vat. verba γίνηται χαρ. καὶ γενν. teste Vizzanio desiderantur. Commelinus denique et Vizzanius γίνεται.

γενόμενα καλῶς ἀνατραφῇ] Ita codd. Parr. A. et C. atque edit. Lovan.; male cod. B. γεννώμενα καλῶς ἀ, quod in Vizzanii, Galei, Dargensii, Rudolphi aliisque edd. legitur.

οὐ γὰρ δικ.] Codd. Parr. præbent οὐδὲ γὰρ δικ.; editio Lovan. οὔτε δὲ γὰρ; Commel. atque alii legunt οὔτε (δὲ) γὰρ. Desideratur δὲ in edd. Vizzanii et Battæsii, sed reperitur in Vizzanii cod. Vat.; Siebenkeesius autem οὐδὲ pro οὔτε scriptum invenit. Sed ego neque οὐδὲ γὰρ neque οὔτε γὰρ neque οὔτε δὲ γὰρ hoc loco fero. Scribendum οὐ γαρ quod solum simplici huic sententiæ congruit.

φιλίππους καὶ φιλόκυνας καὶ φιλόρνιθας] codd. tres Parisienses et edit. Lovan. Eundem ordinem sequitur Christianus in interpretatione. Vulgo autem hæ voces ita collocantur φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλόκυνας.

γίνεσθαι] Hoc loco et paucis verbis interjectis cod. Par. C. γίνεσθαι, sed codd. A. et B. γίγνεσθαι.

τοῦ μὴ] codd. Parr. Vatt. Barth. atque edd. Vizz. Comm. Batt. Rud.; Nog. male τοῦ καὶ.

τὰ γεννώμενα] codd. Parr. et omnes edd. præter Battæsianam, ubi legitur γεννήματα.

ἀλλὰ καὶ γεννᾷν] codd. tres Parr. atque edd. Lovan. Vizz. Batt.; καὶ uncis inclusum in Commel. ed.

καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδ.] codd. Parr,; prius καὶ ante τῆς τροφῆς omissum est in Battæsii editione, posterius deest in Lovaniensi.

ταῦτα γὰρ] codd. Parr. A. et C. et omnes edd.; γὰρ omissum in cod. B. atque in membranis Vatt. et Barth.

γίνεται] cod. Par. C.; sed cod. A. et B. γίγνεται.

ἀγεννῆ] cod. Par. B.; in reliquis duobus codd. Parr. legitur ἀγενῆ, quam lectionem non debebant in verborum ordinem recipere editor Lovaniensis, Commelinus et Battæsius. Utriusque vocis discrimen satis notum hodie est.

αποτελοῦντα] codd. Parr. Vatt. Barth. atque edd. Lovan. Comm. Gal. Darg. Batt. Rud.; ἀποτελούμενα, quod in Varr. Lectt. Commelini memoratur et apud Vizzanium legitur, rejiciendum est.

OCELLI LUCANI

FRAGMENTUM LIBRI ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΥ

e Stob. Ecl. phys. lib. I, cap. 13, pag. 32.

Συνέχει γὰρ τὰ μὲν σκάνεα ζωά, ταύτας δ' αἴτιον ψυχά, τὸν δὲ κόσμον ἁρμονία, ταύτας δ' αἴτιος ὁ θεός, τὼς δ' οἴκως καὶ τὰς πόλιας ὁμόνοια, ταύτας δ' αἴτιος ὁ νόμος. Τίς οὖν αἰτία καὶ φύσις τὸν μὲν κόσμον ἁρμόσθαι διὰ παντός, καὶ μηδέποκ' ἐς ἀκοσμίαν ἐκβαίνειν, τὰς δὲ πόλιας καὶ τὼς οἴκως ὀλιγοχρονίως ἦμεν; Ὅσα μὲν ὦν γεννατὰ καὶ θνατὰ τὰν φύσιν, ἐξ ἇς συνέστακεν ὕλας, τὰν αὐτὰν αἰτίαν ἔχει τᾶς διαλύσιος. Συνέστη γὰρ ἐκ μεταβαλλοίσας καὶ ἀειπαθέος· ἁ γὰρ τῶν γενομένων ἀπογένεσις σωτηρία τᾶς γεννάτορος ὕλας· τὸ δὲ ἀεικίνητον κυβερνεῖ, τὸ δὲ ἀειπαθὲς κυβερνεῖται, καὶ τὸ μὲν πρότερον τᾷ δυνάμει, τὸ δὲ ὕστερον· καὶ τὸ μὲν θεῖον καὶ λόγον ἔχον καὶ ἔμφρον· τὸ δὲ γεννατὸν καὶ ἄλογον καὶ μεταβάλλον.

Continet quidem corpora vita, hujus autem causa anima est : mundum vero harmonia continet, hujus autem auctor est deus : familias denique et civitates continet concordia, hujus autem causa lex est. Quæ igitur causa est et natura efficiens, ut mundus quidem semper apte cohæreat neque unquam in perturbationem incidat, civitates vero et familiæ brevis sint temporis? Quæcunque res genitæ sunt et natura mortales, ex qua constant materia, hanc ipsam dissolutionis causam habent. Constant enim ex mutabili et semper patibili : quippe eorum quæ genita sunt interitus salus genitricis materiæ est; quod vero semper movetur gubernat, quod semper patitur gubernatur : et illud quidem sua vi prius, hoc posterius; illud divinum et ratione præditum et mentis particeps, hoc vero genitum et rationis expers et mutabile est.

Stobæus l. c. : Ὄκελλος ἔφησεν εἶναι δι' ὃ γίγνεταί τι. λέγει γὰρ ἐν τῷ Περὶ Νόμου οὕτως· Συνέχει γὰρ κτλ. Bis hoc loco in libris quibusdam legitur τοὺς οἴκους, quod e severioris Doridis legibus et cum codice Vaticano mutandum duxi in τὼς οἴκως. — Vizzanius vulgavit τὶς οὖν αἰτία καὶ φύσις κτλ. atque idcirco vertit : Causa igitur aliqua est et natura; sed rectius ponitur τίς οὖν vel potius ὦν, quemadmodum paulo post in Vaticano et Augustano exemplari comparet, ita ut hoc enuntiatum usque ad verba ὀλιγοχρονίως ἦμεν quæstionem contineat, ad quam respondetur sequenti enuntiatione ὅσα μὲν ὦν γεννατὰ—τᾶς διαλύσιος. Cæterum pro μηδέποτ'—ἐξ ἧς—ἡ γὰρ quæ in membranis sunt, edidimus μηδέποκ'—ἐξ ἇς—ἁ γὰρ, ut in his quoque formis severiorem Doridem restitueremus, quum ὀλιγοχρονίως pro ὀλιγοχρονίους Vaticanus liber et Augustanus præbeant. Inepte vulgo legitur πρῶτον, cujus loco flagitatur πρότερον. Neque enim dubitandum, quin vera sit Ammonii observatio : πρῶτος μὲν ἐπὶ πολλῶν, πρότερος δὲ ἐπὶ δύο· καὶ τῷ μὲν πρώτῳ ἀκολουθεῖ ὁ ὕστατος, τῷ δὲ προτέρῳ ὁ ὕστερος. Cf. Valckenar. ad Theocrit. Idyll. I, 11. In extremis τὸ μεταβάλλον, pro quibus Galeus scripsit καὶ τὸ μεταβάλλον, addita καὶ particula articulum delevi.

DE HIEROCLE AC DE CARMINIS

AUREI AUCTORE.

Ex illis qui priscam Pythagoræ disciplinam posteriori ætate renovare ac sapientiæ studiosis Samii philosophi exemplo virtutis consequendæ viam commonstrare nisi sunt, merita laude celebratur Hierocles, Platonicus quinti post Chr. n. sæculi philosophus (1). Qui cum scholæ præesset Alexandrinæ, cum alia (2) philosophorum scripta enarrare, tum aureum Pythagoreorum carmen interpretari solebat. Neque vero sola insignis doctoris fama apud cives floruit, sed scriptis etiam in vulgus editis nomen suum posteris commendavit. Talia Hieroclei ingenii monumenta fuerunt septem de Providentia et de Fato libri aliaque volumina, quorum capita quædam Photius et Stobæus servarunt. Nullum autem egregii viri opus integrum ad nostram ætatem mansit præter aureolum in aureum Pythagoreorum carmen commentarium. De cujus præstantia antequam dicam, qua quinti sæculi parte vixerit Hierocles et quando hunc librum litteris consignarit, definire tentabo. Id vero ex Procli Lycii vita a Marino composita conjectura assequi licet. Etenim Proclus, quem Hieroclis tempore vixisse non ignoramus, anno p. Chr. n. 412 in lucem susceptus est, ut ex genituræ themate quod est apud Marinum apparet. Idem quum viginti annorum adolescens esset, Plutarcho Atheniensi operam dedit, ejusque per biennium auditor fuit usque ad annum p. Chr. n. 434, quo mortuum esse Plutarchum Marinus testatur (3). Quum igitur Hierocles in libris de Providentia et Fato ap. Phot. Cod. 214 se quoque dicat adolescentem eodem Plutarcho magistro usum esse, sequitur eum Proclo aut æqualem aut paullo majorem fuisse. Quodsi Proclum e postremis Plutarchi, qui octogenarius fere Athenis obiit, auditoribus fuisse constat, tantum abest, ut necessario Hierocles Procli condiscipulus fuerit, ut varias ob causas verisimilius sit ab eo paullo ante Plutarchum esse auditum. Neque enim probamus Ashtoni sententiam, qui Hieroclem biennio majorem Proclo facit natumque anno 410. Quippe nihil obstat, quominus Hieroclem decem annis ante Proclum i. e. anno 402 ortum esse statuamus. Hoc autem ita se habere facile adducor ut credam. Nam de Hieroclis obitu conjectandi nobis facultatem dat Æneas Gazæus in Theophrasto circa annum p. Chr. n. 490 scripto, ubi Ægyptus Alexandrinus qui est inter colloquentes οὐ μέμνησαι, inquit, τοῦ Ἱεροκλέους καὶ τῆς Ἱεροκλέους φιλοσοφίας, παρ' ᾧ φιλοσοφίαν ἐκ παιδὸς καὶ ἀλλήλων ἐρῶντες πολλοὺς εἴχομεν τοὺς ἐραστάς (4). Unde patet non modo Hieroclem Æneæ a puero fuisse præceptorem, sed etiam multo ante editum hunc dialogum vitam reddidisse naturæ. Jam si ponimus, eum non quattuordecim, quemadmodum Ashtono placuit, qui mortem ejus in annum 476 incidere volebat, sed viginti annis ante i. e. anno post Chr. n. 470 mortalitatem explesse, superstite adhuc Proclo usque ad annum 485, uti narrat Marinus, intelligitur eum sexagenario majorem, ac si recte conjeci, sexaginta octo annos natum fato concessisse. Sic Procli neque condiscipulus neque æqualis Hierocles fuisse dicendus est. Sed quo tempore ab eo hæc aurei carminis explicatio conscripta sit, etsi haud facile statui potest, tamen e Procli in Platonis Timæum commentariis colligi licet. Hunc enim apparet ita commentatum esse illum Platonis librum, ut magnam Pythagoricorum et Platonicorum dogmatum partem amplecteretur, iis prætermissis aut obscure significatis quæ ab Hierocle in illustrando aureo carmine explicata essent. Quare unum tantum carminis versum profert pag. 62 F (p. 145 ed. Schneid.) his verbis usus : οὐ γάρ ἐστι τὸ κατὰ τοῦ ἀνδρὸς ἡλίκον ἦν ἄρα τὸ τῶν φρενῶν πέλαγος.

(1) Cf. Fabric. Bibl. Gr. vol. I p. 792 ed. Harl.

(2) Damascius ap. Photium Cod. CCXCII p. 551 : Οὗτος (ὁ Ἱεροκλῆς) γάρ ποτε τὸν Πλάτωνος Γοργίαν τοῖς ἑταίροις ἐξηγεῖτο· εἷς δέ τις τῶν ἀκροατῶν Θεοσέβιος ἀπεγράψατο τὴν ἐξήγησιν. Πάλιν δ', οἷα εἰκός, ἐκ δευτέρου τοῦ Ἱεροκλέους εἰς τὸν Γοργίαν καταβαλλομένου, μετά τινα χρόνον τὴν ἐξήγησιν αὐτὸς ταύτην ἀπεγράψατο καὶ ἀντιπαραβαλὼν τὰ πρότερα καὶ τὰ ὕστερα, εὗρεν οὐδὲν τῶν αὐτῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἑκάτερα δὲ ὅμως, ὃ καὶ παράλογον ἀκοῦσαι, τῆς Πλάτωνος ἐχόμενα, καθόσον οἷόν τε, προαιρέσεως. Τοῦτο μὲν οὖν ἐπιδείκνυται

(3) Falso Needhamius in præfatione Marino teste adhibito Proclum philosophi Atheniensis acroasibus anno post Chr. n. 463 interfuisse, Plutarchum autem anno 465 diem suum obiisse ait.

(4) Fallitur Henr. Valesius in Adn. ad Ammian. XXII, 16 et ad Evagr. Hist. III, 41, ubi Proclum ait vixisse temporibus Anastasii, qui sex post Procli excessum annis ad imperii fastigium evectus est, i. e. anno 491.

νόμον (5) τοιοῦτον, οἷον οἱ πολλοὶ ἀκούουσι τῶν Ἰταλικῶν ἢ Ἀττικῶν, ἀλλ' ὥσπερ εἰώθασι λέγεσθαι παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις τὸ Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκεινται, Τίμα. Δηλοῖ γὰρ ὁ νόμος τὴν τάξιν τὴν θείαν, καθ' ἣν ἐξήρτηται ἀεὶ τὰ δεύτερα τῶν προτέρων καὶ πληροῦται ἀπ' αὐτῶν. Οὕτω δὲ ὁ νόμος ἀπὸ τῶν νοητῶν ἀρξάμενος καθήκει καὶ εἰς τὴν δημιουργικὴν αἰτίαν καὶ ἀπὸ ταύτης πρόεισι καὶ μερίζεται περὶ τὸ πᾶν. Eadem Hieroclis sententia est p. 14, qui tamen uberius de hoc argumento disputat. Sic autem ait: Ἐπειδὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν ἡγεμών ἐστιν ἡ εὐσέβεια, πρὸς τὴν θείαν αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχουσα, εἰκότως καὶ τῶν ἐν τοῖς ἔπεσι νόμων τὸ περὶ ταύτης ἡγεῖται παράγγελμα, ὡς δέοι τοὺς ἐγκοσμίους θεοὺς κατὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτοῖς τάξιν τιμᾶν, ἣν ὁ δημιουργικὸς νόμος ἅμα τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν συμπροήγαγε, τάξας αὐτῶν τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς πρώτης σφαίρας, τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς δευτέρας, καὶ ἐπὶ τῆς τρίτης ἄλλους καὶ οὕτως ἐφεξῆς, μέχρι τῆς πάσης τῶν οὐρανίων κύκλων συμπληρώσεως. Τὸ γὰρ ᾗ ἐτάχθησαν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ αὐτῶν καὶ πατρός, ταύτῃ αὐτοὺς ἐγνωκέναι τε καὶ τιμᾶν τῷ θείῳ νόμῳ κατακολουθούντων ἐστὶ καὶ τὴν ὄντως τιμὴν αὐτοῖς ἀποδιδόντων κ. τ. λ. Ex hoc similibusque locis (6), quibus Hierocli congruentia habet Proclus, intelligitur, mirabilem illum Pythagoricæ et Platonicæ philosophiæ interpretem ea omisisse omnia, quæ ab Hierocle ejusdem temporis scriptore peti possent. Cum autem nihil testatius sit, quam Proclum anno ætatis vicesimo octavo i. e. anno 440 p. Chr. n. hos in Platonis Timæum commentarios composuisse, sequitur, ni fallor, ut Hierocles priusquam duodequadraginta annos natus esset, hunc de quo agitur librum confecerit. Sed nihil amplius hac de re in medium proferre ausim. Qualis vero ejus in aureos versus commentarius sit, vel inde concludi licet, quod Jo. Aurispa, Siculus, primus Hieroclis interpres ait; sese jam octogenarium nihil aut græce aut latine scriptum legisse, unde plus utilitatis perceperit. Ac profecto non modo bene beateque vivendi præcepta tradit Hierocles, sed humanitatis legibus expositis divinitatis etiam communionem mortalibus impertire annititur. Quamobrem fuerunt qui Aurispæ forsitan vestigia secuti, cui divinum hoc opus religioni christianæ consentaneum videbatur, non dubitarent contendere philosophum Alexandrinum plurima e Christianorum fontibus hausisse. Quod quominus credam obstant Suidæ (7) verba, e quibus patet Hieroclem quum esset Constantinopoli in offensionem τῶν κρατούντων (quo nomine a gentilibus magistratus Christiani (8) appellabantur incurrisse. Nimirum acerrimum illum veteris religionis ac philosophiæ defensorem alieno a Christianorum sacris animo fuisse nemo non videt. Itaque in jus raptus publice virgis crudeliter cæsus est (9). Quodsi Christiani tales dictorum quorundam pœnas repetiverunt ab homine veteris sapientiæ studiosissimo, quis putet eum illorum scripta compilasse, ut hanc aurei carminis explicationem componeret? Sed ne opus quidem fuisse hujusmodi commentarium confecturo Christianorum libris testimonio sunt præter Platonis, Senecæ, Epicteti, M. Antonini aliorumque volumina, e quibus haud pauca depromsit Hierocles, multa philosophorum fragmenta a Stobæo servata, in quibus, licet auctoritate et pretio diversis, idem virtutis studium ad vitam recte agendam commendatur. De orationis elegantia, quam omnes huic commentario tribuunt, non est quod copiose dicamus. Nam pauca tantum verba, loquendi genera, constructiones hic reperias, quibus quasi posterioris ætatis maculis ille orationis tanquam perpetuus nitor infuscatur. Reliqua perspicue, graviter, suaviter dicuntur ac tot verborum luminibus distinguuntur, ut si a simplicitate et nativo lepore Atticorum discesseris, copia etiam et varietate cum optimis scriptoribus Hierocles certare

---

(5) Spectat Platonis verba p. 27 B καλέσαντα κατὰ νόμον θεούς.

(6) Collectis in adnotatione edit. majoris.

(7) Suidas sic : Ἱεροκλῆς, φιλόσοφος, Ἀλεξανδρεύς. Οὗτος μετὰ τοῦ ἀτρέπτου καὶ μεγαλοπρεποῦς εὔρους τε τὴν διάνοιαν εἰς ὑπερβολήν, καὶ διαφέρων εὐγλωττίᾳ καὶ εὐπορίᾳ τῶν καλλίστων ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, κατέπληττε πανταχοῦ τοὺς ἀκροωμένους. Ἦν δὲ αὐτῷ καὶ μαθητὴς Θεοσέβιος, ἀνὴρ εἴπερ τις ἕτερος, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, εἰωθὼς ἀποβλέπειν ἐς τὰς ἀνθρώπων ψυχάς. Ἔλεγε δὲ ὁ αὐτὸς Θεοσέβιος, ἐξηγούμενον φάναι ποτὲ τὸν Ἱεροκλέα, κύβοις ἐοικέναι τοὺς Σωκράτους λόγους· ἀπτῶτας γὰρ εἶναι πανταχοῦ ὅπη ἂν πέσωσι. Τοῦ δὲ Ἱεροκλέους τὸ ἀνδρεῖον καὶ μεγαλόθυμον ἦθος ἀπέδειξεν ἡ συμβᾶσα τύχη περὶ αὐτόν· εἰς γὰρ τὸ Βυζάντιον ἀνελθὼν προσέκρουσε τοῖς κρατοῦσι, καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθεὶς ἐτύπτετο τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς. Ῥεόμενος δὲ αἵματι, βάψας κοίλην τὴν χεῖρα, προσραίνει τὸν δικαστήν, ἅμα λέγων·

Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα.
(Od. IX, 347.)

Φυγὴν δὲ κατακριθεὶς καὶ ἐπανελθὼν χρόνῳ ὕστερον εἰς Ἀλεξάνδρειαν συνεφιλοσόφει τὰ εἰωθότα τοῖς πλησιάζουσιν. Ἔξεστι δὲ μαθεῖν τὴν Ἱεροκλέους μεγαλογνώμονα φρόνησιν ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων, ὧν γέγραφεν εἰς τὰ Χρυσᾶ ἔπη τῶν Πυθαγορείων, καὶ ἑτέρων βιβλίων περὶ Προνοίας συχνῶν· ἐν οἷς φαίνεται ὁ ἀνὴρ τὴν μὲν ζωὴν ὑψηλόφρων, τὴν δὲ γνῶσιν οὐκ ἀκριβής.

(8) Vide Kusterum ad hunc Suidæ locum vol. 1, part. 1 pag. 954 ed. Bernhardi.

(9) Ἐτύπτετο τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς. Similiter Æschin. contr. Timarch. pag. 269 ed. Bekker. δήσαντες πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν τὸν Πιττάλακον ἐμαστίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγὰς οὕτω πολὺν χρόνον ὥστε καὶ τοὺς γείτονας αἰσθέσθαι τῆς κραυγῆς. Cf. Bernhardum l. c.

possit. Sed illud, quod enarravit aureum Pythagoreorum carmen (10) a quo compositum sit, quæri inter eruditos solet. Namque ipse Pythagoras horum versuum auctor non est, per quem jurat scriptor versu 47 ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, — quum doctrinæ hujus conditorem nihil scripsisse inter plerosque auctores conveniat (11), quamquam non defuerunt, qui Samio philosopho cum alia scripta (12), tum hæc aurea dicta tribuerent (†). Neque vero e Pythagoreis quisquam invenitur, quem probabile sit hoc carmen composuisse præter Lysidem de quo infra dicam (13). Itaque multis maxime illa probatur opinio quæ et plerisque veterum arrisit, Pythagoreum aliquem totius cœtus nomine in omnium discipulorum usum simulque in æqualium et posterorum gratiam hanc universæ disciplinæ a magistro traditæ quasi σύνοψιν καὶ ἐπιτομὴν litteris consignasse (14). E Chrysippi autem verbis quæ Gellius servavit apparere arbitror, quum Stoicus jam philosophus hæc Pythagoreorum præcepta versibus inclusa noverit, ejusque vita in tertium ante Chr. n. sæculum incidat, carmen hoc in disciplinæ Pythagoricæ monumentis numerari oportere. Nam cave putes hæc aurea dicta supposititia esse neque pluris facienda, quam pleraque Pythagoreorum scripta et fragmenta, quæ primo ante Chr. n. sæculo ob renovatam nonnullorum studiis priscam Pythagoræ rationem veteribus Pythagoreis

---

(10) Τὰ χρυσᾶ τῶν Πυθαγορείων ἔπη interpretari soleo aureum Pythagoreorum carmen. Interdum aurea dicta vel aureos versus dixi. Vulgo male vertunt aurea carmina, quod etiam Gaisfordium fecisse miror.

(11) Cf. Fabric. Bibl. Gr. vol. I p. 779 ed. Harl.

(12) Cf. Diog. Laert. VIII, 7 et Fabric. Bibl. Gr. vol. I p. 782 seqq.

(†) Epictetus lib. IV c. 6 p. 473 ed. Genev. (τὸ τοῦ Πυθαγόρου laudans); Clemens Alex. lib. I c. 10 Pædagogi pag. 154 ed. Oxon. : Καὶ, μοὶ δοκεῖ, συνεὶς τοῦτο ὁ Σάμιος παραγγέλλει Πυθαγόρας,

Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο, χρηστὰ δέ, τέρπευ.

Hieronymus contra Rufinum : Respice omnem oram Italiæ quæ quondam magna Græcia dicebatur, et Pythagoricorum dogmatum incisa publicis litteris æra agnosces. Cujus enim sunt illa χρυσᾶ παραγγέλματα, nonne Pythagoræ? in quibus omnia ejus ita breviter dogmata continentur, et in quæ latissimo opere philosophus commentatus est Jamblichus, imitatus ex parte Moderatum virum eloquentissimum et Archippum ac Lysidem Pythagoræ auditores. Chalcidius pag. 229 : Pythagoras etiam in suis aureis versibus :

Corpore deposito quum liber ad æthera perges,
evades hominem factus deus ætheris almi.

Galenus de dignoscendis affectibus tom. VI p. 528 ed. Par. παραινέσεις citat φερομένας ὡς Πυθαγόρου hoc ipsum carmen intelligens. Suidas v. Πυθαγόρας Σάμιος· τινὲς δὲ ἀνατιθέασιν αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη.

(13) Alii Lysidem, alii Philolaum, alii Epicharmum, alii denique Empedoclem carminis hujus auctorem esse voluerunt. Arrian. Epictet. III, 10 plura dicta nullo auctore laudato usurpat. Proclus III in Plat. Tim p. 155 τὸν τῶν χρυσῶν ἐπῶν πατέρα dicit. Hierocles τὸν τῶν ἐπῶν τούτων συγγραφέα p. 230 ed. Curt. (170 ed. Needh.; p. 224 ed. Asht.).

(14) Pythagoreis hoc opusculum ascribit Chrysippus apud Gellium VI, 2 his verbis : ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων οὕτως εἴρηται·

γνώσει δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήμαθ' ἑλόντας,

ὡς τῶν βλαβῶν ἑκάστοις παρ' αὐτοῖς [leg. παρ' αὐτοὺς, cf. adn. ad pag. 162] γινομένων καὶ καθ' ὁρμὴν αὐτῶν ἁμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ πρόθεσιν. Conf. Jamblichus vit. Pythag. pag. 138.

Similiter Plutarchus Consolat. ad Apollonium vol. VI p. 443 ed. Reisk. : καλῶς δ' οἱ Πυθαγόρειοι παρεκελεύσαντο λέγοντες·

ὅσσα δὲ δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην ἔχε, μηδ' ἀγανάκτει.

Correxi vulgatam scripturam quæ est ὧν ἂν μοῖραν ἔχοις. Id. de Placit. philos. lib. I (vol. IX p. 476 ed. Reisk.) : διὸ καὶ ἐφθέγγοντο οἱ Πυθαγορικοὶ ὡς μεγίστου ὅρκου ὄντος τῆς τετράδος·

οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

Anonymus scriptor [Porphyrius] de Homeri poesi apud Ernestum in edit. Homeri tom. V p. 230 : παρὰ τοῦτο δέ ἐστι [τὸ] πυθαγορικόν·

ὅσσα τε δαιμονίαισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πρᾴως φέρε μηδ' ἀγανάκτει.

Inserui τὸ flagitante sententia, quam sic exprimit Xylander : *hinc illud Pythagoræ;* fortasse rectius, quam si scripsisset *Pythagoricum*, siquidem idem scriptor paucis versibus interjectis habet : ὁ δὲ Πυθαγόρας·

Φείδεο τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσῃς,

quem versum et Stobæus Pythagoræ tribuit Florileg. serm. 123.

David Scholl. Aristot. p. 13 ed. Brandis. : τοῦτο δὲ οὐκ ἔχομεν δεῖξαι ἀπὸ Πυθαγορείων συγγραμμάτων· οὐκ ἐποίησε γὰρ σύγγραμμα ὁ Πυθαγόρας· ἔλεγε γὰρ ὅτι οὐ βούλομαι ἐν ἀψύχοις τὰ ἐμὰ καταλιπεῖν (ἄψυχα δὲ ἐκάλει τὰ βιβλία) ἀλλ' ἐν ἐμψύχοις ἤτοι ἐν τοῖς μαθηταῖς, οἵτινες καὶ ἐρωτώμενοι δύνανται ἀποκρίνεσθαι, τὸ δὲ βιβλίον οὔ. Καὶ ὡς ἔλεγέ τις τῶν Πυθαγορείων, οὐ δύνανται διδάξαι με τὰ βιβλία· ἄλλα γὰρ ἀεὶ καὶ ἄλλα περὶ τῶν αὐτῶν φθέγγομαι, τὸ δέ γε βιβλίον τὰ αὐτὰ ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν λέγει, καὶ οὐ δύναται πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνασθαι....μηδὲ γάρ τις οἰέσθω τὰ χρυσᾶ ἔπη αὐτοῦ εἶναι, ἀλλά τις τῶν Πυθαγορείων ἐποίησε ταῦτα καὶ πρὸς τιμὴν ἔγραψε τὸ ὄνομα τοῦ οἰκείου διδασκάλου. Hierocles sub finem Commentarii : ἔστι γὰρ οὐδὲν ἄλλο τὰ ἔπη ταῦτα ἢ τελειότατος χαρακτὴρ φιλοσοφίας καὶ τῶν κεφαλαιωδεστέρων αὐτῆς δογμάτων ἐπιτομὴ καὶ ὑπὸ τῶν ἤδη τὴν θείαν οἶμον ἀναβεβηκότων ὑπογραφεῖσα τοῖς μετ' αὐτοὺς παιδευτικὴ στοιχείωσις· ἃ δὴ καὶ τῷ ὄντι εἴποι τις ἂν τῆς ἀνθρωπίνης εὐγενείας εἶναι γνώρισμα κάλλιστον, καὶ οὐχ ἑνός τινος τῶν Πυθαγορείων ἀπομνημόνευμα, ὅλου δὲ τοῦ ἱεροῦ συλλόγου καὶ, ὡς ἂν αὐτοὶ εἴποιεν, τοῦ ὁμαίου παντὸς ἀπόφθεγμα κοινόν.

supposita sunt, præsertim quum Juba eruditissimus Mauretaniæ rex quæcunque exstabant Pythagoreorum scripta colligeret (15). Nihil enim in his versibus est abhorrens ab antiquitate, a Pythagoræ decretis, ab optimorum auctorum de Samio philosopho et ejus familia testimoniis. Sed ne quis e quarundam vocum, quæ in hoc carmine leguntur, usu concludat, poetam post Christum natum vixisse, de his mihi paucis disputandum arbitror sperans ea quæ modo dixi tum demum cunctis probatum iri, quum omnem dubitationem exemero. Tria sunt in hoc carmine quæ quis posterioris ætatis indicia habere queat, κτᾶσθαι versu 16, ut quidam volunt, passive dictum, ἐξακεῖν versu 66 active usurpatum, ἀπολείψας denique versu 70 pro ἀπολιπὼν a poeta scriptum. Verum hæc ad imminuendam carminis auctoritatem non sufficiunt. Nam neque κτᾶσθαι, ut in adnotatione monui, passive accipiendum, neque ἐξακεῖν inferior ætas active frequentavit, quum hoc uno loco excepto Græci semper ἐξακεῖσθαι dixerint, ut inde quo tempore compositum sit carmen cogi nequeat. Denique ἀπολείψας etsi rarum est apud priores et bonæ notæ scriptores pro ἀπολιπών, tamen neque inauditum neque indictum fuit, ut ad illum versum observavi. Hinc efficitur argumentis e dicendi genere petitis carminis antiquitatem in dubium vocari non posse. Quum autem inter vs. 39 et 40 in codice Augustano duo legantur versiculi, qui neque in vulgatis editionibus neque in Hieroclis Commentario exstant, sed a Porphyrio de vita Pythagoræ p. 27 ed. Rom. (p. 41 ed. Küster) afferuntur :

πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναστὰς
εὖ μάλα ποιπνύειν ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις,

nolim statuere hoc disciplinæ Pythagoricæ monumentum non integrum ad nostram memoriam mansisse, sed istos versus a quibusdam Pythagoreis pro spuriis habitos ideoque ab Hierocle omissos esse existimo. Idem judicandum esse arbitror de eo versiculo, qui versui 44 in eodem codice Augustano, in tribus Oxoniensibus atque in Veneto exemplari subjungitur :

ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς ποιεῦ φίλον ὅν κ' ἐθέλῃσθα,

quem Harlesius recte interpretamentum versus quinti esse censuit.

Id porro faciendum est, ut quem locum inter philosophorum carmina aurei de quibus hîc quæritur versus obtineant, paucis significemus. Cum difficile sit sapientiæ præcepta versibus illustrare propterea quod animi sensa in hac rerum, quæ a philosophis tractantur, majestate ac difficultate facilius soluta quam vincta numeris oratione explicantur : tamen Xenophanem, Parmenidem, Empedoclem aliosque videmus non omnis poeticæ artis expertes fuisse, ut ad argumenti dignitatem simul imaginum venustas, dictionis granditas, omnis denique generis, quæ in poetis admirationi sunt, virtutes et ornamenta accederent. Id secus est in eo de quo loquimur carmine, cujus auctor tantum abest, ut idem et poeta et philosophus fuisse dicendus sit, ut inter poetas nomen suum cum laude profiteri posse non videatur. Quis enim poeta epicus vel didacticus, ut pauca tantummodo memorem, ante Christum natum, ἐπωφέλιμος dixit, quod legitur versu 6; quis ἀγανακτεῖν (v. 18), quis λαγνείῃ (v. 10), quis ἀμέλεια (16) (v. 32), quis ἄθρυπτος (v. 35), quis σύστασις (v. 56) (17), quæ omnia primo vocabulo excepto recte in prosa dicebantur, poeticam orationem illo tempore non decebant. Sed bonus poeta fuerit carminis conditor an minus, non laboro. Id tantum investigari convenit, qua ætate vixerit et quis fuerit. Liquet autem versificatorem circa belli Peloponnesiaci tempora vel paulo post vixisse, quia ejus dicendi genus dissimile epicæ simplicitati ac diversum ab eo, quo Xenophanes, Parmenides, Empedocles usi erant, imprimis cum prosæ scriptoribus et poetis illius sæculi consentit. Cf. voces ἀλογίστως v. 14, μωρός v. 27, καθάρειος v. 35 [καθάριος apud Menandrum; vid. Athen. XIV, 661, F], ἀνελεύθερος v. 38, αὐθαίρετος v. 54, συνο-

(15) David. Scholl. Aristot. p. 28 a ed. Brandis. : ἐν οἷς ζητητέον καὶ τὸ γνήσιον διὰ τὴν γινομένην νοθείαν· νοθεύονται γὰρ τὰ βιβλία πενταχῶς· ἢ γὰρ δι' εὐγνωμοσύνην μαθητῶν τὰ οἰκεῖα συγγράμματα τοῖς οἰκείοις διδασκάλοις ἀνατιθέντων, ὡς τὰ Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους ἐπιγραφόμενα βιβλία, μὴ ὄντα Σωκράτους ἢ Πυθαγόρου ἀλλὰ Σωκρατικῶν καὶ Πυθαγορικῶν· ἢ διὰ φιλοτιμίαν βασιλικήν· Ἰοβάτους γὰρ τοῦ Λιβύων βασιλέως συνάγοντος τὰ Πυθαγόρου καὶ Πτολεμαίου τὰ Ἀριστοτέλους, τινὲς καπηλείας χάριν τὰ τυχόντα συγγράμματα λαμβάνοντες ἐκέδρουν καὶ ἔσηπον διὰ παραθέσεως νέων μυῤῥῶν [sic jam dudum correxi vulgatam πυῤῥῶν; cf. præfat. ad Ocell. p. XIX], ἵνα σχοῖεν δῆθεν τὴν ἐκ τοῦ χρόνου ἀξιοπιστίαν· ἢ δι' ὁμωνυμίας συγγραφέων ἢ συγγραμμάτων ἢ ὑπομνημάτων.

(16) Quamquam non diffiteor apud Euripidem legi ἀμελίαν. Iph. Aul. v. 850 ἀλλ' ἀμελίᾳ δὸς αὐτά, καὶ φαύλως φέρε. Antiop. fragm. XX p. 665 ed. Wagner. (Paris 1846) τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελίᾳ παρεὶς ἐᾷ.

(17) De ea vocis potestate loquor, quæ philosophorum propria est. Alio sensu σύστασιν dixit Eurip. Heraclid. 416 ubi vide Elmslejum.

παιδός v. 59. Hinc patet quanto in errore versatus sit Glandorfius, qui in dissertatione de versuum aureorum ætate § VI et in appendice libri p. 188 seq. defensa variis argumentis illorum antiquitate eos forsitan e mysteriis Eleusiniis ortos et ante Pythagoram litteris mandatos esse opinatur. Meinersius, qui in Histor. doctr. apud Gr. et Rom. I p. 579 seqq. carmen mutilum, interpolatum insertisque versibus alienis auctum, nec nisi post Platonem et Aristotelem a quodam Pythagorico Aristoxeni et Heraclidis sodali esse concinnatum probaturus erat, nihil perspicue demonstravit. Quod autem ait alienos versus esse interpositos, id non sine causa de jurejurando vs. 47 et 48 :

> ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
> παγὰν ἀενάου φύσεως —

contendi videtur, quum tale sit scriptoris Θεολογουμένων ἀριθμητικῆς p. 20 testimonium : Τοιαύτης δὲ οὔσης, ἐπώνυμον (leg. ἐπώμνυον) δι' αὐτῆς τὰ Πυθαγόρου οἱ ἄνδρες θαυμάζοντες δηλονότι καὶ ἀνευφημοῦντες ἐπὶ τῇ εὑρήσει, καθά που καὶ Ἐμπεδοκλῆς·

> Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ γενεᾷ παραδόντα τετρακτύν,
> παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

At quum Empedocles a Pythagoræ placitis cognoscendis philosophiæ studiorum exordium ceperit, non mirum hoc Pythagoreorum jusjurandum alicubi ab eo in carminibus memoratum fuisse. Quis autem animadversa scripturæ diversitate quæ est apud auctores (vid. adnot. ad vs. 47 et 48) qui utrumque versum afferunt, audeat affirmare, carminis hujus parentem Empedoclis potissimum auctoritatem secutum ejus verba in suum poema transtulisse, quasi non licuerit et Empedocli et huic Pythagorico versificatori eundem adire fontem, unde diversa petierunt? Tiedemani conjectura in Princ. Græc. Phil. p. 190 proposita, qua poema variis auctoribus ascribitur atque e diversorum poetarum operibus conflatum perhibetur, non eget refutatione. Nimirum singula præcepta inter se cohærere aptissimoque sententiarum ordine continuari, quod negabat Tiedemannus, tanta arte ostendit Hierocles, ut nihil in hoc genere perfectius antiquitas tulerit, etsi a poeta non pulchrum corpus, sed lacera membra nobis objici forsitan alii quoque explicationis Hierocleæ immemores crediderint. Non tacebo ea, quæ de hoc argumento judicat vir egregius atque idoneus talium rerum existimator Godofr. Bernhardus. Is Histor. Græc. litter. tom. II p. 373 ait si unus sit hujus carminis auctor, tamen neque quo tempore vixerit neque quibus sacris initiatus fuerit e certis indiciis apparere, imprimis vero epilogo inde a verbis ἀλλ' εἴργου βρωτῶν κ. τ. λ. suspicionem moveri carmen inferioris ætatis fœtum esse. Sed non est quod diutius huic rei immorer, siquidem ad omnia, quæ Bernhardus statuit, superiori disputatione respondisse videor. Unum addo, quum Hierocles in scholis aureum carmen prælegere solitus sit neque solum mirabilem sententiarum continuationem seriemque auditoribus ostenderit, sed in explanandis singulis præceptionibus simul Pythagoricæ philosophiæ summam tradiderit, conjectura non aberraturum qui suspicetur, carmen quo tempore vigebat adhuc Pythagorica ratio compositum non magis discipulis quam magistris jam ab ipso auctore destinatum fuisse, ut alteri in poema, omnis sapientiæ fundamenta continens, tanquam in speculum intuerentur præclaraque monita non modo memoriæ mandarent, sed factis etiam exprimerent, alteri reseratis procedente tempore philosophiæ penetralibus in exponendis singulis poematii membris tam obscura omnia illustrarent, quam universam rerum divinarum humanarumque cognitionem ac bene beateque vivendi disciplinam audientibus impertirent. Restat, ut indagemus, quis e Pythagoreis condiderit hoc poema. Ac primum quidem displicere nobis Fabricii suspicionem qui Empedocli illud tribuebat, quia v. 47 et 48, quibus jusjurandum continetur, atque ultimi [v. 70—71] teste Jamblicho in Theologum. arithm. Agrigentinum vatem auctorem haberent, ex iis quæ supra exposui effici arbitror. Clausulæ autem, qua peracto mutationum orbe post mortem immortalitas et divina natura hominibus Pythagoræ scita secutis promittitur, non tantum in aureis versibus locus est, sed etiam in lustralibus Agrigentini poetæ carminibus, propterea quod hæc ad Pythagoræ normam facta eo consilio edidit vir e Pythagoræ castris ad lustrandam omnem philosophiæ regionem profectus, ut mortales corporis animique purgatione ad deorum sanctitatem quasi gradibus quibusdam accederent. Quapropter non video, cur Godofredus Bernhardus hunc epilogum Pythagoræ familia dignissimum tanquam posterioris ætatis indicium rejecerit. Versum 42 πῇ παρέβην κ. τ. λ. e Phocylide laudat Eustratius ad Aristot. Eth. Nic. p. 1. Hujus auctoritatem secutus aurei carminis scriptorem Phocylidem esse censuit Jacobus Windetus de vita functorum statu pag. 91, sed nihil probavit. Fortasse librariorum incuria Φωκυλίδου et Λύσιδος nomen confudit, de quo infra Fue-

runt etiam, qui Philolao aureum poematium attribuerent. Vide Labbei bibl. nov. MSS. p. 385. Nam Constantini Lascaris Institutionibus græcis Ferrariæ a. 1510 quaternaria forma editis subjunctum est carmen pythagoricum in indice libri notatum : *Philolai Crotoniatæ carmina aurea, quæ falso hactenus Pythagoræ ascripta sunt.* At hunc qui, quamvis primus Pythagoricam philosophiam litterarum monumentis prodidisse libroque de rerum natura foras dato disciplinæ arcana evulgasse dicatur, tamen quia unius solum voluminis auctor fuisse videtur, horum versuum scriptorem falso nominari liquet. Cf. Diog. Laert. VIII, 85 et Bœckh. Philol. p. 22 seq. item 34 seq. et p. 45. Epicharmum præterea scimus Pythagorica dogmata fabulis suis immiscuisse. Vid. Fabr. Bibl. Gr. II. p. 300 ed. Harl. Neque tamen idcirco ab eo aureos versus aut scriptos aut collectos esse cum Stanlejo statuerim Hist. phil. p. 305 interp. Olear. Etenim hoc poema non ab eo profectum esse intelligitur, qui forsitan Hieronis tyranni potentiam veritus (18) publice philosophiam profiteri non auderet, ideoque dogmata versibus inclusa solo scenæ beneficio vulgaret, sed qui habitaret in rerum contemplatione ac sapientiæ dignitatem dictis factisque præ se ferret. Itaque, ut minorum gentium Pythagoreos prætercam, solus superest Lysis, quem propter Diogenis Laertii [VIII, 6—7] verba : γέγραπται δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγράμματα τρία· παιδευτικόν, πολιτικόν, φυσικόν. Τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου, Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ, φυγόντος εἰς Θήβας καὶ Ἐπαμινώνδα καθηγησαμένου, aurei poematis conditorem jam Menagius esse voluit, ratus id quod Pythagoræ nomine inscriptum etiamtum ferretur non posse nisi hoc ipsum carmen esse. Etsi vero apud Suidam v. Πυθαγόρας et Eudociam p. 368 sive scriptorum sive librariorum errore Laertii testimonium in hunc modum depravatum legitur : Συνέγραψε δὲ ὁ Πυθαγόρας μόνα τρία βιβλία παιδευτικόν, πολιτικόν, τὸ δὲ φερόμενον τρίτον ὡς Πυθαγόρου, Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου μαθητοῦ αὐτοῦ γενομένου, additurque τινὲς δὲ ἀνατιθέασιν αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη, ut vel conjecturis propositis viri docti Diogenem e Suida corrigere conati sint, præsertim quum apud Iriartum Catalog. Cod. mss. bibl. Matrit. p. 335 mentio fiat libri tertii Pythagoræ falso tributi, de quæstionibus naturalibus compositi et capitibus XVII constantis (19) Πυθαγόρου φιλοσόφου λόγος τρίτος κεφ. ιζ' : tamen Menagii sententia his doctorum virorum correctionibus præstare videretur, nisi Diogenes in priore enuntiationis membro συγγράμματα τρία dixisset. Ita enim fit, ut τὸ δὲ φερόμενον τρίτον ὡς Πυθαγόρου similiter σύγγραμμα vel βιβλίον, non ποιημάτιον quale est quod χρυσᾶ ἔπη vocamus intelligendum videatur. Neque tamen hoc in scriptore, qui judicio minime valebat, ac sæpenumero minus accurate locutus est, pro certo affirmare ausim. Quamobrem per me licet Lysidi hoc poema assignetur, quum non obstet ficta epistola (20) quam ad Hipparchum de philosophia non evulganda scripsisse fertur. Sed quum Diogenes eodem loco dicat : φησὶ δὲ Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ, γεγραφέναι αὐτὸν [τὸν Πυθαγόραν] καὶ περὶ τοῦ ὅλου ἐν ἔπεσι· δεύτερον, τὸν ἱερὸν λόγον, οὗ ἡ ἀρχή,

Ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίας τάδε πάντα·

τρίτον, περὶ ψυχῆς· τέταρτον, περὶ εὐσεβείας· πέμπτον, Ἡλοθαλῆ τὸν Ἐπιχάρμου τοῦ Κῴου πατέρα· ἕκτον, Κρότωνα, καὶ ἄλλους. Τὸν δὲ μυστικὸν λόγον Ἱππάσου φασὶν εἶναι, γεγραμμένον ἐπὶ διαβολῇ Πυθαγόρου· πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ Ἄστωνος τοῦ Κροτωνιάτου γραφέντας ἀνατεθῆναι Πυθαγόρᾳ, — non est quod dubitemus, si cui Lysidis nomen in hac causa minus aptum videatur, Astoni aureum carmen inscribere.

Denique inquirendum est, quando hæc dicta, quæ Gregorius Nazianzenus contra Julianum p. 197 plumbea (μολυβδᾶ) nominare ausus est, χρυσᾶ ἔπη a veteribus appellari cœpta sint. Hieronymus contra Rufinum l. c. ea χρυσᾶ παραγγέλματα vocat, Galenus de dignoscendis affectibus tom. VI p. 528 ed. Par. παραινέσεις φερομένας ὡς Πυθαγόρου, ut supra vidimus. Simplicius in Epicteti Enchir. p. 3 ed Salmas. ὑποθήκας nominat his verbis : κομματικοὶ δέ εἰσιν οἱ λόγοι καὶ γνωμονικοὶ κατὰ τὸ τῶν ὑποθηκῶν καλουμένων παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις εἶδος, sed pag. 204 παραγγέλματα. Ita enim ait : ἐπεὶ δὲ καὶ ἀνθρώπους ὄντας ἀνάγκη ποτέ τι ἁμαρτεῖν εἰς ἀλλήλους, χρὴ τὴν ἔνστασιν φυλάττοντα τῆς φιλίας πάσῃ δυνάμει οὕτω τὸ παροραθὲν ἐπανορθοῦν μετὰ πραότητος, πειθόμενον τῷ χρυσῷ ὄντως ἐκείνῳ παραγγέλματι· Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος οὕνεκα μικρᾶς· ὄφρα δύνῃ κ. τ. λ. Jungit hæc nomina Hierocles pag. 10 : διὸ καὶ ἐν ταῖς Πυθαγορικαῖς ὑποθήκαις τὰ τῶν ἀρετῶν παραγγέλματα πρῶτα παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὁ λόγος, παιδαγωγῶν ἡμᾶς ἀπὸ

(18) Quem ipse aliquando acerbe cavillatus est. Vide Plutarch. de adulat. et amic. discr. vol. VI p. 249 ed. Reisk.

(19) Quem tamen Lascaris, vetus possessor, Simonis Sethi esse sua manu adnotavit.

(20) Socratis et Socraticorum, Pythagoræ et Pythagoreorum quæ feruntur epistolæ ed. Orell. p. 52 seq Cf. Bœckh. Philol. p. 18.

τῆς τῶν περὶ τὸν βίον ἀρίστης χρήσεως πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνιέναι. Ex his aliisque scriptorum locis facile colligitur, veteres παραγγέλματα, παραινέσεις, ὑποθήκας sæpe promiscue usurpasse (21), quamquam liquido constat τὰς τῶν Πυθαγορείων ὑποθήκας differre ab eorum symbolis (συμβόλοις), sententiis (γνώμαις) et similitudinibus (ὁμοίοις). Ante quartum autem a Christo nato sæculum nemo τὰ χρυσᾶ ἔπη hoc ipso nomine appellavit, siquidem hac appellatione primus usus est Jamblichus in Protreptico. Hujus exemplum secuti Chalcidius, Proclus, Hierocles, alii eandem versuum Pythagoricorum inscriptionem esse voluerunt. Jam quum nemo dubitet, quin veteres in excitandis librorum titulis admodum negligentes fuerint, intelligitur quam difficile sit hodie de auctore aurei carminis quærere, quod ante quartum sæculum ab aliis alio nomine afficitur. Nam media ætate hi Pythagoreorum versus ita hominum studia tenuerunt, ut sæpe describerentur, minoribus cujusvis generis carminibus adjicerentur, a Cedreno etiam p 156 tractarentur, denique eorum nomen (ἔπη χρυσᾶ) transferretur ad Chrysomalli cujusdam versus apud Balsamonem in can. LX Apostolor. Vide Coteleriuin III Monument. eccles. gr. p. 571 et Leonem Allatium de ecclesiæ occidentalis atque orientalis perpetua consensione lib. III p. 653. Quod vero dixi non unam fuisse olim hujus carminis inscriptionem, id vel hodie inspectis libris manu exaratis perspicitur. Etenim in codice Parisiensi legitur Πυθαγόρου Σαμίοιο ἔπη τὰ δ' ἔνεστι τὰ χρυσᾶ, in Vaticano autem Πυθαγόρου παραινέσεις teste Montefalconio Bibl. bibl. tom. I p. 5 E. Hodie vix aliter quam aureum carmen vel aurea dicta (χρυσᾶ ἔπη) hos versus nuncupare licet.

Hieroclis Commentarium in aureum carmen primus e Codice Venetiis emto latine vertit et Nicolao V Pontifici Maximo dedicavit Jo. Aurispa Siculus. Patavii 1474, 4. Cujus interpretatio sæpius typis descripta est. Græce primus edidit Joann. Curterius e codice Abbatis Rupifucaldii, qui multum discrepat ab eo, quo Aurispa erat usus. Sic autem inscribitur ejus editio : « Ἱεροκλέους φιλοσόφου ὑπόμνημα εἰς τὰ τῶν Πυθαγορείων ἔπη τὰ χρυσᾶ. *Hieroclis philosophi commentarius in aurea Pythagoreorum carmina Joann. Curterio interprete. Ex bibliotheca D. Francisci Rupifucaldii, Randani, Trenorchii Abbatis. Parisiis, apud Nicolaum Nivellium sub signo Columnarum via Jacobæa.* 1573. *Cum privilegio Regis.* » Curterium in corrigendo et vertendo Hierocle minime felicem fuisse ejusque interpretationem omni fide et elegantia carere, cum alii jam docuerunt, tum Needhamius Præf. pag. 8 et 9. Paulo melius rem egit Fed. Morellus qui reliqua Hieroclis fragmenta prope omnia a. 1593 edidit ita inscripta : « *Hierocles de Providentia et Fato deque liberi arbitrii cum divina gubernatione convenientia commentarius in compendium redactus et nunc primum luce et latinitate donatus, ex fide græci codicis decurtati, e bibliothecæ Mediceæ penu eruti, latine, interprete Fed. Morello. Parisiis apud eundem Morellum* 1593. 8. » Utrumque volumen additis aliis libellis Pearsoni cura repetitum est Londini 1654 et 1655 hoc indice : « Ἱεροκλέους φιλοσόφου ὑπόμνημα εἰς τὰ τῶν Πυθαγορείων ἔπη τὰ χρυσᾶ. *Hieroclis philosophi commentarius in aurea Pythagoreorum carmina. Jo. Curterio interprete. Londini* 1654, 12. » — « *Hieroclis commentarius de providentia et fato una cum fragmentis ejusdem et Lilii Gyraldi interpretatione symbolorum Pythathagoræ notisque Merici Casauboni ad Commentarium Hieroclis in aurea carmina. Londini* 1655 *et ibid. apud Williams* 1673, 8. » Pearsonus ipse nihil præter Prolegomena adjecit. Quum igitur Hierocles etiam tum multis mendis scateret, Petrus Needhamius variis subsidiis ad corrigenda et explananda ejus ingenii monumenta collatis superiores editores doctrina et diligentia superavit. Quare benevole olim excepta est ejus editio, cui hunc titulum addidit « *Hieroclis Philosophi Alexandrini Commentarius in aurea Carmina, de Providentia et Fato quæ supersunt et reliqua fragmenta. Græce et Latine. Græca cum MSS collata castigavit, Versionem recensuit, Notas et Indicem adjecit Petr. Needham. S. T. B. Coll. D. Joannis Cantab. Socius. Cantabrigiæ Typis Academicis. Impensis A. et J. Churchill, Bibliopolarum Londinensium.* 1709. » Ad castiganda scriptoris verba multum profecit partim perlecta fida illa Aurispæ translatione scripti codicis instar habenda, quæ ignota fuerat Curterio, partim congesta plurium codd. scripturæ diversitate.

Triginta tribus annis post quæ a Needhamio minus recte constituta essent retractare et Medicei Codicis ope scriptoris verba emendare tentavit Carolus Ashtonus, qui se Richardum Warrenum esse volebat (22). Nam quum casu nescio

(21) Latine eodem modo cum Hierocle dicas : quocirca et in Pythagoricis monitis virtutum præcepta primo loco carminis verba tradunt, ita nos erudientia, ut ab optimo rerum quæ ad vitam pertinent usu ad divinam similitudinem ascendamus. Quod hic ἐν τοῖς ἔπεσιν ὁ λόγος est, paulo ante simpliciter ὁ λόγος vocatur.

(22) Vide Joannis Nicholsii *Literary Anecdotes* t. IV. p. 226. Inscribitur hæc editio : « Hieroclis Philosophi Alexan-

quo accidisset, ut codicis Medicei collatio a Marquardo Gudio facta, quam Jo. Alb. Fabricius nactus cum Needhamio communicatam voluerat, ad hunc non perveniret, interim eam Jo. Wolfius Lipsiæ a. 1710 publici juris fecerat. Quamvis autem non omnem lectionis varietatem aut Fabricius Gudii munere accepisset aut Wolfius edidisset, tamen hac collatione ad plurimos locos sanandos bene usus est Ashtonus. Idem docte de variis Hieroclis locis commentatus est, interpretationem latinam limavit et ad græcam philosophi orationem magis accommodavit, in hoc tantum reprehendendus, quod non solum Needhamium, sed Bentlejum etiam omni occasione acerbius perstringit.

Denique anno 1850 Thomas Gaisfordius Joannis Stobæi Eclog. Physicas et Ethicas cum Hieroclis commentario in aureum Pythagoricorum carmen edidit (23). Huic haud contemnenda, quemadmodum ipse ait, emendationis subsidia, quibus superiores editiones caruerant, præsto fuerunt. Nam præterquam quod ipse vetustum Codicem Vindobonensem fortasse anno 924 exaratum summa diligentia contulit, invenit in Bibliotheca Bodlejana inter libros Dorvillianos exemplum Curterianum, in cujus margine Lucæ Holstenii manu plurium membranarum scripturæ discrepantia adscripta legitur. Sed de his accurate disseruimus et quæ nobis ipsis contigerunt rei bene gerendæ instrumenta memoravimus in editione ampliore cui titulus est : *Hierocles in aureum Pythagoreorum carmen commentarius. Recensuit et* (critica exegeticaque annotatione) *illustravit* Fr. G. A. Mullachius. Berolini, 1853. Interpretationem latinam huic demum editioni adjunximus.

drini in Aurea Carmina Commentarius. Græce et latine. Græca accuratius nunc recognita et ad MSS. Codicum fidem exacta plurimisque in locis e Gudiana Medicei Codicis collatione emendata una cum Notis subjunctis ed. R(ichardus) W(arren). S. T. P. Coll. Jes. Cant. nuper socius. Londini, Typis Jac. Bettenham. Impensis Gul. Thurlbourn Bibliopolæ Cantab. Veneunt apud J. Nourse P. Vaillant, J. Beecroft Lond. 1742.

(23) Ἰωάννου Στοβαίου ἐκλογῶν βιβλία β'. Ioannis Stobæi Eclogarum physicarum et ethicarum libri duo. Accedit Hieroclis commentarius in aurea carmina Pythagoreorum. Ad MSS. Codd. rec. Thom. Gaisford. Oxonii, 1850.

ἹΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΕΙΣ ΤΑ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ.

Ἡ φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης, κάθαρσις μὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος, τελειότης δὲ ὡς τῆς οἰκείας εὐζωίας ἀνάληψις πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐπανάγουσα. Ταῦτα δὲ πέφυκεν ἀρετὴ καὶ ἀλήθεια μάλιστα ἀπεργάζεσθαι, ἡ μὲν τὴν ἀμετρίαν τῶν παθῶν ἐξορίζουσα, ἡ δὲ τὸ θεῖον εἶδος τοῖς εὐφυῶς ἔχουσι προσκτωμένη. Δεῖ οὖν πρὸς ταύτην τὴν ἐπιστήμην, τὴν μέλλουσαν ἡμᾶς καθαροὺς καὶ τελείους ποιεῖν, κανόνας ἔχειν τινὰς ἐν βραχεῖ διωρισμένους, οἷον ἀφορισμούς τινας τεχνικούς, ὅπως ἂν ἐν τάξει καὶ εὐμεθόδως πρὸς τὸ τῆς εὐζωίας τέλος ἀφικώμεθα. Τῶν δὲ τοιούτων κανόνων τῶν πρὸς τὴν ὅλην φιλοσοφίαν συντεινόντων τὰ Πυθαγορικὰ ἔπη τὰ οὕτως ἐπικαλούμενα χρυσᾶ ἐν πρώτοις ἂν θείημεν εὐλόγως. Περιέχει γὰρ πάσης φιλοσοφίας πρακτικῆς τε καὶ θεωρητικῆς τὰ καθόλου δόγματα, δι' ὧν ἄν τις ἀλήθειαν καὶ ἀρετὴν κτήσαιτο καὶ ἑαυτὸν καθαρὸν ἀπολάβοι καὶ τὴν πρὸς θεὸν ὁμοίωσιν εὐτυχήσειε, καὶ (ὥς φησιν ὁ Πλάτωνος Τίμαιος, τῶν Πυθαγορείων δογμάτων ὁ ἀκριβὴς διδάσκαλος) ὑγιής τε καὶ ὁλόκληρος γενόμενος εἰς τὸ τῆς προτέρας ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως. Καὶ πρῶτά γε τὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς παρατίθεται παραγγέλματα. Πρῶτον γὰρ δεῖ τάξαι τὴν ἐν ἡμῖν ἀλογίαν τε καὶ ῥαθυμίαν· ἔπειτα οὕτως ἐπιβαλεῖν τῇ τῶν θείων γνώσει. Ὥσπερ γὰρ ὀφθαλμῷ λημῶντι καὶ οὐ κεκαθαρμένῳ τὰ σφόδρα φωτεινὰ ἰδεῖν οὐχ οἷόν τε· οὕτω καὶ ψυχῇ μὴ ἀρετὴν κεκτημένῃ τὸ τῆς ἀληθείας ἐνοπτρίσασθαι κάλλος ἀμήχανον. Μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Ἔστι δὲ ἡ μὲν πρακτικὴ φιλοσοφία ἀρετῆς ποιητική, ἀληθείας δὲ ἡ θεωρητική, ὡς καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔπεσι τὴν μὲν πρακτικὴν φιλοσοφίαν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν εὑρίσκομεν λεγομένην, τὴν δὲ θεωρητικὴν θείαν ἀρετὴν ὑμνουμένην, ἐν οἷς συμπεράνας ὁ λόγος τὰ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς παραγγέλματα,

> ταῦτα πόνει (φησί) ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε,
> ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.

Philosophia est vitæ humanæ purgatio atque perfectio; purgatio quidem a brutæ materiæ affectibus mortalique corpore, perfectio vero ut quæ vitæ beatitatem homini propriam restituat et ad divinam eum similitudinem reducat. Ad hæc autem efficienda virtus et veritas maxime sunt idoneæ, quarum altera tollit affectuum immoderationem, altera divinam formam iis qui bona indole sunt conciliat. Ad doctrinam igitur hanc comparandam, quæ puros atque perfectos nos reddet, regulas haberi nonnullas oportet paucis expositas, tanquam brevia quædam artis præcepta, ut ordine rectaque via ad beatæ vitæ finem perveniamus. Inter regulas vero ejusmodi, quæ ad universam philosophiam pertinent, imprimis merito numerabimus versus Pythagoricos qui aurei appellantur. Ii enim complectuntur totius philosophiæ cum ejus quæ in actione, tum quæ in contemplatione posita est, generalia decreta, quorum ope quis veritatem virtutemque comparare et castimoniam suam recuperare ac dei similitudinem feliciter nancisci possit, atque (ut Platonis Timæus, dogmatum Pythagoricorum luculentus auctor, dicit) sanus atque integer factus ad prioris habitus formam perveniat. Primo autem loco actuosæ virtutis præcepta ponunt : oportet enim primum rationis in nobis perturbationem atque socordiam corrigere, deinde ita comparatos ad rerum divinarum studium incumbere. Ut enim oculus lippitudine laborans necdum purgatus ea quæ valde lucida sunt intueri non potest : ita etiam fieri nequit, ut virtute carens animus veritatis pulchritudinem cernat. Nam vide ne impuro purum attingere nefas sit. Philosophia vero quæ in actione versatur virtutem parit, quæ contemplatione continetur veritatem, sicut et in ipso carmine philosophiam activam reperimus dictam humanam virtutem, contemplativam autem divinæ virtutis nomine celebratam, in iis versibus qui civilis virtutis præcepta claudunt :

> His, inquit, operam da; hæc meditare; hæc amare te
> hæc te in divinæ virtutis vestigiis collocabunt.[oportet :

Πρῶτον οὖν ἄνθρωπον δεῖ γενέσθαι, καὶ τότε θεόν. Ἄνθρωπον δὲ ποιοῦσιν ἀγαθὸν αἱ πολιτικαὶ ἀρεταί· θεοποιοῦσι δὲ αἱ πρὸς τὴν θείαν ἀρετὴν ἀνάγουσαι ἐπιστῆμαι. Τὰ δὲ μικρὰ πρὸ τῶν μεγάλων ἐστὶν ἐν τάξει τοῖς ἀνιοῦσι· διὸ καὶ ἐν ταῖς Πυθαγορικαῖς ὑποθήκαις τὰ τῶν ἀρετῶν παραγγέλματα πρῶτα παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὁ λόγος, παιδαγωγῶν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς τῶν περὶ τὸν βίον ἀρίστης χρήσεως πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνιέναι. Καὶ οὗτος μὲν ὁ σκοπὸς τῶν ἐπῶν καὶ ἡ τάξις, χαρακτῆρα φιλόσοφον πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγνωσμάτων ἐκθεῖναι τοῖς ἀκροαταῖς. Χρυσᾶ δὲ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχε, διὰ τό, ὡς ἐν ἔπεσιν, ἄριστα εἶναι καὶ θεῖα. Οὕτω γὰρ καὶ χρυσοῦν γένος λέγομεν τὸ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις γένεσιν ἄριστον, ἀπὸ τῆς τῶν ὑλῶν ἀναλογίας τὴν τῶν ἠθῶν διαφορὰν λαμβάνοντες. Ἔστι δὲ καὶ ὁ χρυσὸς ἀκίβδηλόν τι καὶ γῆς οὐκ ἀναπεπλησμένον, ὥσπερ τὰ συγγενῆ καὶ ἐφεξῆς ὄντα τούτῳ, οἷον ἄργυρος καὶ χαλκὸς καὶ σίδηρος· πρὸς ἃ καὶ τὸ ὑπερέχον φύσει κέκτηται ὁ χρυσός, μόνος τῶν ἄλλων ἰὸν οὐ ποιῶν, ἐκείνων ἑκάστου, καθ' ὅσον γῆς μετέχει, κατὰ τοσοῦτον καὶ εἰς ἰὸν μεταβάλλοντος. Τοῦ οὖν γεώδους ἰοῦ κατὰ τὴν ἔνυλον κακίαν λαμβανομένου, τὸ ἅγιον καὶ καθαρὸν γένος καὶ τὸ πάντῃ καθαρεῦον πονηρίας ἦθος εἰκότως χρυσοῦν ἐλέχθη· οὕτω δὴ καὶ ταῦτα τὰ ἔπη, ὅλα δι' ὅλου ὄντα καλά, χρυσᾶ καὶ θεῖα τὴν ἐπίκλησιν ἀναγέγραπται. Οὐ γάρ ἐστι τὸ μὲν αὐτῶν καλόν, τὸ δὲ οὐ καλόν, ὥσπερ ἔνια τῶν ἄλλων, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως τὸ καθαρὸν ἦθος ἐμφαίνει καὶ πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνάγει, καὶ τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας τὸν τελειότατον σκοπὸν ἐκκαλύπτει, ὡς ἐν τῇ καθ' ἕκαστον ἐξηγήσει σαφὲς γενήσεται. Καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων ἀρξώμεθα.

I. 1.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκειται, τίμα.

Ἐπειδὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν ἡγεμών ἐστιν ἡ εὐσέβεια, πρὸς τὴν θείαν αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχουσα, εἰκότως καὶ τῶν ἐν τοῖς ἔπεσι νόμων τὸ περὶ ταύτης ἡγεῖται παράγγελμα· ὡς δεῖ τοὺς ἐγκοσμίους θεούς, κατὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτοῖς τάξιν, τιμᾶν, ἣν ὁ δημιουργικὸς νόμος ἅμα τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν συμπροήγαγε, τάξας αὐτῶν τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς πρώτης σφαίρας, τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς δευτέρας, καὶ ἐπὶ τῆς τρίτης ἄλλους, καὶ οὕτως ἐφεξῆς, μέχρι τῆς πάσης τῶν οὐρανίων κύκλων συμπληρώσεως. Τὸ γάρ, ᾗ ἐτάχθησαν ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ αὐτῶν καὶ πατρός, ταύτῃ αὐτοὺς ἐγνωκέναι τε καὶ τιμᾶν, τῷ θείῳ νόμῳ κατακολουθούντων ἐστὶ καὶ τὴν ὄντως τιμὴν αὐτοῖς ἀποδιδόντων· καὶ τὸ μήτε

Primum igitur hominem fieri oportet, deinde deum. Hominem vero bonum reddunt virtutes civiles; deum autem faciunt disciplinæ quæ ad divinam virtutem evehunt. Parva vero in ascensu magnis ordine præcedunt; quamobrem et in Pythagoricis monitis virtutum præcepta primo loco carminis verba tradunt ita nos erudientia, ut ab optimo rerum quæ ad vitam pertinent usu ad divinam similitudinem ascendamus. Et hic quidem versuum scopus est atque ordo, ut expressam philosophi imaginem ante alias quasvis præceptiones auditoribus proponant. Aureorum autem ideo habent appellationem, quod, ut in versibus, optimi sint atque divini. Sic enim et auream ætatem dicimus illam quæ ex hominum ætatibus fuit optima, morum differentiam a metallorum inter se comparatione sumentes. Est quidem aurum purum quid nec terræ mixtura repletum, quemadmodum ei cognata et inferiora metalla, argentum, æs et ferrum, inter quæ aurum ipsum ideo natura primas obtinet, quod solum præter cætera rubiginem non contrahat; cum eorum singula in eam eatenus mutentur, quatenus terram participant. Rubigine ergo terrena pro materiæ vitio sumta hominum genus sanctum et castum moresque ab omni parte sceleris puri aureorum nomen jure obtinebant: sic sane et hi versus quum penitus pulchri sint, aureorum et divinorum titulo inscripti sunt. Neque enim partim pulchri sunt, partim minus pulchri, ut nonnulli aliorum, sed omnes pariter castitatem integritatemque ostendunt et ad divinam similitudinem evehunt Pythagoricæque philosophiæ scopum perfectissimum patefaciunt, ut in singulorum explicatione manifestum fiet. Ac primum quidem a primis ordiamur.

I. 1.

Immortales primum deos, ut lege dispositi sunt, venerare.

Cum virtutum omnium dux sit pietas, ut quæ ad divinam causam referatur: merito præceptum quoque de illa datum inter regulas his carminibus comprehensas primum locum tenet, oportere nos deos mundanos honorare secundum ordinem, quem una cum natura eorum creatoris lex instituit, quæ illorum alios in sphæra prima collocavit, alios in secunda et in tertia alios; atque ita deinceps, donec cœlestes orbes omnes complerentur. Eos enim illo ordine agnoscere et colere, quo a creatore et patre suo constituti sunt, est divinæ legi obedientium et verum eis honorem tribuentium: atque ejusmodi de illis notiones habere, quibus eorum dignitatem nec nimis augeamus nec minuamus: sed eos existimare id

ὑπεραίρειν τὴν ἀξίαν μήτε ἀπολείπεσθαι ταύτης ἐν ταῖς περὶ αὐτῶν ἐννοίαις, ἀλλὰ τοῦτο αὐτοὺς εἶναι τίθεσθαι, ὃ γεγόνασι, καὶ ταύτην ἔχειν τὴν τάξιν ἣν εἰλήχασιν, ἐπὶ τὸν δημιουργὸν αὐτῶν θεὸν ἀναφέρει τὸ σέβας, ὃν καὶ θεὸν θεῶν κυρίως ἂν εἴποι τις καὶ θεὸν ὕπατον καὶ ἄριστον. Τὴν δὲ ὄντως ἀξίαν τοῦ κοσμοποιοῦ καὶ ἀριστοτέχνα θεοῦ μόνως ἂν ἐξεύροιμεν, εἰ καὶ θεῶν αἴτιον αὐτὸν καὶ ἀτρέπτων λογικῶν οὐσιῶν ποιητὴν θησόμεθα. Τούτους γὰρ νῦν ἀθανάτους θεοὺς ὠνόμασεν ὁ λόγος τοὺς ἀεὶ καὶ ὡσαύτως νοοῦντας τὸν δημιουργὸν θεόν, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ ἐκείνου ἀγαθὸν συντεταμένους, καὶ ἀπ' ἐκείνου τὸ εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι ἀμερίστως καὶ ἀτρέπτως λαμβάνοντας, ὡς τῆς δημιουργικῆς αἰτίας αὐτοὺς ὄντας εἰκόνας ἀπαθεῖς καὶ ἀκακύντους. Πρέπει γὰρ τῷ θεῷ καὶ τοιαύτας ὑποστῆσαι ἑαυτοῦ εἰκόνας, καὶ μὴ πάσας τρεπτὰς καὶ ἐμπαθεῖς τῇ εἰς κακίαν ὑποφορᾷ, οἷαί εἰσιν αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαί, τῶν λογικῶν φύσεων τὸ ἔσχατον οὖσαι γένος, ὥσπερ αὖ ἀκρότατον ἦν νῦν τὸ τῶν ἀθανάτων θεῶν λεγόμενον γένος. Καὶ μήποτε πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἀθάνατοι θεοὶ οὗτοι ἐκλήθησαν, ὡς μὴ ἀποθνήσκοντες τὴν θείαν εὐζωίαν, μηδὲ ἐν λήθῃ ποτὲ γιγνόμενοι μήτε τῆς ἑαυτῶν οὐσίας μήτε τῆς τοῦ πατρὸς ἀγαθότητος. Τούτοις δὲ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ τοῖς πάθεσιν ὑπόκειται, ποτὲ μὲν νοοῦσα τὸν θεὸν καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀξίαν ἀπολαμβάνουσα, ποτὲ δὲ τούτων ἀποπίπτουσα. Διὸ καὶ εἰκότως θεοὶ θνητοὶ λέγοιντο ἂν αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαί, ὡς ἀποθνήσκουσαί ποτε τὴν θείαν εὐζωίαν τῇ ἀπὸ θεοῦ φυγῇ, καὶ ἀναβιωσκόμεναι αὐτὴν πάλιν τῇ πρὸς θεὸν ἐπιστροφῇ, καὶ οὕτω μὲν ζῶσαι τὸν θεῖον βίον, ἐκείνως δὲ ἀποθνήσκουσαι, (ὡς οἷόν τε ἀθανάτῳ οὐσίᾳ θανάτου μοίρας μεταλαχεῖν,) οὐ τῇ εἰς τὸ μὴ εἶναι ἐκβάσει, ἀλλὰ τῇ τοῦ εὖ εἶναι ἀποπτώσει. Θάνατος γὰρ λογικῆς οὐσίας ἀθεΐα καὶ ἄνοια, οἷς ἕπεται καὶ ἡ περὶ τὸν βίον ἄμετρος τῶν παθῶν ἐπανάστασις. Ἐν γὰρ τῇ ἀγνοίᾳ τῶν κρειττόνων ἀνάγκη δουλεύειν τοῖς χείροσιν· ὧν ἐλευθεριάσαι ἄλλως οὐχ οἷόν τε ἢ τῇ δι' ἀναμνήσεως εἰς νοῦν καὶ θεὸν ἐπιστροφῇ. Μεταξὺ δὲ τῶν οὕτω λεγομένων ἀθανάτων θεῶν, καὶ τῶν θνητῶν, ὡς εἴπομεν, θεῶν ἀνάγκη γένος τι εἶναι, τιμιώτερον μὲν ἀνθρώπου, καταδεέστερον δὲ θεοῦ, τῇ δι' ἑαυτοῦ μεσότητι τὰ ἄκρα πρὸς ἄλληλα συνάπτον, ὥστε τὸ πᾶν τῆς λογικῆς δημιουργίας αὐτὸ ἑαυτῷ συνδεδέσθαι καλῶς. Τοῦτο δὴ τὸ μέσον οὔτε παντελῆ ἄγνοιαν τοῦ θεοῦ ἴσχει ποτέ, οὔτε παντελῶς ἀκίνητον καὶ ἀεὶ ὡσαύτως διαμένουσαν γνῶσιν, ἀλλ' ἀεὶ μὲν γινώσκει, ἄλλως δὲ καὶ ἄλλως ἐπιβάλλει, καὶ μᾶλλον ἔστιν ὅτε καὶ ἧττον. Τῷ μὲν ἀεὶ γινώσκειν ἀναβέβηκε τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, τῷ δὲ μὴ ἀτρέπτως μηδὲ ὡσαύτως ἀεὶ γινώσκειν

---

esse quod sunt, et eum ordinem obtinere, quem sortiti sunt, cultum ipsum ad eorum opificem deum referentium est, quem et deum deorum proprie quis dicat ac deorum summum et optimum. Præcellentis autem mundi artificis dei veram dignitatem ita solum deprehendemus, si eum et deorum causam et naturarum intelligentium atque immutabilium creatorem esse statuamus. Illos enim immortales deos carmen nunc appellat, qui semper atque eodem modo creatoris dei cognitionem retinent semperque in ejus bonitatem intenti sunt atque ab eo et vitam et felicitatem inseparabiliter et immutabiliter accipiunt, quippe qui ipsi sint opificis causæ imagines, perturbationum vitiorumque expertes. Decet enim Deum tales etiam sui imagines gignere: non autem omnes mutationibus et perturbationibus obnoxias, ex propensione in vitium; quales sunt animi humani qui naturarum ratione præditarum infimum genus sunt, sicut contra genus immortalium deorum nunc dictum est summum. Atque hi fortasse, ut ab animis humanis distinguantur, immortales dii nuncupantur, ut quibus divinæ vitæ felicitas non intereat nec suæ unquam naturæ aut paternæ bonitatis oblivio subrepat. His autem perturbationibus obnoxius est humanus animus qui deum aliquando cognoscit et dignitatem suam recuperat, aliquando autem his excidit; unde et haud immerito mortales dii nuncupantur animi humani, quod aliquando, relicto deo, quod ad divinam vitæ beatitudinem attinet moriantur, atque ad deum revertendo ad eam recuperandam reviviscant, atque adeo hoc modo vitam divinam agant, illo autem, quoad immortalis natura mori potest, moriantur, non quod esse desinant, sed quod felici vita excidant. Nam rationalis naturæ mors est alienatio a deo et mente, unde etiam in vita sequitur vehemens affectuum seditio. In meliorum enim ignorantia deterioribus servire necesse est, a quibus non aliter liberari [rationalis natura] potest, quam ea quæ recordatione fit, ad mentem et Deum conversione. Inter deos autem qui immortales vocantur et mortales, uti diximus, deos necesse est genus quoddam homine superius, deo autem inferius sit, quod suo interventu extrema inter se connectat, adeo ut totus rerum creatarum, quæ ratione præditæ sunt, cœtus ipse secum pulchre copuletur. Medium vero hoc genus nec deum prorsus ignorat unquam, nec omnino stabilem atque eandem semper ejus notitiam habet, sed semper quidem cognoscit, aliter autem atque aliter animum advertit, atque modo magis modo minus. In eo utique, quod semper Deum cognoscit humanum genus superat, eo vero quod non sine mutatione nec eodem semper modo cognoscit divino infe-

ὑποβέβηκε τοῦ θείου, φύσει μέσον ὑπάρχον καὶ οὔτε προκοπῇ βελτιωθὲν ἐξ ἀνθρώπου οὔτε ἀμελείᾳ ὑποβὰν ἐκ θεοῦ εἰς τὴν μέσην τάξιν. Πρῶτα γὰρ καὶ δεύτερα καὶ τρίτα ὁ δημιουργὸς θεὸς ὑπέστησε φύσει διαφέροντα ἀλλήλων, καὶ μὴ συγχεόμενα πρὸς ἄλληλα, μηδὲ ἀρετῇ καὶ κακίᾳ τὴν τάξιν διαμείβοντα· ἃ δὴ κατ' οὐσίαν ἑστῶτα ἀϊδίως τῇ συμπροελθούσῃ αὐτοῖς τάξει κατὰ γένος διέστη καὶ ταῖς δημιουργικαῖς αἰτίαις ἀνάλογον ἐτάχθη. Ὡς γὰρ ἐκεῖ πρῶτα καὶ μέσα καὶ ἔσχατα τῆς παντελείου σοφίας ἡ τάξις ἔχει· (τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτῇ καὶ τὸ εἶναι τῇ σοφίᾳ, τὸ ἐν τάξει καὶ τελειότητι προάγειν τὴν ποίησιν, ὥστε συνιέναι ἀλλήλαις σοφίαν καὶ τάξιν καὶ τελειότητα·) οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷδε τῷ παντὶ τὰ πρὸς τὴν πρώτην νόησιν τοῦ θεοῦ γενόμενα πρῶτα ἂν εἴη ἐν κόσμῳ, τὰ δὲ πρὸς τὴν μέσην καὶ αὐτὰ μέσα, καὶ τὰ τῷ πέρατι τῶν νοήσεων ἐοικότα τελευταῖα ἂν εἴη ἐν λογικοῖς. Ἔστι γὰρ πᾶς μὲν ὁ λογικὸς διάκοσμος μετὰ τοῦ συμπεφυκότος αὐτῷ ἀφθάρτου σώματος εἰκὼν ὅλου τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ. Τῆς δὲ ἐκεῖ ἀκρότητος τὰ ἐν κόσμῳ πρῶτα ἀκήρατος εἰκών, καὶ τῆς ἐκεῖ μεσότητος μέση εἰκὼν τὰ ἐνταῦθα μέσα, καὶ τοῦ πέρατος τῆς ἐκεῖ θεότητος τελευταία εἰκὼν τὰ ἐν λογικοῖς τρίτα καὶ ἔσχατα. Τούτων δὲ τῶν τριῶν γενῶν τὸ μὲν πρῶτον ἀθανάτους θεοὺς ὁ παρὼν λόγος ἐσήμανε, τὸ δὲ μέσον ἥρωας ἀγαυούς, καὶ τὸ ἔσχατον δαίμονας καταχθονίους, ὡς μικρὸν ὕστερον εἰσόμεθα. Νῦν δὲ ἐπὶ τὰ πρῶτα πάλιν ἐπανέλθωμεν. Τίς ὁ νόμος καὶ ἡ κατὰ τοῦτον τάξις καὶ ἡ πρὸς τὴν τάξιν ἀποδιδομένη τιμή; νόμος μὲν ὁ δημιουργικὸς νοῦς καὶ ἡ θεία βούλησις ἡ ἀϊδίως προάγουσα τὰ πάντα καὶ εἰς ἀεὶ διασώζουσα, τάξις δὲ ἔννομος ἡ ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δημιουργοῦ τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς συνεισελθοῦσα, καὶ ποιοῦσα ἐν αὐτοῖς τοὺς μὲν πρώτους, τοὺς δὲ δευτέρους. Εἰ γὰρ καί, ὡς ἐν παντὶ τῷ λογικῷ διακόσμῳ, τὴν ἀκρότητα ἔλαχον, ἀλλ' ὁμοίως ἐν ἑαυτοῖς ποικίλλονται καί εἰσιν ἄλλοι ἄλλων θειότεροι. Μήνυμα δὲ τῆς κατ' οὐσίαν αὐτῶν ὑπεροχῆς τε καὶ ὑποβάσεως ἡ τῶν οὐρανίων σφαιρῶν τάξις, κατ' οὐσίαν καὶ δύναμιν τὴν θέσιν διαλαχοῦσα, ὡς ἐν τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν κεῖσθαι τὸν νόμον, καὶ τὴν τάξιν ὁμοφυῆ εἶναι αὐτῶν τῇ ἀξίᾳ. Οὐ γάρ, ὡς ἔτυχεν, ὑποστάντες ὕστερον διεκρίθησαν, ἀλλὰ τεταγμένοι προῆλθον εἰς τὸ εἶναι, ὥσπερ ἐν ἑνὶ ζώῳ τῷ ὅλῳ οὐρανῷ διάφορα ὄντες μέρη καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σύνταξιν ἐν τῇ κατ' εἶδος διαστάσει ἅμα καὶ συναφῇ ἀποσώζοντες, ὥστε μηδὲ ἐπάλλαξιν τῆς θέσεως αὐτῶν ἐπινοηθῆναί ποτε δύνασθαι εἰ μὴ μετὰ τῆς φθορᾶς τοῦ παντός· ἣν ἀδύνατον ἐπισυμβῆναι, ἔστ' ἂν ᾖ τὸ πρῶτον αὐτῶν αἴτιον ἀμετάβλητον πάντῃ καὶ ἄτρεπτον, καὶ τὴν οὐσίαν τῇ ἐνεργείᾳ τὴν αὐτὴν κεκτημένον, καὶ τὴν ἀγαθότητα οὐκ ἐπίκτητον ἔχον, ἀλλ' οὐσιωμένην καθ' αὑτὴν καὶ δι' αὑτὴν τὰ πάντα πρὸς τὸ εὖ εἶναι παρά-

---

rius est, quippe quod natura medium tenens neque profectu ex homine in statum meliorem evectum sit, neque negligentia ex deo in medium ordinem delapsum. Opifex enim deus prima et secunda et tertia procreavit naturâ differentia, et nec inter se confusa, nec virtute et vitio ordinem suum mutantia, quippe quæ substantiam perpetuo fixam habentia per congenitum eis ordinem sint genere distincta et pro ratione causarum creatricum disposita. Sicut enim ibi prima et media et ultima perfectissimæ sapientiæ ordo regit; (in hoc enim ipsa sapientiæ vis sita est, quod ea quæ facit ordinate et perfecte progignit, adeo ut se mutuo comitentur sapientia et ordo et perfectio): sic sane et in hac rerum universitate ea quæ ad primam Dei cogitationem facta sunt prima in mundo habeantur, et quæ ad mediam media; ea vero quæ postremæ cogitationi assimilantur, sint in rationalibus ultima. Totus enim naturarum mente præditarum cœtus una cum incorrupto corpore eis cognato totius procreatoris Dei est imago. Ejus autem, quod ibi summum est, imago pura sunt ea quæ in mundo prima habentur atque ejus quod est illic medium, imago media sunt ea quæ locum medium hic obtinent; extremæ autem ibi divinitatis imago ultima sunt ea quæ in rationalibus tertia sunt et postrema. Ex his vero tribus generibus id quod primum est, deos immortales hic appellat carmen, medium autem heroes illustres atque ultimum genios terrestres, ut paulo post videbimus. Nunc autem ad prima illa rursum revertamur. Quænam est lex ista et ei conveniens ordo, et quis honor secundum illum ordinem tributus? Lex quidem est mens opifex et voluntas divina quæ omnia perpetuo producit atque in æternum conservat: ordo autem legi congruus est is, qui a parente omnium et opifice simul cum diis immortalibus inductus est, et qui ex iis alios fecit primos, alios secundos. Quamvis enim illi, totius cœtus rationalis habita ratione, primas nacti sint, inter se tamen variantur, et sunt alii aliis diviniores. Eos autem natura inter se et superiores esse et inferiores, indicio est ordo ille cœlestium orbium, pro singulorum natura et potestate ita institutus, ut in eorum natura posita sit lex, et ordo ipse eorum dignitati sit cognatus. Non enim fortuito editi atque orti postea discreti sunt, sed ordine collocati atque distincti exsistere cœperunt, ut cœli totius, tanquam animantis unius, diversæ essent partes, atque conjunctionem inter se conservarent, dum secundum species separantur simul et connectuntur, adeo ut nulla situs eorum mutatio unquam excogitari possit, nisi cum universi interitu, qui accidere nequit, quam-

γον. Αἰτία γὰρ τῆς τῶν πάντων ποιήσεως αὐτῷ οὐδεμία ἄλλη πρόσεστιν εὔλογος πλὴν τῆς κατ' οὐσίαν ἀγαθότητος. Ἀγαθὸς γὰρ ἦν, φησίν· ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεται φθόνος. Αἱ δὲ παρὰ τὴν ἀγαθότητα λεγόμεναι αἰτίαι τῆς δημιουργίας τοῦδε τοῦ παντὸς ἀνθρωπίναις μᾶλλον περιστάσεσιν ἢ τῷ θεῷ πρέπουσιν. Ἀγαθὸς δὴ ὢν τὴν οὐσίαν ὁ θεὸς τὰ μάλιστα ὡμοιωμένα αὐτῷ πρῶτα φύσει προήγαγε, καὶ δεύτερα, τὰ τὴν μέσην ὁμοιότητα πρὸς αὐτὸν κεκτημένα, τρίτα δὲ καὶ ἔσχατα πάντων τῶν ἐοικότων αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν μάλιστα ὑφειμένα. Τῇ δὲ οὐσίᾳ τῶν γινομένων σύνδρομος ἦν ἡ τάξις, ὥστε τὸ φύσει κρεῖττον προτεταγμένον εἶναι τοῦ καταδεεστέρου ἔν τε τοῖς ὅλοις γένεσιν καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον γένος τὴν κατ' εἶδος ὑπόβασιν κεκτημένοις. Οὐ γὰρ τύχαις ἐκληροῦτο τὴν τάξιν τὰ πάντα, οὐδὲ προαιρέσεων μεταβολαῖς, ἀλλὰ νόμοις δημιουργικοῖς διάφορα προήγετο, καὶ τὴν τάξιν ἀνάλογον ταῖς τῶν φύσεων ἀξίαις ἐλάγχανε. Διὸ τὸ νόμῳ ὡς διάκεινται, τίμα οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀθανάτων θεῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγαυῶν ἡρώων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν κοινῶς ἀκουστέον. Ἔστι γὰρ πλῆθος εἰδῶν ἐν ἑκάστῳ γένει καθ' ὑπεροχὴν καὶ ὑπόβασιν τεταγμένον. Τοιαύτη μὲν ἡ φύσις τῶν λογικῶν οὐσιῶν καὶ ἡ τάξις. Τίς δὲ ὁ νόμος καὶ ἡ τούτῳ ἑπομένη τιμή; Πάλιν λέγομεν, ὅτι νόμος μὲν ἡ ἄτρεπτος τοῦ θεοῦ δημιουργικὴ ἐνέργεια, ἡ γεννῶσα τὰ θεῖα γένη καὶ τάττουσα ἀϊδίως καὶ ἀμεταβλήτως· ἡ δὲ σύμφωνος τῷ νόμῳ τιμὴ ἡ τῆς οὐσίας ἐστὶ τῶν τιμωμένων γνῶσις καὶ ἡ πρὸς αὐτὰ κατὰ δύναμιν ἐξομοίωσις. Ὃ γὰρ ἄγαταί τις, καὶ μιμεῖται, ὅσον αὐτῷ οἷόν τε· καὶ τιμὴν ποιεῖται τοῦ ἀνενδεοῦς τὴν τῶν ὑπ' ἐκείνου προτεινομένων ἀγαθῶν ὑποδοχήν. Οὐ γὰρ τιμήσεις τὸν θεὸν ἄριστα διδούς τι αὐτῷ, ἀλλ' ἄξιος τοῦ λαβεῖν τὰ παρ' ἐκείνου γινόμενος. Ὡς γὰρ φασιν οἱ Πυθαγόρειοι, τιμήσεις τὸν θεὸν ἄριστα, ἐὰν τῷ θεῷ τὴν διάνοιαν ὁμοιώσῃς· καί, ὅστις τιμᾷ τὸν θεόν, ὡς προσδεόμενον, οὗτος λέληθεν οἰόμενος ἑαυτὸν τοῦ θεοῦ εἶναι κρείττονα· καί, ἡ τῶν προσφερομένων πολυτέλεια τιμὴ εἰς θεὸν οὐ γίνεται, εἰ μὴ μετὰ τοῦ ἐνθέου φρονήματος προσάγοιτο. Δῶρα γὰρ καὶ θυηπολίαι ἀφρόνων, πυρὸς τροφή· καὶ ἀναθήματα, ἱεροσύλοις χορηγία. Τὸ δὲ ἔνθεον φρόνημα, διαρκῶς ἡδρασμένον, συνάπτει θεῷ. Χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον· ὅθεν καὶ μόνος ἱερεὺς ὁ σοφὸς λέγεται, μόνος θεοφιλής, μόνος εἰδὼς εὔξασθαι. Μόνος γὰρ οἶδε τιμᾶν ὁ τὴν ἀξίαν μὴ συγχέων τῶν τιμωμένων, καὶ ὁ προηγουμένως ἱερεῖον ἑαυτὸν προσάγων,

---

diu prima eorum causa manet immutabilis prorsus et constans ac naturam eâdem agendi vi præditam obtinet atque bonitatem possidet, non adventitiam, sed per se inhærentem et propter eam universa generat. Nulla enim alia justa causa rerum omnium creandarum ipsi Deo est præter naturalem bonitatem. *Erat enim*, inquit, *bonus; in bonum autem nulla unquam de ulla re cadit invidia.* Quæ vero aliæ præter bonitatem creandæ universitatis hujus causæ dicuntur, humanæ conditioni potius quam Deo conveniunt. Deus vero quum natura bonus sit, illa quæ maxime ipsi essent assimilata, naturâ prima produxit; secunda autem ea quæ mediam similitudinem obtinerent, tertia vero et omnium ipsi similium postrema, illa quæ a divina similitudine essent maxime remota. Substantiæ autem rerum creatarum comes erat ordo, ut id quod naturâ præstantius esset inferiori præponeretur, tum in totis generibus, tum in speciebus, quæ singulis generibus subsunt. Non enim fortuito universa ordinem suum sortita sunt, neque pro arbitrii sui varietate, sed ex creationis legibus diversa generabantur congruoque naturarum dignitati ordine disponebantur. Quamobrem illud *uti lege dispositi sunt venerare*, non solum de diis immortalibus, sed et de illustribus heroibus humanisque animis communiter est intelligendum. Nam sub unoquoque genere multæ sunt species superius atque inferius ordinatæ. Hujusmodi igitur est generum rationalium natura atque ordo. Quæ vero est lex et quis legitimus honos? dicimus rursum legem esse immutabilem illam Dei creatricem potentiam quæ divina genera gignit eaque æterno immutabilique ordine disponit : honorem autem legi congruum esse essentiæ illorum quæ honorantur notitiam et eorum quoad possumus imitationem. Quod enim quis admiratur, id etiam, quoad potest, imitatur; atque eum cui nihil deest honorat accipiendo bona, quæ ille porrigit. Non enim Deum honorabis, si dederis ei aliquid, sed si te dignum præstiteris qui ab eo data accipias. Nam, uti ajunt Pythagorei, *Deum honorabis optime, si Deo fias mente similis*. Et *quisquis Deo tanquam egenti honorem tribuit, is imprudens se Deo superiorem facit*. Et *magno oblatarum rerum pretio non honoratur Deus, nisi pio animo offerantur : munera enim ac sacrificia stultorum sunt ignis pabulum et donaria sacrilegorum præda. Pia vero mens firmiter fundata Deo nos conjungit : simile enim ad simile necessario fertur;* unde et *solus sapiens sacerdos; solus Deo gratus, solus precandi gnarus* dicitur. Is enim solus honorare scit, qui honoratorum dignitatem non confundit, et qui se ipsum primum hostiam offert suumque animum divinum simulacrum facit et mentem suam templi instar ad di-

καὶ ἄγαλμα θεῖον τεκταίνων τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, καὶ ναὸν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου φωτὸς τὸν ἑαυτοῦ κατασκευάζων νοῦν. Τί γὰρ τοιοῦτον προσάξεις ἀπὸ τῶν ἐν μέσῳ κειμένων ὑλῶν, ὃ τῷ θεῷ προσφυὲς ἄγαλμα ἐργάσῃ ἢ δῶρον ἑνοῦσθαι αὐτῷ δυνάμενον; ἃ δὴ ἐπὶ τῆς λογικῆς οὐσίας καθαρθείσης συμβαίνειν ἀνάγκη. Ὡς γὰρ οἱ αὐτοὶ ἄνδρες φασί, ψυχῆς καθαρᾶς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς θεὸς οὐκ ἔχει· οἷς καὶ ὁ Πύθιος συμφέρεται, λέγων·

εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς γάνυμαι τόσον, ὅσσον ὀλύμπῳ.

Εὐσεβὴς δὲ ὁ τὴν θείαν ἐπιστήμην ἔχων καὶ τὴν ἑαυτοῦ τελείωσιν ὡς τιμὴν ἀρίστην προσάγων τοῖς τῶν ἀγαθῶν αἰτίοις, τῇ σπουδῇ τῆς κτήσεως πρὸς τοὺς χορηγεῖν πεφυκότας ἐπιστρεφόμενος, καὶ τῷ λαμβάνειν τὰ ἀγαθὰ δύνασθαι τιμῶν τοὺς ἀεὶ διδόντας αὐτά. Ὁ δὲ ἄλλως τιμᾶν τὸ θεῖον προαιρούμενος, καὶ μὴ δι' ἑαυτοῦ, παρανάλωμα τῆς ἔξωθεν εὐπορίας ποιεῖται τὴν τιμήν, οὐχ οἰκείαν ἀρετὴν προσφέρων, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς αὐτῷ ἀφοσιούμενος. Ταῦτα δὲ οὐδὲ σπουδαίῳ ἀνδρὶ λαμβάνειν ἡδὺ μὴ μετὰ τῆς ἀρίστης διαθέσεως διδόμενα. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ τοῦ Πυθίου πάλιν ἀπόφθεγμα. Πρὸς γὰρ τὸν ἑκατόμβας θύσαντα μὴ μετ' εὐσεβοῦς γνώμης, καὶ πυνθανόμενον πῶς εἴη προσδεδεγμένος τὰ παρ' αὐτοῦ δῶρα ἀπεκρίνατο·

ἀλλά μοι εὔαδε χόνδρος ἀγακλυτοῦ Ἑρμιονῆος,

τὸ εὐτελέστατον προκρίνων τῆς τοσαύτης πολυτελείας, ὅτι δὴ θεοσεβεῖ γνώμῃ κεκόσμητο. Μετὰ ταύτης γὰρ πάντα θεοφιλῆ· καὶ ἄνευ ταύτης οὐδὲν θεῷ φίλον ἂν ποτε γένοιτο. Καὶ τὰ μὲν περὶ θεοσεβείας καὶ ὁσιότητος ἱκανῶς ἐν τῷ παρόντι λέλεκται. Ἐπειδὴ δὲ τὸν νόμον τῆς τοῦ παντὸς διατάξεως ἄτρεπτος φρουρὰ διατηρεῖ, καὶ τῆς φρουρᾶς ταύτης φύλακα τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν δι' ἀποῤῥήτων ὅρκον ὀνομάζειν, εἰκότως ἐφεξῆς τοῖς προειρημένοις ὡς ἀκόλουθον ἐπάγει δόγμα τὸ περὶ τοῦ ὅρκου παράγγελμα.

II. 2.

——————καὶ σέβου ὅρκον ———

Νόμον ἐν τοῖς προτέροις ἀπεφηνάμεθα τὴν ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσαν ἐνέργειαν τοῦ θεοῦ, τὴν ἀϊδίως καὶ ἀτρέπτως τὰ πάντα πρὸς τὸ εἶναι παράγουσαν. Ὅρκον δὲ νῦν ἑπομένως ἂν τῷ νόμῳ λέγοιμεν τὴν ἐν ταὐτότητι τὰ πάντα διητηροῦσαν αἰτίαν καὶ οὕτως αὐτὰ βεβαιουμένην, ὡς ἐν ὅρκου πίστει κρατούμενα καὶ διασώζοντα τοῦ νόμου τὴν τάξιν, ὥστε ἀποτέλεσμα τοῦ δημιουργικοῦ νόμου εἶναι τὸ ἀπαράβατον τῆς ἐν τοῖς δημιουργηθεῖσιν εὐταξίας. Τὸ γὰρ διαμένειν τὰ πάντα, νόμῳ ὡς διάκειται, προηγούμενον ἔργον ἂν εἴη τοῦ ὅρκου τοῦ θείου, ὃς ἐν μὲν τοῖς ἀεὶ νοοῦσι τὸν θεὸν μάλιστά τε καὶ ἀεὶ διασώζεται· ἐν δὲ τοῖς ποτὲ μὲν

---

vinum lumen suscipiendum præparat. Quid enim tale de materiis in medio positis adhibebis, unde Deo conveniens simulacrum facias aut donum, quod cum eo copulari queat? Quippe hæc in rationali natura casta et purgata contingere necesse est. Nam, ut iidem viri dicunt, *non habet Deus in terris locum puro animo sibi aptiorem* : quibus et ipse Pythius astipulatur dicens :

Piis vero hominibus tantum gaudeo, quantum cœlo.

Pius autem is est, qui divina scientia præditus suam perfectionem, tanquam honorem præstantissimum, bonorum auctoribus offert, et illa adipiscendi studio ad eos qui suppeditare queunt, se convertit, atque se ipsum ad bona accipienda idoneum reddendo eos honorat qui illa perpetuo largiuntur. Quisquis autem honorem Deo aliter exhibere vult quam per se ipsum, is in bonorum externorum sumtu honorem ponit, non suam ei virtutem offerens, sed ex iis quæ extra sunt aliqua dicans consecransque. Hæc vero accipere ne viro quidem probo jucundum est, nisi a donantis animo optime affecto proficiscantur. Ejusmodi autem est et alterum Apollinis effatum. Ei enim qui animo haud pio hecatombas sacrificaverat, quærenti, quam accepta illi sua essent dona, respondit :

At mihi farra placent prænobilis Hermionei,

id utique quod erat vilissimum tantæ magnificentiæ præponens, quod mentis pietate ornaretur. Hæc enim si adsit, Deo grata sunt omnia, nihil autem omnino ei acceptum si hæc desit. Atque hæc quidem de pietate in Deum et sanctitate in præsens dicta sufficiant. Quandoquidem vero legem, qua universa ordinantur, constans tuetur custodia, atque veterum mos erat, custodiæ hujus custodem mystice nominare ὅρκον, merito iis quæ dicta sunt veluti consequens dogma hoc de jurejurando præceptum subjungit.

II. 2.

Et cole jusjurandum.

Legem in superioribus Dei actionem illam esse docuimus, quæ eodem semper modo se habet atque perpetua et immutabili ratione res omnes procreat. Jusjurandum vero nunc, quatenus legem comitatur, causam illam dicamus, quæ omnia in eodem statu conservat, atque ea ita arcte continet, quasi jurisjurandi fide obstricta legis ordinem observent, adeo ut recti ordinis in rebus creatis constantia sit effectus legis creatricis. Nam ut omnia permaneant, sicut lege disposita sunt, primarium est opus divini jurisjurandi; quod qui-

νοοῦσι ποτὲ δὲ ἀφισταμένοις τῆς θείας γνώσεως καὶ ὁ ὅρκος ὁμοίως παραβαίνεται μὲν ὑπὸ τῶν ἀφισταμένων, αὖθις δὲ τηρεῖται ὑπὸ τῶν πρὸς τὴν θείαν ἐπιστροφὴν ἀναγομένων. Ἡ γὰρ τήρησις τῶν θείων νόμων ὅρκος νῦν λέγεται, ᾧ δέδεται καὶ ἀνήρτηται πάντα πρὸς τὸν δημιουργὸν θεὸν τὰ γιγνώσκειν αὐτὸν πεφυκότα· ὧν τὰ μὲν ἀεὶ ἐχόμενα αὐτοῦ ἀεὶ σέβει τὸν ὅρκον, τὰ δὲ ἀφιστάμενά ποτε, τότε καὶ περὶ τὸν ὅρκον ἀσεβεῖ, οὐ μόνον τοῦ θείου νόμου τὴν τάξιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ θείου ὅρκου τὴν πίστιν παραβαίνοντα. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ τοῖς λογικοῖς γένεσιν ἐνουσιωμένος ὅρκος, ἔχεσθαι τοῦ πατρὸς αὐτῶν καὶ ποιητοῦ, καὶ μὴ παραβαίνειν μηδαμῇ τοὺς ὑπ' ἐκείνου διορισθέντας νόμους ἀναγκάζων. Ὁ δὲ ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον ἀναστροφαῖς ὅρκος ἴχνος ἐστὶν ἐκείνου, πρὸς ἀλήθειαν ἀπευθύνων τοὺς δεόντως αὐτῷ χρωμένους. Τὸ γὰρ ἀμφίβολον τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως εἰς βεβαιότητα μεταῤῥυθμίζει, καὶ μένειν ἐπὶ τῆς ταὐτότητος ἀναγκάζει ἔν τε λόγοις καὶ ἔργοις, τοῦτο μὲν τῶν γεγενημένων τὸ σαφὲς ἐκφαίνων, τοῦτο δὲ τῶν μελλόντων γενήσεσθαι τὸ βέβαιον ἀπαιτῶν. Διὰ ταῦτα δὴ καὶ μάλιστα σέβεσθαι προσήκει τὸν ὅρκον, τὸν μὲν κατ' οὐσίαν προϋπάρχοντα, διὰ τὴν τῆς ἀϊδιότητος φρουράν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον καὶ τοῖς ἐν βίῳ πράγμασιν ἐπίκουρον ὡς εἰκόνα ἐκείνου, καὶ μετ' ἐκεῖνον βεβαιότητος καὶ ἀληθείας γενόμενον ἡμῖν πρύτανιν, καὶ τῶν καλλίστων ἠθῶν πληροῦντα τοὺς σέβειν αὐτὸν μεμαθηκότας. Σέβας δὲ ὅρκου μόνον ἂν εἴη ἡ τήρησις τῶν ὀμωμοσμένων, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, ἀπαραπόδιστος, ἡ πρὸς τὸ μόνιμον καὶ ἀληθευτικὸν τῆς θείας ἕξεως τῇ ἑκουσίῳ ἀνάγκῃ τοὺς σέβοντας τὸν ὅρκον συναρμόζουσα. Καὶ ἡ μὲν πρώτη καὶ ἀπόῤῥητος εὐορκία, διὰ τῆς εἰς θεὸν ἐπιστροφῆς, αὖθις ἀναλαμβάνεσθαι πέφυκε τοῖς ταῖς καθαρτικαῖς ἀρεταῖς τὴν παρέκβασιν ἰωμένοις τοῦ θείου ὅρκου· ἡ δὲ βιωτικὴ εὐορκία ταῖς πολιτικαῖς ἀρεταῖς διασώζεται. Μόνοι γὰρ οἱ τὰς ἀρετὰς ταύτας κεκτημένοι καὶ εὐορκεῖν ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον δύνανται· ἡ δὲ κακία μήτηρ ἐπιορκίας τῷ ἀβεβαίῳ τοῦ ἤθους τὸν ὅρκον καταπατοῦσα. Πῶς γὰρ ἂν ὁ φιλοχρήματος ἢ πρὸς ἀργυρίου λῆψιν ἢ ἀπόδοσιν εὔορκός ποτε γένοιτο; πῶς δὲ ὁ ἀκόλαστος ἢ ὁ δειλὸς ἐμμένῃ τοῖς ὅρκοις; καὶ οὐχ ὅπου δ' ἂν ἑκάτερος αὐτῶν οἰηθῇ πλέον τι ἕξειν, ἐν οἷς ἐστιν ἥττων, ἐνταῦθα τὸ σέβας τῶν ὅρκων ἀποδύσεται, θνητὰ καὶ ἐπίκηρα τῶν θείων ἀγαθῶν ἀνταλλαττόμενος; Οἷς δὲ καλῶς τὸ τῶν ἀρετῶν ἐνίδρυται κτῆμα, τούτοις εὖ καὶ τὸ σέβας τῶν ὅρκων διασώζεσθαι πέφυκε. Μελέτη δὲ ἀρίστη τοῦ τηρεῖν τὸ περὶ αὐτὸν σέβας τὸ μὴ πυκνῶς μηδὲ ὡς ἔτυχε χρῆσθαι τῷ ὅρκῳ, μηδὲ ἐπὶ τοῖς παρατυχοῦσι, μηδὲ εἰς ἀναπλήρωσιν λόγου, μηδὲ εἰς πίστωσιν διηγήματος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε τηρεῖν αὐτοῦ τὴν χρείαν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις τε ἅμα καὶ τιμίοις, καὶ τότε, ὅτε μηδεμία ἄλλη τῶν τοιούτων σωτηρία παρα-

---

dem inter Dei semper intelligentes maxime ac perpetuo servatur : inter intelligentes aliquando, aliquando vero a divina cognitione abscedentes ipsum quoque jusjurandum similiter ab his violatur qui abscedunt, contra vero ab illis qui ad Deum denuo revertuntur conservatur. Namque divinarum legum observatio nunc jusjurandum dicitur, quo cuncta illa cum Deo opifice colligantur et connectuntur, quæ ad eum cognoscendum nata sunt : quorum ea quæ semper illi adhærent, jusjurandum semper colunt, ea vero quæ recedunt aliquando, jurisjurandi etiam religionem tum abjiciunt, non solum divinæ legis ordinem, sed divini etiam jurisjurandi fidem violantia. Tale igitur est jusjurandum generibus ratione præditis natura insitum, ut patri suo et creatori semper adhærere ac leges ab eo constitutas nullo modo migrare cogat. Hujus vero jurisjurandi vestigium est illud quod in vitæ commerciis usurpatur, quod homines rite eo utentes ad veritatis normam dirigit. Consilia enim hominum cum incerta sunt ad certam rationem et constantiam revocat eosque in eodem proposito manere cogit, cum in dictis, tum in factis; partim præteritorum veritatem demonstrans, partim futurorum constantiam certamque fidem exigens. Atque ob has quidem causas maxime colendum est jusjurandum, illud quidem natura prius quia perennitatis est custos, humanum autem quod in rebus humanis auxilio est, quia prioris imaginem referens post illud constantiam atque veritatem tuetur eosque moribus optimis instruit qui ipsum colere didicerunt. Jurisjurandi vero cultus unicus est inviolata eorum quæ jurantur, quantum in nobis est, custodia, quæ eos qui jusjurandum colunt voluntaria quadam necessitate ad divini habitus constantiam et veritatem componit. Prima vero illa et mystica jurisjurandi sanctitas per conversionem ad Deum rursum potest recuperari ab iis qui virtutibus lustralibus divini jurisjurandi violationem sanant; jurisjurandi autem, quod in hujus vitæ rebus versatur, sanctitas civilibus virtutibus conservatur. Soli enim ii qui has virtutes possident, sancte etiam jurare in hujus vitæ rebus possunt : perjurii vero parens est vitium quod morum inconstantia jusjurandum contemnit. Quo enim pacto ille qui divitias amat, in pecunia vel accipienda vel reddenda jurisjurandi sanctitatem servare possit? quove modo is qui incontinens est aut timidus in jurejurando perstabit? ac non potius eorum uterque, ubicunque superiorem se fore putaverit in iis, in quibus inferior est, jurisjurandi religione deposita, mortalia et caduca cum divinis bonis commutabit? At quibus virtutum firma est

φαίνεται, εἰ μὴ διὰ μόνης τῆς ἐκ τοῦ ὅρκου ἀληθείας. Ἔσται δὲ ταῦτα πιστὰ τοῖς ἀκούουσιν, εἰ τὸν τρόπον σύμφωνον τῷ ὅρκῳ παρεχοίμεθα, καὶ μηδεμίαν ὑποψίαν καταλείποιμεν, ὡς ἄρα ποτὲ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων φανείη τι μεῖζον ἡμῖν ἀληθείας, εἴτε ἀνωμότοις, εἴτε καὶ ὀμνύουσι. Τὸ δὴ σέϐου ὅρκον οὐ μόνον εὐορκεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπέχεσθαι ὅρκου παρεγγυᾷ. Οὕτω γὰρ ἂν τηρήσαιμεν τὸ εὐορκεῖν, εἰ μὴ καταχρησοίμεθα τοῖς ὅρκοις. Καὶ γὰρ ἐν τῇ συνεχείᾳ τοῦ ὀμνύειν ῥᾳδίως ἂν μεταπέσοι τις εἰς ἐπιορκίαν· φειδοῖ δὲ τήρησις ἕπεται. Ἢ γὰρ οὐχ ὀμεῖται, ἢ ὅταν ὄμνυσιν εὐορκήσει· καὶ οὔτε ἂν ὑπὸ συνηθείας προδράμοι ἡ γλῶσσα, οὔτε ὑπὸ παθῶν ἀκρατείας ἡ διάνοια σφαλείη. Τὴν μὲν γὰρ ὁ τρόπος ὀρθώσει χρηστὸς ὤν, τὴν δὲ τὸ ἔθος τῆς ἀποχῆς τοῦ ὀμνύναι. Πρέπει δὲ τῇ προειρημένῃ τιμῇ τῶν θεῶν ἡ εὐορκία, ὡς ἀεὶ σύμφυτος καὶ ὀπαδὸς τῆς εὐσεβείας· καὶ γὰρ καὶ ὁ ὅρκος τοῦ θείου νόμου ἦν φύλαξ κατὰ τὴν τοῦ παντὸς διακόσμησιν. Τίμα οὖν τὸν νόμον ἑπόμενος αὐτοῦ τῇ διατάξει, καὶ σέβου τὸν ὅρκον τῷ μὴ προχείρως αὐτῷ καταχρῆσθαι, ἵν' ἐθισθῇς εὐορκεῖν ἐκ τοῦ μὴ εἰθίσθαι ὀμνύναι. Μέρος γὰρ οὐ μικρόν ἐστι τῆς εὐσεβείας ἡ εὐορκία. Καὶ περὶ μὲν τοῦ πρώτου γένους τῶν κρειττόνων καὶ τοῦ θείου νόμου τοῦ τῆς τάξεως ἡγουμένου καὶ τοῦ συνεπομένου ὅρκου τῷ νόμῳ τοσαῦτα· ὅτι δὲ καὶ τὸ μετὰ θεοὺς γένος, ὃ ἔφαμεν ἀγγελικὸν εἶναι, δευτέρως χρὴ τιμᾶν ἐπάγει.

III. 2.

— — — — ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς.

Οὗτοι ἦσαν τὸ μέσον γένος τῶν λογικῶν οὐσιῶν, οἳ μετὰ θεοὺς τοὺς ἀθανάτους τὴν ἐφεξῆς πληροῦντες χώραν προηγοῦνται τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ συνάπτουσι δι' ἑαυτῶν τὰ ἔσχατα τοῖς πρώτοις. Τούτοις οὖν, ὡς δευτέροις, τὴν δευτέραν τιμὴν ἀποδιδόναι χρή, προσυπακούοντας καὶ ἐπ' αὐτῶν τὸ τίμα νόμῳ ὡς διάκεινται. Ἡ γὰρ ὅλη δύναμις τῆς τιμῆς ἐν τῇ γνώσει τῆς οὐσίας τῶν τιμωμένων κεῖται· ἀφ' ἧς καὶ τὸ τῶν δεόντων εἰπεῖν τι ἢ πρᾶξαι πρὸς τὰ τιμώμενα εὖ καὶ καλῶς ἐξευρίσκεται. Πῶς γὰρ ἂν διαλεχθείη τις οἷς ἀγνοεῖ; πῶς δὲ δῶρον προσάξει τούτοις, ὧν τὴν ἀξίαν οὐκ οἶδεν; Ἡ πρώτη οὖν καὶ ὄντως τιμή, καὶ ἐπὶ τῶν ἀγαυῶν ἡρώων, ἐστὶν ἡ τῆς οὐσίας αὐτῶν καὶ τῆς τάξεως γνῶσις καὶ ἡ τῆς παρεπομένης ἐνεργείας καὶ εἰς τόδε τὸ πᾶν διατεινούσης συντελείας εἰδη-

---

possessio, ab iis etiam sancte conservatur jurisjurandi religio. Optima autem conservandæ jurisjurandi reverentiæ ratio erit, si nec crebro, nec temere, nec quibuslibet in rebus, nec ad sermonis complementum nec ad narrationis confirmationem eo utamur, sed quantum possumus illud in necessariis tantum atque majoris momenti rebus adhibeamus, idque tunc, cum earum nulla salus alia, quam ex sola veritate jurejurando confirmata apparet. Invenient vero hæc fidem apud auditores, si mores ostendamus jurijurando convenientes, nec ullum suspicionis locum relinquamus, rerum quidquam humanarum, sive injuratis sive juratis pluris aliquando esse quam veritatem. Hoc utique præceptum, *jusjurandum cole*, nobis non solum ut sancte juremus, sed ut et a jurejurando abstineamus, injungit. Sic enim semper sancte jurabimus, si jurejurando non abutamur. Is enim qui crebro jurat in perjurium facile prolabi possit : rariorem vero ejus usum sequitur observatio. Aut enim quis non jurabit, aut quum jurat, sancte jurabit, et ita, ut neque consuetudine lingua menti præcurrat, nec mens affectuum intemperantia pervertatur. Hanc enim morum probitas corriget, illam autem consueta jurisjurandi abstinentia. Honori autem deorum, de quo superius dictum, convenit jurisjurandi sanctitas, ut quæ pietatis cognata comesque sit perpetua, quandoquidem et ipsum jusjurandum divinæ legis custos fuit in custodienda rerum universitate. Legem igitur reverere, instituta ejus observando, et jusjurandum cole, temerarium ejus abusum vitando, ut raro jurisjurandi usu sancte jurandi morem obtineas. Pars enim non exigua pietatis est jurisjurandi sancta observatio. Hactenus vero de primo superorum genere et de divina lege, quæ ordini præest, et de jurejurando, quod legem comitatur. Porro autem carmen docens proximum quoque diis genus, quod nos secundum diximus, secundo loco honorandum esse, adjicit.

III. 2.

. . . . deinde heroes illustres.

Hi sunt medium illud genus naturarum intelligentium, qui secundum a diis immortalibus locum tenentes humanam naturam præcedunt primisque ultima interventu suo connectunt. His igitur, ut secundis, secundum honorem tribuere debemus, de iis quoque intelligentes illud *venerare*, *uti lege dispositi* sunt. Tota enim vis honoris posita est in naturæ eorum qui honorantur cognitione, unde quid dicere vel facere oporteat ratione habita eorum, quibus honorem tribuimus, recte et ordine ducitur. Quo enim pacto quis sermonis commercium cum iis habeat quos ignorat? quomodo vero illis munera offeret, quorum dignitatem nescit? Primus igitur et verus honos etiam, quod ad illustres heroes attinet, est eorum non solum naturæ et ordinis scientia, sed etiam actionis inde

σις. Συμμέτρως δὲ καὶ ταῖς οὐσίαις ἐπὶ πάντων ποιεῖσθαι δεῖ τὴν τιμήν· τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὰς ἐπιστήμης παραγίνεται. Ὅταν γάρ, ὡς ἕκαστα φύσεως ἔχει καὶ τάξεως, διαγνῶμεν, τότε καὶ ἑπομένως τῷ νόμῳ τὴν τιμὴν αὐτοῖς ἀποδώσομεν. Τιμήσομεν δὲ οὐδὲν τῶν χειρόνων τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας, ἀλλὰ μόνα προηγουμένως μὲν τὰ φύσει κρείττονα, καὶ τὰ ἴσα δέ, ἀρετῆς ὑπεροχῇ κοσμηθέντα. Ἔστι δὲ τῶν φύσει κρειττόνων πρώτιστος καὶ ἄριστος ὁ δημιουργὸς θεός, ἀσυγκρίτως τῶν πάντων προτιμώμενος. Τῶν δὲ ἐν κόσμῳ πρῶτοι οἱ ἀπ' αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτόν, ἀτρέπτως αὐτὸν νοοῦντες καὶ ἀπαθῶς ἐνεικονιζόμενοι τὴν ἀπὸ τῆς δημιουργικῆς αἰτίας εἰς αὐτοὺς κατιοῦσαν τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν· οὓς ὁ παρὼν λόγος ἀθανάτους θεοὺς προσεῖπεν, ὅτι οὐχ ἀποθνήσκουσιν οὐδὲ ἀποβάλλουσι τὴν πρὸς τὸν θεὸν ὁμοίωσιν, ἀλλ' ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἐν αὐτῇ διατελοῦσι. Μέσοι δὲ οὐσίᾳ καὶ τιμῇ οἱ νῦν λεγόμενοι ἥρωες ἀγαυοί, ἀεὶ μὲν νοοῦντες τὸν δημιουργὸν καὶ τῇ παρ' αὐτοῦ εὐζωίᾳ καταλαμπόμενοι, οὐχ ὡσαύτως δὲ οὐδὲ ἀτρέπτως. Ἐν γὰρ τῷ μέσως ἡνῶσθαι πρὸς τὸν θεὸν καὶ τροπὴν ἀκάκυντον ἐπιδεχόμενοι ἄλλοτε ἄλλαις ἐπιβολαῖς περὶ αὐτὸν χορεύουσι καὶ τὴν ἀμετάβλητον καὶ ἡνωμένην θεωρίαν τῶν πρώτων τῇ ἑαυτῶν πεπληθυσμένῃ γνώσει διαιροῦσί τε ἅμα καὶ συνάγουσι, τὰ πέρατα τῆς ἐκείνων ἐποπτείας ἀρχὰς τῆς ἑαυτῶν ποιούμενοι μυήσεως. Οἳ δὴ καὶ εἰκότως ἀγαυοὶ ἥρωες λέγονται, ἀγαυοὶ μὲν ὡς ἀγαθοὶ ὄντες καὶ φωτεινοὶ ἀεὶ καὶ μήτ' ἐν κακίᾳ μήτ' ἐν λήθῃ ποτὲ γινόμενοι, ἥρωες δὲ ὡς ἔρωές τινες ὄντες καὶ ἔρωτες, οἷον ἐρωτικοὶ καὶ διαλεκτικοὶ ἐρασταὶ τοῦ θεοῦ, αἴροντες ἡμᾶς καὶ κουφίζοντες πρὸς τὴν θείαν πολιτείαν ἀπὸ τῆς ἐν γῇ διατριβῆς. Τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς καλεῖν ἔθος, ὡς ὄντας δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας τῶν θείων νόμων, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀγγέλους ὡς ἐκφαίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωΐαν κανόνας. Πολλάκις δὲ καὶ ταῖς τρισὶν ἐπινοίαις χρώμενοι τὸ πλάτος τοῦ μέσου γένους εἰς τρία τέμνομεν, καὶ τὸ μὲν προσεχὲς τοῖς οὐρανίοις καλοῦμεν ἀγγέλους, τὸ δὲ τοῖς ἐπιγείοις συναπτόμενον ἥρωας, τὸ δὲ ἐξ ἴσου τῶν ἄκρων ἀμφοτέρων ἀπέχον δαίμονας, ὥσπερ πολλαχοῦ ποιεῖ Πλάτων. Ἔνιοι δὲ ὅλον τὸ μέσον γένος ἑνὶ τῶν τριῶν προσαγορεύουσιν ὀνόματι, ἀγγέλους πάντας λέγοντες ἢ δαίμονας ἢ ἥρωας, δι' ἃς εἴπομεν αἰτίας, ὥσπερ καὶ νῦν τὸ μέσον γένος πᾶν ἥρωας ἀγαυοὺς εἶπεν, οὕτως ἔχοντας πρὸς τὸ πρῶτον γένος, ὡς αὐγὴ πρὸς πῦρ καὶ ὡς παῖς πρὸς πατέρα. Ὅθεν καὶ θεῶν παῖδες οἱ ἥρωες

---

ortæ ac perfectionis, quam huic universo suo quisque loco addunt. Oportet vero et omnibus honorem exhiberi ipsorum naturis congruentem; hoc autem earum cognitione efficitur. Quum enim rerum singularum naturam et ordinem intellexerimus, tunc et honorem legi convenientem eis tribuemus. At eorum, quæ humana natura inferiora sunt, nihil honore afficiemus, sed præcipue ea sola quæ natura sunt superiora : quin et æqualia, modo eminenti virtute prædita sint. Eorum vero quæ natura præcellunt princeps et optimus est Deus opifex, omnibus citra comparationem honore præferendus. Mundanorum vero primi sunt ii qui ab ipso generati et post ipsum constituti immutabili ejus cognitione fruuntur animoque affectibus libero bonorum ab opifice causa in ipsos profectorum communionem repræsentant : quos immortales deos ideo appellavit carmen, quod nunquam moriuntur, neque similitudinem Dei amittunt, sed in ea semper et eodem modo perseverant. Illi autem natura et honore medii sunt qui nunc dicuntur *heroes illustres*, qui opificem quidem semper norunt vitæque felicitate ab eo illustrantur, non eodem tamen modo neque immutabiliter. Ex eo enim, quod medio quodam statu cum Deo conjungantur, conversionem vitii expertem accipientes modo his modo aliis circa ipsum conatibus choros agitant et immutabilem unitamque primorum contemplationem sua multiplicata cognitione separant simul et conjungunt, dum illorum inspectionis ultima suæ initiationi principia faciunt. Qui quidem et (ἀγαυοὶ ἥρωες) illustres heroes merito appellantur; (ἀγαυοὶ) *illustres,* ut qui (ἀγαθοὶ) *boni,* et (φωτεινοὶ) *lucidi* semper sint, atque nec vitio nec oblivione unquam laborent; (ἥρωες) *heroes* autem ut qui ἔρωες quidam et ἔρωτες sint, quasi amatorii et dialectici Dei amatores, qui ab hac in terris commoratione nos attollunt et ad divinam civitatem evehunt. Moris vero est eosdem etiam (δαίμονας) dæmones bonos vocare, quippe qui (δαήμονες) scientes et periti divinarum legum sint : aliquando autem et (Ἀγγέλους) Angelos sive nuntios, quod vitæ felicis regulas nobis ostendant et nuntient. Sæpe vero rem triplicem cogitatione complectentes totum istud medium genus in tria dividimus, et quod proximum est cœlestibus *angelos* nuncupamus; quod autem terrestribus conjungitur, *heroes;* quod vero ex æquo distat ab utroque extremo, dæmones, sicut Plato sæpe facit. Nonnulli autem totum hoc medium genus uno e tribus nomine nuncupant, eosque omnes vocant angelos aut dæmones aut heroes propter eas quas diximus causas; quemadmodum et nunc carmen medium genus universum *heroes illustres* appellat, qui se ita ad primum genus habent ut splendor ad ignem et ut filius ad patrem. Unde et deorum filii merito prædicantur heroes, non ex mortalium coitu geniti, sed ex uniformi ipsorum causa prodeuntes, tanquam lux corporis lucidi substantiam comi-

εἰκότως ἐπευφημοῦνται, οὐχ ἐκ θνητῆς συνουσίας αὐτοὶ γεννώμενοι, ἀλλ' ἐκ τῆς μονοειδοῦς αὐτῶν αἰτίας προϊόντες, οἷον φῶς τῇ οὐσίᾳ τοῦ φωτεινοῦ σώματος σύνδρομον· φῶς δὲ ὕπαιθρον καὶ καθαρόν, μεθ' ὃ ἐπινοεῖται τὸ ἐν σκιᾷ φῶς καὶ τὸ ὑποσυμμιγὲς σκότῳ γινόμενον· πρὸς ὃ τὴν ἀναλογίαν ἔχει τὸ τρίτον καὶ ἀνθρώπινον γένος τῷ εἰς κακίαν ποτὲ καὶ λήθην ἐπιῤῥεπὲς εἶναι, οἷς καὶ τοῦ ἀεὶ νοεῖν τὸν θεὸν ἀφίσταται ἄνθρωπος, τῶν μὲν ἀεὶ νοούντων ἀπολειπόμενος τῷ ποτὲ μὴ νοεῖν, τῶν δὲ ἀλόγων ἀναβεβηκὼς τῷ ποτὲ νοεῖν καὶ πρὸς τὴν θείαν ἐπιστήμην ἀνακαλεῖσθαι, ὅτε καὶ τῷ θείῳ συντάττεται χορῷ τὸν ὑλικὸν φθόνον ἀποφυγὼν καὶ τὴν θνητὴν προσπάθειαν ἀποσεισάμενος. Τότε οὖν καὶ τιμῆς ἄξιος παρ' ἡμῶν ὁ τῆς θείας ἀποδοχῆς ἠξιωμένος, ὡς τὸ τῆς φύσεως ἴσον τῇ τοῦ κρείττονος μετουσίᾳ κοσμήσας. Προσήκει γὰρ τιμᾶν τῷ ἐραστῇ τοῦ θεοῦ καὶ τὰ ὁπωσοῦν ὡμοιωμένα αὐτῷ, εἴτε ἐξ ἀϊδίου τὴν ὁμοίωσιν εἴη κεκτημένα, εἴτε ἀπό τινος χρόνου τυγχάνοι ταύτην ἀσκήσαντα· οἷοί εἰσιν οἱ ἀρετῇ διενεγκόντες ἄνθρωποι, περὶ ὧν ἑξῆς ὁ παρὼν λόγος νομοθετεῖ.

IV. 3.

Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας ἔννομα ῥέζων.

Τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμηθείσας δαίμονας καλεῖ, ὡς δαήμονας καὶ ἐπιστήμονας. Εἶτα χωρίζων αὐτὰς τῶν φύσει δαιμόνων, οἳ τὸ μέσον γένος πληροῦσι, καταχθονίους προσεῖπεν, ὡς δυναμένας ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι καὶ γήινα σώματα ἐπεισιέναι καὶ κατὰ γῆς οἰκεῖν, ἵνα τῷ μὲν δαίμονας εἰπεῖν χωρίσῃ τῶν φαύλων καὶ ἀνεπιστημόνων ἀνθρώπων, ὡς ἀδαημόνων τινῶν καὶ οὐ δαιμόνων, τῷ δὲ καταχθονίους προσθεῖναι διαστήσῃ τῶν ἀεὶ δαημόνων καὶ ἐπιστημόνων ἀεί, καὶ ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι μὴ πεφυκότων μηδὲ γηΐνοις συζῆν σώμασιν. Ἡ γὰρ τοῦ καταχθονίου δαίμονος πρόσρησις οὐδενὶ ἄλλῳ προσήκει, ἢ τῷ φύσει μὲν ὄντι ἀνθρώπῳ, σχέσει δὲ γενομένῳ δαίμονι, ἐπειδὴ τὸ τρίτον γένος χθόνιον ἰδίως λέγεται, ὡς ἔσχατον ἐν λογικαῖς οὐσίαις καὶ χθονίας ζωῆς ἐπιστρεφόμενον. Τὸ γὰρ πρῶτον οὐράνιον ἦν καὶ τὸ μέσον αἰθέριον. Πάντων οὖν ἀνθρώπων ὄντων κατὰ τοῦτο καταχθονίων λογικῶν, οὐ πάντων δὲ δαιμόνων, οὐδὲ σοφῶν, εἰκότως ἐπισυνάψας εἶπε καταχθονίους δαίμονας τοὺς σοφοὺς ἀνθρώπους. Οὔτε γὰρ πάντες ἄνθρωποι σοφοί εἰσιν, οὔτε πάντες οἱ σοφοί, ἄνθρωποι· ἀλλὰ καὶ ἥρωες ἀγαυοὶ καὶ ἀθάνατοι θεοί, φύσει κρείττονες ἀνθρώπων ὄντες, σοφοί τε εἰσι καὶ ἀγαθοί. Τοὺς οὖν τοῖς θείοις γένεσι συντεταγμένους ἀνθρώπους σέβειν ὁ λόγος παραινεῖ, τοὺς ἰσοδαίμονας καὶ ἰσαγγέλους καὶ τοῖς ἀγαυοῖς ἥρωσιν ὁμοίους. Μὴ γὰρ φαῦλόν τι δαιμόνων γένος ὑπολάβωμεν εἰσηγεῖσθαι δεῖν τιμᾶν, ὡς

---

tans : lux vero serena et pura, post quam consideratur lux umbrosa tenebrisque paululum mixta, cujus lucis rationem tertium humanumque genus in hoc habet, quod in vitium aliquando atque oblivionem prolabatur, unde et a continua Dei intelligentia homo discedit, qui quidem iis qui semper intelligunt eo est inferior, quod aliquando non intelligat, brutis vero superior, quod aliquando intelligat et ad divinam scientiam revocetur, quando et evitata materiali corruptione excussoque mortali affectu divino choro adjungitur. Tunc igitur is quoque dignus est qui a nobis honoretur, quem Deus admittere non est dedignatus, utpote qui naturam nostræ æqualem præstantioris communione exornaverit. Decet enim illum qui Deum amat, ea etiam quæ ei utcunque similia sunt honorare, sive eam similitudinem ab omni æternitate habeant, sive exercitatione ab aliquo tempore eam consecuti sint; quales sunt illi homines, qui virtute excelluerunt, de quibus in sequentibus carmen præcipit.

IV. 3.

Ac terrestres genios legitima faciens honora.

Humanos animos veritate et virtute ornatos vocat genios sive dæmones quasi (δαήμονας) scientes et intelligentes. Porro autem eos ab illis secernens, qui natura dæmones sunt atque medium genus implent *terrestres* appellat, quippe qui in terris versari terrenaque corpora induere et (subter) terram incolere possint, adeo ut dæmonas vocando eos a pravis atque stolidis hominibus sejungat, utpote qui non *daemones,* sed (ἀδαήμονες) inscientes quidam sint, *terrestres* autem addendo ab iis discernat, qui (δαήμονες) scientes semper et semper intelligentes sunt, et quorum ita comparata est natura, ut nec terram incolere, nec in terrenis corporibus vitam degere possint. Nulli enim alii convenit *terrestris genii* appellatio, quam ei qui natura homo est, habitu vero factus genius, quandoquidem tertium genus terrestre proprie dicitur, ut quod naturarum intelligentium ultimum sit atque terrestri vitæ addictum. Primum enim cœleste est, medium autem æthereum. Quum omnes igitur homines in hoc sint *terrestres* et ratione præditi, non omnes tamen *daemones,* neque sapientes, merito hæc conjungens sapientes homines vocavit *terrestres genios.* Neque enim omnes homines sapientes sunt, neque omnes sapientes homines, sed etiam *illustres heroes* et *immortales dii,* qui natura præstant hominibus, et sapientes sunt et boni. Carmen igitur nos jubet homines divinis generibus conjunctos colere, ut qui dæmonibus et angelis pares atque illustribus heroibus similes sint. Ne putemus enim carmen hic malum aliquod dæmonum genus honorandum esse docere,

ἄν τῳ δόξειεν ὑπὸ τῆς συνηθείας τὴν λέξιν ἐμφαίνειν. Ὅλως γὰρ τὰ χείρονα τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας οὐ καθήκει τιμᾶν τῷ ἐρωτικῶς ἔχοντι τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας ᾐσθημένῳ. Ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον μετὰ τὰ κρείττονα τιμήσομεν, ἐὰν μὴ τοῖς κρείττοσιν ὡμοιωμένος ᾖ καὶ τῷ θείῳ χορῷ συμφερόμενος. Τίς οὖν ἡ τιμὴ καὶ τούτων; τὸ ἔννομα ῥέζειν, φησί. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ πείθεσθαι οἷς καταλελοίπασιν ἡμῖν παραγγέλμασι, καὶ ὡς νόμοις ἐμμένειν τοῖς ἐκείνων λόγοις καὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν μετιέναι τοῦ βίου, ἣν ἐκεῖνοι διελθόντες οὐκ ἐφθόνησαν ταύτης ἡμῖν μεταδοῦναι, ἀλλ' ὥσπερ τινὰ ἀθάνατον καὶ πατρῷον κλῆρον διηγωνίσαντο τοῖς μεταγενεστέροις διαφυλάξαι, τὰ στοιχεῖα τῶν ἀρετῶν καὶ τῆς ἀληθείας τοὺς κανόνας εἰς κοινὸν ὄφελος ἐν γράμμασι καταθέμενοι· οἷς τὸ πείθεσθαι καὶ ζῆν ἑπομένως, ἀληθεστέρα ἐκείνων τιμὴ γίγνεται, ἢ εἴ τις χοὰς αὐτοῖς ἐπιφέρῃ πολυτελεστάτας καὶ ἐναγίζῃ πλουσίως. Τοιαύτη μὲν ἡ τῶν κρειττόνων τιμή, ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἀρξαμένη καὶ εἰς ἀνθρώπους τοὺς ἀγαθοὺς περατουμένη διὰ μέσων τῶν οὐρανίων καὶ αἰθερίων γενῶν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν κατὰ τὸν βίον σχέσεων πλεῖστον δεῖ ποιεῖσθαι λόγον, οἷον πατέρων καὶ συγγενῶν (οἳ οὐ πάντως μέν εἰσιν ἀγαθοί, πάντως δὲ τὸ τίμιον ὡς πρὸς ἡμᾶς τῇ ἀξίᾳ τῆς σχέσεως κέκτηνται), τούτου χάριν ἐπήγαγε·

V. 4.

Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.

Τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἀνθρώπους, ὡς δαιμονίους καὶ θείους, σέβειν ὁ λόγος ὑπέθετο· τοὺς δὲ γονέας καὶ τοὺς ἐγγύς τι τούτων τῇ φυσικῇ συγγενείᾳ προσήκοντας, ὁποῖοί ποτ' ἂν ὦσι, δι' αὐτὴν τὴν τῆς σχέσεως ἀνάγκην τιμᾶν εἰσηγεῖται. Ὅπερ γὰρ ἡμῖν οἱ κρείττονές εἰσι κατὰ τὴν ἀΐδιον συγγένειαν, πατέρων μὲν τάξιν ἔχοντες οἱ οὐράνιοι, συγγενῶν δὲ τιμίων οἱ ἥρωες· τοῦτο πρὸς τὸν θνητὸν βίον συντελοῦσιν ἡμῖν οἱ γονεῖς καὶ οἱ ἀγχιστεῖς, οἱ ἐγγύτατα τῶν γονέων ὄντες, καὶ διὰ τοῦτο τῇ μετὰ γονέας τιμῇ σεμνυνόμενοι. Πῶς οὖν καὶ τούτους τιμήσομεν; ἆρα τὸν ἑαυτῶν βίον πρὸς τὴν ἐκείνων ἀπευθύνοντες γνώμην, ὥστε δοξάζειν τε ταῦτα καὶ πράττειν, ἃ ἂν ἐκείνοις εἴη φίλα; Ἀλλ' οὕτως ἂν περιτραπείη ἡ τῶν ἀρετῶν ἄσκησις πρὸς κακίας σπουδήν, εἰ τύχοιεν ὄντες πονηροὶ οἱ πατέρες. Ἀλλὰ ἀτιμάσομεν αὐτοὺς εἰς πάντα διὰ τὴν τῆς κακίας κατάγνωσιν; καὶ πῶς ἔτι τῷ παρόντι νόμῳ πειθόμεθα; πῶς δὲ τὴν θεοειδῆ εἰκόνα τῶν γονέων ἢ τὴν ἡρωϊκὴν τῶν ἀγχιστέων ἔμφασιν μὴ τιμῶντες οὐκ εἰς ἐκείνους ἀσεβήσομεν, οἷς τούτους ἐοικέναι φαμέν; καὶ οὕτως ἡ δοκοῦσα δι' ἀπειθείας γονέων ἀρετὴ ἡμῖν ἀσκεῖσθαι εἰς μεῖζον κακὸν περιστήσεται, τὴν ἀσέβειαν. Πειθόμενοι δὲ πάντα γονεῦσι, πῶς οὐχ

---

ut cuipiam forsitan locutio hæc e communi usu significare videatur. Omnino enim non decet eum qui Deum amat et suam dignitatem intelligit ea honorare, quæ hominibus natura sunt deteriora. Imo vero nec ipsos homines post præstantiora illa honorabimus, nisi præstantioribus similes divinoque choro conjuncti sint? Qui igitur honos his quoque exhibendus est? *legitima,* inquit, *facere :* hoc vero est iis obedire præceptis, quæ illi nobis reliquerunt, et eorum dicta tanquam leges observare, atque eandem vitæ viam ingredi, quam illi emensi nobis monstrare non dedignati sunt, sed operam sedulo dederunt, ut hanc velut immortalem quandam paternamque hereditatem posteris conservarent, virtutum elementa veritatisque regulas in communem usum scriptis mandantes; quibus obsequi et congruenter vitam suam instituere verior est eorum cultus, quam si quis libamina eis offerat sumtuosissima profuseque parentet. Hujusmodi igitur est honos superis tributus, qui a creatore incipiens in bonos homines per media cœlestia atque ætherea genera desinit. Quoniam autem et necessitudinum, quæ in hominum vitam cadunt, præcipua est habenda ratio, velut parentum et cognatorum (qui licet non omnino boni sint, omnino tamen propter necessitudinis dignitatem merito apud nos sunt in honore) idcirco adjicit:

V. 4.

Observa etiam parentes et eos qui proxime cognati sunt.

Ut bonos viros, tanquam sapientes et divinos, colamus carmen nobis præcepit, parentes vero et naturali cognatione eis proximos, qualescunque demum sint, propter ipsam necessitudinem honorandos esse docet. Quod enim superi nobis sunt, cœlites quidem æterna cognatione parentum loco nobis constituti, cognatorum autem honorandorum loco heroes : id ipsum nobis in hac mortali vita sunt parentes et propinqui, qui parentibus proximi sunt atque ideo proximo post parentes honore decorantur. Quomodo igitur hos quoque honorabimus? num vitam nostram ita ad illorum sententiam componendo, ut ea quæ illis placent, nos et sentiamus et faciamus? Ita vero exercitatio virtutis vertatur in vitii studium, si forte mali sint parentes. Num vero eis in omnibus, ob vitiorum improbationem, honorem denegabimus? Quomodo igitur huic legi amplius parebimus? aut qui fiat, ut dum divinæ in parentibus imagini aut heroicæ propinquorum speciei honorem denegamus, non in eos impietatis rei simus, quibus similes hos esse dicimus? Ita vero virtus, quæ a nobis in negando parentibus obsequio exerceri videtur, in malum gravius, impietatem cedet. Sin

ἂν πάλιν τῆς εὐσεβείας ἀποπέσοιμεν καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, εἰ τύχοιεν ἐκεῖνοι διὰ μοχθηρίαν τρόπου μὴ πρὸς τὰ ὄντως καλὰ παιδαγωγοῦντες ἡμᾶς; Εἰ μὲν γὰρ τοῦτο πάντως ἦν ἀληθὲς καὶ καλόν, ὃ τοῖς γονεῦσι παρίστατο, σύμφωνος ἡ τῶν γονέων τιμὴ τῇ τῶν κρειττόνων ἐγίνετο. Εἰ δὲ ἔστιν ὅτε τῶν θείων νόμων ἀνήκοός ἐστιν ἡ τῶν γονέων προαίρεσις, τί δεῖ ποιεῖν εἰς ἀντινομίαν ἐμπεσόντας τοιαύτην, ἢ τοῦτο, ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων καθηκόντων ἐκ περιστάσεως εἰς ἐναντίωσιν ἐλθόντων προσήκει φυλάττειν; Μειζόνων γὰρ καὶ ἐλαττόνων προκειμένων καλῶν τὰ μείζονα πρὸ τῶν ἐλαττόνων ποιεῖσθαι δεῖ, ὅταν μὴ ἀμφότερα ἐξῇ διασώζειν. Οἷον καλὸν μὲν τῷ θεῷ πείθεσθαι, καλὸν δὲ καὶ τοῖς γονεῦσι. Εἰ γοῦν ἐς ταὐτὰ ἄγοι ἡ ἀμφοτέρων πειθώ, ἕρμαιον ἂν εἴη καὶ ἄμαχον τὸ γινόμενον· εἰ δὲ πρὸς ἄλλο μὲν ὁ θεῖος νόμος, πρὸς ἄλλο δὲ οἱ γονεῖς φέροιεν, μαχομένης τῆς αἱρέσεως, τοῖς ἀμείνοσιν ἕπεσθαι δεῖ, πρὸς ταῦτα μόνον ἀπειθοῦντας τοῖς γονεῦσι, πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ τοῖς θείοις νόμοις οὐ πείθονται. Τὸν γὰρ φυλάττειν βουλόμενον τοὺς τῆς ἀρετῆς κανόνας οὐχ οἷόν τε τοῖς τούτους παραβαίνουσι συμφωνεῖν. Εἰς δὲ τὰ ἄλλα πάντα γονέας τιμήσομεν ὑπερβαλλόντως, σώματος ὑπηρεσίαν καὶ χρημάτων χορηγίαν αὐτοῖς παρέχοντες ὅτι μάλιστα προθυμοτάτην. Δίκαιον γὰρ χρῆσθαι αὐτοὺς οἷς ἐγέννησάν τε καὶ ἔθρεψαν. Ὁ δὲ τῆς ἀπ' ἐκείνων διαδοχῆς οὐχ ἤρτηται, τοῦτο ἐλεύθερον τῆς ἀπ' ἐκείνων δεσποτείας ἀφίησιν ὁ νόμος, καὶ τὸν ὄντως πατέρα ζητεῖν παρακελεύεται, κἀκείνου ἔχεσθαι, καὶ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ὁμοιώσεως πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι. Καὶ οὕτως ἀμφότερα δύνασθαι συμβαίνει, τά τε θεῖα ἀγαθὰ δύνασθαι τηρεῖν καὶ τὰ ἀνθρώπινα. Καὶ οὔτε δι' οἴησιν ἀρετῆς γονέων θεραπείας ὀλιγωρήσομεν, οὔτε διὰ τὴν ἀνόητον ὕπειξιν τὸ μέγιστον τῶν κακῶν ἀσέβειαν εἰσδεξόμεθα. Εἰ γὰρ προτείνοιεν θάνατον μὴ πειθομένοις ἢ κλήρου ἀλλοτρίωσιν, οὐδὲν ἐκφοβεῖσθαι δεῖ τοῖς τοιούτοις, ἀλλ' εὖ εἰδέναι τί τὸ ταῦτα πεισόμενον, καὶ ὅτι ᾧ ἐγέννησαν ἀπειλοῦσι μόνῳ· τὸ δὲ ἀπαθὲς τούτων ἐλεύθερον προσήκει τηρεῖν καὶ μόνῳ θεῷ εὐπειθές. Τιμὴ οὖν γονέων ἡ ὄντως, ἣν δίδωσιν ὁ τῆς ἀρετῆς σκοπός, μήτε σωμάτων φειδομένους ἡμᾶς μήτε χρημάτων, ἀλλ' ἑκόντας αὐτοῖς ὑποτετάχθαι εἰς πάντα τὰ τοιαῦτα. Πρέπει γὰρ μήτε τὴν δι' αὐτουργίας θεραπείαν ἐπὶ γονέων παραιτεῖσθαι, ἐνευσχημονεῖν δὲ μᾶλλον αὐτῇ, ὅσῳ ἂν μᾶλλον ἐπίπονος γένηται καὶ δουλοπρεπής, μήτε οὐσίας δαπανωμένης φειδωλοὺς γίνεσθαι, ἀλλὰ πάντα πρὸς τὴν ἐκείνων χρείαν ἑτοίμως παρέχεσθαι, γεγηθότας καὶ ἡδομένους ἐπὶ τοῖς εἰς ἐκείνους πόνοις τε καὶ ἀναλώμασι. Τὸ γὰρ εὐχαρίστως ταῦτα ποιεῖν καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς διασώζει νόμον καὶ τὸν τῆς φύσεως ἀποδίδωσιν ἔρανον. Τοιαύτη μὲν ἡ τῶν γονέων

---

autem in omnibus morem geramus parentibus, qui rursus pietate aliisque virtutibus non excidamus, si forte illi propter morum pravitatem, nos ad ea, quæ vere honesta sunt, non instituant? Nam si id quidem omnino verum atque honestum esset, quod parentibus videretur, honor eis habitus cum illo consentiret, quo superi afficiuntur. Sin autem divinis legibus repugnat aliquando parentum voluntas, quid aliud nos facere debemus, quum in ejusmodi legum pugnam incidimus, quam quod in aliis etiam officiis, quando casu aliquo inter se pugnant, observari oportet? Bonis enim majoribus minoribusque simul propositis majora minoribus sunt anteferenda, quum utraque conservare non possumus. Verbi gratia, bonum est Deo obedire; bonum vero et parentibus. Si igitur eodem ducat utrisque debita obedientia, lucrum sane contigerit inopinatum nec controversum; sin autem ad aliud nos divina lex, ad aliud parentes trahant, dubia electione visa, meliora nos sequi oportet, in iis solum non obedientes parentibus, in quibus ipsi divinis legibus non obediunt. Fieri enim non potest, ut is qui virtutis regulas observare vult, cum illis consentiat, qui eas violant. In cæteris vero omnibus parentes summo honore prosequemur, corporis ministerio et facultatum sumtu iis quam promtissime deservientes. Æquum enim est eos illis uti quos genuerunt atque aluerunt. Quod autem subolis ex iis ortæ non est, id a dominio eorum liberat lex jubetque verum patrem quærere eique adhærere, atque ad ejus similitudinem se quam accuratissime componere. Atque ita fit, ut utraque possimus, tum divina bona, tum humana conservare, et neque virtutis prætextu observantiam parentibus debitam negligamus, neque stulto erga eos obsequio impietatem admittamus, quod est maximum malorum. Si enim illi nobis non obedientibus mortem vel exheredationem minentur, nihil istis nos territari debemus, sed rite considerare, quid sit quod illa patietur eosque illi tantum minitari quod genuerunt, id autem quod hæc pati non potest, liberum servari oportet Deoque soli morigerum. Verus igitur parentum honor is est, quem permittit virtutis scopus, ut nec corporibus nostris nec pecuniæ parcamus, sed libenter iis in ejusmodi rebus omnibus obediamus. Decet enim nos neque manibus nostris obeunda in parentes officia detrectare, sed illa eo magis decori ducere, quo magis molesta sunt et servilia, neque facultatum sumtui parcere, sed omnia promte in illorum usum conferre, gaudentes laetantesque laboribus ac sumtibus in eorum commoda impensis. Qui enim hæc grato animo præstat, is tum virtutis legem observat, tum naturæ debitam gratiam refert. Hujusmodi igitur est honor, qui

τιμή. Ἡ δὲ τῶν ἀγχιστέων, δευτέρα μετ' ἐκείνην τεταγμένη, πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἐγγύτητα παραμετρήσει τὴν θεραπείαν, τοσοῦτον τῆς μετὰ γονέας τιμῆς ἑκάστῳ τῶν συγγενῶν νέμουσα, ὅσον ἂν ἡ πρὸς ἐκείνους ἐγγύτης ὑποφαίνῃ· δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ τούτων τῆς ἀρετῆς ἀδεσπότου μενούσης.

VI. 5.

Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον, ὅστις ἄριστος.

Μετὰ τὴν πρώτην τιμὴν τῆς ἄνω συγγενείας καὶ ἑπομένην ἐκείνῃ τὴν περὶ γονέας καὶ συγγενεῖς ἀκολούθως ὁ φιλοποιὸς παραδίδοται νόμος, τῶν ἔξω τοῦ γένους τὸν ἄριστον εἰς φιλίαν ἐκλέγεσθαι καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν κοινωνίαν αὐτῷ συνάπτεσθαι κελεύων, ἵνα τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα δι' ἀγαθὴν αἰτίαν ἔχωμεν φίλον, καὶ μὴ κατ' ἄλλας χρείας αὐτὸν οἰκειώμεθα, ὥστ' ἐοικέναι τὸ παράγγελμα τοῦτο τῇ περὶ τῶν μετηλλαχότων τὸν βίον σπουδαίων ἀνδρῶν ὑποθήκῃ. Ὡς γὰρ ἐκεῖ τοὺς ἐπιστήμονας μόνους τῶν ἀνθρώπων ἔλεγε δεῖν τιμᾶν· οὕτως ἐνταῦθα τοὺς ἀγαθοὺς φιλοποιεῖσθαι παραινεῖ μόνους, διδοὺς ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἐκλογήν, ἐπὶ δὲ γονέων καὶ συγγενῶν ἀρκούμενος τῇ φύσει. Ἁπλῶς γὰρ τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ συνεισάγει τὴν τιμήν, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἡ ἀρετὴ ποιεῖ τὸ τίμιον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ βίου ἀπελθόντων. Τὰ δὲ πρὸ τούτων κατ' αὐτὴν τὴν φύσιν ἐστὶ τίμια, ἐκεῖ μὲν θεοὶ καὶ ἥρωες, ἐνταῦθα δὲ πατέρες καὶ συγγενεῖς, ἐν θνητῇ φύσει τῆς ἀθανάτου συγγενείας ἡμῖν εἰκόνας προτείνοντες. Τοιαύτη μὲν ἡ πρώτη θήρα καὶ ἡ κτῆσις τοῦ φίλου. Τίς δὲ ἡ τήρησις αὐτοῦ ἡ πρὸς κοινωνίαν τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν συντελοῦσα, καὶ τίς ἡ ἀπόθεσις, ἐὰν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβαλλόμενος φαίνηται καὶ μὴ πειθόμενος ταῖς πρὸς τὸ βέλτιον ἀγούσαις συμβουλίαις, ἑξῆς λέγει.

VII. 6—8.

Πραέσι δ' εἶκε λόγοις ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.

Πῶς δεῖ προσφέρεσθαι τοῖς φίλοις ἐνταῦθα διαλέγεται, καὶ πρῶτον μὲν ὅτι τὰ καλὰ εἰσηγουμένοις αὐτοῖς καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ πράττουσιν ὁτιοῦν ἑκόντας δεῖ πειθαρχεῖν. Πρὸς γὰρ τοῦτο τὸ κοινωνικὸν ἀγαθὸν ὁ τῆς φιλίας συνάπτει νόμος, ὅπως ἡμεῖς τε ὠφελώμεθα παρ' ἐκείνων εἰς ἀρετῆς ἐπίδοσιν καὶ παρ' ἡμῶν ἐκεῖνοι. Ὡς γὰρ κοινὴν ὁδὸν τοῦ ἀρίστου βίου πορευομένους, ὅπερ ἂν ἄλλος ἄλλου προΐδῃ μᾶλλον, τοῦτο εἰς κοινὸν

---

debetur parentibus. Is autem, quo propinqui ornantur, altero post illum loco positus, cultum ad naturæ propinquitatem componet, tantum singulis cognatis alterius secundum parentes honoris tribuens, quantum ea quæ cum illis intercedit propinquitas significaverit : manifestum autem est virtutem etiam horum habita ratione debere liberam manere.

VI. 5.

Ex aliis vero amicum tibi adjunge, quisquis virtute præstantissimus est.

Post primum honorem superioribus cognatis exhibendum et proximum illi, parentibus et propinquis debitum, ordine suo lex de faciendis amicis traditur, qua jubemur optimum quemque, qui nobis minime cognatus sit, amicum deligere et cum illo ad virtutum communicationem conjungi, ut probum virum ob causam bonam amicum habeamus, non autem propter alias utilitates eum asciscamus : adeo ut hoc præceptum videatur ei simile, quod de præclaris hominibus vita functis traditur. Sicut enim ibi ex hominibus sapientes solos esse honorandos dicebat, ita hic eos tantum qui boni sunt amicos faciendos lex monet, permittens in cæteris quidem delectum, in parentibus vero et cognatis naturali vinculo contenta. Ipsa enim per se persona patris et fratris honorem simul affert; in aliis vero virtus honorem conciliat, quemadmodum et in illis qui de vita decesserunt. Ea vero quæ his antecedunt, ipsa natura sunt honoranda, illic quidem dii et heroes, hic autem parentes et cognati, qui in mortali natura cognationis immortalis imagines nobis exhibent. Sic igitur primum quæri et comparari amicum oportet. Qua ratione autem amicitiam ejus retineamus, quæ ad bonorum communicationem conducat et quomodo eam deponamus, si ille in deterius plane mutetur et meliora suadentibus auscultare nolit, in sequentibus narrat.

VII. 6-8.

Lenibus dictis cedas et utilibus factis ;
neve oderis amicum propter leve peccatum ,
quoad potes; facultas enim prope necessitatem habitat.

Disserit hic de modo quo nos erga amicos gerere oporteat, et primum quidem debere nos libenter eis auscultare, quum suadent honesta et rem quampiam in nostrum commodum faciunt. Nam ad consequendum hoc bonum hominum congregationi destinatum amicitiæ lex conjungit et obligat, ut et nos virtutis incremento ab iis augeamur et illi vicissim a nobis. Oportet enim eos, qui tanquam communem vitæ optimæ viam in-

ὄφελος κατατίθεσθαι δεῖ, πράως μὲν εἴκοντας τοῖς καλῶς ὑφηγουμένοις τῶν φίλων, πράως δὲ αὐτοῖς τῶν καλῶν τὴν κοινωνίαν προτείνοντας, περὶ δὲ χρημάτων ἢ δόξης ἢ τινος ἄλλου τῶν ἐκ τῆς θνητῆς συστοιχίας μηδεπώποτε αὐτοῖς διαφερομένους. Τοῦτο γὰρ ἦν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς εἰς ἀπέχθειαν καθίστασθαι τοῖς περὶ τὰ μέγιστα ἀγαθὰ φίλοις ἡμῖν ὑπάρχουσιν. Εἰς πάντα οὖν τῶν φίλων ἀνεξόμεθα, ὡς ὑπὸ μεγίστης ἀνάγκης τῆς φιλικῆς διαθέσεως πιεζόμενοι, πλὴν ἑνός. Οὐ γὰρ δὴ καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ὑποφερομένοις αὐτοῖς εἴξομεν, οὐδὲ μεταβαλλομένοις ἐκ τῆς περὶ φιλοσοφίαν σπουδῆς εἰς ἑτέραν τινὰ τοῦ βίου πρόθεσιν ἐπακολουθήσομεν καὶ αὐτοὶ συνεκφερόμενοι τοῖς ἀποπίπτουσιν ἀπὸ τοῦ πρὸς ἀρετὴν σκοποῦ, ἀλλὰ μάλιστα μὲν πάσῃ μηχανῇ πειρασόμεθα τὸν φίλον ἐπανορθώσασθαι· μὴ πείθοντες δὲ ἡσυχίαν ἕξομεν, οὔτε ἐχθρὸν ποιούμενοι διὰ τὴν προϋπηργμένην φιλίαν, οὔτε φίλον ἔτι διὰ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολήν. Ὥστε τούτου χάριν τὸν φίλον ποτὲ ἀποθησόμεθα, ὡς μηκέτι δυνάμενον εἶναι κοινωνὸν ἡμῖν ἀρετῆς, ἧς ἕνεκα καὶ τὴν ἀρχὴν φίλον αὐτὸν ἐποιησάμεθα. Ἡ δὲ ἀπόθεσις φυλαττέτω τὸ μὴ εἰς ἔχθραν μεταπεσεῖν. Δεῖ γάρ, εἰ καὶ ἐκεῖνος τῆς φιλίας ἑαυτὸν ὑπεξήγαγεν, ἡμᾶς γοῦν πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, ὅπως ἐπανακληθείη πρὸς τὸ δέον, οὐχ ἀγαπῶντας τὴν ἀπόπτωσιν τοῦ φίλου οὐδὲ ὑπερφρονοῦντας τὸ καταδεὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης, ὀδυρομένους δὲ μᾶλλον καὶ θρηνοῦντας ὑπεραλγεῖν αὐτοῦ καὶ ὑπερεύχεσθαι, καὶ πάντα πειρᾶσθαι ποιεῖν τὰ πρὸς τὴν ἐκ μεταμελείας σωτηρίαν αὐτὸν ἐπανάγοντα. Τοιαῦτα δέ ἐστι τὸ μήτε περὶ χρημάτων μήτε περὶ δόξης αὐτῷ διαφέρεσθαι, καὶ τὸ μὴ ἐφ' ὕβρει τῆς κοινωνίας αὐτὸν ἀποστερεῖν, μηδὲ φιλοτιμίαν ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι τὴν ἐκείνου δυστυχίαν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀρίστην τῶν φίλων τήρησιν καὶ πρὸς τὴν εὔλογον ἀπόθεσιν καὶ πρὸς τὴν ἐκ μεταμελείας αὐτῶν ἐπανάκλησιν πλεῖστα συμβάλλεται τὸ ἡμέτερον ἀνεξίκακον καὶ περὶ μηδενὸς πρὸς τοὺς φίλους μικρολογούμενον, μηδὲ ἐξεταστικὸν πρὸς ἀκρίβειαν, ἀλλ' ὅσον οἷόν τε ὑπομονητικόν· διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν ὄφρα δύνῃ. Εἶτα ἵνα μὴ τὴν δύναμιν τῷ τῆς προαιρέσεως μέτρῳ κανονίσῃ τις, ἀλλ' αὐτῷ τῷ τῆς φύσεως φορητῷ, ὅσον ἡ ἀνάγκη προσελθοῦσα ἐξευρίσκει, ἐπήγαγε δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει. Ἕκαστος γάρ, ὧν οἴεται δύνασθαι, πλέον δυνάμενος ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἐλέγχεται. Τοσοῦτον οὖν προθυμεῖσθαι χρὴ τῶν φίλων ἀνέχεσθαι, ὅσον ἡ ἀνάγκη δείκνυσιν ἡμᾶς δυναμένους, καὶ τό γε ἐξαίφνης ἀφόρητον φανὲν τῇ τῆς φιλίας ἀνάγκῃ φορητὸν ποιεῖν. Μὴ γὰρ δή που τὰ πρὸς βίαν ἐπιταττόμενα μόνα οἰώμεθα προσήκειν γενναίως ὑπομένειν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς φυλακὴν τῶν φίλων καὶ ἀνάκλησιν συντείνοντα μείζονος

---

gressi sunt, quodcunque alius alio melius prævi-derit, id in communem utilitatem conferre, amicis bene monentibus leniter cedentes; leniter etiam ea, quæ bona sunt, cum iis communicantes, nunquam autem de pecuniis aut gloria aut alia re e caducarum genere cum illis dissidentes. Id enim esset propter leve peccatum inimicitias suscipere cum illis, qui in maximis bonis amici nobis sunt. Nos igitur amica affectione, tanquam maxima necessitudine coacti, amicos in omnibus feremus, excepto uno. Neque enim illis morem etiam geremus, si prolabantur in deterius; nec, si a sapientiæ studio ad aliud aliquod vitæ institutum transeant, eos sequemur, abrepti et ipsi una cum iis a virtutis scopo aberrantibus, sed quacunque maxime possumus ratione conabimur amicum in rectam viam reducere : quodsi ei persuadere nequeamus, tum quiescemus, neque inimicum illum facientes propter amicitiam prægressam, nec pro amico in posterum habentes propter mutationem in deterius. Itaque hac de causa amicum aliquando repudiabimus, quum virtutis, cujus gratia primum factus est amicus, particeps nobiscum amplius esse non queat. Cavendum autem ne hæc repudiatio in inimicitiam vertatur. Quamvis enim ille ab amicitia se subduxerit, nos certe decet curare diligentissime, ut ad officium revocetur, nequaquam amici lapsu lætantes et judicii ejus inopiam despicientes, sed lamentis potius et ploratu vicem ejus dolentes et pro eo precantes, atque omnia facere conantes, quibus ille facti pœnitens ad salutem reducatur. Talia autem sunt, ut nec de pecuniis, nec de gloria cum eo contendamus, neque cum contumelia eum societate privemus, neque ejus infortunium nobis gloriæ ducamus. Quandoquidem vero tum ad amicos optime retinendos justeque repudiandos, tum ad eos pœnitentiæ beneficio sanam ad mentem revocandos plurimum confert nostra injuriarum tolerantia, et si de minutis rebus cum amicis nunquam litigemus; nec ad amussim omnia exigamus, sed quantum fieri potest patiamur : ideo hoc, *quoad possis,* adjecit. Deinde ne quis hanc facultatem voluntatis suæ modulo metiretur, sed illa naturæ patientia, quantam necessitas ingruens suggerit, porro addidit : « *facultas enim prope necessitatem habitat.* » Unusquisque enim urgente necessitate plus posse convincitur, quam ipse se posse arbitratur. In tantum igitur nos promte amicos ferre debemus, in quantum nos posse ostendit necessitas, et id quod primo aspectu intolerabile videtur, amicitiæ necessitate tolerabile reddere. Nequaquam enim putandum est, ea tantum, quæ vi imponuntur, fortiter esse patienda, sed ea etiam, quæ ad conservandos et revocandos amicos conferunt, majore patientia digna esse debemus

ὑπομονῆς ἄξια δεῖ τίθεσθαι, ὡς τῆς θείας ἀνάγκης ἐπιτάγματα. Δυνατωτέρα δὲ παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἡ τοῦ νοῦ ἀνάγκη τῆς ἔξωθεν βίας. Εἴτε οὖν πρὸς τὴν ἐκ περιστάσεως ἀνάγκην ἀπίδοις, εἴτε πρὸς τὴν ἑκούσιον, τὴν ἐκ τῶν ἐπιστημονικῶν ὅρων συμπληρουμένην καὶ ἐκ τῶν θείων νόμων καθήκουσαν, ἐξευρήσεις τὸ ἐνυπάρχον σοι τῆς δυνάμεως μέτρον, ὃ νῦν ὁ λόγος εἰσηγεῖται δεῖν τοῖς φίλοις προσφέρειν, ἐν τῷ προστάττειν μὴ προχείρως αὐτοῖς εἰς ἀπέχθειαν καθίστασθαι ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς, τὰ ἔξω τῆς ψυχῆς πάντα μικρὰ θέμενος καὶ ἀπαγορεύων μὴ φειδοῖ τούτων τὸν φίλον ἐχθρὸν ποιεῖν, ἀδιαφορίᾳ δὲ μᾶλλον τῇ περὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τὸν ἀποπεσόντα φίλον ἀνακαλεῖσθαι καὶ πανταχοῦ τοῦτο ἑαυτοῖς συνειδέναι, ὅτι ὅσον ἐφ' ἡμῖν καὶ τοὺς ὄντας φίλους ἐτηρήσαμεν καὶ τοὺς πρὸς τὸ χεῖρον ὑπενεχθέντας ἀνεκτησάμεθα, καὶ οὔτε τὴν ἀρχὴν εἰς ἔχθραν τινὰ κατεστήσαμεν, οὔτε παρ' ἑαυτοῦ γενόμενον ἐχθρὸν τοῖς ἴσοις ἠμειψάμεθα. Ταῦτα γὰρ ὁ τῆς φιλίας ὑπαγορεύει θεσμός, μεγίστης οὔσης ἀρετῆς καὶ ταῖς ἄλλαις ὡς τελειότητος ἐπιφαινομένης. Πέρας μὲν γὰρ τῶν ἀρετῶν ἡ φιλία, ἀρχὴ δὲ ἡ εὐσέβεια. Καί ἐστιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος σπέρμα τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἡμῖν· ἡ δὲ τῆς φιλίας ἕξις ὁ τελειότατος τῶν ἀρετῶν καρπός. Ὥσπερ οὖν δικαιοσύνης ποιεῖσθαι δεῖ λόγον οὐ μόνον πρὸς τοὺς δικαίως ἡμῖν προσφερομένους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀδικεῖν ἐγχειροῦντας, ἵνα μὴ τῷ ἀνταδικεῖν εἰς τὴν ἴσην καχεξίαν αὐτοῖς ἔλθωμεν· οὕτω καὶ τῆς φιλίας ἀντέχεσθαι δεῖ, τοῦτ' ἔστι τῆς φιλανθρωπίας τῆς πρὸς ἅπαντας, οἳ τοῦ γένους ἡμῖν κοινωνοῦσιν. Ἐν τάξει δὲ τῇ πρεπούσῃ τὰ τῆς φιλίας μέτρα ποιησόμεθα, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ὡς ἀποσῴζοντας τὴν τοῦ ἀνθρώπου τελειότητα καὶ διὰ τὴν φύσιν καὶ διὰ τὴν γνώμην παντοίως ἀσπαζόμενοι, τοὺς δὲ φαύλους ὡς μηδὲν ἀπὸ γνώμης εἰς αἵρεσιν φιλίας ἡμῖν ὑπέχοντας διὰ μόνην τὴν κοινὴν φύσιν ἀγαπῶντες. Διὸ καὶ λέγεται ὀρθῶς, ὡς οὐδεὶς ἐχθρὸς τῷ σπουδαίῳ, καὶ μόνος ὁ ἀγαθὸς ἀγαθῷ φίλος. Ὡς μὲν γὰρ τὸν ἄνθρωπον φιλῶν, οὐδὲ τὸν κακὸν ἐχθρὸν τίθεται, ὡς δὲ τὸν ἀρετῇ κεκοσμημένον ζητῶν πρὸς κοινωνίαν τὸν ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἐκλέγεται, μιμούμενος καὶ ἐν τοῖς τῆς φιλίας μέτροις τὸν θεόν, ὃς μισεῖ μὲν οὐδένα ἄνθρωπον, τὸν δὲ ἀγαθὸν διαφερόντως ἀσπάζεται. Τὸ γὰρ τῆς φιλανθρωπίας ἀγαθὸν κοινῇ τῷ γένει προτείνων τῆς προσηκούσης μοίρας ἕκαστον ἀξιοῖ, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἀνάγων, τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς φυγάδας τοῖς τῆς δίκης νόμοις πρὸς τὸ δέον ἀπευθύνων. Τοῦτο γὰρ τοῖς ἑκατέροις σύμμετρόν τε καὶ ὠφέλιμον. Οὕτω καὶ ἡμᾶς προσήκει τὴν φιλίαν τηρεῖν πρὸς πάντας ἀνθρώπους μετὰ τῆς πρὸς τὴν ἀξίαν ἀπονεμήσεως.

Καὶ γὰρ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην πρὸς ἅπαντας ἕξομεν, καὶ οὐ πρὸς μόνους τοὺς δικαίους καὶ σώφρονας· οὐδὲ ἀγαθοὶ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς ἐσόμεθα, κακοὶ δὲ τοῖς

---

existimare, tanquam divinæ necessitatis mandata. Mentis vero necessitas apud eos qui recte sapiunt, plus valet quam vis externa. Sive igitur ad illam necessitatem respicias, quæ ex rerum statu oritur, sive ad voluntariam, quæ scientiæ terminis continetur quæque divinis legibus consentanea est, invenies eam in te esse facultatis potestatisque mensuram, quam nunc carmen amicis esse præstandam docet, dum nos *parvi peccati causa* vetat eorum inimicitiam temere suscipere; quippe quod omnia, quæ extra animum sunt, in parvis habet, præcipitque, non, ut his parcendo ex amico inicum faciamus, sed ut iis potius neglectis amicum lapsum recuperemus, nobisque in omnibus conscii simus, nos quoad potuimus, et eos qui amici erant conservasse et in deterius prolapsos recuperasse, ac neque inimicitiæ cuiquam causam præbuisse, nec ei qui sponte sua nobis inimicus erat paria paribus retulisse. Hæc enim dictat amicitiæ lex, quæ virtutum maxima est et in cæteris tanquam earum perfectio elucet. Nam virtutum finis est amicitia, principium vero pietas. Atque pietatis ratio nobis bonorum omnium semen est, amicitiæ vero habitus perfectissimus est virtutum fructus. Quemadmodum igitur justitiam colere debemus non solum erga eos qui juste nobiscum agunt, sed et erga eos qui nobis injuriam conantur inferre, ne dum injuriam illatam ulciscimur in idem cum illis vitium incidamus: sic et amicitiam, id est, humanitatem colere oportet erga omnes qui ejusdem nobiscum generis participes sunt. Recte autem et ordine amicitiam metiemur, si bonos, ut humanæ naturæ perfectionem servantes, cum propter naturam, tum ob animum voluntatemque omnino amplectamur, malos autem propter communem naturam solum amemus, quippe qui nihil ab animo ad expetendam ipsorum amicitiam nobis afferant. Quapropter et recte dicitur nemo inimicus esse viro bono solusque bonus bono amicus. Is enim, ut hominem diligens, ne malum quidem pro inimico habet; ut vero virtute præditum sibi socium quærens bonum ex omnibus deligit, in ipsis etiam amicitiæ regulis deum imitans qui hominum neminem odit, bonum vero præcipue amplectitur. Ille enim benevolentiæ suæ commoda humano generi communiter porrigens convenientem singulis sortem tribuit, probos ad se adducens, virtutis autem desertores justa castigatione ad officium reducens. Hoc enim utrisque congruum atque utile est. Similiter et nos omnium hominum amicitias colere oportet, adhibita singulorum dignitatis distinctione. Etenim temperantiam et justitiam exercebimus erga omnes, ac non solum erga justos et temperatos; nec

κακοῖς. Οὕτω γὰρ ῥᾳδίως συμμεταβαλλόμενοι τοῖς προσπίπτουσιν οὐδὲν οἰκεῖον ἕξομεν ἀγαθόν, ὃ διὰ παντὸς καὶ πρὸς πάντας τηρήσομεν. Εἰ δὲ ἕξιν τὴν ἀρετὴν κεκτήμεθα, οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῷ βουλομένῳ ταύτης ἡμᾶς ἀποστῆσαι· οὐδὲ τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰς διαθέσεις συναλλοιώσομεν, τὸ μόνιμον τῆς ἀρετῆς εὐτυχοῦντες. Ὅπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας δεήσει φυλάττειν, φιλίας, ὡς ἔφαμεν, μεγίστης οὔσης ἀρετῆς, φιλανθρωπίας δὲ κοινῶς μὲν πρὸς ἅπαντας, ἰδίως δὲ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς θεωρουμένης, ὅτι καὶ τὸ τῆς φιλανθρωπίας ὄνομα αὐτῇ μᾶλλον ἐπιπρέπει. Ταῦτα δὲ περὶ τούτων, ἐπὶ δὲ τὰ ἑξῆς ῥοιῶμεν.

VIII. 9—11.

Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε·
γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου λαγνείης τε
καὶ θυμοῦ.

Συστέλλειν δεῖ ταῦτα πάντα καὶ τάττειν, ἵνα μὴ παρενοχλῇ τὸν λογισμόν. Φέρε οὖν, τὴν ἀλογίαν ὅλην ἐν τάξει χαλινώσωμεν ὀρθαῖς παιδαγωγίαις, ἐπειδὴ καὶ τὰ ταύτης μέρη χορηγά ἐστι κακίας ἀλλήλοις ἐφεξῆς. Οἷον γαστὴρ ἄγαν πληρουμένη ὕπνον πολὺν ἐπάγεται· ἀμφότερα δὲ ἀφθονίαν παρέχεται σπέρματος, ἥτις ἀμέτρως ἐγείρει πρὸς ἀφροδίσια καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἀκόλαστον ἐποξύνει. Τούτῳ δὲ τὸ θυμικὸν συνεκφερόμενον διὰ πάσης ἵεται μάχης, νῦν μὲν σιτία καὶ ποτὰ ἐκδικοῦν, νῦν δὲ περὶ ἑταίρας μαχόμενον καὶ ἄλλοτε ἄλλας ἡδονὰς φιλονεικοῦν κτήσασθαι. Κρατεῖν οὖν ἐθίζου τούτων, ἀπὸ τῆς γαστρὸς πρώτης ἀρξάμενος, ἵνα τοῦ τε λόγου κατήκοα γένηται τὰ ἄλογα τῆς ψυχῆς εἴδη, καὶ αὐτὸς ἐπὶ σαυτοῦ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν περὶ γονέας τιμὴν καὶ πάντα, ἃ μικρῷ πρόσθεν παρῄνεσεν ὁ λόγος, ἀπαραγώγως φυλάξαι δυνηθῇς. Δύναμις γὰρ τῆς τῶν προτέρων τηρήσεως ταυτὶ τὰ ἑπόμενα. Ἐπεὶ παραβαθείη ἂν πάντα ἐκεῖνα, μὴ ἑπομένων τῷ λογισμῷ τῶν παθητικῶν δυνάμεων. Ἢ γὰρ θυμὸς ἐξετάραξε κατὰ γονέων, ἢ ἐπιθυμία πρὸς ἀπείθειαν αὐτῶν ὥπλισε. Καὶ πάλιν, ἢ θυμὸς πρὸς βλασφημίαν ἐπήγειρεν, ἢ ἐπιθυμία χρημάτων πρὸς ἐπιορκίαν. Καὶ ὅλως τὰ κακὰ διὰ ταύτας πράττεται τὰς δυνάμεις, μὴ τῆς λογικῆς ψυχῆς πρὸς τὸ δέον αὐτὰς ἀπευθυνούσης. Ἐντεῦθεν ἀσέβειαι παντοῖαι καὶ πόλεμοι συγγενικοὶ καὶ φίλων προδοσίαι καὶ πάντα τῆς παρανομίας τὰ εἴδη, ὡς καὶ βοᾶν ἀναγκάζεσθαί τινας·

μανθάνω μὲν οἷα μέλλω δρᾶν κακά,
θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,

ἄλλους δὲ ἢ τοὺς αὐτοὺς ἄλλοτε βοᾶν,

boni bonis erimus, malis autem mali. Ita enim facile, prout res contingunt, mutati, nihil proprii nobis boni conservabimus, quo semper et erga omnes utamur. Quodsi virtutis habitum comparaverimus, non erit volentis, nos ab ea dimovere; neque pro re nata affectus nostros variabimus, si stabili virtutis possessione fruamur. Quod igitur in aliis virtutibus, id in amicitia quoque observandum erit, quum amicitia, uti diximus, virtus sit maxima, humanitas vero communiter erga omnes, sed præsertim erga bonos exerceatur, unde humanitatis nomen ei præcipue convenit. Sed de his hactenus : ad ea igitur quæ sequuntur pergamus.

VIII. 9-11.

Hæc quidem sic teneas, sed istis imperare assuesce :
ventri primum et somno, deinde libidini
et iræ.

Coerceri oportet hæc omnia et in ordinem cogi, ne rationem perturbent. Age igitur, id totum quod rationi repugnat rectis institutis ordinatim refrenemus, quoniam et hujus partes sibi invicem vitia subministrant. Verbi gratia venter multo cibo refertus multum somnum inducit; ambo autem seminis copiam præbent, quæ ad res venereas immoderate excitat animique partem ad concupiscendum propensam ad incontinentiam incitat. Cum hac vero una impetum faciens pars irritabilis per omne genus pugnæ grassatur, modo esculenta et potulenta sibi vindicando, modo de meretrice rixando atque nunc de his, nunc de illis voluptatibus comparandis acriter contendendo. His igitur imperare assuescas, facto a ventre initio, ut et animi partes rationis expertes rationi obsequantur, et ipse in te pietatem et erga parentes honorem cæteraque omnia, ad quæ paulo ante hortabatur carmen, constanter servare possis. Nam priora illa observandi potestas posterioribus hisce continetur. Violabuntur enim illa omnia, si facultates perturbationibus obnoxiæ rationi non obtemperent. Aut enim ira ad resistendum parentibus excitat, aut cupiditas ad eorum consilia contemnenda armat. Et rursus, aut ira ad maledicta impellit, aut pecuniarum cupiditas ad perjurium. Atque omnino mala ab his facultatibus perpetrantur, nisi ad decorum a ratione diriguntur. Hinc omnis generis impietates et bella inter consanguineos et amicorum proditiones et cuncta flagitiorum genera, adeo ut nonnulli exclamare cogantur,

Intelligo quidem, qualia moliar mala;
sed ira potentior est meis consiliis,

alii vero, aut iidem alias exclamare,

μανθάνω μὲν οἷα μέλλω δρᾶν κακά,
ἐπιθυμία δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,

καί,

Εὖ μέν μοι δοκεῖς λέγειν, πέπονθα δὲ τὸ τῶν πολλῶν πάθος, οὐ πάνυ σοι πείθομαι.

Τὸ γὰρ λογικὸν γένος πρὸς τὴν τῶν καλῶν αἴσθησιν εὐφυῶς διακείμενον, εὐανάμνηστόν ἐστι καὶ εὐάγωγον πρὸς τὴν τοῦ ὀρθοῦ λόγου διδασκαλίαν, ὅταν μὴ ταῖς παθητικαῖς ὁλκαῖς, ὥσπερ τισὶ μολυβδίσιν, ὑποφέρηται πρὸς κακίαν. Δεῖ οὖν καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς εἰδέναι τὰ δέοντα, καὶ τὰς ἀλόγους δυνάμεις ἐθίσαι, ὅσον οἷόν τε, καὶ αὐτὰς τῷ ἐν ἡμῖν λόγῳ συνέπεσθαι. Οὕτω δὲ ταχθέντων τῶν παθῶν, ἱκανὸς ὁ λογισμὸς γένοιτο ἂν ἀπερισπάστως φυλάξαι τὰ πρῶτα παραγγέλματα, περὶ ὧν εἴρηται ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι. Περὶ δὲ τῶν ἑξῆς ἐθίζου κρατεῖν εἶπεν, ἐνδεικνύμενος, ὅτι τὸ μὲν λογικὸν διδασκαλίᾳ καὶ ἐπιστήμῃ τάττεται, τὸ δὲ ἄλογον ἐθισμοῖς καὶ πλάσεσι τρόπον τινὰ σωματικαῖς· οὕτω δὲ καὶ τῶν ζώων τὰ ἄλογα μόνῳ ἔθει ἄγεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ἐθισθεῖσα οὖν γαστὴρ ζητεῖν τὰ μέτρια, τάς τε ἄλλας ἐπιθυμίας τοῦ σώματος κοσμιωτέρας παρέχεται καὶ τὸν θυμὸν ἐμμελέστερον, ἵν' ἐφ' ἡσυχίας τὰ περὶ τῶν δεόντων βουλευώμεθα, μὴ σφόδρα ὑπὸ τῶν συνεχόντων παθῶν ἐνοχλούμενοι, ὅθεν καὶ τὸ ἑαυτοὺς γνῶναι ὅ ἐσμεν τῇ ἀληθείᾳ καὶ τὸ αἰδεῖσθαι οὓς ἔγνωμεν διδασκόμεθα. Ἐκ δὲ τῆς γνώσεως ταύτης καὶ τῆς συνούσης αὐτῇ αἰδοῦς ἡ τῶν αἰσχρῶν φυγὴ παραγίνεται. Τὰ γὰρ κακὰ αἰσχρὰ λέγεται, ὡς ἀπρεπῆ καὶ ἀνάξια δρᾶσθαι ὑπὸ λογικῆς οὐσίας· περὶ ὧν τὰ ἑξῆς ἐπιλέγει.

IX. 11—12.

Πρήξῃς δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.

Ἢ γὰρ καθ' ἑαυτοὺς πράττοντές τι αἰσχρὸν ἀδιάφορον αὐτὸ ἡγούμεθα, ὃ μετ' ἄλλου οὐκ ἂν ἐπράξαμέν ποτε, τὸν κοινωνὸν τῆς πράξεως αἰσχυνόμενοι· ἢ ἀνάπαλιν, συμπεριφερόμενοί τισι πράττομεν ἃ μή ποτ' ἂν καθ' ἑαυτοὺς ἐδράσαμεν, τῇ κοινωνίᾳ τῶν συμπραττόντων εἰς παῤῥησίαν τοῦ ἔργου προκαλούμενοι. Διὰ τοῦτο προανεῖλεν ἑκατέραν ὁδὸν τῆς εἰς τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ κακὸν παρεκβάσεως. Εἰ γὰρ τὸ αἰσχρὸν τῇ ἀληθείᾳ φευκτόν, οὐκ ἄν ποτε διὰ περίστασιν αἱρετὸν γένοιτο. Διὸ συνάψας εἶπε, μήτε μετ' ἄλλου, μήτ' ἰδίῃ· ἵνα μήτε μόνωσις ἐπεγείρῃ σε πρὸς τὸ μὴ πρέπον, μήτε κοινωνία εὐαπολόγητόν σοι ποιήσῃ τὴν ἁμαρτίαν. Εἶτ' ἐπήγαγε τὴν αἰτίαν, τὴν μόνην τῶν κακῶν ἀποτρέπουσαν, πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν. Ἐὰν γὰρ ἐθισθῇς σαυτόν αἰσχύνεσθαι, ἕξεις πανταχοῦ, ὃν αἰδεσθήσῃ, οἰκειότατον φύλακα καὶ

Intelligo quidem, qualia moliar mala,
sed ratione fortior mihi cupiditas est.

Et,

Nec absurde sane mihi videris dicere; laboro autem vulgari malo, obtemperare tibi nequeo

Etenim suboles mentis compos, quum ad honestas res percipiendas naturâ comparata sit, earum memor est et docilis ad rectæ rationis monita, quando non affectuum ponderibus, tanquam plumbeis quibusdam globis, ad vitia deorsum rapitur. Oportet igitur nos ea, quæ nostri sunt officii, scire, irrationales autem facultates, quantum fieri potest, assuefaciendæ sunt et ipsæ rationi, quæ in nobis est, obtemperare. Affectibus vero sic in ordinem redactis, tum demum poterit ipsa ratio nulla re interveniente prima illa præcepta observare, de quibus dictum est : *hæc quidem sic teneas*. De sequentibus autem dicit, *imperare assuesce*, significans, id quod est ratione præditum disciplina ac scientia regi, illud autem quod ratione caret assuetudine et formatione quodammodo corporea institui : sic enim et bruta animalia homines sola consuetudine condocefaciunt. Venter igitur qui moderata appetere consueverit, cum cæteras corporis cupiditates reddit temperantiores, tum iram ipsam remissiorem, ut de iis quæ ad officium pertinent tranquille deliberemus, commotionibus internis minime agitati : unde et nosmet ipsi quid vere simus nosse, et sic notos revereri discimus. Ex hac vero cognitione eamque comitante pudore eorum fuga fit quæ (αἰσχρὰ) turpia sunt; vitia enim αἰσχρὰ dicuntur, ut indecora et indigna quæ ab intelligenti natura fiant, de quibus ea quæ sequuntur adjicit.

IX. 11-12.

Ne quid unquam turpe committas sive cum alio
sive seorsum, sed maxime omnium verere te ipsum.

Aut enim turpe aliquid soli facientes indifferens illud arbitramur, quod præsente alio nunquam fecissemus, facinoris testem adhibere verecundantes; aut contra aliis obsequentes illa simul facimus, quæ soli nunquam fecissemus, ab ipsa facinoris societate ad id fidenter patrandum allecti. Quapropter utramque ad illud, quod turpe et vitiosum est, transgrediendi viam præclusit. Si enim quidquid turpe est, reapse fugiendum sit, nunquam id propter tempora quædam rerumque statum erit eligendum. Quocirca conjunctim dixit *neque cum alio neque seorsum*, ut neque solitudo te ad id quod indecorum est incitet, nec facilem peccati excusationem tibi præbeat societas. Deinde rationem, quæ sola a vitiis deterreat, hanc sub-

ἀναπόδραστον. Ἐπεὶ πολλοὶ μονωθέντες φίλων, ἢ οἰκετῶν, ἔδρασαν ταῦτα, ἃ πρότερον δι' ἐκείνους ποιῆσαι ᾐσχύνοντο. Ἆρ' οὖν οὐδένα εἶχον συνόντα; ἐῶ Θεόν· (ποῤῥωτέρω γὰρ οὗτος τῆς τῶν κακῶν συνειδήσεως·) ἀλλὰ ἑαυτοὺς οὐχ εἶχον καὶ τὸ τοῦ συνειδότος κριτήριον; Εἶχον μὲν οὖν· ἀλλ' ἠγνόουν ὅτι εἶχον, τοῖς πάθεσι κατατεινόμενοι. Οἱ δὲ τοιοῦτοι τὸ ἐν αὐτοῖς λογικὸν ἄτιμον καὶ ἀνδραπόδου φαυλότερον ἔθεντο. Οἰκειότατον οὖν ἐπίτροπον ἔχε σαυτόν· καὶ πρὸς τοῦτον ἐπιστρέφων κατάρχου τῆς ἀποτροπῆς τῶν κακῶν. Ἡ γὰρ ἑαυτοῦ αἰδὼς ἑκάστῳ φυγὴ τῶν αἰσχρῶν καὶ ἀναξίων τῆς λογικῆς οὐσίας ἐξ ἀνάγκης γίνεται. Ὁ δὲ οὕτως ἀπαξιῶν τὰ κακὰ πῶς πρὸς ἀρετὴν οἰκειοῦται, ἐπάγει.

X. 13—16.

Εἶτα δικαιοσύνην ἄσκει ἔργῳ τε λόγῳ τε·
μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε·
ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι.
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει, ἄλλοτ' ὀλέσσαι.

Ὁ ἑαυτὸν αἰσχυνόμενος φύλαξ ἑαυτοῦ γίνεται μηδαμοῦ κακίᾳ περιπεσεῖν. Κακίας δὲ εἴδη πλείονα. Κατὰ μὲν τὸ λογικόν, ἀφροσύνη· κατὰ δὲ τὸ θυμικόν, δειλία· κατὰ δὲ τὸ ἐπιθυμητικόν, φιληδονία καὶ φιλοχρηματία· κατὰ δὲ πάσας ὁμοῦ τὰς δυνάμεις, ἀδικία. Τετράδος οὖν ἀρετῶν ἐδέησεν ἡμῖν πρὸς τὴν τῶν τοιούτων κακῶν ἀποτροπήν· φρονήσεως μέν, περὶ τὸ λογιζόμενον· ἀνδρείας δέ, περὶ τὸ θυμούμενον· σωφροσύνης δέ, περὶ τὸ ἐπιθυμητικόν· δικαιοσύνης δέ, περὶ πάσας ὁμοῦ τὰς δυνάμεις, τελειοτάτης οὔσης πασῶν ἀρετῶν καὶ περιεκτικῆς τῶν ἄλλων, ὡς οἰκείων μερῶν. Διὸ καὶ ταύτης πρώτης ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος· εἶτα φρονήσεως, καὶ ἐφεξῆς τῶν ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἀπογεννωμένων ἀρίστων ἐπιτηδευμάτων, καὶ εἰς τὴν τῆς δικαιοσύνης ὁλότητα συντελούντων. Ὁ γὰρ ὀρθῷ λογισμῷ χρώμενος, ἐν μὲν τοῖς δεινοῖς τὴν ἀνδρείαν σύμμαχον κτᾶται· ἐν δὲ τοῖς ἡδέσι τὴν σωφροσύνην, ἐν πᾶσι δὲ ὁμοῦ τὴν δικαιοσύνην. Καὶ οὕτως ἀρχὴ μὲν τῶν ἀρετῶν ἡ φρόνησις εὑρίσκεται· πέρας δέ, ἡ δικαιοσύνη· διὰ μέσου δέ, ἡ ἀνδρεία καὶ ἡ σωφροσύνη. Ἡ γὰρ πάντα ἐκλογιζομένη δύναμις, καὶ τὸ ἑκάστου πρόσφορον ταῖς πράξεσιν ἀεὶ ζητοῦσα, ἵν' εὐλόγως ἕκαστα διατεθείη, ἡ τῆς φρονήσεώς ἐστιν ἕξις· ἀρίστη διάθεσις οὖσα τῆς λογικῆς ἡμῶν οὐσίας, ἀφ' ἧς καὶ ταῖς ἄλλαις δυνάμεσιν ἡ εὐκοσμία παραγίγνεται, ὡς ἀνδρίζεσθαι μὲν τὸν θυμόν, σωφρονεῖν δὲ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν δικαιοσύνην τῆς ἀναλογίας ἔχεσθαι, καὶ ταύτῃ κοσμεῖσθαι τὸν θνητὸν ἡμῶν ἄνθρωπον ἐκ περιουσίας τῆς ἐνούσης ἀρετῆς τῷ ἀθανάτῳ ἀνθρώπῳ. Προηγουμένως γὰρ αἱ ἀρεταὶ ἀπὸ νοῦ εἰς ψυχὴν λογικὴν ἐλλάμπονται, καὶ ταύτης εἰσὶν οἰκεῖον εἶδος, καὶ τελειότης, καὶ εὐζωΐα. Εἰς δὲ τὴν ἀλογίαν καὶ τὸ

---

jungit, *sed maxime omnium verere te ipsum.* Si enim *te ipsum revereri* consueveris, domesticum habebis ubique custodem quem verearis et quem effugere non possis. Etenim multi soli ab amicis aut domesticis relicti ea admiserunt quæ antea illis præsentibus facere verebantur. Neminemne igitur secum præsentem habuerunt? non dico Deum; (abest enim ille longius a malorum hominum conscientia;) at se ipsos non habuerunt et conscientiam judicem? habebant sane, sed habere se ignorabant, perturbationibus agitati. Qui autem tales sunt, insitam rationem nihili æstimant et mancipio viliorem ducunt. Te ergo ipsum tui curatorem familiarissimum adhibe, atque ad hunc conversus vitiorum propulsationem auspicare. Qui enim se ipsum veretur, necesse est fugiat turpia et intelligenti naturâ indigna. Verum quomodo qui ita dedignatur vitia, virtutis satelles fiat, subjungit.

X. 13-16.

Deinde justitiam exerce factis atque dictis:
neve te ulla in re inconsiderate gerere assuescas:
sed scito omnibus fatali lege moriendum esse.
Divitias autem libenter aliquando quære, aliquando [amitte.

Qui se ipsum reveretur, cavet ne qua in vitium prolabatur. Sunt autem vitiorum genera compluria: in animi parte rationali imprudentia, in irritabili ignavia, in parte ad concupiscendum propensa voluptatis et divitiarum amor, atque in omnibus simul facultatibus injustitia. Nobis igitur quatuor virtutum comitatu opus est ad ejusmodi vitia propulsanda, prudentia quidem in facultate rationis compote, fortitudine in irritabili, temperantia in parte ad concupiscendum proclivi, justitia autem in omnibus simul facultatibus, quippe quæ omnium virtutum perfectissima sit atque reliquas tanquam partes proprias contineat. Quapropter et hujus primum meminit carmen, deinde prudentiæ et optimorum deinceps studiorum quæ a prudentia orta ad justitiæ consummationem conducunt. Is enim qui recta ratiocinatione utitur, sociam sibi asciscit in adversis fortitudinem, in jucundis temperantiam, in omnibus vero simul justitiam. Atque ita virtutum principium reperitur prudentia, finis autem justitia, mediæ vero fortitudo atque temperantia. Facultas enim illa, quæ omnia considerat, et quæ quid cujusque actionibus accommodatum sit semper inquirit, ut ad rationis normam singula componantur, prudentiæ habitus est, quæ optima est naturæ nostræ intelligentis affectio, unde reliquis etiam facultatibus decor accedit, adeo ut in fortitudinem mutetur iracundia, in

θνητὸν σῶμα μετουσία τις τῶν ἀρετῶν ἔρχεται, ὅπως ἂν καὶ τὰ συμπεφυκότα τῇ λογικῇ οὐσίᾳ εὐσχημοσύνης καὶ μετριότητος πληρωθῇ. Τὸ δὲ τῶν θείων ἀγαθῶν ἡγεμονοῦν ἡ φρόνησις αὕτη, καλῶς ἐνιδρυθεῖσα τῇ λογικῇ ψυχῇ, δίδωσι περὶ πάντων εὖ βουλεύεσθαι, καὶ τὸν μὲν θάνατον ἀνδρείως φέρειν, τὴν δὲ ἀποβολὴν τῶν χρημάτων πρᾴως καὶ ἐμμελῶς. Πάσας γὰρ τὰς μεταβολὰς τῆς θνητῆς φύσεως, καὶ τῆς ἑπομένης αὐτῇ τύχης, σωφρόνως καὶ ἀνεκπλήκτως ὑπομένειν ἡ φρόνησις δύναται. Τὴν γὰρ φύσιν ἐκλελόγισται τῶν πραγμάτων, καὶ οἶδεν, ὡς ἀνάγκη τὸ συμπλασθὲν ἐκ γῆς καὶ ὕδατος διαλυθῆναι πάλιν εἰς αὐτά· καὶ πρὸς τὴν ἀνάγκην οὐκ ἀγριαίνεται· οὐδὲ ἀπρονόητα εἶναι τίθεται τὰ καθ' ἡμᾶς, ἐὰν τὸ θνητὸν ἀποθνήσκῃ. Γινώσκει γὰρ ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι, καί τις ὡρισμένος ἐστὶ χρόνος πρὸς διαμονὴν τοῖς θνητοῖς ἡμῶν σώμασιν, οὗ ἐνστάντος, οὐ δεῖ χαλεπαίνειν, ἀλλ' ὡς νόμῳ θείῳ ἑκόντας ἕπεσθαι. Τοῦτο γὰρ νῦν ἡ πεπρωμένη δηλοῖ, ὅροις τισὶν ἀναγκαίοις πεπερατῶσθαι τὴν θνητὴν ἡμῶν ζωήν· φρονήσεως δὲ ἴδιον εἶναι τοῖς τῶν κρειττόνων ἕπεσθαι δόγμασιν, οὐ τὸ μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ τὸ εὖ ἀποθανεῖν, ζητούσης. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν τῶν χρημάτων φύσιν οὐκ ἀγνοεῖ, ὅτι νῦν μὲν ἦλθε, νῦν δὲ ἀπῆλθε, κατά τινας ὡρισμένας αἰτίας, αἷς ἀντιτείνειν ἀβέλτερον. Τῶν γὰρ οὐκ ἐφ' ἡμῖν τῆς κτήσεως ἡμεῖς οὐ κύριοι. Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα καὶ τὰ χρήματα· καὶ ἁπλῶς, ὅσα τῆς λογικῆς ἡμῶν οὐσίας ἔξω κεῖται, οὔτε τὴν ἀρχὴν κτήσασθαι ἐφ' ἡμῖν, οὔτε φυλάξαι ἐφ' ὅσον βουλόμεθα· τὸ δέ, προσγινομένων καὶ ἀπογινομένων αὐτῶν, μετὰ ἀρετῆς ἀποδέχεσθαι αὐτά, καὶ ἀποτίθεσθαι, τοῦτο ἦν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τῆς λογικῆς οὐσίας ἴδιον, ἂν μὴ ἀλογίστως ἔχειν περὶ τῶν συμβαινόντων ἑαυτὴν ἐθίζῃ, ἀλλὰ τοῖς θείοις ἕπηται μέτροις, οἷς πάντα τὰ περὶ ἡμᾶς ὥρισται. Ἐνταῦθα οὖν τὸ ἐφ' ἡμῖν δύναμιν ἔχει μεγίστην, ἐν τῷ εὖ κρῖναι περὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μὴ τῇ τούτων προσπαθείᾳ τὴν τοῦ αὐτεξουσίου ἀρετὴν προσαπολέσαι. Τί οὖν ἡ ἔμφρων κρίσις λέγει; Παρόντι μὲν τῷ σώματι καὶ τῷ πλούτῳ καλῶς χρῆσθαι, καὶ πρὸς ὑπηρεσίαν ἀρετῆς· ἀπιόντων δέ, εἰδέναι τὸ δέον, καὶ πρὸς ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ἀλυπίαν κερδαίνειν. Οὕτω γὰρ καὶ ἡ πρὸς θεοὺς εὐσέβεια τηρηθήσεται, καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης μέτρα, εἰ τὸ λογικὸν ἐκμάθοι ταῖς περιστάσεσιν εὖ καὶ καλῶς χρῆσθαι, καὶ τοὺς τῆς φρόνησεως ὅρους ἀντιτιθέναι τοῖς δοκοῦσιν ὡς ἔτυχε καὶ ἀτάκτως συμβαίνειν. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἀρετὴ φυλαχθείη, ἂν μὴ

temperantiam cupiditas, justitia vero proportionem conservet, atque hoc modo mortalis noster homo ornatum accipiat ex abundantia virtutis, quæ immortali homini insita est. Etenim præcipue virtutes a mente in animum rationalem immissæ lucent ejusque propria forma sunt et perfectio et vitæ beatitas. In illud autem quod rationis expers est et in mortale corpus virtutum quædam transit communio, ut ista etiam, quæ rationali naturæ conjuncta sunt, decore et modestia repleantur. Hæc vero prudentia, quæ divinorum bonorum principatum tenet, rite in animo rationali insita, facit ut recta de omnibus consilia capiamus, atque ut mortem ipsam fortiter, facultatum vero jacturam placide et decenter toleremus. Nam prudentia præditus naturæ mortalis fortunæque ei adjunctæ mutationes omnes composita mente et impavide potest sustinere. Etenim considerata rerum natura scit, id quod ex terra et aqua formatum est, in ea rursus necessario dissolvi atque adeo in necessitatem non instigatur, nec statuit providentia res humanas non regi, si id quod mortale est moritur. Quippe omnibus fatali lege moriendum esse cognovit, et quoddam caducorum corporum nostrorum permansioni tempus esse definitum, quo instante, nos non irasci, sed ei, ut divinæ legi, lubentes obsequi oportet. Id enim fatum hic significat, terminis quibusdam necessariis vitam nostram mortalem definiri, esse autem prudentiæ proprium, deorum decretis obsequi, quippe quæ non mortis effugium, sed bene moriendi rationem quærat. Similiter et divitiarum natura perspecta non ignorat, eas nunc accedere, nunc decedere, ex fixis quibusdam causis, quibus obluctari stultum est, quandoquidem eorum, quæ non sunt nostri arbitrii, possessio in nostra non est potestate. Nostri autem arbitrii non sunt corpus et divitiæ, atque in summa, quæcunque extra rationalem nostram naturam posita sunt, eorum neque comparatio penes nos initio est, neque retentio quamdiu volumus, sed ea, quum accedunt atque decedunt, cum virtute accipere et deponere, id penes nos est et naturæ rationalis proprium, si illa non inconsiderate se gerere in iis quæ contingunt assuescat, sed divinis legibus obsequatur quibus omnia nostra definita sunt. Hîc igitur id quod nostri arbitrii est vim habet maximam, sitam in recto judicio de rebus, quæ non sunt in nostra potestate, atque in cautione ne harum cupiditate liberi arbitrii virtutem amittamus. Quid igitur prudens judicium suadet? ut corpore et divitiis, quum adsunt, recte et ad virtutis ministerium utamur, quum autem decedunt, ut meminerimus quid deceat, et ad alias virtutes indolentiam lucrifaciamus. Ita enim et pietas in deos et justitiæ regulæ conservabuntur, si id quod ratione præditum est rerum casibus recte atque honeste uti didicerit et prudentiæ decreta illis opponere, quæ fortuito nulloque ordine videntur contingere. Aliter enim virtus conservari non

ὀρθοδοξία τις ἐνυπάρχῃ τῇ λογικῇ οὐσίᾳ. Οὔτε γὰρ τοῖς κρείττοσιν ἕπεσθαι δύναται, ὡς κρείττοσιν, ἀλλὰ ὡς ὑπὸ τυράννων βιαζόμενος διατεθήσεται· οὔτε τῶν συζώντων λόγον τινὰ ποιήσεται, οὔτε σώματος, ἢ χρημάτων τὴν ἀρίστην οἰκονομίαν ἐξευρήσει, ἀλογίστως ἔχειν ἑαυτὸν ἐθίσας. Ὅρα γὰρ ὅτι οἱ ἐξ ἅπαντος φεύγοντες τὸν θάνατον, ἢ τὰ χρήματα τηρεῖν ἐπιθυμοῦντες, πολλαῖς ἐξ ἀνάγκης ἀδικίαις χρήσονται καὶ βλασφημίαις, ἀρώμενοι μὲν κατὰ θεῶν ἀνόσια, καὶ μὴ προνοεῖσθαι φάσκοντες, ἐπειδὰν περιπέσωσιν οἷς ἀνοήτως ἔφευγον, ἀφειδῶς δὲ τοὺς ἄλλους ἀδικοῦντες, καὶ τὰ πάντων ἀθροίζειν πειρώμενοι πρὸς τὸ ἑαυτοῖς λυσιτελές, ὡς οἴονται. Καὶ οὕτως ἐκφανὴς ἡ τῆς ψευδοδοξίας ἐν αὐτοῖς γίνεται βλάβη, ὡς τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἐκβλαστάνειν· ἀδικίαν μὲν πρὸς τοὺς ὁμοίους, ἀνοσιότητα δὲ πρὸς τοὺς κρείττονας. Ὧν καθαρεύσειεν ἂν ὁ τοῖς προκειμένοις στίχοις πειθόμενος, ὁ τῇ εὐλογίστῳ κρίσει τὸν θάνατον γενναίως ὑπομένων, καὶ τὴν τῶν χρημάτων ἀποβολὴν οὐκ ἀφόρητον ἡγούμενος. Ἐξ ὧν καὶ πρὸς δικαιοσύνην ἀφορμὰς λαμβάνει, ὡς δέοι τῶν ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, καὶ βλάπτειν μηδένα, μηδὲ ὠφέλειαν ἑαυτοῦ τὰς τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι συμφοράς. Τούτων δὲ οὐδὲν τηρῆσαι δυνατὸς ἔσται ὁ θνητὴν ὑπολαμβάνων εἶναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, καὶ ἀλογίστως ἔχειν ἑαυτὸν ἐθίσας, τί μέν ἐστι τὸ ἀποθνῆσκον ἡμῶν μηδαμῶς λογιζόμενος, καὶ τὸ τῶν χρημάτων δεόμενον, τί δὲ τὸ ἀσκοῦν τὴν ἀρετήν, καὶ τὸ ἐκ ταύτης ὠφελούμενον. Μόνη γὰρ ἡ τούτων διάκρισις προθυμίαν εἰς ἀρετῆς ἄσκησιν ἂν παράσχοι, καὶ πρὸς τὴν τῶν καλῶν κτῆσιν ἐπεγείρειεν ἡ ἐκ τοῦ γνῶθι σεαυτὸν καὶ αἰσχύνεο σαυτὸν ἔνθεος ὁρμή. Πρὸς γὰρ τὴν ἡμετέραν ἀξίαν καὶ τὰ τῶν ἄλλων καθήκοντα παραμετρεῖσθαι δεῖ ἐν ἔργοις τε καὶ λόγοις. Ἡ δὲ τῶν καθηκόντων τήρησις ἀπαράβατος δικαιοσύνη ἂν εἴη· διὸ καὶ προτέτακται τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἵνα τῶν καθηκόντων γένηται μέτρον. Δικαιοσύνην γάρ, φησιν, ἄσκει ἔργῳ τε λόγῳ τε. Οὐκ οὖν οὐδὲν βλάσφημον ἐρεῖς ἐν ἀπωλείαις χρημάτων, ἢ νόσων ἀλγηδόσιν, ἵνα μὴ ἀδικῇς ἐν λόγῳ· ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῶν πλησίον ἁρπάσεις, οὐδὲ μηχανήσῃ δυστυχίας ἀνθρώποις, ἵνα μὴ ἀδικῇς ἐν ἔργῳ. Δικαιοσύνης γὰρ τὴν ψυχὴν φρουρούσης, τὰ προσήκοντα ἂν πράττοιμεν καὶ περὶ ἀνθρώπους, καὶ περὶ ἡμᾶς αὐτούς. Τῆς δὲ δικαιοσύνης τὸ ἄριστον μέτρον ἐστὶν ἡ φρόνησις· ὅθεν

---

possit, nisi natura rationalis rectas opiniones imbiberit. Neque enim superis, quatenus superi sunt, homo obsequi poterit, sed ita, quasi tyrannorum vi coactus, erga eos afficietur; neque ullam eorum, quibuscum vivit, rationem habebit, neque optimum corporis aut pecuniæ usum inveniet, si inconsiderate se gerere assueverit. Vide enim, ut ii qui quoquo modo mortem evitare aut divitias retinere cupiunt, multa necessario injuste faciant et maledicta effutiant, impiis utique adversus deos exsecrationibus utentes, et providentiam esse negantes, quum in ea inciderunt, quæ stulte fugiebant, aliis vero crudeliter nullam non injuriam inferentes et cæterorum omnium res in suum, quemadmodum opinantur, usum coacervare conantes. Atque ita manifesta in iis falsæ opinionis labes est, ut malorum maxima oriantur, injustitia in similes, impietas autem adversus superos. A quibus ille erit immunis qui versibus hic propositis auscultans judicio ad rationis normam composito mortem fortiter pati potest atque facultatum jacturam haud intolerabilem esse existimat. Unde et justitiæ colendæ materiam sumit, quod ab alienis abstinere oporteat neminique nocere, neque ex aliorum incommodis sua comparare commoda. Horum vero nihil observare is poterit, qui mortalem esse animum suum arbitratur quique inconsiderate se gerere assueverit, nunquam secum reputans, quid sit illud nostrum quod moritur et quod divitiis eget, quid vero id quod virtutem colit et ex ea commodum percipit. Sola enim horum dijudicatio nos ad exercitationem virtutis promtos reddat atque ad honesta comparanda excitet divinus ille impetus, qui ex hisce præceptis, *nosce te ipsum* et *verere te ipsum*, oritur. Oportet enim ex nostra dignitate cæterorum etiam officia in factis dictisque metiri. Officiorum autem inviolata observatio est justitia; quapropter et hic cæteris virtutibus præponitur, ut officiorum mensura sit. Dicit enim : *justitiam exerce factis atque dictis.* Nihil igitur maledictorum dices, amissis divitiis aut inter morborum cruciatus, ne verbis justitiam violes : sed neque vicinorum bona auferes, nec calamitates hominibus strues, ne factis sis injustus. Si enim justitia animum custodiat, nos et diis et hominibus et nobismet ipsis debita præstabimus officia. Optima vero justitiæ regula est prudentia; unde huic præcepto, *justitiam exerce,* adjecit illud, *neve te ulla in re inconsiderate gerere assuescas*, quasi justitia sine prudentia non possit exstare. Id enim revera justum est quod perfecta prudentia decernit. Hæc vero est ea, quæ nulla in re inconsiderate se gerit, sed et mortale corpus et ea quæ illi sunt usui diligenter considerat; omnia autem virtute inferiora ducens maximam etiam commoditatem esse judicat optimam animi rationalis affectionem, per quam et cætera, quantum fieri potest, exornantur. Hujusmodi igitur est versuum propositorum scopus, ut quatuor actuosarum virtutum comitatum ostendant easque tradant auditoribus vigilanter custodiendas, et quem-

τῷ, δικαιοσύνην ἄσκει, ἐπήγαγε, μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε· ὡς μὴ δυναμένης ὑποστῆναι δικαιοσύνης ἄνευ φρονήσεως. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὄντως δίκαιον, ὃ ἡ τελεία φρόνησις ὁρίζει. Αὕτη δ' ἂν εἴη ἡ περὶ μηδὲν ἀλογίστως ἔχουσα, ἀλλ' ἐπεσκεμμένως μὲν περὶ τοῦ σώματος ἔχουσα, ἐπεσκεμμένως δὲ καὶ περὶ τῶν εἰς τὴν τούτου χρείαν συντελούντων· πάντα δὲ ἀτιμότερα ἀρετῆς τιθεμένη, καὶ μεγίστην ὠφέλειαν τὴν ἀρίστην διάθεσιν τῆς λογικῆς ψυχῆς, ἀφ' ἧς καὶ τὰ ἄλλα κοσμεῖται κατὰ δύναμιν. Τοιοῦτος μὲν τῶν προκειμένων ἐπῶν ὁ σκοπός, τὴν τετράδα τῶν πρακτικῶν ἀρετῶν ἀναφῆναι καὶ παραδοῦναι τοῖς ἀκροαταῖς, μετὰ τῆς ἀγρύπνου τηρήσεως, καὶ παραφυλακῆς τῆς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις πρεπούσης. Τὸ μὲν γὰρ φρόνησιν, τὸ δὲ ἀνδρείαν, τὸ δὲ σωφροσύνην, παραδίδωσι· τὸ δὲ προηγούμενον αὐτῶν τὴν ἐπὶ πάσαις ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς κοινῶς ἐπιθεωρουμένην δικαιοσύνην ἀσκεῖσθαι παραινεῖ· τὸ δέ, χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει, ἄλλοτ' ὀλέσσαι, παρίστησιν, ὅτι τῇ σωφρονικῇ διαθέσει καὶ ἡ ἐλευθεριότης παρέπεται, ἀρετὴ οὖσα περὶ χρημάτων πρόσοδον καὶ δαπάνην. Τὸ γὰρ μόνον τότε αὐτὰ κτᾶσθαι, καὶ ἀποκτᾶσθαι, ὅτε δίδωσιν ὁ λόγος, μικρολογίας καὶ ἀσωτίας προαναιρεῖ τὰς ἀφορμάς. Ταῦτα δὲ πάντα, ὡς ἀπὸ πηγῆς καὶ ἀρχῆς πρώτης, τοῦ ἑαυτὸν αἰσχύνεσθαι προάγεται. Τοῦτο δὲ τὸ παράγγελμα προείληφεν ἐν ἑαυτῷ τὸ Σαυτὸν γνῶθι, ὃ πασῶν μὲν σπουδαίων πράξεων, πασῶν δὲ θεωρητικῶν γνώσεων προϋποκεῖσθαι δεῖ. Ἐπεὶ πόθεν εἰσόμεθα, ὅτι προσήκει ἡμῖν μετριάσαι τῶν παθῶν, καὶ γνῶναι τὰ ὄντα; Ἀπορεῖται γὰρ περὶ αὐτῶν· πρῶτον μέν, εἰ δυνατὰ ἀνθρώποις ταῦτα· ἔπειτα, εἰ ὠφέλιμα τοῖς ἔχουσι γίνεται. Φαίνεται γὰρ πᾶν τοὐναντίον ἐλαττούμενος ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον ὁ σπουδαῖος, τῷ μὴ λαμβάνειν ἀδίκως ὅθεν οὐ δεῖ, καὶ τῷ ἀναλίσκειν δικαίως εἰς ἃ δεῖ· καὶ περὶ τὸ σῶμα παντὸς μᾶλλον εὐεπιχειρήτως διάκειται, μήτε ἀρχὴν αὐτὸς ἐπιτηδεύων, μήτε ἀνελευθέρως θεραπεύων τοὺς ἄρχοντας. Ὥστε, εἰ μή τις ἄλλη οὐσία ἐν ἡμῖν εἴη ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ὠφελουμένη, σχολῇ γε ἂν πλοῦτον ἢ δυναστείαν δι' αὐτὴν προησοίμεθα. Ὅθεν καὶ οἱ θνητὴν οἰόμενοι τὴν ψυχὴν περὶ τοῦ μὴ προΐεσθαι τὴν ἀρετὴν κομψεύονται μᾶλλον, ἢ ἀληθεύουσιν. Εἰ γὰρ μὴ εἴη τι ὑπομένον ἡμῶν μετὰ θάνατον, καὶ τοῦτο φύσιν ἔχον ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμεῖσθαι, (οἷον δή φαμεν εἶναι τὴν λογικὴν ψυχήν,) οὐκ ἂν ἔφεσις ἡμῖν καθαρὰ γένοιτο τῶν καλῶν. Προαναιρεῖται γὰρ ἡ ὑποψία τῆς φθορᾶς τὴν περὶ ταῦτα σπουδήν, καὶ πρὸς ἀπολαύσεις

---

admodum decet in dictis factisque observandas. Docet enim ex iis unus prudentiam, alter fortitudinem, tertius temperantiam; eorum vero primus hortatur ad justitiæ exercitationem, quæ communiter in cæteris omnibus virtutibus cernitur: iste autem versus, *divitias autem libenter aliquando quære, aliquando amitte,* docet porro temperantis affectionis comitem esse liberalitatem, quæ in virtutum numero posita circa pecuniarum reditum et sumtus versatur. Hæ enim tunc tantum, quum ratio suadet, quæsitæ et expendendo amissæ sordium et prodigentiæ occasiones præcidunt. At omnia ista ab eo quod est *se ipsum vereri,* tanquam a fonte et principio ducuntur. Hoc vero præceptum in se anticipatum continet illud *te ipsum nosce,* quod omnium bonarum actionum omnisque contemplativæ scientiæ fundamentum esse debet. Nam unde sciemus affectus esse moderandos et eorum quæ vere sunt notitiam comparari oportere? Quippe de istis dubitatur, primum, an in hominum potestate sint, deinde an utilia habentibus sint. Apparet enim omnino contra eo deteriorem esse viri probi in hac vita conditionem, quod non injuste inde sumit, unde non debet, et quod juste sumtus facit, in quæ oportet: quin et ille, quod ad corpus attinet, injuriis omnium maxime est obnoxius, quippe qui nec imperium affectet, nec imperantibus serviliter aduletur: adeo ut nisi alia quædam natura in nobis sit, cui virtus prodest, vix ejus causa divitias aut principatum repudiaturi simus. Quamobrem et illi, qui animum mortalem esse arbitrantur, quum de virtute non projicienda disputant, scite cavillantur potius, quam vera proferunt. Nisi enim nobis inesset aliquid post mortem superstes futurum atque ita naturâ comparatum, ut virtute et veritate ornari queat, (cujusmodi esse dicimus animum rationalem,) nullum nobis sincerum foret honestorum desiderium. Præcludit enim horum studium suspicio interitûs et nos ad corporeas voluptates, qualescunque tandem illæ sunt et undecunque comparari possunt, attrahit. Quo enim pacto de illorum sententia viri prudentis aut etiam mediocri judicio præditi esse videatur, non omnia corpori indulgere, per quod etiam ipsa animi substantia conservatur, quippe qui per se non exstet, sed e corporis quapiam conformatione oriatur? Quomodo autem virtutis gratia corpus projiciemus, si una cum corpore animum quoque ipsum perdemus, adeo ut nusquam sit virtus, cujus amore mortem passi sumus. Sed de his a viris divinis abunde demonstratum est, immortalem esse animum et natura talem, ut sola virtute ornari possit. Nunc autem probato hoc dogmate ad ea quæ sequuntur transeamus, hoc tantum prius dictis addentes, quemadmodum ex naturæ nostræ ignoratione nullum non vitium irrepit, ita, si nosmet ipsos noscamus eaque de-

ἄγει σωματικάς, ὁποῖαί ποτ' ἂν ὦσιν αὗται, καὶ πόθεν ἂν πορίζεσθαι δύνωνται. Πῶς γὰρ δόξει ἔμφρονος εἶναι, κατ' αὐτούς, ἢ μετρίως καθεστηκότος, μὴ πάντα χαρίζεσθαι τῷ σώματι, δι' ὃ καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ὑπόστασις σώζεται, οὐχ οὔσης μὲν καθ' αὑτήν, ἐπιγινομένης δὲ τῇ ποιᾷ διαπλάσει τοῦ σώματος; Πῶς δὲ προησόμεθα δι' ἀρετὴν τὸ σῶμα, μέλλοντες καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν ἅμα τῷ σώματι διαφθείρειν, ὥστε μηδαμοῦ εἶναι τὴν ἀρετήν, ἧς ἐφέσει τὸν θάνατον ὑπεμείναμεν; Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς τοῖς θείοις ἀνδράσιν ἀποδέδεικται, ὅτι τε ἀθάνατος ἡ ψυχή, καὶ ὅτι διὰ μόνης ἀρετῆς κοσμεῖσθαι πέφυκε. Νῦν δὲ τὸ παρὸν ἐπισφραγισάμενοι δόγμα, ἐπὶ τὰ ἑξῆς μεταβαίνωμεν, τοσοῦτον τοῖς προειρημένοις ἐπειπόντες, ὅτι ὥσπερ τῇ ἀγνοίᾳ τῆς οὐσίας ἡμῶν πᾶσα ἐπεισρεῖ κακία, οὕτω τῇ ἑαυτῶν γνώσει, καὶ ἀπαξιώσει τῶν μὴ πρεπόντων τῇ λογικῇ φύσει, ἡ τῶν καθηκόντων ἀπαραλόγιστος τήρησις εὑρίσκεται πανταχοῦ· τοῦτο δὲ τῶν κατὰ μέρος ἀρετῶν γίνεται μέτρον. Ὡς γὰρ πρὸς κανόνα τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἀποβλέποντες, τὸ δέον ἐν πᾶσιν εὑρίσκομεν, κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον συμφώνως τῇ ἑαυτῶν οὐσίᾳ διαζῶντες. Πᾶν γὰρ ὃ ἀμείνονα τὴν ψυχὴν ποιεῖ, καὶ πρὸς τὴν φύσει πρέπουσαν εὐζωΐαν αὐτὴν ἀνάγει, τοῦτο ὄντως ἀρετὴ καὶ φιλοσοφίας νόμος· τὰ δὲ μόνον πρὸς ἀνθρωπίνην εὐσχημοσύνην τείνοντα, δουλοπρεπῆ ἐστι σοφίσματα καὶ σκιαγραφία τῶν καλῶν, τὸν παρὰ τῶν πολλῶν ἔπαινον θηρωμένη, καὶ τοῦ δοκεῖν μόνον, οὐ τοῦ εἶναι, ἀγαθὸν τὴν πᾶσαν ποιουμένη φροντίδα. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων. Τοῖς δὲ ὀρθοῖς λογισμοῖς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται καὶ περὶ τῶν δοκούντων ἀτάκτως κατὰ τὸν βίον συμβαίνειν μὴ ἀλογίστως ἔχειν, ἀλλ' εὖ καὶ γενναίως ἀπολελογίσθαι τὰς τούτων αἰτίας, καὶ φέρειν αὐτὰ μηδὲν ἐγκαλοῦντας τοῖς ἐπιμεληταῖς ἡμῶν, οἳ πρὸς ἀξίαν ἀπονέμοντες ἑκάστῳ τὰ προσήκοντα, οὐ τῶν ἴσων ἠξίωσαν ἅπαντας τοὺς μὴ ὁμοίως προβεβιωκότας. Πῶς γὰρ ἂν προνοίας μὲν οὔσης, καὶ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἀφθάρτου μὲν κατ' οὐσίαν, προαιρέσει δὲ αὐτοκινήτῳ πρὸς ἀρετὴν ἢ κακίαν ὁρμώσης, ἐνῆν τὰ ἴσα τοῖς μὴ ἴσοις τοὺς τοῦ πρὸν ἀξίαν φύλακας νόμου ἀποδιδόναι, ἀλλὰ μὴ τὴν προσήκουσαν ἀπονέμειν ἑκάστῳ τύχην, ἣν καὶ προϊὼν εἰς γένεσιν ὁ ἄνθρωπος κληροῦσθαι λέγεται; Εἰ οὖν μὴ μῦθος τὸ εἶναι πρόνοιαν, ἀπονέμουσαν ἑκάστῳ τὰ πρέποντα, καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἀθάνατον εἶναι, δῆλον, ὡς μεταστῆσαι δεῖ τὴν αἰτίαν τῶν ἀλγεινῶν ἀπὸ τοῦ διοικοῦντος ἐφ' ἡμᾶς αὐτούς, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἰᾶσθαι τὰ δυσχερῆ δύνασθαι δώσει ὁ λόγος. Ἐν ἑαυτοῖς γὰρ εὑρόντες τὰς αἰτίας τῆς τοσαύτης ἀνωμαλίας, πρῶτον μὲν τῷ ὀρθῷ τῆς κρίσεως ἐπελαφρυνοῦμεν τῶν συμβαινόντων τὸ μοχθηρόν· ἔπειτα ταῖς ἱεραῖς μεθόδοις καὶ ταῖς ὀρθαῖς νουθετήσεσι μεθαρμόζοντες τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ ἄμεινον, παντελῶς ἑαυτοὺς τῶν ἀλγεινῶν ἐλευθερώσομεν. Τὸ δὲ πάσχοντα κακῶς μηδ' αἰσθάνεσθαι τὰς αἰτίας, μηδὲ καταμαντεύεσθαι τοῦ εἰκότως συμβαίνοντος, ἑαυτὸν ἣν ἐθίσαντος ἀλογίστως ἔχειν περὶ παντός, ὃ νῦν ἀπηγόρευσεν ὁ λόγος. Ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀζητήτως ἔχοντα τῆς ἀληθοῦς αἰτίας ἐπὶ τὴν κρείττονα οὐσίαν μεταφέρειν τὸ ἔγκλημα, ἢ ὅτι οὐχ

---

dignemur quæ naturam rationalem dedecent, justam officiorum observationem ubique reperiri. Hæc autem singularum virtutum mensura est. Nam si naturam nostram tanquam regulam spectamus, id quod decet in omnibus invenimus, secundum rectam rationem nostræ naturæ congruenter viventes. Quidquid enim animum meliorem reddit eumque ad vitæ beatitudinem naturæ convenientem evehit, id revera virtus est et philosophiæ lex : quæcunque autem ad hominem solum decorandum pertinent serviles astutiæ sunt et inanis virtutum species, quæ laudem apud vulgus venatur atque in hoc omnem ponit curam, ut quis videatur tantum, non ut sit bonus. Atque hæc quidem de his dicta sufficiant. Ex recta autem rerum consideratione sequitur necessario, ut circa ea quoque, quæ in vita nullo ordine videntur contingere, non inconsiderate nos geramus, sed ut probe et ingenue commemoratis causis illa toleremus, sine ulla curatorum nostrorum incusatione, qui pro dignitate suum cuique tribuentes non paribus præmiis omnes, quorum dispar fuit anteacta vita, dignati sunt. Nam quum mundus providentia administretur et animus noster natura quidem immortalis, sed spontaneo voluntatis motu ad virtutem aut vitium propensus sit, qui fieri potuit, ut illi qui legis ad merita spectantis custodes sunt, paria non paribus redderent ac non unicuique convenientem fortunam tribuerent, quam et ipse homo in hunc mundum proficiscens sortiri dicitur? Si ergo providentiam esse, quæ suum cuique tribuit, et animum nostrum esse immortalem, non sit fabula, manifestum est eorum quæ nobis molesta sunt causas ab administratore ad nosmet ipsos esse transferendas, unde et sanandi ærumnas nostras facultatem præbebit carmen. Nam quum in nobis ipsis tantæ inæqualitatis causas deprehenderimus, primum recto judicio mala quæ nobis accidunt leviora efficiemus, deinde sacris artibus et rectis monitis animum corrigentes ærumnis nos prorsus liberabimus. Sed male affectum nec rei causas sentire nec de re merito evenientе conjicere hominis est in omni re inconsiderate se gerere soliti, quod nunc prohibet carmen. Est enim necesse eum, qui veram causam non scrutatur, culpam in superiorem naturam

ἐστι παντελῶς, ἢ ὅτι οὐκ ἐπιμελεῖται ἡμῶν ὀρθῶς. Τὰ δὲ τοιαῦτα δοξάσματα οὐ μόνον τὰ ἐκ προβιοτῆς κακὰ ἐπιτείνει, ἀλλὰ καὶ εἰς πᾶσαν πονηρίαν τὴν ψυχὴν ἐπεγείρει, καὶ τῆς αὐτεξουσίου θεραπείας αὐτὴν ἀποστερεῖ, τῷ προστιθέναι λανθανούσας αἰτίας τῶν νῦν δυσχεραινομένων. Πῶς δὲ δεῖ περὶ τούτων φιλοσοφεῖν, ἐπάκουσον αὐτῶν τῶν ἐπῶν.

XI. 17—20.

Ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν
ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς πράως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει, καθόσον δύνῃ· ὧδε δὲ φράζευ·
οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.

Πρὸ τῆς ἄλλης ἐξηγήσεως ἐκεῖνο προειπεῖν δεῖ, ὅτι ἄλγεα νῦν λέγει τὰ ἐπίπονα, καὶ τραχυτέραν ἡμῖν τὴν ὁδὸν τοῦ βίου παρασκευάζοντα· οἷον νόσον, πενίαν, φιλτάτων ἀποβολήν, ἀδοξίαν ἐν πόλει. Ταῦτα γὰρ χαλεπὰ μέν ἐστι, καὶ δυσδιάθετα κατὰ τὸν βίον· οὐ μὴν ὄντως κακά, οὐδὲ αὐτῇ τῇ ψυχῇ βλαβερὰ τυγχάνει, ἐὰν μὴ αὐτὴ ἐθέλῃ διά τι τούτων εἰς κακίαν ἀποκλῖναι· ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν δοκούντων πάθοι ἄν, μὴ βουληθεῖσα καλῶς αὐτὰ μεταχειρίζεσθαι· οἷον ὑγίειαν καὶ πλοῦτον καὶ δυναστείαν. Ἔστι γὰρ καὶ ἐν τούτοις κακυνθῆναι, καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις ἀρετὴν κτήσασθαι. Τὰ δὲ ὄντως κακά, τὰ ἐκ προαιρέσεώς ἐστιν ἁμαρτανόμενα, οἷς συνεισελθεῖν ἀρετὴν φύσιν οὐκ ἔχει. Ταῦτα δέ ἐστιν Ἀδικία, καὶ Ἀκολασία, καὶ πάντα ὅσα τὴν τοῦ καλοῦ σύζευξιν οὐκ ἐπιδέχεται. Οὐ γάρ ἐστιν οὐδενὶ τῶν τοιούτων τὸ καλῶς ἐπιφθέγγεσθαι· οἷον, ἀδικεῖ καλῶς, ἀκολασταίνει καλῶς, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς κακῶν λέγομεν, νοσεῖ καλῶς, πένεται καλῶς· ὅταν εὖ καὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τὰ τοιαῦτα φέρῃ ὁ ἄνθρωπος. Ταῖς δὲ ψυχικαῖς πονηρίαις οὐκ ἐπιφέρεται τὸ καλῶς, διότι ἀποστροφαί εἰσι καὶ ἀποτεύγματα τοῦ ὀρθοῦ λόγου, ὃν φύσει ἐνόντα, καὶ ἐγγεγραμμένον αὐτῇ, παρορᾷ ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ ὑπὸ τῆς προσπαθείας ἀποτυφλουμένη. Τεκμήριον δὲ τοῦ ἐνεῖναι τὸν ὀρθὸν λόγον τοῖς ἀνθρώποις, τὸ καὶ τὸν ἄδικον, ἐν οἷς μηδὲν αὐτῷ διαφέρει, κρίνειν δικαίως, καὶ τὸν ἀκόλαστον, σωφρονικῶς· καὶ ὅλως, τὸν κακὸν ὀρθαῖς ἐπιβολαῖς χρῆσθαι, ἐν οἷς ἀπροσπαθής ἐστι. Διὸ καὶ μεθίστασθαι δύναται ὁ φαῦλος εἰς ἀρετὴν καταγνώσει τῆς προτέρας κακίας. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἐνυπάρχειν δεῖ καὶ τὸν μὴ ὀρθὸν λόγον, ἵνα ἀρχὴ τῶν κακιῶν οὗτος γένηται, ὥσπερ ἐκεῖνος τῶν ἀρετῶν. Ἀρκεῖ γὰρ παρὼν ὁ ὀρθὸς λόγος, ὥσπερ νόμος ἐν πόλει, τά τε κατ' αὐτὸν πραττόμενα καὶ τὰ παρ' αὐτὸν διορίζειν, καὶ τὰ μὲν ἀποδέχεσθαι, τὰ δὲ σωφρονίζειν. Καὶ οὐδὲν δεῖ κακῶν ἀρχῆς, οὔτε ἐνυποκειμένης οὔτε ἔξωθεν κακοποιὸν αἰτίαν ἐνδιδούσης· ἀγαθῶν δὲ δεῖ ἀρχῆς μάλιστα καὶ

---

transferre, vel nullum omnino esse Deum dicendo vel non recte ab eo res nostras administrari. At vero ejusmodi opiniones non solum mala ex anteacta vita repetenda augent et intendunt, sed etiam animum ad omnem nequitiam incitant, eumque curatione, quæ penes ipsum est, privant præsentia quibus vexamur mala ad occultas causas referendo. Quomodo autem de his philosophari oporteat, ex ipsis versibus disce :

XI. 17-20.

Quibus porro infortuniis divinitus anguntur homines,
horum partem fatalem quamcunque sortitus es, leniter fer et sine indignatione.
Sed remedium adhibere decet quantum potes : sic autem tecum reputa,
haud admodum multa bonis talia fatum invehere.

Antequam ad cæterorum explicationem accedamus, hoc præfari oportet, ea nunc ἄλγεα appellari, quæ molesta sunt et asperiorem nobis vitæ viam reddunt, velut morbum, paupertatem, carissimorum jacturam et in civitate ignominiam. Nam hæc quidem gravia sunt nec concoqui in vita facile queunt, quæ tamen non revera sunt mala, nec animo nocent, nisi ipse ab his se in vitium deflecti sinat; quod et in iis quæ bona videntur ei accidat, si illis recte uti noluerit, verbi gratia sanitate et divitiis et potentia. Nam et in his vitio affici et in contrariis virtutem consequi possumus. Illa autem revera mala sunt, quæ voluntatis sunt peccata, quibuscum coire virtus naturâ non potest. Hæc autem sunt injustitia, intemperantia et quæcunque honesti bonique conjunctionem non admittunt. Neque enim ulli hujusmodi rei adjungi licet verbum *bene*, ut *bene* injuriam facit, *bene* libidinatur, quemadmodum de malis externis dicimus, *bene* ægrotat, *bene* paupertatem fert, quando quis decenter et ut recta ratio dictat, hujusmodi mala tolerat. At animi malis non adjicitur illud *bene*, quia illa declinationes sunt et aberrationes a recta ratione, quam etsi naturâ insitam atque insculptam habet animus humanus, tamen cupiditate occæcatus negligit. Inesse autem hominibus rectam rationem argumento est, quod injustus, ubi nihil ejus interest, juste judicat et intemperans temperanter, atque in summa, malus rectis utitur consiliis, ubi nulla cupiditate trahitur. Unde fit ut etiam malus ad virtutem transire queat, repudiata priore sua vitiositate. Non ideo tamen rationem etiam non rectam homini inesse oportet, ut hæc vitiorum sit principium, sicut illa virtutum. Sufficit enim præsens recta ratio, tanquam lex in civitate, tum ad eas, quæ secundum eam et præter eam fiunt, distinguenda, tum ad hæc probanda et illa corrigenda. Nec omnino opus est malorum

μόνης, καὶ τῆς μὲν κεχωρισμένης τῶν λογικῶν οὐσιῶν, οἷός ἐστιν ὁ Θεός· τῆς δὲ ἐνυπαρχούσης αὐταῖς, καὶ τῇ κατ' οὐσίαν ἐπαφῇ κυβερνώσης, οἷός ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος. Τοιαύτη μὲν ἡ τῶν κακῶν διάκρισις· ὧν οὐ τὰ προαιρετικά φησιν ἐκ τῆς δαιμονίας τύχης τοῖς ἀνθρώποις ἀπονέμεσθαι, ἀλλὰ τὰ περιστατικά, ἃ νῦν μὲν ἐν τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν κεῖται, πάλαι δὲ προαιρετικαῖς ἁμαρτίαις ἐπηκολούθησεν, ἀλγεινὰ μὲν ὄντα, ὡς ἔφαμεν, τὸν δὲ παρὰ τῆς ἀρετῆς κόσμον ἐπιδεχόμενα. Καὶ γὰρ πενίαν ἐκόσμησε σώφρων δίαιτα καὶ ταπεινότητα γένους ἐπηνωρθώσατο φρόνησις· καὶ παίδων ἀποβολὴν πράως ἤνεγκεν ὁ δίκαιος βίος, ὁ δυνάμενος εἰπεῖν, Τέθνηκε τὸ παιδίον; οὐκοῦν ἀπεδόθη· καὶ Ἤδειν θνητὸν γεγεννηκώς. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, τῷ τῆς ἀρετῆς κάλλει περιβληθέντα, γίνεται εὐσχημονέστερα. Ἑξῆς δὲ ζητεῖ ὁ λόγος τίνες αἱ δαιμόνιαι τύχαι, καθ' ἃς οἱ βροτοὶ τὰς ἐκτὸς δυσχερείας ἔχουσιν. Εἰ μὲν γὰρ προηγουμένως ἡ θεία κρίσις δίδωσι τῷδε μὲν πλοῦτον, ἑτέρῳ δὲ πενίαν· δαιμονίαν ἔδει ταύτην προαίρεσιν καλεῖν, καὶ μὴ τύχην. Εἰ δὲ μηδὲν ἐπιστατεῖ ταῖς τῶν τοιούτων λήξεσιν, ἀλλ' ὡς ἔτυχε καὶ αὐτομάτως συμπίπτει, τὸν μὲν εὐτυχῆ εἶναι, ὥς φασι, τὸν δὲ δυστυχῆ· τύχην ἔδει ταύτην καλεῖν, καὶ μὴ δαιμονίαν τύχην. Εἰ δὲ πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ τὰ προσήκοντα ἀπονέμει ὁ ἐπιτροπεύων ἡμῶν θεός, καὶ τοῦ μὲν εἶναι τοιούσδε ἢ τοιούσδε ἡμᾶς οὐκ ἔστιν αἴτιος· τοῦ δὲ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι κατὰ τοὺς θεσμοὺς τῆς δίκης μόνος ἐστὶ κύριος, εἰκότως συνάψας εἶπε δαιμονίας τύχας τὰς τῆς κρίσεως ἀποφάνσεις· ᾗ μὲν θεῖον καὶ νοερόν ἐστι τὸ κρῖνον, δαιμονίας καὶ ἐπιστημονικὰς αὐτὰς προσειπών· ᾗ δὲ οἰκείᾳ προαιρέσει κακύνεται τὸ κρινόμενον, καὶ διὰ τοῦτο γίνεται τῶν δυσχερῶν τούτων ἄξιον, προσθεὶς τὸ τύχας, ὅτι οὐ προηγουμένως τόνδε τινὰ κολάσαι ἢ τιμῆσαι πρόκειται τῷ θεῷ, ἀλλ' ἀεὶ τὸν τοιόνδε ἢ τοιόνδε γενόμενον· τούτου δὲ τὴν αἰτίαν ἐν ἡμῖν κεῖσθαι. Τὴν μὲν οὖν ἐπιπλοκὴν τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως καὶ τῆς ἐκείνου κρίσεως τύχην ἀπογεννᾶν, ὥστε εἶναι τὸ ὅλον τοῦτο, δαιμονίαν τύχην, τὴν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις θείαν ψῆφον· καὶ συνεισάγειν οὕτω τὴν τῶν ὀνομάτων τεχνικὴν εὕρεσιν, τήν τε θείαν ἐπιστασίαν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον τῆς ψυχῆς, καὶ ἀθάνατον· καὶ μήτε καθ' εἱμαρμένην ἢ πρόνοιαν πάντα γίνεσθαι, μήτε ὡς ἔτυχε, καὶ ἀπὸ ταὐτομάτου, μήτε κατὰ τὸ αὐτοπροαίρετον ἡμῖν τὸν βίον διατίθεσθαι πάντα. Ἀλλ' ὅσα μὲν ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἁμαρτάνομεν, ταῦτα εἰς προαίρεσιν ἀναφέρεσθαι· ὅσα δὲ ἐπὶ καὶ ἡμαρτημένοις κατὰ τοὺς τῆς δίκης ἕπεται νόμους, εἰς εἱμαρμένην· τὰ δὲ προηγουμένως παρὰ τοῦ θεοῦ ἐνδιδόμενα ἀγαθά, εἰς πρόνοιαν· εἰς δὲ τὸ εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχεν, οὐδὲν τῶν ὄντων ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν· ἀλλ' οὐδὲ τῶν γινομένων· εἰ μὴ ἄρα κατὰ συμβεβηκός, καὶ κατ' ἐμπλοκὴν τῶν ἀπὸ προνοίας καὶ εἱμαρμένης καὶ προαιρέσεως προηγουμένως ἐνεργουμένων, ἐπακολουθήσει τὸ ὡς ἔτυχε τοῖς πρωτουργοῖς αἰτίοις. Οἷον φέρε, ὁ δικαστὴς τὸν φονέα κολάζειν βούλεται, καὶ οὐ τόνδε τὸν ἄνθρωπον· κολάζει δὲ καὶ τοῦτον, ὃν οὐκ ἐβούλετο, ὅταν αὐτὸς

---

principio, sive insito, sive externo, quod male agendi causam præbeat; bonorum vero principio omnino opus est eoque solo, tum ab intelligentibus naturis separato, qualis est Deus, tum ipsis insito, quod interiore motu ea ciere et gubernare possit, qualis est recta ratio. Hujusmodi igitur est malorum distinctio, e quibus non ea quæ voluntaria sunt, dicit a divina fortuna hominibus distribui, verum calamitosa illa, quæ non sunt in nostra nunc potestate, sed e peccatis, quæ volentes olim commisimus, manarunt : quæ dolore quidem nos afficiunt, ut diximus, sed a virtute ornatum accipiunt. Etenim paupertatem exornat victûs ratio temperans, et generis humilitatem emendat prudentia, et liberorum jacturam placide fert vir justus, qui potest dicere : *obiit filius? ergo redditus est;* et, *sciebam me genuisse mortalem.* Similiter vero et reliqua omnia, virtutis pulchritudine induta, fiunt decentiora. Deinceps autem inquiritur, quæ sint illæ divinæ fortunæ, per quas homines externis incommodis implicantur. Si sane divinum judicium ex professo huic divitias, illi paupertatem daret, divinam par erat hanc voluntatem vocari, non autem fortunam. Sin autem nihil talium distributioni, quæ sorte fit, præest, sed fortuito et casu evenit, ut hic fortunatus, uti dicunt, ille vero infortunatus sit, fortunam solum vocare hanc oportuit, et non divinam fortunam. Quodsi Deus, qui nobis præest, unicuique ea tribuit quæ meritis ejus conveniunt, neque ipse est causa, cur boni aut mali simus, sed remunerationis tantum, quæ secundum leges justitiæ fit, auctor est, merito carmen conjunctis nominibus judicii hujus decreta fortunas divinas appellavit; quatenus quidem divinus est judex et intellectu præditus, eas divinas vocans et scientiæ plenas, quatenus vero ille qui judicatur sponte sua in vitium prolabitur et ideo calamitatibus istis dignus est, fortunas adjungens, quia Deo non ex professo huncce hominem vel supplicio vel præmio afficere propositum est, sed eum semper qui talis vel talis fuerit : hujus autem rei causam in nobismet ipsis sitam esse. Nostræ vero voluntatis et judicii ejus implicationem fortunæ beneficio effici, ita ut totum hoc *divina fortuna* sit Dei de peccatis sententia eaque ratione artificiosa illa vocabulorum inventio Dei imperium et animi tum libertatem tum immortalitatem junctim inducat, ac neque fato aut providentia omnia fiant, neque fortuito et casu res eveniant, neque

ἑαυτὸν εἰς τὴν τοῦ φονέως ἐναρμόσῃ τάξιν. Καὶ γίνεται προηγουμένη μὲν ἡ κατὰ τοῦ φονέως αὐτῷ ψῆφος· κατὰ συμβεβηκὸς δέ, ἡ κατὰ τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι ἑκὼν ὑπέδυ τὸ τοῦ φονέως πρόσωπον. Καὶ πάλιν, ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος φονεῦσαι μὲν ἠβούλετο, δοῦναι δὲ ἐπὶ τούτῳ δίκας οὐκ ἤθελεν. Ὥστε καὶ ἐπὶ τούτου γίγνεσθαι προηγουμένην μὲν τὴν φονικὴν διάθεσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτεξουσίου τῆς ψυχῆς ἠρτημένην· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἐπακολουθεῖν τὰς ἐπὶ ταύτῃ στρεβλώσεις τε καὶ αἰκίας. Τούτων δὲ πάντων αἴτιος ὁ νόμος, ὁ καὶ τῷ δικαστῇ τὴν προαίρεσιν τοῦ κολάζειν τοὺς φαύλους ἐντιθείς, καὶ τῷ φονεῖ τὴν τιμωρὸν ψῆφον ἐπάγων. Ταὐτὸ δή μοι τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς θείας ἐπιστασίας λογίζου· προαιρέσεως ἀνθρωπίνης δρᾶσαι κακὰ βουληθείσης, καὶ προαιρέσεως νομοφυλάκων δικαστῶν ἐπανορθοῦσθαι τὰ κακὰ πάσῃ μηχανῇ πειρωμένης, τὴν συνδρομὴν δαιμονίαν τύχην ἀποτελεῖν, καθ' ἣν ὁ τὰ τοιάδε εἰργασμένος τῶν τοιῶνδε γίνεται ἄξιος τιμωρημάτων· τοῦ μὲν προῃρῆσθαι τὰ φαῦλα εἰς τὸ αὐτεξούσιον τοῦ κρινομένου τὴν αἰτίαν ἀναφέροντος, τοῦ δὲ ἑπομένου τῇ ἀξίᾳ τιμωρήματος εἰς τὴν τῶν κρινόντων νομοφυλακικὴν ἐπιστήμην· τούτων δὲ συναγωγέα εἶναι τὸν νόμον, τὸν ἀγαθὰ μὲν εἶναι πάντα κατὰ δύναμιν, φαῦλον δὲ μηδὲν εἶναι, διατεταγμένον. Οὗτος γὰρ προὔφεστὼς ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἀγαθότητι οὐκ ἐᾷ ἀνευθύνους εἶναι τοὺς κακούς, ἵνα μὴ ἐμμένον τὸ κακὸν εἰς ἀναισθησίαν παντελῆ τῶν ἀγαθῶν ἐλάσῃ, ὧν τὴν ἀναγκαίαν ὑπόμνησιν ἡ παρὰ τῶν νομοφυλάκων δίκη χορηγεῖ. Συνάγει οὖν ὁ νόμος, ὡς εἴρηται, τοὺς πεφυκότας κρίνειν, καὶ τοὺς πεφυκότας κακύνεσθαι, δι' ἀμφοτέρων τὸ οἰκεῖον ἀπεργαζόμενος ἀγαθόν. Εἰ γὰρ τὸ διδόναι δίκην τοῦ μὴ διδόναι ἐστὶ λυσιτελέστερον, καὶ πρὸς σωφρονισμὸν τῆς ἀμετρίας τῶν κακῶν ἡ δίκη βλέπει, δῆλον ὅτι πρὸς τὸ ὠφελεῖν καὶ ὠφελεῖσθαι συνήρμοσεν ὁ νόμος τὰ δύο ταῦτα γένη· τὸ μὲν κριτικόν, ὡς νομοφυλακικόν, τοῦ ἑτέρου προτάξας· τὸ δὲ ἁμαρτάνειν καὶ κρίνεσθαι πεφυκός, ὡς παρανομητικόν, τῷ ἀμείνονι παραδοὺς γένει, κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτὸ μεταχειρίζεσθαι, ὅπως ἂν εἰς ἀνάμνησιν καὶ ἔννοιαν ἔλθῃ ποτὲ τοῦ νόμου, δι' οὗ πάσχει κακῶς. Ὃν γὰρ ἐν τῷ πράττειν κακῶς ἀπηρνοῦντο, τοῦτον ἐν τῷ πάσχειν κακῶς ἐπιποθοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. Οἷον, ὁ ἀδικῶν οὐ βούλεται εἶναι θεόν, ἵνα μὴ τὸ διδόναι δίκην, ὥσπερεί τινα Ταντάλου λίθον, ἐπικρεμάμενον ἔχῃ· ὁ δὲ

etiam ad nostrum arbitrium tota vita a nobis instituatur : sed quæcunque peccamus in iis quæ nostri sunt arbitrii, ea ad voluntatem nostram referantur, et quæcunque sequuntur peccata secundum justitiæ leges, ea fato ascribantur; bona autem illa, quæ a Deo ex professo dantur, providentiæ debeantur; nihil vero, quod in rerum natura reperitur, ad casum et fortunam ortum suum referat, imo nec eorum quidquam, quæ fiunt, nisi forte ex eventu et ex implicatione eorum, quæ providentia et fatum et voluntas primitus agunt, fortuitum illud primas illas efficientes causas subsequitur. Exempli gratia; vult judex homicidam punire, sed non huncce hominem, punit vero et hunc, quem nolebat, quum ipse homicidæ locum et conditionem assumsit. Ac primaria quidem ejus sententia est contra homicidam, ex eventu autem contra huncce hominem, quia sponte sua homicidæ personam suscepit. Contra cædem quidem patrare sceleratus volebat, sed hujus pœnas dare nolebat : adeo ut in hoc etiam præcesserit truculenta affectio homicidæ ex animi libertate pendens, ex eventu vero tormenta et verbera, quæ in hac accidere solent, subsecuta sint. Horum autem omnium causa est lex, quæ et judici voluntatem improbos puniendi indit, et homicidæ supplicium decernit. Idem plane de imperio etiam divino sentias, quum voluntas humana sceleribus admittendis intenta sit, judicum autem legis custodum voluntas scelera omni modo corrigere conetur, ex earum rerum concursu effici *divinam* illam *fortunam*, secundum quam is qui talia admisit, talibus pœnis dignus fit : (malorum consiliorum causam reo ad liberum arbitrium referente, debitæ autem pœnæ scelus secutæ ad judicum in legibus tuendis scientiam;) horum vero conciliatricem esse legem, quæ statuit, ut omnia, quantum fieri potest, bona sint, malum autem nihil. Hæc enim quum antea in Dei bonitate fuerit, non sinit inultos esse malos, ne malum permanens ad omnem bonorum sensum exstinguendum progrediatur, quorum recordationem pœnæ per legum vindices sontibus irrogatæ necessariam reddunt. Lex igitur, uti diximus, judices simul cum peccantibus inducit, per utrosque bonum sibi proprium efficiens. Si enim pœnas dare quam non dare utilius est et pœna ad corrigendam malorum enormitatem spectat, manifestum est, legem duo ista genera, alterum ut juvet, alterum ut juvetur, conjungere, quoniam illud quidem quod judicat, tanquam legis custodem, alteri præfecit, id vero quod natura comparatum est ut peccet atque judicetur, præstantiori tradidit, ut ipsum, tanquam legis violatorem, pro merito tractet, eo consilio ut legem, per quam malis afficitur, in memoriam aliquando mentemque revocet. Quam enim, quum male agebant, homines repudiabant, eam, quum mala patiuntur, expetunt. Exempli gratia, qui injuriam facit non vult Deum esse, ne vindictam, velut Tantali saxum, semper sibi impendentem habeat; at is qui injuria afficitur Deum vult esse, ut ejus

ἀδικούμενος βούλεται εἶναι θεόν, ἵν' ἐπικουρίας ὧν πέπονθε τύχῃ. Διὸ τοὺς ἀδικοῦντας εἰς τὸ ἀδικεῖσθαι περιστῆναι δεῖ, ἵν' ὃ μὴ ἔβλεπον ἐν τῷ δρᾷν, τῷ τῆς πλεονεξίας πάθει μεθύοντες, ἐν τῷ πάσχειν μεταμάθωσι, τῷ τῆς ἐλαττώσεως ἀνιαρῷ παιδευόμενοι, εἴ γε καλῶς ὑπέχοιεν δίκας. Εἰ δὲ τῇ ἰταμότητι τῆς προαιρέσεως ἔτι κακύνοιντο, αὐτοὶ μὲν ἴσως ἧττον ὠφελοῦνται· παράδειγμα δέ που γίνονται πάντως παιδευτικὸν τοῖς εὖ φρονοῦσι, καὶ διαισθάνεσθαι δυναμένοις τὰς αἰτίας τῶν τοιούτων παθῶν. Ταύτας τῆς κρίσεως ἀρχὰς κυριωτάτας ἀποδεχώμεθα, τὴν ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ, τὸν ἀπὸ ταύτης νόμον, τὸν ἐν ἡμῖν παρανομούμενον ὀρθὸν λόγον, καί, ὥσπερ τινὰ ἔνοικον θεόν, πλημμελούμενον· ἀποτέλεσμα δὲ τῆς κρίσεως, τὰ ἄλγεα, ὥς φησι, ταῦτα, ὅσα τραχύτερον ἡμῖν ποιεῖ τὸν βίον ταῖς περὶ σῶμά τε καὶ τὰ ἐκτὸς λύμαις· ἃ δὴ πράως φέρειν ὁ παρὼν εἰσηγεῖται λόγος ἐνθυμουμένους τὰς αἰτίας αὐτῶν, καὶ ὅσον οἷόν τε περικόπτοντας, καὶ μετατιθέντας εἰς ὠφέλειαν τὰ δοκοῦντα βλαβερά· μάλιστα μὲν τῶν θείων ἀγαθῶν ἑαυτοὺς ἀξίους παρέχεσθαι διὰ τῆς ἀκροτάτης ἀρετῆς. Εἰ δέ τῳ τοῦτο οὔπω ἐν ὀρέξει, τῶν γοῦν πολιτικῶν ἀγαθῶν διὰ τῆς μέσης ἀρετῆς τυγχανέτω. Τοῦτο γὰρ ἦν, ὃ πρὸς τὸ πάσχειν καλῶς τὰ ἀλγεινὰ καὶ ἰᾶσθαι αὐτὰ ἐπιταττόμεθα. Τίς οὖν ἡ ἴασις, ἢ τὰ προειρημένα πάντα, ἀφ' ὧν καὶ ἡ εὐλόγιστος τῶν ἀλγεινῶν ὑπομονή, καὶ ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος ὑποδείκνυται; Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων, ὅτι ὁ θεός, νομοθέτης ὢν ἅμα καὶ δικαστής, τίθεται μὲν τὰ ἀγαθά, ἀναιρεῖ δὲ τὰ κακά· διὸ καὶ πάντῃ κακῶν ἐστιν ἀναίτιος· τοὺς δὲ κακυνθέντας αὐτεξουσίοις ὁρμαῖς, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ὀρθὸν λόγον ἀμνημονήσαντας, ὡς μὲν κακοὺς κολάζει τῷ νόμῳ τῷ ἀπαγορεύοντι τὰ κακά· ὡς δὲ ἀνθρώπους, τῇ ἐπεισιούσῃ ἐπιπλοκῇ τοῦ νόμου πρὸς τὴν προαίρεσιν, ἣν δὴ τύχην καλοῦμεν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς τὸν ἄνθρωπον, ᾗ ἄνθρωπον, κολάζει ὁ νόμος, ἀλλ' ᾗ κακόν. Τοῦ δὲ κακὸν γενέσθαι τὴν πρώτην αἰτίαν εἶχεν ἡ προαίρεσις· ἐπειδὰν δὲ κακὸς γένηται, (ὅπερ ἦν ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ θεῷ,) τότε δίδωσι δίκας, (ὅπερ ἦν ἐπὶ τῷ θείῳ νόμῳ, ἀλλ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν). Σκοπὸς δὲ τοῦ νόμου μόνος ἂν εἴη πρέπων τε θεῷ, καὶ ἡμῖν ἐπωφελής, τὸ διακόψαι τὴν κακίαν, καὶ ἀποκαθᾶραι τοῖς παντοδαποῖς τῆς δίκης σωφρονισμοῖς, καὶ ἐπιστρέψαι τὴν ὑποπεσοῦσαν τῇ πονηρίᾳ ψυχὴν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ ὀρθοῦ λόγου. Καὶ οὕτως ἑστῶτος τοῦ νόμου, καὶ τὰ αὐτὰ ἀεὶ φθεγγομένου, τὴν ἀξίαν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ἄλλοτε ἄλλην ποιήσας οὐ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τυγχάνει· οὐ γὰρ δίκαιον τοῦτό γε, οὐδὲ ἡμῖν συμφέρον. Τὴν δὲ μεταβολὴν τῆς κρίσεως ἡ τοῦ κρινομένου μεταβολὴ δίδωσι· τὸν γὰρ μὴ τὸν αὐτὸν διαμείναντα πῶς τῶν αὐτῶν ἐστιν ἀξιοῦν; Καλῶς φέρειν οὖν τὰς δαιμονίας τύχας δεῖ, καὶ μὴ ἀγανακτεῖν διδόντα δίκην, καί, ὅσον ἐπὶ τῇ θείᾳ κρίσει, καθαιρόμενον, διὰ τῶν δοκούντων ἐμποδίων εἶναι πρὸς εὐπάθειαν τοῦ τῆδε βίου. Ὁ δὲ τοιοῦτος λογισμὸς ἴασίς τε γίνεται τῶν προημαρτημένων, καὶ ἐπιστροφὴ πρὸς τὸν ἐνυπάρχοντα ἡμῖν

---

auxilio remedium eorum quæ passus est consequatur. Oportet igitur eos qui injuriam inferunt, ipsos injuria affici, ut quod in ea inferenda lucri cupiditate ebrii non videbant, id patiendo addiscant, damni molestia edocti, si modo recte supplicium ferant. Sin autem voluntatis protervitate ducti in malo perseverent, ipsi fortasse minus ex ea re utilitatis percipiunt; at exemplum certe præbent quo doceantur alii qui sapiunt et qui ejusmodi malorum causas sensu percipere queunt. Primaria igitur judicii fundamenta hæc agnoscamus, Dei bonitatem, legem ab ea manantem, et rectam quæ nobis inest rationem violatam et, tanquam domesticum quendam Deum, injuriâ affectam: judicii autem effectum ἄλγεα illa, uti vocat, quæcunque asperiorem nobis vitam corporis malis atque externis vexationibus faciunt; quæ quidem carmen hic patienter nos ferre docet, illorum causas reputantes et quantum possumus præcidentes, atque ea quæ noxia videntur in nostram rem convertentes: præcipue vero cœlestibus bonis nos per summam virtutem dignos præstare. Si quis vero nondum horum desiderio tenetur, civilia saltem bona mediæ virtutis ope consequatur. Hoc enim illud est quod ad calamitates recte ferendas easque sanandas nobis præcipitur. Quodnam igitur remedium est, nisi ante dicta illa omnia, quibus et ærumnarum tolerantia rationi consentanea et sanandi methodus demonstratur? Eorum vero quæ dicta sunt summa est, quod Deus qui legumlator simul et judex est ea ponit quæ bona sunt, mala autem tollit, unde fit ut ille nequaquam malorum causa sit, sed eos qui sua sponte in flagitia se ingurgitaverint rectamque in se rationem neglexerint, tanquam improbos secundum legem quæ mala prohibet pœnis afficiat, tanquam homines vero, secundum eam legis cum voluntate implicationem accedentem, quam utique fortunam nominamus. Lex enim hominem non simpliciter, quatenus homo est, sed quatenus malus est, punit. Prima autem causa, cur quis malus fieret, sua ipsi fuit voluntas: postquam vero malus factus est, (quod nostri erat arbitrii, non autem in Dei potestate,) tunc pœnas dat, (quod in lege, non autem in nostra potestate positum est). Solus porro legis scopus et Deo conveniens et hominibus utilis fuerit vitiorum coercitio et per quaslibet justitiæ castigationes purgatio atque animi in vitium prolapsi conversio ad rectæ rationis recordationem.

ὀρθὸν λόγον· πῶς γὰρ ὁ κακίας εἶναι καρποὺς τὰ ἀλγεινὰ τιθέμενος, οὐ φεύξεται τὴν εἰς ταῦτα κατάγουσαν αὐτὸν αἰτίαν, καί, εἰ δεῖ χαλεπαίνειν ἐν τοῖς λυπηροῖς, ἑαυτῷ μᾶλλον οἰήσεται δεῖν χαλεπαίνειν, ἢ τῷ κωλύοντι τὴν πονηρίαν θεῷ διὰ τῶν ὀργάνων τῆς δίκης, δι' ὧν ἔστι συνιέναι καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι, οἷον ἦν ἄρα ἀγαθὸν μὴ ἀφίστασθαι τῶν θείων νόμων, μηδὲ ἑκόντας κακύνεσθαι. Οὐ γὰρ ὡς ἔτυχε τὰ ἀλγεινὰ τοῖς ἀνθρώποις διανέμεται, εἴπερ θεὸς καὶ δίκης ὅροι προεστήκασιν ἡμῶν, τὴν ἀξίαν *μοῖραν* ἐφ' ἑκάστοις ἐπάγοντες· διό, καὶ τὸ *οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τὰ ἀλγεινὰ* συμπίπτειν, εὔλογον. Πρῶτον μὲν γὰρ *οἴσουσιν* αὐτὰ *πράως* τῇ εὐαρεστίᾳ τῆς θείας κρίσεως, καὶ τῇ τῆς ἀρετῆς προσκτήσει, δι' ἣν πραότερα μὲν τὰ χαλεπὰ γίνεται. Καὶ εὔελπις δὲ τοῦ λοιποῦ ὁ βίος μηδαμῶς ἐνοχλήσειν ἡμᾶς τὰ τοιαῦτα, εἴπερ ἀγαθοῖς γενομένοις, κατὰ μὲν τὴν ἀκροτάτην ἀρετὴν τὰ θεῖα ἀγαθὰ ἡμῖν ἀπόκειται, κατὰ δὲ τὴν μέσην ἕξιν, τὰ ἀνθρώπινα. Ἔπειτα καὶ *ἰάσονται κατὰ δύναμιν* τὰ τοιαῦτα ἐξ αὐτοῦ τοῦ *φέρειν πράως*, τὰς μεθόδους τῆς θεραπείας αὐτῶν διδασκόμενοι. Πῶς γὰρ οἷόν τε ταῖς ἱεραῖς ἱκετείαις θεοπρεπῶς χρήσασθαι, μὴ πρόνοιαν καὶ δίκην ἐφορᾶν τὰ ἀνθρώπινα τιθεμένους, καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἀθάνατον οὖσαν τοιούτων ἑκάστοτε τυγχάνειν τῶν ἔξωθεν, οἵων ἂν ἑαυτὴν ἀξίαν παράσχηται ἐκ τῶν προαιρετικῶν κινημάτων; Ὁ γὰρ μὴ εἰς ταῦτα ἀναφέρων τὴν παροῦσαν μοῖραν, πόθεν τοῦ πράως φέρειν αὐτὴν τὰς ἀφορμὰς λήψεται; πόθεν δὲ τοῦ ἰᾶσθαι τὴν τέχνην; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Εὐαρεστῆσαι μὲν γὰρ αὐτόθεν τοῖς τοιούτοις οὐκ ἔστιν, ὡς ἀδιαφόροις, ἢ καὶ ἀμείνοσι τῶν ἐναντίων, ἐπειδὴ παρ' ἑαυτῶν φευκτὰ εἶναι φαίνεται, ἀλγεινὰ ὄντα καὶ ἐπίπονα. Τὰ δὲ τοιαῦτα οὐ προσίεται ἡμῶν ἡ φύσις, ὡς τὰ δι' ἑαυτὰ αἱρετά, εἰ μὴ ἄρα ἀγαθόν τι προσδοκώμενον εἴη ἐπὶ τῇ τληπαθείᾳ τῶν δυσχερῶν. Ἀνάγκη οὖν δυσχεραίνειν, καὶ δυσαρεστίας ἐμπίπλασθαι, καὶ προσεπιτείνειν τὰ ἀλγεινὰ ἐκ τῆς περὶ τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἀγνοίας, καὶ οὐδὲν μὲν ἧττον διδόναι δίκας· τὴν μεγίστην δὲ ἐπικτᾶσθαι κακίαν, ἐὰν ἀπρονόητον τὸ πᾶν, ἢ κακῶς φροντιζόμενον, οἰηθῶμεν. Τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ μὴ οἴεσθαι εἶναι θεόν, ἢ ὄντα μὴ προνοεῖν, ἢ προνοοῦντα μὴ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ δίκαιον· ἃ δὴ τῆς παντοδαπῆς ἀσεβείας ἐστὶ συνεκτικώτατα, καὶ πρὸς πᾶσαν κακίαν συνωθοῦντα τὸν τοῖς τοιούτοις ἑαλωκότα δοξάσμασιν. Ὡς γὰρ ἡ εὐσέβεια μήτηρ τῶν ἀρετῶν ἀνεφάνη, οὕτω καὶ πάσης κακίας ἡγεμών, ἡ τῆς εὐσεβείας ἀπόπτωσις. Μόνος οὖν ἐξευρήσει τούτων τὴν *ἴασιν* ὁ *πράως* αὐτὰ *φέρειν* ἐκδεδιδαγμένος. Τοῦτο δὲ διὰ φιλοσοφίας μόνης παραγίνεται, τὰς πάντων τῶν ὄντων οὐσίας ἀκριβῶς ἐπισταμένης, καὶ τὰς ἑπομένας ταῖς οὐσίαις αὐτῶν ἐνεργείας, ὧν εἱρμὸς καὶ σύνταξίς ἐστιν ἡ τῶν ὅλων διοίκησις, ἀφ'

Cum igitur ita fixa sit lex eademque semper loquatur, is non semper eadem consequitur, qui dignitatem suam subinde mutavit; neque enim illud justum esset, neque nobis utile. Sed judicii mutationem facit ejus qui judicatur mutatio : quo enim pacto ille, qui non idem manet, iisdem dignus haberi possit? Igitur *leniter ferenda est divina fortuna ;* nec indignari oportet eum qui pœnas luit et, quoad potest judicium divinum, purgatur per ea quæ hujus vitæ voluptatibus obstare videntur. Hujusmodi vero consideratio est et priorum delictorum medicina et ad rectam, quæ nobis inest, rationem conversio : qui enim fieri potest, ut is qui credit vitiorum fructus esse dolores, non devitet causam illos ipsi afferentem, et, si in miseriis decet indignari, sibi potius succensendum esse arbitretur, quam Deo, qui vitium iis justitiæ instrumentis castigat, unde quis intelligere et recordari possit, quale fuerit bonum non desciscere a divinis legibus neque sponte sua in flagitia se ingurgitare? Non enim fortuito calamitates distribuuntur hominibus, siquidem Deus justitiæque leges nobis præsunt et meritam singulis sortem tribuunt : quamobrem consentaneum est, non ita magnas bonis calamitates accidere. Primum enim eas *leniter ferent*, quia in divino judicio acquiescunt et virtutis possessione gaudent, propter quam mitiora fiunt ea quæ molesta sunt. Quin et bona spes est, talem in posterum nostram fore vitam, ut nequaquam hujusmodi res nos perturbent, quandoquidem nobis bonos mores assecutis, si summa virtus contigit, divina bona, si medius habitus, humana reservantur. Præterea etiam medebuntur talibus quoad poterunt, ipsa leniter ferendi ratione medendi viam edocti. Quomodo enim ii sacris supplicationibus ad divinum numen accommodate uti possunt, qui providentiam et justitiam res humanas inspicere et administrare negant, et animum nostrum, quum sit immortalis, externa illa semper nancisci, quibus se ex voluntariis motibus dignum præbuerit? Qui enim ad hæc sortem præsentem non retulerit, unde eam leniter ferendi facultatem consequi aut unde medendi artem discere possit, dici profecto nequit. Neque enim in talibus confestim acquiescere licet, quasi indifferentia sint aut etiam contrariis meliora, quia per se fugienda ea esse apparet, ut quæ gravia sint et molesta. Ea autem, quæ ejusmodi sunt, natura nostra non, ut per se eligenda, admittit, nisi boni quid e malorum patientia exspectetur. Quocirca necesse est, nos ea ægre ferre eorumque tædio compleri et propter naturæ nostræ ignorantiam dolores augere ac nihilominus pœnas dare, in maximum vero im-

ῆς καὶ τὰς δαιμονίας τύχας ἀπονέμεσθαι ἀνάγκη· εἶναι δὲ τὴν ἑκάστῳ ἀπονεμηθεῖσαν ἀξίαν, τὴν νῦν λεγομένην μοῖραν, ἠρτημένην τῆς τε προνοίας τοῦ θεοῦ καὶ τῆς κοσμικῆς εὐταξίας καὶ τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως. Εἰ γὰρ μὴ εἴη θεοῦ πρόνοια, οὐκ ἂν εἴη τάξις ἐν κόσμῳ, ἣν καὶ εἱμαρμένην ἄν εἴποι τις. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα εἴη, δίκη καὶ κρίσις τῶν κακῶν οὐκ ἂν γένοιτο· ἀλλ' οὐδὲ τιμὴ καὶ ἀποδοχὴ τῶν ἀγαθῶν. Προνοίας δὲ οὔσης καὶ τάξεως, πάντας ἔδει τοὺς νῦν γεννωμένους τῶν ἴσων ἀγαθῶν τυγχάνειν, εἰ μηδὲν παρ' ἑαυτῶν εἰς τὴν ἀνισότητα συνετέλεσαν. Φαίνονται δὲ οὐ τῶν ἴσων τυγχάνοντες. Δῆλον οὖν, ὡς τὸ τῆς προαιρέσεως ἄνισον, ὑποβληθὲν τῇ τῆς προνοίας κρίσει, οὐκ ἐᾷ τὴν ἴσην αὐτοῖς ἀπονέμεσθαι μοῖραν, εἴγε τῶν πρὸς ἀξίαν ἀνάγκη τυγχάνειν. Μὴ ταραττέτω δὲ ἡμᾶς τὸ καὶ ἐπὶ ζῴων ἀλόγων, καὶ φυτῶν, καὶ αὐτῶν τῶν ἀψύχων τὴν αὐτὴν ἀνωμαλίαν ἐπιφαίνεσθαι, ἣν καὶ ἐπ' ἀνθρώπων. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο τὰ καθ' ἡμᾶς ἀπρονόητα, εἴγε ἐκείνοις ταῦτα, ὡς ἔτυχε, συμβαίνει, ἢ καὶ ἐπ' ἐκείνων δίκη καὶ κρίσις, καὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἐκλογισμοί, ἐπεὶ τὰ καθ' ἡμᾶς οὕτως ἠκρίβωται. Πρῶτον μὲν γὰρ τὰ ἄψυχα οὕτως ἔκκειται ὡς κοινὴ ὕλη φυτοῖς, καὶ ζῴοις, καὶ ἀνθρώποις· ἔπειτα τὰ φυτὰ ζῴοις καὶ ἀνθρώποις κοινὴ τροφὴ πρόκειται, καὶ ἔνια δὲ ζῴων ζῴοις τε καὶ ἀνθρώποις. Διὸ καὶ ποιεῖ ταῦτα εἰς ἄλληλα, οὐ τὴν τῶν πασχόντων ἀξίαν ἐπισκεπτόμενα, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν πεῖναν ἢ τὴν νόσον θεραπεύοντα, καὶ ὅλως τὸ ἐνδεὲς αὐτῶν πληροῦντα, ὅθεν ἂν τοῦτο ποιεῖν ἐξῇ. Ὥστε δυστυχίας ἀφορμὴν εἶναι τοῖς ζῴοις τὴν ἡμετέραν χρείαν ἐκ τῶν παρατυχόντων πληρουμένην, καὶ τῆς δοκούσης εὐτυχίας αὐτοῖς αἴτιον τὸ παρ' ἡμῶν προσπαθές. Εἰ μὲν οὖν προϊὼν ὁ λόγος καὶ ἄλλους κρείττονας ἡμῶν τινας ἀντεισήγαγεν οὕτως ἀποχρωμένους ἡμῖν πρὸς πλήρωσιν τῆς ἑαυτῶν ἐνδείας, ὡς ἡμεῖς τοῖς ἀλόγοις φαινόμεθα χρώμενοι· θνητοὺς ἐκείνους ἔδει ὁμολογεῖν, καὶ φαίνεσθαι τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων εἰς τὴν ἐκείνων χρείαν ἀναλισκόμενα. Εἰ δὲ μηδὲν τῶν πρὸ ἀνθρώπου θνητόν, (ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἔσχατος ὢν τῶν λογικῶν γενῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀθάνατος εἰς σῶμα θνητὸν ἐκ περιστάσεως ἔρχεται, καὶ συγγενές τι τοῖς ἀλόγοις ἀναλαβὼν ὄργανον ἐπὶ γῆς πολιτεύεται,) οὐδὲν ἂν εἴη τὸ ταῖς ἡμετέραις δυστυχίαις εἰς τὴν ἑαυτοῦ θοίνην ἀποχρησόμενον· οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀτάκτως χρησόμενον ἡμῖν προθυμίᾳ πληρώσεως. Δίκη τοίνυν καὶ τάξις τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀθανάτοις τοὺς ὅρους τῆς περὶ ἡμᾶς διοικήσεως νομοθετεῖ, ταῦτα μηχανᾶσθαι περὶ ἡμᾶς ἃ τήν τε ἐνταῦθα κακίαν ἡμῶν ἐλαττοῖ, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐπιστρέφειν ἡμᾶς δύναται. Κήδονται γὰρ ἡμῶν, ὡς συγγενῶν ἐκπεσόντων. Ὅθεν αἰδὼς καὶ νέμεσις

probitatis crimen incurrere, si mundum providentia non regi aut male administrari existimemus. Hoc vero idem est ac si quis putet Deum non esse, vel, si sit, minime providere, vel denique, si provideat, bonum et justum non esse; quæ quidem nullum non impietatis genus complectuntur, eumque cui tales insederunt opiniones ad quælibet scelera impellunt. Ut enim pietas erga Deum virtutum mater apparuit : ita vitiorum omnium dux pietatis desertio est. Horum igitur medicinam is solus invenerit qui ea leniter ferre didicerit. Id autem per philosophiam solam efficitur, quæ rerum omnium naturas actionesque earum naturis consentaneas accurate novit, quarum series et ordo est illa universitatis administratio, a qua et *divinas fortunas* dispensari necesse est; suam vero cuique pro meritis tributam mercedem *sortem* esse quæ hic vocatur, quæ ex Dei providentia et recto mundi ordine atque hominum voluntate pendet. Si enim nulla esset Dei providentia, nullus foret in mundo ordo, quod et fatum quis appellet. Si vero hæc abessent, nullum foret jus et de sceleratis judicium, imo nec bonorum præmium et comprobatio. Positis vero providentia atque ordine, oportuit omnes jam natos æqualibus frui bonis, si nihil de suo ad inæqualitatem contulissent. Apparet autem eos æqualia non consequi. Manifestum igitur est, voluntatis inæqualitatem, providentiæ judicio subjectam, obstare quo minus æqualis eis sors distribuatur, siquidem eos meritis digna consequi necesse est. Verum ne nos id conturbet, quod in brutis quoque animalibus et plantis et ipsis etiam inanimis eadem quæ in hominibus appareat inæqualitas. Non enim ideo res nostræ sine providentia gubernantur, quia illis hæc fortuito contingunt; neque etiam in illis jus et judicium et virtutis vitiique rationes valent, quoniam res nostræ ad normam illam exiguntur. Primum enim inanima ita in medio posita sunt, ut communis materia plantis et bestiis et hominibus; deinde plantæ bestiis et hominibus tanquam commune alimentum cedunt, quin et bestiæ nonnullæ bestiis atque hominibus. Quapropter hoc modo se invicem tractant, non spectatis eorum quibus nocent meritis, sed ut famem suam depellant vel morbum curent, atque omnino ut suam inopiam, undecunque liceat, levent; adeo ut bestiis infelicitatis occasio sit nostra indigentia, quæ e rebus forte obviis expletur, atque felicitatis qua frui videntur causa sit nostra erga eas affectio. Si igitur progressa oratio et alios quosdam vicissim nobis præstantiores induxisset, qui nobis eodem modo ad levandam inopiam suam uterentur, quo nos fere brutis animalibus utimur, mortales eos esse fatendum foret hominumque corpora in eorum

καὶ αἰσχύνη ἀποτρέπουσαι τῶν κακῶν, ἀνθρώπους μόνους ἐπιστρέφεσθαι λέγονται ὀρθῶς. Τὸ γὰρ λογικὸν ζῷον μόνον συναισθάνεσθαι τῆς δίκης πέφυκε. Τοῖς μεγίστοις οὖν ὅροις διεστῶτας ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἀλόγων διεστώσῃ πάμπολυ καὶ τῇ διοικήσει χρῆσθαι προσήκει. Σύμμετρος γὰρ ταῖς οὐσίαις τῶν ὄντων καὶ ὁ τῆς προνοίας θεσμός· καὶ ὡς ἕκαστα ὑπέστη παρὰ τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ, οὕτω καὶ προνοίας ἀξιοῦται. Φαίνεται δέ, ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ἑκάστην αὐτὸς ὑποστήσας· ἐπὶ δὲ τῶν ἀλόγων μόνα γένη, προτείνων τῇ διαπλαττούσῃ αὐτὰ φύσει, ὡς Πλάτωνι δοκεῖ, καὶ Τιμαίῳ τῷ Πυθαγορείῳ, οὐδὲν μὲν προσεχὲς τῶν θνητῶν δημιούργημα εἶναι τοῦ θεοῦ τιθεμένοις, τὰς δὲ ἀνθρωπίνας ψυχὰς γίνεσθαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος τοῖς τε ἐγκοσμίοις θεοῖς, καὶ τοῖς δαίμοσιν, ἢ τοῖς ἀγαυοῖς ἥρωσι· διὸ πρόνοια ἐπ' ἀνθρώπων ἐστὶ καθ' ἕνα ἕκαστον, πῶς ἀφίσταται τῶν ἐκεῖ· πῶς πρὸς τὰ τῇδε νεύει· πῶς ἐνταῦθα πολιτεύεται· πῶς ἂν ἐντεῦθεν ἀνακομισθείη ἐκεῖσε· ὧν οὐδὲν δεῖ περὶ τῆς ἀλόγου ζωῆς πραγματεύεσθαι. Οὔτε γὰρ ἦλθεν ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι θεῷ· οὔτε ἐπὶ γῆς δύναται πολιτεύεσθαι, ὡς φυτὸν οὖσα οὐράνιον· οὔτε πρός τι ξύννομον ἄστρον ἀνάγεσθαι πέφυκε. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἀπολελογήσθω ἡμῖν πρὸς τοὺς δυσχεραντικούς, καὶ πανταχόθεν τὸ ἀπρονόητον κατασκευάζοντας· πρὸς οὓς καὶ ταῦτα εἰπεῖν δίκαιον, ὅτι ἐκ μὲν τοῦ πράως τὰ δυσχερῆ φέρειν ὁ ἀνθρώπινος τρόπος εὐλόγιστος ἀναφαίνεται, καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἐπελαφρύνων τὰ δυσχερῆ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἰώμενος. Ὑμεῖς δὲ ἀγανακτοῦντες τί καὶ ὀνήσετε, εἰ μὴ μόνον προσθείητε τοῖς πόνοις τὸ μέγιστον τῶν κακῶν ἀσέβειαν, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ χαλεπὰ τραχύτερα ἑαυτοῖς ἐξεργάσησθε τῷ παρὰ τὴν ἀξίαν πάσχειν αὐτὰ δοκεῖν; Ὁ γὰρ νοσῶν ἐὰν ἀγανακτῇ ὅτι νοσεῖ, δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον νοσήσει. Διὸ οὐδὲ χαλεπαίνειν δεῖ πρὸς τὴν ἀξίαν τῆς ἀποδόσεως γινομένης, ἵνα μὴ καὶ χειρόνων ἐν ἕξει γενώμεθα, διὰ τὴν ἐπὶ τοῖς παροῦσι βλάσφημον δυσφορίαν. Σκεψώμεθα δὲ αὐτὸ καὶ τῇδε· εἴ τις πενίαν λαβὼν πράως φέρει, πρὸς τῇ ἀπὸ τῆς πραότητος ἀλυπίᾳ, καὶ ἐξευρήσει τινὰ τοῦ βίου παραμυθίαν· τοῦτο μέν, τοῦ λογισμοῦ πόρον ἐξευρίσκοντος εὐλόγου διατροφῆς, τῷ μὴ συγκεχύσθαι τῇ λύπῃ· τοῦτο δέ, ἀγαμένων αὐτὸν τῶν πλησίον τῆς ἔμφρονος καρτερίας, καὶ συνεκποριζόντων, ὅση δύναμις, τὰ ἀναγκαῖα πρὸς τὸν βίον. Ὁ δὲ ἀγανακτῶν, καὶ γυναικείως πικραινόμενος, πρῶτον μὲν ἑκουσίας λύπας προσκτᾶται· ἔπειτα προσδεδεμένος τῷ

---

usum consumta videri. Quodsi nihil eorum quæ homine superiora sunt morti obnoxium sit (quoniam ipse in intelligentium naturarum genere ultimum locum tenens atque idcirco immortalis in mortale corpus casu adverso oppressus venit, assumtoque organo quodam bestiis cognato in terra versatur), nihil esse queat, quod miseriis nostris ad suas epulas abutatur, ideoque nihil etiam quod nobis immoderate ad cupiditatem suam explendam utatur. Justitia igitur et ordo immortalibus illis, qui nobis superiores sunt, suæ rerum nostrarum administrationis leges præscribunt, ut ea circa nos moliantur, quæ et nostram hîc pravitatem minuant et eo valeant, ut ad ipsos reducamur. De nobis enim, tanquam de cognatis exsulibus, solliciti sunt. Quapropter pudor et ultio divina et dedecus, quorum ope a malis avertimur, homines solos ad virtutem revocare recte dicuntur. Solum enim rationale animal justitiæ sensu afficitur. Nos igitur qui longissimo a bestiis intervallo distamus, gubernationis etiam modo longe diverso tractari oportet. Est enim rerum naturis congruens etiam providentiæ lex, et quemadmodum singula a mundi opifice Deo creata sunt, sic et providentia ejus fruuntur. Videtur autem Deus in hominibus singulas ipse animas creasse, in brutis vero animalibus sola genera naturæ eorum fictrici proposuisse, uti Platoni et Timæo Pythagorico placet, qui nihil dignitate proximum e mortalium genere a Deo creatum esse statuunt, animas autem humanas ex eodem cratere, e quo mundani dii et dæmones sive illustres heroes exstiterunt, esse factas; quamobrem circa unumquemque hominem providentiæ observatio versatur, quomodo a superis discedat, quomodo in hæc terrestria inclinet, quomodo hîc degat, quomodo hinc demum illuc revertatur : quorum nihil de anima rationis experte dici convenit. Neque enim illa huc venit, quando Deum amplius sequi non potuit, nec potest in terra versari, ut quæ planta cœlestis sit, neque natura talis est, ut ad astrum aliquod ipsi congruens reducatur. Atque hæc quidem a nobis adversus indignabundos, qui quovis modo providentiam tollunt, in præsens dicta sint, adversus quos et hæc jure dicantur, hominum mores ex eo apparere rationi consentaneos, quod res adversas leniter ferendo in præsens allevent et remedium earum in posterum parent. Vos autem qui indignamini, quid tandem proficietis, nisi quod impietatem, malorum omnium maximum, calamitatibus vestris additis, atque ipsas etiam ærumnas vobis eo asperiores facitis, quod iis præter merita vos affici existimatis? Is enim, qui morbo laborat, si morbum indignetur, eo ipso gravius laborabit. Quare non est quod succenseamus, si quid pro meritis nobis retribuitur, ne propter maledicam præsentium malorum impatientiam in deteriorem etiam habitum prolabamur. Consideremus vero rem istam hoc quoque modo : si quis ad egestatem redactus

τὴν πενίαν πενθεῖν, ἄπορος παντελῶς γίνεται, οὔτε παρ' ἑαυτοῦ τι σχολάζων εἰς πόρον συμβάλλεσθαι, οὔτε παρὰ τῶν πλησίον συντελούμενος, ὅσον μὴ ἐλέου χάριν αὐτῷ τις προσρίψειεν· ὃ πάλιν ἐκ τῆς διαθέσεως τοῦ διδόντος ἐπιτείνει τὴν λύπην τῷ εἰς τοῦτο χρείας καταστάντι. Ἐκ πάντων οὖν τῶν εἰρημένων πράως φέρειν δεῖ τὰ συμβαίνοντα, καὶ ὅση δύναμις ἰᾶσθαι δεῖ, ταῖς ἀδιαστρόφοις ἐννοίαις τὰς αἰτίας αὐτῶν ἐκλογιζομένους, καὶ συνορῶντας, ὅτι προνοίας οὔσης, οὐκ ἀμελεῖται ὁ ἀγαθὸς νῦν γενόμενος, κἂν παλαιῶν μηνιμάτων ἐφέλκηται στίγματα. Κατ' αὐτὸ γὰρ τὸ κτᾶσθαι τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἐπίπονον αὐτῶν διαφεύγει, καὶ τὴν ἴασιν ἐξευρίσκει, παρ' ἑαυτοῦ μὲν τὴν βοήθειαν τῆς ἀλυπίας εἰσφέρων, παρὰ δὲ τῆς προνοίας τὴν ἀπόλυσιν τῶν χαλεπῶν κομιζόμενος. Ἡ γὰρ ἡμετέρα κακία, καὶ κρίσις θεία τιμωρουμένη τὴν πονηρίαν, τὰ χαλεπὰ συνεφόρησεν· εἰκότως δὲ ταῦτα λύεται πάλιν ἀρετῇ τε ἡμετέρᾳ, καὶ νόμῳ προνοίας, ἀπολύοντι τῶν κακῶν τοὺς παρ' ἑαυτῶν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπιδεδωκότας. Τοσαῦτα ἂν λάβοιμεν καὶ ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν δόγματα πρὸς ἀρετῆς στοιχείωσιν συντελοῦντα. Τοὺς γὰρ περὶ προνοίας, καὶ εἱμαρμένης, καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ἀληθεστάτους λόγους περιέχοντα ἀναπέφηνε, δι' ὧν τὸ τῆς τῶν φαινομένων ἀνωμαλίας δύσκολον ἀπηύθυνεν ὁ λόγος, καὶ διὰ πάντων ἀπέδειξε τῶν κακῶν ἀναίτιον τὸν θεόν. Εἰ δέ τις ταῦτα τοῖς προτέροις ἐπισυνάψειεν, εἷς ἐκ πάντων ἀναφανήσεται λόγος, τὴν τῆς ψυχῆς ἀϊδιότητα βεβαιούμενος. Τὸ γὰρ δικαιοσύνην ἀσκεῖν, καὶ γενναίως ἀποθνήσκειν, καὶ περὶ τὰ χρήματα ἐλευθερίως διακεῖσθαι, τοῦ μὴ συναποθνήσκειν τῷ σώματι τὴν ψυχὴν μάλιστα χρῄζει πρὸς κατασκευήν, ὡς ἤδη εἴρηται. Τὸ δὲ τὰς δαιμονίας τύχας πράως φέρειν, καὶ ἰᾶσθαι δύνασθαι, τοῦ μὴ συγγεννᾶσθαι τῷ σώματι τὴν ψυχὴν νῦν ἐφάνη δεόμενον· ἐκ δὲ ἀμφοτέρων τὸ γενέσεως καὶ φθορᾶς κρείττονα εἶναι τὴν ψυχὴν ἀποδείκνυται, καὶ ἑτέραν οὐσίαν παρὰ τὸ θνητὸν σῶμα, αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν οὖσαν ἀΐδιον. Οὐ γὰρ οἷόν τέ ἐστιν ἀπό τινος χρόνου προελθόν τι εἰς γένεσιν εἰς ἀεὶ διαμένειν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἐξ ἀϊδίου τὴν ὑπόστασιν ἔχον ποτὲ φθορὰν ἀναδέξασθαι. Εἴπερ οὖν μετὰ τὴν τοῦ σώματος φθορὰν ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ διαμένουσα δίκης καὶ κρίσεως τυγχάνει, καὶ τῶν ἐπιτηδευθέντων ἐν τῷ βίῳ τὰς πρὸς ἀξίαν ἀμοιβὰς ἀποδέχεται, οὐχ οἷόν τε δὲ εἰς ἀεὶ διαμένειν τὸ ἀπὸ χρόνου γενόμενον· δῆλον, ὡς καὶ πρὸ τούτου ἦν τὸν ἅπαντα χρόνον. Καὶ οὕτω τῶν ἀϊδίων

---

rerum omnium inopiam leniter ferat, is præter indolentiam ex animi lenitate ortam simul vitæ solatium aliquod inveniet, partim, quod ratio idonei victus viam patefaciet, si dolore non conturbetur, partim quod vicini, patientiæ ejus prudentiam admirantes, ei suppeditabunt, quantum possunt, quæ ad vitam necessaria erunt. Is vero qui indignatur et muliebriter exacerbatur primum dolores sponte sibi arcessit, deinde in lugenda paupertate defixus omnino inops fit, quum neque ipsi vacet ad sublevandam inopiam suam quidquam conferre, neque vicinorum collationibus sublevetur, nisi quis misericordia commotus aliquantulum ei stipis projecerit, quod rursus ex dantis affectu dolorem ejus auget, quem tanta urget penuria. Sequitur igitur ex ante dictis omnibus, nos casus adversos leniter ferre debere eisque quantum possumus mederi, causas eorum recto judicio expendentes intelligentesque, quum præsit nobis providentia, eum non negligi qui jam factus sit bonus, quamvis veteris iræ signa retineat. Nam per ipsam virtutis adeptionem eorum etiam molestiam effugit et medicinam invenit, ex se ipso indolentiæ præsidium afferens et a providentia malorum liberationem obtinens. Nostra enim pravitas et Dei improbitatem ulciscentis judicium calamitates invexerunt; hæ vero rursus jure dissolvuntur virtute nostra et providentiæ lege, quæ eos malis liberat qui sponte sua virtuti se dediderint. Tot sane vel ex hisce versibus præcepta haurire queamus, quæ ad virtutis traditionem conferunt. Hi enim videntur providentiæ et fati et liberi arbitrii verissimas rationes complecti, quibus nos inæqualitatis, quæ in rebus apparet, difficultatem explicavimus et malorum culpam Deo nequaquam attribuendam esse demonstravimus. Quodsi quis hæc cum superioribus conjungat, una ex omnibus apparebit ratio quæ animi æternitatem confirmet. Ad hanc enim opinionem probandam, justitiam colendam esse, mortem fortiter occumbendam, liberaliter divitiis utendum animus corporis morte non deletus, ut jam diximus, maxime necessarius est. Ad divinam autem fortunam leniter ferendam ejusque vulnera, quantum possumus, sananda egere nos animo, qui non una cum corpore generatus sit, apparet : ex utroque vero demonstratur, animum generationis et corruptionis expertem esse diversamque a mortali corpore naturam, quæ ipsa per se æterna sit. Neque enim fieri potest, ut quod inde ab aliquo tempore ortum est, id in æternum duret, quemadmodum neque illud quod ex omni æternitate exstitit unquam corruptionem admittet. Si igitur animus post corporis interitum superstes pœnam atque judicium subit et eorum quæ in vita gessit mercedem pro meritis accipit, neque id perpetuo manere potest quod ortum aliquando habuit, manifestum est animum etiam ante hoc corpus semper fuisse. Atque ita inter æterna rerum parentis Dei opera humanus etiam animus

γεννημάτων τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ καὶ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀνευρίσκεται, ὅθεν αὐτῇ καὶ τῆς θείας ὁμοιώσεως μέτεστιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο μετρίας ὑπομνήσεως ἔτυχε, καιρὸς ἂν εἴη καὶ τὰ λοιπὰ ἐπισκέψασθαι.

XII. 21—24.

Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
εἴργεσθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ἤνπερ τι λέγηται,
πράως εἶκε.

Ἡ ἀνθρωπίνη προαίρεσις μήτ' ἐν ἀρετῇ ἀεὶ ἑστῶσα, μήτ' ἐν κακίᾳ, καὶ τοὺς διὰ φωνῆς προϊόντας λόγους ἐπαμφοτερίζοντας ἀπεγέννησεν, ὡς ἐοικότας ταῖς ἐναντίαις αὐτῆς διαθέσεσι. Διὸ τῶν λόγων ἐγένοντο οἱ μὲν ἀληθεῖς, οἱ δὲ ψευδεῖς, οἱ δὲ ἀγαθοί, οἱ δὲ κακοί. Ἡ δὲ διαφορὰ αὕτη ἐπιστημονικῆς δεῖται διακρίσεως, ὅπως τοὺς μὲν ἀμείνονας ἐκλεξώμεθα, τοὺς δὲ χείρους ἀποβάλωμεν, καὶ μήτε μισολογίαν νοσήσωμεν παντελῆ, διὰ τὴν τῶν χειρόνων λόγων κατάγνωσιν, μήτε ἀδιακρίτως πάντας εἰσδεξώμεθα, διὰ τὴν τῶν ἀμεινόνων ἀποδοχήν. Ἕπεται γὰρ τῇ μὲν μισολογίᾳ τὸ καὶ τῶν ἀγαθῶν λόγων ἑαυτοὺς ἀποστερεῖν, τῇ δὲ ἀκρίτῳ φιλολογίᾳ, τὸ λανθάνειν βλαπτομένους ὑπὸ τῶν κεκακουργημένων λόγων. Φιλολογίαν οὖν ἀσκήσωμεν μετὰ κρίσεως τῆς ἀρίστης, ἵνα ἡ φιληκοΐα πᾶν ἕλκῃ τὸ γένος τῶν λόγων, ἡ δὲ κρίσις ἀπωθῆται τὸν χείρονα. Καὶ οὕτω τὸ Πυθαγορικὸν τηρήσομεν παράγγελμα, μήτε ἐκπληττόμενοι τοὺς πονηροὺς τῶν λόγων, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι λόγοι εἰσίν, ἀκρίτως αὐτοὺς εἰσδεχόμενοι· μήτε τῶν ἀγαθῶν εἰργόμενοι, διότι λόγοι ἦσαν ὁμοίως τοῖς χείροσι. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχί, ᾗ λόγοι, μεταδιώκοιντο, ἀλλ' ᾗ ἀληθεῖς· οὔθ' οἱ ἕτεροι καταγινώσκοιντο, ὡς λόγοι, ἀλλ' ὡς ψευδεῖς. Ἔπειτα κἀκεῖνο εὐθαρσῶς ἂν εἴποιμεν, ὡς μόνοι λόγοι εἰσὶν οἱ ἀληθεῖς. Μόνοι γὰρ τῆς λογικῆς οὐσίας τὸ ἀξίωμα τηροῦσι, καί εἰσι γεννήματα ψυχῆς πρὸς τὸ ἄριστον ἀνατεταμένης, καὶ τὸν οἰκεῖον κόσμον κεκτημένης· οἱ δὲ ψευδεῖς τῶν λόγων οὐδὲ λόγοι ὄντως εἰσί, πρὸς γὰρ κακίαν καὶ ψευδοδοξίαν φέροντες, καὶ τὴν εὐγένειαν τῶν λόγων ἠρνήσαντο, καί εἰσιν ἠλογημένης ψυχῆς καὶ πάθεσι συμπεφυρμένης φωναί. Μήτε οὖν πάντας καταδέχου, φησίν, ἵνα μὴ καὶ τοὺς ψευδεῖς· μήτε πάντας ἀπόβαλλε, ἵνα μὴ καὶ τοὺς ἀληθεῖς. Ἑκάτερον γὰρ ἄτοπον, τούς τε ἀγαθοὺς μισῆσαι σὺν τοῖς χείροσι, καὶ τοὺς ψευδεῖς προσίεσθαι διὰ τοὺς ἀμείνους. Δεῖ δὴ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἐπαινεῖν, καὶ εἰσδεξάμενον αὐτοὺς ἀσκεῖσθαι, καὶ ζητεῖν ὅπῃ καὶ ἐφ' ὅσον τῆς ἀληθείας ἐφάπτονται, πρὸς δὲ τοὺς ψευδεῖς τὴν ἀγωνιστικὴν

---

reperitur, unde et ipse divinæ similitudinis particeps est. Cum vero de hac etiam re satis dictum sit, tempus est reliqua quoque considerare.

XII. 21-24.

Multi autem ad hominum aures tum mali tum boni sermones
accidunt, quos ne cum stupore accipias, neve sinas (ab iis audiendis)
te avocari : si quid autem falsi dicatur,
leniter cede.

Voluntas humana nec in virtute nec in vitio semper permanens, sermones etiam voce edit utrique accommodatos; quippe qui contrariis ejus affectionibus respondeant. Quo fit ut sermonum alii sint veri, alii falsi, alii autem boni, alii mali. Hæc autem diversitas prudentem postulat distinctionem, ut meliores seligamus, deteriores rejiciamus, et neque omnium prorsus sermonum odio concepto tanquam morbo quodam laboremus propter malorum improbationem, nec ob bonorum comprobationem quoslibet promiscue admittamus. Sequitur enim ex sermonum omnium aversatione, ut illis etiam qui boni sunt nos privemus, e promiscua vero eorum cupiditate, ut perniciosorum noxam non sentiamus. Optimo igitur judicio sermonum cupiditatem temperemus, ut audiendi voluntas omne sermonum genus eliciat et ad se attrahat, judicium autem deteriores repudiet. Atque ita Pythagoricum præceptum observabimus, neque malos sermones admirantes eosque ob id ipsum, quia sermones sunt, promiscue admittentes, neque a bonis deterriti, quia sermones sunt æque ac mali. Primum enim neque hi quatenus sermones, sed quatenus veri sunt, quærantur; neque illi ut sermones, sed ut falsi rejiciantur. Deinde et illud confidenter dicamus, eos solum esse sermones qui veri sunt. Soli enim illi intelligentis naturæ conservant dignitatem, animique fœtus sunt ad id quod optimum est intenti suumque decus obtinentis; illi autem qui falsi sunt ne sermones quidem revera sunt : quum enim ad vitium opinionesque falsas ducant, non solum a sermonum ingenuitate recesserunt, sed et animi ratione destituti et affectibus contaminati voces sunt. Quare noli omnes, inquit, probare, ne et falsos; noli etiam omnes rejicere, ne et veros. Utrumque enim est absurdum, tum bonos odisse una cum deterioribus, tum falsos admittere propter meliores. Oportet sane bonos laudare eosque admissos in animo versare et quærere quomodo et quatenus cum veritate consentiant, adversus eos autem qui falsi sunt concertatoriam facultatem adhibere, id est eam quam logica ars suppeditat ad veritatis et mendacii distinctionem; sed et quum possumus mendacia refellere, id nec vehementer nec contumeliose facere debemus, sed cum mansuetudine veritatem persequi et mollibus argumentis menda-

δύναμιν κτήσασθαι, αὕτη δ' ἂν εἴη ἡ χορηγουμένη ἐκ τῆς λογικῆς ἐπιστήμης εἰς διάκρισιν ἀληθείας καὶ ψεύδους· δυναμένους δὲ καὶ ἀνατρέπειν τὰ ψεύδη, μήτε σφοδρῶς, μήτε ὑβριστικῶς τοῦτο ποιεῖν· ἀλλὰ σὺν πραότητι τὴν ἀλήθειαν διώκειν, καὶ μετὰ εὐμενῶν ἐλέγχων τὸ ψεῦδος ἀνατρέπειν, καὶ ὡς αὐτό φησι τὸ ἔπος, ψεῦδος δ' ἤνπερ τι λέγηται, πράως εἴκοντας, οὐ συγχωροῦντας οὕτως ἔχειν, ὡς λέγεται, ἀλλὰ ἀοργήτως ἀκούοντας. Οὐ γὰρ συγκατατίθεσθαι δεῖν λέγει τῷ ψεύδει τὸ πράως εἶκε, ἀλλ' ἀνεκτικῶς ἀκροᾶσθαι, καὶ μὴ ἐκπλήττεσθαι, εἰ ἄνθρωποι ὄντες τινὲς τῆς ἀληθείας ἀποπεπτώκασιν ἀλυσιτελῶς. Γόνιμος γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις πολλῶν διαστρόφων δοξασμάτων, ὅταν μὴ ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ὀρθῶς ἕπηται. Οὐδὲν οὖν, φησὶν ὁ λόγος, θαυμαστόν, εἰ ἄνθρωπος μηδὲν τῶν ἀληθῶν μήτε μαθών, μήτε εὑρών, εἰς τοῦτο τῆς ἀπονοίας ἦλθε, καὶ ἔθετο δόξας ὑπεναντίας τῇ ἀληθείᾳ. Τοὐναντίον γὰρ ἂν ἦν θαυμαστόν, εἰ μήτε μανθάνειν μήτε ζητεῖν ἐθέλων τις, αὐτομάτως τῇ ἀληθείᾳ περιέτυχεν, ὥσπερ ἐκ τραγῳδίας θεῷ τινι ἀναφανέντι. Δεῖ οὖν συγγνωμονικῶς ἀκούειν τῶν ψευδομένων, καὶ πείρᾳ μανθάνειν οἵων ἡμεῖς ἐκαθάρθημεν κακῶν, τῇ μὲν κοινωνίᾳ τοῦ συγγενοῦς ὑποκείμενοι τοῖς αὐτοῖς πάθεσι, τῷ δὲ ἀλεξικάκῳ τῆς ἐπιστήμης ἐξ ἐναντίας αὐτῶν γενόμενοι. Μέγα δὲ συντελεῖ πρὸς πραότητα καὶ τὸ τῆς ἐπιστήμης θάρσος· ἡ γὰρ ἱκανῶς παρεσκευασμένη ψυχὴ πρὸς τὸ καταγωνίσασθαι τὰς ἐκτροπὰς τῆς ἀληθείας ἀθορύβως οἴσει τὰς ψευδεῖς δόξας, ὡς προεκλελογισμένη πάντα τὰ παρὰ τὸ ἀληθὲς ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ ἀληθοῦς κατανοήσει. Τί οὖν ταράξει τοῦτον, ὡς ἄλυτον ὄν; τί δὲ ἰσχυροῦ φαντασίαν παρέξει τούτῳ, ὃς προκατηγώνισται πᾶν τὸ ψεῦδος; Οὐ μόνον οὖν ἐκ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς τὴν ἀταραξίαν ἕξει ὁ ἐπιστήμων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ θαρσεῖν τοὺς τοιούτους ἀγῶνας. Ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἐπιστημονικῆς τῶν λόγων διακρίσεως. Περὶ δὲ τῆς διὰ πάντων ἀνεξαπατήτου ἕξεως, ἣν δεῖ κεκτῆσθαι τὸν ἐπιστήμονα, εὐθὺς ἐπισυνάπτει.

XIII. 24—26.

— Ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω·
μηδείς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ,
πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.

Τοῦτο διὰ πάντων τείνει τὸ παράγγελμα, ἰσοδυναμοῦν τῷ ἄνω που εἰρημένῳ,

Πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.

Ὁ γὰρ ἑαυτὸν αἰδεῖσθαι μεμαθηκώς, καὶ μήτε ἐν μονώσει, μήτε ἐν κοινωνίᾳ, τὴν τοῦ αἰσχροῦ πρᾶξιν ἀνεχόμενος, ἀλλὰ καὶ τὴν φαντασίαν αὐτὴν τοῦ τοιούτου παραιτούμενος διὰ τὸν εἴσω φύλακα λόγον, οὗτός ἐστιν

---

cium refutare, ut ipsum carmen dictat, leniter cedentes, si quid autem falsi dicatur, non concedentes ita rem se habere, ut dicitur, sed sine ira audientes. Nam illud, *leniter cede*, non significat nos id quod falsum est debere approbare, sed audire patienter, neque mirari, si nonnulli, quum homines sint, a veritate aberraverint nullo suo cum commodo. Fecunda enim est hominum natura multarum opinionum perversarum, quum notiones communes non recte sequitur. Nil mirum igitur, inquit carmen, si homo, qui nihil veri vel ab alio didicerit vel ipse investigaverit, eo amentiæ devenerit, ut veritati contrarias opiniones animo imbibat. Nam e contrario mirandum esset, si is, qui neque discere neque quærere vult, in veritatem forte fortuna incideret, tanquam in deum aliquem in tragœdia apparentem. Debemus igitur cum venia quadam mentientes audire et experientia discere, quantis a malis purgatione nos liberati simus, qui quum ejusdem generis communione iisdem, quibus illi, affectibus obnoxii essemus, per scientiam malis propulsatis contrariam illis vitæ morumque conditionem secuti sumus. Multum autem ad lenitatem confert ipsa etiam scientiæ fiducia: animus enim satis præparatus ad devias a veritate digressiones refellendas placide feret falsas opiniones, quum omnia a vero abhorrentia secum ante in ipsa veri consideratione agitaverit. Quid igitur hunc conturbabit tanquam insolubile? quid vero firmum ei apparebit, qui omne falsum jam expugnaverit? Quare non modo morum virtute conturbationis expers erit vir prudens, sed eo etiam, quod ejusmodi certamina non reformidabit. Hactenus de prudenti sermonum distinctione. De habitu autem erroris prorsus immuni, qui in viro prudenti inesse debet, statim subjungit.

XIII. 24-26.

———— Quod vero tibi dicam, in omni negotio ob- [servetur:
nemo te aut dictis aut factis adducat, ut quidquam
aut facias aut dicas, quod tibi non sit commodum.

Hoc præceptum ad omnia pertinet et idem valet quod illud superius dictum,

Ne quid unquam turpe committas sive cum alio
sive seorsum, sed maxime omnium verere te ipsum.

Js enim qui se ipsum vereri didicit et neque solus neque in societate turpe quid admittit, sed vel ipsam ejus rei cogitationem ac speciem propter rationem, internam custodem, aversatur, ille ipse est qui nunc potest audire, *nemo te vel verbo vel*

ὁ δυνάμενος νῦν ἀκούειν, μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ. Μόνος γὰρ ἀνεξαπάτητος, καὶ ὑπ' οὐδενὸς οὐδαμῶς εὐπαραλόγιστος, ὁ τὴν ἀξίαν ἑαυτοῦ γνοὺς ἄνθρωπος, καὶ οὔτε κολακείαις θωπευόμενος, οὔτε τοῖς ἐκδειμαίνουσι ταπεινούμενος, κἂν πολέμιοι ἢ φίλοι ὁποτεραοῦν τούτων προτείνωσιν. Ἐν γὰρ τῷ μηδεὶς πᾶν πρόσωπον κεῖται, καὶ πατήρ, καὶ τύραννος, καὶ φίλος, καὶ ἐχθρός. Οἱ δὲ τρόποι τῆς παραγωγῆς ἢ διὰ λόγων ἢ ἔργων γίνονται· λόγων μέν, θωπευόντων ἢ ἀπειλούντων, ἔργων δέ, δωρεὰς ἢ τιμωρίας προτεινόντων. Πρὸς πάντα δὴ ταῦτα τετειχισμένην δεῖ τὴν ψυχὴν ἔχειν τῷ ὀρθῷ λόγῳ, πρὸς τὸ ἀμείλικτον καὶ ἀδούλωτον ὑπὸ τῶν ὁπωσοῦν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἡμῖν ἡδέων τε καὶ λυπηρῶν. Ὁ γὰρ ὀρθὸς ἐνυπάρχων λόγος, σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν ἑκατέρωθεν παραστήσας τῇ ψυχῇ τοὺς ἀδαμαντίνους φύλακας, ἀνεξαπατήτους ἡμᾶς διατηρήσει καὶ ἀπὸ τῆς τῶν προσηνῶν θωπείας, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν φοβερῶν καταπλήξεως· οἷς ἐπιγίνεται δικαιοσύνη ἀκριβής, ἣν παρήγγειλεν ἄνω που ἀσκεῖν ἔργῳ τε λόγῳ τε. Οὕτω μὲν οὖν οὐδεὶς οὐδαμῶς ἡμᾶς ἀναπείσει ἢ λόγον προέσθαι, ἢ ἔργον διαπράξασθαι, ὃ μὴ τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐστὶ σύμφωνον. Εἰ γὰρ πάντων μάλιστ' αἰσχυνοίμεθ' ἑαυτούς, δῆλον ὡς οὐδεὶς ἡμῖν αἰδεσιμώτερος ἡμῶν αὐτῶν φανήσεται, οὐδὲ φοβερώτερος, ὡς προκαλέσασθαι παρὰ τὸ δέον εἰπεῖν τι ἢ πρᾶξαι. Ἐπιβλαβὲς γὰρ τῇ ψυχῇ ἑκάτερον. Τὸ δὲ ἐκείνῃ βλαβερόν, τοῦτο καὶ ἡμῖν ἀσύμφορον· ἐπείπερ ἡμεῖς ἡ ψυχή. Ἀκριβῶς οὖν ἀκουστέον τοῦ ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι· κατ' ἐκείνου φέροντας τὴν ἀντωνυμίαν τοι, ὃ κυρίως σὺ εἶ. Ἐὰν οὖν τὸ λεγόμενον, μηδεὶς μήτε δι' ἔργων, μήτε διὰ λόγων, παραγάγῃ σέ τι ποιῆσαι ἢ εἰπεῖν, ὅ, τι μὴ συμφέρον ἐστί σοι· σὺ δὲ ἦσθα ἡ λογικὴ ψυχή· οὐκ ἀνέξῃ, ἐὰν εὖ φρονῇς, τοῦ παραβλάπτοντός σε, τὸν ὄντα λογικὴν οὐσίαν. Σὺ γὰρ εἶ ἡ ψυχή· τὸ δὲ σῶμα, σόν· τὰ δὲ ἐκτός, τοῦ σώματος. Ἐκ γὰρ τῆς διαστάσεως ταύτης καὶ τὸ ἀσύγχυτον τηρήσεις τῶν φύσεων καὶ τὴν ἀνθρωπίνην οὐσίαν ἥτις ἐστὶν εὑρήσεις, οὐδέποτε τὸ σῶμα, οὐδὲ τὰ ἐκτός, σεαυτὸν εἶναι τιθέμενος, οὐδ' ὑπεραγωνιῶν τούτων ὥσπερ σαυτοῦ, ἵνα μὴ πρὸς φιλοσωματίαν καὶ φιλοχρηματίαν καθελκυσθῇς. Ὅλως γὰρ ὅ ἐσμεν ἀγνοήσαντες, καὶ οὗ τὴν ἐπιμέλειαν ποιώμεθα συναγνοήσομεν, πάντων μᾶλλον ἐπιμελούμενοι, ἢ ἡμῶν αὐτῶν, ὧν δεῖ προηγουμένην ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. Εἰ γὰρ τὸ χρώμενον τῷ σώματί ἐστιν ἡ ψυχή, τὸ δὲ σῶμα ὀργάνου τάξιν ἐπέχει πρὸς αὐτήν, τοῦ δὲ ὀργάνου χάριν τὰ ἄλλα, πρὸς βοήθειαν τῆς ῥεούσης αὐτοῦ φύσεως, ἐξευρημένα· δῆλον ὡς τοῦ ἡγουμένου καὶ πρώτου προηγουμένην τε καὶ πρώτην δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν· δευτέραν δέ, τὴν τοῦ δευτέρου. Ὅθεν οὐδὲ ὑγιείας ἀμελήσει ὁ σοφός· οὔτι προηγούμενον τὸ σῶμα δοξάζων, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς χρείαν αὐτὸ παιδαγωγῶν, ὅπως ἂν ταῖς ἐνεργείαις αὐτῆς ἀνεμποδίστως ὑπακούῃ· καὶ ἐκ τρίτου τῶν τρίτων ἐπιμελήσεται, οἰκονομῶν τὰ ἐκτὸς πρὸς τὴν τοῦ ὀργάνου σωτηρίαν. Πρώτης οὖν τῆς ψυχῆς, τάχα δὲ καὶ μόνης, ἐπιμελήσεται· εἴπερ ἡ τῶν μετ' αὐτὴν ἐπιμέλεια πρὸς τὴν

---

facinore ullo decipiat. Ille enim solus fraudibus non est obnoxius, neque facile potest a quoquam ulla ratione decipi, qui suæ sibi dignitatis conscius est et neque adulationibus capitur, nec terroribus deprimitur, utracunque horum ei vel hostes vel amici objecerint. Nam quod dixit *nemo,* illo omnes personæ, et pater, et tyrannus, et amicus et inimicus continentur. Deceptionis vero modi aut dictis aut factis fiunt, dictis quidem blandientium vel minitantium, factis autem munera vel pœnas proponentium. Oportet ergo nos adversus hæc omnia recta ratione munitum habere animum, ut neque jucundis quæ extrinsecus nobis accidunt deliniamur, neque acerbis in servitutem redigamur. Recta enim ratio nobis insita custodes animo utrinque adamantinos, temperantiam et fortitudinem, apponens nos tum a gratorum hominum blanditiis, tum a consternatione, terribilium comite, tutos præstabit; quibus virtutibus exacta illa justitia accedit, quam et in factis et in dictis exercendam esse superius monuit. Nobis igitur sic instructis nemo unquam persuadebit, ut aut verbum proferamus, aut facinus committamus, quod rectæ rationi non sit consentaneum. Si enim omnium maxime nos vereamur, manifestum est, neminem nobis aut magis reverendum aut reformidandum, quam nosmet ipsos, visum iri, ut ad aliquid dicendum vel faciendum præter officium nos inducat. Horum enim utrumque animo noxium est. Quod autem illi damnosum, id nobis quoque incommodum est, quandoquidem nos sumus animus. Ad illud igitur accurate animum intendamus oportet, *quod tibi non sit commodum*, referentes hoc pronomen *tibi* ad id quod proprie *tu* es. Si id igitur quod præcipitur sit, *nemo te nec factis nec dictis* adducat, ut aliquid aut facias aut dicas, *quod tibi non sit commodum, tu* autem sis animus ratione præditus, nequaquam patieris, si sapias, alium tibi detrimentum importare, quoniam natura intelligens es. Tu enim es animus, corpus vero, tuum; externa autem, corporis. Namque hac distinctione naturarum confusionem vitabis et quæ sit humana natura reperies, si nec corpus, nec externa unquam te esse existimes, nec de iis tanquam de te ipso sollicitus sis, ne ad nimiam corporis curam et divitiarum cupiditatem impellaris. Omnino enim, si quid ipsi simus nesciamus, id etiam, cujus cura nobis habenda sit, simul ne-

ταύτης προκοπὴν τείνει. Πᾶν δὲ τὸ παρὰ τὴν ἀρετήν, τοῦτο ἦν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστιν· ᾧ γὰρ συμφέρον ἡ ἀρετή, τούτῳ τὸ παρ' ἐκείνην ἀσύμφορον. Κύκλον οὖν περιβάλλεσθαι συμβουλεύει τῶν ἀρετῶν φυλακτικὸν ὁ μηδὲν πείθεσθαι δεῖν λέγων τῷ πειρωμένῳ τῆς ἀρετῆς ἀπάγειν, δι' οἵων ἂν ἔργων ἢ λόγων τῆς πρὸς τὸ χεῖρον ἐκτρεπούσης πειθοῦς προσαγάγῃ τὴν πεῖραν· οἷον, μὴ ὑποσχέσεις προσάγων τύραννος, ἢ ταύτας ἔργῳ βεβαιῶν· μὴ ἀπειλαῖς θορυβῶν, ἢ αἰκίαις βιαζόμενος· μὴ φίλιον πρόσωπον, τῇ οἰκειότητι τὴν ἀπάτην ἐπικρυπτόμενον, ἀπαγάγῃ σε τοῦ συμφέροντος τῇ ψυχῇ. Ἦν δὲ ἀλήθεια καὶ ἀρετὴ τὰ ταύτην ὠφελοῦντα μόνα. Ἀνεξαπάτητος δὲ ἔσῃ, εἰ τὴν οὐσίαν τὴν σαυτοῦ γνούς, ἥτις τέ ἐστι, καὶ ᾧ φύσει ἔοικε, τῆς πρὸς ἐκεῖνο ὁμοιώσεως ἀεὶ τὴν ἐπιμέλειαν ἔχοις· πᾶν δὲ τὸ τῆς ὁμοιώσεως ἀπάγον μεγίστην ἡγοῖο ζημίαν. Τοῦτο γὰρ ἦν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι, τὸ τῆς θείας ὁμοιώσεως ἀπάγον· ἐπειδὴ καὶ βέλτερον ἡμῖν ἐστι τὸ πρὸς τὴν τοιαύτην ὁμοίωσιν φέρον. Τί οὖν προσάξει τις ἱκανὸν ἀποστῆσαι ἡμᾶς τῆς πρὸς θεὸν ὁμοιώσεως καὶ φιλοσοφίας; χρημάτων δόσιν ἢ ἀφαίρεσιν; Ἀλλὰ μεμαθήκαμεν μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ προσίεσθαι ταῦτα καὶ ἀποτίθεσθαι· καὶ τὸ ἄστατον τῆς κτήσεως αὐτῶν ἡμᾶς οὐ λανθάνει. Τί γάρ; ἂν μὴ οὗτος αὐτὰ ἀφέληται, κλέπτης αὐτὰ οὐκ ἀφαιρήσεται; καὶ γενναίως αὐτῶν ὑπομενοῦμεν τὴν ἀποβολὴν ὑπὸ τοῦ μὴ ἔχοντος. Ναυάγιον αὐτὰ οὐ παραιρήσεται; πόσοι δὲ ἄλλοι τρόποι διαφθορὰν χρημάτων ἐπάγουσιν; Ὧν ἕνεκα καὶ τὸν ὑπὲρ ἀρετῆς λογιούμεθα λόγον, ἑκουσίαν πενίαν μετὰ τοῦ καλοῦ ἀνταλλαττόμενοι χρημάτων, καὶ μετ' εὐλογίστου αἰτίας αὐτὰ ἀποδυόμενοι, καὶ τοσούτου τὴν ἀρετὴν ὠνούμενοι, ὅσον ἂν ἡμᾶς βλάπτῃ ὁ ταύτης παρακινεῖν ἐπιχειρῶν. Ἀλλὰ στρεβλώσεις προσοίσει, καὶ θάνατον. Πρόχειρον οὖν πρὸς ταῦτα ἀποκρίνεσθαι, ὡς οὐχ ἡμεῖς ταῦτα πεισόμεθα, ἐάν γε τὸ Ἡμεῖς τηρῶμεν· ἀλλὰ τὸ σῶμα ἔσται τὸ ὑβριζόμενον· τὸ σῶμα τὸ ἀποθνῆσκον, οὐδὲν παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν πάσχον. Φύσει γάρ ἐστι θνητόν, καὶ τμητόν, καὶ μυρίοις ὑποκείμενον πάθεσιν, ἃ τυράννου μᾶλλον ἡ τυχοῦσα νόσος ἐπήγαγε. Τί οὖν φεύ-

---

sciemus, et omnia magis, quam nosmet ipsos curabimus, quorum præcipua cura haberi debet. Si enim id quod corpore utitur animus est, corpus vero cum eo comparatum instrumenti vice fungitur, instrumenti autem istius gratia reliqua etiam ad juvandam fluxam ejus naturam inventa sunt, manifestum est, illius quod omnium primum et caput est curam præcipuam primamque esse habendam, secundam autem ejus quod secundum est. Unde nec valetudinem negliget vir sapiens; non quod corpus primarium quiddam existimet, sed ut ipsum ad animi usum ita accommodet, ut ejus actionibus promte obtemperet : tertio vero loco eorum curam aget, quæ tertia sunt, atque ea quæ externa sunt ad instrumenti conservationem adhibebit. Animum igitur primum curabit eumque fortasse solum, siquidem illorum quæ eo inferiora sunt cura ad ejus profectum pertinet. Quidquid autem est præter virtutem, hoc ipsum est, quod *tibi non sit commodum* : cui enim prodest virtus, eidem obest quod ab ea abhorret. Ille igitur nobis auctor est, ut circumducto circulo virtutes muniamus, qui dicit non oportere nos auscultare ei qui a virtute nos conatur abducere, quibuscunque demum factis aut dictis ad deterius nos alliciendi periculum fecerit : verbi gratia, ne tyrannus promissa faciens aut ea *re* præstans, ne minis territans aut cruciatibus adigens, ne persona amici familiaritatis specie fraudem occultans ab eo te abducat quod animo prodest. Sola autem ei prosunt veritas et virtus. A fraude vero tutus eris, si substantiam tuam intelligens, quæ sit et cujus similitudinem naturâ præ se ferat, illam ejus similitudinem studiose conservaveris, id autem omne quod ab ea similitudine abducit damnum esse maximum existimaveris. Hoc enim illud est, *quod tibi non sit commodum*, i. e. quodcunque a divina similitudine abducit; quandoquidem id nobis *commodum* est, quod ad talem similitudinem perducit. Quid igitur afferet aliquis tanta vi præditum, ut nos a divina similitudine et philosophia abducat? num pecuniarum donationem aut ademtionem? atqui didicimus has recta cum ratione et accipere et amittere, neque nos latet, quam incerta earum possessio sit. Quid enim, si hic eas non adimat, nonne fur eas auferet? et magno animo nos illarum jacturam patiemur ab eo qui divitias non habet. Nonne naufragium nos iis spoliabit? Quot vero sunt alii modi quibus divitiæ amittuntur? Quamobrem nos et virtutis rationem habebimus, paupertatem honestam cum divitiis sponte commutantes easque justa de causa abjicientes et tanti redimentes virtutem, quantum est detrimentum quod is nobis importet, qui ab ea nos dimovere conatur. Atqui ille tormenta et mortem afferet. Ad hæc igitur promtum est respondere, non nos hæc esse passuros, siquidem illud *nos* tueamur, sed corpus esse quod cruciabitur, corpus quod morietur, nihil præter naturam suam passurum. Est enim naturâ suâ mortale et sectile et malis obnoxium innumeris, quæ quilibet morbus magis quam tyrannus potest inferre. Cur ea igitur fugimus, quæ effugere non possumus? ac non potius ea conservamus, quorum conservatio penes nos est? Quod enim natura sua mortale est, id capite damnatum nos nullo modo a morte liberare pos-

γομεν ἃ οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν φεύγειν; οὐ τηροῦμεν δὲ μᾶλλον, ἅ ἐστιν ἐφ' ἡμῖν τηρῆσαι; Τὸ γὰρ θνητὸν φύσει καταδεδικασμένον θανάτῳ οὐκ ἔστιν ὁτιοῦν ποιοῦντας ἐκσῶσαι τούτου· τὸ δὲ ἀθάνατον ἡμῶν (ὅπερ ἐστὶν ἡ ψυχὴ καὶ ἡμεῖς) δυνατὸν ἀρετῇ κοσμῆσαι μὴ μαλακισθέντας περὶ τὸν ἀπειλούμενον θάνατον. Ὃν εἰ μετ' εὐλόγου αἰτίας ὑπομείνωμεν, κοσμήσομεν τῇ ὀρθῇ προαιρέσει τὴν ἀνάγκην τῆς φύσεως. Ταῦτα δή ἐστι τὰ μεγάλα, ὧν ἂν ἄλλος ἄλλῳ προτείνειέν τι παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι· τὰ δὲ εἴσω τῆς ψυχῆς ἀδούλωτα ἄλλῳ, καὶ ἐλεύθερα, ἐὰν ἡμεῖς ἐθελήσωμεν· ἐὰν μὴ τῇ πρὸς τὸ σῶμα, ἢ τὰ ἐκτός, ἀμέτρῳ προσπαθείᾳ τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν ἑκόντες δουλαγωγήσωμεν, ζωῆς ἐφημέρου καὶ χρημάτων τὸ ἀγαθὸν τῆς ψυχῆς ἀποδιδόμενοι. Ταῦτα ἡμῖν εἰσηγεῖται τὸ προκείμενον παράγγελμα ἐπὶ παντὶ τελεῖν, δι' ὧν τὸ μόνιμον καὶ ἀπαράγωγον τῆς ἀρετῆς ἐπισφραγίζεται. Ἀλλὰ ἐπὶ τὰ ἑξῆς μετίωμεν, πρὸς τὸ αὐτὸ δόγμα τὴν ἀναφορὰν ἔχοντα.

XIV. 27—29.

Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μῶρα πέληται.
Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός·
ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει.

Η εὐβουλία καὶ γεννᾷ τὰς ἀρετάς, καὶ τελειοῖ, καὶ συνέχει, μήτηρ ἅμα καὶ τιθήνη καὶ φύλαξ αὐτῶν γενομένη. Βουλευομένων γὰρ ἡμῶν ἐφ' ἡσυχίας ὅν τινα τρόπον χρὴ ζῆν, τὸ τῶν ἀρετῶν προαιρεῖται κάλλος. Ἑλομένη δὲ διαθλεῖν γενναίως πάντας τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς ἀγῶνας, καὶ συνεθισθεῖσα τῇ κτήσει τῶν καλῶν ἤδη, κἂν ταῖς τῶν περιστάσεων ταραχαῖς τηρεῖ τὴν γνώμην ἀκέραιον, οὐδὲν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν θορυβούντων ἐκπληττομένη πρὸς τὸ μεταθέσθαι ἄλλον εὐδαίμονα εἶναι βίον, ἢ ἐκεῖνον, ὃν ἐφ' ἑαυτῆς ἐλογίσατο κάλλιστον. Ὅθεν τρία γίνεται τῆς εὐβουλίας τὰ ἔργα. Πρῶτον, ἐκλογὴ τοῦ ἀρίστου βίου· δεύτερον, ἄσκησις τοῦ προαιρεθέντος· τρίτον, τήρησις ἀμετάστατος τῶν μελετηθέντων ὀρθῶς. Τούτων δὲ τὸ μὲν πρῶτόν ἐστιν ὁ πρὸ ἔργου λόγος, ὁ τὰς ἀρχὰς τῶν πράξεων ὑποτιθέμενος. Τὸ δὲ μέσον, ὁ σὺν τῷ ἔργῳ λόγος, ὁ προσβιβάζων ἕκαστον τῶν πραττομένων ταῖς ἡγουμέναις ἀρχαῖς. Τὸ δὲ τρίτον, ὁ ἐπὶ τῷ ἔργῳ λόγος ἀναλογιζόμενος τὰ πεπραγμένα, καὶ κρίνων εἰ δεόντως πέπρακται. Διὰ πάντων δὲ τὸ τῆς εὐβουλίας καλὸν ἐπανθεῖ, νῦν μὲν κυούσης τὰς ἀρετάς, νῦν δὲ ἐκτρεφούσης, καὶ φρουρούσης ἐκ τρίτου. Ὡς ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν τῶν ἀγαθῶν ἐν ταύτῃ ἡμῖν κεῖσθαι, τήν τε ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν διὰ ταύτης μόνης ἡμῖν παραγίνεσθαι, καὶ τὴν τῶν ἀρετῶν τελείωσιν. Λογικῆς γὰρ τῆς φύσεως ἡμῶν οὔσης, καὶ διὰ τοῦτο βουλευτικῆς, οἰκείᾳ δὲ προαιρέσει πρὸς τὸ εὖ ἢ κακῶς βουλεύεσθαι προσαγομένης, ἡ μὲν κατὰ φύσιν ζωὴ σώζει τὴν οὐσίαν αὐτῆς, ἡ δὲ παρὰ τὸ δέον αἵρεσις

---

sumus; at quod immortale habemus (animum dico et nos), virtute possumus ornare, si intentata morte non frangamur. Quam si justa de causa patiamur, naturæ necessitatem recto instituto exornabimus Hæc utique sunt magna illa, quorum aliquid alius alii patiendum aut luendum possit intentare: illa vero, quæ sunt intra animum, servitutis immunia sunt et libera, modo nos voluerimus, nisi immodica erga corpus aut res externas affectione commoti ultro libertatem nostram in servitutem converterimus atque animi bonum brevi vita et divitiis vendiderimus. Hæc nos docet hoc præceptum in omni re observare, quibus virtutis stabilitas et constantia confirmatur. Sed ad sequentia, quæ ad idem dogma referuntur, transeamus.

XIV. 27-29.

Consilium vero cape ante rem gerendam, ne stulta [fiant;
hominis enim miseri est facere et dicere, quæ stulta [sunt.
At tu ea perage, quæ tibi postea non sint molesta.

Prudentia quæ in consiliis rite capiendis versatur virtutes et parit et perficit et conservat, quia earum parens simul et nutrix et custos est. Nobis enim tranquillo animo deliberantibus, quæ vitæ ratio sit ineunda, hæc virtutum eligit pulchritudinem. Quum autem virtutis causa omnia certamina fortiter ineunda esse decreverit, atque in iis quæ pulchra sunt comparandis se jam exercuerit, in ipso etiam casuum tumultu sententiam integram conservat, nec iis quæ foris conturbant ita percellitur, ut mutata sententia aliam felicem esse vitam existimet præter eam quam secum optimam judicavit. Unde triplex fit recti consilii munus, primum, optimæ vivendi rationis delectus; secundum, exercitatio ejus quam delegimus; tertium, constans eorum observatio, quæ recta exercitatione comparavimus. Horum autem primum est ratio illa quæ opus præcedit et actionum principia ponit. Medium vero est ratio opus ipsum comitans, quæ singulas actiones ad principiorum ductum componit. Tertium autem, ratio illa quæ post opus res factas examinat et judicat num recte factæ sint. In omnibus vero elucet consilii recte capti bonitas, quia virtutes primum parit, deinde nutrit, tum custodit. Quo fit ut in ea re et principium et medium et finis bonorum nobis posita sint atque ex hac sola tum malorum liberatio, tum virtutum perfectio nobis contingat. Quum enim natura nostra ratione prædita atque idcirco ad deliberandum apta sit, sua vero voluntate ad capienda vel recta vel prava consilia adducatur, vita naturæ legibus convenienter acta substantiam ejus

διαφθείρει ἐφ' ὅσον οἷόν τε. Φθορὰ δὲ ἀθανάτου πράγματος κακία, ἧς ἀβουλία μήτηρ, ἣν ἐκφυγεῖν ὁ λόγος παραινεῖ ὅπως μὴ μῶρα πέληται. Μῶρα δὲ τὰ ἄθλια καὶ κακά. Τὸ γὰρ λέγειν ἢ πράσσειν ἀνόητα δειλοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, κακοδαίμονος ἴδιον ἀνθρώπου. Εἰ δὲ βουλεύοιο πρὸ ἔργου, οὔτε ἐρεῖς τι, οὔτε πράξεις, ἀνόητον, ἐφ' οἷς ἀνιᾶσθαι ἀνάγκη τοὺς τῇ ἀβουλίᾳ ὑπευθύνους. Τὸ γὰρ σαθρὸν τῆς αἱρέσεως τῇ μεταμελείᾳ ἐλέγχεται πείρᾳ δεῖξαν τὴν βλάβην, ὥσπερ αὖ τὸ τῆς εὐβουλίας γενναῖον πρὸς τὸ μόνιμον ἄγει τῆς ἐκλογῆς, ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων τὴν ὠφέλειαν ἐπιδεικνύμενον· ὠφέλειαν δέ, οὐ τὴν τοῦ σώματος, οὐδὲ τὴν τῶν ἐκτός, ἀλλὰ τὴν ἡμῶν αὐτῶν, οἷς καὶ τὸ βουλεύεσθαι πρὸ ἔργου παραγγέλλεται, καὶ ταῦτα ἐκτελεῖν, ἃ μὴ ἀνιήσει ἡμᾶς· ἡμᾶς δὲ δῆλον ὅτι τὴν ψυχήν. Τί γὰρ ὄφελος ἐπιορκίαις, ἢ φόνοις, ἢ ἄλλαις τισὶ κακοπραγίαις ληΐσασθαι χρήματα, καὶ πλουτεῖν τὰ ἔξω, πενόμενον τὴν ψυχὴν τῶν ἐπιβαλλόντων αὐτῇ καλῶν· καὶ πρὸς τοῦτο ἢ ἀναισθήτως ἔχειν, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐπιτείνειν τὸ κακόν, ἢ εἰς αἴσθησιν τῶν εἰργασμένων ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἑλκόμενον στρεβλοῦσθαι τὴν ψυχήν, καὶ δειμαίνειν τὰ ἐν ᾅδου κολαστήρια· καὶ μόνην ἴασιν ἐξευρίσκειν τὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι καταφυγήν, ὅθεν αὐτῷ παρίσταται κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶσθαι, φθορᾷ τῆς ψυχῆς τὴν κακίαν παραμυθουμένῳ, καὶ τὴν μετὰ θάνατον οὐδένειαν ἑαυτοῦ καταψηφίζεσθαι φυγῇ τῶν τῆς κρίσεως πόνων; Οὐ βούλεται γὰρ ὁ κακὸς ἀθάνατον εἶναι τὴν αὐτοῦ ψυχήν, ἵνα μὴ ὑπομείνῃ τιμωρούμενος. Καὶ φθάνει τὸν ἐκεῖ δικαστήν, θάνατον ἑαυτοῦ παντελῆ καταψηφιζόμενος, ὡς πρέπον τὴν πονηρὰν ψυχὴν μηδὲ εἶναι. Ἀλλ' οὗτος μέν, ὡς ἀβουλίᾳ πρὸς κακίαν ὑπενεχθείς, εἰκότως ἀμετρίᾳ τὴν καθ' ἑαυτοῦ ψῆφον ἐκφέρει· οἱ δὲ ἐν ᾅδου δικασταί, ἅτε πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα τὴν κρίσιν ποιούμενοι, οὐ κρίνουσι μὴ εἶναι δεῖν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ πονηρὰν μὴ εἶναι, καὶ ὅπως ἂν μετριάσῃ τὸ κακὸν αὐτῆς πραγματεύονται, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς φύσεως τὰς κολάσεις ἐπάγοντες, ἰατροῦ δίκην, τομαῖς τε καὶ καύσεσι τὰ χειρώνεια ἕλκη θεραπεύοντες· καὶ τῶν ἡμαρτημένων δίκας εἰσπράττοντες, μετανοίᾳ ψυχῆς τὴν πονηρίαν ἀφανίζειν πειρώμενοι· οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν ἐξιστάντες τοῦ εἶναι, ἀλλ' εἰς τὸ εἶναι μᾶλλον ἐπανάγοντες τῇ τῶν λυμαινομένων παθῶν ἐκκαθάρσει. Κινδυνεύει γὰρ εἰς τὸ μὴ εἶναι ὑποφέρεσθαι ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ διὰ τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπῆς, τῇ δὲ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἀνακλήσει πρὸς τὴν οὐσίαν τὴν αὐτῆς ἐπανάγεται, καὶ ἀπολαμβάνει καθαρὸν τὸ εἶναι, ὃ τῇ συμμίξει τῶν παθῶν ἐκηραίνετο. Διὸ πειρᾶσθαι δεῖ μάλιστα μὲν μὴ ἁμαρτάνειν, ἁμαρτόντας δὲ σπεύδειν ὡς ἐπὶ ἰατρικὴν τῆς πονηρίας τὴν δίκην, ἐπανορθουμένους τὴν ἀβουλίαν τῇ κρείττονι βοηθείᾳ. Ἐπεὶ γὰρ τοῦ εἶναι ἀγαθοὶ ἐκπεπτώκαμεν, τοῦ γίνεσθαι γοῦν ἀντιλαβώμεθα μεταμελείᾳ εὐγνώμονι τὴν θείαν ἐπανόρθωσιν εἰσδεχόμενοι. Ἡ δὲ μετάνοια

---

conservat, pravorum autem electio eam quoad fieri potest corrumpit. Immortalis vero rei corruptio est malitia, cujus parens est illa temeritas, quam vitare nos hortatur carmen, *ne fiant stulta*. Sed *stulta* sunt, quæ misera et mala. Nam *stulta dicere aut facere miseri hominis est*, id est, infelicis hominis proprium. Sin autem *ante opus deliberaveris, nihil neque dices neque facies, quod stultum sit;* ob quæ necesse est temeritatis reos molestia affici. Namque electionis futilitas pœnitentiâ arguitur, damno experientia demonstrato, sicut e contrario consilii recte capti probitas ad electionis nos stabilitatem perducit, in ipsis factis utilitatem ostendens, utilitatem vero non corporis, nec rerum externarum, sed nostrûm ipsorum, quibus etiam *ante opus consulere* præcipitur atque ea *facere quæ nobis non sint molesta*, nobis vero, nimirum animo. Quid enim homini prosit perjuriis aut cædibus aut aliis ejusmodi maleficiis divitias parare externisque opibus abundare, iis bonis indigenti, quæ ad animum pertinent, atque id vel non animadvertere ideoque malum augere, vel ad facinorum sensum conscientia perductô torqueri animo et pœnas apud inferos metuere solumque remedium invenire perfugium ad mortem, unde malum malo sanare cogitat qui animi interitu malitiam suam consolatur et sibi post obitum exstinctionem decernere, ut judicii molestias effugiat? neque enim vult sceleratus animum suum immortalem esse, ne sempiternis pœnis addictus permaneat. Itaque judicem qui est apud inferos prævertit, perpetuæ morti se ipse adjudicans, quasi improbum animum ne esse quidem conveniat. Atque hic quidem consilii inopia in vitium prolapsus merito intemperanter sententiam adversus se fert : qui vero apud inferos judices sunt ad veritatis normam judicium dirigentes non decernunt animum omnino non esse, sed non sceleratum esse debere, atque id operam dant, ut malum quo ille laborat ne nimium sit, adhibitis ad servandam naturam castigationibus, medicorum more, qui periculosissima ulcera secando et urendo curant, atque pœnas scelerum ideo exigunt, ut animi improbitas pœnitentia deleatur, non ipsam ejus substantiam e rerum natura tollentes, sed potius perturbationum quibus corruptus erat liberatione ad vitam revocantes. Imminet enim humano animo periculum, ne in mortem incidat, quum ad id quod est præter naturam deflectit; quum autem ad id quod est naturæ conveniens revocatur, ad suam ipsius naturam reducitur puramque substantiam recuperat, quæ affectuum prius mixtura corrumpebatur.

αὕτη φιλοσοφίας ἀρχὴ γίνεται, καὶ τῶν *ἀνοήτων ἔργων τε καὶ λόγων* φυγή, καὶ τῆς ἀμεταμελήτου ζωῆς ἡ πρώτη παρασκευή. Ὁ γὰρ καλῶς πρὸ τῶν πράξεων βουλευόμενος οὐ περιπίπτει λύπαις ἀκουσίαις, οὐδὲ λανθάνει τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις διδούς, ὧν τὰ συμπεράσματα καὶ τὰς ἐκβάσεις οὐκ ἀσμενίζει, ἀλλ' ἀεὶ τὸ παρὸν συντίθησι, τῶν ἄλλως ἐπισυμβαινόντων τὰς τύχας ἐκλογιζόμενος. Διὸ οὔτε προσδοκίᾳ τῶν λεγομένων ἀγαθῶν τὸ ὄντως ἀγαθὸν ἂν παρίδοι, οὔτε φόβῳ τῶν ἐναντίων τὴν τοῦ κακοῦ πρᾶξιν αἱρήσεται· ἑστώσῃ δὲ τῇ γνώμῃ πρὸς τοὺς θείους κανόνας τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀπευθύνει. Ἵνα δὲ γνῷς ὅτι *δειλοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι πράσσειν τε καὶ λέγειν ἀνόητα*, ὅρα Μήδειαν τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τὰ καθ' αὑτὴν ὀδυρομένην· ἥτις ἀβουλήτως τοὺς οἰκειοτάτους προδοῦσα δι' ἔρωτα ἔκτοπον ἀνδρὶ ξένῳ ἑαυτὴν ἐνεχείρισεν· ἔπειτα ὀλιγωρουμένη ὑπὸ τούτου, ἀφόρητα πάσχειν οἴεται· καὶ ἐκ τῆς οἰήσεως ταύτης ἀκούεις οἷα βοᾷ·

Διά μου κεφαλῆς φλὸξ οὐρανία
βαίη·

καὶ πρόεισιν εἰς ἔργα παράνομα· πρῶτον *ἀνοήτως* ἐπευχομένη μὴ γεγενῆσθαι τὰ γενόμενα, εἶτα μανικῶς κακοῖς ἰᾶσθαι τὰ κακὰ πειρωμένη τὴν τῆς ἀβουλίας ἀρχὴν ἐξαλείφειν οἴεται τέλει χείρονι, παιδοκτονίᾳ προπετεῖ τὴν ἄβουλον παιδοποιΐαν ἀρνουμένη. Εἰ δὲ βούλει, τὸν Ἀγαμέμνονα θέασαι τὸν Ὁμήρου, ὃς τῆς ἀμετρίας τοῦ θυμοῦ διδοὺς δίκας οἰμώζων ἀναφωνεῖ·

— ἀλλ' ἀλαλύκτημαι, κραδίη δέ μοι ἔξω.

Καὶ τὸ πυρῶδες τῶν ὀμμάτων, ὃ πάλαι ὑπὸ τῆς θυμικῆς διαθέσεως ἐξήπτετο, μεταπεσόντων αὐτῷ τῶν πραγμάτων, τοῖς τῶν δακρύων ὄμβροις κατέψυχε. Τοιοῦτος γὰρ πᾶς *ἀνόητος* βίος, τῇδε κἀκεῖσε τοῖς ἐναντίοις πάθεσι μεταπίπτων, ἐν ἡδοναῖς μέν ἐστι μισητός, ἐν δὲ λύπαις ἐλεεινός, καὶ θαῤῥῶν προπετής, καὶ δεδιὼς ταπεινός· καὶ ὅλως τοῦ τῆς εὐβουλίας γενναίου φρονήματος ἀμοιρῶν τῇ τύχῃ συμμεταβάλλει τὴν γνώμην. Ἵνα οὖν μὴ τοιούτων δραμάτων ἀναπιμπλώμεθα, *πράσσοντες καὶ λέγοντες ἀνόητα*, τῷ ὀρθῷ λογισμῷ διὰ πάντων ἡγεμόνι χρησώμεθα, τὸ Σωκρατικὸν ἐκεῖνο πληροῦντες, « ὡς ἐγὼ οὐδενὶ οἷός τέ εἰμι πείθεσθαι τῶν ἐμῶν, πλὴν τῷ λόγῳ, ὃς ἄν μοι λογιζομένῳ ὀρθὸς φαίνηται. » Ἡμῶν δέ ἐστιν, ἀλλὰ οὐχ Ἡμεῖς, πάντα ὅσα πρὸς ὑπηρεσίαν τῇ λογικῇ οὐσίᾳ δέδοται, οἷον θυμός, ἐπιθυμία, αἴσθησις, αὐτὸ τὸ σῶμα, τὸ εἰς ὀργάνου χρείαν ταῖς δυνάμεσι ταύταις παρειλημμένον· ὧν οὐδενὶ χρὴ πείθεσθαι, πλήν, ὡς

Summa igitur danda nobis est opera, ne quid peccemus, sin autem peccavimus, ut festinemus ad pœnam, tanquam improbitatis medicinam, ut consilii inopiam præstantiori auxilio corrigamus. Quum enim semel bonitate excidimus, eam saltem, admissa correctione divina, per justam pœnitentiam recuperemus. Hæc vero pœnitentia philosophiæ principium est stultorumque sermonum atque operum fuga primaque ad vitam non pœnitendam præparatio. Is enim, qui priusquam agat consilium mente circumspicit, non incidit præter voluntatem in molestias, nec imprudens ea principia et fundamenta ponit, quorum conclusionem et exitum non libenter admittit, sed semper præsentia componit, consideratis eorum quæ aliter contingunt casibus. Quocirca nec eorum, quæ bona dicuntur, exspectatione id quod vere bonum est negliget, nec metu contrariorum malum facinus committet, sed mente semper intenta ad divinas leges vitam suam dirigit. Ut autem scias *miseri esse hominis ea et facere et dicere, quæ stulta sunt,* Medeam illam in tragœdia intuere, vicem suam deplorantem, quæ suis temere proditis vesano amore capta se in hominis peregrini manus tradidit; postea vero, quum ab eo negligeretur, intolerabilia pati se existimat, atque ea opinione ducta sic, quomodo audis, exclamat:

Utinam flamma cœlestis per meum caput
eat,

et procedit ad facinora nefaria, primum stulte optans, ut non acciderint quæ acciderunt, deinde furenter malis mala curare tentans initium temeritatis pejori fine se delere putat, temerariam liberorum procreationem præcipiti eorum nece infitians. Quodsi placet, Homericum Agamemnonem aspice, qui dum iræ immodicæ pœnas dat ejulans exclamat:

— perturborque animo nec cor manet intus.

Atque illum oculorum ardorem, qui pridem iracundia accendebatur, rebus ei minus prospere cedentibus, lacrimarum imbre restinxit. Talis enim est, quicunque inconsiderate vitam agit, contrariis affectibus huc illuc agitatus; in jucundis quidem rebus invisus est, in tristibus vero miserabilis, et quum confidit temerarius, quum metuit dejectus; atque in universum recto generosæ mentis consilio destitutus sententiam cum fortuna mutat. Ne igitur ejusmodi fabulis repleti ea *faciamus et dicamus, quæ stulta sunt,* recta ratione in omnibus duce utamur, Socratis illud dictum observantes: « ego vero nulli meorum possum obtemperare, nisi rationi, quæ mihi reputanti recta videatur. » Nostra vero, non autem nos, sunt omnia illa, quæ ministerii loco naturæ intelligenti data sunt, ut ira, cupiditas, sensus, corpus ipsum, quod instrumenti vice facultatibus istis assumtum est: quorum nulli obtemperandum, nisi, ut ait ille,

φησι, τῷ ὀρθῷ λόγῳ, τουτέστι τῷ λογικῷ κατὰ φύσιν διατεθέντι. Τοῦτο γὰρ καὶ διορᾶν δύναται ἃ λεκτέα τε καὶ πρακτέα. Λόγῳ δὲ ὀρθῷ πείθεσθαι καὶ θεῷ, ταὐτόν ἐστι. Τὸ γὰρ λογικὸν γένος εὐμοιρῆσαν τῆς οἰκείας ἐλλάμψεως ταῦτα βούλεται ἃ ὁ θεῖος ὁρίζει νόμος· καὶ γίνεται σύμψηφος θεῷ ἡ κατὰ θεὸν διακειμένη ψυχή, καὶ πρὸς τὸ θεῖον καὶ τὸ λαμπρὸν ἀποβλέπουσα πράττει ἃ ἂν πράττῃ. Ἡ δὲ ἐναντίως διακειμένη πρὸς τὸ ἄθεον καὶ σκοτεινὸν εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε φερομένη, ἅτε τῆς μόνης τῶν καλῶν στάθμης, νοῦ καὶ θεοῦ, ἀποπεσοῦσα, πλανᾶται. Τοσαῦτα μὲν καὶ τοιαῦτα τῆς εὐβουλίας τὰ ἀγαθά, καὶ τῆς ἐναντίας διαθέσεως τὰ κακά. Τὸ δὲ βουλεύεσθαι πρὸ ἔργου, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς, καὶ τῆς οἰήσεως ἐκκόπτει τὰς ἀφορμάς, καὶ πρὸς ἐπιστήμης ἀνάληψιν παρακαλεῖ, καὶ τὸν ἥδιστον ἡμῖν προξενεῖ βίον, εἴπερ καὶ τὸν ἄριστον· δηλοῦται δὲ ταῦτα διὰ τῶν ἑξῆς.

XV. 30—31.

Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκευ
ὅσσα χρεών, καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.

Τὸ μὲν μὴ ἐγχειρεῖν οἷς οὐκ ἴσμεν, ἀναμαρτήτους ἡμᾶς διαφυλάττει μόνον· τὸ δὲ διδάσκεσθαι τὰ πρὸς τὴν ἀρίστην ζωὴν συντείνοντα, πρὸς τῷ ἀναμαρτήτῳ, καὶ τὴν κατόρθωσιν ἐν ταῖς πράξεσιν ἡμῖν παρέχεται. Ἡ μὲν γὰρ σύνεσις τῆς ἀγνοίας τὴν ἐκ τῆς οἰήσεως ἐγειρομένην προπέτειαν ἐκκόπτει· ἡ δὲ τῆς ἐπιστήμης κτῆσις τὸ τῶν ἐνεργειῶν ἀπαρεμπόδιστον δίδωσιν. Ἀμφότερα δὲ καλά, καὶ τὸ εἰδέναι ὅτι οὐκ ἴσμεν, καὶ τὸ γνῶναι ἃ οὐκ ἴσμεν· οἷς ἕπεται βίος ὁ ἄριστος ἅμα καὶ ἥδιστος. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ οἰήσεως μὲν καθαρεύων, ἐπιστήμης δὲ πλήρης· ἐπὶ μηδενὶ μὲν ἐπαιρόμενος ὧν οὐκ οἶδε, μανθάνειν δὲ ἐθέλων ὅσα ἄξια μαθήσεως. Ἄξια δὲ ἐκεῖνα μόνα, ὅσα πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἡμᾶς ἀνάγει· ὅσα ποιεῖ βουλεύεσθαι πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μῶρα πέληται· ὅσα οὐκ ἐᾷ παράγεσθαι ὑπ' οὐδενὸς οὔτε λόγῳ, οὔτε ἔργῳ· ὅσα διακρίνειν ἱκανοὺς ποιεῖ τῶν προσπιπτόντων λόγων τὸ διάφορον· ὅσα τὰς δαιμονίας τύχας πράως φέρειν καὶ ἰᾶσθαι πείθει, καὶ τὴν θανάτου καὶ πενίας ἀφοβίαν διδάσκει, καὶ δικαιοσύνης ἄσκησιν, καὶ γαστρὸς καὶ τῶν περὶ τὴν γαστέρα τὴν ἐγκράτειαν· ὅσα τοὺς τῆς φιλίας νόμους εἰσηγεῖται, καὶ τὴν γονέων τιμήν· ὅσα τῶν κρειττόνων γενῶν τὸ σέβας ὑποδείκνυσι. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν, ἃ διδάσκεσθαι χρῆναί φησιν ὁ παρὼν λόγος, οἷς ἕπεται βίος ὁ τερπνότατος. Ὁ γὰρ ἀρετῇ διαπρέπων καὶ ἡδονὰς ἀμεταμελήτους καρποῦται μιμουμένας τὸ τῆς ἀρετῆς μόνιμον. Πέφυκε γὰρ πᾶσα ἡδονὴ ἐνεργείας ἡστινοσοῦν εἶναι παρακολούθημα. Οὐ γὰρ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν τὴν ὑπόστασιν ἔχει, ἀλλ' ἐπακολουθεῖ τάδε ποιοῦσιν ἡμῖν ἢ τάδε. Διὸ ταῖς μὲν

---

rectæ rationi, id est, animo rationali naturæ convenienter affecto. Hic enim potest et perspicere quæ dicenda et facienda sint. Rectæ vero rationi et Deo parere idem est. Natura enim intelligens, quum propria luce fruitur, illa vult quæ divina lex statuit, et cum Deo consentit animus Deo convenienter affectus atque id quod divinum et splendidum est spectans facit quæcunque facit. At qui secus se habet, in impietatem et in tenebras temere fortuitoque delatus oberrat, utpote qui mente atque Deo, sola bonorum regula, exciderit. Tot et talia sunt recti consilii commoda et contrariæ affectionis mala. Consilium vero antequam res geratur captum cum alia habet bona, tum vanæ opinionis occasiones præcidit et ad scientiam adipiscendam nos incitat, atque jucundissimam nobis vitam conciliat, quandoquidem et optimam : hæc vero in sequentibus demonstrantur.

XV. 30-31.

Ne quid facias eorum quæ nescis, sed discito
quæcunque disci par est, atque ita vitam transiges
[jucundissimam.

Earum rerum, quas nescimus, neglectio nos a peccatis immunes tantum conservat, earum vero cognitio quæ ad vitam optimam pertinent, præterquam quod nos inculpatos servat, facit etiam, ut ea quæ recta sunt agamus. Intelligentia enim præcidit inscitiæ temeritatem arroganti sui existimatione excitatam; scientiæ autem adeptio actionum libertatem affert. Utrumque vero bonum est, cum scire nos nescire, tum ea quæ nescimus addiscere, ex quibus oritur *vita* optima simul et *jucundissima*. Hæc autem est ea quæ arrogantiæ expers scientiæ plena sit quæque in nulla earum rerum glorietur, quas ignorat, atque ea lubens discat quæ scitu digna sunt. Illa vero sola digna sunt, quæ ad Dei similitudinem nos evehunt, quæ faciunt ut priusquam res gerantur deliberemus, ne stulta committantur, quæ nos a nemine neque verbis neque factis falli sinunt, quæ idoneos reddunt ad incidentium sermonum discrimen faciendum, quæ calamitates divinitus invectas leniter ferre iisque mederi persuadent, et mortis paupertatisque contemtionem et justitiæ cultum et ventris eorumque quæ circa ventrem sunt, continentiam docent, quæ leges amicitiæ et parentum honorem tradunt, quæ denique superiorum generum cultum demonstrant. Hæc atque hujusmodi sunt ea quæ discenda esse monent hi versus et quæ sequitur vita jucundissima. Qui enim virtute excellit voluptatibus etiam fruitur non pœnitendis, virtutis stabilitatem imitantibus. Ita enim natura compa-

φαυλοτέραις τῶν ἐνεργειῶν αἱ χείρους τῶν ἡδονῶν ἕπονται, ταῖς δὲ ἀμείνοσιν ἡδοναὶ συνεισέρχονται σπουδαῖαι· ὥστε μὴ μόνῳ τῷ καλῷ περιεῖναι τὸν σπουδαῖον τοῦ φαύλου, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ἡδονῇ νικᾶν, δι' ἣν μόνην δοκεῖ εἰς κακίαν ὁ φαῦλος ὑπάγεσθαι. Καὶ γὰρ ὅσῳ ἡ διάθεσις τῆς διαθέσεως ἀμείνων, τοσούτῳ καὶ ἡ ἡδονὴ τῆς ἡδονῆς αἱρετωτέρα. Ἐπεὶ οὖν ὁ κατ' ἀρετὴν βίος, τῆς θείας ὁμοιώσεως ἀντεχόμενος, τῷ ὄντι θεῖός ἐστιν, ὁ δὲ ἐν κακίᾳ, θηριώδης καὶ ἄθεος· δῆλον ὡς ἡ μὲν τοῦ σπουδαίου ἡδονὴ τὴν θείαν εὐφροσύνην μιμεῖται νῷ καὶ θεῷ συνεπομένη, ἡ δὲ τοῦ φαύλου ἡδονὴ λεγομένη (δεδόσθω γὰρ κοινὸν τὸ ὄνομα) πρὸς τὴν θηριώδη καὶ ἔμπληκτον ὁμοιοῦται κίνησιν. Ἡδοναὶ γὰρ καὶ λῦπαι μεθιστᾶσιν· ὧν ὁ μὲν ἀρυόμενος, ὅθεν τε δεῖ, καὶ ὁπότε, καὶ ὁπόσον, εὐδαιμονεῖ· ὁ δὲ τὰ μέτρα τούτων ἀγνοήσας, ἄθλιος. Οὕτως οὖν ὁ μὲν οἰήσεως καθαρεύων βίος ἀναμάρτητός ἐστι μόνος· ὁ δὲ καὶ ἐπιστήμης πληρωθείς, κατωρθωμένος καὶ τέλειος· ὁ δ' αὐτὸς ἥδιστός τε ἅμα καὶ ἄριστος. Οὐκοῦν ἃ μὲν μὴ ἴσμεν οὐδέποτε πράξομεν· ἃ δὲ ἴσμεν, ὅτε δεῖ. Ἡ μὲν γὰρ ἄγνοια τὴν κακίαν εἰσηγεῖται, ἡ δὲ γνῶσις τὴν εὐκαιρίαν ζητεῖ. Πολλὰ γὰρ ὄντα σπουδαῖα τῇ μεταθέσει τοῦ καιροῦ γίνεται φαῦλα. Ἐν τάξει οὖν ἀκούσωμεν τοῦ παραγγέλματος, ἐκ μὲν τῆς ἐποχῆς τῶν πράξεων τὸ ἀναμάρτητον ἡμῖν εἰσηγουμένου, ἐκ δὲ τῆς προτροπῆς τοῦ μανθάνειν οὐ πάντα, ἀλλ' ὅσα δεῖ, πρὸς τὰς ἀρίστας πράξεις ἡμᾶς ἐπανάγοντος. Οὐ γὰρ ἐν τῷ μὴ ἁμαρτάνειν ἐστὶ τὸ κατορθοῦν, ἀλλ' ἐν τῷ τὰ δέοντα εἰδέναι· καὶ τὸ μὲν ἡ κάθαρσις τῆς οἰήσεως, τὸ δὲ ἡ τῆς ἐπιστήμης παρουσία ἐργάζεται. Ἐν δὲ τῷ μὴ ἁμαρτάνειν, καὶ ἐν τῷ κατορθοῦν, ὅρα τί συμβήσεταί σοι· τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις. Τίς δὲ οὗτος, εἰ μὴ μόνος ὁ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τὸ ἡδὺ κεκτημένος, ᾧ συνδεδράμηκεν ἅμα τὸ ἀγαθόν, καὶ τὸ ἡδύ; Εἰ οὖν ποθοῦμεν τὸ καλόν, ποθοῦμεν δὲ καὶ τὸ ἡδύ· συνελθόντα τί ἂν εἴη; τοῦτο, ὅ φησιν, ὁ βίος τερπνότατος. Ὁ γὰρ τὸ ἡδὺ μετὰ τοῦ αἰσχροῦ ἑλόμενος, εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον δελεασθείη τῷ ἥδοντι, διὰ γοῦν τὸ αἰσχρὸν εἰς μεταμέλειαν ἐπώδυνον ἔρχεται. Ὁ δὲ τὸ καλὸν μετὰ πόνου προτιμήσας, κἂν παραυτίκα τῷ ἀήθει βαρύνηται, ἀλλ' ἡ τοῦ καλοῦ σύζευξις ἐπελαφρύνει τὸν πόνον, καὶ τέλος πρὸς τῇ ἀρετῇ καὶ ἡδονὴν καθαρὰν καρποῦται. Εἰ μὲν γὰρ πράττοιτό τι μεθ' ἡδονῆς αἰσχρόν, ἡ μὲν ἡδονὴ παρῆλθε, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει· εἰ δὲ πράττοιτό τι μετὰ πόνου καλόν, ὁ μὲν πόνος παρῆλθε, τὸ δὲ καλὸν μένει. Ἐξ ὧν λυπηρότατον ἀνάγκη εἶναι τὸν κάκιστον βίον· τερπνότατον δέ, τὸν ἄριστον. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τοῦ σώματος παιδαγωγία πρὸς

ratum est, ut omnis voluptas alicujus actionis sit appendix. Non enim illa per se exstat, sed nos hæc vel illa agentes comitatur. Unde fit ut actiones pejores subsequantur voluptates viliores, meliorum autem comites sint voluptates bonæ, adeo ut vir bonus non solum honestate malum superet, sed ipsa etiam voluptate vincat, ob quam solam malus ad vitium pellici videtur. Quanto enim affectio affectione excellentior est, tanto et voluptas voluptati præferenda. Quandoquidem igitur vita cum virtute acta, ad divinam similitudinem aspirans, revera est divina, vitiis autem dedita belluina atque a Deo aliena : manifestum est hominis virtute præditi voluptatem, quæ mentem Deumque sequatur, divinam lætitiam imitari; vitiosi autem quæ dicitur voluptatem (detur enim commune nomen) ad commotionis belluinæ et vecordis similitudinem accedere. Voluptates enim atque dolores mutationi obnoxia sunt; e quibus is qui sumit unde et quando et quantum par est, felix est; ille autem, qui horum modum ignorat, infelix. Sic igitur a peccatis illa tantum vita immunis est, quæ arrogantiæ expers sit, ea autem recta et perfecta quæ scientiam quoque adepta sit, eademque jucundissima simul et optima est. Itaque nunquam faciemus quæ ignoramus, quæ vero scimus, quum oportet. Inscitia enim vitium suadet, scientia vero tempus quærit opportunum. Quippe multa, quæ bona sunt, temporibus mutatis mala fiunt. Ordine igitur huic præcepto auscultemus, quippe quod inhibitis actionibus nos a peccato arceat, addita vero hortatione, ut discamus, non omnia, sed quæcunque oportet, ad optima agenda nos reducat. Non enim in non peccando positum est recte factum, sed in eorum cognitione quæ deceant : nam ad illud quidem arrogantiæ amotio sufficit, hoc autem adhibita scientia efficit. In vitando autem peccato et recte agendo vide quid tibi eventurum sit : ita *vitam transiges jucundissimam*. Quæ vero est hæc, nisi ea sola, quæ ex virtute voluptatem adepta est, cui simul bonitas et voluptas comites additæ sunt? Si igitur honestum appetimus, et appetimus simul jucundum, ex conjunctis quid orietur? Hoc, quod carmen dicit, *vita jucundissima*. Is enim qui jucundum cum turpi eligit, quamvis paulisper jucundo alliciatur, ob turpitudinem certe ad gravem pœnitentiam convertitur. Qui vero honestum cum labore pluris æstimat, etsi primum rei insolentia gravatur, honesti tamen conjunctio laborem ei allevat puramque postremo cum virtute voluptatem percipit. Etenim si cum voluptate turpe quid fiat, transit voluptas, manet vero turpitudo; sin autem magno labore aliquid honesti fiat, transit labor, honestum vero permanet. Unde molestissimam necesse est esse vitiosissimam vitam, jucundissimam autem

τὴν τῆς ψυχῆς τελείωσιν τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ὅρα ἑξῆς τί ἐπάγει·

XVI. 32—34.

Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·
ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον καὶ σίτου γυμνασίων τε
ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσει.

Τὸ θνητὸν σῶμα, πρὸς τὴν ἐπὶ γῆς διαγωγὴν ὄργανον ἡμῖν δοθέν, οὔτε πιαίνειν προσήκει ταῖς ἀμέτροις σωμασκίαις, οὔτε κατατρύχειν ἐνδείας ὑπερβολαῖς. Ἐμπόδιον γὰρ ἐπίσης ἑκάτερον, καὶ ἀναιρετικὸν τῆς χρείας αὐτοῦ προσγέγονε. Διὸ μετρίως θεραπεύειν αὐτό, καὶ μὴ περιορᾶν ἐξυβρίζον, ἢ ὑπὸ νοσημάτων ἐνοχλούμενον, ὁ λόγος παραινεῖ· ὅπως ἂν ἐν τῷ κατὰ φύσιν σωζόμενον ἀπαραποδίστως τῇ ἡγουμένῃ ψυχῇ τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ παρέχηται, ταύτῃ δυνάμενον ἄγεσθαι, ᾗ ἂν ἐκείνη ἄγῃ. Τὸ γὰρ χρώμενον ἡ ψυχή, τὸ δὲ ᾧ χρῆται, τὸ σῶμα, οὗ τὴν ἐπιμέλειαν ἔχειν δεῖ τὸν τεχνίτην. Οὐ γὰρ χρῆσθαι δεῖ μόνον ἐθέλειν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὅπως εὖ ἔχον ἡμῖν ὑπηρετῆται, τὴν ἐνδεχομένην ποιεῖσθαι πρόνοιαν. Ἐπεὶ δὲ ἡ φύσις αὐτοῦ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ συνεχεῖ καθέστηκε, καὶ πλήρωσις καὶ κένωσις αὐτὸ τιθηνοῦσι, νῦν μὲν τροφῆς τὸ ἀπορρέον ἀναπληρούσης, νῦν δὲ γυμνασίων τὸ πλεονάζον ὑπεξαιρούντων· μέτρον ἐπιστῆσαι δεῖ τῇ τῶν εἰσαγομένων πληρώσει, καὶ τῇ τῶν διαφορούντων κενώσει. Τὸ δὲ μέτρον ἐστὶν ὁ λόγος ὁ συναρμόζων τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ταῖς διανοητικαῖς ἐνεργείαις τῆς ψυχῆς, καὶ διὰ τοῦτο τῆς τῷ φιλοσόφῳ πρεπούσης ὑγιείας ἐπιμελούμενος. Οὗτος οὖν γυμνάσια καὶ τροφὰς ἐκλέξεται, ἃ ἂν μὴ πιαίνῃ πρὸς ὑπερβολὴν τὸ σῶμα, μηδ' ὑπέρτερον αὐτὸ τῶν νοερῶν κινήσεων ἀπεργάζηται. Οὐ γὰρ σώματος ἁπλῶς ἐπιμελεῖται, ἀλλὰ σώματος διανοίᾳ ὑπηρετουμένου. Ὅθεν τὴν ἀθλητικὴν ἀγωγὴν παραιτήσεται, ὡς ἄνευ ψυχῆς σῶμα θεραπεύουσαν· καὶ πᾶσαν τὴν λεγομένην σωμασκίαν φεύξεται, ὡς ἐπανισταμένην τῷ νοερῷ φωτὶ τῆς ψυχῆς. Ὅση δὲ τῇ περὶ τὰ μαθήματα θεωρίᾳ καὶ τῇ περὶ τὰς καλὰς πράξεις αὐτουργίᾳ ὑπηρετεῖσθαι δύναται τῇ τοῦ σώματος εὐεξίᾳ, ταύτην περιποιήσει ἑαυτῷ ὁ τὸν τοῦ φρονεῖν βίον ἑλόμενος. Πρὸς τοῦτον γὰρ εἴρηται τό, μέτρον δὲ λέγω τόδ' ὃ μή σ' ἀνιήσει. Σέ, φησί, τὸν ὄντα λογικὴν ψυχήν, μὴ βλαπτέτω τὸ μέτρον τῆς τοῦ σώματος ἐπιμελείας· σέ, τὸν τῶν προτέρων παραγγελμάτων φύλακα, τοιαῦτα σιτία,

---

honestissime actam. Atque hæc quidem hactenus. Quum vero corporis quoque cura ad animi perfectionem referatur, vide deinceps quid adjungat.

XVI. 32-34.

Neque cura valetudinis est negligenda;
sed modus in potu, cibo et exercitiis
servandus: modum autem dico hunc, qui tibi dolorem non pariet.

Mortale corpus, quod nobis instrumenti loco ad vitam in terris agendam datum est, nec immodica curatione saginare, nec nimia cibi inopia macerare oportet. Officit enim ex æquo utrumque et usum ejus adimit. Carmen igitur hortatur, ut moderate corpus curemus, neque id aut luxurians aut morbis laborans negligamus, ut naturæ convenienter conservatum operam suam promte navet animo principatum tenenti atque illuc sequi queat quo ille duxerit. Illud enim quod utitur animus est, corpus autem id quo utitur, cujus curam habere debet artifex. Neque enim eo tantum uti velle debemus, sed etiam, quoad possumus, providere, ut recte se habens nobis inserviat. Quoniam vero natura ejus in perpetua generatione et corruptione consistit, ipsumque expletio et exinanitio nutricantur, alimento nunc id supplente quod effluxit, nunc vero exercitatione id quod abundat subducente, modus expletioni quæ fit cibo potuque ingesto et exinanitioni rerum digerentium ac discutientium auxilio effectæ statuendus est. Hic vero modus est ratio illa quæ corporis habitum animi agitationi in commentatione positæ accommodat, ideoque valetudini ejus eatenus prospicit, quatenus philosopho conveniat. Hæc igitur ratio exercitia illa et alimenta eliget, quæ non immodice saginent corpus neque id mentis motibus superius efficiant. Non enim corporis simpliciter curam gerit, sed corporis menti ministrantis. Quamobrem athleticum victum aversabitur, ut qui corpus curet neglecto animo, ac totam illam curationem quæ σωμασκία dicitur vitabit, quippe quæ mentis lumini obsistat. Quicunque vero victus bonum corporis habitum efficiendo artium studiis et honestarum actionum exercitationi servire possit, eum ille adhibebit, qui prudenter vitam suam instituere vult. Illi enim hoc dictum est: *modum autem dico hunc qui tibi dolorem non pariet.* Te, inquit, qui animus rationalis es, ne damno afficiat *curandi corporis modus;* te, qui priora observabis præcepta, cibos ejusmodi et potus atque exercitia deligere convenit, quæ corpus ad virtutum exercitationem promtum reddant quæque id quod est rationis expers ad excutiendas moderantis animi habenas non excitent. Summa autem intentione ac diligentia curandi corporis modum adhibere te oportet, quia et incompositorum ejus motuum culpam sustinebis. Ingravescit enim vitii particeps equus, non simpliciter, sed quum ab aurigis non recte educatus est. In *modo* autem

καὶ ποτά, καὶ γυμνάσια, ἐκλέγεσθαι χρή, ἃ τὸ σῶμα πειθήνιον πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν χρῆσιν ἀπεργάζεται, ἃ μὴ ἐκφέρει τὸ ἄλογον πρὸς ἀφηνίασιν τοῦ ἡγεμονοῦντος λόγου. Μετὰ πλείστης δὲ προσοχῆς ποιεῖσθαί σε δεῖ τὴν παραμέτρησιν τῆς ἐπιμελείας τοῦ σώματος, ὡς καὶ τῶν τούτου παραλόγων κινημάτων τὴν αἰτίαν ὑφέξοντα. Βρίθει γὰρ ὁ τῆς κακίας μετέχων ἵππος, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτε μὴ καλῶς εἴη τεθραμμένος ὑπὸ τῶν ἡνιόχων. Ἐν δὲ τῷ μέτρῳ, τῷ περὶ τὸ σῶμα, τὸ ποτὸν τοῦ σιτίου προέταξεν, ὅτι μᾶλλόν ἐστι δυσφύλακτον, καὶ εὐόλισθον εἰς κατάποσιν, καὶ παρακινητικὸν τῆς τοῦ σώματος εὐεξίας. Λάθοι γὰρ ἄν τις πολλαπλάσια τοῦ μέτρου πιὼν μᾶλλον ἢ φαγών. Τὰ δὲ γυμνάσια τρίτα τέτακται, ὡς ἐπανορθούμενα τὴν ἀπὸ τῆς τροφῆς πλήρωσιν, καὶ πάλιν πρὸς τὸ ὑγιεινῶς τρέφεσθαι παρασκευάζοντα. Κύκλῳ γὰρ οἷον ἀνταποδίδοται ταῦτα ἀλλήλοις, τροφή, καὶ γυμνάσιον· καὶ γυμνάσιον, καὶ τροφή. Χορηγία γὰρ τοῦ μὲν δύνασθαι γυμνάζεσθαι τὸ εὖ τεθράφθαι, τοῦ δὲ εὐεκτικῶς τρέφεσθαι, τὸ γεγυμνάσθαι συμμέτρως. Μέτρον δὲ τούτων ἄλλο ἄλλῳ, πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπιτήδευμα τῆς τοῦ σώματος ἐπιμελείας ἑκάστῳ τεινούσης. Πᾶς γὰρ τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως ὄργανον αὐτὸ ποιεῖσθαι σπουδάζει· ὁ μὲν παλαιστρικὸς τῶν περὶ πάλην κινημάτων· ὁ δὲ γεωργικὸς τῶν περὶ γεωργίαν πόνων· καὶ ἄλλος πρὸς ἄλλο ἕλκει καὶ μεθαρμόζεται τὴν τοῦ σώματος ὑπουργίαν. Τί οὖν ὁ φιλόσοφος; πρὸς τί βλέπων ἐθελήσει τὸ σῶμα παιδαγωγεῖν; καὶ τίνος ὄργανον αὐτὸ σπουδάσει ποιήσασθαι, ἢ δῆλον ὅτι φιλοσοφίας καὶ τῶν ταύτης ἔργων; Ὡς οὖν οἷόν τε φρονήσεως ὄργανον γενέσθαι τὸ σῶμα, οὕτως αὐτὸ διὰ πάντων θρέψει τε καὶ παιδεύσει, ψυχῆς μὲν προηγουμένως ἐπιμελούμενος, διὰ ταύτην δὲ καὶ τοῦ σώματος. Οὔτε γὰρ προτιμήσει αὐτὸ τῆς χρωμένης, οὔτε παντελῶς ἀμελήσει αὐτοῦ πάλιν διὰ τὴν χρωμένην· ἀλλ' ἐν τάξει τῇ πρεπούσῃ ὡς ὀργάνου ποιήσεται τὴν ἐπιμέλειαν, πρὸς τὴν τοῦ χρωμένου ἀρετὴν καὶ τὴν τοῦ σώματος ὑγίειαν ἀναφέρων. Διὸ οὐ πανταχόθεν αὐτὸ θρέψει, ἀλλ' ἀφ' ὧν δεῖ μόνων. Ἔστι γὰρ ἃ μὴ δεῖ προσφέρεσθαι, ὡς βαρύνοντα τὸ σῶμα, καὶ καθέλκοντα τὸ συμφυὲς πνεῦμα τῆς ψυχῆς πρὸς ὑλικωτέρας ἐμπαθείας· περὶ ὧν ὕστερον ὁ λόγος φησίν·

> Ἀλλ' εἴργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
> ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων. —

Τὰ τοιαῦτα οὖν παντελῶς παραιτήσεται· ὧν δὲ ἐξὸν προσφέρεσθαι τὴν ποσότητα καὶ τὸν καιρὸν μετρήσει καί, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, ὥρην, καὶ χώρην, καὶ ἡλικίην περιεργάσεται, καὶ πάντα ὅσα τοῦ τοιούτου τύπου· οὐκ ἀνεξετάστως ἐπιτρέπων ἐμπίπλασθαι ὧν ἐξὸν μεταλαμβάνειν, οὐδ' ἀκρίτως νέον καὶ πρεσβύτην ὁμοίως διαιτᾶσθαι, ἢ ὑγιεινὸν καὶ νοσώδη, ἢ ἀρχόμενον φιλοσοφίας καὶ εἰς ἄκρον αὐτῆς ἥκοντα. Ταῦτα δὲ πάντα συνείληφε τὸ Πυθαγορικὸν μέτρον, τῇ προσθήκῃ τοῦ, ὃ μή σ' ἀνιήσει. Πάντα γὰρ εἰς τὴν φιλόσοφον εὐζωίαν συντείνοντα πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ἐπέτρεψε τῷ βραχεῖ τούτῳ ῥήματι· καὶ τοῖς προειρημένοις περὶ ὑγιείας ψυχῆς ἐπήγαγεν, οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέ-

---

circa *corpus* adhibendo *potum cibo* propterea præposuit, quod difficilius cavetur et facile absorbetur et bonum corporis habitum pervertit. Multo enim sæpius quis imprudens modum excedat bibendo, quam comedendo. Tertio autem loco posita sunt exercitia, utpote quæ expletionem alimentis factam corrigant, et rursus ad salubrem victum præparent. Etenim in orbem quodammodo euntia reciprocantur inter se *alimentum* et *exercitatio* atque *exercitatio* et *alimentum*. Aptus enim victus facultatis virium exercendarum largitor est, victûs vero cum firmo corporis habitu conjuncti moderata exercitatio conciliatrix est. Horum vero modus alii alius est, quum ad proprium cujusque institutum corporis cura spectet. Nam sui quisque studii instrumentum corpus facere conatur, palæstricus luctæ motuum, agricola agriculturæ laborum; alius autem ad aliud trahit et accommodat corporis ministerium. Quid igitur philosophus? quid ille spectans corpus excolere volet? et cujus rei instrumentum illud facere conabitur, nisi philosophiæ atque ejus operum? Ut igitur prudentiæ instrumentum corpus potest fieri, ita ipsum omnino alet atque erudiet, animum quidem inprimis curans, corpus autem ejus gratia. Neque enim illud utenti anteponet, neque contra prorsus negliget, utentis gratia, sed ejus tanquam organi, eo quo par est ordine curam geret, eam tum ad utentis virtutem, tum ad ipsius corporis valetudinem referens. Itaque non quibuslibet alimentis corpus nutriet, sed quibus solis oportet. Sunt enim quibus vesci non decet, ut quæ corpus prægravent et spiritum animo adhærentem ad crassiores affectus detrahant; de quibus postea carmen dicit :

> Abstine vero cibis iis, quos diximus, cum in lustrationibus,
> tum in purgatione animi judicium adhibens.

Talia igitur penitus rejiciet : eorum autem quibus vesci licet quantitatem et tempus *metietur*, et diligenter considerabit, ut ait Hippocrates, anni tempus et regionem et ætatem cæteraque ejus generis omnia ; neque sine examine corpus iis impleri sinens, quibus vesci fas est, nec sine discrimine eundem victum juveni et seni, aut sano et ægroto, aut tironi in philosophia et viro ad summum ejus

λειαν ἔχειν χρή· ὡς ἐκεῖ μὲν τὴν τοῦ χρωμένου ἀρετὴν παραδίδοσθαι, ἐνταῦθα δὲ τὴν τοῦ ὀργάνου σωτηρίαν. Σύναψον οὖν ταῦτα ἐκείνοις, καὶ εὑρήσεις, ὅστις εἶ ᾧ παραγγέλλεται, τοιοῦτο δεῖν ποιεῖσθαι τὸ μέτρον τῆς περὶ τὸ σῶμα τάξεως, ὃ μή σ' ἀνιήσει, ὃ μὴ ἐμποδιεῖ τὴν φιλόσοφον πρόθεσιν, ἀλλ' ἐπωφελήσει τῇ συνεργίᾳ τὴν πρὸς ἀρετὴν ὁδεύουσαν ψυχήν. Ποτοῦ δὲ καὶ σίτου μέτρον εἶπε, τὰς ὑπερβολὰς καὶ τὰς ἐλλείψεις ἀπαγορεύων, ὁ λόγος, τὸ δὲ μέσον καὶ σύμμετρον ἀσπαζόμενος· ὅθεν καὶ τὸ γαστρὸς κρατεῖν καὶ ὕπνου λαγνείης τε καὶ θυμοῦ εὐκόλως παραγίνεται. Τὸ γὰρ νῦν λεγόμενον μέτρον τὴν ἐν ἐκείνοις ἀμετρίαν κολάζει, καὶ ὑπεξαιρεῖται τὸ λυποῦν καὶ καθέλκον τὴν πρὸς νοῦν καὶ θεὸν ἐπειγομένην ψυχήν. Δεῖ γὰρ αὐτὴν ἀνιοῦσαν πρὸς νοῦν γαλήνην ἔχειν ἀπὸ τῶν παθητικῶν κινημάτων, καὶ τετάχθαι αὐτῇ τὰ κάτω καλῶς πρὸς τὸ ἀθόρυβον τῆς τῶν ἄνωθεν θεωρίας. Τοῦτο ἦν τὸ μέτρον, ὃ μή σ' ἀνιήσει· τοῦτο τὸ κρατοῦν γαστρὸς ἅμα, καὶ τὴν τοῦ ὀργάνου σωτηρίαν ποιούμενον, τὸ ἀρετὴν ψυχῆς ἐπιδεικνύμενον, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν μὴ καταλύον. Μέρος γὰρ ἀρετῆς ἐστι καὶ τὸ εἰδέναι σώζειν τὸ ὄργανον, καὶ συναρμόζειν αὐτὸ πρὸς τὴν φιλόσοφον χρῆσιν. Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον ἐν τροφαῖς καὶ γυμνασίοις ἐστὶν ἡ τοῦ σώματος θεραπεία, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλῶν προσδεῖται, οἷον ἱματίων, ὑποδημάτων, σκευῶν παντοδαπῶν, καὶ τῆς ταῦτα ὑποδεχομένης οἰκίας, δεῖ δὲ καὶ ἐν τούτοις τοῦ μετρίου, ὃ τρυφήν τε καὶ ἀκαθαρσίαν ἐξορίζει τῆς ὅλης ἡμῶν διαίτης· εἰκότως ἐπήγαγεν·

XVII. 35—38.

Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον·
καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρόν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων·
μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.

Οὐ μόνον, φησίν, ἐν σιτίοις καὶ ποτοῖς τὸ μέτρον καλόν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὡς τῶν δι' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν ἁμαρτημάτων καθαρεῦον. Γένοιτο γὰρ ἂν ἐν πᾶσιν οἷς εἴπομεν, ἀμετρία διπλῆ· ἡ μὲν πρὸς τὸ πολυτελὲς ἐξάγουσα, ἡ δὲ πρὸς τὸ ῥυπαρὸν συνωθοῦσα. Ἑκάτερον δὲ μεμπτὸν καὶ οὐ φιλόσοφον ἦθος, οὐδὲ στοχαζόμενον τῆς σωματικῆς εὐμετρίας. Ἐπιτεινομένη γὰρ καθαρειότης θρύψις καὶ βλακεία εὑρίσκεται· ἐπιτεινομένη δὲ λιτότης ἀκαθαρσία καὶ ῥύπος γίνεται. Ἵν' οὖν μήτε ἐκεῖνο πάθωμεν διὰ καθαρειότητα, μήτε τοῦτο διὰ λιτότητα, μέσοι βαίνωμεν, τὰς παρακειμένας ἑκατέρῳ κακίας ἐκκλίνοντες, καὶ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου σωφρονισμὸν ποιούμενοι· λιτὴν οὕτως ἐπιτηδεύοντες δίαιταν, ὡς μὴ ἀκάθαρτον, καὶ καθάρειον οὕτως, ὡς μὴ τρυφηλήν. Διὸ τὸ μέτρον προτιμήσωμεν ἐν πάσῃ τῇ

---

fastigium evecto permittens. Hæc vero omnia *modus* Pythagoricus complexus est additis verbis illis : *qui tibi dolorem non pariet.* Omnia enim ad vitæ felicitatem e philosophia ortam spectantia propter corporis curam permisit brevi hoc dicto usus, atque iis, quæ de animi sanitate ante dicta erant, adjecit, *neque cura valetudinis corporis est negligenda,* ita ut ibi utentis virtutem tradat, hic autem instrumenti salutem. Hæc igitur cum illis conjunge, et invenies, quisquis es, cui hoc præcipitur, *modum* istum regendi *corporis* adhibendum esse, *qui tibi dolorem non afferet,* qui philosophicum institutum non impediet, sed animum ad virtutem contendentem opera sua adjuvabit. *Potus* autem et *cibi modum* dixit carmen, nimiam eorum copiam et inopiam interdicens, id vero quod medium est ac temperatum comprobans, unde et ventri et somno et veneri et iræ facile possumus moderari. Nam qui hoc loco dicitur modus id quod immoderatum in illis est reprimit tollitque molestiam et quidquid animum ad mentem ac Deum festinantem deprimit. Oportet enim illum, quum ad mentem ascendit, tranquillum esse liberumque ab affectuum motibus, atque inferiora habere rite composita ad imperturbatam superiorum contemplationem. Hic est *modus* ille, *qui tibi dolorem non pariet;* hic est ille qui et ventri simul imperat et instrumentum incolume præstat, qui animi virtutem ostendit et corporis habitum non dissolvit. Pars enim virtutis est etiam servandi instrumenti scientia, atque ejus ad philosophicum usum accommodatio. At quum non in *alimentis* tantum atque *exercitationibus* versetur *corporis* cultus, sed multis etiam aliis rebus indigeat, velut vestimentis, calceis, varia supellectile atque domo hæc omnia continente, opus autem sit in his quoque mediocritate, quæ et luxum et immunditiam a tota victus nostri ratione amoveat, non immerito subjecit.

XVII. 35-38.

Mundo vero victu uti assuesce, non delicato.
Et cave facias quæcunque invidiam habent.
Ne fac sumtus importunos, ut qui honesti ignarus est,
neve sis illiberalis : modus enim in omnibus optima res.

Non solum, inquit, in cibo et potu bonus est modus, sed in cæteris quoque omnibus, ut qui ab iis peccatis purus sit, quæ propter nimiam copiam vel inopiam admittuntur. Etenim in *omnibus* quæ diximus duplex modi excedendi ratio est, altera ad luxum perducens, altera ad sordes compellens. Utrumque vero vituperandum est atque a philosophi moribus alienum, neque ad rectam corporis moderationem spectat. Nam in luxum atque mol-

περὶ τὸ σῶμα κατασκευῇ, ἱμάτιον ἐκλεγόμενοι καθάρειον, ἄθρυπτον· οἶκον ὁμοίως καθάρειον, ἄθρυπτον· καὶ πᾶν ὁτιοῦν τῶν περὶ τὸ σῶμα καθάρειον, ἄθρυπτον ἔχειν ἐθέλοντες. Πρέπει γάρ, λογικῆς ψυχῆς τοῦ σώματος ἡγουμένης, καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα πάντα συντετάχθαι πρὸς τὸν ἡγούμενον λόγον, ὅστις οὔτε τρυφῆς, οὔτε ἀκαθαρσίας ἀνέξεται, τῇ κατ' αὐτὸν ἀξίᾳ πάντα λογιζόμενος δεῖν εἶναι σύμμετρα. Ἵν' οὖν μὴ περιέλκοιτο πρὸς κτῆσιν τῶν πολυτελῶν, τὸ ἄθρυπτον ἐπιτηδεύει· ἵνα δὲ μὴ ῥύπῳ καὶ ὑλικῇ ἀμορφίᾳ συνοικοίη, τὸ καθάρειον ἐκλέγεται. Οἷον, ἱμάτιον οὐ λεπτὸν μέν, καθάρειον δέ· σκεύη οὐ χρυσᾶ, οὐδὲ ἀργυρᾶ, ἀλλ' ἐκ τῶν εὐποριστων ὑλῶν καθάρεια· οἰκίαν οὐ πολυτελέσι λίθοις κατηνθισμένην, οὐδὲ περιττῶς εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ἐξειργασμένην, ἀλλὰ σύμμετρον τῇ τοῦ σώματος χρείᾳ, καθάρειον δέ· καὶ ὅλως παρὰ πᾶσαν τὴν δίαιταν τὸ μὲν τρυφηλόν, ὡς ἔξω τῆς χρείας, ἀρνεῖται· τὸ δὲ καθάρειον, ὡς μάλιστα τὴν χρείαν ἀποπληροῦν, ἐγκρίνει. Καὶ γὰρ ἱμάτιον, καὶ οἶκος, καὶ σκεῦος ἅπαν, τότε τὴν αὐτοῦ χρείαν καλῶς παρέχεται, ὅταν σύμμετρον ᾖ καὶ καθάρειον. Τί γὰρ μεγάλου δεῖ πίνακος εἰς μικρὸν ὄψον; τί δὲ ῥυπαροῦ, μέλλοντος ἀφανιεῖν τὸ ὄψον; Οἴκου δὲ μεγάλου τί δεῖ τοῖς μέλλουσιν ἐν μιᾷ γωνίᾳ αὐτοῦ κεῖσθαι; τί δὲ ἀκαθάρτου, τὴν τῆς οἰκήσεως χρείαν οὐ παρέχοντος; Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων εὑρήσεις ἑκατέρωθεν ἄχρηστον ὄν, τὸ μὴ μετὰ τοῦ ἀτρύφου καθάρειον· ἅμα γὰρ ὑπερέβης τὸ μέτρον τῆς χρείας, καὶ εἰς τὸ ἄπειρον προῆλθες τῆς ἐπιθυμίας. Διὸ πάντα τὰ περὶ τὸν βίον μετρείσθω σοι ταῖς μεσότησι ταῖς διαφευγούσαις τὰς παρακειμένας κακίας. Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν, φησί, καθάρειον· εἶτα ὁρῶν τὴν εἰς τρυφὴν ἔκπτωσιν, προσέθηκεν ἄθρυπτον· καὶ εἰ ἄθρυπτον προειρήκει, εἶδεν ἂν καὶ τὴν εἰς ῥύπον ἀπόπτωσιν, καὶ ἐπήγαγε καθάρειον· ἀεὶ τοῦ πτώματος ἀνέχων τῇ τοῦ ἑτέρου πρὸς τὸ ἕτερον ἀντιθέσει, ἵν' ἐξ ἀμφοτέρων ἀνδρώδης ἡ δίαιτα ᾖ, καὶ λογικῷ ζώῳ πρέπουσα. Οὕτω δὲ τάξαντες τὸν βίον, καὶ ἄλλο τι ἑπόμενον μέγα ἀγαθὸν ἕξομεν. Τὸν γὰρ ἐπιφυόμενον τοῖς ὑπερβάλλουσι φθόνον διαφύγοιμεν ἄν, τῷ μηδὲν ἄγαν οὐ κινοῦντες καθ' ἡμῶν αὐτῶν τοὺς συμπολιτευομένους, ὥστε νῦν μὲν νεμεσᾶν, ὡς τρυφῶσιν ἡμῖν, νῦν δὲ μέμφεσθαι, ὡς ῥυπῶσι· καὶ ὁτὲ μὲν ὡς ἀσώτοις ἐγκαλεῖν, ὁτὲ δὲ ὡς μικρολόγοις. Πᾶσι γὰρ τοῖς τοιούτοις ἕπεται παρὰ τῶν συζώντων ἡ ἐπὶ τῇ ἀμετρίᾳ μέμψις. Τοῦτο γὰρ νῦν ὁ φθόνος δηλοῖ, ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον, πεφύλαξο τοιαῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει, ἤγουν μέμψιν εὔλογον ἔχει παρὰ τῶν πολλῶν. Μεμπτὰ δέ, κατὰ τὸν λόγον καὶ τοὺς πολλούς, ἐν μὲν τῇ διαίτῃ τρυφὴ καὶ ῥύπος, ἐν δὲ τῇ δαπάνῃ χρημάτων, ἀσωτία καὶ μικρολογία. Διὸ ἐλευθεριότης καὶ συμμετρία δεικνύτω διὰ τῶν ἐκτὸς πάντων τὴν ἔμ-

litiem abit nimia munditia, in sordes autem atque immunditiam nimia tenuitas. Ut igitur neque illud nobis accidat propter munditiam, neque hoc propter tenuitatem, medii incedamus, adjuncta utrique vitia declinantes et alterum altero temperantes : ita tenui utentes victu, ut sordibus careat, atque ita mundo, ut luxu vacet. Modum igitur in omni circa corpus apparatu præoptemus, vestitum eligentes *mundum, non delicatum,* domum similiter *mundam,* non *delicatam*, quidquid denique ad corpus pertinet, *mundum, non delicatum* comparare studentes. Quum enim rationalis animus corpori præsit, ea etiam omnia quæ ad corpus pertinent, ad ducis rationis exemplum componi oportet, quæ neque luxum neque sordes feret, omnia judicans suæ dignitati convenientia esse debere. Illa igitur, ne in sumtuosis comparandis distrahatur, id quod *deliciis caret* studiose sequitur, ne vero in sordibus atque in crassa rerum deformitate vivat, munditiam eligit : verbi gratia, vestem non byssinam, *mundam* vero ; vasa non aurea, non argentea, sed ex parabili materia *munda*, domum non lapidibus pretiosis decoratam, neque egregie pulchritudinis et amplitudinis gratia structam, sed corporis usui aptam et mundam : atque omnino in toto victu *delicatum* illud, ut inutile, respuit, *mundum* vero, quippe quod usui abunde satisfaciat, deligit. Etenim vestimenta et domus et supellex omnis tum magnum sui usum præbent, quum convenientia sunt et munda. Quid enim disco opus est magno, ubi opsonii parum? quidve immundo, qui opsonium corrumpat? Quid autem domo magna illis opus est, qui in uno ejus angulo jacebunt? quidve sordida, quæ habitationis usum non præbeat? Idem in cæteris quoque utrimque inutile reperies, defectionem dico luxu vacantis munditiæ ; simulatque enim usus modum excessisti, ad cupiditates infinitas progressus es. Quocirca vitæ res omnes metiaris ea mediocritate, quæ vitia declinet vicinà. *Mundo* vero, inquit, *victu uti assuesce;* deinde prolapsionem in *luxum* animadvertens addit *non delicato :* quodsi *non delicato* prius dixisset, prolapsionem inde etiam in *sordes* videns addidisset *mundo,* a lapsu semper arcens alterum alteri opponendo, ut ex ambobus victus virilis naturæque intelligenti conveniens constet. Ita vero vitam nostram instituentes et aliud quoddam ingens bonum nanciscemur. Invidiam enim, quæ nimiis rebus adhærescit, vitabimus, providendo *ne quid nimis* sit civium nostrorum in nos odia non ita excitantes, ut nobis modo irascantur, tanquam *luxu diffluentibus*,

φρονα τῆς ψυχῆς ἕξιν καὶ τὸ μέτρον τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. Δεῖ γάρ, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἐπιφθόνων ἀπέχεσθαι τὸν ἡσυχίας ἐρῶντα, καὶ μὴ ἐρεθίζειν, ὥσπερ τι θηρίον, τὸν φθόνον, ἵν' ἀθορύβως ἐξῇ προκόπτειν ἐν τοῖς καλοῖς. Ἀνεπίφθονον δὲ ζωὴν ἐπιτηδεύσομεν, λιτὴν καὶ ἄῤῥυπον δίαιταν ἔχοντες, καὶ τὸν τῆς ἀπειροκαλίας τῦφον ἐκκλίνοντες, ἐξ οὗ ἀποβλαστάνει δύο κακά, δαπάνη τε, καὶ φειδὼ χρημάτων ἄκαιρος· ὧν τὸ μὲν εἰς ὑπερηφανίαν διαβάλλεται, τὸ δὲ εἰς μικροπρέπειαν. Ἑκάτερον δὲ τούτων ἡ ἐλευθεριότης ἐκφεύγει, ἀρετὴ περὶ χρημάτων δόσιν καὶ λῆψιν ὑπάρχουσα, καὶ τὸ δέον ἐν προσόδοις καὶ δαπάναις εὑρίσκουσα, καὶ πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον πάντα τὰ ἐκτὸς συντάττουσα. Τοσαῦτα καὶ περὶ τῆς τοῦ σώματος καὶ περὶ τῆς τῶν ἐκτὸς ἀρίστης χρήσεως πεφιλοσόφηται ἐν τοῖς Ἔπεσιν, ὅπως ἂν καὶ διὰ τούτων τὸ τῆς ἀρετῆς διαφαίνηται κάλλος· κεφάλαιον δὲ τῶν πάντων ποιεῖται τὸ ἑξῆς παράγγελμα.

XVIII. 39.

Πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψει, λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.

Πολλάκις ἐχρήσατο τῷ τοιούτῳ λόγῳ, ὁτὲ μὲν εἰπών,

Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει·

ὁτὲ δέ,

— Μέτρον δὲ λέγω τόδ' ὃ μή σ' ἀνιήσει·

καί,

Μηδείς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.

Τούτων οὖν ἁπάντων σύνοψιν ἐνταῦθα καὶ μίαν συγκεφαλαίωσιν ὁ λόγος ποιεῖται, ἀπαγορεύων μὲν τῶν βλαβερῶν τὴν παραδοχήν, τῶν δὲ ἐπωφελῶν εἰσηγούμενος τὴν ἐνέργειαν· γίνεσθαι δὲ καλῶς τὴν τούτων διάκρισιν ἐν τῷ λογίζεσθαι πρὸ ἔργου τί πρακτέον καὶ τί μὴ πρακτέον. Ὁ γὰρ τῆς εὐβουλίας καιρὸς ἐν τῷ ἀπρολήπτῳ τῶν πράξεων παραγίνεται. Κἀνταῦθα δὲ πάλιν τοῦ ἅ σε μὴ βλάψει οὕτως ἀκουσόμεθα, ὡς καὶ τοῦ, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει· τὸ σὲ κατὰ τοῦ ὄντως ἀνθρώπου καὶ τῆς λογικῆς οὐσίας τάττοντες, καὶ κατὰ τοῦ φιλοσοφεῖν προῃρημένου, καὶ τὴν πρὸς θεὸν ὁμοίωσιν κτήσασθαι σπεύδοντος. Τοῦτον δὲ βλάπτει πᾶν τὸ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, πᾶν τὸ παρὰ τὸν θεῖον νόμον, πᾶν τὸ τὴν πρὸς θεὸν ὁμοίωσιν ἐμποδίζον. Πέφυκε δὲ τὰ τοιαῦτα ἡμῖν ἐπιτίθεσθαι ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν συζώντων, καὶ τῇ διοικήσει τοῦ τε συνεζευγμένου σώματος, καὶ τῶν πρὸς βοήθειαν ἐξευρημένων τὴν τούτου· ἃ δὴ χρήματα καλεῖν ἔθος, ὡς πρὸς τὴν χρείαν ἐκκείμενα. Διευλαβεῖσθαι οὖν χρῆναί φησιν ὁ λόγος τὸν ἐρωτικὸν τῶν θείων ἀγαθῶν, μήποτε ἀναπεισθῇ πρᾶξαί τι ὃ μὴ βέλτερον αὐτῷ, καὶ ὅπως μὴ χαρίσηται τῷ σώματι, ἐξ ὧν αὐτὸς ἀνιάσεται, μηδὲ

---

modo reprehendant tanquam sordidos, atque interdum increpent tanquam prodigos, interdum autem tanquam præparcos. Nam istiusmodi omnes, qui modum non servant, ab iis quibuscum vivunt vituperantur. Hoc enim *invidiæ* nomen hic significat, quasi dicat *cave facias, quæcunque invidiam habent*, sive quæ juste a vulgo reprehendi possunt. Justa vero de causa et de vulgi sententia reprehensione digna sunt luxus et sordes in victu; in pecuniæ autem erogatione prodigentia et nimia parsimonia. Quocirca liberalitas et mediocritas in omnibus externis prudentem animi habitum ostendant et *modum* illum, qui *in omnibus optimus est.* Ab iis enim, quæ invidiam habent, ei abstinendum est, quantum fieri potest, qui tranquillitatem amat, neque invidia tanquam fera provocanda est, ut in iis quæ honesta sunt animo omni perturbatione libero proficere liceat. Vitam autem *sine invidia* degendam sequemur, si tenui et mundo victu utamur, et fastum illum vitemus, qui ex decori ignorantia oritur, unde duo mala nascuntur, pecuniarum profusio et parsimonia intempestiva, quarum illa ut superbia vituperatur, hæc autem ut pusilli animi tenacitas. At horum utrumque devitat liberalitas, quæ virtus in dandis accipiendisque pecuniis versatur ac decorum in quæstibus et sumptibus repertum observat simulque externa omnia ad rectam rationem componit. Atque hæc quidem etiam de corporis externarumque rerum usu optimo in carmine philosophiæ convenienter tradita sunt, ut virtutis pulchritudo in his quoque appareret: omnium vero summam sequentem præceptionem carmen esse vult.

XVIII. 39.

Fac ea quæ tibi non noceant, et delibera priusquam facias.

Hujusmodi dicto sæpe usus est, uno loco dicens,

At tu ea perage, quæ tibi postea non sint molesta:

alio autem,

. . . . modum autem dico hunc, qui tibi dolorem non [pariet;

et alibi,

Nemo te aut verbis aut factis adducat, ut quidquam
aut facias aut dicas, quod tibi non sit commodum.

Hæc igitur omnia in unum hîc collecta ante oculos ponit carmen, vetans nos admittere noxia, suadensque ut utilibus operam demus, quæ quidem optime distinguantur, considerando ante

προσδέξηταί τι βλάπτον τὴν φιλόσοφον ὁρμήν, ἐφ' ᾧ μικρὸν ὕστερον μεταμελήσεται. Ταῦτα γὰρ πάντα τῷ προλογισμῷ διωθεῖσθαι ἡμᾶς προσήκει, ἵν' ὁ ἐπιλογισμὸς τῶν εἰργασμένων ἡμῖν ἡδίστην ἔχῃ τὴν ἀνάμνησιν, ἣν ἑξῆς ποιεῖσθαι παρακελεύεται.

XIX. 40—44.

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστον·
πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο, χρηστὰ δέ, τέρπευ.

Ἐνταῦθα γενόμενος τοῦ λόγου, τῶν ὅλων παραγγελμάτων ἄθροισόν μοι τὴν γνώμην, ἵνα τὸ εἴσω τῆς ψυχῆς δικαστήριον πρὸς ταῦτα, ὡς πρὸς θείους νόμους, ἀποβλέπον, ποιῇ τῶν εὖ ἢ κακῶς πεπραγμένων τὴν ἐπίκρισιν. Πόθεν γὰρ ὁ ἐπιλογισμὸς ἕξει δειλὰ μὲν εἰργασμένους ἡμᾶς ἐπικόπτειν, χρηστὰ δὲ πράξαντας ἐπαινεῖν, εἰ μὴ ὁ προλογισμὸς νόμους τινὰς λάβοι, καθ' οὓς προσήκει τὴν ζωὴν συντάττειν, καὶ πρὸς τούτους τὸ τῆς συνειδήσεως ταμιεῖον, ὥς πρός τινα σκοπόν, ἀπευθύνοι τὸν ὅλον ἡμῶν βίον; Ὁσημέραι δὲ ποιεῖσθαι τὴν τοιαύτην κρίσιν εἰσηγεῖται, ἵνα τῷ συνεχεῖ τῆς μνήμης τὸ τῆς κρίσεως ἀπλανὲς διασώζηται· πρὸς ἑσπέραν δέ, καὶ εἰς ὕπνον τρεπομένων, ὅπως ἂν εἰς τὸ πέρας τῶν μεθημερινῶν πράξεων τὸ τῆς συνειδήσεως καθίζοιμεν δικαστήριον, ἐπικοίτιον ᾆσμα θεῷ τὴν τῶν διαθέσεων ἀνάκρισιν ποιούμενοι, πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; Οὕτω γὰρ παραμετρήσομεν τὴν ἑαυτῶν ζωὴν τοῖς παραδεδομένοις κανόσι, τῷ νομοθέτῃ νῷ τὸν κριτὴν λόγον ἐπισυνάπτοντες. Τί οὖν ὁ νομοθέτης λέγει; Τιμᾶν τοὺς φύσει κρείττονας, κατὰ τὴν οὐσιώδη αὐτῶν τάξιν. Γονέων καὶ συγγενῶν πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον. Τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν. Τῶν σωματικῶν δυνάμεων ὑπερέχειν. Ἑαυτὸν αἰδεῖσθαι πανταχοῦ. Δικαιοσύνης ἐπιμελεῖσθαι. Χρημάτων καὶ τῆς ἐφημέρου ζωῆς προεγνωκέναι τὸ εὔφθαρτον. Τὸν ἀπὸ τῆς θείας κρίσεως ἀπονεμηθέντα κλῆρον ἀσπάζεσθαι. Θεοπρεπεῖ δὲ χρῆσθαι φρονήματι, καὶ πρὸς τὸ βέλτιον μεθιστάναι τὴν γνώμην. Φιλολογίαν ἀσκεῖν τῶν ὄντως λόγων. Ἀνεξαπάτητον εἶναι, καὶ ἀδούλωτον πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς τήρησιν. Εὐβουλίᾳ πρὸ τῶν ἔργων χρῆσθαι, ἐξ ἧς τὸ ἀμεταμέλητον ἐν τοῖς ἔργοις παραγίνεται. Οἰήσεως καθαρεύειν. Τὸν ἐπιστημονικὸν μεταδιώκειν βίον. Τὸ σῶμα καὶ τὰ ἐκτὸς πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαν μεταῤῥυθμίζειν. Ταῦτα ὁ νομοθέτης νοῦς διαθεσμοθετεῖ ταῖς ψυχαῖς· ὁ δὲ ὑποδεξάμενος αὐτὰ λογισμὸς δικαστὴς ἄγρυπνος ἑαυτοῦ γίνεται, θαμὰ λέγων πρὸς ἑαυτὸν πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; καὶ ἐν τάξει τὴν μνήμην ἀναλαμβάνων ἀρετῆς εἵνεκα. Εἶτα εὑρὼν

---

opus, quid faciendum vel non faciendum sit. Est enim recti consilii tempus, rebus nondum factis. Hic vero rursus hoc etiam, *quæ tibi non noceant*, perinde atque illud, *quæ tibi postea non sint molesta*, intelligemus : referentes illud *tibi* ad id, quod vere homo est et ad naturam mentis compotem atque ad eum, qui philosophiæ se dedit, et Deo similis fieri contendit. Huic autem nocet quidquid a recta ratione abhorret, quidquid legi divinæ contrarium est, quidquid Dei similitudinem impedit. Talia vero nos adoriri solent in eorum conversatione qui nobiscum vivunt, atque in conjuncti corporis illorumque quæ in ejus gratiam inventa sunt administratione; quæ quidem χρήματα nuncupari solent, quod ad ejus χρείαν sive usum sint exposita. Dicit igitur carmen, illum qui divina bona appetit, cavere oportere, ne ad ullam unquam rem faciendam adducatur, quæ ipsi non sit commoda, neve corpori ea indulgeat, ex quibus ipse dolorem percipiet, neve quidquam admittat, quod philosophiæ studium impediat, cujus ipsum paulo post pœnitebit. Hæc enim nos omnia consideratione quadam, quæ actionem præcedat, repudiare convenit, ut subsequens eorum, quæ gessimus, consideratio jucundissimam præbeat recordationem, ad quam rem faciendam nos deinceps adhortatur.

XIX. 40-44.

Neve somnum molles in oculos prius admittas,
quam singula diurna opera recensueris :
Qua in re peccavi? quid feci? quid omisi quod fieri [debebat?
A primo incipiens singula percurras; et postea,
malis admissis, te ipsum coargue, bonis autem lætare.

Quum ad hos versus veneris, superiorum omnium præceptorum mentem collige, ut interius animi judicium hæc, tanquam divinas leges respiciens, eorum quæ bene vel male gesta sunt, censuram agat. Unde enim recordatio nos ob male commissa reprehendere aut ob recte facta collaudare poterit, nisi consideratio præcedens leges quasdam adhibeat, ad quas vitam componere oportet, et ad has conscientiæ nostræ copia, tanquam ad scopum aliquem, omnem nostram vitam dirigat? Quotidie autem judicium istiusmodi nos facere jubet, ut assidua recordatione judicium erroris expers conservetur, vespere vero, et quum somnum capturi sumus, ut ad diurnarum actionum extremum finem conscientiæ tribunal erigamus, hanc affectionum nostrarum censuram velut canticum Deo, quo tempore cubitum ituri sumus, offerentes, Qua in re peccavi? quid feci? quid omisi quod fieri debebat? Ita enim vitam nostram regulis superius traditis metie-

ἑαυτὸν συμφώνως τοῖς προκειμένοις ὅροις διημερεύσαντα, τῆς θείας εὐφροσύνης τοῖς καρποῖς ἀναδεῖ. Παρὰ μέλος δέ τι πράξαντα φωράσας, ὥσπερ τισὶ φαρμάκοις, ταῖς ἐκ τῆς μετανοίας νουθετήσεσιν ἐπιστύφει. Διὸ τὸν ὕπνον ἀποκρούσασθαι δεῖν φησι τῇ προθυμίᾳ τοῦ λογισμοῦ. Ἀνέξεται δὲ τὸ σῶμα, μὴ κατασυρόμενον ὑπὸ τῆς τοῦ δαρθάνειν ἀνάγκης, διὰ τὴν σώφρονα δίαιταν, δι' ἣν καὶ τὰ ἀναγκαῖα πάθη τῇ τοῦ λογισμοῦ ἡγεμονίᾳ συντάττεται. Μὴ προσδέξασθαι γάρ φησι τὸν ὕπνον, πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστον. Καὶ τίς ὁ λογισμός; πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; Διχῶς γὰρ ἁμαρτάνομεν· ἢ τὸ μὴ δέον ποιήσαντες, ὃ διὰ τοῦ παρέβην δηλοῦται· ἢ τὸ δέον μὴ ποιήσαντες, ὡς ἐπ' αὐτῆς κεῖται τῆς λέξεως. Ἄλλο γὰρ ἀργία τοῦ καλοῦ· καὶ ἄλλο ἐνέργεια τοῦ αἰσχροῦ. Καὶ τὸ μὲν τῇ παραλείψει κακίζεται, τὸ δὲ τῇ παραδοχῇ. Οἷον, εὔχεσθαι δεῖ, καὶ βλασφημεῖν οὐ δεῖ· τρέφειν γονέας δεῖ, προπηλακίζειν δὲ οὐ δεῖ. Ὁ οὖν τὰ πρότερα μὴ ποιῶν τὰ δέοντα οὐ ποιεῖ, ὁ δὲ τὰ δεύτερα ποιῶν τὰ μὴ δέοντα ποιεῖ· εἰ καὶ ἀμφότερα τρόπον τινὰ πρὸς τὴν ἴσην παρανομίαν ἔρχεται. Τὴν δὲ ἀναμέτρησιν τῶν ἡμερινῶν ἔργων παραινεῖ ποιεῖσθαι ἀπὸ πρώτου ἕως τελευταίου ἐν τάξει, μηδὲν παραλείποντα τῶν μέσων· ὃ διὰ τοῦ ἐπέξιθι νοεῖται. Πολλάκις γὰρ ἡ μετάθεσις παραλογίζεται τὴν κρίσιν, καὶ εὐαπολόγητον ποιεῖ τὸ κακῶς εἰργασμένον τῇ ἀταξίᾳ τῆς μνήμης. Καὶ ἄλλως δὲ ἡ τῆς καθημερινῆς ζωῆς ἀνάμνησις μελέτη γίνεται τῆς τῶν προβεβιωμένων ἀναπολήσεως, καὶ τῆς ἀθανασίας ἡμῶν συναίσθησις. Καὶ τὸ θαυμαστόν, λογίσασθαι ἕκαστον εἰπὼν οὐκ ἔτι ἐπήγαγε, τί κατώρθωσα; τί μοι τῶν δεόντων πέπρακται; ἀλλὰ εἰς τὸ ἀτυφότερον τὴν μνήμην μεθήρμοσε, τῶν ἡμαρτημένων τὴν κρίσιν ποιούμενος καὶ δικαστὴν ἐπέστησε τὸν δικαιότατον ἅμα καὶ οἰκειότατον, τὸ συνειδὸς αὐτό, καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον, καὶ αὐτὸν ἑαυτῷ, ὃν πάντων μάλιστα αἰδεῖσθαι προεπαιδεύθημεν· τί γὰρ οὕτω δύναται νουθετῆσαι ἄλλος ἄλλον, ὡς αὐτὸς ἑαυτόν; Τὸ γὰρ αὐτεξούσιον, τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς φύσεως ἀποχρώμενον, ἀποσείεται τὰς παρὰ τῶν ἄλλων συμβουλάς, ὅταν μὴ ἐθέλῃ πείθεσθαι· ὁ δὲ οἴκοθεν λογισμὸς αὐτὸς ἑαυτοῦ κατακούειν ἀνάγκην ἔχει. Τοῦτον ἐπίτροπον ἡμῖν ὁ θεὸς ἐπέστησε· τοῦτον παιδαγωγὸν καὶ διδάσκαλον. Τοῦτον καὶ νῦν δικαστὴν ὁ λόγος τῶν ἡμερινῶν ἔργων ποιεῖται, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν κρίσιν ἐκδέχεται, ἵν' αὐτὸς ἑαυτὸν ψηφίσηται ἀποδοχῆς ἢ ἐπιπλήξεως ἄξιον. Ὅταν γάρ, ὡς ἐν γραμ-

---

mur, menti legum inventrici rationem judicem adjungentes. Quid igitur præcipit legum inventrix? ut eos honoremus qui natura superiores sunt, naturali eorum ordine observato : ut parentum et cognatorum præcipuam habeamus rationem : ut probos viros amplectamur et amemus : ut corporeis facultatibus imperemus : ut nos ipsos ubique vereamur : ut justitiam colamus : ut divitiarum vitæque brevis instabilitatem præcognitam habeamus : ut sorte, quam divinum nobis judicium tribuit, contenti simus : cogitationibus autem Deo dignis immoremur, et ad id quod melius est mentem convertamus : ut sermones amemus, qui vere sermones sunt : ut a fraudibus tuti simus neve in retinenda virtute animo frangamur : ut antequam res geramus, rectum consilium capiamus, cujus nos post res gestas non pœniteat : ut arrogantiæ expertes simus atque vitam sapientiæ studio deditam agamus : ut corpus denique et res externas ad virtutis exercitationem accommodemus. Hæc sunt quæ mens legum inventrix animis nostris observanda injungit; quibus ratio obsecuta judex sui pervigil fit, crebro se ipsam interrogans, *Qua in re peccavi? quid feci? quid omisi quod fieri debebat?* et ordine singula memoriâ repetens, virtutis causa. Tum postea inveniens se regulis supra positis congruenter diem transegisse, divinæ lætitiæ fructibus sese coronat. Si quid autem absurdum se fecisse deprehendat, id pœnitentiæ admonitionibus, tanquam remediis, corrigit. Quocirca somnum considerationis hujus studio amovendum esse dicit carmen. Id autem corpus tolerabit, quippe quod dormiendi necessitate non urgeatur, ob temperantiam in victu, propter quam etiam necessarii affectus rationis imperio subjiciuntur. Dicit enim, *somnum ne prius admittas, quam singula diurna opera consideraveris.* Quænam vero est illa consideratio? *Qua in re peccavi? quid feci? quid omisi quod fieri debebat?* Peccamus enim duobus modis; vel *id facientes, quod non decet*, quod *peccandi* verbo significatur; vel *id quod decet non facientes*, quemadmodum ipsa versus locutione exprimitur. Aliud enim est neglecta res honesta, aliud turpe facinus commissum. Ac partim omittendo, partim admittendo peccatur. Exempli gratia, precari oportet, impie autem et contumeliose loqui non oportet : parentes alere oportet, eos vero ignominia afficere non oportet. Is igitur, qui priora non facit, *ea quæ fieri oportet* non facit; qui autem posteriora facit, ea facit, *quæ fieri non oportet* : quamvis utrumque quodammodo ad æqualem malitiam accedat. Hortatur autem, ut opera diurna a primo ad ultimum, nullis in medio prætermissis, ordine remetiamur, quem intellectum *percurrendi* vocabulum habet. Sæpe enim judicium fallit ordinis mutatio facitque, ut id quod male patratum est, quia memo-

ματείῳ, τῇ μνήμῃ ἀναγνῷ τὰ πεπραγμένα, τότε κρίνει πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέπων τὸν νόμον, καὶ ψηφίζεται τιμῆς ἢ ἀτιμίας ἑαυτὸν ἄξιον. Ἡ δὲ τοιαύτη καθ' ἡμέραν παρακολούθησις θεοειδὲς ἄγαλμα τὸν χρώμενον ἀποτελεῖ, προσθήκαις καὶ ἀφαιρέσεσι πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς κάλλος παιδαγωγοῦσα, καὶ ὡς οἷόν τε ἄνθρωπον ἀγαθὸν ἀποτελοῦσα. Εἰς τοῦτο γὰρ κατέληξεν ὁ λόγος, μέλλων μεταβαίνειν ἐπὶ τὰ θεοποιὰ παραγγέλματα.

XX. 45—48.

Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα, τούτων χρὴ ἐρᾶν σε,
ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει·
ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
παγὰν ἀενάου φύσεως. —

Ταῦτ' ἦν, ἃ καὶ ἐν Προοιμίοις ἐλέγομεν, ὅτι ἡ μὲν πρακτικὴ φιλοσοφία διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν κτήσεως τὸν ἄνθρωπον ἀγαθὸν ἀποτελεῖ, ἡ δὲ θεωρητικὴ εἰς ὁμοιότητα Θεοῦ καθίστησι, νοῦ καὶ ἀληθείας ἐλλάμψει· προηγεῖσθαι δέ, ὡς πρὸς ἡμᾶς, τὰ ἐλάττονα τῶν μειζόνων ἐξ ἀνάγκης. Ῥᾷον γὰρ ἐπιμετρῆσαι τὸν ἀνθρώπινον βίον τῇ εὐλογίστῳ χρήσει, τοῦ παντελῶς μεταφῦναι· ὃ γένοιτ' ἂν διὰ τῆς πρὸς θεωρίαν παντελοῦς ἐπιστροφῆς. Καὶ ἄλλως δὲ ἀδύνατον ἀθορύβως κτήσασθαι τὴν ἀλήθειαν, μὴ τῶν ἀλόγων δυνάμεων ἡμῖν ταῖς ἠθικαῖς ἀρεταῖς κατὰ νοῦν τεταγμένων. Μέση γὰρ οὖσα ἡ λογικὴ ψυχὴ νοῦ καὶ ἀλογίας, τότε μόνον ἀπερισπάστως δύναται συνεῖναι τῷ πρὸ αὐτῆς νῷ, ὅταν καθαρὰ γενομένη τῆς τῶν μετ' αὐτὴν προσπαθείας, καθαρῶς ἐφάπτηται ἐκείνων. Ἔσται δὲ καθαρά, εἰ μηδὲν τῇ ἀλογίᾳ, μηδὲ τῷ θνητῷ σώματι συνεκφέροιτο, ὡς ἄλλη δὲ ἄλλων ἐπιμελοῖτο, τοσοῦτον αὐτοῖς ἀπονέμουσα φροντίδος, ὅσον ὁ θεῖος κελεύει νόμος, ἐξάγειν ἑαυτὸν πειρᾶσθαι μὴ συγχωρῶν, ἀλλὰ περιμένειν ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. Διττῆς οὖν ἀρετῆς τῇ τοιαύτῃ ψυχῇ δεήσει· πολιτικῆς μὲν πρὸς τὰ κάτω, τὴν ἀλογίαν ταττούσης· θεωρητικῆς δὲ πρὸς τὰ ἄνω, τὴν τῶν κρειττόνων συνουσίαν προξενούσης. Τῶν δὲ διπλῶν τούτων ἀρετῶν μεθόριον ἔγκεινται οἱ τοιοῦτοι στίχοι· τὸ μέν, ταῦτα πόνει· ταῦτ' ἐκμελέτα·

---

riâ turbamur, facile excusetur. Præterea quotidianæ vitæ recordatio fit quædam quasi exercitatio revolvendi nobiscum quæ in priore vita egimus, atque eo valet, ut immortalitatis nostræ sensu tangamur. At, quod mireris, quum *expendenda* dixerit *singula*, non subjunxit, quid recte feci? quid eorum, quæ fieri oportet, feci? sed ejus rei quæ a fastu remotior est memoriam repetiit, de delictis judicium faciens, ac judicem constituit æquissimum simul et familiarissimum, ipsam conscientiam et rectam rationem ac se ipsum sibi, quem omnium maxime vereri superioribus monitis didicimus : ecquid enim est, cujus alius alium ita possit commonefacere, ut se ipse potest? Liberum enim arbitrium, naturæ suæ libertate abutens, aliorum consilia aversatur, quandocunque illis non libet obsequi : at ratio domestica auscultare sibi ipsa necesse habet. Hanc Deus nobis præsidem constituit, hanc ducem et magistram. Hanc judicem quoque *diurnorum operum* carmen hoc loco facit ejusque sententiam exspectat, ut ipsa se laude vel reprehensione dignam judicet. Quum enim in memoria, tanquam in tabella, facta sua legit, tum exemplar, id est legem, respiciens judicat, et se vel honore vel dedecore dignam esse pronuntiat. Ejusmodi vero ratio quotidie observata eum qui illa utitur imaginem Deo similem efficit, addendo et subtrahendo ad virtutis pulchritudinem paulatim perducens et, quoad fieri potest, hominem bonum reddens. In hoc enim carmen desinit, ad præcepta, quæ homines faciunt deos, jam transiturum.

XX. 45-48.

In his tibi elaborandum est; hæc meditare; hæc amanda sunt :
hæc te in divinæ virtutis via sistent :
per eum certe qui nobis quaternarium numerum tradidit,
fontem perennis naturæ. —

Hæc sunt, quæ et in Prooemio diximus, philosophiam activam virtutum possessione hominem bonum efficere, contemplativam autem mentis et veritatis lumine cum Deo similem reddere; minora vero, quod ad nos attinet, necessario majoribus præcedere. Est enim facilius vitam humanam ad rationis normam dirigendo excolere, quam prorsus aliud sibi ingenium induere, quod plena ad contemplationem conversione fiat. Præterea veritatem tranquille consequi non possumus, nisi facultates nostræ a recta ratione aversæ virtutum moralium ope ad mentem accommodantur. Quum enim medius sit animus rationalis inter mentem et facultates ratione carentes, tum solum ille menti, quæ ipso superior est, sine ullo impedimento potest attendere, quum ab eorum amore, quæ ipso inferiora sunt, purus factus illis caste utitur. Erit autem purus, si nec facultatibus ratione vacuis, nec mortali corpori omnino obsequatur, sed, ut alius, aliorum curam gerat, tantum illis curæ impendens, quantum divina lex præcipit, quæ ut quis vim sibi ipse inferre conetur, non concedit, sed exspectare jubet, donec Deus ipse nos dimiserit. Duplici ergo virtute ejusmodi animo opus erit, civili ad inferiora, quæ regat facultates rationis expertes, contemplativa

τούτων χρὴ ἐρᾶν σε, ὡς οἰκεῖον συμπέρασμα τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς· τὸ δέ, ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει, ὡς ἀρχὴ καλλίστη τῆς θεωρητικῆς ἐπιστήμης. Τὸν γὰρ ἀπαλλαγέντα τῆς θηριώδους ζωῆς, καὶ τῆς ἀμετρίας τῶν παθῶν, ὅση δύναμις, καθαρεύσαντα, καὶ διὰ τοῦτο οἷον ἐκ θηρίου γενόμενον ἄνθρωπον, τὰ ἑξῆς ἐπαγγέλλεται θεὸν ἐξ ἀνθρώπου ποιήσειν, ἐφ' ὅσον οἷόν τε ἀνθρώπῳ θεὸν γενέσθαι. Ὅτι δὲ τοῦτο τῆς θεωρητικῆς ἀληθείας τὸ τέλος, δι' αὐτῶν δηλοῦται τῶν Ἐπῶν· ἐν οἷς πρὸς τῷ τέλει τὸ κάλλιστον καὶ ἀκρότατον συμπέρασμα ἐπάγει·

> Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
> ἔσσεαι ἀθάνατος θεός, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Τυγχάνειν δὲ τῆς ἀποκαταστάσεως ἡμᾶς (ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν τῆς ἀποθεώσεως) διὰ τῆς προασκηθείσης ἀρετῆς, καὶ τῆς ἐπὶ ταύτῃ γνωσθείσης ἀληθείας, οὗτος ὁ ἱερὸς ἀποφαίνεται λόγος, ὡς εἰσόμεθα μικρὸν ὕστερον. Νῦν δὲ ἐπὶ τὰ προκείμενα ἔπη πάλιν ἐπανελθόντες ἐπισκεψώμεθα εἴ τι βούλεται ὁ πόνος καὶ ἡ μελέτη καὶ ὁ ἔρως ἐπὶ ταῖς προλαβούσαις ὑποθήκαις, ἢ τὸ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν ὅλην ἐπιστρέψαι τὴν ψυχήν. Τριδύναμος δέ πώς ἐστι, καὶ αὐτὴ καθ' αὑτὴν λογικὴ οὖσα· τὸ μέν τι ἔχουσα, ᾧ μανθάνομεν, ὃ ταῦτα ἐκμελετᾶν νῦν προστάττεται· τὸ δέ τι, ᾧ τὰ γνωσθέντα κρατοῦμεν, ὃ ταῦτα πονεῖν παραγγέλλεται· τὸ δέ τι, ᾧ στέργομεν τὰ γνωσθέντα καὶ κρατηθέντα, ὃ τούτων ἐρᾶν νουθετεῖται. Ἵνα οὖν πάσας τὰς δυνάμεις τῆς λογικῆς ψυχῆς συντεταμένας ἔχωμεν πρὸς τὰ τῶν ἀρετῶν παραγγέλματα, ἐκ μὲν τοῦ νοεῖν πεφυκότος τὴν μελέτην ἀπαιτεῖ· ἐκ δὲ τοῦ τηροῦντος τὰ νοηθέντα, τὸν πόνον· ἐκ δὲ τοῦ φιλοκάλου, τὸν ἔρωτα· ἵν' ἐξ ἁπάντων ἡ κτῆσις τῶν ὄντως ἀγαθῶν ἡμῖν παραγίνηται μετὰ τῆς ἀπαραβάτου τηρήσεως, καὶ συμφυοῦς ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνα στοργῆς· οἷς ἕπεται ἡ θεία ἐλπίς, τὸ τῆς ἀληθείας ἐπεισάγουσα φέγγος, ὡς αὐτὸς ὑπισχνεῖται λέγων, ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει, τουτέστι, ταῦτά σε ὁμοιώσει τῷ Θεῷ διὰ τῆς τῶν ὄντων ἐπιστημονικῆς γνώσεως. Τὸ γὰρ τὰς αἰτίας ἐκλογίσασθαι τῶν ὄντων, τὰς ἐν τῷ δημιουργῷ θεῷ πρώτως κειμένας, πρὸς τὴν ἀκρότητα ἄγει θεογνωσίας, ᾗ συνεισέρχεται καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ὁμοίωσις. Τὴν δὲ ὁμοίωσιν ταύτην θείαν ἀρετὴν ὁ λόγος καλεῖ, ὡς ἐπὶ ἀνθρωπίνην τὴν πρὸ ταύτης καλῶς ἐποχουμένην. Εἰς ἔρωτα οὖν φιλόσοφον καὶ φιλόκαλον ἀποπερατούσθω τὰ πρῶτα ἔπη· τούτου δὲ ἡγουμένου, ἡ τῆς ἀληθείας γνῶσις ἑπέσθω πρὸς ὁμοίωσιν τῆς

---

autem ad superiora, quæ superorum conversationem conciliet. Sunt vero duarum virtutum istarum quasi confinium quoddam interpositi hujusmodi versus, alter quidem, *in his tibi elaborandum est, hæc meditare, hæc tibi amanda sunt*, tanquam propria civilis virtutis conclusio, alter autem, *hæc te in divinæ virtutis via sistent*, tanquam pulcherrimum contemplativæ scientiæ principium. Ea enim, quæ sequuntur, illi qui belluinam vitam deposuerit atque immodicos affectus, quantum potest, exuerit, ideoque quasi ex fera homo factus sit, pollicentur se eum ex homine deum esse factura, quoad homo deus fieri possit. Hunc autem contemplativæ veritatis finem esse, ipsi declarant versus, quibus ad exitum adductis pulcherrimam hanc coronidem imponit :

> Quodsi relicto corpore ad liberum ætherem commigraveris,
> eris immortalis deus, incorruptus, neque amplius morti obnoxius.

Ostendit autem sacer hic sermo, ut paulo post discemus, nos prævia virtutis exercitatione ac veritatis, quæ eam sequitur, cognitione restitutionem in pristinum statum, quam etiam relationem inter divos appelles, esse adepturos. Nunc vero rursus ad propositos versus redeuntes consideremus, num quid aliud iste *labor* et *meditatio* et *amor* in præcedentibus præceptis velint, quam ut ad virtutis exercitationem totum convertamus animum. Qui quum rationalis sit, triplici quadam et ipse per se facultate præditus est; habet enim quiddam quo discimus, quod *hæc meditari* nunc jubetur; quiddam vero quo cognita retinemus, cui *in his elaborare* præcipitur; quiddam denique quo ea diligimus quæ novimus et retinemus, quod *hæc amare* monetur. Ut rationalis igitur animi facultates omnes ad virtutum præcepta simul intentas habeamus, ab eo quod ad intelligendum natura aptum est *meditationem* postulat; *laborem* vero ab eo quod intellecta servat; *amorem* denique ab eo quod honesti desiderio afficitur : ut omnibus istis vera bona adipiscamur eaque inviolate servemus et innato nobis erga ea amore prosequamur; quorum comes est spes divina, quæ veritatis lumen inducit, quemadmodum ipse pollicetur, dicens, *hæc te in divinæ virtutis via sistent*, id est, hæc te Deo similem reddent philosophica rerum cognitione. Nam consideratis rerum causis, quæ primitus in opifice Deo sitæ sunt, ad divinæ cognitionis fastigium provehimur, unde et similes Deo efficimur. Carmen autem hanc similitudinem vocat *virtutem divinam*, ut quæ humanæ præeunti innixa altius evolet. Desinat ergo carminis prima pars in sapientiæ et honestatis *amorem* : hoc vero præeunte sequatur veritatis cognitio, quæ ad *divinæ virtutis* similitudinem evehit, quemadmodum in sequentibus versibus declaratur. Horum autem conjunctionis

θείας ἀρετῆς ἀνάγουσα, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ἔπεσι δηλοῦται. Τὸ δὲ ἀναγκαῖον τῆς συναφῆς τούτων καὶ ὅρκῳ πιστοῦται. Τὸ γὰρ καλῶς κτηθεῖσαν τὴν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν πρὸς τὴν θείαν ὁδεύειν ὁμοίωσιν, εὖ μάλα διατεταμένως ὄμνυσιν ὁ τὸ Σέβου ὅρκον ἐν ἀρχῇ παραγγείλας. Τὴν γὰρ ἀποχὴν τοῦ ὀμνύναι προστάττει περὶ τῶν ἐνδεχομένων, καὶ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως ἐχόντων τὸ πέρας. Ταῦτα γὰρ καὶ μικρά, καὶ μεταπίπτοντα· διὸ οὔτε ἄξιον ἐπ' αὐτοῖς ὀμνύναι, οὔτ' ἀσφαλές· οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν εἰς πέρας αὐτὰ ἀγαγεῖν. Περὶ δὲ τῶν παρόντων, ἀναγκαίως τε συνημμένων, καὶ μεγίστων ὄντων, ἀσφαλὲς τὸ ὀμνύναι, καὶ πρέπον. Οὔτε γὰρ τὸ μεταπῖπτον τῶν πραγμάτων ἡμᾶς ἄν ποτε σφήλειε (δέδεται γὰρ πρὸς ἄλληλα θεσμῷ ἀδραστείας, περὶ ὧν ὁ ὅρκος νυνὶ γίνεται) οὔτε τὸ ταπεινὸν αὐτῶν καὶ χαμαιπετὲς τοῦ θείου τὴν ἐπιμαρτυρίαν ἀρνεῖται· ἀλήθεια γὰρ καὶ ἀρετὴ οὐ μόνον ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἐν θεοῖς τὰ μέγιστα. Ἔπειτα καὶ ὁ ὅρκος αὐτῷ γίνεται δόγμα, ὅτι τὸν διδάσκαλον τῆς ἀληθείας οὕτω δέοι τιμᾶν, ὡς καὶ ὀμνύναι αὐτόν, εἴ που δέοι πρὸς βεβαίωσιν τῶν δογμάτων· καὶ μὴ μόνον τὸ αὐτὸς ἔφα περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἀλλὰ καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν νὴ τὸν αὐτόν. Ὁμοῦ δὲ περὶ τῆς τῶν καλλίστων ἕξεων συναφῆς ὀμνύων θεολογεῖ, καὶ τὴν τετράδα, πηγὴν τῆς ἀϊδίου διακοσμήσεως, ἀποφαίνεται τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ δημιουργῷ θεῷ. Πῶς δὲ τετρὰς ὁ θεός; οὕτως ἐκ τοῦ εἰς Πυθαγόραν ἀναφερομένου Ἱεροῦ Λόγου σαφῶς εὑρήσεις, ἐν ᾧ ἀριθμὸς ἀριθμῶν ὁ θεὸς ὑμνεῖται. Εἰ γὰρ τὰ ὄντα πάντα ταῖς ἀϊδίοις αὐτοῦ βουλήσεσιν ὑφέστηκε, δῆλον ὅτι καὶ ὁ ἀριθμὸς ὁ ἐν ἑκάστῳ εἴδει τῶν ὄντων τῆς ἐκείνων αἰτίας ἤρτηται, καὶ ὁ πρῶτος ἀριθμὸς ἐκεῖ πού ἐστιν· ἐκεῖθεν γὰρ ἐνταῦθα. Τοῦ δὲ ἀριθμοῦ τὸ πεπερασμένον διάστημα ἡ δεκάς. Ὁ γὰρ ἐπὶ πλέον ἀριθμεῖν ἐθέλων ἀνακάμπτει πάλιν ἐπὶ τὸ ἕν, καὶ δύο, καὶ τρία· καὶ δευτέραν ἀριθμεῖ δεκάδα πρὸς τὴν τῆς εἰκοσάδος συμπλήρωσιν· καὶ τρίτην ὁμοίως, ἵνα τριάκοντα εἴπῃ· καὶ τοῦτο ἑξῆς, ἕως ἂν δεκάτην ἀριθμήσας δεκάδα εἰς ἑκατὸν προέλθῃ. Καὶ πάλιν ἑκατὸν δέκα τὸν αὐτὸν τρόπον ἀριθμεῖ. Καὶ οὕτω μέχρις ἀπείρου τῷ τῆς

---

necessitatem jurejurando etiam confirmat. Virtutem enim humanam rite quæsitam tendere ad divinam similitudinem asseveranter is jurat qui illud *jusjurandum cole* initio præcepit. Ibi enim nos jubet jurejurando abstinere in rebus quæ fieri possunt et quæ eventûs finem habent incertum. Nam quum hæ et parvæ sint et mutabiles, in iis jurare neque decet neque tutum est, quia eas ad exitum adducendi potestatem non habemus. In rebus præsentibus autem et necessaria serie copulatis et gravissimis jurare tutum est ac decet. Neque enim ipsarum rerum mutabilitas nos unquam fefellerit (quippe Adrastiæ lege inter se vincta sunt illa, in quibus hoc loco jusjurandum adhibetur), neque earum vilitas et humilitas Deum testem recusat; veritas enim et virtus non solum apud homines, sed apud deos quoque maxima sunt. Deinde et jusjurandum illi dogma fit, veritatis magistrum eo honore prosequendum esse, ut per eum etiam juremus, si quando ad placitorum confirmationem opus sit, nec solum illud *ipse dixit* de eo dicamus, sed etiam hæc ita se habere *per eundem*. Simul vero de optimorum habituum conjunctione, adhibito jurejurando, theologorum more agit et *quaternarium numerum*, *sempiternæ* rerum constitutionis *fontem*, eundem et opificem Deum esse declarat. Quomodo vero *quaternarius numerus* Deus est? Ita esse ex Sacro Sermone, qui Pythagoræ tribuitur, plane disces, in quo Deus numerorum numerus celebratur. Si enim res omnes sempiternis ejus consiliis creatæ exstant, apparet, numerum quoque, qui in qualibet rerum specie est, ex earum causa pendere et primum ibi numerum esse; illinc enim huc derivatur. Definitum autem numeri intervallum est decas. Qui enim ulterius numerare vult ad unum iterum et duo et tria regreditur, et secundam decadem numerat, ut vicenarium numerum compleat; et tertiam similiter, ut triginta dicat; idemque facit deinceps, donec decima decade numerata ad centum perveniat. Et rursus centum decem eodem modo numerat. Sic autem in infinitum decadis intervallo revoluto progredi potest. Decadis vero virtus est *quaternarius numerus*. Namque ante illam, quæ in numerorum progressu cernitur, decadis perfectionem, unita quædam perfectio ejus in *quaternario numero* deprehenditur. In compositione enim ab unitate ad *quaternarium numerum* facta totum simul collectum est decas. Etenim unum et duo et tria et quatuor decadem complent; atque arithmetica medietas unitatis et septenarii numeri est *quaternarius*. Æquali enim numero superat et superatur; quippe ternario numero superatur a septenario, unitatem vero ternario superat. Unitatis enim et septenarii numeri proprietates pulcherrimæ sunt et præstantissimæ. Quippe unitas, ut numeri cujusque principium, omnium in se potestates complectitur; septenarius vero numerus, ut matre carens et virgo, unitatis dignitatem secundo loco habet. Neque enim ex ullo numero, qui decade continetur, gignitur, uti quatuor ex bis duobus, et sex ex bis tribus, et octo ex bis quatuor, et novem ex ter tribus, et decem ex bis quinque: nec gignit eorum quemquam, qui sunt intra decadem, ut binarius numerus quaternarium, et ternarius

δεκάδος διαστήματι ἀνακυκλουμένῳ προχωρεῖν δύναται. Τῆς δὲ δεκάδος δύναμις ἡ τετράς. Πρὸ γὰρ τῆς κατὰ διέξοδον τελειότητος τῆς ἐν τῇ δεκάδι, ἡνωμένη τις τελειότης ἐν τῇ τετράδι θεωρεῖται. Κατὰ γὰρ σύνθεσιν τὴν ἀπὸ μονάδος ἕως τετράδος, δεκὰς τὸ πᾶν ἄθροισμα γίνεται. Α' γὰρ, καὶ β', καὶ γ', καὶ δ', τὴν δεκάδα πληροῖ. Καὶ ἔστι μεσότης ἀριθμητικὴ μονάδος καὶ ἑβδομάδος ἡ τετράς. Τῷ ἴσῳ γὰρ ἀριθμῷ πως ὑπερέχει, καὶ ὑπερέχεται, τριάδι μὲν ἑβδομάδος λειπομένη, τριάδι δὲ μονάδα ὑπερβάλλουσα. Μονάδος γὰρ καὶ ἑβδομάδος τὰ ἰδιώματα κάλλιστά εἰσι καὶ ἄριστα. Ἡ μὲν γὰρ μονάς, ὡς ἀρχὴ παντὸς ἀριθμοῦ, τὰς πάντων δυνάμεις ἐν ἑαυτῇ συνέχει· ἡ δὲ ἑβδομάς, ὡς ἀμήτωρ καὶ παρθένος, τὴν τῆς μονάδος ἀξίαν δευτέρως ἔχει. Οὔτε γὰρ γεννᾶται ἐξ ἀριθμοῦ τινος τῶν ἐντὸς δεκάδος· ὡς ὁ δ', ἐκ τοῦ δὶς β', καὶ ὁ ἓξ ἐκ τοῦ δὶς γ', καὶ ὁ η' ἐκ τοῦ δὶς δ', καὶ ὁ θ' ἐκ τοῦ τρὶς γ', καὶ ὁ ι' ἐκ τοῦ δὶς ε'. Οὔτε γεννᾷ τινα τῶν ἐντὸς δεκάδος· ὡς ὁ δύο τὸν τέσσαρα, καὶ ὁ γ' τὸν ἓξ καὶ τὸν θ', καὶ ὁ ε' τὸν ι'. Τῆς δὲ ἀγεννήτου μονάδος καὶ τῆς ἀμήτορος ἑβδομάδος ἡ τετρὰς μέση κειμένη, τὰς τῶν γεννώντων καὶ γεννωμένων δυνάμεις ἅμα καὶ συνείληφε καὶ συνέχει, μόνη τῶν ἐντὸς δεκάδος καὶ γεννωμένη ὑπό τινος ἀριθμοῦ, καὶ γεννῶσά τινα. Ἡ γὰρ δυὰς ἑαυτὴν διπλασιάσασα τὴν τετράδα γεννᾷ· ἡ δὲ τετρὰς δὶς γενομένη τὸν ὀκτὼ ἀποτελεῖ. Καὶ στερεοῦ πρώτη ἔμφασις ἐν τῇ τετράδι εὑρίσκεται. Τὸ γὰρ σημεῖον ἀνάλογόν ἐστι μονάδι, ἡ δὲ γραμμὴ δυάδι, ἀπό τινος γὰρ ἐπί τι· καὶ τριάδι προσήκει ἡ ἐπιφάνεια, στοιχειωδέστατον γὰρ τῶν εὐθυγράμμων τὸ τρίγωνον. Τὸ στερεὸν δὲ οἰκεῖον τῇ τετράδι. Ἡ γὰρ πρώτη πυραμὶς ἐν τῇ τετράδι θεωρεῖται· τριγώνου μὲν βάσεως ὑποτεθείσης, τοῦ τρία· κορυφῆς δὲ αὐτῇ ἐπιτεθείσης, τοῦ ἑνός. Καὶ κριτικαὶ δὲ δυνάμεις ἐν τοῖς οὖσι τέσσαρες, νοῦς, ἐπιστήμη, δόξα καὶ αἴσθησις. Κρίνεται γὰρ πάντα τὰ ὄντα ἢ νῷ, ἢ ἐπιστήμῃ, ἢ δόξῃ, ἢ αἰσθήσει. Καὶ ἁπλῶς, τὰ ὄντα πάντα ἡ τετρὰς ἀνεδήσατο, στοιχείων ἀριθμόν, ὡρῶν τοῦ ἔτους, ἡλικιῶν, συνοικισμῶν. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὃ μὴ τῆς τετρακτύος, ὡς ῥίζης καὶ ἀρχῆς, ἤρτηται. Ἔστι γάρ, ὡς ἔφαμεν, δημιουργὸς τῶν ὅλων καὶ αἰτία ἡ τετράς, θεὸς νοητός, αἴτιος τοῦ οὐρανίου καὶ αἰσθητοῦ θεοῦ. Παραδέδοται δὲ ἡ τούτου γνῶσις τοῖς Πυθαγορείοις δι' αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου, ὃν καὶ νῦν ἐπόμνυται ὁ τῶν Ἐπῶν τούτων συγγραφεύς, ὅτι τῆς ἀρετῆς ἡ τελείωσις πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἔλλαμψιν ἡμᾶς ἀνάξει. Ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο εἴποι ἄν τις ἰδίᾳ μὲν τηρεῖσθαι τὸ Σέβου ὅρκον ἐπὶ τῶν ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων θεῶν· ἰδίᾳ δὲ νῦν ὄμνυσθαι κατὰ τοῦ παραδόντος ἡμῖν τὴν τετρακτὺν διδασκάλου, ὃς οὐκ ἦν τῶν ἀθανάτων θεῶν, οὐδὲ τῶν φύσει ἡρώων, ἀλλ' ἄνθρωπος ὁμοιώσει θεοῦ κοσμηθείς, καὶ πρὸς τοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ θείαν ἀποσώζων εἰκόνα. Ὅθεν καὶ ἔνορκον αὐτὸν ἐπὶ τῶν οὕτω μεγάλων ποιεῖται, λεληθότως ἐπεμβάλλων τὸ περὶ Πυθαγόραν τῶν ἀκροατῶν σέβας, καὶ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ δεικνὺς δι' ὧν παραδέδωκε μαθη-

senarium et novenarium, et quinarius denarium. Quaternarius vero numerus quum medius sit inter unitatem ortûs expertem ac septenarium matre carentem, eorum potestates, qui gignunt et gignuntur, simul comprehendit et continet, quippe qui solus ex iis qui decade continentur et gignatur ab aliquo numero et aliquem gignat. Binarius enim numerus se duplicans parit *quaternarium*, octonarium vero duplicatus *quaternarius*. Prima autem solida figura in quaternario numero reperitur. Punctum enim respondet unitati, linea vero binario numero, siquidem est ab aliquo ad aliquid; ternario autem superficies convenit; nam eorum quæ rectis lineis constant primum et simplicissimum triangulum est. Solidum vero *quaternario* numero proprium est. Prima enim pyramis in quaternario numero cernitur; cui supposita basis triquetra exhibet tria, vertex vero ei impositus unum. Sunt etiam in rerum natura judicandi facultates quatuor: mens, scientia, opinio et sensus. Nam de rebus omnibus judicamus vel mente, vel scientia, vel opinione, vel sensu. Atque in summa *quaternarius numerus* omnes simul res complectitur, numerum elementorum, anni temporum, ætatum, societatum. Neque dici quidquam potest, quod non e *quaternario numero*, tanquam radice et principio, pendeat. Est enim *quaternarius numerus*, uti diximus, universitatis opifex et causa, Deus intelligibilis, cœlestis sensibilisque Dei auctor. Hujus autem cognitio tradita est Pythagoreis per Pythagoram ipsum, per quem horum versuum scriptor nunc jurans affirmat, virtutis perfectionem ad veritatis splendorem nos esse perducturam. Quamobrem et in hac re dixerit aliquis, illud, *cole jusjurandum*, proprie observari ducta deorum ratione qui eodem semper modo se habent; proprie autem jurari hoc loco per magistrum qui *quaternarium* numerum nobis tradidit, qui nec deus immortalis erat, nec natura heros, sed homo Dei similitudine ornatus et divinæ imaginis auctoritatem apud sectatores suos obtinens. Unde et in tanti momenti rebus per eum jurat, tacite significans auditorum in Pythagoram observantiam quantamque dignitatem traditis disciplinis adeptus sit ostendens. Rerum autem traditarum excellentissima est illa *quaternarii numeri* omnium parentis cognitio. Sed quum prima illa breviter explicata sint, secunda autem promissione certa et spe minime fallaci nitantur, et *quaternarii numeri* hierophanta notus sit, et

ματων. Μέγιστον δὲ τούτων ἡ τῆς δημιουργικῆς τετρακτύος γνῶσις. Ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐπιτέτμηται, τὰ δὲ δεύτερα ἐν ὑποσχέσει κεῖται βεβαίᾳ καὶ ἀψευδεῖ ἐλπίδι, ὅ τε τῆς τετρακτύος ἱεροφάντης ἔγνωσται, καὶ τίς αὕτη ἡ τετρακτύς, ὅσον τοῖς παροῦσι προσήκει λόγοις, ὑπομνήσεως ἔτυχε· φέρε καὶ ἐφ' ἃ προελθεῖν ὁ λόγος παρακαλεῖ μετίωμεν· πρῶτον μὲν μεθ' οἵας ὁρμῆς καὶ παρασκευῆς, καὶ συνεργείας τῶν Κρειττόνων, ἐλθεῖν ἐπὶ ταῦτα προσήκει προϋποδείξαντες.

XXI. 48—49.

——— ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. ———

Πάντα τὰ πρὸς τὴν κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν συντελοῦντα διὰ βραχέων ὑπέγραψεν ὁ λόγος, τὸ τῆς ψυχῆς αὐτοκίνητον καὶ τὴν τοῦ θεοῦ συνέργειαν. Εἰ γὰρ καὶ ἐφ' ἡμῖν ἡ αἵρεσις τῶν καλῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἐφ' ἡμῖν θεόθεν ἔχοντες, τῆς παρ' ἐκείνου συνεργείας καὶ τελειώσεως τῶν αἱρεθέντων πάντως που χρῄζομεν. Ἔοικε γὰρ τὸ μὲν παρ' ἡμῶν σπουδαζόμενον ἐκτεινομένῃ χειρὶ πρὸς λῆψιν τῶν καλῶν, τὸ δὲ παρὰ θεοῦ συντελούμενον χορηγία εἶναι καὶ πηγὴ τῆς δόσεως τῶν ἀγαθῶν· καὶ τὸ μὲν ἐξευρίσκειν πεφυκέναι τὰ καλά, τὸ δὲ ἐκφαίνειν τῷ ζητοῦντι ὀρθῶς· ἡ δὲ εὐχὴ μεθόριον εἶναι τῆς τε παρ' ἡμῶν ζητήσεως καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ δόσεως, εὖ ἐχομένη τῆς αἰτίας ἡμῶν, τῆς εἴς τε τὸ εἶναι προαγούσης ἡμᾶς, καὶ πρὸς τὸ εὖ εἶναι τελειούσης. Πῶς δ' ἂν λάβοι τις τὸ εὖ, μὴ διδόντος θεοῦ; πῶς δ' ἂν δοίη τῷ πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτεξουσίῳ μὴ αἰτοῦντι ὁ διδόναι πεφυκὼς θεός; Ἵν' οὖν μήτε λόγῳ μόνῳ τὴν εὐχὴν ποιώμεθα, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ταύτην κρατύνωμεν, μήτε τῇ ἑαυτῶν ἐνεργείᾳ μόνῃ θαῤῥῶμεν, ἀλλὰ καὶ τῆς θεόθεν συνεργείας ἐχώμεθα, καὶ, ὡς εἶδος ἐπὶ ὕλῃ, τὴν εὐχὴν τῷ ἔργῳ συνάπτωμεν· καὶ τὸ ὅλον τοῦτο, ὅπως ἃ ἐργαζόμεθα καὶ εὐχώμεθα, καὶ ἃ εὐχόμεθα ἐνεργῶμεν· συνάψας εἶπεν, ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. Οὔτε γὰρ μόνον προθυμεῖσθαι δεῖ τὰ καλά, ὡς ἐφ' ἑαυτοῖς ὂν κατορθῶσαι, καὶ χωρὶς τῆς τοῦ θεοῦ συνεργείας· οὔτε ψιλοῖς τῆς εὐχῆς τοῖς λόγοις ἀρκεῖσθαι, μηδὲν πρὸς τὴν κτῆσιν τῶν αἰτηθέντων συνεισφέροντας. Οὕτω γὰρ ἢ ἄθεον ἀρετὴν (εἰ οἷόν τε τοῦτο εἰπεῖν) ἐπιτηδεύσομεν, ἢ ἀνενέργητον εὐχήν· ὧν τὸ μὲν ἄθεον ὂν προαναιρεῖ τῆς ἀρετῆς τὴν οὐσίαν, τὸ δὲ ἀργὸν ἐκλύει τῆς εὐχῆς τὸ δραστήριον.

---

qui sit iste *quaternarius numerus*, quantum præsenti expositioni convenit, jam declaratum sit : age ad ea quoque, ad quæ nos progredi jubet carmen, transeamus, hoc primum demonstrato, quali cum desiderio et præparatione et deorum auxilio ad hæc nos accedere oporteat.

XXI. 48-49.

Sed accingere ad opus,
a diis precatus ut perficiant.

Omnia quæ ad bona comparanda faciunt, summatim hic proposuit carmen, animi proprium motum et divinum auxilium. Quamvis enim bonorum electio nostri arbitrii sit, tamen quum ipsum arbitrium a Deo acceperimus, ejus ope ad ea quæ elegimus *perficienda* omnino indigemus. Studium enim nostrum simile est manui ad bona accipienda porrectæ, quod autem a Deo confertur copia et fons bonorum largitionis esse videtur, atque alterum quidem natura duce investigare bona, alterum recte quærenti ostendere : confinium vero nostræ investigationis et largitionis divinæ videntur esse preces, bene se ad causam illam applicantes, quæ nos in lucem edidit atque ad beatitudinem provexit. Sed quomodo quis bona, Deo non largiente, accipiat? quove modo Deus, natura sua liberalis, ei dabit, qui liberam habens appetendi potestatem non petet? Ut igitur nec verbis tantum *preces* fundamus, sed etiam *opere* eas firmemus, neque nostræ solum industriæ confidamus, sed divinum etiam auxilium adhibeamus, et tanquam formam materiæ preces operi adjungamus, atque omnino, ut quæ agimus precemur et quæ precamur agamus, duo ista conjungens dixit, *sed accingere ad opus, a diis precatus ut perficiant.* Neque enim promto animo suscipere solum bona debemus, quasi prosper eorum successus etiam sine ope divina penes nos sit, neque nudis precum verbis contenti esse, nihil ipsi ad ea quæ petuntur paranda conferentes. Ita enim aut virtutem Dei expertem (si licet ita dicere) exercebimus, aut preces inertes fundemus; quorum alterum Deo carens virtutis naturam antetollit, alterum ignavum precum vim frangit. Quo enim modo aliquid erit bonum, quod non secundum divinam regulam fiat? Qui vero id, quod secundum hanc fit, non Dei auxilio prorsus egeat ad nascendum ? Virtus enim est Dei imago in animo rationali; imago autem omnis exemplari eget ad formam induendam; neque hæc quærenti sufficit, nisi etiam illud intuetur, ad cujus similitudinem bonum istud sibi comparabit. Eos igitur, qui ad virtutem actuosam aspirant, *precari* oportet, et *precantes* ei quærendæ *operam dare*, hoc autem est, divinum illud splendidumque spectantes agere, et ad sapientiæ studium nos intendere cum assidua ad primam bonorum causam animi attentione. Fons enim perennis naturæ, quaternarius ille numerus, omnibus non solum vitæ sed

Πῶς γὰρ ἔσται τι καλόν, ὃ μὴ πρὸς κανόνα τὸν θεῖον πράττεται: πῶς δὲ τὸ πρὸς τοῦτον πραττόμενον οὐ τῆς ἐκείνου συνεργειας πάντως δεῖται πρὸς ὑπόστασιν; Ἔστι γὰρ ἡ ἀρετὴ εἰκὼν θεοῦ ἐν ψυχῇ λογικῇ· εἰκὼν δὲ πᾶσα τοῦ παραδείγματος δεῖται πρὸς γένεσιν, καὶ οὐκ ἀρκεῖ τῷ κτωμένῳ, ἐὰν μὴ καὶ ἐκεῖσε βλέπῃ, οὗ πρὸς ὁμοίωσιν τὸ καλὸν κτήσεται. Σπεύδοντας οὖν πρὸς τὴν ἐνεργὸν ἀρετὴν εὔχεσθαι προσήκει, καὶ εὐχομένους τὴν κτῆσιν ταύτης ἐργάζεσθαι· τοῦτο δ' ἦν, τὸ πρὸς τὸ θεῖον καὶ λαμπρὸν βλέποντας πράττειν, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἑαυτοὺς συντείνειν, μετὰ τοῦ εὖ ἔχεσθαι τῆς πρώτης αἰτίας τῶν ἀγαθῶν. Ἡ γὰρ πηγὴ τῆς ἀεννάου φύσεως ἡ τετρακτὺς ἐκείνη οὐ μόνον τοῦ εἶναι τοῖς πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ εὖ εἶναι, αἰώνιος αἰτία καθέστηκε, τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν διὰ παντὸς ἐφαπλώσασα τοῦ κόσμου, οἷον φῶς ἀκήρατον καὶ νοερόν. Ἡ δὲ ταύτης εὖ ἐχομένη ψυχή, καί, ὡς ὄμμα πρὸς ὀξυωπίαν ἑαυτὴν διασμήξασα, ἔκ τε τῆς ἐπιμελείας τῶν καλῶν πρὸς τὴν εὐχὴν ἀνεγείρεται· καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς εὐκτικῆς πληρώσεως τὴν σπουδὴν ἐπιτείνει, λόγοις ἔργα συνάπτουσα, καὶ ἔργα σπουδαῖα θείαις διαλέξεσι βεβαιουμένη. Καὶ τὰ μὲν εὑρίσκουσα, τὰ δὲ ἐλλαμπομένη, σπουδάζει τε ἃ εὔχεται, καὶ εὔχεται ἃ σπουδάζει. Τοιαύτη μὲν ἡ τῆς σπουδῆς καὶ τῆς εὐχῆς ἕνωσις. Τί δὲ τὰ δι' ἀμφοτέρων τούτων κατορθούμενα, ἑξῆς ἀκούωμεν.

XXII. 49—51.

— — — — — — τούτων δὲ κρατήσας,
γνώσεαι ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων
σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται ᾗ τε κρατεῖται.

Πρῶτον μὲν θεογνωσίαν καὶ θεολογικὴν ἐπιστήμην παρέσεσθαι τοῖς οὕτως ἀχθεῖσι προλέγει, καὶ πάντων τῶν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τετρακτύος ὑποστάντων τὴν ἐπίγνωσιν, μετὰ τῆς κατὰ γένος αὐτῶν διακρίσεως, καὶ τῆς εἰς ἕνα κόσμον ἑνώσεως. Τὴν μὲν γὰρ σύνταξιν αὐτῶν ἐνταῦθα τὸ τῆς συστάσεως ὄνομα δηλοῖ· τὸ δ' ᾗ διέρχεται, τὴν κατ' εἶδος διαφοράν· καὶ τὸ ᾗ κρατεῖται, τὴν κατὰ γένος κοινωνίαν. Φύσει γὰρ διεστῶσα τῶν λογικῶν οὐσιῶν τὰ γένη κατὰ ταύτην τὴν διάστασιν εἰς μίαν κοινωνίαν συνέρχεται. Τῷ γὰρ εἶναι τὰ μὲν πρῶτα, τὰ δὲ μέσα, τὰ δὲ ἔσχατα, διακέκριται ἅμα καὶ ἥνωται. Οὔτε γὰρ τὰ πρῶτα ἂν γένοιτο μέσα, ἢ ἔσχατα· οὔτε τὰ μέσα πρῶτα, ἢ ἔσχατα· οὔτε τὰ ἔσχατα μέσα, ἢ πρῶτα· ἀλλ' ἐν τοῖς δημιουργικοῖς ὅροις ἀϊδίως μένει κατὰ γένος διακεκριμένα. Καὶ οὕτω μὲν τὸ ᾗ ἕκαστα διέρχεται νοοῦμεν. Τὸ δὲ ᾗ ἕκαστα κρατεῖται, πάλιν αὖ τῇδε θεωρήσομεν. Τὸ πᾶν τόδε οὐκ ἂν εἴη τέλειον, μὴ πρῶτα καὶ μέσα καὶ ἔσχατα μέρη ἐν ἑαυτῷ κεκτημένον, ὡς ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν τοῦ ὅλου συστήματος. Καὶ τὰ πρῶτα οὐκ ἂν εἴη πρῶτα, μὴ

---

etiam felicitatis perpetua est causa, bonum proprium per totum mundum, tanquam lucem puram atque intellectualem diffundens. Animus autem, huic rite intentus et se tanquam oculum ad visum acutiorem reddendum detergens, tum bonorum studio ad preces excitatur, tum precibus non sine deorum favore fusis rursus studium illud adauget, quia verbis opera adjungit et opera bona divinis alloquiis confirmat. Ac partim ipse inveniens, partim illuminatus, iis dat operam quæ *precatur*, et *precatur* ea quibus operam dat. Hujusmodi igitur est operæ et *precum* conjunctio. Quæ vero ambarum rerum ope feliciter efficiantur, deinceps audiamus.

XXII. 49—51.

Si vero hæc teneas,
cognosces et immortalium deorum et hominum mor- [talium
constitutionem, quatenus singula differant et quatenus [communione quadam contineantur.

Primum deorum notitiam theologicamque scientiam iis, qui ita instituti sunt, affore prædicit, atque eorum omnium, quæ a sacro quaternario numero producta sunt, cognitionem, adjuncta eorum secundum genera distinctione et ad hunc mundum constituendum copulatione. Nam συστάσεως nomen hic eorum conjunctionem significat, ᾗ διέρχεται vero differentiam specialem et ᾗ κρατεῖται generis communionem. Etenim suapte substantiâ diversa intelligentium naturarum genera ista diversitate in unam societatem coeunt. Eo ipso enim, quod sunt alia prima, alia media, alia ultima, separantur simul et copulantur. Neque enim ea quæ prima sunt fieri queant media vel ultima; neque quæ media sunt, prima vel ultima; neque quæ ultima, media vel prima: sed intra terminos a conditore constitutos perpetuo manent genere distincta. Atque ita quidem illud, *quatenus singula differant*, intelligimus. Alterum vero, *quatenus singula communione quadam contineantur*, hoc modo rursus considerabimus. Hæc rerum universitas perfecta non esset, nisi primas, medias atque ultimas partes, tanquam principium, medium atque finem totius compagis suæ contineret. Neque enim prima essent prima, nisi mediis et ultimis sequentibus: nec media id essent quod dicuntur, nisi extrema utrinque adjacerent: neque etiam ultima forent ultima, nisi prima et media præcederent. Igitur se mutuo introducunt ad universi perfectionem. Atque hoc est, quod (κρατεῖσθαι) *contineri* a se invicem dicuntur: quatenus quidem specie varia sunt, differentia; quatenus vero mundi unius partes

μέσων καὶ ἐσχάτων αὐτοῖς ἑπομένων, οὐδὲ τὰ μέσα τοῦτ' ἂν εἴη, ὃ λέγεται, μὴ ἄκρων ἑκατέρωθεν αὐτοῖς παρακειμένων· ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἔσχατα εἴη ἂν ἔσχατα, μὴ πρώτων καὶ μέσων προηγουμένων. Συνεισάγει οὖν ἄλληλα πρὸς τὴν τοῦ παντὸς τελειότητα. Καὶ τοῦτ' ἦν, τὸ κρατεῖσθαι αὐτὰ ὑπ' ἀλλήλων· ὡς μὲν ἑτεροειδῆ, διαφέροντα· ὡς δὲ ἑνὸς κόσμου μέρη, συνεισιόντα· καὶ αὐτῷ τῷ διεστάναι ἅμα καὶ ἡνῶσθαι τῆς θείας διακοσμήσεως τὴν ὅλην σύστασιν καὶ σύνταξιν πληροῦντα· ἣν γνώσεαι, φησίν, εἰ ἐγκρατὴς γένοιο τῶν προειρημένων καλῶν. Τῶν δὲ ἄκρων γενῶν τῇ μνήμῃ συνεισέρχεται τὰ μέσα· ἀθανάτων γάρ φησι θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων σύστασιν. Τὰ δὲ πρῶτα τοῖς ἐσχάτοις διὰ τῶν μέσων συνάπτεται, καὶ τὰ ἔσχατα πρὸς τὰ πρῶτα τῇ μεσότητι τῶν ἀγαυῶν Ἡρώων ἀνατείνεται. Τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τάξις τῶν λογικῶν γενῶν ἡ ἐν προοιμίοις παραδέδοται, ὥστ' εἶναι πρῶτοι μὲν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ οἱ ἀθάνατοι θεοί· ἔπειθ' Ἥρωες ἀγαυοί· καὶ τελευταῖοι Δαίμονες καταχθόνιοι, οὓς νῦν θνητοὺς ἀνθρώπους καλεῖ. Πῶς δὲ ἕκαστον τούτων δεῖ νοεῖν ἤδη ἐν προοιμίοις εἴρηται· τὸ δὲ γνῶσιν τούτων προσλαβεῖν ἐπιστημονικήν, ὧν ἐκ παραδόσεως τὴν τιμὴν προειλήφαμεν, πρακτικὴν ἀρετὴν ἀληθείᾳ θεωρητικῇ κοσμοῦσιν ἐγγίνεται, ἢ καὶ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης εὐεξίας ἐπὶ τὴν θείαν ἀρετὴν μεθισταμένοις. Τὸ γὰρ οὕτω γνῶναι τὰ ὄντα, ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ὑπέστη, ὁμοίωμα ἦν θεῖον κτήσασθαι. Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τὴν ἀσώματον διακόσμησιν ἡ σωματικὴ φύσις ὑπόκειται, τὸν ἐμφανῆ τοῦτον συμπληροῦσα κόσμον, καὶ πρὸς τὴν τῶν λογικῶν οὐσιῶν ἡγεμονίαν συντεταγμένη, ἑξῆς τὸ τῆς φυσιολογικῆς ἐπιστήμης ἀγαθὸν ἐπακολουθήσειν μηνύει τοῖς ἐν τάξει προϊοῦσιν ἐπὶ τὰς γνώσεις.

XXIII. 52—53.

Γνώσῃ δ', ᾗ θέμις ἐστί, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην,
ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.

Πρὸς τὴν θείαν εὐμετρίαν ἡ φύσις τὸν ἐμφανῆ κόσμον ἀποτυπουμένη, δι' ἀναλογίας τε αὐτὸν ἑαυτῷ πανταχοῦ διαφόρως ὡμοίωσε, καὶ τὸ θεῖον κάλλος ἐνεικονίσατο δι' ὅλων τῶν ἐγκοσμίων εἰδῶν ἄλλως καὶ ἄλλως· ὥστε οὐρανῷ μὲν ἀποδοῦναι τὸ ἀεικίνητον, γῇ δὲ τὸ μόνιμον, ἑκάτερον δὲ τούτων θείας ὁμοιώσεως ἴχνος ἀποφέρεσθαι. Καὶ τῷ μὲν οὐρανίῳ σώματι τὸ πέριξ τοῦ παντὸς ἀπένειμε, τῷ δὲ περιγείῳ τὸ κέντρον. Ἐν δὲ σφαίρᾳ ἄλλως μὲν τὸ κέντρον ἀρχή, ἄλλως δὲ ὁ τοῦ περιέχοντος ὅρος. Ὅθεν τὰ ἄνω μὲν ἄστροις πεποίκιλται, καὶ τοῖς μετ' ἐκεῖνα ζῴοις νοεροῖς· γῆ δὲ φυτοῖς ἐκοσμήθη, καὶ ζῴοις αἰσθήσει μόνῃ χρωμένοις. Μεσότης δὲ τῶν οὕτω διεστηκότων ὁ ἄνθρωπος ἐνορᾶται, ἀμφίβιός τις ὤν, καὶ ἔσχατος μὲν τῶν ἄνω, πρῶτος δὲ τῶν κάτω. Διὸ ποτὲ μὲν τοῖς ἀθανάτοις συμφέρεται, καὶ τῇ πρὸς νοῦν ἐπιστροφῇ τὴν οἰκείαν λῆξιν ἀπολαμβάνει· ποτὲ δὲ τοῖς θνητοῖς εἴδεσι συναγελάζεται, καὶ τῇ τῶν θείων νόμων ἐκβάσει τῆς προσηκούσης αὐτῷ ἀξίας ἀποπίπτει. Ὡς γὰρ ἔσχατος τῶν λογικῶν γενῶν, οὔτε ἀεὶ καὶ ὡσαύτως πέφυκε νοεῖν (οὕτω γὰρ οὐκ ἂν ἦν ἄνθρωπος, ἀλλὰ φύσει θεός·) οὔτε ἀεὶ νοεῖν δύναται, εἰ καὶ μὴ ὡσαύτως· τοῦτο γὰρ αὐτὸν εἰς τὴν ἀγγέλων καθίστησι τάξιν. Νῦν δέ ἐστιν ἄνθρωπος ὁμοιώσει μὲν πρὸς τὸ βέλτιον ἀχθῆναι δυνάμενος, φύσει δὲ ὑποβεβηκὼς τῶν ἀθανάτων θεῶν, καὶ τῶν ἀγαυῶν ἡρώων, ὡς ἐγκοσμίων πρώτων καὶ μέσων γενῶν. Ὥσπερ γὰρ τούτων ὑπέβη τῷ μὴ ἀεὶ νοεῖν, ἀλλ' ἐν ἀγνοίᾳ ποτὲ καὶ λήθῃ γίνεσθαι τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, καὶ τῆς θεόθεν κατιούσης εἰς

---

sunt, coeuntia; atque ipsa distinctione simul et conjunctione totam divini operis constitutionem et ordinationem consummantia; quam *cognosces*, inquit, si bona illa ante dicta obtineas. Extremorum vero generum mentione simul comprehenduntur media; dicit enim, *immortalium deorum mortaliumque hominum constitutionem.* Prima autem cum ultimis per media connectuntur; atque ultima ad prima per illustrium heroum interventum porriguntur. Talis etiam est ille generum ratione præditorum ordo in carminis procemio traditus, ut primi in hoc mundo sint *Dii immortales*, deinde Heroes illustres, et ultimi Genii terrestres, quos *mortales homines* nunc appellat. Quomodo vero horum generum singula sint intelligenda, jam in procemio hujus commentarii dictum est: sed eorum notitiam litteris adipisci, quorum honorem a majoribus traditum prius accepimus, iis licet, qui virtutem activam veritate contemplativa exornant, aut etiam ab humani habitus bonitate ad divinam virtutem provecti sunt. Ita enim nosse res, ut sunt ab ipso Deo creatæ, est divinam similitudinem consequi. Quandoquidem vero illam incorporeorum constitutionem longo intervallo post sequitur corporea natura, quæ aspectabilem hunc mundum complet atque ad intelligentium naturarum nutum et arbitrium composita est, declarat deinceps eos physiologicæ scientiæ bonum esse adepturos, qui ad rerum cognitionem ordine procedunt.

XXIII. 52—53.

Cognosces etiam, quoad fas est, naturam ex omni parte sui similem:
ut nec speres quæ speranda non sunt, nec te quidquam lateat.

Ad divinæ mensuræ speciem natura aspectabilem hunc mundum effingens proportione quadam eum variis modis sui similem effecit divinamque pulchritudinem in omnibus formis mundanis aliter atque aliter expressam spectavit, ita ut, quum perpetuum cœlo motum dederit, terræ

αὐτὸν ἐλλάμψεως· οὕτω τῷ μὴ μένειν ἀεὶ ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑπερέχει ζῴων ἀλόγων καὶ φυτῶν, καὶ ὅλης τῆς περιγείου καὶ θνητῆς φύσεως ἀναβέβηκε κατ' οὐσίαν, ὡς ἐπιστρέφειν πρὸς τὸν θεὸν πεφυκώς, καὶ ἀναμνήσει τὴν λήθην ἀφανίζειν, καὶ διδασκαλίᾳ προσλαμβάνειν ἃ ἀπέβαλε, καὶ τὴν ἄνωθεν φυγὴν τῇ ἀντιστρόφῳ φυγῇ ἰᾶσθαι. Προσήκει οὖν τῇ ἀνθρωπίνῃ οὐσίᾳ τοιαύτῃ οὔσῃ, γνῶναι τὴν σύστασιν τῶν ἀθανάτων θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων· τουτέστι, τῶν λογικῶν γενῶν τὴν διάταξιν· *γνῶναι δὲ καὶ τὴν φύσιν, τὴν περὶ παντὸς ὁμοίην*· τουτέστι, τὴν σωματικὴν οὐσίαν, τὴν ἄνωθεν μέχρι τῶν τελευταίων δι' ἀναλογίας καὶ ἐμφάσεως θείας κοσμηθεῖσαν· *γνῶναι* δὲ ταῦτα πάντα *ᾗ θέμις ἐστί*, τουτ' ἔστι, νόμῳ ὡς διάκεινται, καὶ οὕτως ὡς ὑπέστη παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ ὃν τρόπον τοῖς ἐκείνου νόμοις ἐστὶ διατεταγμένα, εἴτε σώματα, εἴτε ἀσώματα. Κατὰ κοινοῦ γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν ποιήσεων τὸ *ᾗ θέμις ἐστίν*, ἀκουστέον. Οὐ γὰρ ἀλογίστοις προθυμίαις εἴκοντας μεταφέρειν δεῖ τὴν ἀξίαν τῶν πραγμάτων πρὸς τὸ ἡμῖν δοκοῦν· ἀλλὰ τοῖς τῆς ἀληθείας ὅροις ἑπομένους *γινώσκειν τὰ ὄντα πάντα, ᾗ θέμις ἐστί*, καὶ ὡς ὁ τῆς δημιουργίας θεσμὸς ὥρισεν ἕκαστα. Ἐκ δὲ τούτων τῶν δύο *γνώσεων*, τῆς τε περὶ τὴν ἀσώματον ποίησιν τοῦ θεοῦ, καὶ τῆς περὶ τὴν σωματικήν, κάλλιστον ἐπανθεῖ πόρισμα, τὸ *μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν*. Ἐκ γὰρ τοῦ λανθάνειν ἡμᾶς τὴν οὐσίαν τῶν πραγμάτων ἀπογίνεται καὶ τὸ *ἄελπτ' ἐλπίζειν*, καὶ τὸ ἀδύνατα περινοεῖν. Οἷον, εἴ τις ἄνθρωπος ὢν τῶν ἀθανάτων θεῶν *ἐλπίζει* γενέσθαι, ἢ τῶν ἀγαυῶν ἡρώων, οὗτος οὐκ οἶδε τοὺς ὅρους τῆς *φύσεως*, οὔτε τῶν ὄντων πρῶτα καὶ μέσα καὶ ἔσχατα διεστείλατο. Καὶ πάλιν, εἴ τις τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν συναποθνήσκειν οἴεται τῷ θνητῷ σώματι, ἀγνοίᾳ τῆς προσούσης ἀθανασίας τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, προσδοκᾷ ἃ μὴ δεῖ, μηδὲ οἷά τε γενέσθαι. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ θηρίου μεταμφιάσασθαι σῶμα *ἐλπίζων*, καὶ ζῷον ἄλογον γενέσθαι διὰ κακίαν, ἢ καὶ φυτὸν δι' ἀργίαν αἰσθήσεως, καὶ οὗτος ἀντιστρόφως τοῖς εἰς τὰ ἄνω γένη μεταβάλλουσι τὴν τοῦ ἀνθρώπου οὐσίαν πρὸς τὰ κάτω αὐτὴν συνωθεῖ, πεπλανημένος καὶ μὴ νοῶν τὸ ἀμετάβλητον τοῦ κατ' οὐσίαν ὑπάρχοντος εἴδους τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ. Ἀεὶ γὰρ μένουσα ἄνθρωπος, τῇ τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνὰ μέρος κτήσει, θηρίον λέγεται ἢ θεὸς γίνεσθαι· φύσει

---

vero stabilitatem, horum tamen utrumque divinæ similitudinis vestigium auferret. Ac cœlesti quidem corpori universitatis ambitum tribuit, terreno autem centrum. In sphæra vero alio modo centrum est principium, alio peripheriæ terminus. Unde superiora astris et post illa animantibus intellectu præditis varie distincta et instructa sunt, terra autem plantis ornata et animantibus quæ solo sensu utuntur. Medius vero inter hæc sic distantia cernitur homo quasi ancipitis vitæ animal ac superiorum infimus, primus autem inferiorum. Quo fit ut aliquando cum immortalibus versetur et ad mentem conversus propriam sortem recuperet, aliquando vero cum mortalibus speciebus congregetur ac divinas leges egressus consentanea sibi dignitate excidat. Nam quum generum ratione præditorum ultimus sit, nec natura talis est, ut semper eodemque modo intelligat (sic enim non homo, sed natura Deus esset), nec semper, etsi non eodem modo intelligere potest; hoc enim eum Angelorum ordini ascribit. Nunc autem talis est homo, ut ad similitudinem quidem ejus quod præstantius est accedere possit, naturâ vero diis immortalibus atque illustribus heroibus, ut primis et mediis generibus mundanis, inferior sit. Quemadmodum autem his idcirco inferior est, quia non semper intelligit, sed suæ aliquando naturæ et lucis divinitus in ipsum descendentis inscitia et oblivione laborat : sic bruta animalia et plantas superat, quod non semper in ignorantia manet, totâque terrenâ et mortali naturâ, suâ substantiâ, superior est, quippe qui naturâ ita comparatus sit, ut ad Deum converti queat et recordatione oblivionem dispellere doctrinâque ea recuperare quæ amisit et fugæ rerum supernarum contrariâ fugâ mederi. Humanam igitur mentem, quum talis sit, decet nosse Deorum immortalium et hominum mortalium constitutionem, id est generum ratione præditorum ordinationem, nosse etiam *naturam omni ex parte sui similem,* id est, corpoream substantiam, a summo genere usque ad infimum proportione specieque divina exornatam : *nosse* autem hæc omnia, *quoad fas est*, hoc est, ut lege disposita sunt et quemadmodum a Deo creata et quomodo legibus ejus ordinata sunt, sive corpora sint, sive incorporea. Communiter enim de utroque Dei opificio intelligendum est illud, *quoad fas est.* Oportet enim nos non cæco animi impetu abreptos rerum dignitatem ad nostræ opinionis arbitrium accommodare, sed ad veritatis regulas animum attendentes *pernoscere res omnes, quoad fas est,* eoque modo quo lex creationis singula constituit. Ex duplici autem hac cognitione operum Dei incorporeorum corporeorumque optimum oritur ejusmodi consectarium, *ut nec speremus quæ speranda non sunt, neque quidquam nos lateat.* Namque ex ignorata rerum natura illa etiam sequitur a recta ratione defectio, ut et ea *speremus, quæ speranda non sunt*, et ea mente agitemus quæ fieri non possunt. Verbi gratia, si quis, quum homo sit, se in deorum immortalium vel heroum illustrium nu-

δὲ οὐδέτερον, ἀλλὰ σχέσει τῆς πρὸς ἑκάτερον ὁμοιώσεως. Καὶ ὅλως ὁ τὴν προσοῦσαν ἀξίαν ἑκάστῳ τῶν ὄντων μὴ εἰδώς, ἀλλ' εἴτε ὑπερβάλλων αὐτῆς ἢ ἐλλείπων, τὴν ἄγνοιαν ταύτην ἀφορμὴν τῆς ὑποκένου δόξης καὶ ἀέλπτου ἐλπίδος πεποίηται. Ὁ δὲ ἐν τοῖς δημιουργικοῖς μέτροις ἕκαστα ἀφορίζων, καὶ γιγνώσκων τὰ ὄντα, ᾗ γέγονε, καὶ παραμετρῶν τῷ θεῷ τὴν ἑαυτοῦ γνῶσιν· οὗτος τὸ Ἕπου θεῷ μάλιστα τηρεῖ, καὶ τὸ, Ἄριστον μέτρον, οἶδε, καὶ τῆς ἀνεξαπατήτου ἐλπίδος τυγχάνει.

XXIV. 54—60.

Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας
τλήμονας, οἵ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὔτ' ἐσορῶσιν,
οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.
Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὡς δὲ κύλινδροι
ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες·
λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε
σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.

Τῆς τῶν ἀσωμάτων καὶ σωματικῶν γενῶν καλῶς γνωσθείσης διατάξεως, ἕπεται καὶ τὴν ἀνθρώπου οὐσίαν ἀκριβῶς γνωρίζεσθαι, οἷά τε οὖσα τυγχάνει, καὶ οἵων δεκτικὴν παθημάτων· καὶ ὅτι ἐν μεθορίῳ ἐστὶ τῶν τε ἀπτώτων εἰς κακίαν, καὶ τῶν πρὸς ἀρετὴν οὐ πεφυκότων ἀνάγεσθαι· διὸ καὶ ἐπαμφοτερίζει ταῖς σχέσεσιν, ὅτὲ μὲν ἐκεῖ ζῶσα τὴν νοερὰν εὐζωίαν, ὅτὲ δὲ ἐνταῦθα τὴν αἰσθητικὴν ἐμπάθειαν προσλαμβάνουσα. Ἔνθεν καὶ λέγεται ὀρθῶς ὑπὸ Ἡρακλείτου, ὅτι ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον. Κάτεισι γὰρ καὶ ἀποπίπτει τῆς εὐδαίμονος χώρας ὁ ἄνθρωπος, ὡς Ἐμπεδοκλῆς φησιν ὁ Πυθαγόρειος

— φυγὰς θεόθεν, καὶ ἀλήτης.
Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος. —

Ἄνεισι δέ, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἕξιν ἀπολαμβάνει, εἰ φύγοι τὰ περὶ γῆν καὶ τὸν ἀτερπέα χῶρον, ὡς ὁ αὐτὸς λέγει,

Ἔνθα φόνος τε κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν·

εἰς ὃν οἱ ἐμπεσόντες

Ἄτης ἀν λειμῶνα κατὰ σκότος ἠλάσκουσι.

Ἡ δὲ ἔφεσις τοῦ φεύγοντος τὸν τῆς Ἄτης λειμῶνα πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας ἐπείγεται λειμῶνα· ὃν ἀπολιπών, τῇ ὁρμῇ τῆς πτερορρυήσεως εἰς γήϊνον ἔρχεται σῶμα ὀλβίου αἰῶνος ἀμερθείς. Τούτοις δὲ καὶ ὁ Πλάτων ἐστὶ σύμφωνος, περὶ μὲν τῆς καθόδου ταυτὶ λέγων· ὅταν δὲ ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ, καί τινι συντυχίᾳ χρησαμένη πτερορρυήσῃ τε καὶ ἐπὶ τὴν

---

merum venire posse *sperat*, is naturæ terminos non novit, neque prima ab iis, quæ media et ultima sunt in rerum compage distinguit. Et rursus, si quis animi nostri immortalitatem ignorans, animum suum una cum mortali corpore interiturum esse opinatur, is ea exspectat, quæ exspectanda non sunt quæque fieri non possunt. Similiter vero, qui feræ corpus se induturum *sperat*, et brutum animal fore ob vitiositatem, aut etiam plantam ob sensûs stuporem, hic quoque, contra quam illi, qui hominis naturam in superiora genera mutant, eam detrudit ad inferiora, deceptus utique et ignorans immutabilitatem formæ istius, quæ ad animi humani naturam pertinet. Hic enim semper homo permanens virtutis et vitii alterna possessione deus aut bestia fieri dicitur, quum natura neutrum sit, sed habitu tantum, ob eam quam cum eorum alterutro habet similitudinem. Atque omnino quicunque singularum rerun dignitatem non novit, sed eam vel excedit vel non assequitur, ignorantiam hanc vanæ opinionis et *falsæ spei* occasionem facit. Qui vero singula modis ab opifice Deo constitutis distinguit, et quemadmodum res creatæ sint *cognoscit*, ac sui ipsius *cognitionem* ad Dei normam dirigit : is maxime illud, *Deum sequere,* observat, et alterum illud, *modus optima rerum,* novit, ac spem nanciscitur minime falsam.

XXIV. 54—60.

Cognosces autem homines malis ultro arcessitis obrutos,
miseros, qui bona quum prope sint nec vident,
nec audiunt : paucique sciunt e malis se expedire.
Tale fatum lædit mortalium mentes; illi vero cylindrorum instar
huc illuc volvuntur, infinitis malis oppressi.
Gravis enim comes latenter nocet contentio
innata, quam provocare non decet, sed cedendo evitare.

Incorporeorum corporeorumque generum ordinatione probe intellecta, sequitur ut qualis hominis natura sit et quibus perturbationibus obnoxia accurate cognoscamus discamusque eam in confinio esse eorum quæ in vitium prolabi nequeunt et eorum quæ natura sua ad virtutem evehi non possunt : unde et utrumque habitum induit, aliquando intellectualem ibi vitam feliciter agens, aliquando sensibiles affectus hic assumens. Quapropter recte Heraclitus dicit, nos illorum mortem vivere, mortuos autem esse illorum vitam. Descendit enim *homo* atque e felici regione excidit, ut Empedocles Pythagoreus ait :

— e cœlo profugus et exsul,
Discordiæ furenti parens.

Ascendit vero et antiquum statum recuperat, si terrestria fugerit et *illætabilem sedem*, ut idem dicit :

γῆν πέσῃ, τότε νόμος αὐτὴν εἰς ζῷον θνητὸν εἰσοικίζεσθαι. Περὶ δὲ τῆς ἀνόδου ταῦτα· ὅτι τὸν ὕστερον προσφύντα ὄχλον ἐκ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος, καὶ πυρός, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα, λόγῳ κρατήσας ὁ ἄνθρωπος, εἰς τὸ τῆς προτέρας καὶ ἀρίστης ἀφικνεῖται εἶδος ἕξεως· ὅτε καὶ εἰς τὸ σύννομον ἄστρον ἀνάγεται ὑγιὴς καὶ ὁλόκληρος γενόμενος. Ὑγιὴς μὲν τῇ τῶν παθῶν, ὡς νοσημάτων, ἀπαλλαγῇ, ὃ διὰ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς παραγίνεται· ὁλόκληρος δέ, τῇ νοῦ καὶ ἐπιστήμης, ὡς οἰκείων μερῶν, ἀναλήψει, ὃ διὰ τῆς θεωρητικῆς ἀληθείας κατορθοῦσθαι πέφυκε. Καὶ πάλιν, ὡς δέοι τῇ ἐντεῦθεν φυγῇ τὴν ἀπὸ τῶν κρειττόνων γενομένην ἀπόστασιν ἐξιάσασθαι, σαφῶς παρίστησι, φυγὴν τῶν τῇδε κακῶν τὴν φιλοσοφίαν ὁριζόμενος. Συμπεφυκέναι γὰρ τὰ πάθη μόνοις τοῖς θνητοῖς ἀποφαίνεται διὰ τούτων· ἀλλ' οὐδὲ ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατόν, οὔτε ἐν θεοῖς εἶναι, περὶ δὲ τόνδε τὸν τόπον καὶ τὴν θνητὴν φύσιν περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. Τοῖς γὰρ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ πάντως που καὶ τὸ παρὰ φύσιν διατεθῆναι δύνασθαι παρέπεται· ὅπερ ἦν τῶν κακῶν ἀρχή. Πῶς δὲ δεῖ ταῦτα φεύγειν ἐπάγει· διὸ δεῖ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν· φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ· ὁμοίωσις δέ, δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. Τὸν γὰρ ἀποδρᾶναι βουλόμενον τὰ κακὰ τὴν θνητὴν φύσιν πρῶτον ἀποστραφῆναι δεῖ· οὐ γὰρ οἷόν τε ταύτῃ συμπεφυρμένους μὴ καὶ τῶν ἑπομένων αὐτῇ κακῶν ἐξ ἀνάγκης ἀναπίμπλασθαι. Ὥσπερ οὖν ἡ θεόθεν φυγὴ καὶ ἡ πτερορρύησις τῶν κουφιζόντων ἡμᾶς πρὸς τὰ ἄνω πτερῶν εἰς τὸν τῶν θνητῶν ἤνεγκε τόπον, οἷς τὰ κακὰ συνεισέρχεται· οὕτω καὶ ἡ τῆς θνητῆς προσπαθείας ἀποβολή, καὶ ἡ τῶν ἀρετῶν, οἷον πτερῶν τινων, ἔκφυσις πρὸς τὸν τῶν κακῶν καθαρὸν τόπον, πρὸς τὴν θείαν εὐζωΐαν, ἡμᾶς ἀνάξει. Μέση γὰρ οὖσα ἡ τοῦ ἀνθρώπου οὐσία τῶν τε ἀεὶ νοούντων τὸν θεὸν καὶ τῶν μηδέποτε νοεῖν πεφυκότων ἄνεισί τε πρὸς ἐκεῖνα, καὶ κάτεισι πρὸς ταῦτα, νοῦ κτήσει καὶ ἀποβολῇ πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν καὶ τὴν θήρειον διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀμφίβιον, ἀνὰ μέρος ἐπειγομένη. Ταῦτ' οὖν ὁ περὶ τῆς ἀνθρωπίνης ἐγνωκὼς οὐσίας οἶδε πῶς αὐθαίρετα πήματ' ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ πῶς τλήμονες καὶ τάλανες ταῖς ἑαυτῶν αἱρέσεσι γίνονται. Ποτὲ μὲν γάρ, ἔτι δυνάμενοι μένειν ἐκεῖ, προπετείᾳ ὁρμῆς εἰς γένεσιν κατασύρονται· ποτὲ δέ, δυνάμενοι θᾶσσον ἐντεῦθεν ἀπολύεσθαι, αὐτοὶ ἑαυτοὺς ταῖς ἀμετρίαις τῶν παθῶν καταπλέκουσι. Καὶ τοῦτο ἦν τὸ τῶν ἀγαθῶν πέλας ὄντων μήτε ὁρᾶν μήτε ἀκούειν· ἵνα ἀγαθὰ μὲν ἀρετὴ καὶ ἀλήθεια νῦν λέ-

---

ubi Cædes et Simultas et aliorum agmina Fatorum;
in quam qui inciderint
Noxæ per pratum perque tenebras vagantur.

Desiderium autem ejus, qui fugit *Noxæ pratum*, ad veritatis pratum propere contendit; quod quum reliquit, pennarum defluvii impetu in terrenum corpus venit, felici *vita privatus.* His consentanea habet etiam Plato, de descensu hæc tradens : *Quum vero viribus ad assequendum non valens* [animus] *Deum minime videt, et infortunio aliquo pennarum defluvium passus in terram decidit, tum lex eum jubet in mortale animal induci.* De ascensu autem hæc : *Hominem, quum molem postea tractam ex terra, aqua, aere et igne, turbulentam et rationis expertem, ratione superaverit, ad prioris optimique habitûs formam pervenire; quando etiam ad astrum ipsi congruens redit, sanus atque integer factus. Sanus* quidem, quia ab affectibus tanquam morbis liberatus sit, quod virtutis civilis munus est, *integer* autem, mentis et scientiæ, tanquam propriarum partium, recuperatione, quod contemplativæ veritatis ope rite perficitur. Et rursus idem Plato defectionem a diis nostrâ hinc fugâ persanandam esse plane docet, philosophiam malorum, quæ hic sunt, fugam esse definiens. Animi enim perturbationes mortalibus solis insitas esse his verbis declarat : *At neque mala perire possunt, nec in diis esse, sed circa hunc locum et naturam mortalem necessario versantur.* Namque iis, quæ generationi et corruptioni obnoxia sunt, omnino accidit, ut præter naturam affici possint, quod malorum est principium. Sed quo pacto hæc fugienda sint, subjungit : *Quapropter hinc illuc confugere oportet, fuga autem est similitudo cum Deo, quatenus homini fas est, similitudo vero, justitia et sanctitas cum prudentia conjuncta.* Imprimis enim mortalem naturam eum aversari decet, qui mala vult effugere, quum non possint commixti cum hac non impleri necessario malis quæ eam comitantur. Quemadmodum igitur fuga a Deo et pennarum, quæ ad superiora nos evehunt, defluvium in locum mortalium, quibus mala adhærent, nos deduxit : sic etiam mortalium affectionum rejectio, et virtutum, tanquam pennarum, ortus ad locum a malis purum divinæque vitæ felicitatem nos reducet. Quum enim homo natura medius sit inter ea quæ Deum semper noverunt et ea quæ ad cognoscendum nunquam apta sunt, ad illa ascendit et ad hæc descendit, prout intelligentiam aut retinet aut amittit, atque ad divinam belluinamve similitudinem propter naturam ancipitem per vices contendit. Is igitur qui hujusmodi esse *humanam naturam intellexit,* scit quomodo *malis ultro arcessitis obruantur homines,* et quomodo *infelices* et miseri suis ipsorum consiliis fiant. Aliquando enim, quum adhuc ibi manere possent, præcipiti desiderio in hunc mundum detrahuntur; ali-

γηται· τὸ δὲ μὴ ὁρᾶν πέλας ὄντα, τὸ μὴ δι' ἑαυτοῦ ἀνακινεῖσθαι πρὸς εὕρεσιν τῶν καλῶν· καὶ τὸ μὴ ἀκούειν, τὸ ταῖς παρ' ἄλλων διδασκαλίαις μὴ ὑπήκοον γίνεσθαι. Διπλῆ γὰρ ἡ τῆς ἐπιστήμης ἀνάληψις· ἢ διὰ μαθήσεως, ὡς δι' ἀκοῆς· ἢ δι' εὑρέσεως, ὡς δι' ὁράσεως. Αὐθαίρετα οὖν πήματα ἔχειν λέγονται οἱ μήτε μανθάνειν παρ' ἄλλων μήτε εὑρίσκειν δι' ἑαυτῶν ἐθέλοντες, ὡς τῆς συναισθήσεως τῶν ἀγαθῶν ἀμοιροῦντες, καὶ διὰ τοῦτο πάντη ἀχρεῖοι. Ὃς γὰρ ἂν μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου λέγοντος ἐν θυμῷ βάλληται, ἐκεῖνος δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ. Οἱ δὲ παρὰ τῶν ἄλλων μανθάνειν τε καὶ εὑρίσκειν ἔργον πεποιημένοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τῶν κακῶν τὴν λύσιν συνιέντες, καὶ φυγῇ τῶν τῇδε πόνων εἰς τὸν ἐλεύθερον αἰθέρα μετοικιζόμενοι. Ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ τοιοῦτοι. Οἱ γὰρ πλεῖστοι κακοί, καὶ τῆς θνητῆς προσπαθείας ἥττους, καὶ φρενοβλαβεῖς ὑπὸ τῆς εἰς γῆν νεύσεως γενόμενοι· ὡς καὶ τοῦτο παρ' ἑαυτῶν τὸ κακὸν ἔχειν, διὰ τὸ βουληθῆναι φυγεῖν ἀπὸ θεοῦ, καὶ ἀπομερίσαι αὑτοὺς τῆς τούτου ὁμιλίας, ἧς εὐτύχουν ἐν αὐγῇ καθαρᾷ διάγοντες. Τὸν γὰρ ἀπὸ θεοῦ χωρισμὸν ἡ βλάπτουσα τὰς φρένας μοῖρα νῦν δηλοῖ. Οὐ γάρ ἐστιν ἢ μὴ ἀνοηταίνειν τὸν τοῦ θεοῦ γενόμενον ἔρημον, ἢ μὴ ἔρημον εἶναι θεοῦ, τὸν εἰς ἄνοιαν ἐκπεσόντα. Τὸν γὰρ ἀνόητον ἀνάγκη καὶ ἄθεον εἶναι, καὶ τὸν ἄθεον ἀνόητον. Ἀμφότεροι δέ, ὡς μὴ πρὸς τὸν ἔρωτα τῶν καλῶν ἐγηγερμένοι, ἀπείρονα πήματ' ἔχουσιν, οἷον κύλινδροι ταῖς καταγώγοις πράξεσιν ἄλλοτε ἄλλοις κακοῖς συμφερόμενοι, καὶ μὴ ἔχοντες ὅ, τι χρήσονται ἑαυτοῖς, διὰ τὸ πάσαις ταῖς τύχαις ἀπαιδεύτως προσφέρεσθαι· νῦν μὲν ἐξυβρίζοντες ἐν πλούτῳ, νῦν δὲ ἐν πενίᾳ κακουργοῦντες, καὶ πρὸς λῃστείαν μὲν ὑπὸ ῥώμης σώματος ἐκφερόμενοι, πρὸς δὲ βλασφημίαν ὑπὸ ἀσθενείας καὶ νοσημάτων· τήν τε ἀπαιδίαν ὀδυρόμενοι, καὶ τὴν πολυπαιδίαν ἀφορμὴν πολέμων καὶ αἰσχροκερδείας ποιούμενοι. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐκ ἔστι τι τῶν ἐν τῷ βίῳ, ὃ μὴ πρὸς ἀφορμὴν κακοῦ τοῖς ἀνοήτοις γίνεται, πανταχόθεν στενοχωρουμένοις ὑπὸ τῆς αὐθαιρέτου κακίας, καὶ τοῦ μὴ ἀναβλέπειν πρὸς τὸ θεῖον φῶς, μηδ' ἐπαΐειν ἐθέλειν τῶν ὄντως ἀγαθῶν· ἀλλὰ καταδεδυκότας εἰς τὴν θνητὴν προσπάθειαν ὡς ἐν κλύδωνι τῷ

---

quando vero, quum hinc citius possent discedere, ipsi se immodicis affectibus implicant. Hoc autem est illud, *bona, quum in propinquo sint, nec videre neque audire*, ut bona hoc loco dicantur virtus et veritas, *non videre* autem, *quum in propinquo sint*, sit non per se incitari ad bona investiganda, denique *non audire*, aliorum monitis non auscultare. Duplex enim est scientiæ comparandæ via; aut per disciplinam, tanquam per auditum; aut per inventionem, tanquam per visum. Illi igitur *malis ultro arcessitis obrui* dicuntur, qui neque ab aliis discere, neque per se invenire volunt, quippe qui bonorum sensu careant ideoque prorsus inutiles sint. Nam qui nec per se sapit, nec alteri monenti obedit, is vero homo inutilis est. Qui autem id egerunt, ut aliorum auxilio aliquid discerent atque invenirent, ii sunt qui e *malis se expedire sciunt*, et laborum, qui hîc sunt, fuga in liberum ætherem commigrant. Sed pauci sunt ejusmodi. Plerique enim omnes sunt mali et affectionibus mortalibus obnoxii et sua in terram inclinatione vecordes facti, ita ut hoc etiam malum ex se ipsis nanciscantur, quod a Deo fugere volunt seque ab ejus consuetudine sejungere, qua feliciter fruebantur, quamdiu in pura luce degebant. Separationem enim a Deo *fatum* illud, quod *mentes lædit*, hîc significat. Fieri enim non potest, ut vel non desipiat, qui Deo destitutus sit, vel Deo non sit destitutus, qui in amentiam inciderit. Est enim necesse et insipientem Deo carere, et Deo carentem desipere. Utrique autem, ut qui ad bonorum studium excitati non sint, *infinita mala patiuntur*, flagitiis deorsum rapientibus tanquam *cylindri*, *alias aliis malis* implicati, et incerti quid agant, quia in omni fortuna imperite se gerunt; nunc divitiis insolescentes, nunc propter paupertatem malefici, atque ad latrocinia corporis viribus, ad maledicta autem imbecillitate et morbis incitati; orbitatem deplorantes, liberorum autem multitudinem bellorum et turpis lucri prætextum facientes. Atque ut verbo dicam, nihil est in vita quod non amentibus mali occasionem præbeat, qui anguntur undique vitiis *ultro arcessitis* eoque quod neque lucem divinam intueri volunt, neque ea audire quæ vere bona sunt; sed mortalibus affectionibus immersi in vita, tanquam in procella, agitantur. At horum una liberatio est conversio ad Deum, quam illi inveniunt, qui animi oculum atque aurem ad bonorum recuperationem erigunt quique malo quod naturam nostram comitatur facultate sursum tollente medentur. Est vero nobis *insitum* simul et arcessitum *malum* liberi arbitrii motus præter naturam, quo *contendere* et divinis legibus repugnare conamur, minime sentientes, quantum nos ipsos lædamus, eo ipso quod adversari Deo videmur; sed hoc tantum occæcati animadvertentes, potuisse nos leges ejus aspernari. Hoc utique est liberi arbitrii nimia et immodica licentia uti, quod a Deo recedere et *gravem contentionem* adversus eum suscipere audemus, qua cum eo litigamus quodammodo nitimurque, si ille dicat, Hoc ne facias, id ipsum maxime facere, et si rursus dicat, Hoc facito, id ipsum non facere, ut illi utrimque mise-

βίῳ φέρεσθαι. Τούτων δὲ λύσις μία ἡ πρὸς θεὸν ἐπιστροφή, ἣν ἐξευρίσκουσιν οἱ τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς καὶ τὸ οὖς πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀνάληψιν ἐπεγείροντες, καὶ τὸ παρεπόμενον τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν κακὸν τῇ ἀναγωγικῇ δυνάμει θεραπεύοντες. Ἦν δὲ συμφυὲς ἅμα καὶ ἐπίκτητον ἡμῖν κακὸν ἡ τοῦ αὐτεξουσίου παρὰ φύσιν κίνησις, καθ' ἣν ἐρίζειν τε καὶ ἐναντιοῦσθαι τοῖς θείοις νόμοις πειρώμεθα, οὐδὲ ἐπαισθανόμενοι ὅσον ἑαυτοὺς βλάπτομεν διὰ τοῦ δοκεῖν ἀντιτείνειν θεῷ· ἀλλὰ μόνον τοῦτο τυφλῶς ὁρῶντες, ὅτι ἐδυνήθημεν ἀφηνιάσαι τῶν ἐκείνου θεσμῶν. Καὶ τοῦτο ἦν τὸ πολλῷ τῷ αὐτεξουσίῳ χρήσασθαι καὶ ἀμέτρῳ, τὸ τολμᾶν ἀφίστασθαι θεοῦ, καὶ τὴν λυγρὰν ἔριν πρὸς αὐτὸν ἀναδέχεσθαι, καθ' ἣν ἐρίζομεν τρόπον τινὰ καὶ φιλονεικοῦμεν, ἐκείνου λέγοντος, Μὴ ποιήσῃς τόδε, τοῦτο αὐτὸ μάλιστα ποιεῖν ἐθέλειν· καὶ πάλιν αὖ, εἰ ἐκεῖνος λέγοι, Ποίησον τόδε, αὐτὸ τοῦτο μὴ ποιεῖν· ἵνα ἑκατέρωθεν τῆς ἀθλιότητος ἑαυτοὺς πληρώσωσιν οἱ τὸν θεῖον νόμον ἐκβαίνοντες, τῷ τε μὴ ποιεῖν τὰ προστεταγμένα, καὶ τῷ ποιεῖν τὰ ἀπηγορευμένα. Τί οὖν πρὸς τὴν λυγρὰν ταύτην ἔριν, τὴν συνοπαδὸν ἅμα καὶ σύμφυτον λεγομένην, ἐξευρήσομεν, τὴν ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν παρὰ φύσιν διατεθέντος ἐγειρομένην, καὶ διὰ τοῦτο, ὡς οἰκεῖον κακόν, λεληθότως βλάπτειν πεφυκυῖαν; Τί πρὸς ταύτην ἀντιτιθέναι δεῖ; τί τοῦ μαινομένου νείκους ἄκος ἐξευρεῖν; τί τῆς καταγωγοῦ δυνάμεως ἔργμα, ἢ τὸ πονεῖν ταῦτα, καὶ ἐκμελετᾶν, καὶ ἐν ἔρωτι τίθεσθαι, ἅπερ τῆς θείας ἀρετῆς ἡμᾶς εἰς ἴχνια θήσει; Ταῦτα γὰρ ἦν ἡ λύσις τῶν κακῶν, ἣν οἱ παῦροι συνίσασι· ταῦτα ἡ τῶν πέλας ὄντων ἀγαθῶν ἀκοὴ καὶ ὄψις· ταῦτα ἡ τῶν αὐθαιρέτων πημάτων ἀπαλλαγή· ταῦτα τῆς ἀπειρίας τῶν παθῶν ἡ τομή. Ταῦτα οὖν καὶ τῆς ἀθέου ἔριδος ἀποφυγὴ γένοιτ' ἄν, καὶ σωτηρία ψυχῆς, καὶ ἀποκάθαρσις τοῦ μαινομένου νείκους, καὶ ἀνάκλησις τῆς θεόθεν φυγῆς. Τὴν γὰρ καταγωγὸν ῥοπὴν τῇ ἀναγωγῷ δυνάμει μόνως ἂν ἰασαίμεθα, εἰ μὴ περαιτέρω προάγοιμεν αὐτήν, μηδ' ἐπὶ κακοῖς κακὰ συντιθείημεν, ἀλλ' ἐπιπειθεῖς γενόμενοι τῷ ὀρθῷ λόγῳ φεύγοιμεν τὴν λυγρὰν ἔριν τῇ ἀγαθῇ ἔριδι, οὐ φιλονεικοῦντες ἀπειθεῖν τῷ θεῷ, ἀλλὰ φιλονεικοῦντες ὅτι μάλιστα αὐτῷ πείθεσθαι· ἣν οὐδὲ ἔριν δεῖ καλεῖν, ἀλλὰ θεοπειθῆ ὑπακοήν, καὶ ἐπιστροφὴν πρὸς τὸν θεῖον νόμον, καὶ ἑκούσιον ὑπόταξιν, τὰς ἀφορμὰς περικόπτουσαν τῆς ἀνοήτου ἀπειθείας. Ταῦτι γὰρ οἶμαι πάντα διὰ τῶν προκειμένων ἐπῶν δηλοῦσθαι· τὸ μὲν τῆς αὐτεξουσίου πονηρίας διὰ τοῦ γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας, οὓς τλήμονας δεῖ καλεῖν καὶ ἀθλίους, ὅτι πρὸς αὐτοπροαίρετον κακίαν εἱλκύσθησαν· τὸ δὲ μηδαμῶς τού-

---

ria se obruant, qui divinam legem egrediuntur, jussa non faciendo, vetita autem faciendo. Quid igitur adversus *gravem hanc contentionem*, quæ *comes* simul et *innata* dicitur, excogitabimus, quæ libero arbitrio nostro præter naturam affecto excitatur ideoque tanquam *malum* domesticum, ad detrimentum latenter nobis afferendum parata est? Quid huic opponere oportet? quodnam discordiæ furentis remedium reperire? quid est quod vim deorsum agentem inhibeat, nisi ut ea agamus, meditemur et amemus quæ nos in divinæ virtutis via sistent? Hæc enim sunt *malorum remedia paucis cognita*, hæc *vicinorum bonorum auditio et contemplatio*, hæc a *calamitatibus ultro arcessitis* liberant, hæc infinitas perturbationes præcidunt. Hæc igitur sint et impiæ cum Deo contentionis vitatio et animi salus et furentis litis expiatio et fugæ a Deo revocatio. Propensionem enim ad inferiora sola facultate sursum tollente sanare possimus, si non illam ulterius promoveamus, neque malis mala addamus, sed rectæ rationi obsequentes *perniciosam* illam contentionem bona contentione devitemus, non repugnare Deo, sed ei quam maxime obsequi studentes; quam ne contentionem quidem appellare licet, sed piam obedientiam et conversionem ad Dei legem et voluntariam obtemperationem, quæ stultæ contumaciæ causas præcidit. Hæc enim puto omnia his versibus significari; ac voluntariam quidem nequitiam his verbis: *cognosces autem homines malis ultro arcessitis obrutos*, quos idcirco *miseros* et infelices appellare oportet, quia sua sponte in vitium pertracti sunt; eos vero bona nequaquam animadvertere velle ex hoc effato patet : *qui bona quum prope sint nec vident nec audiunt;* præterea fieri posse ut a malis ultro arcessitis liberemur, ostendit illud, *remedium autem malorum pauci noverunt,* quod ideo insertum est, ut quum remedium penes nos esse demonstraverit, vinculum quoque ex nostro arbitrio pendere præ se ferret. Deinde cæcitatis et surditatis hanc animis in vitia prolapsis causam attribuit, *tale fatum mortalium mentes lædit.* Separatio enim a diis ad vecordiam et inconsideratam electionem ducit, quam per illud *noxium fatum* significavit, quod nos ad particulare et mortale animal inclinatos e divino choro ejicit. Ostendit etiam quæ inconsiderantiam illam sequantur, et quomodo peccata voluntaria simul sint et non voluntaria docet, stultorum vitam cylindri per planum motui comparans, qui in orbem simul et recta tunc movetur, in orbem quidem per se, recta vero propter pulsum. Ut enim cylindrus circularem motum circa axem non integrum retinet, quum a recto cursu deflectit : sic etiam animus vera bona non assequitur, quum recta ratione et consuetudine

τους ἐπαΐειν τῶν καλῶν ἐθέλειν, διὰ τοῦ λέγειν, οἵ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὔτ' ἐσορῶσιν, οὔτε κλύουσι· καὶ ὅτι δυνατὸν ἀπολυθῆναι τῶν αὐθαιρέτων κακῶν δηλοῖ τὸ λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασιν, ὃ μεταξὺ παρεμβέβληται, ἵνα τῶν ἐφ' ἡμῖν δείξῃ τὴν λύσιν ὑπάρχουσαν, καὶ τὸν δεσμὸν ἐκ τοῦ ἑκουσίου ἠρτῆσθαι μηνύσῃ. Εἶτα ἐπισυνάπτει τὴν τυφλότητος καὶ κωφότητος ταῖς εἰς κακίαν ἐκπεσούσαις ψυχαῖς αἰτίαν, τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας. Εἰς γὰρ ἄνοιαν καὶ ἀπροβούλευτον αἵρεσιν ὁ ἀπὸ τῶν Κρειττόνων χωρισμὸς ἄγει, ὃν διὰ τῆς λυγρᾶς μοίρας ᾐνίξατο, τῆς ποιούσης ἡμᾶς ἔξω τοῦ θείου χοροῦ τῇ πρὸς τὸ μερικὸν καὶ θνητὸν ζῷον νεύσει. Καὶ τὰ ἑπόμενα τῇ ἀβουλίᾳ παραδείκνυσι, καὶ πῶς ἑκούσια ἅμα καὶ ἀκούσια τὰ πλημμελήματα ἐκδιδάσκει, τῇ κατ' ἐπιπέδου κυλινδρικῇ κινήσει ἐοικέναι φήσας τὸν τῶν ἀνοήτων βίον, ὃς κύκλῳ ἅμα καὶ ἐπ' εὐθείας τότε κινεῖται· κύκλῳ μὲν δι' ἑαυτόν· ἐπ' εὐθείας δέ, διὰ τὴν πτῶσιν. Ὡς γὰρ ὁ κύλινδρος οὐ κατακρατεῖ τῆς περὶ τὸν ἄξονα κυκλικῆς περιαγωγῆς ἀπὸ τῆς ὀρθότητος πλαγιασθείς, οὕτως οὐδὲ ψυχὴ τῆς τεύξεως τῶν ὄντως ἀγαθῶν τυγχάνει, τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ τῆς πρὸς θεὸν συστάσεως ἀποπεσοῦσα· πλανᾶται δὲ περὶ τὰ δοκοῦντα ἀγαθά, καὶ ἐκφέρεται ἀπ' εὐθείας ταῖς αἰσθητικαῖς προσπαθείαις κυλιομένη· ὃ διὰ τοῦ ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες παρέστησεν. Ἐπειδὴ δὲ τῆς τὰς φρένας βλαπτούσης μοίρας, καὶ τοῦ χωρισμοῦ τοῦ ἀπὸ τῶν θείων, αἴτιον ἦν τὸ αὐτεξούσιον κίνημα παρὰ φύσιν διατεθέν· πῶς δεῖ καὶ τοῦτο κατευνάζειν, καὶ πρὸς θεὸν ἐπιστρέφειν, διὰ τῶν ἑξῆς δύο στίχων ἐδίδαξε· τὴν μὲν αὐτεξούσιον βλάβην οὕτω καταμηνύσας, λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε σύμφυτος, τὴν δὲ αὐτεξούσιον ἴασιν, ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν. Συνορῶν δέ, ὅτι προηγουμένως τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπικουρίας χρῄζομεν πρὸς ἀποφυγὴν μὲν τῶν κακῶν, ἀνάκτησιν δὲ τῶν ἀγαθῶν, ὥσπερ τινὰ εὐχὴν ἐπήγαγε, καὶ βοηθείας αἴτησιν, τὴν πρὸς τὸν Δί' ἐπιστροφήν.

XXV. 61—66.

Ζεῦ πάτερ, ἦ πολλῶν κε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
εἰ πᾶσιν δείξαις, οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
Ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα·
ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω,
ἐξακέσας ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.

Τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ Παντὸς ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις τῷ τοῦ Διὸς καὶ Ζηνὸς ὀνόματι σεμνύνειν. Δι' ὃν γὰρ τὸ εἶναι καὶ τὸ ζῆν τοῖς πᾶσιν ὑπάρχει; τοῦτον δίκαιον ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ὀνομάζεσθαι. Κύριον γὰρ ὄντως ὄνομα θεοῦ, τὸ ταῖς ἐνεργείαις αὐτοῦ καὶ ταῖς ποιήσεσι μάλιστα πρέπον· τὰ δὲ ἐφ' ἡμῶν δοκοῦντα κύρια εἶναι τύχῃ καὶ προαίρεσις τίθεται μᾶλλον, ἢ ἡ τῆς οὐσίας οἰκειότης ἐξευρίσκει, ὡς ἔστιν ἐπὶ πολλῶν ἰδεῖν ὀνομάτων ἀλλοτρίως τισὶ κειμένων· οἷον, εἰ ὁ πονηρὸς τὸν τρόπον Ἀγάθων

---

cum Deo excidit, sed circa ea quæ bona videntur vagatur, et a recto abducitur sensuum affectionibus huc illuc agitatus, quod verbis illis, *huc illuc feruntur, infinitis malis oppressi*, indicavit. Quoniam autem *fati mentes lædentis* et separationis istius a Deo causa est liberi arbitrii motus naturæ repugnans, quomodo et hunc sedare oporteat et ad Deum convertere, duobus qui sequuntur versibus docet, voluntariam noxam his verbis ostendens, *gravis enim comes latenter nocet contentio innata*, voluntarium autem remedium illis, *quam provocare non decet, sed cedendo evitare.* Animadvertens vero nos ante omnia divino auxilio ad malorum effugium et bonorum recuperationem egere, conversus ad Jovem quasi precem quandam et auxilii petitionem hanc subjungit.

XXV. 61—66.

Jupiter pater, multis profecto malis omnes liberaris,
si cunctis ostendas, quali genio utantur.
Tu autem bono sis animo, quum divinum genus sit [mortalibus,
quibus sacra natura singula pandens commonstrat.
Quorum si fueris particeps, mea jussa tenebis
remedioque usus istis ærumnis liberabis animum.

Pythagoreorum mos erat, universitatis hujus conditorem et parentem Διὸς et Ζηνὸς nomine ornare. Eum enim, per quem (δι' ὃν) omnia sunt et vivunt (ζῆν) ab industria sua nominari æquum est. Illud enim proprium revera est Dei nomen, quod ejus actionibus et operibus maxime congruit : quæ autem in nobis videntur propria esse nomina, casu magis et humana voluntate data quam ex naturæ proprietate inventa sunt, quemadmodum in multis nominibus videre licet quæ improprie nonnullis imposita sunt; velut si improbus *Agatho* nominetur, et impius *Eusebius.* Talia enim nihil habent nominum veritatis ac proprietatis, quia nec naturam nec vim earum rerum, quibus indita sunt, exprimunt. Vera igitur nominum proprietas in rebus æternis quærenda est; ex iis autem in divinis, et inter divinas in præstantissimis. Unde et illud Διὸς nomen signum est atque imago naturæ rerum parentis ipsa voce adumbrata, propterea quod ii qui primi nomina rebus indiderunt ob summam sapientiam, velut statuarum artifices quidam optimi nominibus tanquam imaginibus earum virtutes indicaverunt. Nomina enim voce expressa signa cogitationum

καλοῖτο, καὶ εἰ ὁ ἄθεος τὴν γνώμην Εὐσέβιος. Τὰ γὰρ τοιαῦτα οὐδὲν μετέχει τῆς τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος, ὅτι μηδὲν τῆς οὐσίας ἢ τῆς ἐνεργείας παρίστησι τῶν πραγμάτων ἐκείνων, οἷς κεῖται ὀνόματα. Τὴν οὖν ὄντως ὀρθότητα τῶν ὀνομάτων ἐν τοῖς ἀϊδίοις τῶν πραγμάτων χρὴ ζητεῖν· καὶ τούτων ἐν τοῖς θείοις· καὶ τῶν θείων ἐν τοῖς ἀρίστοις. Ὅθεν καὶ τὸ τοῦ Διὸς ὄνομα σύμβολόν ἐστι καὶ εἰκὼν ἐν φωνῇ δημιουργικῆς οὐσίας, τῷ τοὺς πρώτους θεμένους τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα, διὰ σοφίας ὑπερβολήν, ὥσπερ τινὰς ἀγαλματοποιοὺς ἀρίστους, διὰ τῶν ὀνομάτων, ὡς δι' εἰκόνων, ἐμφανίσαι αὐτῶν τὰς δυνάμεις. Τὰ γὰρ ἐν τῇ φωνῇ ὀνόματα σύμβολα τῶν ἐν τῇ ψυχῇ νοήσεων ἀπειργάζοντο, τὰς δὲ νοήσεις αὐτὰς γνωστικὰς εἰκόνας τῶν νοηθέντων πραγμάτων ἐποιοῦντο. Τῇ γὰρ πρὸς τὰ νοητὰ ἐπιστροφῇ θεωρίας πλησθέντες, κἀκεῖθεν ἐγκύμονες γενόμενοι νοερῶν ὠδίνων, εἰς φωνὰς ἤδη προϊόντες τοιαῦτα ἐτίθεντο τοῖς οὖσι τὰ ὀνόματα, ἃ δι' αὐτῆς τῆς φωνῆς, καὶ τῶν εἰς τὴν ταύτης ἐκφώνησιν παραληφθέντων στοιχείων, ὡς οἷόν τε ἦν, ἀπετύπου τῶν ὀνομαζομένων τὰ εἴδη, καὶ ἐπέστρεφε πρὸς αὐτὰς τὰς οὐσίας τοὺς ὀρθῶς αὐτῶν κατακούοντας· ὥστε γίνεσθαι τὸ πέρας τῆς ἐκείνων θεωρίας ἀρχὴν ἡμῖν πρὸς εὕρεσιν τῆς τῶν πραγμάτων νοήσεως. Οὕτω μὲν οὖν ὁ δημιουργὸς αὐτοῖς πάλαι μὲν τετρακτύς, νῦν δὲ Ζεὺς πατήρ, δι' ἃς εἴπομεν αἰτίας, ὠνόμασται. Ὃ δὲ αἰτεῖ παρ' αὐτοῦ τῆς παρούσης εὐχῆς ὁ λόγος, τοῦτο ἤδη τοῖς πᾶσιν ἐφήπλωται δι' ἀγαθότητα· παρ' ἡμῖν δέ ἐστι τὸ λαβεῖν τὸ ἀεὶ παρ' ἐκείνου διδόμενον. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς προτέροις ἐλέγετο,

ἔρχευ ἐπ' ἔργον
θεοῖσιν ἐπευξάμενος,

ὡς ἐκείνων μὲν ἀεὶ διδόντων τὰ ἀγαθά, ἡμῶν δὲ τότε αὐτὰ δεχομένων, ὅταν ἑαυτοὺς πρὸς τὴν θείαν δόσιν συντείνωμεν· τὸ γὰρ αὐτεξούσιον οὐκ ἂν λάβοι τὰ ὄντως ἀγαθά, μὴ βουλόμενον λαβεῖν. Ταῦτα δέ ἐστιν ἀλήθεια καὶ ἀρετή, ἀπὸ τῆς δημιουργικῆς αἰτίας ἀεὶ καὶ ὡσαύτως πᾶσιν ἐλλαμπόμενα. Καὶ νῦν δὲ ὁ λόγος ὡς ἀναγκαῖον πρὸς τὴν τῶν κακῶν λύσιν ἀπαιτεῖ τὴν ἑαυτῶν οὐσίαν ἡμᾶς ἰδεῖν· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται· ἀντὶ τοῦ, οἵᾳ ψυχῇ. Τῇ δὲ τοιαύτῃ εἰς ἑαυτοὺς ἐπιστροφῇ διορίζεται ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι καὶ τὴν ἀποφυγὴν τῶν κακῶν, καὶ τὴν ἔκφανσιν τῶν πρὸς εὐδαιμονίαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ προτεινομένων. Ἐξ ὑποθέσεως οὖν πρόεισιν ὁ λόγος, ὅτι εἰ πάντες ἴδοιεν ὅ εἰσι, καὶ οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται, πάντες ἀπολυθεῖεν ἂν τῶν κακῶν. Τοῦτο δὲ ἀδύνατον. Οὐ γὰρ οἷόν τε πάντας ὁμοῦ φιλοσοφῆσαι, καὶ ὑποδέξασθαι τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀεὶ προσφερόμενα ἀγαθὰ πρὸς εὐζωΐας τελειότητα. Τί οὖν τὸ λειπόμενον, ἢ τούτους μόνους χρῆναι θαρρεῖν τοὺς προσιόντας τῇ ἀναφαινούσῃ τὰ οἰκεῖα ἡμῖν ἀγαθὰ ἐπιστήμῃ; μόνους γὰρ τούτους ἀπολυθήσεσθαι τῶν παραπεπηγότων κακῶν τῇ θνητῇ φύσει· ἐπειδὴ καὶ μόνοι πρὸς τὴν θεωρίαν τῶν ὄντως ἀγαθῶν ἐπεστράφησαν, οὓς ἄξιον καὶ εἰς τὸ θεῖον γένος ἐγγράφειν, ὡς ὑπὸ τῆς ἱερᾶς φύσεως, τουτέστι φιλοσοφίας, διδαχθέντας, καὶ ἀσκηθέντας τὰ δέοντα. Τῆς δὲ κοινωνίας τῶν θείων ἀνδρῶν εἴ τι μέτεστιν ἡμῖν δηλώσομεν ἀντεχόμενοι τῶν σπουδαίων ἔργων καὶ τῶν

---

quæ in animo versantur esse volebant, ipsas vero cogitationes intelligentes rerum mente conceptarum imagines faciebant. Quum enim assidua rerum intelligibilium meditatione earum contemplatione repleti essent, atque inde notionibus gravidati parturirent, in voces continuo prorumpentes ea rebus nomina imponebant, quæ ipsa voce et litteris ad eam efferendam assumtis, quantum fieri potuit, rerum nominatarum formas depingerent, eosque qui illa recte intelligerent ad ipsas rerum naturas attentos redderent, ita ut finis illorum contemplationis principium nobis consequendæ rerum intelligentiæ fieret. Ita igitur mundi opifex ab illis olim quaternarius numerus, nunc autem *Jupiter pater* propter eas quas diximus causas appellatus est. Quod autem ab eo hac prece petitur, id jam omnibus propter ejus bonitatem abunde præbitum est; nos vero potestatem habemus accipiendi quod semper ab eo datur. Etenim superius dictum est :

accingere ad opus
deos precatus,

quia illi nunquam non bona largiantur, nos autem ea tum accipiamus, quum ad divinam liberalitatem intenti sumus; neque enim accipiat liberum arbitrium, nisi velit quæ vere bona sunt. Hæc autem sunt veritas et virtus, quæ ab opifice causa ortæ semper eodemque modo omnibus affulgent. Sed hoc etiam loco carmen postulat, tanquam necessarium quid ad mala sananda, ut nostram naturam intelligamus; hoc enim significat illud, *quali genio utantur*, id est, quali animo. Hujusmodi vero ad nos conversionem necessario sequi affirmat et malorum effugium, et eorum quæ ad felicitatem a Deo porriguntur patefactionem. A conditione igitur proficiscitur hoc dictum, *si omnes* videant, qui sint et *quali genio utantur, omnes a malis liberentur.* Hoc autem fieri nequit. Neque enim omnes simul possunt philosophari et bona accipere, quæ a Deo ad vitæ felicis perfectionem semper conferuntur. Quid igitur restat, nisi ut illi soli *bono animo esse* debeant, qui ad disciplinam illam se applicant, quæ propria nobis bona ostendit? Hos enim solos patet *malis*, quæ

ἐπιστημονικῶν γνώσεων· οἷς μόνοις ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ θεραπεύεται, καὶ τῶν τῇδε ἐλευθεροῦται πόνων εἰς τὴν θείαν λῆξιν μεθισταμένη. Συνελόντι οὖν εἰπεῖν, ὁ νοῦς τῶν προκειμένων ἐπῶν ἐστι τοιοῦτος· οἱ γνόντες ἑαυτοὺς ἀπολύονται τῆς θνητῆς ἐμπαθείας. Διὰ τί οὖν οὐ πάντες ἀπολύονται, πάντες ἀφορμὰς ἔχοντες ἐμφύτους πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἑαυτῶν οὐσίας; Ὅτι οἱ πλεῖστοι, ὡς ἔφην, αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντές εἰσιν, οἳ τῶν ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὔτ' ἐσορῶσιν, οὔτε κλύουσιν. Ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ τὴν τῶν κακῶν λύσιν συνιέντες ἐκ τοῦ γνῶναι οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται· οὗτοι δέ εἰσιν οἱ φιλοσοφίᾳ καθαιρόμενοι τῶν τῆς ἀλογίας παθῶν, καὶ ἐκ τῶν τῇδε τόπων, ὥσπερ ἐκ δεσμωτηρίων, ἐλευθερούμενοι. Πῶς οὖν φησι πρὸς τὸν Δία; ἦ πολλῶν κε κακῶν λύσειας ἅπαντας, εἰ πᾶσιν δείξας οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται; Ἆρα ὡς ἐπ' ἐκείνῳ ὂν καὶ ἄκοντας ἐπιστρέψαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἅπαντας, ἀμελείᾳ δὲ ἢ ἐπιβουλῇ τοῦτο μὴ ποιοῦντος, ἵν' ἐν τοῖς δεσμοῖς κατέχοιντο; Ἢ ταῦτα μὲν οὐδ' ὅσιον ἐπινοεῖν. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος ἐπιδείκνυται, ὅτι ἐπὶ τὸν θεόν, ὡς πρὸς πατέρα, ἐπιστραφῆναι δεῖ τὸν πρὸς εὐζωΐαν ἐπειγόμενον. Ἔστι γὰρ ὁ θεὸς δημιουργὸς μὲν πάντων, τῶν δὲ ἀγαθῶν καὶ πατήρ. Ὁ γοῦν τὴν λύσιν τῶν κακῶν συνιείς, καὶ τῶν αὐθαιρέτων πημάτων ἐλευθερούμενος, καὶ τὴν λυγρὰν ἔριν περικόπτων τῇ ἑκουσίῳ φυγῇ, οὗτος πρὸς τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ καθήκουσαν ἀΐδιον βοήθειαν ἐπιστρεφόμενος, ἀναβοᾷ τὸ Ζεῦ πάτερ, τῷ ἤδη προειργάσθαι τὰ παιδὸς ἄξια τὸν θεὸν πατέρα καλῶν· καὶ ἐννοεῖ, τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ συμβαῖνον ὡς εἰ γένοιτο ἐπὶ πάντων, πάντες ὁμοίως ἂν αὐτῷ κακῶν ἀπολυθεῖεν. Εἶθ' εὑρὼν τοῦτο μὴ προβαῖνον, οὐ διὰ τὸν θεόν, ἀλλὰ διὰ τοὺς πλείστους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας, λέγει πρὸς ἑαυτόν, ἀλλὰ σὺ θάρσει ὡς τὴν δέον ἐξευρηκὼς τῆς ἀπολύσεως τῶν κακῶν. Αὕτη δὲ ἦν ἡ διὰ τῆς ἱερᾶς φιλοσοφίας ἐπιστροφὴ πρὸς τὰ δεικνύμενα ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἃ οἱ πολλοὶ οὐχ ὁρῶσι, διὰ τὸ μὴ ὀρθῶς χρῆσθαι ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις, ἃς προσέφυσεν ὁ δημιουργὸς τῷ λογικῷ γένει πρὸς ἐπίγνωσιν ἑαυτοῦ. Ἐπεὶ οὖν τὸ δεῖξαί τινι ὁτιοῦν δύο προσώπων ἐνεργείας εἰς ταὐτὸν συνδραμούσας ἐμφαίνει· (πῶς γὰρ ἂν δείξαις τυφλῷ, κἂν μυριάκις

---

mortali naturæ firmiter adhærent, *liberatum iri*, quandoquidem soli etiam ad eorum contemplationem, quæ vere bona sunt, sese converterunt, quos æquum est et *deorum ordinibus* ascribi, ut a *sacra natura*, id est philosophia, edoctos et in iis quæ officium postulat exercitatos. Num vero divinorum hominum societatis participes simus ostendemus, si honestis actionibus et litterarum scientiæ operam dederimus, quibus solis hominis animus curatur, et *laboribus* quos hîc patitur liberatus ad *divinam* sortem commigrat. Ut summatim igitur dicam, horum versuum hujusmodi est sententia : qui se ipsos norunt, ii mortalibus *liberantur* affectibus. Cur igitur non *omnes liberantur*, quum omnes habeant innatas naturæ suæ cognoscendæ facultates? Quia plerique, ut dixi, malis ultro arcessitis obruti vicina bona nec vident nec audiunt. Pauci autem sunt qui e malis se expedire didicerunt, quod sciunt, *quali genio utantur;* hi vero sunt ii qui philosophia perturbationibus rationi contrariis liberantur atque ex hisce locis, tanquam e carcere, emittuntur. Quomodo igitur Jovem alloquitur? *multis profecto malis omnes liberaris, si cunctis ostendas, quali genio utantur.* Nonne, quasi ille potestatem habeat *omnes* etiam invitos ad veritatem convertendi, negligentia vero aut malo consilio id non faciat, ut in vinculis retineantur? At hæc certe vel suspicari nefas est. Sed id potius ostendit carmen, ei ad Deum, tanquam ad patrem, revertendum esse, qui ad vitæ felicitatem contendit. Est enim Deus *omnium* quidem creator, bonorum vero etiam *pater*. Qui ergo e malis se expedire scit et damnis ultro arcessitis liberatur, et gravem contentionem fuga voluntaria præcidit, hic ad æternum auxilium a Deo datum conversus *Jupiter pater* exclamat, propterea Deum patrem appellans quod jam ante fecerit quæ filium decebant ac secum reputat, si id quod ipsi contingit *omnibus* eveniat, futurum esse ut *omnes* æque atque ipse *malis liberentur.* Deinde inveniens hoc minime procedere, non Dei culpa, sed quod plerique malis ultro arcessitis urgeantur, sibi ipsi dicit : *sed tu bono sis animo* qui te e malis expediendi viam inveneris. Hæc vero est illa per *sacram* philosophiam conversio ad ea quæ a Deo *monstrantur,* quæ plerique non vident, quia communibus notionibus, quas mundi ædificator generi mentis compoti ad sui cognitionem comparandam indidit, non recte utuntur. Quoniam vero quæcunque res alteri demonstrata duarum simul personarum actiones concurrentes significat (quî enim cæco quid *ostendas,* etiamsi id quod vis *ostendere* millies ei offeras? aut quî videnti id demonstres, quod non profers?), utrumque igitur adesse oportet, tum bonum quod ab eo proponitur qui ostendit, tum ejus cui ostenditur oculum acutum, ut illinc res spectabilis, hinc autem spectatio ad demonstrationem perficiendam concurrant. Quæ quum ita sint, ponamus omnes simul malis *liberatum iri, si Deus omnibus ostendat* naturæque ipsorum notitiam patefaciat, et *quali genio utantur.* Atqui non *omnes* simul *malis liberantur.* Ergo non *omnibus ostendit,* sed iis solis

προσφέρῃς ὃ βούλει δεῖξαι, ἢ πῶς ἂν τῷ δρῶντι δείξαις μηδὲν προσάγων;) ἀμφότερα οὖν παρεῖναι δεῖ· τό τε παρὰ τοῦ δεικνύντος προσαγόμενον ἀγαθόν, καὶ τὸ παρὰ τοῦ, ᾧ δείκνυται, διορατικὸν ὄμμα· ἵνα ἐκεῖθεν μὲν τὸ ὁρατόν, ἐντεῦθεν δὲ ἡ ὅρασις, συνδράμῃ πρὸς τὴν τῆς δείξεως συμπλήρωσιν. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, λάβωμεν ὑπόθεσιν πάντας ἅμα ἀπολυθῆναι ἂν τῶν κακῶν, εἰ πᾶσι δείξειεν ὁ δημιουργὸς καὶ ἐμφανίσειε τὴν τῆς ἑαυτῶν οὐσίας ἐπίγνωσιν, καὶ οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται. Ἀλλὰ μὴν οὐ πάντες ἅμα ἀπολύονται τῶν κακῶν. Οὐκ ἄρα πᾶσι δείκνυσιν, ἀλλὰ μόνοις ἐκείνοις τοῖς πρὸς ἀπόλυσιν τῶν κακῶν οἴκοθεν ὡρμημένοις, καὶ τὸ παρ' ἑαυτῶν ὄμμα πρὸς θέαν τοῦ δεικνυμένου καὶ ὑποδοχὴν ἀνατείνασιν. Οὐκ ἄρα αὐτὸς αἴτιος τοῦ μὴ πᾶσι δεῖξαι, ἀλλ' οἱ τῶν ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὔτ' ἐσορῶντες, οὔτε κλύοντες, καὶ διὰ τοῦτ' αὐθαίρετα πήματ' ἔχειν λεγόμενοι. Αἰτία οὖν τοῦ ἑλομένου· θεὸς δὲ κακῶν ἀναίτιος, προλάμπων μὲν ἀεὶ τὰ ἀγαθὰ πᾶσιν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, οὐ δεικνὺς δὲ ἀεὶ πᾶσιν, τῷ τὸ θεωρὸν ὄμμα τῶν προτεινομένων ἀγαθῶν ἐν τοῖς πλείστοις μεμυκέναι, καὶ κάτω νεύειν ἀσχολίᾳ τῇ πρὸς τὰ χείρονα. Ἡ δὲ τοιαύτη τῶν προκειμένων ἐπῶν ἐξήγησις καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν συμφωνεῖ, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὑπερκειμένων ἐπῶν διάνοιαν. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῷ θεῷ ἐστιν ἑλκύσαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἄκοντας, τί αὐθαίρετα πήματ' ἔχειν αὐτοῖς ἐπεγκαλοῦμεν; τί σὲ συμβουλεύομεν ὡς τὴν ἔριν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν; ἢ τί τὰ συμβαίνοντα πράως φέρειν, καὶ ἰᾶσθαι σπουδάζειν ἐπιτάττομεν; ὅλως γὰρ ἡ διὰ μαθήσεως πρὸς ἀρετὴν ὁδὸς ἀποκέκλεισται τοῖς Τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιροῦσιν. Οὐ γὰρ ἂν ἔδει πονεῖν, οὐδὲ ἐν μελέτῃ καὶ ἔρωτι τίθεσθαι τὰ καλά, εἰ τοῦ θεοῦ ἴδιον ἦν σώζειν ἡμᾶς ἀπὸ κακίας, καὶ τῶν ἀρετῶν πλήρεις ποιεῖν μηδὲν παρ' ἑαυτῶν συνεισφέροντας. Ἀλλ' οὕτως ἂν ἡ αἰτία τῆς τῶν πολλῶν πονηρίας θεοῦ ἦν ἔγκλημα. Εἰ δὲ ἀναίτιος κακῶν ὁ θεός, ὥσπερ καὶ λέγεται καὶ ἔστι, δῆλον ὡς παρ' ἡμᾶς ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀπόστασις, ὅτι πέλας ὄντων αὐτῶν, καὶ ἐν ἡμῖν κατὰ τὰς φυσικὰς ἐννοίας κειμένων, οὔτ' ἐσορῶμεν, οὔτε κλύομεν. Αἰτία δὲ τῆς ἀβλεψίας ταύτης καὶ ἀνηκοΐας ἡ λυγρὰ ἔρις, αὐθαίρετος οὖσα βλάβη, ἣν οὐ δεῖ προάγειν ἐπὶ πλεῖον, εἴκοντα δὲ φεύγειν ἀπ' αὐτῆς, καὶ τὴν τῶν κακῶν λύσιν συνιέναι, καὶ τὴν εἰς θεὸν ἐπιστροφὴν ἐξευρίσκειν. Οὕτω γὰρ ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ ἔλλαμψις, τῆς παρ' ἡμῶν ὁράσεως αὐτῇ συντρεχούσης, δεῖξις γίνεται. Ἔργα δὲ τῆς δείξεως, ψυχῆς ἄκεσις, καὶ σωτηρία ἀπὸ τῶν τῇδε πόνων, καὶ συναίσθησις τῶν θείων ἀγαθῶν, καὶ κοινωνία τῆς πατρικῆς πολιτείας. Τοσαῦτα περὶ ἀρετῆς καὶ ἀληθείας προειπών, καὶ τὰ μὲν τῆς ἀρετῆς παραγγέλματα εἰς τὸν νυκτερινὸν σύλλογον περατώσας, τὰς δὲ τῆς ἀληθείας ἐλπίδας ἕως τῆς ἀκέσεως καὶ σωτηρίας τῆς ψυχῆς ὁρίσας, ἐπάγει τὰ περὶ τῆς τοῦ αὐγοειδοῦς καθαρότητος πτερωτικῆς, τρίτον τι φιλοσοφίας γένος ἐπισυνάπτων τοῖς προειρημένοις.

---

qui per se ad *malorum liberationem* prompti sunt et oculos suos ad id quod *ostenditur* contemplandum et excipiendum intendunt. Ergo non ipse in causa est, cur non omnibus ostendat, sed ii qui vicina bona neque vident neque audiunt ideoque voluntaria mala pati dicuntur. Culpa igitur ejus est qui eligit; Deus autem *malorum* culpa vacat, efficiens, quantum in ipso est, ut bona semper *omnibus* præluceant, non *ostendens* vero semper *omnibus*, quoniam plurimorum oculi, quibus bona proposita contemplari possent, clausi sunt et deorsum flectuntur in deterioribus occupati. Hujusmodi propositorum versuum explicatio et cum veritate ipsa et cum præcedentium versuum sensu congruit. Si enim Deus habet potestatem homines, etiam invitos, ad veritatem trahendi, cur eis damna ultro arcessita exprobramus? Cur vero litem non adducere, sed cedendo evitare suademus? aut cur casus adversos patienter ferre et remedia quærere eos jubemus? via enim illa, quæ per disciplinam ad virtutem ducit, ab illis prorsus intercluditur qui liberum arbitrium tollunt. Neque enim opus foret nos laborare et meditari et amare bona, si Dei proprium esset nos vitiorum immunes servare virtutibusque implere, nihil ex nobis conferentes. Atqui sic malorum facinorum, quæ vulgo patrant homines, culpa Deo attribuenda esset. Quodsi Deus malorum auctor non est, quemadmodum et dicitur et revera est, apparet istius a bonis defectionis culpam in nobis esse, quod quum illa præsto sint atque in nobis secundum insitas notiones posita, neque videmus neque audimus. Cæcitatis vero hujus ac surditatis causa est perniciosa ista contentio, voluntaria noxa, quam non debemus provocando augere, sed cedendo vitare, et malorum liberationem discere et reditum ad Deum reperire. Ita enim ex divina illuminatione et spectatione nostra cum ea concurrente fit *demonstratio*. Hujus vero *demonstrationis* effectus sunt animi sanatio atque ærumnarum, quas hic toleramus, liberatio et divinorum bonorum sensus paternæque vivendi rationis consortium. His igitur omnibus de virtute et veritate præmissis ac virtutis præceptis in nocturno colloquio finitis, veritatis autem spe usque ad sanationem et salutem animi perducta, ea adjicit quæ ad lucidi corporis castimoniam alas addentem pertinent, tertium quoddam philosophiæ genus superioribus adjungens.

XXVI. 67—69.

Ἀλλ' εἴργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων, καὶ φράζευ ἕκαστα,
ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.

Ἡ λογικὴ οὐσία συμφυὲς ἔχουσα σῶμα παρὰ τοῦ δημιουργοῦ εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν, ὡς μήτε τὸ σῶμα εἶναι αὐτήν, μήτε ἄνευ σώματος· ἀλλ' αὐτὴν μὲν ἀσώματον, ἀποπερατοῦσθαι δὲ εἰς σῶμα τὸ ὅλον αὐτῆς εἶδος. Οἷον γὰρ ἐπὶ τῶν ἄστρων, τὸ μὲν ἄνω αὐτῶν ἀσώματος οὐσία, τὸ δὲ κάτω, σωματική· καὶ ἔστιν ἥλιος τὸ ὅλον τὸ ἐξ ἀσωμάτου καὶ σώματος, οὐ ποτὲ διεστώτων, εἶτα συνελθόντων (οὕτω γὰρ ἂν καὶ διέστη πάλιν), ἀλλ' ἅμα συνδεδημιουργημένων, καὶ ἐν τάξει συμπεφυκότων, ὡς τὸ μὲν ἡγούμενον εἶναι, τὸ δὲ ἑπόμενον. Οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἐφεξῆς λογικῶν γενῶν, τοῦ τε ἡρωϊκοῦ, καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου· καὶ ἔστιν ἕκαστος ἥρως ψυχὴ λογικὴ μετὰ φωτεινοῦ σώματος· καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁμοίως ψυχὴ λογικὴ μετὰ συμφυοῦς ἀθανάτου σώματος. Καὶ τοῦτο τῶν Πυθαγορείων ἦν δόγμα, ὃ δὴ Πλάτων ὕστερον ἐξέφηνεν, ἀπεικάσας ξυμφύτῳ δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου πᾶσαν θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ψυχήν. Δεῖ οὖν πρὸς μὲν τελείωσιν τῆς ψυχῆς ἀληθείας ἡμῖν καὶ ἀρετῆς· πρὸς δὲ *κάθαρσιν* τοῦ αὐγοειδοῦς ἡμῶν σώματος, τῆς τῶν ὑλικῶν μολυσμῶν ἀποθέσεως, καὶ τῶν ἱερῶν *καθαρμῶν* παραλήψεως, καὶ τῆς ἐπεγειρούσης ἡμᾶς πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἀνάπτησιν θεοσυνδέτου ἀλκῆς. Περὶ ὧν οἱ προκείμενοι στίχοι διδάσκουσι, τὰ μὲν περιττὰ μολύσματα τῆς ὕλης περικόπτοντες διὰ τοῦ, *εἴργου βρωτῶν ὧν εἴπομεν*· τὴν δὲ ἱερὰν *κάθαρσιν* καὶ τὴν θεοσύνδετον ἀλκὴν ἐντιθέντες δι' ὧν ᾐνίξαντο οὑτωσὶ λέγοντες, *ἔν τε καθαρμοῖς, ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων*· καὶ τὸ ὅλον εἶδος τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ὁλόκληρον ἡμῖν ἀποδεδώκασι δι' ὧν ἐπήγαγον, *ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην*. Τοῦτο γὰρ καὶ τὴν ὅλην οὐσίαν τοῦ ἀνθρώπου παρέστησε, καὶ τὴν τάξιν τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν διεστείλατο, ὅτι τὸ μὲν *κριτικόν*, ὡς *ἡνιοχοῦν*· τὸ δὲ ἑπόμενον, ὡς *ἡνιοχούμενον*. Ταῦτα γάρ ἐστιν ἐκ τῶν προκειμένων ἐπῶν διδαχθῆναι τὸν τῶν Πυθαγορείων συμβόλων μὴ ἀνήκοον, ὅτι δεῖ σὺν τῇ ἀσκήσει τῆς ἀρετῆς, καὶ τῇ ἀναλήψει τῆς ἀληθείας, καὶ καθαρότητος ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τῆς περὶ τὸ αὐγοειδὲς ἡμῶν σῶμα, ὃ καὶ ψυχῆς λεπτὸν ὄχημα οἱ χρησμοὶ καλοῦσι. Διατείνει δὲ αὕτη ἡ *κάθαρσις* ἕως σιτίων καὶ ποτῶν, καὶ τῆς ὅλης διαίτης τοῦ θνητοῦ ἡμῶν σώματος, ἐν ᾧ τὸ αὐγοειδὲς ἔγκειται προσπνέον τῷ ἀψύχῳ σώματι

XXVI. 67—69.

Abstine vero cibis iis quos diximus, cum in lustrationibus,
tum in purgatione animi judicium adhibens : et considera singula,
ratione, optima rectrice, superiori in loco constituta.

Natura intelligens cui corpus adhæret ita a mundi procreatore producta est, ut illa neque corpus sit, nec sine corpore, sed ipsa quidem incorporea sit, in corpus autem tota ejus forma desinat. Ut enim in astris id, quod superius est, substantia est incorporea, quod autem inferius corporea; et sol totus ex incorporeo et corpore constat, non aliquando separatis, deinde conjunctis (ita enim rursus etiam disjungi possent), sed simul conditis atque eo ordine consociatis, ut alterum ducat, alterum sequatur : ita quoque res se habet in generibus ratione præditis, quæ ordine proxima sunt, heroico et humano; quilibet enim heros est animus rationalis lucido corpori conjunctus, atque homo similiter est animus rationalis cui corpus immortale adhæret. Atque hoc erat Pythagoreorum dogma, quod Plato sane postea evulgavit, divinum omnem et humanum animum consociatæ potentiæ alati currus atque aurigæ comparans. Nobis igitur ad animum perficiendum veritate et virtute opus est, ad lucidi autem corporis nostri purificationem depositis terrenæ materiæ inquinamentis et assumtis sacris lustrationibus et vi divinitus addita, qua ad superiores regiones hinc celeri volatu petendas excitemur. De quibus propositi versus quædam tradunt, supervacanea materiæ inquinamenta circumcidentes his verbis : *abstine cibis iis quos diximus*, sacram vero purificationem et vim divinitus adjectam dantes paulo obscuriore dicto, *cum in lustrationibus, tum in purgatione animi judicium adhibens;* totam autem humanæ naturæ formam plene perfecteque expressam nobis exhibuerunt iis quæ subjuncta sunt, *rationem, optimam rectricem, superiori in loco constituens.* Hoc enim et totam hominis naturam ostendit et partium ejus ordinem distincte docuit; quippe judicandi facultatem esse rectricis instar, sequentem vero partem velut regi. Hæc enim ex propositis versibus ei discere licet qui signorum Pythagoricorum non ignarus est, una cum virtutis exercitatione et veritatis studio castimoniæ etiam lucidi corporis nostri curam esse habendam, quod et animi subtile vehiculum oracula vocant. Pertinet vero hæc purificatio ad cibum quoque et ad potum cæterumque victum mortalis nostri corporis, in quo lucidum illud inest quod vitam inanimo corpori inspirat atque ejus compagem continet. Nam vita quædam est corpus materiæ expers vitæque e materia constantis parens, per quam mortale nostrum animal perficitur, ex vita rationis experte et materiali corpore

ζωήν, καὶ τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ συνέχον. Ζωὴ γάρ τίς ἐστι τὸ ἄϋλον σῶμα, καὶ ζωῆς ἐνύλου γεννητικόν, δι' ἧς τὸ θνητὸν ἡμῶν ζῷον συμπληροῦται, ἐκ τῆς ἀλόγου ζωῆς καὶ τοῦ ὑλικοῦ σώματος συγκείμενον, εἴδωλον ὂν τοῦ ἀνθρώπου, ὃς ἐκ λογικῆς οὐσίας καὶ σώματος ἀΰλου συνέστηκεν. Ἐπεὶ οὖν ἡμεῖς ὁ ἄνθρωπος, ἀνθρώπου δὲ ταῦτα· προσήκει διὰ πάντων μὲν καθήρασθαι καὶ τελειωθῆναι, τὸν δὲ ἐπιβάλλοντα τρόπον ἐφ' ἑκάστης φύσεως τηρῆσαι. Ἔστι γὰρ ἄλλη ἄλλου κάθαρσις. Οἷον, ψυχῆς λογικῆς, κατὰ μὲν τὸ λογικόν, κάθαρσις ἐπιστημονικὴ ἀλήθεια· κατὰ δὲ τὸ δοξαστικόν, ἡ βουλευτικὴ ἀρετή. Θεωρεῖν γὰρ τὰ ἄνω πεφυκότες, καὶ τάττειν τὰ κάτω, ἀληθείας μὲν πρὸς ἐκεῖνα, πολιτικῆς δὲ ἀρετῆς πρὸς ταῦτα δεησόμεθα, ὅπως ἂν τῶν μὲν ἀϊδίων θεωρητικοὶ γινώμεθα, τῶν δὲ ἐνδεχομένων πρακτικοί. Κατ' ἀμφότερα δὲ τοῖς θείοις ὅροις ἐμμένοντες τὸν τῆς ἀλογίας ἂν ἀποφύγοιμεν κλύδωνα. Ἀπὸ ταύτης γὰρ δεῖ καθήρασθαι τὴν λογικὴν ἡμῶν οὐσίαν, ἐπειδὴ καὶ ταύτῃ προσῆλθεν ἐν τῇ εἰς γένεσιν νεύσει. Ἀλλὰ δὴ καὶ τῷ αὐγοειδεῖ ἡμῶν σώματι προσέφυ σῶμα θνητόν· ὅμως καθαρεῦσαι δεῖ καὶ τούτου, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸ συμπαθείας ἀπαλλαγῆναι. Λείπεται δὴ οὖν ἡ τοῦ ψυχικοῦ σώματος κάθαρσις, ἣν ποιήσασθαι δεῖ τοῖς ἱεροῖς ἑπόμενον θεσμοῖς, καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν τέχναις. Σωματικωτέρα δέ πως αὕτη ἡ κάθαρσις· διὸ καὶ ὑλῶν ἐφάπτεται παντοδαπῶν, θεραπεύουσα παντοίως καὶ μεταπείθουσα δραστηρίως τὸ ζωτικὸν τοῦτο σῶμα χωρισθῆναι τῆς ὕλης, καὶ ἀναπτῆναι πρὸς τὸν αἰθέριον τόπον, ὅπου τὴν κατάταξιν ἔχειν αὐτῷ εὐδαιμονία ἦν πρώτη. Πάντα δὲ τὰ περὶ τοῦτο δρώμενα, ἐὰν θεοπρεπῶς καὶ μὴ ἀγυρτικῶς γίνηται, συνεπόμενα τοῖς τῆς ἀρετῆς καὶ ἀληθείας κανόσιν εὑρίσκεται. Αἱ γὰρ τῆς λογικῆς ψυχῆς καθάρσεις καὶ τοῦ αὐγοειδοῦς ὀχήματος προμηθοῦνται, ὅπως ἂν αὐταῖς ὑπόπτερον καὶ τοῦτο γενόμενον μὴ ἐμποδὼν ἵστηται πρὸς τὴν ἄνω πορείαν. Πτεροφυΐα δὲ αὐτοῦ ἀρίστη, ἡ κατὰ μικρὸν μελέτη τῆς τῶν περιγείων ἀποστάσεως, καὶ ὁ πρὸς τὴν ἀϋλίαν ἐθισμός, καὶ ἡ ἀπόθεσις ὧν ἂν ἐπλήσθη μολυσμῶν ἐκ τῆς πρὸς τὸ ὑλικὸν σῶμα συζεύξεως. Διὰ γὰρ τούτων ἀναβιώσκεται τρόπον τινά, καὶ συλλέγεται, καὶ θείου πληροῦται τόνου, καὶ τῇ νοερᾷ τελειότητι τῆς ψυχῆς συνάπτεται. Τί οὖν ἡ ἐνίων βρωμάτων ἀποχὴ πρὸς ταῦτα συμβάλλοιτο ἄν; τοῖς ἐθιζομένοις ἀπὸ πάντων χωρίζεσθαι τῶν θνητῶν, τὸ τινῶν ἐντεῦθεν ἤδη παντελῶς ἀποσχέσθαι, καὶ μάλιστα τῶν γλυκυθυμούντων,

---

compositum, quæ ipsius hominis imago est e natura intelligenti et corpore materia vacuo conflati. Quum igitur nos simus homo, hominis autem hæc sint, in omnibus *purificari* et perfici debemus, modum vero unicuique naturæ convenientem servare. Est enim alia alius *purificatio*. Velut animi rationalis in parte rationis usum flagitante *purificatio* est litterarum veritas, in illa, quæ opinandi vi prædita est, virtus deliberativa. Quum enim ita comparata sit natura nostra, ut superiora contemplemur, regamus autem inferiora, veritate nobis ad illa, civili autem virtute ad hæc opus erit, ut et res æternas contemplari et eas quæ usu veniunt peragere possimus. In utrisque autem divinas regulas observando insaniæ æstum effugiamus. Ab hac enim natura nostra mentis compos liberanda est, quoniam et huic se adjunxit, quum in hunc mundum descendit. Atqui lucido etiam corpori nostro adhæret corpus mortale, sed tamen et ab hoc purum esse oportet atque a naturæ ejus convenientia et conjunctione liberum. Restat igitur corporis animalis *purificatio*, quæ secundum sacras leges et sacrorum artes fieri debet. Sed corporea magis hæc purificatio est; unde omnis generis materiam attingit varia vitali huic corpori remedia adhibens et efficaciter illud adducens, ut a materia separetur et in æthereum locum subvolet, ubi sedem habere prima felicitate fruenti contigit. Quæcunque autem circa hoc aguntur, si ritu ad divinum honorem accommodato, non autem præstigiatorum more fiant, virtutis ac veritatis regulis convenientia reperiuntur. Namque animi ratione præditi purificationes lucido etiam vehiculo prospiciunt, ut hoc quoque earum ope pennis instructum illius iter ad loca superiora susceptum ne impediat. Optime autem ejus pennæ renascentur, adhibita cura, ut a terrestribus rebus paulatim abscedat et semotis a materia assuescat et inquinamenta ex adjuncto materiali corpore forte contracta deponat. Etenim his reviviscit quodammodo et se colligit et divino vigore impletur atque intellectuali animi perfectioni conjungitur. Quid igitur ciborum quorundam abstinentia ad hæc conferat? Iis qui ab omnibus rebus mortalibus separari assuescunt plena quorundam ciborum, imprimis animo gratorum et mortale corpus in mundum detrudentium jam dehinc abstinentia profuerit ad *purificationem*. Quamobrem et in symbolicis præceptis nonnullorum abstinentia studiosis imperabatur, sensum quidem primarium habens latiorem et magis generalem, deinde vero etiam a particulari ista re arcens, cujuscunque mentionem facit; verbi gratia, *animantis vulvam ne comedas*. Quod quidem ita dictum ab una quadam re terrestri eaque minima nos avertit. Sin autem profundos Pythagoricæ mentis sensus introspicias, omnium rerum creatarum abstinentiam ex uno quodam exemplo

καὶ κατατεινόντων εἰς γένεσιν τὸ θνητὸν σῶμα, πρὸ ὁδοῦ ἂν γένοιτο εἰς κάθαρσιν. Διὸ καὶ ἐν τοῖς συμβολικοῖς παραγγέλμασιν ἐπετάττετό τινων ἀποχή, μείζονα μὲν καὶ καθολικώτερον ἔχουσα τὸν προηγούμενον νοῦν, ἑπομένως δὲ καὶ τοῦ μερικοῦ τούτου ἀπείργουσα, οὗ ἂν τὴν μνήμην ἑκάστοτε ποιῆται· οἷον, μήτραν ζῴου μὴ ἐσθίειν. Τοῦτο δὲ οὑτωσὶ λεγόμενον ἑνός τινος ἀφίστησιν ἡμᾶς τῶν περὶ γῆν, καὶ τούτου σμικροτάτου. Ἐὰν δὲ εἰς τὸ πολύνουν τῆς Πυθαγορικῆς βαθύτητος ἀπίδῃς, τὴν ὅλης τῆς γενέσεως ἀποχὴν δι' ἑνός τινος παραδείγματος διδαχθήσῃ· καὶ ὡς ἐν βρώμασι τοῦτο οὐ προσοισόμεθα, οὕτως ἐν τοῖς τοῦ αὐγοειδοῦς καθαρσίοις τὸ ἀπὸ τούτου νοούμενον ἐπιτηδεύσομεν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ καρδίαν μὴ ἐσθίειν, προηγουμένως μὲν εἰς τὴν τοῦ θυμικοῦ κατάστασιν μὴ ἰέναι λέγει· κατ' ἐπακολούθησιν δέ, καὶ τὴν τούτου τοῦ μέρους ἀποχὴν εἰσηγεῖται. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ τὸ θνησιμαίων ἀπέχεσθαι δεῖν θεωρήσομεν τὸ μὲν ὅλον τῆς θνητῆς φύσεως ἀπείργειν ἡμᾶς, ἤδη δὲ καὶ τῆς τῶν ἀθύτων καὶ ἀνιέρων σαρκῶν μεταλήψεως. Δίκαιον γὰρ τῶν συμβολικῶν νουθετήσεων καὶ τὸ προφαινόμενον φυλάττειν, καὶ τὸ εἴσω νοούμενον. Ἐκ γὰρ τῆς συνεχοῦς τοῦ φαινομένου τηρήσεως ἡ τῶν μειζόνων μελετᾶται κατόρθωσις. Οὕτως οὖν καὶ νῦν ἀκουσόμεθα, ὡς διὰ βραχυτάτου τοῦ λόγου, μεγίστων ἔργων ἀρχὰς ἡμῖν ἐνδιδόντος τοῦ ἔπους. Εἴργου γάρ φησι βρωμάτων, ὃ ταυτόν ἐστι τῷ, ἀπέχου φθαρτῶν σωμάτων. Ἐπεὶ δὲ οὐ πάντων νῦν ἀπέχεσθαι δυνατόν, ἐπάγει ὧν εἴπομεν. Καὶ ποῦ περὶ τούτων εἴρηται ὑποδείκνυσιν, ἔν τε καθαρμοῖς, ἔν τε λύσει ψυχῆς· ἵν' ἡ ἀποχὴ τῶν τροφῶν τῆς διαυγείας τοῦ σωματικοῦ ὀχήματος ἐπιμέλειαν ποιῆται πρέπουσαν τῇ καθαιρομένῃ ψυχῇ καὶ ἀπολυομένῃ τῶν ὑλικῶν κατοχῶν. Τῇ δὲ τοιαύτῃ ἐπιτηδεύσει τὸν κριτικὸν ἐπέστησε λογισμόν, τὸν δυνάμενον τὴν τοῦ αὐγοειδοῦς θεραπείαν τῇ καθαρότητι τῆς ψυχῆς σύμφωνον ἀποδοῦναι. Διὸ καὶ ἡνίοχον γνώμην αὐτὸν προσηγόρευσεν, ὡς ἐφεστάναι πεφυκότα τῇ τοῦ ὀχήματος εὐταξίᾳ. Γνώμην μέν, ὅτι λογικῆς ψυχῆς δύναμις ἦν· ἡνίοχον δέ, ὅτι ἐφαπτομένη καὶ ἐπιστατοῦσα τοῦ σώματος. Τὸ δὲ ὁρατικὸν ὄμμα ὑπὲρ τὸν ἡνίοχον τέτακται. Εἰ γὰρ καὶ μία ψυχή, ἀλλ' ὄμματι μὲν οἷον θεωρεῖ τὸ τῆς ἀληθείας πεδίον· τῇ δὲ ἀναλόγῳ πρὸς χεῖρα δυνάμει τὸ συμφυὲς σῶμα κατέχει, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφει, ἵν' ὅλη πρὸς τὸ θεῖον ἴδῃ, καὶ τὴν θείαν ὁμοίωσιν κτήσηται. Καὶ ὁ μὲν καθόλου τῆς ἀποχῆς τόπος τοιοῦτος, καὶ τοσούτων ἀγαθῶν στοχαζόμενος· τὰ δὲ ἐπὶ μέρους ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀποφθέγμασιν ἐν ἀποῤῥήτῳ παρεδίδοτο· ὧν ἕκαστον εἰ καὶ μερικὴν ἀποχὴν εἰσηγεῖτο, οἷον, κυάμων μὲν ἐν σπέρμασι, θνησειδίων δὲ ἐν ζῴοις, καὶ τούτων κατὰ γένος, ὡς ἐπὶ ἰχθύων τὸ ἐρυθρίνου ἀπέχεσθαι, καὶ ἐν χερσαίοις ἄλλου, καὶ ἑτέρου τινὸς ἐν πτηνοῖς, καὶ τὸ τελευταῖον, μέρη τινὰ ζῴων ἀπηγόρευεν, οἷον· κεφαλὴν μὴ ἐσθίειν, μηδὲ καρδίαν· ὅμως καὶ ἐν ἑκάστῳ τούτων τὴν τελειότητα τῆς καθάρσεως ἐναπετυποῦτο ὁ λόγος·

---

disces; et quemadmodum hoc in cibis non comedemus, sic in lucidi corporis lustrationibus id quod ea re significatur observabimus. Similiter vero et illud, *cor ne comedas*, præcipue quidem nos, ne iracundiæ indulgeamus, admonet, deinde autem ut ab hoc etiam membro abstineamus præcipit. Pari autem ratione videbimus et illud, *a carnibus morticinis abstinendum*, nos omnino a mortali natura arcere, jam vero et a comedendis carnibus ad sacrificia minime aptis et profanis. In symbolicis enim præceptis et id observari oportet quod aperte dicitur et quod tecte significatur. Namque assidua ejus quod apparet observatione ad majora etiam rite peragenda præparamur. Sic igitur et nunc intelligemus carmen, ut quod verbis paucissimis maximorum operum principia nobis tradat. Dicit enim, *abstine cibis*, quod idem est ac si dicatur, a corporibus corruptioni obnoxiis abstine. At quum ab omnibus nunc abstinere non possimus, subjungit, *quos diximus*. Atque ubi de his dictum sit ostendit, *cum in lustrationibus*, *tum in purgatione animi*, ut ciborum abstinentia corporei vehiculi splendorem eâ curet diligentiâ, quæ *animo purificato* et materialibus impedimentis *soluto* conveniat. Hujusmodi autem studio rationem *judicem* præfecit, quæ lucidi corporis curam animi puritati congruentem reddere possit. Quapropter et *rectricem mentem* eam appellavit, quippe quæ a natura comparata sit ad vehiculum rite gubernandum: *mentem* quidem, quia rationalis facultas est, *rectricem* autem, quod corpori moderetur et præsit. Cæterum oculus accurate prospectans *rectrici* superpositus est. Quamvis enim *animus* unus sit, oculo tamen velut contemplatur veritatis campum, ea vero facultate quæ manus instar est corpus consociatum cohibet atque ad se convertit, ut totus Deum intueatur divinamque similitudinem adipiscatur. Generalis igitur abstinentiæ forma hujusmodi est tantaque bona petit: singulæ autem ejus partes in sacris sententiis secreto tradebantur; quarum etsi suam quæque et particularem abstinentiam suadebat, velut fabarum in seminibus, cadaverum in animalibus, atque in his secundum genera, velut in piscibus rubellionis abstinentiam atque in terrestribus alius et alius cujusdam in avibus, denique et partes aliquas animalium comedi vetabat, ut caput et cor: tamen in his etiam singulis purificationis perfectionem sermo expressit, hujus

διὰ μέν τινας φυσικὰς ἰδιότητας τόδε ἢ τόδε εἰς σωματικὴν ἀποχὴν κατατάξας, δι' ἑκάστου δὲ τῆς θνητῆς προσπαθείας κάθαρσιν εἰσηγούμενος, καὶ ἐθίζων διὰ πάντων εἰς ἑαυτὸν ἐπιστραφῆναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦ μὲν τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς τόπου ἐξαναδῦναι, πρὸς δὲ τὸ Ἠλύσιον πεδίον καὶ Αἰθέρα τὸν ἐλεύθερον μετοικίσασθαι. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τάξει τὴν ἐπίδοσιν τῆς ἀποχῆς ἐποιοῦντο, διὰ τοῦτο καὶ μαχόμενα, ὡς ἂν οἰηθείη τις, εὑρίσκεται παρ' αὐτοῖς σύμβολα. Τῷ γὰρ Ζῴων ἀπέχεσθαι τὸ Καρδίας ἀπέχεσθαι ἐναντίον· εἰ μή πού τις τὸ μὲν Καρδίας ἀπέχου, τοῖς ἀρχομένοις παρηγγέλθαι λέγοι, τὸ δὲ Ζῴων, τοῖς ἤδη τελείοις. Περιττὴ γὰρ ἡ κατὰ μέρος ἀποχή, οἷς τὸ ὅλον ζῷον ἀπηγορεύετο. Διὸ οὐ παρέργως προσέχειν δεῖ τῇ τάξει τῆς ἀναβάσεως, ἣν ἐμφαίνει τὰ ἔπη. Εἴργου γάρ, φησί, βρωμάτων· εἶτα, ὡς ἐρωτῶντός τινος, ποίων; ἀπεκρίνατο, ὧν εἴπομεν. Καὶ πάλιν, ὡς πρὸς δευτέραν πεῦσιν ζητοῦσαν, ποῦ εἶπον περὶ τούτων οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ ἐν ποίαις μαθημάτων παραδόσεσιν ἀποχὰς βρωμάτων συνέφηναν; ἐπήγαγεν, ἔν τε καθαρμοῖς ἔν τε λύσει ψυχῆς· ὡς τῶν μὲν καθαρμῶν προηγουμένων, τῆς δὲ λύσεως ἐπακολουθούσης. Καθαρμοὶ δὲ λογικῆς ψυχῆς εἰσιν αἱ μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι, καὶ ἀναγωγὸς λύσις ἡ διαλεκτικὴ τῶν ὄντων ἐποπτεία. Διὸ καὶ ἑνικῶς ἀπήγγελται, ἔν τε λύσει ψυχῆς· ὅτι εἰς μίαν ἐπιστήμην αὕτη τελεῖ, τῆς μαθηματικῆς πλῆθος ἐπιστημῶν περιεχούσης. Τοῖς οὖν ἐπὶ ψυχῆς εἰς κάθαρσιν καὶ ἀπόλυσιν οἰκείως παρειλημμένοις δεῖ τὰ ἀναλογοῦντα καὶ ἐπὶ τοῦ αὐγοειδοῦς ἐπιτάξαι. Οὐκοῦν τοῖς τε μαθηματικοῖς καθαρμοῖς τοὺς τελεστικοὺς συνεισιέναι, καὶ τῇ διαλεκτικῇ λύσει τὴν ἱερατικὴν ἀναγωγὴν συνέπεσθαι ἀνάγκη. Ταῦτα γὰρ ἰδίως καθαίροντα καὶ τελειοῦντα τὸ πνευματικὸν ὄχημα τῆς λογικῆς ψυχῆς, τῆς μὲν ὑλικῆς ἀζωΐας αὐτὸ χωρίζει, πρὸς δὲ τὴν τῶν καθαρῶν πνευμάτων συνουσίαν ἐπιτηδείως ἔχειν παρασκευάζει. Μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐκ ἔστι θέμις. Ὥσπερ οὖν τὴν ψυχὴν ἐπιστήμῃ καὶ ἀρετῇ προσήκει κοσμῆσαι, ὅπως ἂν τοῖς ἀεὶ τοιούτοις συνεῖναι δύνηται· οὕτω καὶ τὸ αὐγοειδὲς καθαρὸν καὶ ἄϋλον δεῖ παρασκευάσαι, ἵνα τὴν τῶν αἰθερίων σωμάτων ἀνάσχηται κοινωνίαν. Δι' ὁμοιότητος γὰρ πάντα φιλεῖ πρὸς ἄλληλα συνάπτεσθαι, τῇ δὲ ἀνομοιότητι καὶ τὰ ἐγγὺς ὄντα τοῖς τόποις χωρίζεται. Τοῦτο τῆς τελειοτάτης φιλοσοφίας τὸ μέτρον οἱ Πυθαγόρειοι παρέδοσαν, πρὸς τὴν ὅλου τοῦ ἀνθρώπου τελειότητα οἰκεῖον καὶ σύμμετρον. Ὁ γὰρ ψυχῆς μόνης ἐπιμέλειαν ποιούμενος, τοῦ δὲ σώματος ἀμελῶν,

---

vel illius propter proprietates quasdam naturales corpoream abstinentiam ordine constituens, singulis autem mortalium affectionum purificationem docens et omnibus hominem adducens, ut ad se convertatur atque e loco generationis et corruptionis emergens ad campum Elysium liberumque ætherem commigret. At quum illi certo ordine abstinentiæ progressum facerent, nonnulla eorum symbola inter se, quemadmodum quis existimet, pugnantia etiam inveniuntur. Namque animalium abstinentia contraria est cordis abstinentiæ, nisi quis forte dicit *a corde abstine* incipientibus injunctum fuisse, illud autem, *ab animalibus*, jam perfectis. Iis enim supervacanea erat partium abstinentia, quibus totum animal interdicebatur. Quare diligenter animus attendendus est ad ordinem ascensus, quem carmen indicat. Dicit enim, *abstine a cibis*, deinde tanquam interrogante aliquo, *a quibus?* respondet *ab iis quos diximus*. Et rursus quasi iterum quæratur, ubi de his locuti sint Pythagorei et in quibus disciplinis tradendis ciborum abstinentiam simul monstraverint, adjicit, *in lustrationibus atque in animi purgatione*, tanquam præcedentibus lustrationibus animi purgatione subjuncta. *Animi* vero ratione præditi *lustrationes* sunt artes mathematicæ, atque in sublime evehens purgatio dialectica rerum inspectio. Quamobrem etiam singulariter prolatum est, *atque in animi purgatione*, quod ad unam disciplinam hæc pertineat, quum mathematica multas artes complectatur. Illis ergo quæ ad animi *purificationem* et *expiationem* apte adhibita sunt similia de lucido etiam corpore præcipi oportet. Necesse igitur est *lustrationibus* mathematicis mysticas adjungi et dialecticæ expiationis hieraticam animi elationem esse comitem. Hæc enim quæ proprie spiritale animi rationalis vehiculum purificant et perficiunt, a materiali morte id separant atque ad purorum spirituum societatem idoneum reddunt. Impuro enim purum attingere nefas est. Quemadmodum igitur animus scientia et virtute ornari debet, ut cum iis qui semper tales sunt versari queat : sic et lucidum corpus purum et materiæ expers reddi oportet, ut æthereorum corporum consortionem ferat. Solent enim similitudine cuncta inter se conjungi; dissimilitudine autem ea etiam, quæ locis propinqua sunt, separantur. Hunc perfectissimæ philosophiæ modum ad totius hominis perfectionem aptum et accommodatum tradiderunt Pythagorei. Ille enim, qui animi solius curam gerit, corpus autem negligit, non totum hominem purificat. Contra vero is qui neglecto animo corporis solum sibi agendam esse curam existimat, aut ejus cultum *animo* per se non *purificato* conducere opinatur, in eodem versatur errore. Qui autem perpetua utriusque cura habita apte progreditur,

οὐ τὸν ὅλον ἄνθρωπον καθαίρει. Πάλιν δ' αὖ ὁ τοῦ σώματος οἰόμενος δεῖν ἐπιμελεῖσθαι χωρὶς τῆς ψυχῆς, ἢ τὰς τοῦ σώματος θεραπείας συντελέσειν τι τῇ ψυχῇ μηδὲν δι' ἑαυτῆς καθαιρομένῃ, τὸ αὐτὸ διαμαρτάνει. Ὁ δὲ δι' ἀμφοτέρων οἰκείως προϊὼν ὅλος τελειοῦται, καὶ κατὰ τοῦτο συνάπτεται τῇ τῶν ἱερῶν τέχνῃ ἡ φιλοσοφία, ὡς περὶ τὴν τοῦ αὐγοειδοῦς κάθαρσιν πραγματευομένη· ἣν εἰ χωρίσειας τοῦ φιλοσόφου νοῦ οὐκ ἔτι τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχουσαν εὑρήσεις. Καὶ γὰρ τῶν συμπληρούντων τὴν ἡμετέραν τελείωσιν τὰ μὲν ὁ φιλόσοφος νοῦς προεξεῦρε, τὰ δὲ ἡ τελεστικὴ ἐνέργεια συνεισήγαγε, τῷ φιλοσόφῳ νῷ ἑπομένη. Τελεστικὴν δὲ ἐνέργειαν λέγω τὴν τοῦ αὐγοειδοῦς καθαρτικὴν δύναμιν, ἵνα τῆς ὅλης φιλοσοφίας τὸ μὲν θεωρητικὸν προηγῆται, ὡς νοῦς, τὸ δὲ πρακτικόν, ὡς δύναμις, ἕπηται. Τοῦ δὲ πρακτικοῦ δύο θῶμεν εἴδη, πολιτικὸν καὶ τελεστικόν· τὸ μὲν διὰ τῶν ἀρετῶν τῆς ἀλογίας ἀποκαθαῖρον ἡμᾶς, τὸ δὲ διὰ τῶν ἱερῶν μεθόδων τὰς ὑλικὰς φαντασίας ἀποτέμνον. Δεῖγμα δὲ οὐ μικρὸν τῆς μὲν πολιτικῆς φιλοσοφίας οἱ ἐν κοινῷ κείμενοι νόμοι, τῆς δὲ τελεστικῆς τὰ τῶν πόλεων ἱερά. Καὶ ἔστι τὸ μὲν ἀκρότατον τῆς ὅλης φιλοσοφίας ὁ θεωρητικὸς νοῦς· μέσον δέ, ὁ πολιτικός· καὶ τρίτον, ὁ τελεστικός· τοῦ μὲν πρώτου πρὸς τὰ δύο τὴν ὀφθαλμοῦ ἀναλογίαν ἀποσώζοντος· τῶν δὲ μετ' αὐτὸ πρὸς ἐκεῖνο τὴν χειρὸς καὶ ποδὸς ἀξίαν ἐχόντων· πρὸς ἄλληλα δὲ πάντων συντεταγμένων, ὡς ἀτελὲς εἶναι ὁτιοῦν τούτων καὶ ἐγγὺς μάταιον, μὴ τῆς τῶν λοιπῶν συνεργείας τυγχάνον. Διὸ εἰς μίαν ἕνωσιν συνελθεῖν δεῖ τὴν τῆς ἀληθείας εὑρετικὴν ἐπιστήμην, καὶ τὴν ἀρετῆς προβλητικὴν δύναμιν, καὶ τὴν καθαρότητος ἀπεργαστικήν, ἵνα σύμφωνον τῷ ἡγουμένῳ τῷ τὸ πολιτικὸν ἔργον ἀποτελῆται, καὶ τούτοις ἀμφοτέροις ὁμολογούμενον τὸ ἱερὸν ἔργον ἀποφαίνηται. Τοῦτο τῆς Πυθαγορικῆς ἀγωγῆς τὸ πέρας, ὅλους δι' ὅλων ὑποπτέρους γενέσθαι πρὸς τὴν τῶν θείων ἀγαθῶν μετάληψιν, ἵν' ὅταν ὁ τοῦ θανάτου καιρὸς ἐνστῇ, καταλιπόντες ἐπὶ γῆς τὸ θνητὸν σῶμα, καὶ τὴν τούτου φύσιν ἀποδυσάμενοι, πρὸς τὴν οὐρανίαν πορείαν ὦσιν εὔζωνοι οἱ τῶν φιλοσοφίας ἀγώνων ἀθληταί· τότε γὰρ καὶ τὴν ἀρχαίαν αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι στάσιν, καὶ θεοποιεῖσθαι, ὅσον οἷόν τε ἀνθρώποις θεοὺς γενέσθαι, μηνύει ὁ λόγος διὰ τῶν ἑξῆς.

XXVII. 70—71.

Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἔσσεαι ἀθάνατος θεός, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Τοῦτο πέρας τῶν πόνων τὸ κάλλιστον. Τοῦτο, ὡς Πλάτων φησίν, ὁ μέγας ἀγὼν καὶ ἐλπὶς ἡ μεγάλη. Τοῦτο φιλοσοφίας ὁ τελειότατος καρπός, τοῦτο τῆς

---

totus perficitur, eaque ratione philosophia cum sacrorum arte copulatur, quippe quæ in lucidi corporis purificatione versetur; quam artem si a philosophica mente separaveris, non amplius eandem vim habere invenies. Ex iis enim quæ perfectionem nostram absolvunt, alia quidem philosophica mens prius invenit, alia autem mystica industria simul induxit, quæ philosophicam mentem sequitur. Mysticam vero industriam voco lucidi corporis *purificandi* facultatem, ut totius philosophiæ pars contemplativa, tanquam mens, præeat, activa autem, tanquam facultas, sequatur. Cæterum activæ philosophiæ duas species ponamus, civilem et mysticam; quarum illa virtutum ope nos a rationis et judicii inopia liberat, hæc autem sacris artibus visa materialia præcidit. Ac civilis quidem philosophiæ non exiguum specimen leges sunt in republica sanctæ, mysticæ vero civitatum sacra. Est etiam totius philosophiæ caput mens contemplativa, medium vero civilis, tertium denique velut membrum mystica; quorum primum cum duobus illis comparatum oculi vice fungitur, illa autem sequentia cum primo collata manûs et pedis locum tenent : omnia vero ita inter se sunt conjuncta et ordinata, ut horum quidvis sit imperfectum ac propemodum inane, si reliquorum ope destituatur. Oportet igitur scientiam veritatis inventricem et facultatem virtutis procreatricem eamque, quæ puritatis effectrix est, in unum coire, ut menti duci congruens reddatur civile opus et his ambobus consentaneum fiat opus sacrum. Hic Pythagoricæ disciplinæ finis est, ut philosophicorum certaminum athletæ toti penitus alati fiant ad adipiscendam divinorum bonorum consortionem, ut quum mortis tempus advenerit, relicto in terra mortali corpore et exuta ejus natura ad ingrediendum cœleste iter rite accincti sint; tunc enim et in antiquum statum eos restitutum iri et deos fore, quoad homines dii fieri possunt, carmen in sequentibus declarat.

XXVII. 70—71.

Quodsi relicto corpore ad liberum ætherem commi-
[graveris,
eris immortalis deus, incorruptus, neque amplius
[morti obnoxius.

Hic est laborum finis pulcherrimus. Hoc, ut ait Plato, magnum illud certamen et spes magna. Hic philosophiæ fructus perfectissimus : huc hieraticæ et mysticæ artis opus maximum spectat, ut eos qui iter supra descriptum fecerunt conciliatos ad verorum bonorum possessionem reducat, atque ab ærumnis hisce, tanquam

ἱερατικῆς καὶ τελεστικῆς τέχνης τὸ μέγιστον ἔργον, οἰκειῶσαι μὲν καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰ ὄντως καλά, ἀπολῦσαι δὲ τῶν τῇδε πόνων, ὡς ἔκ τινος καταγείου σπηλαίου τῆς ἐνύλου ζωῆς, καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰς αἰθερίους αὐγάς, καὶ ταῖς μακάρων ἐνιδρῦσαι νήσοις, τοὺς διὰ τῶν προειρημένων ὁδεύσαντας. Τούτοις γὰρ καὶ τὸ τῆς ἀποθεώσεως ἀπόκειται γέρας· ἐπειδὴ εἰς θεῶν γένος οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ, ἢ τῷ κτησαμένῳ ἀλήθειαν μὲν καὶ ἀρετὴν ἐν ψυχῇ, καθαρότητα δὲ ἐν τῷ πνευματικῷ αὐτῆς ὀχήματι. Οὕτω γὰρ ὑγιής τε καὶ ὁλόκληρος γενόμενος εἰς τὸ τῆς ἀρχαίας ἕξεως εἶδος ἀποκαθίσταται, διὰ τῆς πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον ἑνώσεως ἀπολαβὼν ἑαυτόν, καὶ πάντα τὸν θεῖον κόσμον ἀναγνωρίσας, καὶ τὸν δημιουργὸν τουδὶ τοῦ παντός, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ἐξευρών. Τοῦτο δὲ γενόμενος ὡς οἷόν τε μετὰ τὴν *κάθαρσιν*, ὃ ἀεί εἰσιν οἱ μὴ εἰς γένεσιν πίπτειν πεφυκότες, ταῖς μὲν γνώσεσιν ἑνοῦται τῷ παντί, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνάγεται τὸν θεόν· σῶμα δὲ συμφυὲς ἔχων, τόπου δεῖται εἰς κατάταξιν ἀστροειδῆ, οἷον θέσιν ζητῶν. Πρέποι δ' ἂν τῷ τοιούτῳ σώματι τόπος ὁ ὑπὸ σελήνην προσεχῶς, ὡς ὑπερέχων μὲν τῶν φθαρτῶν σωμάτων, ὑποβεβηκὼς δὲ τῶν οὐρανίων, ὃν *αἰθέρα ἐλεύθερον* οἱ Πυθαγόρειοι καλοῦσιν· *αἰθέρα* μέν, ὡς ἄϋλον καὶ ἀΐδιον σῶμα· *ἐλεύθερον* δέ, ὡς ὑλικῶν παθημάτων καθαρόν. Τί οὖν ὁ ἐκεῖσε ἐλθὼν ἔσται, ἢ τοῦτο, ὅ φησιν, *ἔσσεαι ἀθάνατος* θεός, ὡμοιωμένος τοῖς ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν λεχθεῖσιν ἀθανάτοις θεοῖς, οὐ φύσει *ἀθάνατος θεός*. Πῶς γὰρ τὸ ἀπὸ χρόνου τινὸς προκόψαν καὶ ἐπιδεδωκὸς εἰς ἀρετὴν καὶ ἀποθέωσιν τοῖς ἐξ ἀϊδίου τοιούτοις εἰς ταυτὸν ἄν ποτε κατασταίη; Δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ προσθήκη· τῷ γὰρ *ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς* ἐπήγαγεν, *ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός*· ἵνα κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ βροτοῦ καὶ τοῦ θνητοῦ ἡ θεοποιΐα ἡμῶν νοῆται, ἅτε μὴ φύσει μηδὲ κατ' οὐσίαν ἡμῖν ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ἐκ προκοπῆς καὶ κατ' ἐπίδοσιν ἐπιγενομένη. Ὡς ἄλλο γένος εἶναι τοῦτο θεῶν, *ἀθανάτων* μὲν τῇ ἀνόδῳ, *θνητῶν* δὲ τῇ καθόδῳ γιγνομένων, οἳ καὶ τῶν ἀγαυῶν ἡρώων ἐξ ἀνάγκης ὑποβεβήκασιν, εἴπερ ἐκεῖνοι μὲν ἀεὶ νοοῦσι τὸν θεόν, οὗτοι δὲ καὶ εἰς ἄγνοιαν αὐτοῦ ποτε πίπτουσιν. Οὐ γὰρ δὴ τὸ τρίτον γένος τελειωθὲν ἢ τοῦ μέσου γένοιτο ἂν κρεῖττον, ἢ τῷ πρώτῳ ἴσον, ἀλλὰ μένον τρίτον ὁμοιοῦται τῷ πρώτῳ γένει ὑποτεταγμένον τῷ μέσῳ. Ἡ γὰρ κατὰ σχέσιν ἐν ἀνθρώποις ὁρωμένη πρὸς τοὺς οὐρανίους ὁμοιότης ἤδη προϋπάρχει τελειότερον καὶ προσφυέστερον τοῖς ἡρωϊκοῖς καὶ μέσοις γένεσι. Καὶ οὕτω κοινὴ καὶ μία πάντων τῶν λογικῶν γενῶν τελειότης θεωρεῖται ἡ πρὸς τὸν δημιουργὸν θεὸν ὁμοιότης. Αὕτη δὲ ἀεὶ μὲν καὶ ὡσαύτως ὑπάρχει τοῖς οὐρανίοις· ἀεὶ δὲ μόνον, οὐχ

---

ex subterraneo quodam corporeæ vitæ specu liberatos ad ætheream lucem evehat atque in beatorum insulis collocet. His enim præmii loco etiam relatio inter divos proposita est, quandoquidem nemini in deorum ordinem venire fas est, nisi ei, qui in animo veritatem et virtutem, in spiritali autem ejus vehiculo puritatem adeptus sit. Ita enim sanus et integer factus in antiqui habitûs formam restituitur; quippe qui ad rectam se rationem applicans sese recollegerit et divinum universi ordinem recognoverit ipsumque hujus universi parentem, quantum homo potest, invenerit. Post *purificationem* vero id quoad potest factus, quod ii semper sunt quorum ea est natura ut in hunc mundum decidere non possint, intelligentiâ cum universo conjungitur, et ad Deum ipsum evehitur : adhærente autem corpore loco eget ad habitandum, talem desiderans, in quo stellæ instar collocetur. Conveniat vero hujusmodi corpori locus ille qui lunæ proxime subjacet, quippe qui corporibus corruptioni obnoxiis superior sit, cœlestibus autem inferior, quem Pythagorei *liberum ætherem* vocant, *ætherem* quidem, ut corpus materiæ expers atque æternum, *liberum* autem, ut a materiæ affectibus purum. Quid igitur is qui eo pervenerit aliud erit, quam quod dicit carmen, *eris immortalis deus?* illis similis factus qui carminis initio immortales dii dicti sunt, non natura *immortalis deus*. Quo pacto enim quod a certo tempore profecit atque in virtute tantos fecit progressus, ut relationem inter divos consequeretur, eandem unquam sortiatur dignitatem, quæ in iis est qui ab omni æternitate tales fuerunt? Hoc autem id quod additur ostendit; verbis enim illis *eris immortalis deus* adjecit *incorruptus, neque amplius morti obnoxius*, ut eo quod caducum et mortale est sublato divinitas nobis tributa intelligatur, quippe quæ nec natura nec substantia nobis insit, sed profectu et progressu nobis accesserit; ut aliud hoc sit deorum genus, immortalium quidem ascensu, mortalium vero descensu, qui etiam heroibus illustribus necessario inferiores sunt, siquidem illi Deum semper intelligunt, hi autem in ejus ignorationem aliquando incidunt. Nequaquam enim tertium genus ad perfectionis fastigium evectum aut medio præstantius aut primo æquale fuerit, sed tertium adhuc manens et medio generi subjectum primo assimilatur. Nam quæ in hominibus cernitur cum diis immortalibus ex habitu orta similitudo : ea perfectior et convenientior jam prius est heroicis et mediis generibus. Sic communis et una omnium generum ratione præditorum perfectio apparet eorum cum Deo rerum opifice similitudo. Hæc semper atque eodem modo inest cœlestibus, sem-

ὡσαύτως δὲ τοῖς μονίμοις αἰθερίοις· οὔτε δὲ ἀεί, οὔτε ὡσαύτως, τοῖς μεταπίπτουσιν αἰθερίοις καὶ ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι πεφυκόσι. Τὴν δὲ πρώτην καὶ ἀρίστην ὁμοίωσιν πρὸς θεὸν εἴ τις τῆς δευτέρας καὶ τρίτης ἀπεικασίας παράδειγμα ποιοῖτο, ἢ τὴν δευτέραν τῆς τρίτης, λέγοι ἂν ὀρθῶς. Οὐ γὰρ μόνον σκοπὸς ὁμοιωθῆναι τῷ δημιουργῷ θεῷ, ἀλλὰ καὶ ὡς πρὸς κανόνα, τὴν ἀρίστην ἢ τὴν μέσην ὁμοίωσιν. Εἰ δὲ ἀπολειπόμενοι τούτων, τυγχάνομεν οἵας δυνάμεθα τυχεῖν, αὐτὸ τοῦτο τὸ κατὰ φύσιν ἔχομεν, καὶ τὸ τέλειον τῆς ἀρετῆς ἐν τούτῳ καρπούμεθα, ἐν τῷ τὸ μέτρον τῆς οὐσίας ἡμῶν μήτε ἀγνοεῖν, μήτε δυσχεραίνειν. Ἀκροτάτη δὲ ἀρετὴ τοῖς τε τῆς δημιουργίας ὅροις ἐμμένειν, οἷς πάντα κατ' εἶδος διακέκριται, καὶ τοῖς τῆς προνοίας ἕπεσθαι νόμοις, δι' οὓς τὰ πάντα, κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν, πρὸς τὸ σύμμετρον ἀγαθὸν οἰκειοῦται.

Τοιαύτη τῶν Χρυσῶν Ἐπῶν ἡ ἐξήγησις ἡμῖν γέγονε, περιέχουσα ἐν αὐτῇ Πυθαγορείων δογμάτων μετρίαν σύνοψιν. Ἔδει γὰρ μήτε ἐν τῇ τῶν ἐπῶν βραχύτητι στῆσαι τὸν λόγον, (οὕτω γὰρ ἂν πολλὰ διέλαθεν ὅτι καλῶς νενομοθέτηται,) μήτε εἰς μῆκος ἀποτεῖναι τῆς ὅλης φιλοσοφίας αὐτόν, (μεῖζον γὰρ τοῦτο ἢ κατὰ τὸν παρόντα λόγον,) ἀλλὰ τὸ μέτρον τῶν λόγων, ὅσον οἷόν τε, πρὸς τὸν τούτων ποιήσασθαι νοῦν, τοσοῦτον μόνον ἐν αὐτοῖς ἐξαπλώσαντας, ὅσον ἐκ τῶν καθόλου δογμάτων τῇ τῶν ἐπῶν ἐξηγήσει προσήρμοττεν. Ἔστι γὰρ οὐδὲν ἄλλο τὰ ἔπη ταῦτα, ἢ τελειότατος χαρακτὴρ φιλοσοφίας, καὶ τῶν κεφαλαιωδεστέρων αὐτῆς δογμάτων ἐπιτομή, καὶ ὑπὸ τῶν ἤδη τὴν θείαν οἶμον ἀναβεβηκότων ὑπογραφεῖσα τοῖς μετ' αὐτοὺς παιδευτικὴ στοιχείωσις· ἃ δὴ καὶ τῷ ὄντι εἴποι τις ἂν τῆς ἀνθρωπίνης εὐγενείας εἶναι γνώρισμα κάλλιστον, καὶ οὐχ ἑνός τινος τῶν Πυθαγορείων ἀπομνημόνευμα, ὅλου δὲ τοῦ ἱεροῦ συλλόγου, καὶ ὡς ἂν αὐτοὶ εἴποιεν, τοῦ ὁμαΐου παντὸς ἀπόφθεγμα κοινόν. Διὸ καὶ νόμος ἦν ἕωθέν τε ἀνισταμένους αὐτοὺς ἀκροᾶσθαι τούτων τῶν ἐπῶν, ὥσπερ τινῶν Πυθαγορικῶν θεσμῶν, ἑνός τινος ὑπαναγινώσκοντος, καὶ πρὸς ἑσπέραν εἰς ὕπνον μέλλοντας τρέπεσθαι· ὅπως ἂν τῇ συνεχείᾳ τῆς μελέτης τῶν τοιούτων λόγων ζῶντα ἐν αὐτοῖς ἀποφήνωσι τὰ δόγματα. Ὃ δὴ καὶ ἡμᾶς ποιεῖν δίκαιον, πρὸς τὸ συναίσθησιν τῆς ἀπ' αὐτῶν ὠφελείας ὀψὲ γοῦν ποτε κτήσασθαι.

---

per vero tantum, nec tamen eodem modo æthereis certo loco manentibus, at neque semper neque eodem modo æthereis mutationi obnoxiis, quorum ea est natura, ut in terris versari possint. Si quis autem primam præstantissimamque cum Deo similitudinem secundæ et tertiæ assimilationis exemplar faciat, aut secundam tertiæ, recte sentiat. Neque enim id solum spectatur, ut mundi ædificatori Deo similes fiamus, sed etiam ut ad optimam vel mediam similitudinem, tanquam ad normam, dirigamur. Quodsi his destituti similitudinem, qualem possumus, assequamur, id ipsum quod naturæ convenit obtinemus et in hoc perfectum virtutis fructum percipimus, quod naturæ nostræ modum nec ignoramus nec ægre ferimus. Summa autem virtus est et creationis finibus, quibus omnia per species distincta sunt, sese continere, et providentiæ legibus obtemperare, quibus omnia pro sua quæque facultate ad bonum ipsis accommodatum adducuntur.

Hujusmodi est *Aureorum Versuum* explicatio nostra, quæ Pythagoricorum dogmatum modicum conspectum continet. Decebat enim nos neque ad carminis brevitatem expositionem nostram contrahere, (ita enim latuisset multorum præceptorum pulchritudo, neque sermonem ad universæ philosophiæ amplitudinem producere, (id enim majus quid fuisset quam instituti nostri ratio postulat,) sed disputationis modum, quoad potuimus, ad versuum mentem accommodare, tantum in iis solum explanantes, quantum ex universis decretis ad eorum explicationem aptum esset. Nihil enim aliud sunt hi versus, quam perfectissima philosophiæ imago et primariorum ejus dogmatum epitome atque elementaria institutio posterorum gratia scriptis mandata ab iis qui divinam jam viam ascenderant: quos quidem et pulcherrimum humanæ ingenuitatis ornamentum esse revera dicere possis, ac non unius Pythagorici dictum memorabile, sed totius sacri collegii, atque ut ipsi vocarent, ὁμαΐου universi commune effatum. Unde etiam illis moris erat, et mane e lecto surgentes hos versus, tanquam leges quasdam Pythagoricas, recitante aliquo, audire, et vesperi, quum somno se dare volebant; ut assidua ejusmodi sermonum meditatione viventia in animo efficerent dogmata. Quod sane et nos facere æquum est, ut sensu utilitatis quæ ex iis oritur tandem aliquando afficiamur

ΕΚ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΤΕ ΟΜΟΙΩΜΑΤΩΝ.

PYTHAGOREORUM ALIORUMQUE PHILOSOPHORUM SIMILITUDINES QUÆDAM.

ΔΗΜΟΦΙΛΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΟΜΟΙΑ Η ΒΙΟΥ ΘΕΡΑΠΕΙΑ.

1. Ἔοικεν ἡ κολακεία γραπτῇ πανοπλίᾳ· διὸ τέρψιν μὲν ἔχει, χρείαν δὲ μηδεμίαν παρέχεται.
2. Ἡ παιδεία ὁμοία ἐστὶ χρυσῷ στεφάνῳ· καὶ γὰρ τιμὴν ἔχει καὶ τὸ λυσιτελές.
3. Οἱ ἐλαφροὶ τῶν ἀνθρώπων καθάπερ τὰ κενὰ τῶν ἀγγείων εὐβάστακτοι τοῖς ὠταρίοις εἰσίν.
4. Ὁ βίος ὥσπερ ὄργανον ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει ἁρμοζόμενος ἡδίων γίνεται.
5. Ὁ λόγος ὥσπερ πλάστης ἀγαθὸς καλὸν τῇ ψυχῇ περιτίθησι σχῆμα.
6. Ὁ τῶν σοφῶν νοῦς, ὥσπερ χρυσός, βάρος ἔχει μέγιστον.
7. Τῆς ἀλαζονείας, καθάπερ τῶν κεχρυσωμένων ὅπλων, οὐχ ὅμοιά ἐστι τὰ ἐντὸς τοῖς ἐκτός.
8. Μύρῳ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει ὁ λόγος· κάμνοντας μὲν ἡμᾶς ὠφελεῖ, καλῶς δὲ πράσσοντας εὐφραίνει.
9. Φαύλου ἀνδρός, καθάπερ κυνὸς κακοῦ, μᾶλλον δεῖ τὴν σιγὴν ἢ τὴν φωνὴν εὐλαβεῖσθαι.
10. Οὔτε τῇ γαμετῇ πρέπον τὴν ἑταίραν, οὔτε τῇ φιλίᾳ τὴν κολακείαν προτιμᾶσθαι.
11. Οἱ ἀδολέσχαι, ὥσπερ αἱ χελιδόνες, τῷ συνεχεῖ τῆς λαλιᾶς τὴν ἡδονὴν τῆς ὁμιλίας ἀποβάλλουσιν.
12. Τοὺς μὲν κακοὺς ἀσεβήσαντας, τοὺς δὲ ἀνοήτους καὶ θρασεῖς γηράσαντας αἱ τῶν ἁμαρτημάτων συνδιώκουσιν ἐριννύες.
13. Τὸν πεπαιδευμένον, ὥσπερ ἐκ συμποσίου, ἐκ τοῦ βίου εὐσχημονοῦντα δεῖ ἀναλύειν.
14. Λιμὴν μὲν πλοίῳ ὅρμος, βίῳ δὲ φιλία.
15. Πατρὸς ἐπιτίμησις ἡδὺ φάρμακον· πλεῖον γὰρ ἔχει τὸ ὠφελοῦν τοῦ δάκνοντος.

DEMOPHILI SIMILITUDINES SEU VITÆ CURATIO EX PYTHAGOREIS.

1. Adulatio pictæ armaturæ similis est, ideoque oblectamentum quidem affert, sed usum nullum præbet.

2. Eruditio similis est coronæ aureæ, quippe quæ honorem simul cum pretio conjunctum habeat.

3. Homines vani et leves ut vasa inania facillime auribus prehensi ducuntur.

4. Vita musici instrumenti instar remissione et intentione temperata suavior redditur.

5. Ratio boni fictoris more egregiam figuram animo inducit.

6. Mens sapientum non secus atque aurum plurimum ponderis habet.

7. Jactantiæ pariter atque armorum auratorum interna externis haudquaquam respondent.

8. Eadem orationis vis atque unguenti; nam et male affectos nos juvat, et bene valentes oblectat.

9. Hominis improbi, æque ac mali canis, silentium magis quam vox cavenda.

10. Neque uxori amica, neque amicitiæ adulatio præferenda est.

11. Homines garruli hirundinum instar continua loquacitate colloquio gratiam adimunt.

12. Homines malos in impietatem prolapsos, dementes vero et protervos ætate provectos peccatorum furiæ agitant.

13. Sapienti ex vita, velut ex convivio, honeste discedendum.

14. Navi quidem portus, vitæ autem amicitia refugium est.

15. Parentis objurgatio dulce remedium est: plus enim habet utilitatis quam mordacitatis.

16. Τὸν σπουδαῖον ἄνδρα, καθάπερ παλαιστὴν ἀγαθόν, δεῖ πρὸς τὴν ἀνταγωνιζομένην τύχην τὰ βάρη μεταφέρειν.

17. Ἡ αὐτάρκεια, καθάπερ ὁδὸς βραχεῖα καὶ ἐπιτερπής, χάριν μὲν ἔχει μεγάλην, κόπον δὲ μικρόν.

18. Οἱ μὲν τραχεῖς ἵπποι τοῖς χαλινοῖς, οἱ δ' ὀξεῖς θυμοὶ τοῖς λογισμοῖς μετάγονται.

19. Τῷ γελοίῳ καθάπερ ἁλὶ πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι.

20. Καὶ ὑπόδημα καὶ βίος ἁρμόττων ὁ ἀλυπότερος.

21. Αἱ μὲν ποδήρεις ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι οὐσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσιν.

22. Τοῖς μὲν σταδιοδρομοῦσιν ἐπὶ τῷ τέρματι τὸ βραβεῖον τῆς νίκης, τοῖς δὲ φιλοπονήσασιν ἐπὶ τοῦ γήρους τὸ πρωτεῖον τῆς φρονήσεως ἀπόκειται.

23. Δεῖ ὥσπερ Σειρῆνας τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν τὸν κατασπεύδοντα τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν ὡς πατρίδα.

24. Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίαις φρονοῦντες καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἑτοιμάζουσι βοηθήματα.

25. Αἱ μὲν ἐσθῆτες γενόμεναι διάλαμπροι πάλιν ἐν τῇ χρήσει ἀναπίμπλανται ῥύπου· αἱ δὲ ψυχαὶ ἅπαξ ἀποκαθαιρόμεναι τὴν ἀμάθειαν διὰ παντὸς μένουσι λαμπραί.

26. Οἱ μὲν δραπέται κἂν μὴ διώκωνται φοβοῦνται· οἱ δὲ ἄφρονες, κἂν μήπω κακῶς πράσσωσι, ταράσσονται.

27. Ὁ τῶν φιλαργύρων πλοῦτος, ὥσπερ ὁ ἥλιος καταδὺς εἰς τὴν γῆν, οὐδένα τῶν ζώντων εὐφραίνει.

28. Οἱ μὲν ἐκ τῆς γῆς καρποὶ κατ' ἐνιαυτόν, οἱ δὲ ἐκ τῆς φιλίας κατὰ πάντα καιρὸν φύονται.

29. Μουσικοῦ μὲν ἔργον τὸ πᾶν ὄργανον ἁρμόσασθαι, πεπαιδευμένου δὲ ἀνδρὸς τὸ πάσῃ ψυχῇ συμφωνῆσαι.

30. Οὔτ' ἀῤῥώστου πληγήν, οὔτ' ἀνοήτου ἀπειλὴν δεῖ εὐλαβεῖσθαι.

31. Ὑπενδύεσθαι δεῖ τῷ μὲν θώρακι χιτῶνα, τῇ δὲ λύπῃ νοῦν.

32. Νοσοῦντος δίαιτα καὶ ἄφρονος ψυχὴ δυσάρεστον.

33. Οἱ μὲν ἀμαθεῖς παῖδες τὰ γράμματα, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἄνδρες τὰ πράγματα συγχέουσιν.

34. Ὁ ἐκ φιλοσοφίας νοῦς ἔοικεν ἡνιόχῳ· περίεστι γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν ἐπιθυμιῶν, ἀεὶ μετάγων αὐτὰς εἰς τὸ καλόν.

35. Τὸ μὲν ἀψίνθιον ὁ καιρὸς τοῦ μέλιτος γλυκύτερον, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐντιμότερον τοῦ φίλου ἡ περίστασις ἐνίοτε ποιεῖ.

36. Καὶ κυβερνήτης ἀγαθὸς ἐνίοτε ναυαγεῖ, καὶ ἀνὴρ σπουδαῖος ἀτυχεῖ.

37. Αἱ μὲν βρονταὶ μάλιστα τοὺς παῖδας ἐκφοβοῦσιν, αἱ δὲ ἀπειλαὶ τοὺς ἄφρονας.

38. Ἀνδριάντα μὲν τὸ σχῆμα, ἄνδρα δὲ ἡ πρᾶξις κοσμεῖ.

16. Virum bonum boni luctatoris exemplo adversanti fortunæ tota corporis mole obniti decet.

17. Frugalitas, brevis et jucundæ viæ instar, multum gratiæ, defatigationis parum habet.

18. Equi contumaces frenis, animi ad iracundiam proni rationibus ducuntur.

19. Joco, ut sale, parce utendum.

20. Et calceus et fortunæ modus aptus minus molestus est.

21. Vestes talares corpora, opes immensæ animos impediunt.

22. Qui stadium decurrunt, iis victoriæ præmium in meta, hominibus autem laboriosis prudentiæ palma in senectute posita est.

23. Voluptates ut Sirenes prætereundæ sunt ei qui virtutem tanquam patriam visere cupit.

24. Ut secunda tempestate navigantes etiam adversæ præsidia in promtu habent : ita in rebus secundis viri sapientes etiam adversæ fortunæ medicinam parant.

25. Vestes lotæ et nitidæ usu rursus sordibus implentur : animi autem semel ab ignorantia purgati perpetuo nitorem servant.

26. Fugitivi etiam nemine persequente timent; stulti vero, quamvis nullis malis premantur, perturbari solent.

27. Avarorum divitiæ occidui solis instar terram subeuntis nemini vivorum voluptatem afferunt.

28. Ex terra quotannis, ex amicitia quovis temporis momento fructus proveniunt.

29. Musici est quodcunque instrumentum numeris contendere, viri autem sapientis ad cujusvis animum sese accommodare.

30. Neque ægroti verbera, neque stulti minæ sunt pertimescendæ.

31. Thoraci quidem tunica, dolori autem bonus animus subesse debet.

32. Victus ægrotantis et stulti animus molestus est.

33. Pueri indocti litteras, viri imperiti res confundunt.

34. Animus sapientiæ præceptis imbutus aurigæ similis est; nam insitas nobis cupiditates coercet et ad honestatem componit.

35. Occasio quidem absinthium melle dulcius reddit, rerum autem status quandoque efficit, ut inimicus amico potior sit.

36. Aliquando et bonus gubernator naufragium facit, et vir bonus malis premitur.

37. Tonitrua quidem pueros imprimis, minæ autem stultos territant.

38. Statuam figura, virum actio ornat.

39. Ταυτόν ἐστιν ἐκ χρυσοῦ ποτηρίου φάρμακον θανάσιμον πιεῖν, καὶ παρὰ φίλου ἀγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν.

40. Αἱ μὲν χελιδόνες εὐδίαν σημαίνουσιν ἡμῖν, οἱ δὲ φιλοσοφίας λόγοι τὴν ἀλυπίαν.

41. Οὐχ οὕτως τοῖς ὀρφανοῖς παισίν, ὡς τοῖς ἀνοήτοις ἀνδράσιν ἐπιτρόπων ἐστὶ χρεία.

42. Ἡ τύχη ἔοικε φαύλῳ ἀγωνοθέτῃ· πολλάκις γὰρ τὸν μηδὲν πράξαντα στεφανοῖ.

43. Εἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι κυβερνήτου καὶ πνεύματος χρεία· εἰς δὲ τὸ εὐδαιμονῆσαι λογισμοῦ καὶ τύχης.

44. Ὁ μὲν δειλὸς καθ' ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα, ὁ δὲ ἀνόητος τὰ χρήματα ἔχει.

45. Τὸ αὐτό ἐστιν ἐξ ἀσθενοῦς ἀγκυρίου σκάφος ὁρμίζειν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα.

46. Ἐπισκοτεῖ τῷ μὲν ἡλίῳ πολλάκις τὰ νέφη, τῷ δὲ λογισμῷ τὰ πάθη.

47. Οὔτε τὸν ἄῤῥωστον ἡ χρυσῆ ὠφελεῖ κλίνη, οὔτε τὸν ἀνόητον ἐπίσημος εὐτυχία.

48. Τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς ἐκλύει· ὁ δ' ἐπιεικὴς λόγος τὰς ὀργάς. (Scripsi ἐκλύει; cod. ἐπιλύει).

49. Οὔτε ὁ αὐστηρὸς οἶνος εἰς πολυποσίαν εὔθετος, οὔτε ἄγροικος τρόπος εἰς ὁμιλίαν.

50. Πιθήκου ὀργὴν καὶ κόλακος ἀπειλὴν ἐν ἴσῳ θετέον.

51. Τοῦ βίου καθάπερ δράματος πρῶτον μέρος ἐστὶν ἡ νεότης· διὸ πάντες αὐτῇ προσέχουσιν.

52. Τὰς μὲν γραφὰς ἀσφαλεστέρας, τὰς δὲ πράξεις λαμπροτέρας ἔχειν δεῖ.

53. Ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν φυτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν νέων ἡ πρώτη φυὴ προδείκνυσι τὸν μέλλοντα καρπὸν τῆς ἀρετῆς.

54. Ἐν μὲν τοῖς συμποσίοις ὁ μὴ παροινῶν ἡδύτερος· ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ μὴ παρανομῶν.

55. Τὸ αὐτό ἐστιν ὄφιν ἐκτρέφειν καὶ τὸν πονηρὸν εὐεργετεῖν· παρ' οὐδετέρῳ γὰρ ἡ χάρις εὔνοιαν γεννᾷ.

56. Ἐν μὲν εὐδίᾳ σπάνιον τὸ ναυαγῆσαι· ἐν δὲ τῇ ἀβουλίᾳ τὸ μὴ ναυαγῆσαι.

57. Τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διΐστησι· τοὺς δ' ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα.

58. Γυμναζόμενον δεῖ φυλάσσεσθαι τὸν κόπον, εὖ πράσσοντα δὲ τὸν φθόνον.

59. Μέτρον ἄριστον, ἔφη τις τῶν σοφῶν· ᾧ πειθόμενοι καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τὰς τοῦ βίου θεραπείας ἀναπαύσωμεν, φίλτατε ἡμῖν καὶ ἱερώτατε Ἀσκληπιάδη.

Τέλος τῶν Δημοφίλου ὁμοίων.

39. Idem est ex aureo poculo lethale venenum bibere, et consilium a perfido amico datum accipere.

40. Hirundines lætum anni tempus, sermones autem de philosophia habiti animi tranquillitatem nobis prænuntiant.

41. Non tam orbi parentibus pueri, quam viri stulti tutoribus indigent.

42. Fortuna malo pugnæ arbitro similis est, quippe quæ sæpe nullius præclari facinoris auctorem coronet.

43. Ad feliciter navigandum gubernatore et vento; ad beate vivendum ratione et fortuna opus est.

44. Ut timidus arma, ita stultus opes contra se ipsum habet.

45. Idem est navem infirma ancora et spem animo perverso fulcire.

46. Solem sæpenumero nubes, rationem affectus obscurant.

47. Neque ægrotantem aureus lectus, nec stultum ampla fortuna juvat.

48. Temperata aquæ potio intestinorum ardores, lenis autem oratio iras diluit.

49. Neque vinum austerum largiori potationi, neque rustici mores conversationi apti sunt.

50. Ira simiæ et adulatoris minæ eodem loco habendæ.

51. Vitæ tanquam comœdiæ primus actus adolescentia est: ideo cuncti attento animo eam spectant.

52. Scripturam indelebilem, facinora tua præclara esse oportet.

53. Sicut in plantis, ita in pueris quoque prima indoles futurum virtutis fructum indicat.

54. In conviviis quidem suavior est homo minime vinolentus, in rebus secundis autem minime iniquus.

55. Idem est enutrire anguem et malum beneficiis afficere; apud neutrum enim gratia benevolentiam parit.

56. Raro secunda tempestate navis frangitur; raro autem temeritate servatur.

57. Utres inanes ventus, homines autem stultos arrogantia inflat.

58. In exercitiis lassitudo, in rerum successu invidia cavenda.

59. Modum rem omnium optimam sapientum aliquis nominavit: cujus consilio etiam nos, o amicissime piissimeque Asclepiades, vitæ curandæ præceptis finem imponemus.

Finis Demophili Similitudinum.

Has Pythagoreorum similitudines a Demophilo collectas e codice Vaticano edidit Lucas Holstenius. Sed multo plures quam in Vaticano libro comparent ejusdem generis sententias opere suo Demophilum complexum fuisse suspicamur. Namque ex antiquo illo volumine petita videntur similium rerum exempla quæ maximam partem Socrati vel aliis auctoribus ascripta insertis nonnullis Vaticani Demophili effatis servarunt Jo. Stobæus in Florilegio atque Antonius et Maximus in Eclogis. Ea igitur, omissis quæ trium illorum fontium communia sunt, hoc loco proponere mihi visum est.

---

1. Τοῦ βίου καθάπερ ἀγάλματος πάντα τὰ μέρη καλὰ εἶναι δεῖ.
2. Ἀνδριὰς μὲν ἐπὶ βάσεως, σπουδαῖος δὲ ἀνὴρ ἐπὶ καλῆς προαιρέσεως ἑστὼς ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι.
3. Τὸν λιβανωτὸν τοῖς θεοῖς, τὸν δὲ ἔπαινον τοῖς ἀγαθοῖς ἀπονέμειν δεῖ.
4. Ἀπολογεῖσθαι μὲν γὰρ χρὴ ὑπὲρ τῶν ἀδίκως περὶ τὸ ἀδικεῖν αἰτίαν ἐχόντων, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ἀγαθῷ τινι διαφέροντας.
5. Οὔτε ἵππος εὐγενὴς κρίνοιτ' ἂν πολυτελῆ σκευὴν ἔχων, ἀλλ' ὁ τῇ φύσει λαμπρός, οὔτε ἀνὴρ σπουδαῖος ὁ πολύτιμον οὐσίαν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖος.
6. Τοῦ σοφοῦ στόματος ἀνοιχθέντος, καθάπερ ἱεροῦ, τὰ τῆς ψυχῆς καλὰ βλέπεται ὥσπερ ἀγάλματα.
7. Οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον.

(Stob. Flor. I, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 86 addito lemmate Σωκράτους.)

8. Οὔτε συμπόσιον χωρὶς ὁμιλίας, οὔτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει.

(Stob. Flor. I, 30 sub Antisthenis nomine.)

9. Οὔτε ἐξ ἱεροῦ βωμόν, οὔτε ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀφαιρετέον τὸν ἔλεον.

(Stobæus Flor. I, 31 ubi Phocioni tribuitur.)

10. Ὁδὸν μὲν τὴν λειοτάτην ἐκλέγεσθαι, βίον δὲ τὸν ἀλυπότατον.

(Stobæus Flor. III, 42 Socrati ascriptum.)

11. Μόνῳ τῷ λόγῳ, καθάπερ ἐπιτρόπῳ σώφρονι, παρακαταθετέον τὸν βίον καὶ τὴν νεότητα.
12. Καὶ ὑποδήματα καὶ βίος ἁρμόζων ἀλυπότερος.
13. Ὥσπερ εἰς κενὸν σκάφος [εἰς τὴν ψυχὴν] τὸ ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἕρμα δεῖ προσεμβάλλειν.

(Inserui εἰς τὴν ψυχήν.)

14. Ψυχῆς ἐστι λόγος ἑαυτὸν αὔξων.
15. Ἐν τῷ βίῳ καθάπερ ἐν δράματι χρὴ τὰ πρῶτα λέγειν οὐ τὸν πλουσιώτατον, ἀλλὰ τὸν φρονιμώτατον.
16. Καλὸν ἐπὶ μὲν τῆς ἑστίας φαίνεσθαι τὸ πῦρ λαμπρόν· ἐπὶ δὲ τῆς εὐτυχίας τὸν νοῦν.
17. Δεῖ ὥσπερ εὐνομουμένης τῆς πόλεως φυγαδεύειν στασιαστὴν ἄνθρωπον, οὕτως ἐκ τῆς σωθησομένης ψυχῆς τὸν πρὸς τὰ φαῦλα κεκλικότα νοῦν.
18. Οὔτε ἵππῳ χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλούτῳ χωρὶς λογισμοῦ δυνατὸν ἀσφαλῶς χρήσασθαι.

---

1. Vitæ ut simulacri cujusdam partem unamquamque pulchram esse decet.

2. Quemadmodum statua basi, sic vir probus bono instituto innixus immotus esse debet.

3. Tus diis, laus vero bonis viris tribuenda est.

4. Defendendi sunt qui immerentes accusantur injuriarum : laude ornandi qui virtute aliqua cæteris præstant.

5. Neque equus generosus judicabitur qui sumtuosas phaleras gestat, sed qui natura eximius est : neque vir honestus qui opibus affluit, sed qui animo præclarus est.

6. Quum sapiens os suum tanquam templum aperuit, ibi animi bona velut simulacra conspiciuntur.

7. Neque navem unica ancora, neque vitam una spe fultam esse oportet.

8. Neque convivium colloquio carens, neque divitiæ virtutis expertes voluptatem cuiquam afferunt.

9. Neque e templo ara, neque ex humana natura misericordia tollenda est.

10. Via eligenda planissima, vita autem jucundissima.

11. Soli rationi, tanquam prudentissimæ tutelæ, ut vitam omnem, ita maxime juventutem credi par est.

12. Quemadmodum calceamenta pedibus apta : sic vitæ ratio nobis accommodata minus molestiarum affert.

13. Sicut vacuum navigium saburra stabiliendum : ita animus prudentia firmandus est.

14. Inest animo ratio quæ suapte vi increscit.

15. Oportet in vita, tanquam in fabula quadam, primas dicendi partes agere non ditissimum, sed prudentissimum.

16. Decet in foco quidem ignem conspici splendidum, in felicitate autem animum.

17. Oportet quomodo ex civitate bonis legibus temperata seditiosum civem expellere, sic ex animo quem salvum esse voluerimus voluntatem ad mala propensam.

18. Neque equo sine freno, neque divitiis sine ratione tuto quis uti poterit.

(Stobæus Flor. III, 43, 44, 72, 85, 86, 87, 90 adjuncto lemmate Σωκράτους.)

19. Κυβερνήτου μὲν ἔργον ἀγαθοῦ εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι, ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης.

20. Ἐν μὲν τῷ πλεῖν πείθεσθαι τῷ κυβερνήτῃ, ἐν δὲ τῷ ζῆν τῷ λογίζεσθαι δυναμένῳ βέλτιον.

(Stobæus Flor. III, 40 et 41 ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων. Posterior sententia Socrati in quibusdam libris assignatur.)

21. Ὁ μὲν δειλὸς τῆς πατρίδος, ὁ δὲ φιλόδοξος τῆς πατρῴας οὐσίας ἐστὶ προδότης.

22. Ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινοῦσιν, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις παρανοοῦσιν οἱ ἀνόητοι.

23. Οὔθ' οἱ ἄμουσοι τοῖς ὀργάνοις οὔθ' οἱ ἀπαίδευτοι ταῖς ἀτυχίαις δύνανται συναρμόσασθαι.

24. Τῷ τῶν ἀπαιδεύτων βίῳ, καθάπερ ὑποκριτῇ, πολλὰ τύφου μετεκδύματα περίκειται.

25. Τοῖς ἄφροσιν, ὥσπερ τοῖς παιδίοις, μικρὰ πρόφασις εἰς τὸ κλαίειν ἱκανή.

26. Οἱ μὲν ξένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἐν τοῖς πράγμασι πλανῶνται.

27. Ταυτόν ἐστιν ἀῤῥωστοῦντι φορτίον ἀναθέσθαι, καὶ ἀπαιδεύτοις εὐτυχίαν.

28. Οὔτε πλέοντας παρὰ τόπον ὁρμεῖν ἀσφαλές, οὔτε ζῶντας παρὰ νόμον βιοῦν ἀκίνδυνον.

29. Ὁ μὲν Πρωτεὺς τῇ μορφῇ, ὁ δ' ἀπαίδευτος τῇ ψυχῇ παρ' ἕκαστον ἀλλοιοῦται.

30. Πολλοὺς ὥσπερ ἀσθενοῦντας, οὕτω καὶ εὐτυχοῦντας τὸ πλῆθος τῶν παρακειμένων λυπεῖ.

31. Οἱ μὲν ἀκρατεῖς ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις, οἱ δὲ ἄφρονες ἐν ταῖς ἀτυχίαις εἰσὶ δυσθεράπευτοι.

32. Οὔτε τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ὅπλα τῷ Θερσίτῃ, οὔτε τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ τῷ ἄφρονι ἁρμόττει.

(Stobæus Flor. IV, 57, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 108, 119 sub Socratis nomine.)

33. Πολλοὶ ἀδικηθέντες ὑπὸ ῥητόρων τοὺς υἱοὺς ῥήτορας διδάσκουσιν, οὐδεὶς δὲ ἀδικηθεὶς ὑπὸ λύκου αὐτὸς λύκος γίνεται καὶ ἀντιδάκνει.

(Stobæus Flor. IV, 106 ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.)

34. Οἱ μὲν σφοδρῶς πυρέττοντες τὴν ὄρεξιν καὶ τὴν ῥώμην, οἱ δ' ἐν τοῖς βασιλείοις παροικοῦντες τὸν νοῦν καὶ τὰ ἤθη πεφύκασι διαφθείρεσθαι, εἰ μὴ τὸ Γνῶθι σαυτὸν συχνῶς αὐτοῖς ἐπιλέγουσιν.

(Antonius et Maximus Serm. περὶ τοῦ Γνῶθι σαυτόν.)

35. Οὔτε πῦρ ἱματίῳ περιστεῖλαι δυνατὸν οὔτε αἰσχρὸν ἁμάρτημα χρόνῳ.

36. Τὸ μὲν πῦρ ὁ ἄνεμος, τὸν δὲ ἔρωτα ἡ συνήθεια ἐκκαίει.

(Stobæus Flor. VI, 31-32 Σωκράτους.)

37. Παρὰ τῷ τύφῳ, καθάπερ παρὰ τῷ κακῷ πλάστῃ, διεστραμμένας τὰς τῶν πραγμάτων εἰκόνας ἰδεῖν ἐστιν.

38. Ἡ δεισιδαιμονία καθάπερ πατρὶ τῷ τύφῳ πείθεται.

(Stobæus Flor. XXII, 35-36 Σωκράτους.)

39. Ὁ τῦφος ὥσπερ ποιμὴν οὗ θέλει τοὺς πολλοὺς ἄγει.

(Stobæus Flor. XXII, 41 Διογένους.)

40. Ὑποστάθμη ἐστὶν οἴνου μὲν τρύξ, φιλαργύρου δὲ ἀνελευθερία.

---

19. Boni gubernatoris est ventorum se mutationibus accommodare, viri autem sapientis, fortunæ.

20. In cursu maritimo gubernatori, in vita viro prudenti obedire decet.

21. Timidus patriæ, ambitiosus patrimonii proditor est.

22. Stulti per vinolentiam lasciviunt, in rebus adversis autem insaniunt.

23. Neque musicæ ignari instrumentis neque indocti adversæ fortunæ apti esse possunt.

24. Indoctorum vita, tanquam histrio, multa arrogantiæ integumenta quæ paullatim exuenda sunt gestat.

25. Stultis sicut infantibus levissima causa ad fundendas lacrimas sufficit.

26. Errant peregrini in viis, in rebus imperiti et rudes.

27. Idem est ægro onus imponere et indoctis bonam fortunam.

28. Neque navigantibus tutum est importuno loco appellere, neque viventibus præter legem vitam agere.

29. Proteus quidem formam, imperitus vero animum pro rerum singularum diversitate mutat et variat.

30. Multos ut ægros, ita etiam beatos adstantium multitudo molestia afficit.

31. Intemperantes in morbis, stulti in rebus adversis vix sanantur.

32. Neque Achillis arma Thersitæ, neque animi bona stulto accommodata sunt.

33. Multi ab oratoribus injuria affecti filios suos oratoriam docent: nemo vero qui a lupo injuriam accepit ipse lupus fit ut remordeat.

34. Qui valde febricitant, cibi appetentiam et robur amittunt; qui vero in principum aulis habitant, mentem et bonos mores corrumpere solent, nisi frequenter secum revolvunt hoc dictum: Nosce te ipsum.

35. Nec ignem vestimento tegere possumus neque flagitium tempore.

36. Ignem quidem ventus, amorem autem consuetudo accendit.

37. Apud jactantiam, tanquam apud malum fictorem, distortas rerum imagines videre licet.

38. Superstitio jactantiæ tanquam parenti obtemperat.

39. Fastus, velut pastor, quoquo libet, vulgus hominum ducit.

40. Sedimentum est vini quidem fæx, avari autem illiberalitas.

41. Οὔτε παρὰ νεκροῦ ὁμιλίαν οὔτε παρὰ φιλαργύρου χάριν δεῖ ζητεῖν.

(Stobæus Flor. X, 55-56 Σωκράτους.)

42. Οἱ τὸ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κέρδος εἰς καλὰς ἀναλίσκοντες λειτουργίας ὅμοιόν τι ποιοῦσι τοῖς ἀπὸ ἱεροσυλείας εὐσεβοῦσιν.

(Antonius et Maximus Serm. περὶ πλεονεξίας p. 225.)

43. Οἱ φιλάργυροι, καθάπερ μαχαίρᾳ, τῷ βίῳ χρῶνται, πάντα ποιοῦντες κατὰ τὴν λαβήν.

(Stobæus Flor. X, 59 Διογένους.)

44. Ἡ τῶν κολάκων εὔνοια καθάπερ ἐκ τροπῆς φεύγει τὰς ἀτυχίας.

45. Θηρεύουσι τοῖς μὲν κυσὶν τοὺς λαγωοὺς οἱ κυνηγοί, τοῖς δὲ ἐπαίνοις τοὺς ἀνοήτους οἱ κόλακες.

46. Οἱ μὲν λύκοι τοῖς κυσίν, οἱ δὲ κόλακες τοῖς φίλοις ὄντες ὅμοιοι ἀνομοίων ἐπιθυμοῦσιν.

(Stobæus Flor. XIV, 21, 22, 23 Σωκράτους.)

47. Ἐπὶ τῆς κολακείας ὥσπερ ἐπὶ μνήματος αὐτὸ μόνον τὸ ὄνομα τῆς φιλίας ἐπιγέγραπται.

(Stobæus Flor. XIV, 14. Διογένους.)

48. Τὰ μὲν ξύλα τὸ πῦρ αὔξοντα ὑπ' αὐτοῦ καταναλίσκεται, ὁ δὲ πλοῦτος ἐκτρέφων τοὺς κόλακας ὑπ' αὐτῶν τούτων διαφθείρεται.

(Stobæus Flor. XIV, 9 ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.)

49. Τῆς παῤῥησίας ὥσπερ ὥρας ἐν καιρῷ ἡ χάρις ἡδίων.

50. Οὔτε μάχαιραν ἀμβλεῖαν, οὔτε παῤῥησίαν ἄπρακτον ἔχειν δεῖ.

51. Ἔστιν ὥσπερ τρίβωνα ῥυπαρὸν ἀμπεχόμενον εὐεκτεῖν, οὑτωσὶ καὶ βίον ἔχοντα πενιχρὸν παῤῥησιάζεσθαι.

52. Οὔτε ἐκ τοῦ κόσμου τὸν ἥλιον οὔτε ἐκ τῆς παιδείας ἀρτέον τὴν παῤῥησίαν.

(Stobæus Flor. XIII, 46, 47, 48, 49 Σωκράτους.)

53. Ὥσπερ τὸ μέλι τὰ ἡλκωμένα δάκνει, τοῖς δὲ κατὰ φύσιν ἡδύ ἐστιν, οὕτω καὶ οἱ ἐκ φιλοσοφίας λόγοι.

(Stobæus Flor. XIII, 23 ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου ταμαρίων.)

54. Ὁ τῶν φιλαργύρων βίος ἔοικε νεκροῦ δείπνῳ· πάντα γὰρ ἔχων τὸν εὐφραινόμενον οὐκ ἔχει.

(Stobæus Flor. XVI, 27 Σωκράτους.)

55. Οὕτως ἔνιοι αὐτοῖς δοκοῦσι φιλοσοφεῖν ὡς καὶ νήφειν οἱ μεθύοντες.

(Stobæus Flor. XXIII, 7 ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.)

56. Ἡ μὲν ἐσθὴς τὴν ἀῤῥυθμίαν, ἡ δὲ εὔνοια τὴν ἁμαρτίαν περιστέλλει.

(Stobæus Flor. XXXVII, 27 Σωκράτους.)

57. Σωκράτης τὸν φθόνον εἶπεν ἕλκος εἶναι τῆς ψυχῆς.

58. Τὸ τῆς δόξης κάλλος ὥσπερ ὑπὸ νόσου τοῦ φθόνου ταχὺ μαραίνεται.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 48, 34 Σωκράτους.)

59. Τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἡλίου πορευομένοις ἕπεται κατ' ἀνάγκην σκιά, τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν ἀκολουθεῖ φθόνος.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 35 Σωκράτους.)

60. Ὁ φθόνος ὥσπερ φαῦλος δημαγωγὸς ταῖς καλαῖς ἀντιπολιτεύεται πράξεσιν.

---

41. Neque a mortuo colloquium neque ab avaro beneficium petendum est.

42. Qui lucrum turpiter factum ad honesta in rebus publicis ministeria conferunt, simile quid faciunt illis qui sacrilegia ad pietatem et religionem convertunt.

43. Avari vita sua tanquam gladio utuntur oblata lædendi ansa nihil non facientes.

44. Adulatorum benevolentia quasi tergis versis improsperam fortunam fugit.

45. Lepores quidem canibus venatores capiunt; assentatores autem stolidos laudibus pelliciunt.

46. Lupi quum sint canibus similes, assentatores amicis, dissimilia tamen studia sequuntur.

47. In assentatione velut sepulcro solum amicitiæ nomen inscriptum est.

48. Ligna dum augent ignem ab ipso hauriuntur, opes autem dum alunt adulatores ab ipsis consumuntur.

49. Liberæ orationi ut tempori occasio majorem gratiam conciliat.

50. Neque gladium obtusum, neque loquendi libertatem inefficacem nobis esse decet.

51. Sicut pallium sordidum gestanti bono corporis habitu esse, ita pauperi etiam libere et ingenue loqui licet.

52. Neque e mundo sol neque e liberali eruditione liberior sermo tollendus est.

53. Ut mel exulcerata mordet, naturæ convenientibus suave est : ita etiam sermones philosophici.

54. Avarorum vita similis est funebri epulo : omnia enim quum habeat, lætum hominem non habet.

55. Nonnulli non secus sibi videntur philosophari atque ebrii esse sobrii.

56. Vestis quidem corporis vitiositatem, benevolentia vero peccatum obtegit.

57. Socrates invidiam animi ulcus esse dixit.

58. Gloriæ pulchritudo invidia tanquam morbo cito marcescit.

59. In sole ambulantes necessario comitatur umbra, gloriæ vero vestigiis ingredientes comitem habent invidiam.

60. Invidia tanquam malus concionator honestis actionibus obsistit.

(Stobæus Flor. XXXVIII, 36 ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.)

61. Ὁ λόγος ὥσπερ πλάστης ἀγαθὸς καλὸν τῇ ψυχῇ περιτίθησι σχῆμα.

62. Ἐν μὲν πολέμῳ πρὸς ἀσφάλειαν σίδηρος χρυσοῦ κρείττων, ἐν δὲ τῷ ζῆν ὁ λόγος τοῦ πλούτου.

(Stobæus Flor. LXXXI, 13, 12 Σωκράτους.)

63. Οὔτε σῖτον ἄριστον τὸν ἐκ τοῦ καλλίστου πεδίου κρίνομεν, ἀλλὰ τὸν εὔθετον πρὸς τὴν τροφήν, οὔτε ἄνδρα σπουδαῖον ἢ φίλον εὔνουν τὸν ἐξ ἐπιφανοῦς ὄντα γένους, ἀλλὰ τὸν ὑπάρχοντα τῷ τρόπῳ κρείττονα.

(Stobæus Flor. LXXXVI, 23 Σωκράτους.)

64. Ὁ μὲν οἶνος συμμεταβάλλει τοῖς ἀγγείοις, ὁ δὲ πλοῦτος τοῖς τῶν κεκτημένων τρόποις.

65. Ἱδρὼς μὲν ὁ ἐκ τῶν γυμνασίων εὐσχημονέστερος, πλοῦτος δ' ὁ ἐκ τῶν ἰδίων πόνων.

66. Τὸν πλοῦτον ὥσπερ φίλον ἐκτενῆ καὶ ἀπροφάσιστον εἰς τὰς καλὰς δεῖ παραλαμβάνειν πράξεις.

(Stobæus Flor. XCIV, 12, 33, 34 Σωκράτους.)

67. Ὅτι πλῷ ἔοικε τῷ παρὰ γῆν ὁ τῶν πενήτων βίος, ὁ δὲ τῶν πλουσίων τῷ διὰ πελάγους· τοῖς μὲν γὰρ ῥᾴδιόν ἐστι καὶ πεῖσμα βαλεῖν καὶ προσσχεῖν καὶ νεωλκῆσαι, τοῖς δ' οὔ.

(Stobæus Flor. XCVII, 29 ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.)

68. Ταυτόν ἐστιν ἐπ' εὐτυχίᾳ μέγα φρονεῖν καὶ ἐπὶ ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ σταδιοδρομεῖν.

(Stobæus Flor. CV, 58 Σωκράτους.)

69. Ἔοικεν ὁ βίος θεάτρῳ· διὸ πολλάκις χείριστοι τὸν κάλλιστον ἐν αὐτῷ κατέχουσι τόπον.

(Stobæus Flor. CVI, 14 ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.)

70. Ταυτόν ἐστιν ἐν γυμνικῷ ἀγῶνι ἡττηθέντα ὕβρεως δίκην τῷ ἀνταγωνιστῇ λαχεῖν, καὶ ἐν τῷ ζῆν νικώμενον ὑπὸ τῆς τύχης ἐγκαλεῖν αὐτῇ, ἀγνοοῦντα ἐφ' οἷς δικαίοις εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦ ζῆν συγκαταβεβήκαμεν.

(Stobæus Flor. CIX, 9 Σωκράτους.)

71. Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατρούς, τοῖς δ' ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ παραινεῖν.

(Stobæus Flor. CXIII, 16 Σωκράτους.)

72. Αἱ πονηραὶ ἐλπίδες ὥσπερ οἱ κακοὶ ὁδηγοὶ ἐπὶ τὰ ἁμαρτήματα ἄγουσιν.

(Stobæus Flor. CXI, 21 ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου τομαρίων.)

73. Οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον.

(Stobæus Flor. CXI, 26 Σωκράτους.)

74. Ἐν τῷ βίῳ καθάπερ ἐν θεάτρῳ ἄχρι τούτου δεῖ παραμένειν, ἄχρις οὗ τὴν τῶν ἔργων θέαν ἐπιτερπῆ εἶναι συμβαίνει.

(Stobæus Flor. CXXI, 39 Σωκράτους.)

75. Πεττείᾳ τινὶ ἔοικεν ὁ βίος, καὶ δεῖ ὥσπερ ψῆφόν τινα τίθεσθαι τὸ συμβαῖνον· οὐ γάρ ἐστιν ἄνωθεν βαλεῖν οὐδὲ ἀναθέσθαι τὴν ψῆφον.

(Stobæus Flor. CXXIV, 41 Σωκράτους.)

76. Ὁ πλουσίῳ χορηγῶν οὐδὲν διαφέρει τοῦ εἰς θάλασσαν ὕδωρ ἐκχέοντος.

77. Οὐδὲν ἐν τῷ βίῳ τάχιστα γηράσκει ὡς χάρις.

---

61. Sermo boni fictoris instar egregiam animo speciem induit.

62. Ad sui defensionem in bello ferrum auro, in vita autem oratio divitiis prævalet.

63. Neque frumentum optimum judicamus, quod in pulcherrimo agro natum est, sed quod commode nutrit, neque virum bonum aut amicum benevolum, qui genere claro natus sit, sed qui moribus egregiis alios superet.

64. Vinum immutatur cum vasis; divitiæ vero pro possidentium moribus variant.

65. Sudor quidem exercitiis elicitus decentior est, divitiæ autem propriis laboribus partæ.

66. Divitias velut amicum diligentem et promtum ad honestas actiones assumere oportet.

67. Pauperum vita similis est navigationi juxta littus, divitum autem ei quæ profundo in mari fit : illis enim facile est funem ejicere, appellere et navem subducere, divitibus non item.

68. Idem est in secunda fortuna magnos spiritus gerere, et in lubrica via cursu certare.

69. Similis est vita theatro : quocirca sæpe pessimi quique honoratissimum inter homines locum obtinent.

70. Idem est in gymnico certamine victum contumeliæ actionem adversario intendere, et in vita victum a fortuna eam accusare, nescientem, quo jure quibusque legibus in vitæ certamen cum ipsa descenderimus.

71. Ægrotis medicos, infortunatis amicos consilia dare oportet.

72. Malæ spes, sicut mali viæ duces, ad peccata ducunt.

73. Neque mulier sine viro, neque bona spes sine labore quidquam utile pariet.

74. In vita, tanquam in theatro, tamdiu permanendum est, quamdiu rerum et operum jucundum erit spectaculum.

75. Vita ad calculorum lusus similitudinem accedit, ideoque eventum calculi promoti instar esse debet : non enim denuo ponere, neque reducere calculum licet.

76. Qui diviti aliquid largitur, nihil ab eo differt qui aquam in mare profundit.

77. Nihil in vita celerius quam beneficium senescit.

(Antonius et Maximus Eclog. LVI p. 275 Σωκράτους.)

78. Κρεῖσσόν ἐστι τῷ ποδὶ ὀλισθαίνειν ἢ τῇ γλώσσῃ.

(Antonius et Maximus Eclog. XCIII Σωκράτους.)

79. Σωκράτης τοὺς μὲν πλεονέκτας εἴκαζε ταῖς ὄρνισιν, ὧν ἡ μὲν καταπίνει ὅ, τι ἂν προστύχῃ, καὶ ἔστιν ὅτε πνίγεται· αἱ δ' ἄλλαι περιακολουθοῦσιν ἀφελεῖν αὐτὸ σπεύδουσαι, ἵνα παρὰ μέρος πνιγῶσιν.

(Antonius et Maximus Eclog. LIV p. 225.)

80. Τὰ τῶν καλῶν φιλήματα φυλάττεσθαι δεῖ, ὡς τὰ τῶν ἰοβόλων δήγματα.

(Antonius et Maximus Eclog. CIX p. 565.)

81. Οἱ ἀδελφοὺς παριέντες καὶ ἄλλους φίλους ζητοῦντες παραπλήσιοί εἰσι τοῖς τὴν ἑαυτῶν γῆν ἐῶσι, τὴν δὲ ἀλλοτρίαν γεωργοῦσιν.

(Antonius et Maximus Eclog. CXXXV p. 716.)

82. Τὸ φιλεῖν ἀκαίρως ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν.

(Antonius et Maximus Eclog. CXXXVII p. 723.)

83. Τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἀσώτων χρήματα ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκέαις εἴκαζεν (ὁ Σωκράτης), ἀφ' ὧν ἄνθρωπον μὲν μὴ λαμβάνειν, κόρακας δὲ καὶ ἰκτίνους, ὥσπερ παρὰ τούτων ἑταίρας καὶ κόλακας.

(Antonius et Maximus Eclog. CXL p. 757.)

84. Ἡδύ ἐστιν, ὥσπερ φίλῳ σπουδαίῳ, οὕτω καὶ λόγῳ καλῷ συγγηράσκειν.

(Antonius et Maximus Eclog. CXLIX p 855.)

85. Σωκράτης ἰδὼν πλούσιον ἀπαίδευτον ἔφη· Ἰδοῦ καὶ τὸ χρυσοῦν ἀνδράποδον.

(Antonius et Maximus Eclog. CCX.)

86. Ψυχῇ ζῶντας ἡμᾶς τῇ ταύτης ἀρετῇ ῥητέον εὖ ζῆν, ὡς ὀφθαλμοῖς ὁρῶντας τῇ τούτων ἀρετῇ καλῶς ὁρᾶν.

87. Οὔτε χρυσοῦ νομιστέον ἰόν, οὔτε ἀρετῆς αἶσχος ἅπτεσθαι.

88. Καθάπερ εἰς ἄσυλον τέμενος τὴν ἀρετὴν ὁρμητέον, ὅπως πρὸς μηδεμίαν ἀγεννῆ ψυχῆς ὕβριν ὦμεν ἔκδοτοι.

(Jamblichus Adhort. ad Philos. c. II p. 14 ed. Kiessl. cf. Stobæus Flor. I, 58-59.)

89. Ἀρετῇ μὲν θαρσητέον ὡς σώφρονι γαμετῇ, τύχῃ δ' ὡς ἀστάτῳ πιστευτέον ἑταίρᾳ.

90. Κρεῖττον μετὰ πενίας ἀρετὴν ὑποληπτέον ἢ πλοῦτον μετὰ κακίας, ὀλιγοσιτίαν μετὰ ὑγιείας ἢ πολυφαγίαν μετὰ νόσου.

91. Βλαβερὰ μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ σώματι, κτήσεως δὲ τῷ τὴν ψυχὴν διακειμένῳ κακῶς.

(Jamblichus Adhort. ad Philos. c. II p. 14 ed. Kiessling.)

92. Καὶ ἐπισφαλὲς καὶ ὅμοιον μαινομένῳ δοῦναι μάχαιραν, καὶ μοχθηρῷ δύναμιν.

93. Καθάπερ τῷ ἐμπύῳ βέλτιον τὸ καίεσθαι τοῦ διαμένειν, καὶ τῷ μοχθηρῷ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν.

94. Τῶν κατὰ σοφίαν θεωρημάτων ἀπολαυστέον ἐφ' ὅσον οἷόν τε, καθάπερ ἀμβροσίας καὶ νέκταρος· ἀκήρατόν τε γὰρ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἡδὺ καὶ τὸ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον δύναταί τε ποιεῖν, καὶ εἰ μὴ ἀϊδίους, ἀϊδίων γε ἐπιστήμονας.

---

78. Præstat pede quam lingua labi.

79. Socrates avaros avibus comparabat, quarum alia devorat quidquid occurrit, et quandoque suffocatur : aliæ vero comitantur, ut quod habet ei extorqueant, et ipsæ quoque aliæ post alias suffocentur.

80. Formosorum oscula ut animalium venenatorum morsus vitari oportet.

81. Qui fratribus neglectis alios amicos quærunt, iis similes sunt qui relicto suo agro alienum colunt.

82. Amor intempestivus odium æquat.

83. Divitum et profusorum hominum bona ficis arboribus in loco præcipiti et abrupto positis comparabat (Socrates), unde homines nihil accipiant, sed corvi et milvi, quemadmodum ab illis scorta et adulatores.

84. Jucundum est, ut cum amico bono, sic cum bona ratione senescere.

85. Socrates divitem quendam indoctum conspicatus : Ecce, inquit, etiam aureum mancipium.

86. Quum anima vivamus, ejus nos virtute recte vivere dicendum est, sicut oculis cernentes eorum virtute bene videre dicimur.

87. Neque auro existimandum est adhærescere rubiginem, neque virtuti turpitudinem.

88. Sicut in tutum delubrum ad virtutem est contendendum, ne ulli ignobili animi insolentiæ dediti simus.

89. Virtuti confidendum est, ut castæ conjugi, fortunæ credendum, ut mutabili meretrici.

90. Præstantior cum paupertate virtus est habenda quam divitiæ cum improbitate, temperantia in victu cum bona valetudine quam edacitas cum morbo.

91. Damnosa inprimis corpori quidem ciborum, animo vero non recte constituto divitiarum copia est.

92. Æque periculosum est furibundo gladium dare, atque improbo potentiam.

93. Quemadmodum vomica laboranti magis conducit ulcus uri, quam pus relinqui : sic improbo mors quam vita utilior est.

94. Sapientiæ præceptis fruendum est, quantum licet, ut ambrosia et nectare. Nam et sincera est eorum dulcedo, et divinam naturam animum magnum efficere possunt, atque, si non æternos, at rerum æternarum peritos.

95. Εἰ εὐκτὸν ἡ εὐαισθησία, μᾶλλον σπουδαστὸν ἡ φρόνησις, ἔστι γὰρ τοῦ ἐν ἡμῖν πρακτικοῦ νοῦ οἱονεί τις εὐαισθησία· δι' ἣν μὲν γάρ, ἐν οἷς πάσχομεν, οὐ παραισθανόμεθα, δι' ἣν δέ, ἐν οἷς πράττομεν, οὐ παραλογιζόμεθα.

96. Καὶ τὸν θεὸν σεβόμεθα κατὰ τρόπον, εἰ τὸν ἐν ἡμῖν νοῦν παρασκευάσαιμεν πάσης κακίας ὥσπερ τινὸς κηλῖδος καθαρόν.

97. Κοσμητέον ἱερὸν μὲν ἀναθήμασι, τὴν δὲ ψυχὴν μαθήμασιν.

98. Ὡς πρὸ τῶν μεγάλων μυστηρίων τὰ μικρὰ παραδοτέον, καὶ πρὸ φιλοσοφίας παιδείαν.

99. Καθάπερ χώρας μάλιστα ἐπιμελητέον τῷ τῆς ἀρίστης ἐπιτυχόντι, καὶ ψυχῆς, ὅπως τῆς φύσεως ἄξιον ἐνέγκῃ τὸν καρπόν.

(Jamblichus Adhort. ad Philos. cap. II p. 15 ed. Kiessl. Posui ἐνέγκῃ pro membranarum lectione ἐνέγκηται.)

100. Ἀρίστων ὁ Χῖος τοὺς περὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πονουμένους, ἀμελοῦντας δὲ φιλοσοφίας ἔλεγεν ὁμοίους εἶναι τοῖς μνηστῆρσι τῆς Πηνελόπης, οἳ ἀποτυγχάνοντες ἐκείνης περὶ τὰς θεραπαίνας ἐγίνοντο.

101. Ὁ αὐτὸς τοὺς πολλοὺς εἴκαζε τῷ Λαέρτῃ, ὅστις τῶν κατὰ τὸν ἀγρὸν ἐπιμελούμενος πάντων ὀλιγώρως εἶχεν ἑαυτοῦ· καὶ γὰρ τούτους, τῶν κτημάτων πλείστην ἐπιμέλειαν ποιουμένους, περιορᾶν τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν, πλήρη παθῶν ἀγρίων οὖσαν.

(Stobæus Floril. IV, 110-111 ἐκ τῶν Ἀρίστωνος ὁμοιωμάτων.)

102. Οἱ ἄρτι ἐκ φιλοσοφίας πάντας ἐλέγχοντες καὶ ἀπὸ τῶν γονέων ἀρχόμενοι πάσχουσιν ὅπερ καὶ οἱ νεώνητοι κύνες, οἳ οὐ μόνον τοὺς ἄλλους ὑλακτοῦσιν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔνδον.

(Stobæus Floril. LXXIX, 44 ἐκ τῶν Ἀρίστωνος ὁμοιωμάτων.)

103. Οἱ ἐν διαλεκτικῇ βαθύνοντες ἐοίκασι καρκίνους μασσωμένοις, οἳ δι' ὀλίγον τρόφιμον περὶ πολλὰ ὀστᾶ ἀσχολοῦνται.

(Stobæus Floril. LXXXII, 7 ἐκ τῶν Ἀρίστωνος ὁμοιωμάτων.)

104. Ἀρίστων ἔλεγεν ἐοικέναι τὴν διαλεκτικὴν τῷ ἐν ταῖς ὁδοῖς πηλῷ· πρὸς οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἐκεῖνον χρήσιμον ὄντα καταπάττειν τοὺς βαδίζοντας.

(Stobæus Floril. LXXXII, 11. Scripsi καταπάττειν cum Menagio pro vulgato καταβάλλειν.)

105. Καρνεάδης τὴν διαλεκτικὴν ἔλεγε πολύποδι ἐοικέναι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον αὐξηθείσας τὰς πλεκτάνας κατεσθίειν· καὶ τούτους, προϊούσης τῆς δυνάμεως, καὶ τὰ σφέτερα ἀνατρέπειν.

(Stobæus Floril. LXXXII, 13.)

106. Κλειτόμαχος εἴκαζε τὴν διαλεκτικὴν τῇ σελήνῃ· καὶ γὰρ ταύτην οὐ παύεσθαι φθίνουσαν καὶ αὐξομένην.

(Stobæus Floril. LXXXII, 14.)

107. Ἀρίστων τοὺς λόγους τῶν διαλεκτικῶν τοῖς τῶν ἀραχνίων ὑφάσμασιν εἴκαζεν, οὐδὲν μὲν χρησίμους, λίαν δὲ τεχνικούς.

(Stobæus Floril. LXXXII, 15.)

108. Ὁ ἐλλέβορος ὁλοσχερέστερος μὲν ληφθεὶς καθαίρει, εἰς δὲ πάνυ σμικρὰ τριφθεὶς πνίγει· οὕτω καὶ ἡ κατὰ φιλοσοφίαν λεπτολογία.

---

95. Si optabilis est sensuum integritas, magis quærenda prudentia. Est enim quasi integritas quædam mentis ad agendum conversæ. Nam illa efficit, ne in iis quæ nos afficiunt, sensu fallamur, hæc, ne in iis, quæ agimus, falsis rationibus decipiamur.

96. Deum rite colimus, si animum nostrum ab omni improbitate tanquam macula purum reddimus.

97. Ornandum est templum donariis, animus doctrinis.

98. Ut ante magna mysteria parva sunt tradenda, ita ante philosophiam reliquæ artes liberales.

99. Quemadmodum ab eo maxima cura in agrum est impendenda qui optimum nactus est, sic etiam in animum, ut dignos natura fructus ferat.

100. Ariston Chius eos qui disciplinarum orbi vacarent, neglecta philosophia, similes dicebat esse procis Penelopes, qui cum ipsa potiri non possent ancillis miscebantur.

101. Idem vulgus hominum Laerti comparabat, qui cum reliqua ruri diligenter omnia curaret, se ipsum negligebat : sic et illos studiosissimos quidem esse circa possessiones, animum autem feris obrutum affectibus non excolere ajebat.

102. Qui nunc e philosophia omnes reprehendunt, idque facere a parentibus incipiunt, non secus affecti sunt, quam nuper emti canes qui non solum alios, sed domesticos etiam allatrant.

103. Qui dialecticam altius perscrutantur, cancros edentibus similes sunt, qui propter exiguum alimentum circa crustas plurimas occupantur.

104. Ariston dialecticam ajebat luto viarum similem esse. Nam et lutum inutile cum sit, transeuntes opplet.

105. Carneades dialecticam dicebat polypo similem esse. Ut enim polypus cirros suos auctos devorat : ita dialecticos jam peritiores factos suas quoque opiniones refutare.

106. Clitomachus dialecticam lunæ comparabat, ut quæ similiter crescere et decrescere non desineret.

107. Ariston dialecticorum sermones cum aranearum telis conferebat, ut quæ subtiles admodum, sed inutiles essent.

108. Veratrum crassius sumtum purgat, at pollinis instar levigatum suffocat; sic et nimis anxia subtilisque in philosophia disputatio.

(Stobæus Floril. LXXXII, 16 ἐκ τῶν Ἀρίστωνος ὁμοιωμάτων.)

109. Τὴν κακολογίαν ἡ ὀργὴ φαίνεται ἀπογεννῶσα, ὥστε ἡ μήτηρ οὐκ ἀστεῖα.

(Stobæus Flor. XX, 69 Ἀρίστωνος.)

110. Ὀνείρῳ ἔοικεν ὁ τῶν ἀπαιδεύτων βίος, κενὰς ἔχων φαντασίας.

(Anton. et Maximus serm. περὶ παιδείας sub Isidori nomine; idem dictum Plutarcho tribuitur in Excerptis e cod. Flor. Joann. Damasc. apud Meinek. Stob. Flor. tom. IV pag. 225. Vid. Plutarchi op. ed. Hutten. tom. XIV p. 362 sqq.)

111. Δυσάρεστοι ὄντες οἱ ἀπαίδευτοι, καθάπερ ἐξ οἰκιῶν τῶν προαιρέσεων καθ' ἡμέραν μετοικίζονται.

(Anton. et Maximus serm. περὶ παιδείας, ubi nullo nomine ascripto Epicuri effatis hæc sententia subjungitur. Sed ad Plutarchum auctorem refertur in Excerpt. e cod. Flor. Joann. Damasc. l. c.)

112. Οἱ μὲν ξένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἐν τοῖς πράγμασι διαπλανῶνται.

(Anton. et Maximus serm. περὶ παιδείας, ubi nullo nomine apposito Epicuri præceptis hoc apophthegma subjectum est. Exstat autem sub Plutarchi nomine in Excerpt. e cod. Flor. Joann. Damasc l. c.)

113. Οὔτε ὕδωρ θολερόν, οὔτε ἀπαίδευτον ψυχὴν ταράσσειν δεῖ.

(Anton. et Maximus serm. περὶ παιδείας et Excerpt. e cod. Flor. Joann. Damasc. l. c. Πλουτάρχου.)

114. Καὶ ὁδοῦ καὶ ἀληθείας χαλεπὸν ἀποπλανηθῆναι.

(Anton. et Max. serm. περὶ ἀληθείας et Excerpt. e cod. Flor. Joann. Damasc. l. c. p. 242 Πλουτάρχου.)

115. Τὸ μὲν ἴσον ζυγῷ, τὸ δὲ ἀληθὲς τῷ ἐκ φιλοσοφίας λόγῳ κρίνεται.

(Anton. et Maximus serm. περὶ ἀληθείας et Excerpt. e. cod. Flor. Joann. Damasc. l. c. p. 243.)

116. Τῆς ἀγνοουμένης ἀρετῆς, ὥσπερ τοῦ κατορωρυγμένου χρυσίου, ἡ λαμπρότης οὐ βλέπεται.

(Anton. et Max. serm. περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας.)

117. Ἡ μὲν τροφὴ τοῖς γυμναζομένοις, ἡ δὲ ἀρετὴ τοῖς πεπαιδευμένοις ἡδεῖα φαίνεται.

(Anton. et Max. serm. περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας.)

118. Ἐκ μὲν τοῦ ποδὸς τὴν ἄκανθαν, ἐκ δὲ τῆς ἀλόγου ψυχῆς τὴν ἄγνοιαν ὑπεξελέσθαι δεῖ.

(Anton. et Max. serm. περὶ λογικοῦ καὶ λογισμοῦ et Arsenius Violet. serm. περὶ λογικοῦ; item Plutarch. l. c. p. 363.)

119. Ὁδηγὸν τυφλὸν λαβεῖν καὶ σύμβουλον ἀνόητον ἴσον ἐστίν.

(Anton. et Max. serm. περὶ ἀφροσύνης, Plut. l. c. p. 363.)

120. Ποτὸν μὲν ἔσβεσε τὴν ποτοῦ ὄρεξιν, καὶ τροφὴ τὴν τροφῆς ἐπιθυμίαν ἠκέσατο· φιλαργυρίαν δὲ οὐ σβέννυσιν ἀργύριον ἢ χρυσίον.

(Anton. et Max. serm. περὶ φιλαργυρίας, Plut. l. c. p. 363.)

121. Ὥσπερ οἱ κόρακες παρεδρεύοντες ἐξορύσσουσι τοὺς τῶν νεκρῶν ὀφθαλμούς, οὕτως οἱ κόλακες τοῖς ἐπαίνοις τοὺς λογισμοὺς διαφθείρουσι τῶν ἀνθρώπων.

(Anton. et Max. serm. περὶ κολακείας, Plut. l. c. p. 364.)

122. Λαγῷ μὲν κύνα, φίλῳ δὲ κόλακα φύσει πολέμιον ἡγητέον.

(Anton. et Max. serm. περὶ κολακείας, Plut. l. c. p. 364.)

123. Χαίρειν χρὴ τοῖς ἐλέγχουσιν, οὐ τοῖς κολακεύουσιν· οἱ μὲν γὰρ ἡμᾶς λυποῦντες διεγείρουσιν, οἱ δὲ χαριζόμενοι ἐκλύουσι καὶ σχελίζουσι.

---

109. Apparet iram parere maledicentiam : itaque inhumanitatis mater est.

110. Somnio similis est imperitorum vita, vanas imaginationes habens.

111. Indocti morosi cum sint, tanquam ex ædibus, sic de suis institutis quotidie migrant.

112. Ut peregrini in viis, ita indocti in rebus ipsis errant.

113. Neque aquam turbidam, neque indoctum animum commoveri oportet.

114. A via et veritate aberrare molestum est.

115. Æqualitas trutina, veritas autem philosophica ratione examinatur.

116. Ignotæ virtutis velut defossi auri splendor non apparet.

117. Quemadmodum iis qui corpora exercent cibus, sic bene institutis virtus suavis videtur.

118. Pedi spinam, animæ rationis experti ignorantiam eximi oportet.

119. Viæ ducem cæcum adhibere et stultum consultorem, idem est.

120. Potu restinguitur appetitus bibendi, et cibus edendi desiderio medetur : avaritiam vero non aurum nec argentum exstinguit.

121. Ut corvi assidentes cadaverum oculos effodiunt, ita adulatores suis laudibus rationem et mentem humanam corrumpunt.

122. Lepori canem, amico adulatorem natura infestum esse cogitandum est.

123. Reprehensoribus, non assentatoribus lætandum : illi enim velut stimulo animos excitant, hi vero gratificantes dissolvunt et subvertunt.

(Anton. et Max. serm. περὶ κολακείας, Plut. l. c. p. 364.)

124. Γλῶσσα βλάσφημος διανοίας κακῆς ἔλεγχος.

(Anton. et Max. Serm. περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς, Plut. p. 364.)

125. Ὁ τῶν ἀσώτων βίος ὥσπερ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων ἐκφέρεται.

(Anton. et Max. Serm. περὶ ἀσωτίας, Plut. l. c. p. 364.)

126. Ἡ χάρις ὥσπερ ἡ σελήνη, ὅταν τελεία γένηται, τότε καλὴ φαίνεται.

(Anton. et Max. Serm. περὶ εὐεργεσίας, Plutarch. l. c. pag. 365. Sed in membranis hæc sententia partim Philoni partim Plutarcho attribuitur.)

127. Ἀχάριστον εὐεργετεῖν καὶ νεκρὸν μυρίζειν ἐν ἴσῳ κεῖται.

(Anton. et Max. Serm. περὶ εὐεργεσίας, Plutarchus l. c. pag. 365; Apostol. Proverb. V, 30 Πλουτάρχου.)

128. Φθείρεται ὁ μὲν κόσμος πυρὶ καὶ ὕδατι, ὁ δὲ τῶν ἀκολάστων πλοῦτος ἔρωτι καὶ μέθῃ.

(Anton. et Max. Serm. περὶ μέθης, Plut. l. c. p. 365; Arsen. Violet. Serm. περὶ μέθης.)

129. Ὕβρις καὶ οἶνος ἀποκαλύπτειν εἰώθασι φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.

(Anton. et Max. Serm. περὶ μέθης, nullo nomine addito; Plutarch. l. c. p. 365.)

130. Ὅπερ ἂν σιωπᾶσθαι βούλῃ, μηδενὶ εἴπῃς, ἢ πῶς παρά τινος ἀπαιτήσεις τὸ πιστὸν τῆς σιωπῆς, ὃ μὴ παρέσχες σεαυτῷ;

(Anton. et Max. Serm. περὶ σιωπῆς, Plut. l. c. p. 365.)

131. Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτω τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι.

(Anton. et Max. Serm. περὶ φθόνου Clitarchi vel Plutarchi; Plutarch. l. c. p. 366.)

132. Τὰ μὲν φυτὰ ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἡ δὲ δόξα ἀπὸ τῆς πρώτης ὑπολήψεως αὔξεται.

(Anton. et Max. Serm. περὶ δόξης, Plutarch. l. c. p. 366. Posui cum Wyttenbachio ὑπολήψεως αὔξεται pro membranarum lectione λήψεως αὔξει.)

133. Ἵππου μὲν ἀρετὴν ἐν πολέμῳ, φίλου δὲ πίστιν ἐν ἀτυχίᾳ κρίνομεν.

(Anton. et Max. Serm. περὶ φίλων καὶ φιλίας, Plutarch. l. c. pag. 366.)

134. Σκεύη τὰ μὲν καινὰ κρείττονα, φιλία δὲ ἡ παλαιοτέρα.

(Anton. et Max. Serm. περὶ φίλων καὶ φιλίας nullo nomine ascripto; Plutarch. l. c. p. 366.)

135. Φεύγειν δεῖ τὴν φιλίαν, ὧν τινων ἀμφίβολος ἡ διάθεσις.

(Anton. et Max. Serm. περὶ φίλων καὶ φιλίας, Plutarch. l. c. pag. 366.)

136. Αἱ ἐπιφανεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ σφοδροὶ τῶν ἀνέμων, μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια.

(Anton. et Max. Serm. περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας nullo auctore citato; Plutarch. l. c. p. 367.)

137. Ἀῤῥωστοῦντι φορτίον ἐπιθεῖναι, ἢ ἀπαιδεύτῳ ψυχῇ εὐτυχίαν ταυτόν ἐστιν.

(Anton. et Max. Serm. περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας omisso auctoris nomine; Plutarch. l. c. p. 368.)

138. Ἡ τύχη καθάπερ τοξότης, ποτὲ μὲν ἐπιτυγχάνει βάλλουσα ἐφ' ἡμᾶς, ὥσπερ ἐπί τινα σκοπόν, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰ σύνεγγυς παρακείμενα ἡμῖν.

(Anton. et Max. Serm. περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας nullo auctore citato; Plutarch. l. c. p. 368.)

139. Στάσιμοί εἰσιν αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες, ὡς ἐν λιμένι τῷ λογισμῷ ὁρμοῦσαι.

(Maximus Serm. περὶ ἐλπίδος sine auctoris nomine; Arsenius Violet. Serm. περὶ ἀρετῆς, Plutarch. l. c. p. 368.)

---

124. Lingua maledica malæ mentis index est.

125. Luxuriosorum vita quasi quotidie moriens effertur.

126. Beneficentia, sicut luna, tum pulchra apparet, quum plena est.

127. Ingrato benefacere et ungere mortuum, idem est.

128. Mundus quidem igne et aqua corrumpitur: luxuriosorum autem opes amore et ebrietate.

129. Injuria et vinum detegere solent amicis mores amicorum.

130. Ne cui dicas quod taceri vis: quomodo enim ab alio postulabis silentii fidem, quam tute tibi non præstitisti?

131. Ut ferrugine ferrum, sic invidos suis ipsorum moribus consumi videmus.

132. Plantæ capiunt a radice incrementum, gloria vero a fama primum collecta augetur.

133. Equi bonitatem in bello, amici vero fidem in calamitate judicamus.

134. Vasa quidem meliora sunt nova, sed vetustior amicitia præstat.

135. Eorum fugienda amicitia est quorum animus ambiguus et inconstans est.

136. Splendidæ fortunæ, sicut venti vehementes, magna afferunt naufragia.

137. Infirmo onus imponere et animo indocto prosperitatem prorsus idem est.

138. Fortuna sagittarii more collineat, interdum in nos jaculans, tanquam in scopum quendam, interdum in ea quæ nobis adhærent.

139. Stabiles eruditorum sunt spes, ut quæ in ratione tanquam in portu acquiescant.

140. Αἱ μὲν τῆς ἀρετῆς ἐλπίδες ἴδιαί εἰσι τῆς ψυχῆς, αἱ δὲ τῆς κακίας νόθοι.

(Maximus Serm. περὶ ἐλπίδος nullo nomine apposito; Plutarchus l. c. p. 368.)

141. Ὁ μὲν χειμὼν σκέπης, τὸ δὲ γῆρας ἀλυπίας δεῖται.

(Antonius Serm. περὶ γερόντων ἀρετῇ καὶ συνέσει κεκοσμημένων, Plutarch. l. c. p. 369.)

142. Γέρων ἀνόητος, ὥσπερ τρίβων παλαιός, εἰς οὐδέν ἐστιν εὔθετος.

(Antonius Serm. περὶ γερόντων ἐν ἀνοίᾳ βιούντων, Plutarchus l. c. p. 369.)

143. Ὡς γὰρ ὁ καικίας τὰ νέφη, καὶ ὁ φαῦλος βίος ὑφ' ἑαυτὸν ἕλκει τὰς λοιδορίας.

(Antonius et Maximus Serm. περὶ θυμοῦ καὶ ὀργῆς.)

144. Ὁ ὑπὲρ μικρῶν ἁμαρτημάτων ἀνυπερβλήτως ὀργιζόμενος οὐκ ἐᾷ διαγνῶναι τὸν ἁμαρτάνοντα, πότε ἔλαττον καὶ πότε μεῖζον ἠδίκησεν.

(Antonius et Maximus Serm. περὶ θυμοῦ καὶ ὀργῆς sub Apollonii nomine, cui tribuit eandem sententiam etiam Stobæus Flor. XX, 51. At in Arsenii Violario ascribitur Plutarcho. Cf. Plutarch. l. c. pag. 369.)

ΑΛΛΑ ΤΩΝ

ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΟΜΟΙΩΜΑΤΑ

ΠΑΝΤΑΧΟΘΕΝ ΣΥΝΕΙΛΕΓΜΕΝΑ.

145. Αἱρετώτερόν σοι ἔστω λίθον εἰκῇ βάλλειν ἢ λόγον ἀργόν.

(Antonius Melissa c. 48.)

146. Αἰσχρὸν τοῖς τῶν μελιττῶν δωρήμασι γλυκάζοντα τὴν κατάποσιν τὸ τοῦ θεοῦ δῶρον πικράζειν τὸν λόγον τῇ κακίᾳ.

(Maximus Philos. Collect. Sent. cap. 59.)

147. Βίος ἔοικε πανηγύρει· ὡς οὖν εἰς ταύτην οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπορίαν, οἱ δέ γε βέλτιστοι ἔρχονται θεαταί· οὕτως ἐν τῷ βίῳ οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις φύονται δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί, οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς ἀληθείας.

(Diog. Laert. VIII, 8.)

148. Βότρυας τρεῖς ἡ ἄμπελος φύει, τὸν μὲν πρῶτον ἡδονῆς, τὸν δεύτερον μέθης, τὸν δὲ τρίτον ὕβρεως.

(Antonius Melissa c. 48, Πυθαγόρου; Maximus cap. 30 Ἐπικτήτου.)

149. Ἰσχὺς καὶ τεῖχος καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις.

(Stobæus Flor. III, 24 Πυθαγόρου.)

150. Κενὸς ἐκείνου φιλοσόφου λόγος ὑφ' οὗ μηδὲν ἀνθρώπου πάθος θεραπεύεται. Ὥσπερ γὰρ ἰατρικῆς οὐκ ὄφελος μὴ τὰς νόσους ἐκβαλλούσης ἀπὸ τῶν σωμάτων· οὕτως οὐδὲ φιλοσοφίας, εἰ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς κακὸν ἐκβάλλοι.

(Stobæus Flor. LXXXII, 6 Πυθαγόρου; cf. Porphyr. ad Marcell. c. 31.)

151. Ξίφους πληγὴ κουφοτέρα γλώσσης· τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ἡ δὲ τὴν ψυχὴν τιτρώσκει.

(Maxim. cap. 41.)

152. Ὅμοιον ἀψινθίου τὸ δριμὺ καὶ λόγου παῤῥησίαν ἐκκόψαι.

(Stobæus Flor. XIII, 22 ἐκ τῶν Ἀρίστωνος ὁμοιωμάτων.)

153. Ὥσπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόμενον, οὐδὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζεται, οὕτως οὐδὲ ἡ ψυχὴ κακῶς φρουρουμένη καὶ συναγορευομένη θεραπεύεται.

(Stobæus Flor. XIII, 35.)

---

140. Virtutis spes propriæ sunt animi, vitii autem degeneres.

141. Hiems tegumentum, senectus doloris vacuitatem requirit.

142. Senex stultus, ut lacerna vetusta, ad nullam rem prodest.

143. Quomodo cæcias nubes, sic improborum vita in se convicia attrahit.

144. Qui leviter peccanti vehementissime succenset non sinit discernere peccati auctorem, quando minorem et quando majorem culpam commiserit.

ALIÆ PYTHAGOREORUM SIMILITUDINES UNDIQUE COLLECTÆ.

145. Magis tibi expetendus sit temerarius lapidum quam vocum inanium jactus.

146. Turpe est apum donis potum dulciorem reddere atque interim Dei donum, rationem dico, malitia exacerbare.

147. Vita humana celebri mercatui similis est. Quemadmodum enim ad hunc alii quidem certaturi, alii negotiaturi, alii vero iique optimi, spectores futuri veniunt: sic etiam in hac vita nonnulli quidem, ut homines serviles, nascuntur, gloriæ et lucri aucupes, alii vero, ut philosophi, veritatis studiosi.

148. Vitis tres producit uvas, primam voluptatis, alteram ebrietatis, tertiam contumeliæ.

149. Roboris et muri et armorum instar sapienti prudentia est.

150. Vana est illius philosophi oratio, qua nulla animi humani cupiditas sedatur. Ut enim nullus est medicinæ usus, nisi curato corpore morbum depellat, ita neque philosophiæ, nisi animi vitia tollat.

151. Plaga gladii levior est, quam linguæ; ille enim corpus, hæc animum vulnerat.

152. Idem est absinthii amaritudinem et dicendi libertatem tollere.

153. Ut corporis morbus, si eum abscondas aut laudes, nunquam sanatur, ita nec perturbati animi motus quibus male patrocinaris et faves unquam cohibentur.

154. Ζῆν κρεῖττόν ἐστιν ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον καὶ θαῤῥεῖν ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην.

(Stobæus Flor. V, 28; Maximus c. 21; Porphyr. Epist. ad Marcell. c. 29.)

155. Πυθαγόρας παρηγγύα « μὴ πυκνὰ τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου »· μὴ δεῖν συνεχῶς ἀφροδισιάζειν αἰνιττόμενος.

(Stobæus Flor. XVII, 13.)

ΔΗΜΟΦΙΛΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑΙ.

1. Ἃ κτησάμενος οὐ καθέξεις, μὴ αἰτοῦ παρὰ θεοῦ· δῶρον γὰρ θεοῦ ἀναφαίρετον· ὥστε οὐ δώσει, ἃ μὴ καθέξεις.

2. Ἄγρυπνος ἔσο κατὰ νοῦν· συγγενὴς γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου ὁ περὶ τοῦτον ὕπνος.

3. Βλάπτει θεὸς οὐ χολωθείς, ἀλλ' ἀγνοηθείς, ὀργὴ γὰρ θεοῦ ἀλλότριον· ἐπ' ἀβουλήτοις γὰρ ἡ ὀργή· θεῷ δὲ οὐδὲν ἀβούλητον.

4. Βουλευόμενος περὶ ἄλλου κακῶς φθάνεις σαυτὸν πάσχων ὑπὸ σαυτοῦ κακῶς. Καὶ αὐτὸς δὲ μὴ βούλου παρὰ κακοῦ πάσχειν καλῶς· οἷον γὰρ τὸ ἦθος ἑκάστου, τοιόσδε ὁ βίος καὶ αἱ πράξεις. Ψυχὴ γάρ ἐστι ταμιεῖον, ἀγαθὴ μὲν ἀγαθοῦ, κακὴ δὲ κακοῦ.

(Scripsi cum Holstenio φθάνεις σαυτὸν, cod. φθονεῖς σαυτῷ.)

5. Βουλευσάμενος πολλὰ ἧκε ἐπὶ τὸ λέγειν ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἕξεις ἐξουσίαν ἀνακαλέσασθαι τὰ πραχθέντα ἢ λεχθέντα.

6. Γλῶσσα σοφοῦ οὐ προηγουμένως τίμιον παρὰ θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα· σοφὸς γὰρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ.

(Cf. Sext. Sent. 401 et 402; item Meliss. Serm. 93.)

7. Γλώσσαλγος ἄνθρωπος καὶ ἀμαθὴς, εὐχόμενος καὶ θύων τὸ θεῖον μιαίνει· μόνος οὖν ἱερεὺς ὁ σοφός, μόνος θεοφιλής, μόνος εἰδὼς εὔχεσθαι.

(Cf. Porphyr. Epist. ad Marcell.)

8. Γυμνὸς ἀποσταλεὶς σοφός, γυμνητεύων καλέσει τὸν πέμψαντα· μόνου γὰρ τοῦ μὴ τοῖς ἀλλοτρίοις πεφορτισμένου ἐπήκοος ὁ θεός.

(Cf. Porphyr. Epist. ad Marc. cap. 33.)

9. Δῶρον ἄλλο μεῖζον ἀρετῆς οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ λαβεῖν.

10. Δῶρα καὶ θυσίαι θεὸν οὐ τιμῶσιν, ἀναθήματα θεὸν οὐ κοσμεῖ, ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς συνάπτει θεῷ· χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον.

(Cf. Porphyr. Epist. ad Marcell. cap. 19; item Hierocl. comm. ad aur. carm. vs. 1.)

11. Δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον, ἢ τυράννοις.

(Idem dictum sub Pythagoræ nomine habet Stobæus Flor. VI, 47; cf. Porphyr. Epist. ad Marcell. cap. 34 et Maxim. cap. 3.)

12. Διαλέγεσθαι ἄμεινον ἑαυτῷ πλέον, ἤπερ τοῖς πέλας.

13. Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι, ὅπου ἂν ᾖ ἡ ψυχή σου καὶ τὸ σῶμα ἔργον ἀποτελῇ, θεὸς ἐφέστηκεν ἔφο-

---

154. Satius est in stramentis humi cubantem vivere et bono animo esse, quam in aureo lecto æstuare.

155. Pythagoras monebat: « *ne sæpe homo ab homine,* » frequenti venereorum usu abstinendum esse significans.

DEMOPHILI SENTENTIÆ PYTHAGORICÆ.

1. Quæ parta tueri non possis, ea a deo ne expetas: nullum enim donum eripi potest; idcirco haudquaquam dabit quod nequeas conservare.

2. Mente pervigili esto; nam animi veternus veræ morti cognatus est.

3. Calamitates hominibus infert deus non iratus, sed ignoratus: ira enim aliena est a deo; quippe quæ in rebus adversis locum habeat: deo autem nihil mali accidit.

4. Quum de alio male consulis, te ipsum malo accepto prævertis. Neque vero boni quidquam a malo exspectes: nam quales cujusque mores, talis et vita et actiones. Est enim animus quasi promtuarium, bonus quidem bonorum, malus autem malorum.

5. Diu multumque meditatus ad dicendum vel agendum accede: neque enim habebis potestatem facta aut dicta revocandi.

6. Non lingua sapientis præcipue deo cara est, sed ejus opera: nam sapiens, etiam cum tacet, deum honorat.

7. Homo garrulus et imperitus et orando et sacrificando numen contaminat: solus igitur sapiens sacerdos, solus pius, solus orandi gnarus.

8. Sapiens nudus in orbem missus, nudus eum, qui misit, invocet: deus enim solum exaudit illum qui alienis non est onustus.

9. Nullum donum majus virtute a deo accipi potest.

10. Munera et victimæ nihil honoris deo tribuunt, neque donaria deum ornant, sed mens sacro furore percita satis nos deo conjungit: nam simile simili accedere necesse est.

11. Durius est servire affectibus, quam tyrannis.

12. Præstat sæpius cum se ipso, quam cum aliis colloqui.

13. Si semper memineris, ubicunque animus tuus sit aut corpus aliquid perpetret, deum inspectorem adesse,

ρος, ἐν πάσαις σου ταῖς εὐχαῖς καὶ πράξεσιν, αἰδεσθήσῃ μὲν τοῦ θεωροῦ τὸ ἄληστον, ἕξεις δὲ τὸν θεὸν σύνοικον.

(Scripsi ἀποτελῇ, cod. ἀποτελεῖ. Cf. Porphyr. Epist. ad Marc. c. 20.)

14. Ἐφ' ὅσον σαυτὸν ἀγνοεῖς, νόμιζε μαίνεσθαι.

15. Ζητεῖν δεῖ καὶ ἄνδρα καὶ τέκνα τὰ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου τούτου παραμενοῦντα.

(Posui παραμενοῦντα, cod. παραμένοντα. Iisdem fere verbis Pythagoras apud Stob. Flor. I, 21, nisi quod φίλους addit.)

16. Ζῇ ὡς ἀληθῶς θεῷ ὁμοίως ὁ αὐτάρκης καὶ ἀκτήμων φιλόσοφος, καὶ πλοῦτον ἡγεῖται μέγιστον, μηδὲν ἀλλότριον κεκτῆσθαι καὶ μὴ ἀναγκαῖον. Ἐπιτείνει γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ποτὲ ἡ τῶν χρημάτων ἐπίκτησις· αὔταρκες δὲ πρὸς εὐζωίαν τὸ μηδὲν ἀδικεῖν.

17. Ἡ τῶν ὄντως ὄντων κτῆσις διὰ ῥᾳστώνης οὐ περιγίνεται.

18. Ἡγοῦ μάλιστα ἀγαθὸν εἶναι, ὃ καὶ ἑτέρῳ μεταδιδόμενον σοὶ μᾶλλον αὔξεται.

19. Ἡγοῦ μάλιστα φίλους τοὺς ὠφελοῦντας τὴν ψυχὴν ἢ τὸ σῶμα.

20. Ἡγοῦ παντὸς ἀνοήτου καὶ τὸν ἔπαινον καὶ τὸν ψόγον καταγέλαστον, καὶ ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι κατὰ τὸν βίον.

(Rescripsi εἶναι κατὰ τὸν βίον, cod. εἶναι τὸν βίον.)

21. Θέλε μᾶλλον τοὺς συνόντας αἰδεῖσθαί σε ἢ φοβεῖσθαι· αἰδοῖ γὰρ πρόσεστι σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος.

(Eadem sententia sub Pythagoræ nomine exstat apud Stobæum Flor. XLIX, 20.)

22. Θυηπολία ἀφρόνων πυρὸς τροφή· τὰ δὲ ἀναθήματα ἱεροσύλων χορηγία.

(Cf. Hierocles Comment. ad carm. aur. vs. 1; Porphyr. Epist. ad Marcell. cap. 19; Stobæus Flor. IV, 109 Πυθαγόρου.)

23. Ἴσθι, ὡς οὐδεμία προσποίησις πολλῷ χρόνῳ λανθάνει.

24. Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τὸ συνειδὸς ὁ ἀδικῶν, βασανιζόμενος τῇ ψυχῇ, ἤπερ τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος.

(Cf. Stobæus Flor. XXIV, 8; Maximus cap. 5.)

25. Λόγον περὶ θεοῦ τοῖς ὑπὸ δόξης διεφθαρμένοις λέγειν οὐκ ἀσφαλές· καὶ γὰρ τἀληθῆ λέγειν ἐπὶ τούτων, καὶ τὰ ψεύδη κίνδυνον φέρει.

26. Λόγῳ ἡγεμόνι ἐν παντὶ χρώμενος οὐχ ἁμαρτήσεις.

27. Λυποῦντα τὸν πλησίον οὐ ῥᾴδιον αὐτὸν ἄλυπον εἶναι.

28. Μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἣν δυνήσῃ φέρειν ἀγνοούντων ἀπαιδευσίαν.

(Cf. Stobæus Flor. XIX, 8, ubi hæc sententia iisdem prope verbis Pythagoræ tribuitur.)

29. Νόμου θείου τὸ φαῦλον ἀνήκοον, διὸ καὶ παρανομεῖ.

(Cf. Stob. Flor. II, 23, qui Pythagoræ hoc dictum ascribit.)

30. Ξένος ἀνὴρ δίκαιος οὐ μόνον πολίτου, ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς τι διαφέρει.

(Sic Pythagoras ap. Stob. Flor. IX, 37, unde hic reposui ἀλλὰ καὶ pro membranarum lectione ἀλλ' οὐδέ.)

---

in cunctis quidem precationibus actionibusque tuis vereberis inspectoris naturam non obliviscendam, deum vero contubernalem habebis.

14. In quantum te ipsum ignoras, furere et insanire te existima.

15. Talis maritus atque ejusmodi liberi comparandi sunt, qui etiam post mortem nostram superstites maneant.

16. Degit revera vitam deo similem frugalis inopsque philosophus, et opes maximas ducit nihil externum et non necessarium possidere. Nam divitiarum congerendarum studium quandoque earum cupiditatem intendit; sed ad bene beateque vivendum sufficit, nihil injuste agere.

17. Vera bona nequaquam otio et ignavia parantur.

18. Illud potissimum bonum esse existima, quod cum alio communicatum tibi magis augetur.

19. Eos præcipue amicos judica qui animum potius quam corpus juvant.

20. Cujusvis stulti et laudem et vituperationem ridiculam ducito, hominumque imperitorum, quamdiu vivunt, res omnes opprobrium existima.

21. Da operam, ut tui te familiares vereantur potius quam metuant: nam verecundia venerationem, metus odium conjunctum habet.

22. Stultorum sacrificium ignis alimentum est; donaria autem sacrilegorum præda.

23. Scito, nullam simulationem diu latere.

24. Homo iniquus majora perpetitur mala, dum animus scelerum conscientia excruciatur, quam si corpus cædatur verberibus.

25. Apud homines pravis opinionibus imbutos sermonem de deo instituere haudquaquam tutum est: nam sive vera sive falsa coram his dicenti idem periculum imminet.

26. Rationem ubique ducem sequendo nequaquam peccabis.

27. Aliis molestus haud facile ipse molestiis carebit.

28. Magnam doctrinam existima, qua imperitorum ignorantiam ferre possis.

29. Improbitas legi divinæ non obtemperat, ideoque etiam delinquit.

30. Peregrinus vir justus non tantum civi, sed etiam cognato quodammodo præstat.

31. Ὅσα πάθη ψυχῆς, τοσοῦτοι καὶ ὠμοὶ δεσπόται.

(Posui καὶ ὠμοὶ pro codicum scriptura οἱ ὠμοὶ adjutus Porphyrii auctoritate Epist. ad Marc. cap. 34 idem dictum usurpantis.)

32. Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν.

(Ita Pythagoras apud Stob. Flor. VI, 51.)

33. Παντὸς καλοῦ κτήματος πόνος προηγεῖται ὁ κατ' ἐγκράτειαν.

(Eadem est Pythagoræ sententia ap. Stob. Flor. XVII, 8; conf. Porphyr. Epist. ad Marcell. cap. 7.)

34. Πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις.

(Idem effatum sub Pythagoræ nomine affert Stobæus Flor. I, 23.)

35. Ποίει ἃ κρίνεις εἶναι καλά, κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξήσειν· φαῦλος γὰρ κριτὴς καλοῦ πράγματος ὄχλος.

(Sic Pythagoras ap. Stob. Flor. XLVI, 42, ubi quædam adjiciuntur.)

36. Πεῖραν ἀνθρώπου ἐκ τῶν ἔργων μᾶλλον λάμβανε ἢ ἐκ τῶν λόγων· πολλοὶ γὰρ βίῳ μέν εἰσι κακοί, λέγειν δὲ πιθανώτατοι.

37. Πρᾶττε τὰ μεγάλα μὴ ὑπισχνούμενος μεγάλα.

38. Ῥιζωθέντες ἐκ θεοῦ καὶ φυέντες τῆς αὐτῶν ῥίζης ἐχώμεθα· καὶ γὰρ ὕδατος προχοαί, καὶ τὰ ἄλλα φυτὰ τῆς γῆς ῥίζης ἀποκοπέντα αὐαίνεται καὶ σήπεται.

39. Ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη· αὕτη γὰρ ψυχῆς ἀπαθοῦς φῶς ἐστι· τεθνάναι δὲ πολλῷ κρεῖττον, ἢ δι' ἀκρασίας σώματος τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι.

(Posterior sententiæ pars, τεθνάναι κτλ. exstat etiam sub Pythagoræ nomine apud Stobæum Flor. XVII, 27; cf. Porphyr. Epist. ad Marcell. cap. 35.)

40. Ῥαδίως μὴ μακαρίσῃς ἄνθρωπον σαλεύοντα ἐπὶ φίλοις ἢ τέκνοις, ἤ τινι τῶν ἐφήμερον τὴν σωτηρίαν ἐχόντων· ἐπισφαλῆ γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα, τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ ὀχεῖσθαι καὶ τοῦ θεοῦ μόνον βέβαιον.

(Cf. Antonius Melissa cap. 148 περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας.)

41. Σοφὸς ἄνθρωπος καὶ θεοφιλής, ὃς ὅσα οἱ ἄλλοι μοχθοῦσι τοῦ σώματος ἕνεκα, τοσαῦτα σπουδάζει αὐτὸς ὑπὲρ ψυχῆς πονεῖν.

42. Συγγενεῖ καὶ ἄρχοντι πλὴν ἐλευθερίας πάντα εἶκε.

(Ita Pythagoras ap. Stob. Flor. XIII, 21.)

43. Τέκνα μάνθανε τίκτειν ἀΐδια, οὐ τὰ γηροβοσκήσοντα τὸ σῶμα, τὰ δὲ τὴν ψυχὴν θρέψοντα ἀϊδίῳ τροφῇ.

44. Φιλήδονον καὶ φιλοσώματον καὶ φιλοχρήματον καὶ φιλόθεον τὸν αὐτὸν ἀδύνατον εἶναι. Ὁ γὰρ φιλήδονος καὶ φιλοσώματος· ὁ δὲ φιλοσώματος πάντως καὶ φιλοχρήματος· ὁ δὲ φιλοχρήματος ἐξ ἀνάγκης ἄδικος· ὁ δὲ ἄδικος εἰς μὲν θεὸν ἀνόσιος, εἰς δὲ ἀνθρώπους παράνομος· ὥστε, κἂν ἑκατόμβας θύῃ, πολὺ μᾶλλον ἀνοσιώτερός ἐστι, καὶ ἀσεβὴς καὶ ἄθεος, καὶ τῇ προαιρέσει ἱερόσυλος· διὸ καὶ πάντα φιλήδονον ὡς ἄθεον καὶ μιαρὸν ἐκτρέπεσθαι χρή.

(Cf. Porphyr. Epist. ad Marcell. cap. 14.)

45. Ψυχῆς ἁγνῆς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει θεός.

(Cf. Hierocl. comment. ad carm. aur. vs. 1.)

Τέλος τῶν τοῦ Δημοφίλου γνωμῶν.

---

31. Quot animi affectus, tot sævi domini sunt.

32. Nemo liber qui sibi ipsi non imperat.

33. Cujusvis boni adeptionem conjunctus cum continentia labor præcedit.

34. Persuasum habeas, tuas opes non esse, quas non reconditas animo serves.

35. Fac quæ honesta judicas, etiamsi nullam tibi allatura sint gloriam : vulgus enim malus recte factorum arbiter.

36. Ex operibus potius, quam e sermonibus hominis periculum fac : multi enim male vivunt et optime loquuntur.

37. Fac magna, nihil magni promittens.

38. Radicati natique ex deo radici nostræ inhæreamus : nam et aquæ profluentes cæteraque terræ germina succisa radice siccantur et putrescunt.

39. Animi robur temperantia est. Hæc enim animi perturbationibus vacui lumen est. At multo satius est mori, quam corporis incontinentia animum hebetare.

40. Haud facile beatum dixeris hominem, qui amicis vel liberis vel ulla re fluxa et caduca nititur : cuncta enim hæc incerta sunt. At se ipso deoque niti, id solum firmum et stabile est.

41. Is sapiens et deo gratus homo est, qui quantum laboris alii corporis causa sustinent, tantum ipse animo impendere studeat.

42. Cognato et principi omnia, una libertate excepta, concede.

43. Liberos æternos gignere discas, non qui corpus in senectute alant, sed qui animum cibo perpetuo nutriant.

44. Fieri nequit, ut idem et voluptatem et corpus et pecuniam et deum amet. Nam homo voluptarius simul corpori studet : at corporis amator omnino etiam pecuniæ cupidus est : atqui avarus necessario injustus est : injustus autem in deum impius et in homines iniquus est, adeo ut, etiamsi hecatombas immolet, multo magis impius sit et irreligiosus et dei contemtor et mente sacrilegus. Quapropter omnem hominem voluptarium ut impium et impurum aversari oportet.

45. Non habet deus in terris locum puro castoque animo sibi aptiorem.

Finis sententiarum Demophili.

ΑΛΛΑΙ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ

ΓΝΩΜΑΙ.

1. Ἀμέτρητος οὖσα καὶ ἀκόρεστος ἡ ἀργία τὴν μωρίαν ἀπεργάζεται ἢ κακὴν πονηρίαν.
(Anton. Meliss. cap. 53.)

2. Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδὲ ὑπονοοῦ ποιεῖν.
(Stobæus Flor. I, 20 Πυθαγόρου.)

3. Ἀσεβὴς ὃς οὐκ ἐπῃσχύνθη πρόσωπον ἐντίμου, οὐδὲ οἶδε τιμὴν θέσθαι τούτῳ.
(Anton. Meliss. cap. 53 Πυθαγόρου. Scripsi οἶδε pro codicis lectione εἶδε. Cf. Hierocl. comment. ad carm. aur. vs. 1.)

4. Βέλτιστοι ἑαυτῶν γίνονται ἄνθρωποι, ὅταν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσιν.
(Plutarchus de defect. orac. p. 183; cf. idem de superstit. p. 102; Cicero de legg. I, cap. 11; Seneca epist. 94.)

5. Γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει.
(Jamblichus lib. II cap. 21.)

6. Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι πάθεσι δουλεύοντα.
(Maximus cap. 3.)

7. Ἑλοῦ βίον ἄριστον· ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει.
(Plutarchus de exsilio p. 325; Stobæus Flor. I, 29 Πυθαγόρου.)

8. Ἡ ἐπιστήμη τῆς τελειότητος τῶν ἀρετῶν τῆς ψυχῆς εὐδαιμονία.
(Heraclides Ponticus ap. Clem. Alex. Strom. lib. II pag. 179 ed. Sylb.)

9. Ἡ μέθη μανίας μελέτη.
(Maximus cap. 30.)

10. Ἰσχύειν τῇ ψυχῇ αἱροῦ μᾶλλον ἢ τῷ σώματι.
(Stobæus Flor. I, 22 Πυθαγόρου.)

11. Μὴ ἐν πολλοῖς ὀλίγα λέγε, ἀλλ' ἐν ὀλίγοις πολλά.
(Stobæus Flor. XXXV, 8 Πυθαγόρου.)

12. Μοῦσαι Σειρήνων ἡδίους.
(Clemens Alex. Strom. I, 127 p. 294 ed. Sylburg.; Theodoret. ἑλλην. παθ. θεραπ. Serm. 8 Πυθαγόρου.)

13. Οἱ θεοὶ τῶν κακῶν εἰσιν ἀναίτιοι.
(Jamblichus de vit. Pythag. c. 32; cf. Hierocles apud Stob. Ecl. phys. lib. II cap. 7 tom. II p. 678 ed. Gaisford.)

14. Οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς.
(Stobæus Flor. XLVI, 112 Πυθαγόρου.)

15. Οὐκ ἀεὶ καλὸν αἰθερολογεῖν, μελεδωνὸν δὲ εἶναι τῇ πατρίδι κάλλιον.
(Pythagoras Epist. ad Anaxim. ap. Diog. Laert. lib. VIII, 50.)

16. Πλοῦτος ἀσθενὴς ἄγκυρα, δόξα ἔτι ἀσθενεστέρα· τὸ σῶμα ὁμοίως, αἱ ἀρχαί, αἱ τιμαί· πάντα ταῦτα ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. Τίνες οὖν ἄγκυραι δυναταί; φρόνησις, μεγαλοψυχία, ἀνδρεία· ταύτας οὐδεὶς χειμὼν σαλεύει. Οὗτος θεοῦ νόμος, ἀρετὴν εἶναι τὸ ἰσχυρὸν καὶ βέβαιον μόνον, τὰ δ' ἄλλα λῆρον.
(Stobæus Flor. I, 29 Πυθαγόρου.)

17. Οὐχ οὕτω χαλεπὸν ἁμαρτάνειν, ὡς τὸ ἁμαρτάνοντα μὴ ἐξελέγχειν.
(Stobæus Flor. XIII, 34 Πυθαγόρου.)

18. Πάντων χαλεπώτατόν ἐστιν ἐγκρατευμάτων τὸ γλώσσης κρατεῖν.
(Jamblichus de vit. Pythag. cap. 31.)

19. Ῥώμην μεγίστην καὶ πλοῦτον τὴν ἐγκράτειαν κτῆσαι.

ALIÆ PYTHAGOREORUM SENTENTIÆ.

1. Inertia immoderata et insatiabilis aut stultitiam aut insignem improbitatem gignit.

2. Quæ facere nefas est, ea facere ne suspectus quidem habearis.

3. Impius est qui personam viri honorati non reveretur et illi honorem habere nescit.

4. Meliores se ipsis homines evadunt, quum deos adeunt eorumque templa ingrediuntur.

5. Linguam ante omnia contineto.

6. Fieri non potest, ut liber sit qui affectibus serviliter indulget.

7. Optimum vitæ genus deligas : id consuetudo tibi suave et jucundum efficiet.

8. Scientia perfectionis virtutum animi beatitudo est.

9. Ebrietas insaniæ exercitatio est.

10. Animo quam corpore valere præopta.

11. Ne multis verbis pauca dicas, sed paucis multa.

12. Musæ Sirenibus sunt jucundiores.

13. Dii malorum non sunt auctores.

14. Qui malos non puniunt, bonos affici injuria volunt.

15. Non semper astrorum et cœli rationes investigare convenit : interdum pulchrius et melius est curas et cogitationes ad patriæ salutem convertere.

16. Divitiæ ancora sunt infirma, gloria etiam infirmior, corpus itidem, magistratus, honores, omnia hæc imbecilla et viribus destituta. Quæ ergo sunt ancoræ firmæ? Prudentia, magnanimitas, fortitudo : eas nulla tempestas agitat. Hæc dei lex est, ut sola virtus potens ac stabilis sit, cætera omnia nugæ et ineptiæ.

17. Non tam difficile est peccare, quam peccantem alium non redarguere.

18. Omnium continentiæ documentorum difficillimum est continere linguam.

19. Continentiam tibi ut maximum robur opesque comparato.

(Stobæus Florileg. XVII, 12 Πυθαγόρου.)

20. Σαρκὸς φωνὴ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν.

(Stobæus Floril. CI, 13 Πυθαγόρου; cf. Porphyr. Epist. ad Marcell. cap. 30.)

21. Τὰ ἁμαρτήματά σου πειρῶ μὴ λόγοις ἐπικαλύπτειν, ἀλλὰ θεραπεύειν ἐλέγχοις.

(Anton. Meliss. cap. 16.)

22. Τὰ ἐπίπονα τῶν ἡδέων μᾶλλον ἡγοῦ συντελεῖν εἰς ἀρετήν.

(Stobæus Flor. I, 26.)

23. Τὰ μὲν δριμέα καὶ πικρὰ ὠφέλιμα· τὰ δὲ γλυκέα βλαβερά.

(Antonius Melissa cap. 78.)

24. Τὰ τῶν φίλων κοινὰ καὶ φιλίαν ἰσότητα.

(Cicero de legg. lib. I cap. 12; cf. Jamblichus de vita Pythag. cap. 29 p. 342 ed. Kiessling.)

25. Ὑπομίμνησκε σεαυτόν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι μέγιστον ἀγαθὸν τὴν φρόνησιν εἶναι λέγουσιν· ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τοῦτο κτήσασθαι εὐτονήσαντες.

(Stobæus Flor. III, 60 Πυθαγόρου.)

26. Φευκτέον παντάπασι καὶ ἐκκοπτέον ἀσθένειαν μὲν τοῦ σώματος, ἀπαιδευσίαν δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκολασίαν δὲ τῆς γαστρός, στάσιν δὲ τῆς πόλεως, τὴν δὲ διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές.

(D. Hieronymus Apolog. 3 adv. Rufin.)

27. Χαῖρε τοῖς ἐλέγχουσί σε μᾶλλον, ἢ τοῖς κολακεύουσιν· ὡς δὲ ἐχθρῶν χείρονας ἐκτρέπου τοὺς κολακεύοντας.

(Anton. Meliss. cap. 52.)

28. Χαλεπὸν πολλὰς ὁδοὺς ἅμα τοῦ βίου βαδίζειν.

(Stobæus Flor. I, 27 Πυθαγόρου.)

29. Ἔλεγεν ὁ Πυθαγόρας· χρὴ σιγᾶν ἢ κρείσσονα σιγῆς λέγειν.

(Stobæus Flor. XXXIV, 7.)

30. Ψυχῆς πᾶν πάθος εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον.

(Stobæus Flor. I, 28 Πυθαγόρου.)

31. Ὧν ἡ τύχη κυρία δοῦναι καὶ ἀφελέσθαι, οὐ δεήσῃ οὐδενός.

(Stobæus Flor. V, 29 Πυθαγόρου in quibusdam codicibus et apud Gesnerum p. 65.)

32. Ὧν τοῦ σώματος ἀπαλλαγεὶς οὐ δεήσῃ, ἐκείνων καταφρόνει πάντων· καὶ ὧν ἀπαλλαγεὶς δεήσῃ, πρὸς ταῦτά σοι ἀσκουμένῳ θεὸν παρακάλει γίνεσθαι συλλήπτορα.

(Maximus cap. 1.)

33. Αἱ ἡλικίαι πρὸς τὰς ὥρας ὧδε σύμμετροι· παῖς ἔαρ· νεηνίσκος θέρος· νεηνίης φθινόπωρον· γέρων χειμών. Ἔστι δὲ αὐτῷ ὁ μὲν νεηνίσκος μειράκιον, ὁ δὲ νεηνίης ἀνήρ.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 10.)

34. Διαιρεῖται (ὁ Πυθαγόρας) τὸν τοῦ ἀνθρώπου βίον οὕτως· παῖς εἴκοσι ἔτεα, νεηνίσκος εἴκοσι, νεηνίης εἴκοσι, γέρων εἴκοσι.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 10.)

35. Ὁ μὲν θεὸς εἷς, αὐτὸς δὲ οὐχ, ὥς τινες ὑπονοοῦσιν, ἐκτὸς τᾶς διακοσμήσιος, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ὅλος ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐπισκοπῶν πάσας τὰς γενέσιάς ἐστι, κρᾶσις ἐὼν τῶν ὅλων αἰώνων καὶ ἐργάτας τῶν αὐτοῦ δυναμίων καὶ ἔργων, ἀρχὴ ἁπάντων, ἕν, ἐν οὐρανῷ φωστήρ, καὶ πάντων πατήρ, νοῦς καὶ ψύχωσις τῶν ὅλων, κύκλων ἁπάντων κίνασις.

---

20. Corpus nec famem, nec sitim, nec frigus desiderat.

21. Peccata tua non verbis tegere, sed reprehensionibus curare coneris.

22. Existimes ea, quæ cum labore conjuncta sunt, plus ad virtutem conferre, quam illa quæ suavia sunt.

23. Acria et amara prosunt: dulcia nocent.

24. Amicorum omnia communia et amicitiam æqualitatem (dixit Pythagoras).

25. Memineris, omnes quidem homines virtutem summum bonum putare, sed tamen paucos reperiri, qui summum illud bonum consequi potuerint.

26. Fugienda sunt omnibus modis et tollenda e corpore languor, imperitia ex animo, intemperantia e ventre, e civitate seditio, e domo discordia, et in commune e cunctis rebus incontinentia.

27. Gaude potius iis qui te corripiunt, quam qui tibi assentantur; assentatores vero, utpote inimicis deteriores, aversare.

28. Difficile est multas simul vivendi vias ingredi.

29. Pythagoras dicebat: aut oportet silere, aut silentio meliora proferre.

30. Quilibet animi affectus saluti ipsius infestissimus est.

31. Nulla re indigebis quam dare vel auferre fortuna potest.

32. Quibus corpore solutus non indigebis, illa omnia contemne: quibus vero corpore solutus indigebis, iis tibi vacanti deum adjutorem advoca.

33. Ætates istæ anni temporibus respondent: veri puer, æstati adolescens, auctumno juvenis et hiemi senex. Adolescentem vero intelligit puberem, juvenem virum.

34. Humanam ætatem ita distinguit (Pythagoras): puer viginti annos implet, adolescens viginti, juvenis viginti, senex viginti.

35. Deus quidem unus est: non ille autem, ut quidam suspicantur, extra hunc mundi ornatum, sed ipse suæ naturæ inhærens totus in toto circulo omnia quæ orta sunt inspicit, sæculorum omnium temperatio, et virtutum operumque ejus opifex, principium omnium, unicum, in cœlo lumen, et pater omninm, mens et animatio omnium, circulorum omnium motus sive motor.

(Justinus Martyr Exhort. ad gentes p. 20.)

36. Δεῖ τεκνοποιεῖσθαι· δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς θεραπεύοντας τὸν θεόν.

(Jamblichus vit. Pyth. cap. 18.)

37. Μὴ ὀμνύναι θεούς, ἀσκεῖν γὰρ αὑτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 22.)

38. Τοὺς πρεσβυτέρους τιμᾶν δεῖν, τὸ προηγούμενον τῷ χρόνῳ τιμιώτερον ἡγουμένους.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 22.)

39. Ἀλλήλοις ὁμιλεῖν, ὡς τοὺς μὲν φίλους ἐχθροὺς μὴ ποιῆσαι, τοὺς δ' ἐχθροὺς φίλους ἐργάσασθαι.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 23.)

40. Ἴδιον μηδὲν ἡγεῖσθαι.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 23.)

41. Νόμῳ βοηθεῖν, ἀνομίᾳ πολεμεῖν.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 23.)

42. Αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν ἀσκεῖν· μήτε γέλωτι κατέχεσθαι, μήτε σκυθρωπάζειν.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 23.)

43. Φεύγειν σαρκῶν πλεονασμόν.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 23.)

44. Ἐν ὀργῇ μήτε τι λέγειν μήτε πράσσειν.

(Diog. Laert. lib. VIII, 23.)

45. Μνήμην ἀσκεῖν.

(Diog. Laert. lib. VIII, 23.)

46. Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος οἰνόφλυγος, πῶς ἂν τοῦ μεθύειν παύσοιτο, ἔφη· Εἰ συνεχῶς θεωρεῖ τὰ ὑπ' αὐτοῦ πρασσόμενα.

(Anton. et Maximus serm. περὶ μέθης.)

47. Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός, ἀπόφθεγμά ἐστι Πυθαγόρου αὐτοῦ.

(Jamblichus de vita Pythag. cap. 29 p. 342 edit. Kiessling.)

48. Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς τί ποιοῦσιν ἄνθρωποι θεοῖς ὅμοιον ἔφη « ἐὰν ἀληθεύωσιν. » Οἱ δὲ μάγοι ἀποφαίνονται τοῦ μεγίστου τῶν θεῶν, ὃν Ὡρομάγδην καλοῦσιν, ἐοικέναι τὸ μὲν σῶμα φωτὶ τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ.

(Stobæus Flor. XI. 25 Πυθαγόρου.)

49. Πυθαγόρας εἶπεν, εἰσιέναι εἰς τὰς πόλεις πρῶτον τρυφήν, ἔπειτα κόρον, εἶτα ὕβριν, μετὰ δὲ ταῦτα ὄλεθρον.

(Stobæus Flor. XLIII, 79 Πυθαγόρου.)

50. Οὐδὲν δεῖ τῶν ἀνθρωπίνων συμπτωμάτων ἀπροσδόκητον εἶναι παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντα προσδοκᾶν, ὧν μὴ τυγχάνουσιν αὐτοὶ κύριοι ὄντες.

(Jamblichus de vit. Pythag. cap. XXXII pag. 444 Kiessl.)

51. Συμβουλεύειν μηδὲν παρὰ τὸ βέλτιστον τῷ συμβουλευομένῳ· ἱερὸν γὰρ συμβουλή.

(Jamblichus de vit. Pythag. cap. XVIII p. 183 ed. Kiessl.)

52. Ἀγαθὸν οἱ πόνοι· αἱ δὲ ἡδοναὶ ἐκ παντὸς τρόπου κακόν.

(Jamblichus de vit. Pythag. cap. XVIII p. 183 ed. Kiessl.)

53. Ἀρχή ἐστιν ἡ περὶ τὸν οἶκον δικαία διάθεσις τῆς ὅλης ἐν ταῖς πόλεσιν εὐταξίας· ἀπὸ γὰρ τῶν οἴκων αἱ πόλεις συνίστανται.

(Jamblichus de vit. Pythag. cap. XXX p. 359 ed. Kiessl.)

54. Προνοεῖν δεῖ μᾶλλον φιλοσοφίας ἢ γονέων καὶ

---

36. Liberi suscipiendi tibi; oportet enim vicissim relinquere numinis cultores.

37. (Pythagoras suis interdicebat) ne per deos jurarent: debere enim unumquemque operam dare, ut se fide dignum exhiberet.

38. Seniores nobis honorandos esse, quod tempore præcedit, majore honore decorandum existimantibus.

39. Alter altero ita familiariter uti debemus, ut non ex amicis inimicos, sed ex inimicis amicos faciamus.

40. Proprium nihil ducendum.

41. Legibus opem ferendam : iniquitatem debellandam.

42. Verecundiam et pietatem esse colendam : risui æque ac tristitiæ non indulgendum.

43. Fugienda carnis abundantia.

44. Noli quidquam iratus aut dicere aut facere.

45. Exerce memoriam.

46. Pythagoras a vinoso quodam homine interrogatus, quomodo ebrietatem relinqueret, dixit : si sæpe consideraret, quæ per temulentiam fecisset.

47. Principium vero dimidium totius, *ipsius Pythagoræ effatum est.*

48. Pythagoras interrogatus, quid deo simile facerent homines, Cum vera dicerent, respondit. Cæterum magi maximum deorum, quem Oromagden ipsi vocant, corpore quidem affirmant esse luci similem, animo autem veritati.

49. Pythagoras dixit immigrare in civitates primum luxuriam, deinde satietatem, tum insolentiam, postea exitium.

50. Nihil eorum quæ homini contingere possunt inexspectatum sapientibus accidere oportet, sed quæ in ipsorum potestate non sunt, omnia exspectare debent.

51. Consulenti nos nihil aliud quam optima quæque suadere debemus : sacra enim res est consilium.

52. Utiles sunt labores : noxiæ omnino voluptates.

53. Principium est omnis boni ordinis in civitate justa rei domesticæ dispositio : nam e domibus civitates constant.

54. Oportet nos majori studio philosophiam quam pa-

γεωργίας· ο μὲν γὰρ γονεῖς καὶ γεωργοὶ αἴτιοί εἰσι τοῦ ζῆν ἡμᾶς, οἱ δὲ φιλόσοφοι καὶ παιδευταὶ τοῦ εὖ ζῆν καὶ φρονῆσαι, τὴν ὀρθὴν οἰκονομίαν εὑρόντες.

(Jamblichus de vit. Pythag. cap. XXXIV pag. 480 ed. Kiessl.)

65. Φεύγειν μὲν τὸ κακόν, ἰχνεῦσαι δὲ καὶ ἑλεῖν τὸ πάντων ἄριστον, καὶ ἑλόντα αὖ κοινῇ ξυνοικεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον· τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ δεόντως φιλοσοφεῖν.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. V pag. 80 ed. Kiessl.)

66. Σχεδὸν ταῖς ἀγωγαῖς διαφέρουσιν οἱ μὲν ἄνθρωποι τῶν θηρίων, οἱ δὲ Ἕλληνες τῶν βαρβάρων, οἱ δὲ ἐλεύθεροι τῶν οἰκετῶν, οἱ δὲ φιλόσοφοι τῶν τυχόντων.

(Jamblichus de vita Pythag. cap. VIII pag. 90 ed. Kiessl.)

67. Ἀναγκαῖόν ἐστι τῷ μὲν ἀνεπιστήμονι μανθάνειν ἃ τυγχάνει ἀγνοῶν τε καὶ οὐκ ἐπιστάμενος, τῷ δὲ μανθάνοντι προσέχειν τῇ τοῦ ἐπισταμένου τε καὶ διδάξαι δυναμένου ὑπολήψει τε καὶ δόξῃ· καθόλου δὲ εἰπεῖν ἀναγκαῖον τοὺς σωθησομένους τῶν νέων προσέχειν ταῖς τῶν πρεσβυτέρων τε καὶ καλῶς βεβιωκότων ὑπολήψεσί τε καὶ δόξαις.

(Jamblichus de vita Pythag. cap. XXXI pag. 409 ed. Kiessl.)

68. Ἀνοήτου ἐστὶ καὶ τὸ πάσῃ καὶ παντὸς δόξῃ προσέχειν, καὶ μάλιστα τὸ τῇ παρὰ τῶν πολλῶν γινομένῃ.

(Jamblichus de vita Pythag. cap. XXXI pag. 409 Kiessl.)

69. Δεῖ φυτὸν ἥμερον μήτε φθείρειν μήτε σίνεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ζῷον, ὃ μὴ βλάπτει ἀνθρώπους.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 23.)

60. Ἐρωτηθείς ποτε ὁ Πυθαγόρας, ὁπότε δεῖ πλησιάζειν; ὅτε βούλει γενέσθαι σαυτοῦ ἀσθενέστερος.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 9.)

61. Ἔλεγον οἱ Πυθαγόρειοι, μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 15.)

62. Ξενόφιλος ὁ Πυθαγορικὸς ὑπό τινος ἐρωτηθείς, πῶς ἂν μάλιστα τὸν υἱὸν παιδεύσειεν, εἶπεν· εἰ πόλεως εὐνομουμένης γενηθείη.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 16.

63. Πυθαγόρας ἐρωτηθείς, πῶς δεῖ ἀγνωμονούσῃ πατρίδι προσφέρεσθαι, εἶπεν, ὡς μητρί.

(Stobæus Flor. XXXI, X 25.)

64. Τοὺς ἀδικήσαντας μὴ πράττε δίκας, ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπὸ τῆς ἰδίας ταπεινοῦσθαι κακίας.

(Antonius et Maximus serm. de ira et excandescentia pag. 330.)

65. Ὁ Πυθαγόρας πρὸς τοῖς ἄλλοις παρήγγελλε τοῖς μανθάνουσι σπανίως μὲν ὀμνύναι, χρησαμένους δὲ τοῖς ὅρκοις πάντως ἐμμένειν καὶ πρὸς τέλος ἄγειν ὑπὲρ ὧν ἄν τις ὀμόσῃ πραγμάτων.

(Diodorus Siculus lib. X. fragm. 16.)

66. Ὁ αὐτὸς Πυθαγόρας παρήγγελλε πρὸς τοὺς θεοὺς προσιέναι τοὺς θύοντας μὴ πολυτελεῖς, ἀλλὰ λαμπρὰς καὶ καθαρὰς ἔχοντας ἐσθῆτας, ὁμοίως δὲ μὴ μόνον τὸ σῶμα καθαρὸν παρεχομένους πάσης ἀδίκου πράξεως, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἁγνεύουσαν.

(Diodorus Siculus lib. X fragm. 21.)

---

rentes et agriculturam complecti : parentes enim et agricolæ id tantum efficiunt, ut vivamus, philosophi autem et præceptores ut bene vivamus et sapiamus, quoniam rectam rerum administrationem excogitarunt.

55. Malum fugere omniumque optimum investigare et eligere idque electum per reliquam vitam constanter tueri oportet : hoc vero nihil aliud est, quam ita, ut decet, philosophari.

56. Institutione fere fit, ut homines bestiis, Græci barbaris, liberi servis et philosophi plebejis præstent.

57. Necesse est ignarum discere quæ ignorat ac nescit, discentem autem animum advertere ad opinionem sententiamque ejus qui gnarus est et docendi facultatem habet, omnino vero oportet juvenes, quibus salus sua curæ est, attendere, quid seniores hominesque vita recte acta clari senserint opinatique sint.

58. Insipientis est omni cujuslibet hominis opinioni animum intendere ac præcipue vulgi opinionibus moveri.

59. Stirpem sativam neque corrumpi neque vitiari oportet, ac ne animal quidem, quod hominibus non noceat, lædi par est.

60. Interrogatus quodam tempore Pythagoras, quando esset concumbendum, Tunc, inquit, cum te ipso infirmior fieri vis.

61. Pythagorei dicebant, non esse omnibus omnia aperienda.

62. Xenophilus Pythagoricus interrogatus a quodam, quo pacto optime filium erudiret, respondit, Si civitatis bonis legibus temperatæ civis fieret.

63. Pythagoras interrogatus, quomodo oporteret se gerere erga patriam ingratam : Ut erga matrem, respondit.

64. Ab iis qui injuriam fecerunt ne sumito pœnam ; satis enim est illos suo premi malo.

65. Pythagoras super cætera discipulis suis præcipiebat, ut ad jurandum raro accederent, ubi vero semel jurassent, ut prorsus sacramenti fidem servarent eaque quæ interposito jurejurando polliciti essent, ad finem adducerent.

66. Idem Pythagoras monebat, ut sacrificantes non pretiosis, sed candidis et mundis vestibus amicti deos adirent, neque solum corpus purum ab omni labe ac scelere, verum mentem quoque castam conservarent.

ΣΥΜΒΟΛΑ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑ.

Καὶ μὴν οὐδέν ἐστιν οὕτω τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον, ὡς τὸ συμβολικόν· οἷον ἐν τελετῇ μεμιγμένον φωνῇ καὶ σιωπῇ διδασκαλίας γένος, ὥστε μὴ λέγειν· ἀείσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις, ἀλλ' αὐτόθεν ἔχειν φῶς καὶ χαρακτῆρα τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον εἶναι τοῖς ἀπείροις. Ὡς γὰρ ὁ ἄναξ ὁ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει ἀλλὰ σημαίνει, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον, οὕτω τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων καὶ τὸ φράζεσθαι δοκοῦν κρυπτόμενόν ἐστι καὶ κρύπτεσθαι νοούμενον.

(Stobæus Flor. V, 72 Πυθαγορικά. Posui βεβήλοις pro codicum lectione βέβηλοι. Conf. Fragm. Orph. 1.)

1. Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν.

Τουτέστι, φεύγειν ἀργίαν καὶ προνοεῖν ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμεν τροφήν (Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγ. cap. 17). ἢ· ἐν ἴσῳ τοῦ ἐνεστῶτος φροντίδα ποιεῖσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος· ἡ γὰρ χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφή (Diog. Laërt. lib. VIII, 18). ἢ· μὴ σκοπεῖν τὰ ἐφ' ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι (Athenæus lib. X p. 452. E). ἢ· διδάσκει ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον καταλιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν.

(Plutarchus Sympos. lib. VII cap. 4, tom. XI p. 302 ed. Hutten. Cf. Jamblichus Adh. ad Philos. cap. 21.)

2. Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν.

Ἀντὶ τοῦ πᾶσαν πλεονεξίαν φεύγειν καὶ στυγεῖν, ζητεῖν δὲ τὸ ἴσον τῆς τε δικαιοσύνης πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον καὶ μὴ ταύτην ὑπερβαίνειν.

(Athenæus lib. X p. 452. D. Plutarchus de educ. lib. cap. 17, tom. VII p. 47 ed. Hutten. Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

3. Μὴ πολλοῖς ἐμβάλλειν δεξιάν.

Τουτέστι μὴ πολλοὺς ποιεῖσθαι φίλους, μηδὲ πολύκοινον μηδὲ πάνδημον ἀσπάζεσθαι φιλίαν.

(Plutarchus de amic. multitud. tom. VII. p. 296 ed. Hutten. Cf. Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

4. Καρδίαν μὴ ἐσθίειν.

Τουτέστι μὴ τὴν ψυχὴν ἀνίαις καὶ λύπαις κατατήκειν, ἢ ἀλυπίαν ἀσκεῖν.

(Suidas in v. Πυθαγόρας et Athenæus lib. X pag. 452. D. Similiter Jamblichus Adh. ad philos. cap. 21 : καρδίαν μὴ τρῶγε.)

5. Κυάμων ἀπέχεσθαι.

Τουτέστιν ὅτι οὐ δεῖ πολιτεύεσθαι· κυαμευταὶ γὰρ ἦσαν ἔμπροσθεν αἱ ψηφοφορίαι, δι' ὧν πέρας ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς.

(Plutarchus de educ. lib. c. 17, tom. VII p. 47 seq. ed. Hutten. Conf. A. Gell. lib. IV cap. 11 et Cic. de divin. lib. I. Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

6. Μὴ γεύεσθαι μελανούρων.

Τουτέστι μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν.

(Plutarchus de educ. lib. c. 17 p. 47 ed. Hutten.) Μελανούρων ἀπέχου· χθονίων γάρ ἐστι θεῶν. (Jamblichus Adhort. ad Philos. cap. 21.)

SYMBOLA PYTHAGORICA.

Atqui nihil ita proprium est philosophiæ Pythagoricæ, ut symbolicum illud doctrinæ genus, quod velut in sacrorum initiatione voce et silentio permixtum est, ut non sit opus præmonere : « *Cantabo doctis, claudatur porta profanis,* » sed ut statim quodlibet dictum exercitatis lucem naturamque suam ostendat, imperitis vero cæcum sit et obscurum. Quemadmodum enim Delphicus Apollo non perspicue dicit, neque abscondit, sed significat, secundum Heraclitum : sic e Pythagoricis symbolis et id quod dici videtur, absconditur, et quod abscondi videtur, intelligitur.

1. Chœnici ne insideas.

Hoc est, fugiendam esse desidiam et prospiciendum, ut victum necessarium paremus. — vel : Ex æquo præsentis et futuri agendam esse curam. Chœnix enim diurnæ escæ mensura est. — vel : Non curanda esse quæ sunt in diem, sed semper proximum diem exspectandum esse. — vel : Docet nos semper ex præsentibus aliquid in futurum relinquere et crastini diei hodie meminisse.

2. Stateram ne transgrediaris.

Pro eo, quod est : Omnem avaritiam fugias ac detesteris; quæras autem quod æquum est, maximamque justitiæ rationem habeas, fines ejus non excedens.

3. Ne multis dextram injicias.

Id est, Ne multos facias amicos, neve promiscuam et vulgarem amicitiam amplectaris.

4. Cor ne edito.

Id est, Ne excrucies animum mœrore et tristitia, vel : Vacuitatem doloris exerceas.

5. A fabis abstineto.

Hoc est, vita rempublicam. Nam fabarum ope suffragia olim ferebant, per quæ rerum civitatis administratoribus magistratum abrogabant.

6. Noli gustare pisces nigra cauda instructos.

Hoc est, Ne converseris cum hominibus nigris ob morum pravitatem.—vel : Ab eo quod nigram caudam habet abstineto : nam inferorum deorum est.

7\. Ὁμορόφους χελιδόνας μὴ ἔχειν ἢ χελιδόνα ἐν οἰκίᾳ μὴ ἔχειν.

Τουτέστι λάλον καὶ ψίθυρον καὶ πρόγλωσσον ἄνθρωπον, μὴ δυνάμενον στέγειν, ὧν ἂν μετάσχῃ, μὴ δέχεσθαι.

(Clemens Alexandrinus Stromat. lib. V p. 239; cf. Plutarch. Sympos. lib. VIII cap. 7; Jamblichus Adh. ad philos. cap. 21.)

8\. Πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν.

Ἀντὶ τοῦ μὴ ἐρεθίζειν θυμούμενον (οὐ γὰρ προσήκει) ἀλλ' ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις.

(Plutarchus de educ. lib. c. 17, tom. VII. p. 47 ed. Hutten; cf. Athenæus lib. X p. 452. D; Lucianus ver. hist. p. 157; Suidas v. Anaximander Miles. jun; Jamblichus Adhort. ad phil. cap. 21.)

9\. Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν.

Ἐπισημαίνει γάρ, ὅτι εἰς πονηρὰν ψυχὴν ἀστεῖον λόγον ἐμβάλλειν οὐ προσήκει. Ὁ μὲν γὰρ λόγος τροφὴ διανοίας ἐστί· τοῦτον δ' ἀκάθαρτον ἡ πονηρία ποιει τῶν ἀνθρώπων.

(Plutarchus de educ. lib. c. 17, tom. VII p. 48 ed. Hutten.)

10\. Τῆς χύτρας ἀρθείσης ἀπὸ τοῦ πυρός, τὸν ἐν τῇ σποδῷ τύπον μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν. ἤ· χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ.

Οὐ τὸν τύπον ἀφανίζειν μόνον δεῖν ᾐνίττετο, ἀλλὰ μηδὲ ὀργῆς ἴχνος ἀπολιπεῖν· ἐπὰν δὲ ἀναζέσασα παύσηται, καθίστασθαι αὐτὴν καὶ πᾶσαν ἀπαλείφειν μνησικακίαν.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. V p. 239. Cf. Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

11\. Εἰς ἱερὸν ἀπιὼν προσκυνῆσαι, μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτικὸν μήτε λέγε μήτε πρᾶττε.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

12\. Ὁδοῦ πάρεργον οὔτε εἰσιτητέον εἰς ἱερὸν οὔτε προσκυνητέον τοπαράπαν, οὐδ' εἰ πρὸς ταῖς θύραις αὐταῖς παριὼν γένοιο.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

13\. Ἀνυπόδητος θῦε καὶ προσκύνει.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

14\. Τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

15\. Γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει θεοῖς ἑπόμενος.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

16\. Ἀνέμων πνεοντων τὴν ἠχῶ προσκύνει.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21, cujus hæc est explicatio : καὶ αὐτὸ τῆς θείας σοφίας ἐστὶ γνώρισμα· αἰνίττεται γάρ, ὡς δεῖ τῶν θείων οὐσιῶν κατὰ δύναμιν τὴν ὁμοιότητα ἀγαπᾶν, καὶ ὅταν ἐνεργῶσι, τὸν σύμφωνον πρὸς τὰς ἐνεργείας αὐτῶν λόγον μετὰ μεγάλης σπουδῆς τιμᾶν τε καὶ σέβειν. At Lil. Gyraldus sic exponit, ut dicat : cum venti flant i. e. cum turbarum civilium procellæ exsistunt, tum fugiendum esse sapienti urbium strepitum et quærenda loca deserta ac solitaria, ubi nihil auditurus sit, nisi echo, vocis suæ imaginem.)

17\. Ὀξίδα ἀπὸ σεαυτοῦ ἀπόστρεφε πᾶσαν.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21, qui annotat : τοῦτο φρονήσει χρῆσθαι παρακελεύεται καὶ μὴ θυμῷ· τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ τῆς ψυχῆς ὅπερ θυμὸν καλοῦμεν, λόγου καὶ φρονήσεως ἐστέρηται· ζεῖ γὰρ ὁ θυμός, ὥσπερ λέβης πυρὶ θαλπόμενος . . . καὶ τὸ πάθος οὖν τοῦτο λογισμῷ πιέζειν χρή.)

18\. Ἀνδρὶ ἐπανατιθεμένῳ μὲν φορτίον συνέπαιρε, μὴ συγκαθαίρει δὲ ἀποτιθεμένῳ.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21, qui explicat : μὴ γίγνου μήτε σαυτῷ μήτε ἄλλῳ ῥαθυμίας καὶ μαλθακῆς διαίτης αἴτιος· πόνῳ γὰρ πᾶν χρῆμα ἁλώσιμον. Porphyr. vit. Pythag.

7\. Hirundines sub eodem tecto ne habeas, vel : Hirundinem domi ne habeto.

Hoc est, loquacem, susurronem et garrulum hominem qui non potest continere quæ ipsi communicata sunt, ne recipias.

8\. Ignem gladio ne fodias.

Pro eo quod est, ira exacerbatum noli lacessere (neque enim decet), sed iratis cede.

9\. Cibum in matulam ne injicito.

Significat enim sermonem elegantem in pravum animum demitti non decere. Est enim sermo animi cibus, quem cibum immundum humana reddit perversitas.

10\. Olla ab igne remota ne relinquas ejus figuram in cinere, sed confundas. vel : Ollæ vestigium in cinere confundas.

Tecte significabat non modo abolendam speciem, sed ne vestigium quidem iræ relinquendum esse. Cum autem defervisset, eam sedandam atque omnem injuriæ memoriam delendam esse.

11\. In templum adoratum abiens ne quid aliud interea, quod ad vitam pertineat, vel dicito vel facito.

12\. Obiter neque ingrediendum est templum, neque omnino adorandum, ne tum quidem, si ad ipsas fores præteriens verseris.

13\. Discalceatus sacra facito et adorato.

14\. Publicas vias declinans per semitas ingreditor.

15\. Linguam ante omnia contineto diis obsequens.

16\. Ventorum spirantium sonum repercussum adorato.

17\. Acetabulum omne a te avertito.

18\. Onus suscipientem sublevato, ne sublevato deponentem.

cap. 42 : παρῄνει μηδενὶ πρὸς ῥᾳστώνην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πόνους συμβάλλειν.)

19. Εἰς μὲν ὑπόδησιν τὸν δεξιὸν πόδα προπάρεχε, εἰς δὲ ποδόνιπτρον τὸν εὐώνυμον.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21. Idem vit. Pythag. cap. 18 pag. 178 ed. Kiessl.)

20. Περὶ Πυθαγορείων ἄνευ φωτὸς μὴ λάλει.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21; id est, qui de Pythagoreorum mysteriis loquitur, mentis lumine indiget.)

21. Ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου. Ἐριννύες γὰρ μετέρχονται.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21. Similiter Plutarchus de educ. lib. c. 17 : μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας, τουτέστι μέλλοντας ἀποθνήσκειν καὶ τὸν ὅρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὁρῶντας φέρειν εὐκόλως καὶ μὴ ἀθυμεῖν. Diogenes Laert. VIII, 17 : διὰ δὲ τοῦ εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι παρῄνει τοῖς ἀπαλλαττομένοις τοῦ βίου μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τοῦ ζῆν, μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἡδονῶν ἐπάγεσθαι. Postrema Jamblichus interpretatur : μετάνοια γὰρ ἐκ τούτου πολλή σοι παρέψεται . . . τὴν δὲ μετάνοιαν Ἐριννὺν μετωνόμασεν.)

22. Πρὸς ἥλιον τετραμμένος μὴ οὔρει.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21, qui exponit : μὴ ζῳῶδές τι ποίει καὶ βοσκηματῶδες.)

23. Δαδίῳ θῶκον μὴ ἀπόμασσε.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21. Sed Diogenes Laertius lib. VIII, 17 : ἐλαδίῳ θᾶκον μὴ ὀμόργνυσθαι.)

24. Ἀλεκτρυόνα τρέφε μέν, μὴ θῦε δέ· μήνῃ γὰρ καὶ ἡλίῳ καθιέρωται.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

25. Γαμψώνυχον μηδὲν παράτρεφε.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21; Mich. Apostolius Proverb. Centur. V, 93 : γαμψώνυχας μὴ τρέφειν ἀντὶ τοῦ ἅρπαγας φεύγειν. Sic etiam Dacerius accepit in hunc modum interpretans : « Ne souffrez pas dans votre maison des gens qui ne sont pas fidèles, des voleurs. »)

26. Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21, i. e. noli in philosophiæ studio minutissima quæque perquirere.)

27. Δακτύλιον μὴ φόρει.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21, qui addit : φιλοσόφει, φησίν, ὡς ἀληθῶς, καὶ χώριζε τοῦ περικειμένου δεσμοῦ τὴν ψυχήν· μελέτη γὰρ θανάτου καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἡ φιλοσοφία. At Plutarchus de educ. lib. c. 17 p. 47 : μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον, ὅτι δεῖ τὸν βίον ἐλεύθερον ἐπιτηδεύειν, καὶ μηδενὶ δεσμῷ προσάπτειν αὐτόν.)

28. Θεοῦ τύπον μὴ ἐπίγλυφε δακτυλίῳ.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21 : τουτέστι φιλοσόφει καὶ ἀσωμάτους πρὸ παντὸς ἡγοῦ θεοὺς ὑπάρχειν . . . μὴ νόμιζε δὲ μορφαῖς αὐτοὺς κεχρῆσθαι, ὅσαι εἰσὶ σωματικαί· μηδὲ προσδέχεσθαι ὑποστάσει ὑλικῇ, καὶ οἷον δεσμῷ ὑλικῷ σώματι, ὥσπερ τὰ ἄλλα ζῷα. Porphyrius vit. Pythag. cap. 43 : θεῶν τε εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν, τουτέστι τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μηδὲ φανερὸν ἔχειν, μηδ' εἰς πολλοὺς φέρειν.)

29. Παρὰ λύχνον μὴ ἐσοπτρίζου.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

30. Περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίστει, μηδὲ περὶ θείων δογμάτων.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

31. Ἀσχέτῳ γέλωτι μὴ ἔχεσθαι.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

32. Παρὰ θυσίᾳ μὴ ὀνυχίζου.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

33. Στρωμάτων ἐξαναστὰς συνέλισσε αὐτά, καὶ τὸν τύπον συστόρνυε.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21. Sed Diogenes Laertius VIII, 17 habet : τὰ στρώματα ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν.)

34. Ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

---

19. Ad calceos subligandos dextrum pedem prius afferto, ad lavandum sinistrum.

20. De Pythagoreis sine lumine ne loquitor.

21. Peregre abiens ne revertitor : nam Furiæ subsequuntur.

22. Ad solem conversus ne mejito.

23. Facula sedem ne abstergito.

24. Gallum alito quidem, at ne immolato : nam lunæ et soli consecratus est.

25. Ne quid eorum, quæ curvos ungues habent, alito.

26. In via ne scindito.

27. Annulum ne gestato.

28. Dei imaginem annulo ne insculpito.

29. Ad lucernam speculum ne inspicito.

30. Neque de diis neque de doctrina sacra quidquam tam admirabile dicitur, ut ei fides sit deroganda.

31. Cachinno ne indulgeto.

32. Inter sacrificandum ungues ne præcidito.

33. Stragula, ubi surrexeris, convolvito corporisque vestigium complicatione deleto. *vel :* Stragula semper in unum quasi fasciculum colligata et tanquam iter facturos convasata nos habere decet.

34. Cerebrum ne edito.

35. Ἀποχαρμάτων σῶν καὶ ἀπονυχισμάτων κατάπτυε.
(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

36. Ἐρυθρῖνον μὴ προσλαμβάνου.
(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

37. Χρυσὸν ἐχούσῃ μὴ πλησίαζε ἐπὶ τεκνοποιίᾳ.
(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

38. Προτίμα τὸ σχῆμα καὶ βῆμα τοῦ σχήματος καὶ τριωβόλου.
(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21. Posui τοῦ σχήματος καὶ τριωβόλου pro vulgata lectione τὸ σχῆμα καὶ τριώβολον cujus loco codex Cizensis habet τοῦ σχῆμα καὶ τριώβολον.)

39. Μολόχην ἐπιφύτευε μέν, μὴ ἔσθιε δέ.
(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

40. Ἐμψύχων ἀπέχου.
(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. 21.)

41. Στέφανον μὴ τίλλειν.
(Porphyrius de vit. Pythag. p. 74 ed. Kiessling.): τουτέστι τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι· στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι.)

42. Σπονδὰς ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τῶν ἐκπωμάτων.
(Porphyrius de vit. Pythag. p. 74 ed. Kiessling.)

43. Μήτραν ζῴου μὴ ἐσθίειν.
(Hierocles Comm. in aur. carm. vs. 67–69 cap. 26.)

44. Θνησιμαίων ἀπέχεσθαι.
(Hierocles Comm. in aur. carm. vs. 67–69 cap. 26.)

45. Τὸν ἅλα παρατίθεσθαι.
(Diogenes Laertius VIII, 35.)

46. Ἄρτον μὴ καταγνύειν.
(Jamblichus vit. Pyth. cap. 16; Diogenes Laertius lib. VIII, 35.)

47. Ὀδόντας μὴ καταγνύειν.
(Olympiodorus ad Plat. Phædon.)

48. Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένος μὴ λάλει.
(Olympiodorus ad Plat. Phædon.)

49. Μὴ καθεύδειν ἐν μεσημβρίᾳ.
(Olympiodorus ad Plat. Phædon. qui habet μὴ δεῖ καθεύδειν, quod ferri non potest.)

50. Ὠδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν.
(Jamblichus vit. Pythag. cap. 25 pag. 238 ed. Kiessl.)

51. Ἄνευ προστάγματος τοῦ αὐτοκράτορος ἐκ τῆς φρουρᾶς μὴ ἀναχωρεῖν.
(Olympiodorus ad Plat. Phædonem; Cicero Cat. Maj. cap. 20.)

52. Τὸ ἑφθὸν οὐκ ἐποπτᾶν.
(Jamblichus vit. Pyth. cap. 28. h. e. interprete Gyraldo : « *mansuetudinem et benignitatem in iram ne vertas*. Mitia enim elixa esse dicuntur, assa vero et tosta immitia et incitantia ad iracundiam. »

53. Ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν.
(Jamblichus vit. Pyth. cap. 28. Alii legunt ἀποστρέφου. Dacerius explicat : « *hominem maledicum fugito.* »)

54. Τὰ πίπτοντα ἀπὸ τῆς τραπέζης μὴ ἀναιρεῖσθαι.
(Diogenes Laertius lib. VIII, 34; Suidas v. Πυθαγόρας. Addit Diogenes : ὑπὲρ τοῦ ἐθίζεσθαι μὴ ἀκολάστως ἐσθίειν, ἢ ὅτι ἐπὶ τελευτῇ τινος. Ἀριστοφάνης δὲ τῶν ἡρώων φησὶν εἶναι τὰ πίπτοντα, λέγων ἐν τοῖς Ἥρωσι· μὴ γεύεσθ', ἅττ' ἂν καταπέσῃ τῆς τραπέζης ἐντός (leg. ἐκτός). Quocum concinit Athenæus lib. X ita scribens : τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν.)

55. Ἀπέχου καὶ σοροῦ κυπαρισσίνης.
(Jamblichus vit. Pyth. cap. 28 p. 326 ed. Kiessl.)

56. Τοῖς μὲν οὐρανίοις περισσὰ θύειν, ἄρτια δὲ τοῖς χθονίοις.
(Jamblichus vit. Pyth. cap. 28 p. 326 ed. Kiessl. Nam impar numerus, imprimis ter-

---

35. Crinium et unguium tuorum præsegmina conspuito.
36. Rubellionem ne adhibeto.
37. Ad feminam divitem ne accedito sobolis procreandæ causa.
38. Præopta figuram in pulvere descriptam ejusque mensuram magistratuum dignitati et triobolo (i. e. litterarum studia reipublicæ administrationi præfer).
39. Malvam insuper serito quidem, sed ea ne vescitor.
40. Ab animantibus abstineto.
41. Noli vellere coronam.
42. Libamenta diis juxta poculorum ansas solvenda sunt.
43. Animalis vulvam ne comedito.
44. A morticinis abstineto.
45. Salem apponito.
46. Panem ne frangito
47. Dentes ne frangito.
48. Ad solem conversus ne loquitor.
49. Meridie ne dormito.
50. Carminibus utendum ad lyram.
51. Injussu imperatoris (id est, dei) de præsidio et statione (vitæ) ne decedas.
52. Quod elixum est, ne assato.
53. Gladium acutum avertito.
54. Quæ e mensa deciderunt, ne tollito.
55. A loculo cupresseo abstineto.
56. Cœlestibus imparia sacrificato, inferis vero paria.

narius, quod dividi non posset, perfectior ideoque deorum cœlestium majestati convenientior Pythagoreis visus est.)

57. Μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων.

(Plutarchus Num. cap. 14, vol. I p. 172 ed. Hutten.)

58. Ἄτερ ἀλφίτων μὴ θύειν.

(Plutarchus Num. cap. 14, qui de hoc et præcedenti symbolo ait : ταῦτα τὴν γῆς ἐξημέρωσιν ἔοικε διδάσκειν, ὡς μόριον εὐσεβείας οὖσαν.)

59. Προσκυνεῖν περιστρεφομένους.

(Plutarchus Num. cap. 14 hæc adjiciens : ἡ δὲ περιστροφὴ τῶν προσκυνούντων λέγεται μὲν ἀπομίμησις εἶναι τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς· δόξειε δ' ἂν μᾶλλον ὁ προσκυνῶν, ἐπεὶ πρὸς ἕω τῶν ἱερῶν βλεπόντων ἀπέστραπται πρὸς τὰς ἀνατολάς, μεταβάλλειν ἑαυτὸν ἐνταῦθα, καὶ περιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεόν, κύκλον ποιῶν καὶ συνάπτων τὴν ἐπιτελείωσιν τῆς εὐχῆς δι' ἀμφοῖν. Εἰ μὴ νὴ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεταί τι καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἡ μεταβολὴ τοῦ σχήματος, ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνελίττῃ τὸν βίον ἡμῶν ὁ θεός, ἀγαπᾶν καὶ δέχεσθαι προσῆκον.)

60. Καθῆσθαι προσκυνήσαντας.

(Plutarchus Numa cap. 14 : τὸ δὲ καθέζεσθαι προσκυνήσαντας οἰωνισμὸν εἶναι λέγουσι τοῦ βεβαιότητα ταῖς εὐχαῖς καὶ διαμονὴν τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιγίνεσθαι. Λέγουσι δὲ καὶ πράξεων διορισμὸν εἶναι τὴν ἀνάπαυσιν· ὡς οὖν τῇ προτέρᾳ πράξει πέρας ἐπιτιθέντας καθέζεσθαι παρὰ τοῖς θεοῖς, ἵνα ἑτέρας πάλιν ἀρχὴν παρ' ἐκείνων λάβωσιν. Δύναται δὲ καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις ὁμολογεῖν, ἐθίζοντος ἡμᾶς τοῦ νομοθέτου μὴ ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξεις ἐν ἀσχολίᾳ καὶ παρέργως, οἷον σπεύδοντας, ἀλλ' ὅταν χρόνον ἔχωμεν καὶ σχολὴν ἄγωμεν.)

61. Ὅταν βροντᾷ, γῆν θιγεῖν.

(Jamblichus vit. Pyth. cap. 28.)

62. Ἕν, δύο.

(Jamblichus l. c. Plutarchus de Iside et Osir. pag. 112, qui unitatem Apollinem, binarium numerum Dianam a Pythagoreis vocari tradit. Sed non male Dacerius hæc de duobus principiis, Deo et materia, dicta esse existimat. Cf. Diog. Laert. VIII, 25.)

63. Μὴ ἐσθίειν ἐπὶ δίφρου.

(Plutarchus de Iside et Osir. cap. 10, tom. IX. pag. 112 ed. Hutten.)

64. Φοίνικα μὴ φυτεύειν.

(Plutarchus de Iside et Osir. cap. 10, tom. IX p. 112 ed. Hutten.)

65. Φυτὸν ἥμερον μήτε φθίνειν μήτε σίνεσθαι.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 23.)

66. Ἐχεμυθίαν ἀσκεῖν.

(Clemens Alexandrinus Strom. V p. 559 ed. Sylb.)

67. Ἰχθύων μὴ γεύεσθαι.

(Clemens Alexandrinus Strom. V p. 559 ed. Sylb.)

68. Ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν.

(Clemens Alexandrinus Strom. V p. 559 ed. Sylb. Ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν Πυθαγόρειόν ἐστι σύμβολον· δηλοῖ δὲ τὰ τέλη καὶ τὰ ὅμοια τῶν μισθωμάτων, ταραχώδη καὶ ἄστατα ὄντα, παραιτεῖσθαι δεῖν. Διὰ τοῦτό τοι ὁ λόγος τοὺς τελώνας λέγει δυσκόλως σωθήσεσθαι.)

69. Οὐδὲ εἰς περιῤῥαντήριον ἐμβάπτειν, οὐδὲ ἐν βαλανείῳ λούεσθαι.

(Jamblichus vit. Pyth. cap. 18 p. 178 ed. Kiessl.)

70. Μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι.

(Clemens Alexandrinus Strom. IV p. 543 ed. Sylb. Τί τοίνυν οἱ Πυθαγόρειοι βουλόμενοι μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι κελεύουσιν; ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ὅτι τὸ θεῖον ᾤοντο μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῇ φθεγγομένων ἐπαΐειν, ἀλλ' ὅτι δικαίας ἐβούλοντο εἶναι τὰς εὐχάς, ἃς οὐκ ἄν τις αἰδεσθείη ποιεῖσθαι πολλῶν συνειδότων.)

71. Ἕνα γενέσθαι καὶ τὸν ἄνθρωπον δεῖ.

(Clemens Alexandrinus Strom. lib. IV p. 535 : μυστικῶς καὶ τὸ Πυθαγόρειον ἐλέγετο, ἕνα γενέσθαι καὶ τὸν ἄνθρωπον δεῖν. Videtur autem unum appellare Deum et mentem. In hanc sententiam Diogenes Laertius lib. VIII

---

57. E vitibus non putatis noli diis libare.
58. Noli sine farina sacrificare.
59. Circumactos adorare oportet.
60. Precibus absolutis sedendum est.
61. Cum tonat, terram tangito.
62. Unum, duo.
63. In curru ne comedito.
64. Palmam ne plantato.
65. Plantam sativam neque excidendam esse neque corrumpendam.
66. Silentium obtine.
67. Pisces ne gustato.
68. In terra ne naviges.
69. Nec in aquali intingendum, nec in balneo lavandum.
70. Clara voce precandum.
71. Unum oportet hominem quoque fieri.

25 : ἀρχὴν μὲν τῶν ἁπάντων μονάδα, ἐκ δὲ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι. Sic et Plutarchus Plac. phil. I, 3 ubi de Pythagora disserit : πάλιν δὲ τὴν μονάδα καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα ἐν ταῖς ἀρχαῖς· σπεύδει δ' αὐτῷ τῶν ἀρχῶν ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ποιητικὸν αἴτιον, ὅπερ ἐστὶ νοῦς ὁ θεός, ἡ δ' ἐπὶ τὸ παθητικόν τε καὶ ὑλικόν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ὁρατὸς κόσμος.)

PYTHAGOREORUM SYMBOLA

QUÆDAM ET PRÆCEPTA MYSTICA

E CODICIBUS MANU EXARATIS PETITA ET A LIL. GYRALDO LATINE VERSA.

1. *Sepiam piscem noli edere*, id est, res contortas ac difficiles ne suscipito, quas ubi tenere tibi visus fueris, e manibus elabentur.

2. *In limite non consistendum*, id est ambiguæ sententiæ non immorandum.

3. *Progredienti gregi de via decedendum*, i. e. multitudini non est occursandum.

4. *Mustela e transverso offensa redeundum*, i. e. fugiendi delatores. Nam mustelam ore parere affirmant.

5. *Arma a muliere subministrata rejicienda*, i. e. quæ ira et vindicta suppeditant, non sunt facienda : eis enim affectibus maxime obnoxiæ sunt feminæ.

6. *In tenebris sine vestitu aliquo non ambulandum*, i. e. nudam et apertam sententiam in obscuris rebus non proferendam.

7. *Rectum pedem promovendum*, i. e. recta esse [*del.*] et justa pronuntianda.

8. *In poculi fundo noli quidquam reliquum facere*, i. e. artes quas cœperis exhauri.

9. *Colubrum intra ædes collapsum ne interficias*, i. e. inimicum supplicem ne lædas; coluber enim hostis est symbolum.

10. *Offensa in vestibulo obscœna vetula, non egrediendum*, i. e. res quarum turpia sunt principia non esse persequendas.

11. *Noctu in tenebris deambulanti cavendum*, i. e. mortalibus enitendum, ut fuisse in vita videantur.

12. *Sole collucente ignem afferre nefas*, i. e. in rebus claris et perspicuis rationem non afferendam.

13. *Lapidem in fontem jacere scelus*, i. e. scelus est opprimere eos qui reipublicæ prosunt.

14. *Pedem ad limen offendenti redeundum*, i. e. quæ in ipso principio noxia sunt, non persequenda.

15. *Lumen post caput suspensum retinere flagitium*, i. e. industriam et providentiam non in postremis habendam.

16. *Sinistra manu sumere cibum nefas*, i. e. rapinis et furtis ne vivito neve aliud lucrum quærito, nisi rectum et legitimum.

17. *In sepulcro ne dormito*, i. e. noli languescere otio, postquam bona a parentibus hereditate accepisti.

18. *Panis frusta pedibus proculcare turpe*, i. e. quamvis minimam degendæ vitæ rationem non profligandam.

19. *Egredienti ingredientique valvas exosculandas*, i. e. initia et fines actionum atque institutorum complectenda.

20. *Lyram illotis manibus non attingendam*, i. e. purissimum eum qui alios docere velit, esse oportere.

21. *Sudorem ferro abstergere tetrum facinus*, i. e. labore parta nemini vi et viribus eripienda.

22. *In solitudine sine baculo non ambulandum*, i. e. inter amicos in rebus necessariis sermones et consilia conferenda sunt.

23. *Apud quadrupedem carmen non canendum*, i. e. apud ignaros seria non proferenda.

24. *Faciem in fluvio nec lavandam nec spectandam*, i. e. e re fluxa et instabili specimen capi non debet.

25. *Hominis vestigia ferro ne configito*, i. e. memoriam mortuorum conviciis ne lacera.

26. *Integrum fasciculum in ignem non esse inferendum*, i. e. non omnes simul opes in discrimen adducendas esse.

27. *Egredienti ex ædibus sinciput, redeunti occiput perfricandum*, i. e. cautionem ac diligentiam ad res agendas adhibendam, has autem peractas reminiscendo recognoscendas esse.

28. *De rheda junctis pedibus ne exsilito*, i. e. noli temere et uno impetu vitæ conditionem mutare.

29. *Ad astrum ne digitum intendito*, i. e. contra superiorem ne exsurgito.

30. *In arundineto non confabulandum*, i. e. cum levissimis hominibus familiaritatem non habendam.

31. *Candelam ad parietem ne applicato*, i. e. homines rudes et eruditionis lumini resistentes ne erudito.

32. *In nive ne quid inscribito*, i. e. ingeniis mollibus et effeminatis institutionis laborem ne impendito.

33. *Vulturem avem in augurio infelicissimam*, i. e. hominem avarum et rapacem malum omen esse.

34. *Facilius mori hominem cui oculi claudantur*, i. e. hominem ipsum per negligentiam facile in miseriam incidere.

35. *Puerum aut feminam stricto gladio vagantem malum omen esse*, i. e. non defuturum malum, si civitatis gubernatio ineptis et levibus hominibus committatur.

36. *Duorum temporum quam maxime agendam esse curam, matutini et vespertini*, i. e. eorum quæ facturi sumus et eorum quæ fecimus.

Ad symbola Pythagorica referendam etiam esse litteram Y inter omnes constare arbitramur. De qua ita Lactantius divin. Instit. lib. VI cap. 3 : Dicunt (*Pythagorei*) humanæ vitæ cursum Y litteræ esse similem, quod unusquisque hominum, quum primæ adolescentiæ limen attigerit, et in eum locum venerit, *partes ubi se via findit in ambas*, hæreat nutabundus ac nesciat, in quam se partem potius inclinet. Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem, hoc est, si aut philosophiam didicerit aut eloquentiam aut aliquid honestæ artis, quo evadat ad bonam frugem (quod fieri sine labore maximo non potest), honestam ac copiosam vitam disputant peracturum; si vero doctorem frugalitatis non invenerit, in sinistram viam quæ melioris speciem mentiatur, incidere, id est desidiæ, inertiæ, luxuriæ se tradere (quæ suavia quidem videntur ad tempus vera bona ignoranti); post autem, amissa omni dignitate ac re familiari, in omnibus miseriis ignominiaque victurum. »

Addimus incerti auctoris carmen de eodem argumento scriptum.

Littera Pythagoræ, discrimine secta bicorni,
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua collem,
Difficilemque aditum primum spectantibus offert,
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostendit iter via lata, sed ultima meta
Præcipitat captos volvitque per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desidiam luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque simul miserabile transiget ævum.

ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΣΟΦΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ.

SECUNDI PHILOSOPHI ATHENIENSIS

SENTENTIÆ.

α′. Τί ἐστι Κόσμος;

Ἀκατάληπτος περιοχή [a], θεωρητὸν κατασκεύασμα [b], ἀσύνοπτον [c] ὕψωμα, αὐτογέννητον θεώρημα, πολυχάρακτον μόρφωμα, αἰώνιον διακράτημα, αἰθὴρ θρεπτικός [d], πολυδιοίκητον πνεῦμα [e], ἀπλανὲς [f] κύκλωμα [g], ἥλιος, φῶς [h], ἡμέρα, σελήνη [i], ἄστρα, σκότος, νὺξ, γῆ, πῦρ [k], ὕδωρ, ἀήρ [l].

([a] Sic cod. Parisiensis. At veteres interpretes apud Vincentium Bellovacensem et in Barthii Adversariis legerunt ἀκατάληκτος περίοδος : vertunt enim *incessabilis circuitus*. Ab his dissentit Auctor Altercationis Hadriani *ineffabilis circuitus* interpretans, ut ἀνέκφραστος vel ἀδιήγητος περίοδος legisse videatur. [b] θεωρητικὸν κατασκεύασμα cod. Paris., θεωρητικὸν κατασκευασμένον cod. Gudianus; sed requiritur θεωρητὸν κατασκεύασμα quod posui. [c] ita cod. Paris; εὐσύνοπτον cod. Gud. [d] male cod. Gud. θρεπτηκος. [e] πολυδιοίκητον πνεῦμα cod. Par.; desunt hæc verba in cod. Gud. [f] ἀπλανὲς cod. Gud.; item vetus interpres apud Vincentium et Auctor Altercationis Hadriani, vertentes *circuitus sine errore*. Sed ἑπταπλανὲς exemplum Parisiense. [g] κύκλωμα cod. Paris.; κύκλευμα cod. Gud. [h] ἥλιος, φῶς cod. Par.; ἡλίου φῶς cod. Gud. [i] abest in cod. Gud. [k] desideratur in cod. Gud. [l] ὕδωρ, ἀήρ cod. Par.; ἀήρ, ὕδωρ cod. Gud.)

β′. Τί ἐστιν Ὠκεανός;

Κόσμου ἐναγκάλισμα, θαλάσσιον [m] στεφάνωμα, ἁλμυρὸς δεσμός, ἀτλαντικὸς ζωστήρ [n], πάσης φύσεως περίδρομος [o], οἰκουμένης κάτοχος.

([m] sic cod. Paris.; a quo multum discrepat Gudianus hoc loco στεφανωμένον ὁρίον, περίαμμα ἁλμυραῖον, δεσμὸς ἀτλαντικός exhibens. [n] ζωστήρ quod habet membrana Parisiensis, deest in Gudiana. [o] ἡλιακὸς λαμπτήρ additur hic in libro Gudiano.)

γ′. Τί ἐστι Θεός;

Ἰδιόπλαστον ἀγαθόν [o], πολύμορφον εἴκασμα [p], ἀσύνοπτον ὕψωμα, πολυχάρακτον μόρφωμα, δυσνοούμενον ζήτημα, ἀθάνατος νοῦς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἀκοίμητος ὀφθαλμός, ἰδία πάντων οὐσία [a], πολυώνυμος δύναμις, παγκρατὴς χείρ [b], φῶς, νοῦς, δύναμις.

([o] ἰδιόπλαστον ἀγαθόν cod. Paris.; vocabulum ἰδιόπλαστον non agnoscit liber Gudianus. [p] εἴκασμα cod. Paris.; ἴκασμα Gud. [a] Verba ἰδία πάντων οὐσία quæ leguntur in exemplo Parisiensi non exstant in Gudiano. [b] hæc membranæ Parisiensis scriptura est, cujus loco liber Gudianus habet παγκρατὲς φῶς omisso nomine χείρ.)

δ′. Τί ἐστιν Ἡμέρα;

Στάδιον κακοπαθείας, δωδεκάωρος [c] διαδρομή, ἀρχὴ καθημερινή, ὑπόμνησις βιωτική [d], δειλινὴ ἀπό-

---

1. Quid est Mundus?

Incomprehensibilis complexio, aspectabile ædificium, altitudo oculis inaccessa, ex se natum spectaculum, multiformis figuratio, æternus tenor, almus æther, multipartitus spiritus, circuitus erroris expers, sol, lumen, dies, luna, sidera, tenebræ, nox, terra, ignis, aqua, aer.

2. Quid est Oceanus?

Mundi amplexus, corona maritima, salsum vinculum, cingulum Atlanticum, totius naturæ rotatio, orbis fascia.

3. Quid est Deus?

Bonum nativum, multiformis imago, altitudo invisibilis, varie figurata facies, quæstio intellectu difficilis, mens immortalis, spiritus cuncta pervadens, pervigil oculus, propria omnium essentia, multinominis potestas, manus omnipotens, lumen, mens, potentia.

4. Quid est Dies?

Stadium laboris, duodecim horarum decursus, quotidianum principium, admonitio victitandi, vespertina lucis

τασις [e], αἰώνιον ἀρίθμημα, φυσικὸν ἐσόπτρισμα [f], ἀερίζουσα μέριμνα [g].

([c] δωδεκάωρος cod. Par.; δωδεκάμαρος liber Gud. [d] βιωτική posui cum Orellio; βιοτική male editio Romana et Fabricius Bibl. Gr. vol. XIII p. 566. [e] ἀπότασις cod. Par.; ἀπότεξις ζωστικὴ ἔντευξις Gud. [f] ἐσόπτρισμα cod. Par.; ἐσώπτρησμα Gud. [g] ἀερίζουσα μέριμνα cod. Par.; desiderantur hæc verba in Gudiano qui eorum loco habet παλίνδρομος ἀνάμνησις.)

ε'. Τί ἐστιν Ἥλιος;

Οὐράνιος ὀφθαλμός, νυκτὸς ἀνταγωνιστής, αἰθέριον κύκλωμα [h], κοσμικὸς ἔλεγχος, ἀκήρατος φλόξ, καρπῶν περιβόλαιον [i], ἄσβεστος ἀκτίς, κεχορηγημένη λαμπάς, οὐράνιος ὁδοιπόρος, ἀδιάλειπτον φέγγος, ἡμέρας κόσμιον.

([h] αἰθέριον κύκλωμα cod. Par.; θερινὸν κύκλωμα Gud. [i] καρπῶν περιβόλαιον, ἄσβεστος ἀκτίς cod. Par.; desunt hæc verba in Gudiano qui pro iis exhibet ἀδιάπτωτον φέγγος.)

ς'. Τί ἐστι Σελήνη;

Οὐρανοῦ πορφύρα, νυκτερινὴ παραμυθία, πλεόντων παννύχισμα, ὁδευόντων παρηγορία, ἡλίου διαδοχή, οὐράνιος ὁδοιπορία [k], κακούργων ἔχθρα, σημεῖον ἑορτῶν [l], μηνιαῖον ἀνακύκλωμα [m], παλίνδρομος ἀνάμνησις [n].

([k] οὐράνιος ὁδοιπορία cod. Par.; omittit Gud. [l] ἑορτῶν cod. Parisiensis, ἑόρτιον Gud. [m] μηνιαῖον ἀνακύκλωμα cod. Par.; μηνῶν ἀνακύκλευμα Gud. [n] παλίνδρομος ἀνάμνησις cod. Par.; omittit Gud.)

ζ'. Τί ἐστιν Ἄνθρωπος;

Νοῦς σεσαρκωμένος, πνευματικὸν ἀγγεῖον, αἰσθητικὸν οἴκημα [o], οἰκητήριον ὀλιγοχρόνιον, ἐπίπονος ψυχή, τύχης παίγνιον, φάντασμα χρόνου [p], ὠστεωμένον ὄργανον [q], κατάσκοπος βίου, φωτὸς ἀποστάτης, γῆς ἀπαίτημα [r].

([o] οἴκημα cod. Par.; χορήγημα Gud. [p] φάντασμα χρόνου cod. Gud.; φρόντισμα χρόνου Paris. [q] ὠστεωμένον ὄργανον cod. Par.; omittit Gud. [r] γῆς ἀπαίτημα cod. Paris.; utrumque vocabulum desideratur in libro Gudiano, ubi superioribus hæc annectuntur : ἀπαράμονον ἀγαθόν, ζωῆς δαπάνημα, φυγὰς βίου, αἰώνιος νεκρός.)

η'. Τί ἐστι Γυνή;

Ἀνδρὸς ἐπιθυμία [a], συνεστιώμενον [b] θηρίον [c], συγκοιμωμένη λέαινα, συντηρουμένη δράκαινα [d], ἱματισμένη [e] ἔχιδνα, αὐθαίρετος [f] μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, καθημερινὴ ζημία, ἀνθρωποποιὸν ὑπούργημα [g], ζῷον πονηρόν, ἀναγκαῖον κακόν [h].

([a] ἐπιθύμιον cod. Par.; ἀθυμία Gud.; scripsi ἐπιθυμία. [b] συνεστιώμενον cod. Par.; συνεστιόμενον Gud. [c] Addit liber Gudianus συνεγειρομένη μέριμνα, συμπλεκομένη ἀσέλγεια. [d] συντηρουμένη δράκαινα cod. Par.; omittit Gud. [e] ἱματισμένη cod. Par.; αἱματισμένη Gud. [f] αὐθαίρετος cod. Par.; αὐθέρετος Gud. [g] ἀνθρωποποιὸν ὑπούργημα cod. Par.; omittit Gud. [h] Adjicit liber Gudianus : ἐννεαπνεύμονος ζάλη, ἰοβόλος ἀσπίς, συγκοιμωμένη ἀκρασία, οἰκίας χειμών, ἀνδρὸς ἀκρατοῦς ναυάγιον, μοιχῶν κατασκευή, ἱκανὸν φορτίον.)

Ἄλλως.

Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς ἐρωτηθείς, τί ἐστι γυνή; εἶπεν· ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεστιώμενον [i] θηρίον, συγκαθημένη μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη Σκύλλα, ζῷον πονηρόν, ἀναγκαῖον κακόν.

(Antonius Meliss. Serm. περὶ γυναικῶν p. 605 ed. Gesner. Cf. Lambec. Comment. de codd. MSS. Bibl. Vindobon. VII p. 270. [i] συνεστιώμενον posui pro membranarum scriptura συνεσθιόμενον.)

θ'. Τί ἐστι Πλοῦτος;

Χρυσοῦν φορτίον [k], ἡδονῶν ὑπηρέτης, ἐπιβουλευό-

---

productio, æternus numerus, speculum naturale, sollicitudo aeria.

5. Quid est Sol?

Oculus cœlestis, noctis adversarius, æthereus circuitus, mundi index, flamma sincera, frugum fomentum, radius inexstinguibilis, fax semper suppetens, viator cœlestis, lumen nunquam occidens, ornamentum diei.

6. Quid est Luna?

Cœli purpura, solatium nocturnum, navigantium pervigilium, peregrinantium consolatio, solis vicaria, iter cœleste, facinorosorum inimica, signum festorum, menstrua circumactio, retrograda recordatio.

7. Quid est Homo?

Mens induta carne, vas spiritale, sensile domicilium, breve habitaculum, anima laboris patiens, fortunæ ludibrium, vana temporis imago, instrumentum osseum, vitæ explorator, lucis desertor, terræ postulatum.

8. Quid est Mulier?

Viri desiderium, bellua conviva, leæna lecti consors, dracæna custodita, vipera vestita, pugna voluntaria, bellum sumptuosum, damnum quotidianum, hominum procreandorum adjumentum, animal malitiosum, malum necessarium.

Aliter.

Secundus ille sapiens, quid esset mulier, interrogatus, respondit : Viri naufragium, domus tempestas, securitatis impedimentum, vitæ captivitas, damnum quotidianum, pugna voluntaria, bellum sumptuosum, bellua conviva, socia sollicitudo, leæna concubans, exornata Scylla, animal malitiosum, malum necessarium.

9. Quid sunt Divitiæ?

Sarcina aurea, voluptatum ministræ, res insidiis obnoxia, injucunda delectatio, invidia domestica, speratus timor, studium quotidianum, res inconstans, amabile in-

μενον πρᾶγμα, ἀπόλαυσις ἀνεύφραντος [l], φθόνος συνεστιώμενος, φόβος ἐλπιζόμενος [m], καθημερινὴ μελέτη, [n], εὐμετάπτωτον πρᾶγμα, φιλούμενον ἀτύχημα, περιπόθητον ταλαιπώρημα, ὑψηλὸν κτῆμα [o], ἀργυρικὸν σύνθεμα, περιερχόμενον εὐτύχημα.

([k] Χρυσοῦν φορτίον cod. Par.; χρυσοῦ φορτίον Gud. [l] ἀνεύφραντος cod. Gud.; ἀνέκφραστος Par. [m] φόβος ἐλπιζόμενος cod. Par.; omittit Gudianus. [n] καθημερινὴ μελέτη cod. Par; omittit cum sequentibus Gudianus hæc pro iis substituens : φίλος ἐλπιζόμενος, ἀπλήρωτος ἐπιθυμία, ἀόρατος ἐπιθυμία. [o] στόμα cod. Gud., quod exprimit Vincentius Bellovacensis vertens *os excelsum;* πῶμα cod. Par. Sensus flagitat κτῆμα quod reposui.)

ι'. Τί ἐστι Πενία;

Μισούμενον ἀγαθόν, ὑγιείας μήτηρ, ἡδονῶν ἐμποδισμός [p], ἀμέριμνος διατριβή [q], δυσαπόσπαστον κτῆμα, ἐπινοιῶν διδάσκαλος, σοφίας εὑρέτις [r], ἄφθονον πρᾶγμα, ἀσκόπευτος οὐσία, ἀζημίωτος ἐμπορία, ἀψήφιστος οὐσία.

([p] ἐμποδισμός cod. Par.; ἐμπόδιον Gud. [q] διατριβή cod. Par.; διατρικὴ Gud. [r] εὑρετής cod. Gud.; ἀνεύρησις Par. Scripsi εὑρέτις. Reliqua exhibuimus ut in cod. Paris. leguntur. Nam Gudianus habet : φθόνου ἐμπορία, ἀζήμιος πραγματία, ἀσυκοφάντητον κτῆμα, ἄδηλος ἀτυχία, ἀμέριμνος εὐτυχία.)

ια'. Τί ἐστι Φίλος;

Ζητούμενον ὄνομα, ἄνθρωπος ἀφανής, δυσεύρετον [a] κτῆμα, καταφυγὴ δυστυχίας, ἀπορίας παραμύθιον [b], ἄκος [c] ταλαιπωρίας, κατάσκοπος βίου [d], ἄνθρωπος ἀκατάληπτος, ἀνυπόστατον κειμήλιον [e], ἀκατάληκτος εὐτυχία [f].

([a] δυσεύρετον posui pro membranarum scriptura δυσεύρητον. [b] ἀπορίας παραμύθιον cod. Par.; ἀπορία τῶν παραμυθίων Gud. [c] ἄκος cod. Par.; κατάσκοπος Gud. [d] κατάσκοπος βίου, ἄνθρωπος ἀκατάληπτος cod. Par.; omittit Gud. [e] ἀνυπόστατον κειμήλιον cod. Paris.; ἀνυπόκτατον κειμήλιον Gud. [f] ἀκατάληκτος εὐτυχία cod. Paris.; ἀκατάληπτος ἐπιτυχία Gud.)

ιβ'. Τί ἐστι Γῆρας;

Πλήρωσις ἡμερῶν [g], ὑγιαίνουσα νόσος, ζῶν θάνατος, προσδοκωμένη μέριμνα, φόβος ἐλπιζόμενος [h], πολυχρόνιον γέλασμα, ἄτονος φρόνησις, ἔμπνους νεκρός, Ἀφροδίτης ἀλλότριον [i], θάνατος προσδοκώμενος [k], νεκρὸς κινούμενος.

([g] πλήρωσις ἡμερῶν cod. Par.; εὐεκτὲς κακόν Gud. [h] φόβος ἐλπιζόμενος cod. Par.; omittit Gud. [i] ἀλλότριον cod. Par.; ἀλλότριος Gud. [k] προσδοκώμενος cod. Par.; προσδοκούμενος Gud.)

ιγ'. Τί ἐστιν Ὕπνος;

Καμάτων ἀνάπαυσις, ἰατρῶν κατόρθωμα, δεδεμένων λύσις, ἀγρυπνούντων σοφία, νοσούντων εὐχή, θανάτου εἰκών, ταλαιπωρούντων παραμυθία [l], πάσης πνοῆς ἡσυχία, πλουσίων ἐπιτήδευμα, πενήτων ἐπιθυμία [m], καθημερινὴ μελέτη.

([l] παραμυθία cod. Par.; ἐπιθυμία Gud. [m] ἐπιθυμία reposui pro codicum lectione ἀδολεσχία.)

ιδ'. Τί ἐστι Κάλλος;

Φυσικὴ ζωγραφία, ἰδιόπλαστον ἀγαθόν, ὀλιγοχρόνιον εὐτύχημα, εὐπαράλλακτον κτῆμα [n], ἔμπνους πόρνευσις [o], ἀνδρὸς ἀσελγοῦς [p] ναυάγιον, ἀπαράμονον ἀγαθόν [q], σεσαρκωμένη εὐτυχία [a], ἡδονῶν ὑπηρεσία, ἄνθος μαραινόμενον, ἀσύγκτητον πρᾶγμα [b], ἀνθρώπων παραμυθία [c].

([n] εὐπαράλλακτον κτῆμα cod. Par.; ἀπαράμονον κτῆμα Gud. [o] ἔμπνους πόρνευσις cod. Par.; omittit Gud. [p] ἀσελγοῦς cod. Par.; εὐσεβοῦς Gud. [q] ἀπαράμονον ἀγαθόν cod. Par.; omittit Gud. [a] εὐτυχία cod. Par.; ἐπιτυχία Gud. [b] ἀσύγκτητον πρᾶγμα cod. Par.; ἀσύνθετος πραγματεία. [c] παραμυθία cod. Par.; ἐπιθυμία Gud.)

---

fortunium, desiderata ærumna, possessio excelsa, signum argenteum, erratica felicitas.

10. Quid est Paupertas?

Bonum invisum, sanitatis mater, voluptatum impedimentum, vita curis vacua, tuta possessio, commentorum magistra, sapientiæ inventrix, res invidia carens, opes exploratoribus inaccessæ, mercatura indemnis, divitiæ ad calculos non vocandæ.

11. Quid est Amicus?

Desiderabile nomen, homo nusquam comparens, possessio inventu difficilis, infelicitatis refugium, angustiarum solatium, miseriarum medicina, vitæ speculator, homo incomprehensibilis, thesaurus nusquam reperiendus, non interrupta felicitas.

12. Quid est Senectus?

Plenitudo dierum, sanus morbus, viva mors, cura exspectata, speratus timor, annosum deridiculum, enervis prudentia, cadaver spirans, Veneris odium, mors exspectata, mobile cadaver.

13. Quid est Somnus?

Laborum requies, remediorum a medentibus adhibitorum effectus, vinctorum solutio, insomniosorum sapientia, ægrotantium votum, mortis imago, afflictorum solatium, universi spiritus quies, divitum studium, pauperum desiderium, quotidiana meditatio.

14. Quid est Pulchritudo?

Nativa pictura, bonum inaffectatum, brevis felicitas, mutabilis possessio, spirans lenocinium, hominis libidinosi naufragium, bonum instabile, corporea felicitas, voluptatum ministra, flos marcidus, res communiter cum alio non parabilis, hominum solatium.

ιε'. Τί ἐστι Γῆ;

Οὐρανοῦ βάσις [d], ἀπύθμενον θεώρημα [e], ἀεροφυὲς ῥίζωμα [f], γυμνάσιον ζωῆς, σελήνης παννύχισμα, ἀσύνοπτον θεώρημα, ὄμβρων τιθήνη, καρπῶν μήτηρ [g], ᾅδου καλυπτήρ, αἰώνιον φύλαγμα, πολυδιοίκητον χώρημα [h], γέννα καὶ ἀποδοχὴ πάντων ι.

([d] οὐρανοῦ βάσις cod. Par.; οὐράνιος βάσις Gud. [e] ἀπύθμενον θεώρημα cod. Par.; omittit Gud. [f] ἀεροφυὲς ῥίζωμα cod. Par.; omittit Gud. [g] καρπῶν μήτηρ cod. Par.; φύλαγμα καὶ μήτηρ Gud. [h] χώρημα cod. Par.; χορήγημα Gud. [i] Addit liber Gudianus : κόσμου μεσότης, ἀκατάληπτος περιοχή, σύστημα θεόκτιστον.)

ιϛ'. Τί ἐστι Γεωργός;

Καρπῶν [k] ὑπηρέτης, ὄμβρων διαιτητής, ἐρημίας [kk] συνήθης, ἀθάλασσος ἔμπορος [l], ὕλης ἀνταγωνιστής, τροφῆς [m] ὑπουργός, πεδίων ἀριστευτής [n], γῆς ἰατρός, δένδρων φυτουργός, ὀρνέων [o] παιδαγωγός, κακοπαθείας συνήθεια [p].

([k] καρπῶν cod. Par.; κόπων Gud. [kk] ἐρημίας codices; rectius ἐρημίᾳ. Sed nolui quidquam hic mutare. [l] ἀθάλασσος ἔμπορος edidi pro membranæ Par. scriptura ἀθαλασσίας ἔμπορος. Nam in libro Gudiano hæc verba desiderantur. [m] τροφῆς cod. Paris.; τρυφῆς Gud. [n] πεδίων ἀριστευτής cod. Paris.; omittit Gud. [o] ὀρνέων cod. Par.; ὀρέων Gud. [p] κακοπαθείας συνήθεια cod. Par.; ἐρημίας σύνοικος Gud.)

ιζ'. Τί ἐστι Πλοῖον [q];

Ἐπίσαλον πρᾶγμα [r], ἀθεμελίωτος οἰκία [s], ἡρμοσμένος [t] τάφος, κυβικὴ σανίς [u], ἀνέμων παίγνιον [x], ἀνιπταμένη [y] φυλακή, ἐπιπλέων [z] μόρος, πελάγιος ἵππος [aa], ἀνεῳγμένη γαλεάγρα [bb], ἐγκύματος ὁδοιπορία [cc].

([q] Sequitur in exemplo Gudiano locus spurius posteriorem ætatem redolens : Τί ἐστι Μοναχός; θάνατος πωλούμενος, ἀγωνοθέτου θυμός, γαστριμαργίας ἐπιθυμία, τύχης παράπτωμα, ὀξὺς θάνατος, περισαλπιζομένη μοῖρα, παραμένων μόρος, κακὴ νίκη. [r] ἐπίσαλον πρᾶγμα cod. Par.; ἐπίσαλος πρᾶξις Gud. [s] ἀθεμελίωτος οἰκία cod. Par.; ἀθεμελίωτον οἴκημα Gud. [t] ἡρμοσμένος cod. Paris.; εἱρμωσμένος Gud. [u] κυβικὴ σανίς cod. Par.; omittit Gud. [x] ἀνέμων παίγνιον cod. Gud.; ἀνέμων ὁδοιπορία membrana Paris. [y] ἀνιπταμένη cod. Par; περιιπταμένη Gud. [z] ἐπιπλέων cod. Par.; ἐπιπλεόντων Gud. [aa] πελάγιος ἵππος cod. Paris.; omittit Gud. [bb] ἀνεῳγμένη γαλεάγρα posui pro libri Parisiensis scriptura ἠνεῳγμένη γαλεάγρα, quæ verba in exemplo Gudiano desunt. [cc] ἐγκύματος ὁδοιπορία cod. Par; omittit Gud., in quo hæc adjiciuntur : συνδεδεμένη μοῖρα, ὄρνεον ξύλινον, ἄδηλος σωτηρία.)

ιη'. Τί ἐστι Ναύτης;

Κυμάτων ὁδοιπόρος, θαλάσσης βερηδάριος [a], ἀνέμων σύνοδος [b], οἰκουμένης ξένος, γῆς ἀποστάτης, χειμῶνος ἀνταγωνιστής, διαπόντιος μονόμαχος [c], ἀνέμων ἰχνευτής, ἄδηλος ἐπὶ σωτηρίᾳ, θανάτου γείτων, θαλάσσης ἐραστής.

([a] θαλάσσης βερηδάριος cod. Paris.; θαλάσσιος βεριδάρης Gud. [b] ἀνέμων σύνοδος cod. Paris.; ἀμμων ἰχνευτής Gud. [c] διαπόντιος μονόμαχος cod. Paris.; ἀπόντιος μόναχος Gud.)

ιθ'. Τί ἐστι Θάνατος;

Αἰώνιος ὕπνος, ἀνάλυσις σώματος [d], ταλαιπωρούντων ἐπιθυμία, πνεύματος ἀπόστασις [e], φυγὴ καὶ ἀπόκτησις βίου [f], πλουσίων φόβος, πενήτων παραμυθία [g], ἀνάλυσις [h] μελῶν, ὕπνου πατήρ, ἀληθινὴ προθεσμία, ἀπόλυσις πάντων.

([d] ἀνάλυσις σώματος cod. Paris.; διάλυσις σωμάτων Gud. [e] πνεύματος ἀπόστασις cod. Paris.; πνεύματος ἀποστάτης Gud. [f] φυγὴ καὶ ἀπόκτησις βίου cod. Paris.; φυγὴ ἀκτησία βίου Gud. [g] παραμυθία reposui pro codicum lectionibus e quibus Parisiensis habet παραλαλία, Gudianus ἐπιθυμία. [h] ἀνάλυσις cod. Paris.; λύσις Gud.)

---

15. Quid est Terra?

Cœli basis, spectaculum nullo fundo stabilitum, radix aeria, vitæ gymnasium, lunæ pervigilium, spectaculum oculis inaccessum, imbrium nutrix, frugum mater, orci operculum, custodia æterna, tractus a multis administratus, omnium progenies et receptaculum.

16. Quid est Agricola?

Frugum minister, imbrium arbiter, solitudinis amicus, negotiator maris expers, silvæ adversarius, victûs adjutor, camporum corrector, terræ emendator, arborum sator, avium magister, ærumnæ consuetudo.

17. Quid est Navigium?

Res fluctuans, domus fundamento carens, sepulcrum paratum, tabula quadrata, ventorum ludibrium, volitans carcer, mors natans, equus marinus, muscipula aperta, iter fluctivagum.

18. Quid est Nauta?

Fluctuum viator, veredarius maris, ventorum comes, orbis hospes, terræ desertor, tempestatis adversarius, maritimus gladiator, indagator ventorum, salutis incertus, mortis vicinus, maris amator.

19. Quid est Mors?

Somnus æternus, dissolutio corporis, afflictorum desiderium, discessus spiritûs, fuga et jactura vitæ, divitum timor, pauperum solatium, dissolutio membrorum, somni pater, verus dies fatalis, solutio omnium.

SECUNDI PHILOSOPHI

RESPONSA AD INTERROGATIONES ADRIANI.

(Ex Vincentii Bellovacensis Speculo hist. Lib. X, cap. 71.)

Quid est Mundus? Incessabilis circuitus, spectabilis supellex, multiformis formatio, æternus tenor, circuitus sine errore.

Quid est Oceanus? Mundi amplexus, terminus coronatus (*al.* coarctatus), hospitium fluviorum, fons imbrium.

Quid est Deus? Immortalis mens, incontemplabilis celsitudo, forma multiformis, incogitabilis inquisitio, insopitus oculus, omnia continens, lux, bonum, et quod est hujusmodi.

Quid est Sol? Cœli oculus, caloris circuitus, splendor sine occasu, diei ornatus, horarum distributor.

Quid est Luna? Cœli purpura, solis æmula, malefactorum inimica, solamen iter agentium, directio navigantium, signum solemnitatum, larga roris (*add.* infusio), præsagium tempestatum.

Quid est Terra? Basis cœli, meditullium mundi, fructuum custos et mater, operculum inferni, mater nascentium, nutrix viventium. devoratrix omnium, cellarium vitæ.

Quid est Homo? Mens incarnata, phantasma temporis, speculator vitæ, mancipium mortis, transiens viator, loci hospes, anima laboriosa, parvi temporis habitaculum.

Quid est Pulchritudo? Flos marcidus, carnalis felicitas, humana concupiscentia.

Quid est Mulier? Hominis confusio, insaturabilis bestia, continua sollicitudo, indesinens pugna, viri incontinentis naufragium, humanum mancipium.

Quid est Amicus? Desiderabile nomen, homo vix apparens, infelicitatis refugium, indesinens felicitas.

Quid Divitiæ? Auri pondus, curarum ministræ, delectatio injucunda, insatiabilis invidia, desiderium inexplebile, os excelsum, invisa concupiscentia.

Quid est Paupertas? Odibile bonum, sanitatis mater, curarum remotio, sapientiæ repertrix, negotium sine damno, possessio absque calumnia, sine sollicitudine felicitas.

Quid Senectus? Optatum malum, mors viventium, incolumis languor, spirans mors.

Quid Somnus? Mortis imago, laborum quies, infirmantium votum, miserorum desiderium.

Quid est Vita? Beatorum lætitia, miserorum mœstitia, exspectatio mortis.

Quid est Mors? Æternus somnus, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, latro hominis, fuga vitæ, resolutio omnium.

Quid est Verbum? Proditor animi.

Quid est Corpus? Domicilium animæ.

Quid est Barba? Sexus discretio.

Quid est Cerebrum? Custos memoriæ.

Quid est Frons? Imago animi.

Quid Oculi? Duces corporis, vasa luminis.

Quid est Cor? Receptaculum vitæ.

Quid Jecur? Custodia caloris.

Quid Fel? Suscitatio iracundiæ.

Quid Splen? Risus et lætitiæ capax.

Quid est Stomachus? Ciborum coquus.

Quid Ossa? Robur corporis.

Quid Pedes? Mobile fundamentum.

Quid est Ventus? Aeris perturbatio, mobilitas aquarum, siccitas terræ.

Quid sunt Flumina? Cursus indeficiens, refectio solis, irrigatio terræ.

Quid Amicitia? Æqualitas animorum.

Quid Fides? Ignotæ rei mira certitudo.

Quid est, quod hominem lassum fieri non sinit? Lucrum.

EJUSDEM SENTENTIÆ.

Mundus, est incessabilis circulus, cunctorum via et transitus.

Mare, mater aquarum, terræ amplexus.

Deus, mens immortalis, incomprehensibilis certitudo, forma omniformis.

Cœlum, sphæra volubilis, campus intelligentiæ, hortus æternitatis, theatrum vitale omnium.

Sol, oculus dei, cœli et naturæ sensus, temperator vitarum, horarum æternus distributor.

Luna, Solis famula, tenebrarum arbitra, index malefactorum, directio æstuum, tempestatum et ventorum indicium.

Homo, mens incarnata, anima subjecta tempori, lusus astrorum, speculator vitæ, motus et mortis principium.

Terra, basis mundi, mater corporum.

Dies, stadium laborum, viventium respectus, mortis calculatio.

Aer, custodia vitarum, animarum fundus.

Lux, rerum facies, colorum index.

Pluvia, terræ exsudatio, nutrix fructuum.

Nebula, tenuis nox.

Ventus, aeris turbatio, mobilitas aquarum, siccitas terræ.

Aqua, subsidium vitæ, fons fructuum, scatebra agilitatis, macularum ablutio.

Flumen, imago temporis, cursus indeficiens, refectio solis, irrigatio terræ.

Gelu, fluminum exsiccatio, pons aquarum naturalis.

Hyems, caloris exsilium.

Ver, parturitio terræ.

Æstas, rerum voluptas, naturæ prægnatio, venustas laborum.

Mulier, sollicitudo perpetua, humana furia, quotidianum damnum, perpetua iracundia, pondus immobile, necessarium malum.

Pulchritudo, naturalis captio, parvi temporis flos, error humanus, omnium cupiditas, dulcis morbus, amabile tormentum.

ALTERCATIO HADRIANI AUG.

ET EPICTETI SIVE POTIUS SECUNDI PHILOSOPHI.

HADR. *Primum est, quid sit mundus.* — EPICT. Mundus est, o Hadriane, constitutio cœli et terræ, et omnium quæ in eis sunt, de quibus paulo plus disseram, si iis, quæ dicentur, diligenter intenderis. Mundus est spectabilis supellex, ineffabilis circuitus, per se genitum theorema, multiformis formatio, æternus tenor, circuitus sine errore, solis lumen, dies, nox, astra, tenebræ, terra, aer, aqua.

HADR. *Quid est Oceanus?* — EPICT. Oceanus est terminus coronatus, mundi amplexus, vinculum ancliticum (*leg.* cingulum atlanticum), universæ naturæ circumcursus, orbis sustentaculum, audaciæ via, limes terræ, divisio regnorum, hospitium fluviorum, fons imbrium, refugium in periculis, gratia in voluptatibus.

HADR. *Quid est Deus?* — EPICT. Deus est summum bonum, mens immortalis, incontemplabilis celsitudo, forma multiformis, multiplex spiritus, incogitabilis inquisitio, insopitus oculus, omnia continens lux.

HADR. *Quid est Dies?* — EPICT. Stadium laboris, principium quotidianum, æterna computatio.

HADR. *Quid est Sol?* — EPICT. Mundi oculus, noctis concertatio, caloris circuitus, indeficiens cauma, splendor sine occasu, cœlestis viator, diei ornatus, cœli pulchritudo, naturæ gratia, horarum distributor.

HADR. *Quid est Luna?* — EPICT. Cœli purpura, Solis æmula, malefactorum revelatrix, itinerantium solamen, navigantium directio, signum solemnitatum, recalculatio mensium, oculus noctis, roris larga infusio, tempestatum præsaga.

HADR. *Quid est Terra?* — EPICT. Cœli basis, mundi meditullium, custos et mater omnium, operculum miserorum, devoratrix omnium, ant (*leg.* mater) nascentium, cellarium vitæ.

HADR. *Quid est Homo?* — EPICT. Mens incarnata, laboriosa anima, parvi temporis habitaculum, spiritus receptaculum, phantasma temporis, speculator vitæ, lucis desertor, vitæ consumtio, mancipium mortis, transiens viator, loci hospes.

HADR. *Quid est Cœlum?* — EPICT. Sphæra volubilis, culmen immensum.

HADR. *Quid est Pulchritudo?* — EPICT. Naturalis captio, parvi temporis fortuna, flos marcidus, incompositum negotium, humana concupiscentia.

HADR. *Quid est Mulier?* — EPICT. Hominis confusio, insatiabilis bestia, sollicitudo continua, indesinens pugna, quotidianum damnum, tempestas domus, sollicitudinis impedimentum, viri incontinentis naufragium, adulterii vas, inconcisum prœlium, animal proximum, pondus gravissimum, aspis insatiabilis, humanum mancipium.

HADR. *Quid est Amicus?* — EPICT. Homo vix apparens, desiderabile nomen, non invenienda possessio, refugium infelicitatis, miseriæ respectio, indeficiens quies, indesinens sollicitas (*leg.* felicitas).

HADR. *Quid Agricola?* — EPICT. Laborum minister, operator multorum, terræ medicus, arbustorum plantator, montium complanator.

HADR. *Quid est Navis?* — EPICT. Domus absque fundamento, avis lignea, incerta salus.

HADR. *Quid Nauta?* — EPICT. Fluviorum viator, marinus equitator, orbis hospes, terræ desertor, tempestatis concertator.

HADR. *Quid sunt Divitiæ?* — EPICT. Auri pondus, curarum ministratio, injucunda delectatio, insatiabilis invidia, res desiderata, desiderium inexplebile, invisa concupiscentia.

HADR. *Quid Paupertas?* — EPICT. Bonum odibile, sanitatis mater, curarum remotio, sapientiæ repertrix, possessio absque calumnia, negotium sine damno, sine sollicitudine felicitas.

HADR. *Quid est Senectus?* — EPICT. Optatum malum, viventium mors, Veneris expers, mors exspectata.

HADR. *Quid est Somnus?* — EPICT. Mortis imago, laborum quies, vigilantium sapientia, vinctorum solutio, infirmantium votum, miserorum desiderium, universi spiritus requies.

HADR. *Quid Vita?* — EPICT. Beatorum lætitia, miserorum mœstitia, exspectatio mortis.

HADR. *Quid est Mors?* — EPICT. Æternus somnus, dissolutio corporum, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, in certa peregrinatio, fuga vitæ, resolutio omnium.

Hadr. *Quid est Litera?* — Epict. Historiæ custos.

Hadr. *Quid Verbum?*—Epict. Animi proditor.

Hadr. *Quid est Lingua?* — Epict. Aeris flagellatio.

Hadr. *Quid est Aer?* — Epict. Custodia vitæ.

Hadr. *Quid est Libertas?* — Epict. Hominis innocentia.

Hadr. *Quid est Caput?* — Epict. Hominis culmen.

Hadr. *Quid est Corpus?* — Epict. Animæ domicilium.

Hadr. *Quid Comæ?* — Epict. Vestes capitis.

Hadr. *Quid Barba?* — Epict. Sexus discretio.

Hadr. *Quid est Cerebrum?* — Epict. Custos memoriæ.

Hadr. *Quid Oculi?* — Epict. Duces corporis, indices animi.

Hadr. *Quid Nares?* — Epict. Odorum attrectatio.

Hadr. *Quid Aures?* — Epict. Sonorum contrectatores.

Hadr. *Quid Os?* — Epict. Nutritor corporis.

Hadr. *Quid Dentes?* — Epict. Molæ mordentes.

Hadr. *Quid Labia?* — Epict. Valvæ corporis.

Hadr. *Quid Manus?* — Epict. Corporis operarii.

Hadr. *Quid Digiti?* — Epict. Chordarum plectrum.

Hadr. *Quid Pulmo?* — Epict. Servator aeris.

Hadr. *Quid est Cor?* — Epict. Receptaculum vitæ.

Hadr. *Quid Jecur?* — Epict. Custodia caloris.

Hadr. *Quid Fel?* — Epict. Iracundiæ susceptaculum.

Hadr. *Quid Splen?* — Epict. Risus et lætitiæ capax.

Hadr. *Quid Stomachus?* — Epict. Ciborum coquus.

Hadr. *Quid Ossa?* — Epict. Robur corporis.

Hadr. *Quid Coxæ?* — Epict. Epistylia columnarum.

Hadr. *Quid Pedes?* — Epict. Mobile fundamentum.

Hadr. *Quid Crura?* — Epict. Columnæ corporis.

Hadr. *Quid Sanguis?* — Epict. Humor venarum vitæ.

Hadr. *Quid est Lux?* — Epict. Facies omnium rerum.

Hadr. *Quid Stellæ?* — Epict. Pictura culminis, naturarum gubernatores, noctis decus.

Hadr. *Quid Pluvia?* — Epict. Conceptio terræ frugum genitrix.

Hadr. *Quid est Nebula?* — Epict. Nox in die, labor oculorum.

Hadr. *Quid est Ventus?* — Epict. Aeris perturbatio, mobilitas agrorum (*leg.* aquarum), siccitas terræ.

Hadr. *Quid sunt Flumina?* — Epict. Cursus indeficiens, refectio solis, siccitas terræ.

Hadr. *Quid est Aqua?* — Epict. Subsidium vitæ, ablutio sordium.

Hadr. *Quid est Gelu?* — Epict. Herbarum persecutio, vinculum terræ, fons agrorum (*leg.* pons aquarum.)

Hadr. *Quid est Nix?* — Epict. Aqua sicca.

Hadr. *Quid est Hyems?* — Epict. Æstatis exsul.

Hadr. *Quid est Ver?* — Epict. Pictor terræ, maturatio fructuum.

Hadr. *Quid est, quod amarum dulce facit?* — Epict. Fames.

Hadr. *Quid est, quod hominem lassum fieri non sinit?* — Epict. Lucrum.

Hadr. *Quid est Spes?* — Epict. Vigilanti somnium.

Hadr. *Quid est Spes?* — Epict. Refrigerium laboris, dubius eventus.

Hadr. *Quid est Amicitia?* — Epict. Refrigerium laboris, dubius eventus.

Hadr. *Quid Fides?* — Epict. Ignotæ rei miranda celsitudo (*leg.* certitudo).

Hadr. *Quid erit nobis, si cinctum solvas, neque nudaberis ipse? Respice corpus, quo et doceri possis?* — Epict. Epistola est.

Hadr. *Quid est Epistola?* — Epict. Tacitus nuntius.

Hadr. *Quid est Pictura?* — Epict. Veritas falsa.

Hadr. *Quare hoc dixisti?* — Epict. Videmus enim poma picta, flores, animalia, aurum, argentum, et non est verum.

Hadr. *Quid est Aurum?* — Epict. Mancipium mortis.

Hadr. *Quid est Argentum?* — Epict. Invidiæ locus.

Hadr. *Quid est Ferrum?* — Epict. Omnis artis instrumentum.

Hadr. *Quid est Gladius?* — Epict. Regimen castrorum.

Hadr. *Quid est Gladiator?* — Epict. Sine crimine homicida.

Hadr. *Qui sunt, qui sani ægrotant?* — Epict. Qui aliena negotia curant.

Hadr. *Qua ratione homo lassus non fit?* — Epict. Lucrum faciendo.

Hadr. *Quid est Amicitia?* — Epict. Concordia.

Hadr. *Quid est longissimum?* — Epict. Spes.

Hadr. *Quid est Spes?* — Epict. Vigilanti somnus, exspectanti dubius eventus.

Hadr. *Quid est, quod homo videre non potest?* — Epict. Alterius animam.

Hadr. *Qua re peccant homines?* — Epict. Cupiditate.

Hadr. *Quid est Libertas?* — Epict. Innocentia.

Hadr. *Quid regi et misero commune est?* — Epict. Nasci et mori.

Hadr. *Quid est optimum et pessimum?* — Epict. Verbum.

Hadr. *Quid est, quod alii placet et alii displicet?* — Epict. Vita.

Hadr. *Quid est optima vita?* — Epict. Brevissima.

Hadr. *Quid est certissimum?* — Epict. Mors.

Hadr. *Quid est Mors?* — Epict. Perpetua securitas.

Hadr. *Quid est Mors?* — Epict. Timenda nulli, si sapiens degat : inimica vitæ, numen amantium, metus parentum, liberorum præda, testamenti gratia, post obitum sermo, supremæ lachrymæ, post memoriam oblivio, fax rogi, titulus monumenti, mors omnium malorum finis.

Hadr. *Quare mortuus coronatur?* — Epict. Agonem se vitæ transegisse testatur.

Hadr. *Quare mortuo pollices ligantur?* — Epict. Ut parem post obitum esse se sciat.

Hadr. *Quid est Vespillo?* — Epict. Quem multi devitant, et nemo effugit.

Hadr. *Quid est Rogus?* — Epict. Contentio crediti, persolutio debiti.

Hadr. *Quid est Tuba?* — Epict. Belli incitamen (*leg.* incitamentum), castri signum, arenæ admonitio, scenæ commissio, funeris deploratio.

Hadr. *Quid est Monumentum?* — Epict. Saxa stigmosa, otiosi viatoris spectatio.

Hadr. *Quid est Homo pauper?* — Epict. Quem ut puteum desertum omnes adspiciunt, et suo loco illum relinquunt.

Hadr. *Quid est Homo?* — Epict. Balneo similis. Prima cella tepidaria, unctuaria : infans natus perungitur. Secunda cella sudatoria pueritia est. Tertia cella assa, perferentaria, juventus. Quarta cella frigidaria senectus, omnibus æquat sententiam.

Hadr. *Quid est Homo?* — Epict. Pomo similis. Poma ut in arboribus pendent, sic sunt et corpora nostra : aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

Hadr. *Quid est Homo?* — Epict. Sicut lucerna in vento posita.

Hadr. *Quid est Homo?* — Epict. Loci hospes, legis imago, calamitatis fabula, mancipium mortis, vitæ mora : quo Fortuna sæpe suos ludos facit.

Hadr. *Quid est Fortuna?* — Epict. Ut matrona nobilis, quæ in servos se impingit.

Hadr. *Quid est Fortuna?* — Epict. Sine judicio proxima meta, alienorum bonorum casus. Ad quem venit, splendorem ostendit; a quo recedit, umbram facit.

Hadr. *Quot sunt autem Fortunæ?* — Epict. Tres : una cæca, quæ ubilibet se impingit; et alia insana, quæ concedit, cito aufert; tertia surda, quæ miserorum preces non exaudit.

Hadr. *Quid sunt Dii?* — Epict. Oculorum signa, mentis numina : si metuis, timor est, si contines, religio est.

Hadr. *Quid est Sol?* — Epict. Splendor orbis, qui tollit et ponit diem, per quem scire nobis cursum horarum datur.

Hadr. *Quid est Cœlum?* — Epict. Culmen immensum.

Hadr. *Quid est Cœlum?* — Epict. Aer mundus.

Hadr. *Quid sunt Stellæ?* — Epict. Fata hominum.

Hadr. *Quid sunt Stellæ?* — Epict. Littora gubernatorum.

Hadr. *Quid est Terra?* — Epict. Horreum Cereris.

Hadr. *Quid est Terra?* — Epict. Cellarium vitæ.

Hadr. *Quid est Mare?* — Epict. Iter incertum.

Hadr. *Quid est Navis?* — Epict. Domus erratica.

Hadr. *Quid est Navis?* — Epict. Ubilibet hospitium.

Hadr. *Quid est Navis?* — Epict. Nuntia Neptuni, anni cursuum tabellarium.

Hadr. *Quid Nauta?* — Epict. Amator pelagi, firmi desertor, contemtor vitæ mortisque, undæ cliens.

Hadr. *Quid est Somnus?* — Epict. Mortis imago.

Hadr. *Quid est Nox?* — Epict. Laboranti requies, grassanti lucrum.

Hadr. *Quid est Culcitra?* — Epict. In somnis volutatorium.

Hadr. *Quare Venus nuda pingitur?* — Epict. Nuda Venus picta (*leg.* picta est), nudi pinguntur Amores.

Quibus (leg. *sed quæ*) nuda placet, nudos dimittat oportet.

Hadr. *Quare Venus Vulcano nupta est?* — Epict. Ostendit amorem ardore incendi.

Hadr. *Quare Venus straba est?* — Epict. Quia pravus est amor.

Hadr. *Quid est Amor?* — Epict. Otiosi pectoris molestia, in puero pudor, in virgine rubor, in fœmina furor, in juvene ardor, in sene risus, in derisore delicti nequities est.

Hadr. *Quid est Deus?* — Epict. Qui omnia tenet.

Hadr. *Quid est Sacrificium?* — Epict. Delibatio.

Hadr. *Quid est sine societate?* — Epict. Regnum.

Hadr. *Quid est Regnum?* — Epict. Pars Deorum.

Hadr. *Quid est Cæsar?* — Epict. Publicæ lucis caput.

Hadr. *Quid est Senatus?* — Epict. Ornamentum urbis; splendor civium.

Hadr. *Quid est Miles?* — Epict. Murus imperii, defensor patriæ, gloriosa servitus, potestatis indicium.

Hadr. *Quid est Roma?* — Epict. Fons imperii orbis terrarum, mater gentium, rei possessor, Romanorum contubernium, Pacis æternæ consecratio.

Hadr. *Quid est Victoria?* — Epict. Belli discordia, pacis amor.

Hadr. *Quid est Pax?* — Epict. Tranquilla libertas.

Hadr. *Quid est Forum?* — Epict. Templum libertatis, arena litigantium.

Hadr. *Quid sunt Amici?*—Epict. Statuæ aureæ.

Hadr. *Quid est Amicus?* — Epict. Pomo citreo similis, foris beatus :

Nam (*leg.* Namque) intra pectus acidum occultat (*add.* hic) malum.

Hadr. *Quid sunt Parasiti?* — Epict. Qui tanquam pisces inescantur.

ΣΕΞΤΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ.

SEXTI PYTHAGOREI

SENTENTIÆ.

1. Οὔτε ἐν ἰχθύσι φωνήν, οὔτε ἐν ἀπαιδεύτοις ἀρετὴν δεῖ ἐπιζητεῖν.
(Anton. et Maxim. Serm. περὶ ἀφροσύνης p. 109 ed. C. Gesneri.)

2. Ὁ διαβαλὼν φίλον μὴ εὐδοκιμείτω, κἂν ἀληθῆ λέγῃ.
(Anton. Serm. περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς p. 259.)

3. Μὴ ὀνειδίσῃς τῷ φίλῳ σου χάριτας· ἔσῃ γὰρ ὡς οὐ δεδωκώς.
(Anton. Serm. περὶ εὐεργεσίας pag. 278.)

4. Σοφὸς ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ, εἰδὼς καὶ διὰ τί σιγᾷ.
(Anton. et Maxim. Serm. περὶ σιωπῆς pag. 388.)

5. Φίλον ἕνεκα χρείας μὴ ἀγάπα· ἡ γὰρ τοιαύτη φιλία πρόσκαιρος καὶ ἀβέβαιος.
(Anton. et Maxim. Serm. περὶ φίλων καὶ φιλίας p. 721.)

6. Μὴ κτήσει φίλον, ᾧ μὴ πάντα πιστεύεις.
(Anton. et Maxim. l. c.)

7. [Πενίαν φέρειν οὐ παντός, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ.]
(Antonius Meliss. Serm. περὶ πτωχῶν pag. 706.)

8. Ἐμψύχων χρῆσις μὲν ἀδιάφορον, ἀποχὴ δὲ λογικώτερον.
(Origenes contra Cels. lib. VIII p. 397 ed Cantabrig.)

9. Ἁμαρτήματα γυναικῶν, ἀνδρῶν ἀπαιδευσία.
(Joannes Damascenus in Sacr. Parall. Tit. XI περὶ γυναικῶν πονηρῶν pag. 411 tom. II ed. Lequien.)

10. Θυσία τῷ θεῷ, γνώμη ἀγαθή.
(Idem Tit. IX περὶ προαιρέσεως καὶ διαθέσεως p. 640.)

11. Οὐκ ἔστι κατὰ θεὸν ζῆν ἄνευ τοῦ σωφρόνως καὶ δικαίως πάντα πράττειν.
(Idem Tit. XVII περὶ πολιτείας σεμνῆς p. 656.)

12. Ἐπὶ γυναικὶ πονηρᾷ καλὸν σφραγίς.
(Anton. Meliss. Serm. περὶ γυναικῶν πονηρῶν pag. 608.)

13. Γυνὴ μεγαλόφωνος καὶ γλωσσώδης ὥσπερ σάλπιγξ πολεμίων εἰς τροπὴν θεωρηθήσεται.
(Anton. Mel. Serm. περὶ γυν. πον. p. 608.)

14. Σέξτος πῦρ ἀΐδηλον ἀποδέδωκε τὸ ἐξ ἀδήλου ἐμπεσόν.
(Sextus apud Porphyrium Quæst. Homer. 26; cf. Iliad. XI, 155.)

---

1. Neque vox in piscibus, neque virtus in hominibus imperitis quærenda.

2. Criminans amicum ne approbetur, etiamsi vera dicat.

3. Ne exprobres amico tuo beneficia : videberis enim non dedisse.

4. Vir sapiens et silens deum colit causamque scit, cur sileat.

5. Amicum ne diligas utilitatis gratia : nam talis amicitia brevis et instabilis est.

6. Amicum ne parato, cui non omnia credas.

7. Paupertatem ferre non cujusvis est, sed viri sapientis.

8. Esus animantium est quidem indifferens; abstinentia tamen eorum rationi magis consentanea videtur.

9. Peccata mulierum imperitiâ virorum admittuntur.

10. Victima deo (grata) est bona mens.

11. Fieri non potest, ut quis secundum deum vivat, nisi sapienter et juste cuncta faciat.

12. In muliere improba bonum est sigillum.

13. Mulier clamosa et lingulaca quasi tuba hostium in fugam nos impellentium habebitur.

14. Sextus *ignem edacem* ex incerto loco ingruentem exposuit.

SEXTI SIVE XYSTI SIVE SIXTI ENCHIRIDION

LATINE VERSUM A RUFINO.

RUFINUS APRONIANO SUO S. D.

Scio quia, sicut grex ad vocem proprii pastoris libenter accurrit, ita et religiosus auditor vernaculi doctoris admonitionibus gaudet. Quia ergo, charissime fili Aproniane, religiosa filia mea, soror jam in Christo tua, poposcerat a me, ut ei aliquid, quod legeret, tale componerem, ubi neque laboraret in intelligendo, aperto et satis plano sermone : Sixtum in Latinum verti, quem Sixtum ipsum esse tradunt, qui apud vos idem in urbe Romana Sixtus vocatur, episcopi et martyris gloria decoratus. Hunc ergo cum legerit, inveniet tam brevem, ut videat singulis versibus ingentes explicari sensus, tam vehementem, ut versus sententia ad totius possit perfectionem vitæ sufficere, tam manifestum, ut nec assistens quidem legenti puellæ expertem se intellectus esse causetur. Omne autem opus ita breve, ut de manu ejus nunquam possit recedere, totus hic liber ibi pristini alicujus pretiosi obtinens annuli locum. Et revera æquum videtur, ut, cui pro verbo Dei terrena ornamenta sorduerunt, nunc a nobis ad vicem verbi et sapientiæ monilibus adornetur. Nunc ergo interim habeatur in manibus pro annulo liber, paulo post vero in thesaurum proficiens totus servetur in corde, sermones disciplinæ et bonorum actuum communionis de intimo suggesturus arcano. Addidi et electa quædam religiosi parentis ad filium, sed breve totum, ut merito omne opusculum vel enchiridion, si Græce, vel Latine annulus appelletur. Vale.

SEXTI ENCHIRIDION RUFINO INTERPRETE.

1. Fidelis homo, electus homo est.

2. Electus homo, homo Dei est.

3. Homo Dei est, qui Deo dignus est.

4. Deo dignus est, qui nihil indigne agit.
(Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 15.)

5. Dubius in fide, infidelis est.

6. Infidelis homo mortuus est corpore vivente.

7. Vere fidelis est, qui non peccat, atque etiam in minimis caute agit.

8. Non est minimum in humana vita negligere minima.

9. Omne peccatum impietatem puta. Non enim manus vel oculus peccat, vel aliquod hujusmodi membrum : sed male uti manu vel oculo, peccatum est.

10. Omne membrum corporis, quod invitat te contra pudicitiam agere, abjiciendum est. Melius enim est uno cum membro vivere, quam cum duobus puniri.
(Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 34.)

11. Immortales crede te manere in judicio honores et pœnas.
(Cf. Maximus t. II. Serm. LXVIII p. 685.)

12. Si, quæcunque in hoc mundo habes, aliquis auferat tibi, ne indigneris.

13. Inculpatus esto.

14. Omnia auferenti a te cede, præter libertatem.
(Conf. Demophili Sentent. 42.)

15. Sapiens vir et pecuniæ contemptor similis est Deo.

16. Rebus mundanis in causis tantum necessariis utere.

17. Quæ mundi sunt, mundo : et quæ Dei sunt, reddantur Deo.

18. Certus esto, quod animam tuam fidele depositum acceperis a Deo.

19. Cum loqueris de Deo scito, quod judiceris a Deo.

20. Optimam purificationem putato nocere nemini. (Cf. Hierocl. ad carm. aur. vs. 67-69.)

21. Anima purificatur Dei verbo per sapientiam.

22. Ne putes Dei sapientiam insensibilem esse.

23. Deus sicut mens est, quæ movetur sponte, secundum hæc et subsistit.

24. Magnitudinem Dei non invenies, etiamsi pennis volare possis.

25. Nomen Dei ne quæras, quia non invenies : nam omne, quod nomine appellatur, a digniore nomen accipit, ut alius quidem vocet, alius autem audiat. Quis ergo est, qui nomen imposuit Deo? Deus autem non nomen est Deo, sed indicium, quod sentimus de Deo.

26. Nihil ergo de Deo, quod non licet, quæras.

27. Deus sapiens lux est, non capax contrarii.

28. Quæcunque fecit Deus, pro hominibus ea fecit.

29. Angelus minister est Dei ad hominem. (Cf. Porphyr. ad. Marc. cap. 21.)

30. Tam pretiosus est homo apud Deum, quam angelus.

31. Primus beneficus est Deus; secundus est is, qui beneficii ejus fit particeps homo. Vive igitur ita, tanquam qui sis secundus post Deum et electus ab eo. (Conf. Orig. contra Cels. lib. IV pag. 179 ed. Spencer.)

32. Habes (inquam) in te aliquid simile Dei, et ideo utere te ipso, velut templo Dei, propter illud, quod in te simile est Dei. (Cf. Demophili sent. 45 et Porph. ad Marc. cap. 11.)

33. Revereatur vitam tuam mundus. Nihil admittas, quod tibi invehat notam.

34. Male viventes, cum ex corpore excesserint, cruciabit malus dæmon, usque quo etiam novissimum quadrantem exigat ab eis.

35. Beatus vir, cujus animam nemo reprehendit ad Deum euntem.

36. Deum ergo honora super omnia, ut ipse dominetur tibi.

37. Quicquid super omnia honoraveris, hoc tibi dominabitur. Si autem dominatum tui gerit Deus, ita tu demum dominaberis omnibus.

38. Honor summus Deo scire eum et imitari.

39. Simile quidem Deo per omnia nihil est, grata tamen ei est inferioris, quantum possibile est, imitatio.

40. Templum sanctum est Deo mens pii, et altare est optimum ei cor mundum et sine peccato. (Conf. Græc. Sexti sent. 10 et Porphyr. ad Marcell. cap. 19.)

41. Hostia soli (*leg.* sola) Deo acceptabilis, benefacere hominibus pro Deo. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 17.)

42. Deo gratiam præstat homo, qui quantum possibile est, vivit secundum Deum.

43. Deus quidem nullius eget, fidelis autem Dei solius; æmulatur ergo illum, qui nullius eget, is qui paucis in rebus necessariis indiget.

44. Satage magnus quidem esse apud Deum, apud homines vero invidiam fuge.

45. Si benignus sis erga indigentes, magnus eris apud Deum.

46. Sapiens vir, cujus viventis quidem parva est apud homines opinio, defuncti vero gloria prædicatur.

47. Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc puta te perdidisse.

48. Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem semper sit apud Deum.

49. Intellige, quæ sint bona, ut bene agas.

50. Bona cogitatio hominis Deum non latet, et ideo cogitatio tua pura sit ab omni malo.

51. Dignus esto eo, qui te dignatus est filium dicere, et age omnia ut filius Dei.

52. Quod Deum patrem vocas, hujus in actionibus tuis memor esto.

53. Vir castus et sine peccato potestatem accepit a Deo esse filius Dei.

54. Bona mens chorus est Dei. (Cf. Demophili sent. 45.)

55. Mala mens chorus est dæmonum malorum. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 21, ubi exstant græca Sexti verba quæ perperam vertit Rufinus.)

56. Injustum si inhibeas agere injuste, hoc est secundum Deum punire.

57. Satage non videri, sed esse justus. Certum enim est non esse eum, qui videri vult esse.

58. Honora quod justum est, propter hoc ipsum quod justum est.

59. Nequaquam latebis Deum agens injuste, sed nec cogitans quidem. (Conf. Thaletis sent. 12.)

60. Vir sapiens castus erit Deo.

61. Omnem spurcitiem fuge.

62. Semper de bonis loqui stude.

63. Libidinem vince, continens corpus in omnibus, quia ex deliciis et voluptatibus non effugies spurcitiem. (Cf. Pythag. carm. aur. vs 9—11.)

64. Voluptuosum Deus non exaudit.

65. Deliciarum finis corruptio.

66. Non verbum, sed ratio præcedat actus tuos. (Cf. Pythag. carm. aur. vs. 27 sqq. et Demophili sent. 26.)

67. Perniciosum est servire vitiis, quia, quot vitia habet anima, tot et dominos. (cf. Demophili sent. 31.)

68. Amor pecuniæ amorem carnalium indicat.

69. Acquire possessionem animæ firmam, virtutem. Quid est firma possessio, nisi virtus aut vis animæ? (cf. Pythagoreorum sent. 16.)

70. Renuntia rebus corporis, dum adhuc potes, et quantum potes.

71. Hoc solum tuum ducito, quod bonum est.

72. Qualis vis esse, dum Deum oras, talis semper esto.

73. Dum optima quæque abjeceris prædia, tunc purificatus pete quod vis a Deo.

74. Lingua maliloqua indicium est mentis malæ. (Cf. Antonius Meliss. et Maxim. serm. περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς p. 258.)

75. Insuesce linguam tuam bene proloqui, et maxime, cum de Deo fit sermo. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 15.)

76. Nocere Deo nemo potest.

77. Impius in Deum maledicus et infestus et contumeliosus est.

78. Fundamentum pietatis est continentia : culmen autem pietatis amor Dei. (Cf. Porphyr. ad Marc. cap. 35.)

79. Pium hominem habeto tanquam te ipsum.

80. Opta tibi evenire non quod vis, sed quod expedit. (Cf. versus allatos a Platone Alcib. II p. 143 ed. Steph.)

81. Qualem vis esse proximum tuum tibi, talis esto et tu tuis proximis.

82. Quæ culpas, facere noli. (Cf. Thales ap. Diog. Laert. I, 36.)

83. Nulli suadenti acquiescas petere quod non est bonum. (Cf. Carm. aur. vs. 25—26.)

84. Quod Deus tibi dat, nullus auferre potest. (Cf. Demophili sent. 1.)

85. Delibera priusquam agas, et antequam agas provide quale sit quod facturus es. (Conf. Demophili sent. 5.)

86. Si quid non vis scire Deum, istud nec agas nec cogites.

87. Priusquam agas, quodcunque agis, cogita Deum, ut lux ejus præcedat actus tuos. (Cf. Carm. Aur. vs. 48—49.)

88. Grandis impietas in Deum affligere hominem.

89. Anima illustratur recordatione Dei.

90. Contentus esse mediocribus stude.

91. Noli omnia concupiscere.

92. Occasiones bonorum perquire, etiam cum labore.

93. Noli diligere ea, quæ corporis sunt.

94. Immundum hominem facit actus turpis.

95. Purgatur anima insipientis, cum arguitur intrinsecus latens sensus ejus.

96. Deus in bonis actibus hominibus dux est.

97. Neminem inimicum deputes. (Cf. Hierocl. ad carm. aur. vs. 7.)

98. Dilige omne, quod ejusdem tecum naturæ est : Deum vero etiam plus quam animam tuam dilige.

99. Pessimum est peccatoribus in unum convenire, cum peccant.

100. Multi cibi impediunt castitatem, et incontinentia ciborum immundum facit hominem.

101. Animantium omnium usus quidem in cibis indifferens, abstinere vero rationabilius est. (Conf. græc. Sexti sent. 8 et Senec. epist. VIII.)

102. Non cibi, qui per os inferuntur, polluunt hominem, sed ea, quæ ex malis actibus proferuntur.

103. Quidquid cupiditate victus acceperis, polluit te.

104. Multitudini placere ne satagas. (Cf. Symbol. Pythag. 14.)

105. In omni, quod bene agis, auctorem esse deputa Deum.

106. Mali nullius auctor est Deus. (Cf. Pythag. sent. 13 et Porphyr. ad Marcell. cap. 24.)

107. Non amplius possideas quam usus corporis poscit. (Conf. Porphyr. ad Marcell. cap. 29 et 30.)

108. Aurum non eripit animam e malis.

109. In deliciis corporis positus certum est. quod ignores illa, quæ præparata tibi sunt a Deo.

110. Ea posside, quæ nullus possit auferre a te.

111. Fer quod necesse est, sicut necesse est.

112. Magnanimus esse stude.

113. Ea quæ contemnes, si recte laudaris, ne retineas. In quibus probabiliter magnificus eris, hæc obtine.

114. Hæc posce a Deo, quæ dignum est præstare Deum. (Conf. Porphyr. ad Marcell. cap. 12.)

115. Ratio quæ in te est, vitæ tuæ lux (*leg.* dux) esto. (Conf. Porphyr. ad Marcell. 34.)

116. Ea pete a Deo, quæ accipere ab homine non potes. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 12.)

117. In quibus præcedere debet labor, hæc tibi opta evenire post laborem. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 12.)

118. Oratio vel vota pigri sermo vanus. (Porph. ad Marcell. cap. 12.)

119. Non oportet contemnere ea, quibus etiam post depositionem corporis egemus. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 12.)

120. Non petas a Deo id, quod cum habueris, non perpetuo obtinebis. (Cf. Demophil. Sent. 1 et Porphyr. ad Marc. cap. 12.)

121. Insuesce animam tuam aliquid magnum de se sentire post Deum.

122. Nil pretiosum ducas, quod auferre a te possit homo malus.

123. Hoc solum bonum putato, quod Deo dignum est.

124. Quod Deo dignum est, hoc et viro bono.

125. Quidquid non convenit ad beatitudinem Dei, non conveniat homini Dei. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 11.)

126. Ea debes velle, quæ et Deus vult.

127. Filius Dei est, qui hæc sola pretiosa ducit, quæ et Deus.

128. Donec in desideriis est caro, anima ignorat Deum. (Conf. Porphyr. ad Marcell. cap. 13.)

129. Cupiditas possidendi origo avaritiæ est.

130. Ex sui ipsius amore injustitia nascitur.

131. Corpus animæ molestum non natura, sed peccatum fecit.

132. Omne quod homini plus est, quam necesse est, inimicum est ei.

133. Qui amat, quod non expedit, non amabit, quod expedit.

134. Sapiens verbis innotescit paucis.

135. Qui studet his, quæ non sunt bona, eum latebunt quæ sunt bona.

136. Semper apud Deum mens est sapientis. (Cf. Porphyr. ad Marc. cap. 16.)

137. Sapientis mentem Deus inhabitat. (Conf. Demophil. sent. 45)

138. Inexplebilis est omnis cupiditas, propterea et semper indiget.

139. Sapiens semper similis est sibi.

140. Sufficit ad beatitudinem agnitio Dei solius et imitatio.

141. Malis qui adulatur, pejores eos facit. (Cf. Sent. Pyth. 27.)

142. Intolerabilis fit malitia, cum laudatur. (Conf. Democrit. fragm. spur. 10.)

143. Lingua tua sensum tuum sequatur. (Cf. Porphyr. ad Marc. cap. 14.)

144. Melius est lapidem frustra jacere, quam verbum.

Delibera antequam dicas, ne, quæ non expedit, dicas. Verba sine sensu opprobria. (Cf. Simil. Pyth. 104; Porph. ad Marc. cap. 14; Demophil. sent. 5.)

145. Verbositas non effugiet peccatum.

146. Brevis est in sermonibus sapiens. (Cf. Stob. Flor. XXXV, 4 et 8.)

147. Indicium imperitiæ longa narratio.

148. Veritatem dilige.

149. Mendacio tanquam veneno utere. (Cf. Plato de republ. lib. III cap. 3.)

150. Ante omnia tempus verbis tuis requirito.

151. Tum loquere, quando tacere non expedit. (Cf. Pythag. ap. Stob. Flor. XXXIV, 7—8.)

152. De quibus ignoras tace, de quibus autem certus es, loquere opportune. (Cf. Epictet. Enchir. cap. 41.)

153. Sermo extra tempus indicium malitiosæ mentis est.

154. In conventu ne satagas primum dicere.

155. Melius est vinci vera dicentem, quam vincere mentientem. (Conf. Porphyr. ad Marcell. cap. 14.)

156. Fides actus tuos omnes præcedat.

157. Sapientia animam perducit ad Deum.

158. Nihil tam vernaculum sapientiæ quam veritas.

159. Nunquam potest anima bona mendacium diligere.

160. Pravo et pessimo ingenio fides aliena est.

161. Fidelis homo audire quæ oportet amat magis, quam dicere quæ non oportet.

162. Vir libidinosus ad omnia inutilis est.

163. Irreprehensibilis in verbis unitur Deo.

164. Peccata discentium opprobria sunt doctorum.

165. Mortui sunt apud Deum, per quos nomen Dei maledicitur.

166. Sapiens homo beneficus post Deum.

167. Sermones tui vitam tuam commendent auditoribus.

168. Quod fieri non decet, neque in suspicionem veniat, quasi id feceris.

169. Quod pati non vis ab alio, neque id facias.

170. Quæ tibi facere est turpe, hæc et aliis imperare facienda turpissimum est.

171. Etiam in cogitationibus tuis mundus esto a peccato.

172. Cum præes hominibus, memento quod et tibi præest Deus.

173. Vindictam exercens scito quia et judiceris a Deo.

174. Majus est periculum judicantis, quam ejus qui judicatur.

175. Levius est omne vulnus quam verbum. (Cf. Simil. Pyth. 111.)

176. Possibile est verbo fallere homines, non autem Deum.

177. Non putes malum, si tum, cum veritatem scias, culparis in verbo.

178. Male sentire de fide amor jactantiæ facit.

179. Fidelis esse magis quam videris stude. (Cf. Democrit. fragm. mor. 114.)

180. Cole sapientem virum tanquam imaginem Dei viventis.

181. Sapiens vir etiamsi nudus sit, sapiens apud te habeatur.

182. Neminem propterea magni æstimes, quod pecunia divitiisque abundet.

183. Difficile est divitem salvari.

184. Derogare viro sapienti ac Deo æquale ducito peccatum.

185. Verbum de Deo loquens depositum te putato accepisse animas auditorum.

186. Quod bonum est, hoc solum te decere puta. (Conf. sent. Pythag. 7.)

187. Age magna, non magna pollicens. (Cf. Demophil. sent. 37.)

188. Non eris sapiens, si te reputaveris sapientem.

189. Non potest bene vivere, qui non integre credit.

190. In tribulationibus, quis sit fidelis, agnoscitur.

191. Finem vitæ existima vivere secundum Deum.

192. Nihil putes malum, quod non sit turpe. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 9.)

193. Mali finis injuria, injuriæ autem perditio.

194. Non dominatur mala affectio in mente fidelis.

195. Omnis mala affectio animi rationi est inimica. (Cf. sent. Pyth. 30.)

196. Quidquid feceris animo male affecto, pœnitebis.

197. Affectiones pravæ ægritudinum initia.

198. Malitia est ægritudo animæ.

199. Animæ autem mors injustitia et impietas.

200. Tunc te puta fidelem, cum passionibus animæ carueris.

201. Omnibus hominibus ita utere, quasi communis omnium post Deum curator.

202. Qui hominibus male utitur, se ipso male utitur.

203. Qui nihil mali vult, fidelis est.

204. Opta, ut bene possis facere inimicis.

205. Sine Deo non poteris vivere Deo.

206. Malis ineptus videtur vir sapiens.

207. Omnia sufferto pro eo, ut secundum Deum vivas.

208. Orationem Deus non exaudit hominis, qui egenum non exaudit.

209. Sapientia sapienti donum a Deo.

210. Honorans sapientem te ipsum honorabis.

211. Fidelem te esse nosce.

212. Cum filium te quis Dei dicit, memento, cujus te filium dicat.

213. Deum patrem invocans in actibus hoc recordare.

214. Verba tua pietate semper plena sint.

215. In actibus tuis ante oculos pone Deum.

216. Nefas est, Deum patrem invocare et aliquid inhonestum agere.

217. Qui non diligit sapientem, nec se ipsum diligit.

218. Nulla propria possessio putetur sapientis.

219. Quorum communis est Deus idemque pater, hi, nisi auxilia et opem in commune conferunt, impii sunt.

220. Deo ingratus est, qui non magni ducit sapientiam.

221. Conjugium tibi refutare concessum est, idcirco ut vivas indesinenter adhærens Deo. Si autem tanquam prælium sciens tamen pugnare vis, et uxorem duc et filios procrea.

222. Adulter est in suam uxorem omnis impudicus vel amator ardentior.

223. Nihil propter solam libidinem facias. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 35.)

224. Scito, te adulterum esse etiam si cogites de adulterio. Sed et de omni peccato eadem sit tibi ratio.

225. Fidelem te esse professus spopondisti pariter non peccare Deo.

226. Fideli mulieri ornatui ducatur pudicitia.

227. Vir, qui uxorem dimittit, profitetur se nec mulierem gerere.

228. Mulier pudica gloria viri est.

229. Reverentiam habens uxori habet eam reverentem.

230. Fidelium conjugium certamen habet continentiæ.

231. Ut continueris ventrem, ita et venereos motus. (Conf. Pythag. Carm. Aur. vs. 9—10.)

232. Devita infidelium laudes.

233. Quæ gratis accipis a Deo, præsta gratis.

234. Multitudinem fidelium non invenies : rarum est enim, quod bonum est. (Conf. Juvenal. Sat. XIII, vs. 26 seq.)

235. Sapientem honora post Deum.

236. Cum argueris sapientem, diliget te.

237. Qui sapienti non obtemperaverit, nec Deo obtemperabit.

238. Fidelis volens esse præcipue quidem hoc nitere, ne pecces : quod etiam si forte acciderit, saltem cave, ne iteretur id ipsum.

239. Doctrinam, quæ non est Deo digna, ne dicas. (Conf. Porphyr. ad Marcell. cap. 15.)

240. Multa velle scire curiositas animi putanda est.. (Cf. Democrit. fr. moral. 140—141 et Heraclit. ap. Diog. Laert. lib. IX, 1.)

241. Qui cognoscit quæ Deo digna sunt, ille sapiens est.

242. Doctrinam, ex qua proficere potes in amore Dei, illam necessario expete.

243. Sapiens vir parcit, ne perdat tempus. (Cf. supra Chilonis dictum χρόνου φείδου.)

244. Fiduciam cum verecundia habeto.

245. Excrucient te liberi male viventes magis quam morientes.

246. Filii infideles nec filii.

247. Fidelis vir non ægre fert abjectionem liberorum. (Conf. Marc. Antonin. I, 8.)

248. Vivere quidem non est in nobis, recte autem vivere in nobis est.

249. Non judices esse sapientiæ studiosum, cui non de omnibus credis.

250. Stude communiter omnibus benefacere.

251. Criminationes adversus sapientiæ studiosum noli admittere.

252. Exsecrabile tibi sit etiam juste aliquid punire.

253. Si vis cum lætitia animi vivere, noli multa agere. In multis enim actionibus minor eris. (Conf. Democrit. fragm. moral. 92.)

254. Quod non posuisti, ne tollas, sed sufficiant tibi quæ tua sunt. (Conf. Solon. apophthegm. 48.)

255. Relinquens quæ possides sequere verbum Dei, liber enim eris ab omnibus, cum Deo servieris.

256. Cessa a cibo.

257. Ede citra satietatem.

258. Omni homini impartito.

259. Pro reficiendo paupere etiam jejunare bonum est. (Conf. Clemens Alexandr. Strom. VII p. 878.)

260. Omne poculum tibi suave sit quod sitim exstinguit. (Conf. Xenoph. Memorab. lib. I, cap. III, 6.)

261. Ebrietatem quasi insaniam fuge. (Conf. sent. Pythag. 9.)

262. Homo, qui a ventre vincitur, belluæ similis est.

263. Ex carne nihil oritur bonum.

264. Turpissimæ libidinis ea quidem quæ suavia sunt, cito transeunt, probra vero perpetuo manent.

265. Solent homines abscindere aliqua membrorum suorum pro sanitate reliquorum. Quanto id præstantius pro pudicitia fiet! (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 34.)

266. Grandem pœnam putato, cum in desideriis obtinueris; nunquam enim sedat desiderium adeptio desideratorum. (Conf. Clemens Alex. Protr. ad Gent. p. 85 et Strom. VII p. 857.)

267. Non est sapienter factum, in quo libertas aufertur.

268. Bona habere omnes optant, obtinent autem, qui semetipsos integre verbo Dei manciparunt.

269. Sapientiæ amator, et honestus esto, et non obtrectator.

270. Rara sit objurgatio tua et opportuna. (Conf. Clemens Alexandr. Pædag. lib. I cap. 8—9.)

271. Nimius risus indicium est animi negligentis : ne ergo tantum tibi indulgeas, ut risu diffluas.

272. Castorum vita sit tibi honestatis exemplum.

273. Optimum quidem est non peccare, peccantem vero agnoscere, quam ignorare, melius est. (Conf. Clemens Alexandr. Pædag. lib. I p. 146.)

274. Jactans non est sapiens.

275. Magnam scito esse sapientiam, per quam ferre potes ineruditorum insipientiam. (Cf. Demophil. sent. 28.)

276. Turpe ducito proprio ore laudari.

277. Sapientum animæ insatiabiles sunt in amore Dei.

278. Exordium in agendo a Deo sume, quæ agis. (Cf. carm. aur. vs. 48-49.)

279. Ore autem prius Deum habeto et mente, quam respires.

280. Ea quæ oportet discere et ita facere, ne coneris facere, antequam discas. (Cf. carm. aur. vs. 30-31.)

281. Carnem noli amare.

282. Animam bonam post Deum dilige.

283. Domesticorum indignationes ferre sapientis est.

284. Sapientum divitiæ continentia. (Cf. sent. Pyth. 19.)

285. Si quid proprium alii tradideris, at ipse non habebis, non judices bonum. (Cf. Demophil. sent. 18.)

286. Justa communio servanda.

287. Non dicas aliquod alio peccato levius. (Conf. Cicero Paradox. 3.)

288. Sicut in benefactis laudari vis, ita in delictis patienter accipe, si culperis. (Conf. Pythag. ap. Stob. Flor. XIV, 18.)

289. Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magni pendas. (Cf. Demophil. sent. 20.)

290. Thesaurum quidem defodere inhumanum est, inventum auferre non est sapientis.

291. Quantum laboras pro corpore, si tantum labores pro anima, sapiens eris. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 32.)

292. Sapiens non est, qui nocet.

293. Ad omnia, quæ agis, Deum invoca testem.

294. Deus bonos actus hominum confirmat. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 16.)

295. Malorum actuum malus dæmon dux est. (Cf. Porph. ad Marc. cap. 16.)

296. Sapiens vir Deum hominibus commendat.

297. Deus super omnia opera sua, plus super sapientem gloriatur. (Cf. Apollinis oraculum εὐσεβέσιν δὲ κτλ. ap. Hierocl. ad carm. aur. vs. 1.)

298. Nihil tale post Deum verum, sicut sapiens. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 15.)

299. Quæcunque Deus possidet, hæc et sapiens.

300. Malus vir non putat esse providentiam. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 16.)

301. Anima mala Deum fugit. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 16.)

302. Omne quod malum est, Deo inimicum est. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 9.)

303. Qui sapit in te, hunc dicito esse hominem.

304. Particeps Dei est vir sapiens.

305. Ubi est quod sapit in te, ibi est bonum tuum.

306. Bonum in carne non quæras.

307. Quod animæ non nocet, nec homini.

308. Sapientem hominem, tanquam Dei ministrum, honora post Deum.

309. Tabernaculum quidem corporis graviter ferre superbum est; deponere autem posse, cum oportuerit, in pace beatum est. (Conf. Clemens Alexandrinus pag. 639 et 640.)

310. Mortis quidem ipse tibi causa non fias; si quis autem vult te corpore exuere, ne indigneris. (Cf. in Sosiad. VII sapient. sentent. τῷ βίῳ μὴ ἄχθου.)

311. Sapientem si quis de corpore extrudat injuste, in iniquitate sua beneficium ei præstat; absolvitur enim tanquam e vinculis.

312. Hominem metus mortis contristat pro imperitia animæ.

313. Ferrum, quo homines interimuntur, optimum fuerat non fieri, factum tamen apud te non sit. (Cf. Plin. Hist. Nat. XXXIV, 14 et Menag. ad Diog. Laert. VIII, 50.)

314. Nulla simulatio multo tempore latebit, maxime in fine. (Cf. Demophil. sent. 23.)

315. Ut sunt mores tui, talis et vita tua : mores enim religiosi faciunt vitam beatam. (Cf. Demophil. sent. 4.)

316. Qui cogitat adversus alium mala, ipsa præveniens ipse præfert mala. (Cf. Demophil. sent. 4.)

317. Ne te impediat a benefaciendo homo ingratus.

318. Optime facultatibus utitur is, qui indigentibus libenter tribuit.

319. Fratrem volentem a fide recedere hortare, ne faciat, et si insanabilis sit, magis observa.

320. In fide conare omnes homines vincere.

321. Intellectum non prius habebis, quam intellexeris, te habere.

322. Stude tua sorte contentus esse.

323. Membra corporis sarcina sunt iis, qui eis non utuntur.

324. Ministrare aliis melius est, quam ab aliis ministrari.

325. Quem Deus non emittit e corpore, ne graviter ferat.

326. Sententiam, quæ misericordiam vetat, non solum non tenere, sed audire refuge. (Opponuntur hæc Stoicorum dogmati : ἐλεήμονας μὴ εἶναι σοφούς, συγγνώμην δὲ ἔχειν μηδενί. Vid. Seneca lib. II de Clementia.)

327. Qui dat aliquid et imputat, contumeliam magis quam beneficium dedit.

328. Qui tuetur pupillos, erit multorum filiorum secundum Deum pater.

329. Quidquid egeris causa gloriæ, merces facti tui erit.

330. Si quid dederis, ut hominibus innotescas, non homini, sed propriæ libidini præstitisti. (Cf. Senec. de benef. lib. IV, 10.)

331. Iracundiam multitudinis ne provoces in te.

332. Disce, quod oportet fieri, ut beatus fias.

333. Melius est fame mori, quam per incontinentiam ventris maculare animam. (Cf. Demophil. sent. 39 et Porphyr. ad Marcell. cap. 35.)

334. Vestimentum esse putato animæ corpus tuum : mundum igitur id conserva. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 14.)

335. Qualia studia gesserit anima corpus inhabitans, tales habebit testes in judicio.

336. Immundam animam sibi dæmones immundi vindicant. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 21.)

337. Fidelem animam et bonam in via Dei mali dæmones non impediunt.

338. Verbum de Deo non omni homini committas. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 15 et Pythagor. symbol. 28.)

339. Non est tutum audire de Deo homines vanæ gloriæ jactantia corruptos. (Cf. Demophil. sent. 25 et Porphyr. ad Marc. cap. 15.)

340. De Deo etiam quæ vera sunt loqui periculum est et non parvum. (Cf. Demophil. sent. 25 et Porph. ad Marc. cap. 15.)

341. De Deo nihil dicas, quod non didiceris a Deo : vel ei qui non credit, de Deo nihil loquaris.

342. Verbum verum ut Deum honora.

343. Si immunis non es a flagitiosis operibus, de Deo nihil disceptes. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 15.)

344. Sermo verus de Deo sermo Dei est.

345. Si scis, quod acceptum habent de te, quod diligis Deum, hi qui te audiunt, tunc eis loquere de Deo.

346. Opera caritatis Dei procedant abs te, et tunc sermonem facito de Deo.

347. In multitudine dicere de Deo non audeas.

348. Verbum de Deo parcius proferto, quam de anima. Melius est animam perdere quam verbum vanum de Deo proferre.

349. Viri amantis Deum corporis potestatem habet leo et tyrannus similiter.

350. Cum tibi minatur tyrannus, cujus sis, tunc memor maxime esto.

351. Verbum de Deo reticere præstat magis, quam temere proferre. (Cf. Porphyrius ad Marcell. cap. 15.)

352. Qui dicit de Deo quæ non sunt, contra eum falsum loquitur.

353. Deum non cognovit, qui non colit.

354. Non est verum, quod Deum colat, qui hominem lædit.

355. Fundamentum et initium est cultus Dei amare Deum homines.

356. Qui hominum curam gerit et orat Deum pro eis, iste vere a Deo esse putandus est.

357. Dei proprium est salvare, quos dignos judicat.

358. Cultoris autem Dei est orare Deum pro salute hominum.

359. Cum oranti tibi præstitum fuerit quod poposcisti a Deo, tunc tibi potestatem permissam a Deo intellige.

360. Dignus deo homo deus est et in hominibus. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 15.)

361. Melius est nihil habere, quam multa habentem nemini impertiri.

362. Si non das egenti, cum poscit, non accipies a Deo, cum poposceris.

363. Qui ex animo dat cibum indigenti, parum quidem est, quod dat, sed magna fiet ei bonæ voluntatis retributio.

364. Deum qui putat esse et nihil ab eo curari, nihil differt ab eo, qui non credit esse Deum. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 22.)

365. Optime honorat Deum ille, qui mentem suam, quantum fieri potest, similem Deo facit. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 16.)

366. Deus quidem nequaquam eget, lætatur tamen super his, qui indigentibus tribuunt.

367. Fidelium pauca sunt verba, opera autem multa.

368. Fidelis, qui libenter vult doceri, operarius efficietur veritatis.

369. Præpara et apta te ad tribulationes, et lætus eris.

370. Neminem lædens nullum timebis.

371. Tyrannus beatitudinem non aufert.

372. Quod fieri necesse est, voluntarie sacrificato.

373. Quod non oportet fieri, nullo modo facias.

374. Omnem magis causam refer ad Deum. (vid. Hierocl. ad carm. aur. vs. 48—49.)

375. Nemo sapiens est, qui deorsum respicit in terram.

376. Immensa amatoris sapientiæ libertas non sit in homine, sed in anima.

377. Mentiri, in vita decipere est et decipi.

378. Quid sit Deus, agnosce, et quid in te, quod agnoscit Deum.

379. Dei opus bonum homo bonus.

380. Sine Deo sunt hi, pro quibus verbum Dei maledicitur.

381. Animam mors non perdit, sed mala vita. (Cf. Clemens Protrept. p. 89.)

382. Si scis, a quo factus sis, te ipsum cognoscis.

383. Non est secundum Deum vivere, nisi pudice et bene et juste quis agat.

384. Hominum infidelium vita opprobrium est. (Cf. Demophil. sent. 20.)

385. Animam de terra fides elevat ad Deum. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 10.)

386. Animæ sapientis magnitudinem non invenies, sicut nec Dei quidem.

387. Quæcunque dat mundus, nemo firmiter tenet. (Cf. Porphyr. ad Marc. cap. 12.)

388. Quæcunque dat Deus, nemo auferre potest.

389. Divina sapientia vera est scientia.

390. Immundæ animæ ne audeas loqui de Deo.

391. Viri periculum in operibus primo sicut in verbis facito. (Cf. Demophilus sent. 36.)

392. Aures tuas non omnibus committas.

393. Operari quidem Deo omnibus facile est, dicere autem de Deo soli justo est permittendum.

394. Non cruciet anima tua corpus tuum, neque animam tuam libido corporis.

395. Insuesce te ipsum quidem corpori præbere, quæ sua sunt, caste, et animæ, quæ sua sunt, pie.

396. Pasce animam tuam verbo Dei, et corpus simplicibus cibis. (Cf. Porphyr. ad Marc. c. 26.)

397. Illis insuesce animam tuam gaudens, in quibus recte gaudeat. Anima, quæ iniquis rebus gaudet, indigna est apud Deum.

398. Sapientis anima audit Deum, sapientis anima aptatur a Deo (*leg.* ad Deum), sapientis anima semper est cum Deo. (Conf. Porphyr. ad Marcell. cap. 16.)

399. Cor diligentis Deum in manu Dei stabilitum est.

400. Animæ ascensus ad Deum per Dei verbum est.

401. Sapiens sequitur Deum et Deus animam sapientis.

402. Gaudet rex super his, quos regit; gaudet ergo Deus super sapiente. Inseparabilis est et ab his quos regit ille qui regit; ita ergo et Deus ab anima sapientis, quam tuetur et regit. (Conf. Porphyr. ad Marcell. cap. 16.)

403. Regitur a Deo vir sapiens et idcirco beatus est. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 16.)

404. Anima sapientis ac mens Deo probatur.

405. Sapiens vir, et cum tacet, honorat Deum. (Cf. Demophil. sent. 6 et Porphyr. ad Marcell. cap. 16.)

406. Venerem et ea quæ sub alvo sunt non continens, nec fidelis. Homo incontinens polluit Deum. (Cf. Hierocles. ad carm. aur. vs. 9—11.)

407. Hominem scientia Dei paucis verbis uti facit. (Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 20.)

408. Multis verbis uti de Deo ignorantia Dei facit.

409. Homo, qui Dei cognitionem habet, non multa ambitione utitur.

410. Qui electus Dei est, facit quidem omnia secundum Deum, esse autem se ipsum non jactat electum.

411. Fidelis homo semper in metu est, usque quo eat ad Deum.

412. Homo, qui secundo satiatur cibo, non dormit noctu, nec concubitum effugit, sed nec dignus est apud Deum.

413. Alioquin et Deus graviter fert libidines corporis.

414. Fidelis vir continentia pascitur.

415. Sapientem fatum non facit, gratia enim Dei fato non subjacet.

416. Agnosce qui sunt filii Dei in creaturis ejus, et honora unumquemque pro merito post Deum.

417. Nil proprium Dei dicas, quod malum est.

418. Fidelis anima et casta et sapiens propheta veritatis Dei est. (Conf. Origenes contra Celsum lib. IV p. 226.)

419. Non amabis dominum Deum, nisi habueris in te aliquid simile Dei.

420. Amicum deputa similem simili tantummodo.

421. Si non diligis Deum, non ibis ad Deum.

422. Consuesce te ipse semper respicere ad Deum.

423. Intuendo Deum videbis Deum.

424. Videns Deum facies mentem tuam, qualis est Deus.

425. Excole quod intra te est, nec ei ex libidine corporis contumeliam facias.

426. Incontaminatum custodi corpus tuum, tanquam si indumentum acceperis a Deo, et sicut vestimentum corporis immaculatum servare stude.

427. Sapiens mens speculum est Dei. (Conf. Porphyr. ad Marcell. cap. 13.)

PYTHAGOREORUM PHILOSOPHORUM

RELIQUIÆ.

1. Τὼς δὲ νόμως οὐκ ἐν οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν ἐνῆμεν δεῖ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἤθεσι τῶν πολιτευομένων. Τίς ὦν ἀρχὰ πολιτείας ἁπάσας; νέων τροφά. Οὐ γὰρ μήποκα τὸν καρπὸν ὀνασιφόρον ἄμπελοι γεννήσοντι, μὴ φυτοτροφηθεῖσαι καλῶς· οὐδ' ἵπποι μήποκα γένωνται καλοὶ πωλοτροφίαν παρέντεσι. Τὰ γὰρ νεόπηκτα τῶν σταιτῶν [a] μάλιστα τῷ ἀψαμένῳ καὶ πλατιάζοντι ὅμοιον τὸ σχῆμα λαμβάνει. Τοῖς ἀνθρώποις περὶ μὲν ἀμπέλως πῶς χρὴ τμηθῆμέν τε καὶ ἐποφθῆμεν πεφρονημένως ἔχει, τὰ δ' ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἤθεα ἀμελέως τε καὶ εἰκαίως· καί τοι οὐχ ἁ ἄμπελος οὐδ' ὁ οἶνος τᾶς πολιτείας ἀγεμὼν ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος καὶ ἁ ψυχὰ τῶ ἀνθρώπω. Καὶ τῷ μὲν φυτῷ πλήονος εἰώθαμες ἄξιον παρακαθιστάμεν, καὶ τὸν ἐπιμελησόμενον, οὐ μῆον ἢ δύο μνᾶν ἄξιον, τοῖς δὲ νέοις Ἰλλυριὸν ἢ Θρᾷκα οὐδενὸς ἄξιον. Οἱ δ' ἐξ ἀρχᾶς νομοθέται τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων στάσιμον οὐκ ἐδύναντο [b] ποιῆσαι, κινάσι δὲ μονᾶς [c] καὶ τάξιος κεκοινωνηκυῖαν παρακατέζευξαν ὄρχησιν καὶ ῥυθμόν, ἔτι δὲ παιγνιὰς τὰς μὲν ἐς κοινωνίαν προτρεπομένας τὰς δ' ἐς ἀλάθειαν καὶ ὀξύτατα ψυχᾶς· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ὑπὸ μέθας ἢ πλασμονᾶς φαῦλόν τι καταπράξασιν τὸν αὐλὸν καὶ τὰν ἁρμονίαν ἐς τὰς συνωσίας [d] κατέταξαν, ὅπως πεπαινόμενον τὸ ἦθος δύναιτο κατακοσμεῖσθαι.

(Stobæus Flor. XLIII, 95 Διωτογένους Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ ὁσιότητος. [a] scripsi νεόπηκτα τῶν σταιτῶν pro membranarum lectione νεόχρηστα τῶν σιτίων. [b] posui οὐκ ἐδύναντο ποιῆσαι rejecta codicum scriptura οὐκ ἂν δύναιντο ποιῆσαι. [c] κινάσι δὲ μονᾶς Meinekii conjectura est; codices habent κινάσιος δὲ μόνας. [d] συνωσίας Meinekius legi voluit; συνέσιας vetera exemplaria præbent.)

2. Βασιλεύς κ' εἴη ὁ δικαιότατος, δικαιότατος δὲ ὁ νομιμώτατος. Ἄνευ μὲν γὰρ δικαιοσύνας οὐδεὶς ἂν εἴη βασιλεύς, ἄνευ δὲ νόμω δικαιοσύνα. Τὸ μὲν γὰρ δίκαιον ἐν τῷ νόμῳ ἐντί, ὁ δέ γε νόμος αἴτιος τῶ δικαίω, ὁ δὲ βασιλεὺς ἤτοι νόμος ἔμψυχός ἐντι ἢ νόμιμος ἄρχων· διὰ ταῦτ' ὦν ὁ δικαιότατος καὶ νομιμώτατος. Ἔργα δὲ βασιλέως τρία τό τε στραταγὲν καὶ δικασπολὲν καὶ θεραπεύεν θεώς· στραταγὲν μὲν ὦν καλῶς δυνασεῖται πολεμὲν καλῶς ἐπισταθείς, δικασπολὲν δὲ καὶ διακούεν πάντων τῶν ὑπ' αὐτὸν φύσιν δικαίω καὶ νόμω καλῶς ἐκμαθών, θεραπεύεν δὲ τὼς θεὼς εὐσεβέως καὶ ὁσίως φύσιν θεῶ καὶ ἀρετὰν ἐκλογισάμενος. Ὥστε ἀνάγκα τὸν τέλειον βασιλέα στραταγόν τε ἀγαθὸν ἦμεν καὶ δικαστὰν καὶ ἱρέα· ταῦτα γὰρ καὶ ἀκόλουθα καὶ πρέποντά ἐντι βασιλέως ὑπεροχᾷ τε καὶ ἀρετᾷ. Κυβερνάτα μὲν γὰρ ἔργον ἐντὶ τὰν ναῦν σώζεν, ἀνιόχω δὲ τὸ ἅρμα, ἰατρῶ δὲ τὼς νοσίοντας, βασιλέως δὲ καὶ στραταγῶ τὼς ἐν πολέμῳ κινδυνεύοντας. Ὧ γὰρ ἕκαστος ἀγεμών ἐντι συστάματος, τούτω καὶ ἐπιστάτας καὶ δαμιουργός. Καὶ μὰν τό τε δικασπολὲν καὶ διανέμεν τὸ δίκαιον, ξυνᾷ μὲν καθόλω ἰδίᾳ δὲ καθ' ἕκαστον, οἰκῆον βασιλέως ὥσπερ θεῶ ἐν τῷ κόσμῳ ὧ ἀγεμών τε καὶ προστάτας ἐντί, ξυνᾷ μὲν τῷ ποτὶ μίαν ἀρχάν τε καὶ ἀγεμονίαν τὸ ὅλον ξυναρ-

---

1. Leges autem non domibus et ostiis, sed civium ingeniis inclusas esse oportet. Quod igitur est universæ reipublicæ fundamentum? Adolescentium educatio. Neque enim unquam utilem fructum vites ferent, nisi bene ac diligenter excultæ, neque equi unquam egregii fient pullorum educationem negligentibus. Recentes enim massæ triticeæ rei tangenti potissimum et percutienti simillimam speciem accipiunt. Homines quidem quemadmodum vites putari et curari oporteat animadvertunt, eoque studia sua conferunt, ingeniorum vero humanorum cultus negligitur ac temere tractatur : quamvis neque vitis neque vinum civitatem regant, sed homo et hominis animus. Atqui plantis quidem digniorem præponere solemus, et eum qui earum curam geret non minoris quam duabus minis conductum, pueris vero Illyrium quempiam vel Thracem nullius pretii hominem. Porro primi legum latores stabile hominum genus efficere non poterant, sed motui quietis et ordinis participem adjunxerunt saltationem et rhythmum, insuper ludos qui partim ad communionem excitarent, partim ad verum cognoscendum et acuendum ingenium conferrent : similiter etiam iis, qui ebrietate et satietate inducti aliquid mali commisissent, tibiam et harmoniam ad tuendos hominum cœtus accommodarunt, ut mitigata ingenia ad honestatem conformari possent.

2. Rex ille fuerit qui justissimus est, justissimus autem qui legum observantissimus. Nam sine justitia rex esse nullus possit, neque sine lege justitia. Justum enim in lege cernitur, quæ justi est causa, rex autem vel lex est animata vel legitimus princeps ideoque justissimus et legum observantissimus. Sunt autem tria regis officia, exercitum ducere, judicia administrare et deos colere : atque exercitum quidem recte ducere poterit, si bellum gerere rite sciverit, judicia vero administrare civesque suos omnes audire, si juris et legis naturam probe didicerit, deos denique pie et sancte colere, si dei naturam et

μόσθαι, καθ' ἕκαστον δὲ τῷ καὶ τὰ κατὰ μέρος ποττὰν αὐτὰν ἁρμονίαν τε καὶ ἀγεμονίαν συναρμόζεσθαι. Ἔτι δ' ἐν τῷ ποιὲν εὖ καὶ εὐεργετὲν τὼς ὑποτεταγμένως ὁ βασιλεύς ἐντι· ταῦτα δ' οὐκ ἄνευ δικαιοσύνας καὶ νόμω. Τό γε μὰν τρίτον, λέγω δὲ τὸ θεραπεύεν τὼς θεώς, βασιλέως ἀντάξιον. Δεῖ γὰρ τὸ ἄριστον ὑπὸ τῶ ἀρίστω τιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἀγεμονέον ὑπὸ τῶ ἀγεμονέοντος. Τῶν μὲν ὦν φύσι τιμιωτάτων ἄριστον ὁ θεός, τῶν δὲ περὶ γᾶν καὶ τὼς ἀνθρώπως ὁ βασιλεύς. Ἔχει δὲ καὶ ὡς θεὸς ποτὶ κόσμον βασιλεὺς ποτὶ πόλιν, καὶ ὡς πόλις ποτὶ κόσμον βασιλεὺς ποτὶ θεόν. Ἁ μὲν γὰρ πόλις ἐκ πολλῶν καὶ διαφερόντων συναρμοσθεῖσα κόσμω σύνταξιν καὶ ἁρμονίαν μεμίμαται, ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος, θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχαμάτισται.

Ὅθεν δεῖ τὸν βασιλέα μὴ νενικῆσθαι ὑφ' ἁδονᾶς ἀλλ' αὐτὸν νικῆν ταύταν, μηδ' ὅμοιον ἦμεν τοῖς πολλοῖς ἀλλὰ ἐπὶ πολλὸν διαφέροντα τούτων, μηδ' ἔργον ἁγεῖσθαι τὰν ἁδονὰν ἀλλὰ μᾶλλον τὰν ἀνδραγαθίαν· ἅμα δὲ καὶ πρέπον τὸν ἑτέρων ἄρχεν χρήζοντα τῶν αὐταύτω παθέων πρᾶτον δύνασθαι ἄρχεν. Περί γε μὰν τᾶς πλεονεξίας ὅδε λόγος· δεῖ γὰρ ἐς τοῦτο πεπᾶσθαι τὰ χρήματα ὥστε φίλως εὐεργετὲν καὶ δεομένως ὑπολαμβάνεν καὶ ἐχθρὼς δὲ μετὰ δίκας ἀμύνεσθαι· ἁδίστα γὰρ ἁ μετ' ἀρετᾶς ἀπόλαυσις τᾶς εὐτυχίας. Ὁ δ' αὐτὸς τρόπος καὶ ἐπὶ τᾶς ὑπεροχᾶς· δεῖ γὰρ καθυπερέχεν τὼς ἄλλως ἀρετᾷ καὶ κατταύταν ἄξιον κρίνεσθαι τῶ ἄρχεν, ἀλλὰ μὴ καττὸν πλοῦτον ἢ τὰν δύναμιν ἢ τὰν ῥώμαν τὰν τῶν ὅπλων· ὁ μὲν γάρ τι κοινόν ἐντι καὶ τῶν τυχόντων, ὃ δὲ κοινὸν καὶ τῶν ἀλόγων ζῴων, ὃ δὲ κοινὸν καὶ τῶν τυράννων, ὃ δὲ μόνον ἴδιον τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων. Ὥστε ὅστις βασιλεὺς σώφρων μέν ἐντι περὶ τὰς ἁδονάς, κοινωνατικὸς δὲ περὶ τὰ χρήματα, φρόνιμος δὲ καὶ δεινὸς περὶ τὰν ἀρετάν, οὗτός κ' εἴη καττὰν ἀλάθηαν βασιλεύς. Ἔχει δὲ καὶ ὁ δᾶμος τῶν μερέων τᾶς τῶ ἀνθρώπω ψυχᾶς τὰν ἀναλογίαν ταύταν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν· ἁ μὲν γὰρ πλεονεκτία γίνεται περὶ τὸ ἁγεόμενον μέρος τᾶς ψυχᾶς, λογικὰ γὰρ ἁ ἐπιθυμία· ἁ δὲ φιλοτιμία καὶ θηριότας περὶ τὸ θυμοειδές, τοῦτο γὰρ τὸ ζέον καὶ δυναμικὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς· ἁ δὲ φιλαδονία περὶ τὸ ἐπιθυματικόν, τοῦτο γὰρ τὸ θῆλυ καὶ ὑγρὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς· ἁ δέ γε ἀδικία τελειοτάτα κακία καὶ σύνθετος ἔασα περὶ ὅλαν γίνεται τὰν ψυχάν. Ὅθεν ὡς λύραν καὶ πόλιν εὐνομευμέναν δεῖ συναρμόσασθαι βασιλέα ὅρον δικαιότατον καὶ νόμω τάξιν ἐν αὐτῷ πρᾶτον καταστασάμενον, εἰδότα διότι τῶ πλάθεος, ᾧ δέδωκεν ὁ θεὸς αὐτῷ τὰν ἀγεμονίαν, ἁ συναρμογὰ ποτ' αὐτὸν ὀφείλει συναρμοσθῆμεν. Ποτὶ δὲ τοῖς ἀγορευμένοις δεῖ καὶ θέσιας καὶ ἕξιας ἐπιπρεπέας ἐπιταδεύεν τὸν ἀγαθὸν βασιλέα, πολιτικῶς αὐτὸν πλάσσοντα καὶ πραγματωδέως, ὅπως μήτε τραχὺς φαίνηται τοῖς πλάθεσι μήτ' εὐκαταφρόνατος, ἀλλὰ καὶ ἁδὺς καὶ ἀμφιστραφής. Τεύξεται δὲ τούτων, αἴκα πρᾶτον μὲν σεμνὸς ᾖ καὶ ἐκ τῶ ἰδὲν καὶ ἐκ τῶ ἀκοῦσαι καὶ ἐκ τῶ ἄξιος ἐπιφαίνεσθαι τᾶς ἀρχᾶς, δεύτερον δὲ χρηστὸς καὶ ἐκ τᾶς ἐντεύξιος καὶ ἐκ τᾶς ποτιβλέψιος καὶ ἐκ τᾶς εὐεργεσίας, τρίτον δὲ δεινὸς καὶ ἐκ τᾶς μισοπονηρίας καὶ ἐκ τᾶς κολάσιος καὶ ἐκ τᾶς ἐπιταχύσιος καὶ ὅλως ἐκ τᾶς ἐμπειρίας καὶ

---

virtutem secum reputaverit. Quamobrem necesse est perfectum regem et bonum belli ducem esse et judicem et sacerdotem : hæc enim regis excellentiam et virtutem tam comitantur quam ornant. Gubernatoris enim est navem servare, aurigæ currum, medici ægrotos, regis et belli ducis eos qui in bello periclitantur. Cuicunque enim rei aliquis præest, hujus etiam curator et administrator habetur. Atqui judicare causas et dare jus cum generatim omnibus, tum unicuique singulatim regis proprium est ut dei in mundo cujus dux et præses habetur, propterea quod rerum universitas unius imperio et potestati convenit, singulæ autem ejus partes ad eandem harmoniam et idem imperium referuntur. Præterea regis est benefacere civibus eosque demerere idque non sine justitia et legibus. Tertium vero, quod ad deorum cultum spectat, omnino rege dignum est. Decet enim optimum ab optimo et id quod imperat ab imperante honorari. Itaque inter ea quæ natura sunt præstantissima maxime excellit deus, terrenis autem et hominibus rex antecellit. Nempe ut deus ad mundum, ita se rex ad civitatem habet : et ut civitas ad mundum, ita rex ad deum. Civitas enim e multis diversisque conflata mundi structuram et harmoniam imitatur : rex autem imperium habens nemini obnoxium ipseque vivæ legis locum tenens dei instar inter homines est. — Quocirca regem oportet a voluptate non vinci, sed eam vincere, neque similem esse plebi, sed longe ea præstantiorem, neque voluptatem, sed potius fortitudinem officii sui ducere : simul etiam consentaneum putare illum qui alios regere velit primum suas ipsius affectiones temperare posse. Porro de avaritia sic statuendum est. Nam ad eum finem pecuniam possideri oportet, ut amicos beneficiis afficiamus et egentes benigne excipiamus et inimicos jure ulciscamur : quippe felicitatis fructus cum virtute conjunctus suavissimus est. Eadem autem ratio et in regio fastigio valet : nimirum decet regem cæteros virtute anteire ex eaque dignum imperio judicari, non e divitiis, aut potentia aut armorum vi : namque istæ res partim quibuslibet e vulgo communes sunt, partim brutis animalibus, partim etiam tyrannis, illa vero solis viris bonis peculiaris est. Itaque rex qui circa voluptates temperans, liberalis circa pecunias, prudensque et eximia virtute præditus fuerit, ille revera rex erit. Cæterum et populus eandem virtutum vitiorumque rationem habet quæ inter animi humani partes intercedit : quippe avaritia in principe animi parte accidit, siquidem cupiditas est rationalis : ambitio autem et imma-

τριβᾶς τᾶς περὶ τὸ βασιλεύεν. Ἁ μὲν γὰρ σεμνότας θεόμιμον ὑπάρχοισα πρᾶγμα δύναται θαυμαζόμενον καὶ τιμώμενον αὐτὸν παρέχεσθαι τοῖς πλάθεσιν, ἁ δὲ χρηστότας φιλεύμενον καὶ ἀγαπαζόμενον, ἁ δὲ δεινότας φοβερὸν μὲν καὶ ἀνίκατον ποτὶ πολεμίως, μεγαλόψυχον δὲ καὶ θαρσαλέον ποτὶ φίλως. Δεῖ δὲ τὰν σεμνότατα καθεστάσθαι περὶ αὐτὸν μηδὲν ταπεινὸν ἐπιταδεύοντα μηδὲ τῶν πολλῶν ἀντάξιον, ἀλλὰ τῶν θαυμαινομένων καὶ τῶν ἀγεμονίᾳ καὶ σκαπτουχίᾳ ποτιφυέων, ἁμιλλώμενον ἀεὶ μὴ τοῖς μηόνεσι μηδὲ τοῖς ἴσοις, ἀλλὰ τοῖς μεζόνεσι, καὶ καττὸ μέγεθος τᾶς ἀγεμονίας ἀδονὰς ὑπολαμβάνοντα μεγίστας ἦμεν τὰς ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἔργοις καὶ μεγάλοις, ἀλλὰ μὴ τὰς ἐπὶ τοῖς ἀπολαύστοις, χωρίζοντα μὲν ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων παθέων συνεγγίζοντα δὲ τοῖς θεοῖς, οὐδὲ δι' ὑπεραφανίαν ἀλλὰ διὰ μεγαλοφροσύναν καὶ μέγεθος ἀρετᾶς ἀνυπέρβλατον τοιαύταν αὐτῷ ἐπιπρέπηαν καὶ προστασίαν ἀμφιβαλλόμενον καὶ καττὰν ὄψιν καὶ καττὼς λογισμὼς καὶ καττὰ ἐνθυμάματα καὶ καττὸ ἦθος τᾶς ψυχᾶς καὶ καττὰς πράξιας καὶ καττὰν κίνασιν καὶ καττὰν θέσιν τῶ σώματος, ὥστε τὼς ποταυγασμένως αὐτὸν κατακοσμαθῆμεν καταπεπλαγμένως αἰδοῖ καὶ σωφροσύνᾳ τε καὶ διαθέσι τᾷ περὶ τὰν ἐπιπρέπηαν· οὐ γὰρ μῆον αὐλῶ καὶ ἁρμονίας ἁ τῶ ἀγαθῶ βασιλέως ποταύγασις ὀφείλει τρέπεν τὰς ψυχὰς τῶν ποταυγασμένων. Καὶ περὶ μὲν σεμνότατος ἅλις εἰρήσθω· περὶ δὲ χρηστότατος νῦν ὑποθέσθαι πειρασοῦμαι. Χραστὸς γὰρ ἐσσεῖται πᾶς βασιλεὺς τὸ μὲν καθόλω δίκαιός τε ὢν καὶ ἐπιεικὴς καὶ εὐγνώμων. Ἔντι γὰρ ἁ δικαιότας κοινωνίας συνακτικὰ καὶ συνεκτικά, καὶ μόνα γε ὢν πρὸς τὼς πλατίον ἁ τοιαύτα διάθεσις ἅρμοσται τᾶς ψυχᾶς. Ὃν λόγον γὰρ ἔχει ῥυθμὸς ποτὶ κίνασιν καὶ ἁρμονία ποτὶ φωνάν, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον δικαιότας ποτὶ κοινωνίαν· κοινὸν γὰρ ἀγαθόν ἐντι καὶ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, εἴγε δὴ συναρμοστικά ἐντι κοινωνίας πολιτικᾶς. Ἁ δὲ ἐπιείκηα καὶ εὐγνωμοσύνα πάρεδροί τινές ἐντι τᾶς δικαιοσύνας, ἁ μὲν τὸ ἀπότομον τᾶς βλάβας μαλθαίνοισα, ἁ δὲ τοῖς ἐπὶ ποσὸν ἀμπλακίσκουσι συγγνώμας ἀπομερίζοισα. Δεῖ δὲ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα βοηθατικόν τε ἦμεν τῶν δεομένων καὶ εὐχάριστον δέ, βοήθηαν δὲ μὴ καθ' ἕνα ποιήσασθαι τρόπον, ἀλλ' ὅπως ἂν δυνατὸν ᾖ· εὐχάριστον δ' ἦμεν δεῖ μὴ ποττὸ μέγεθος ἀποβλέποντα τᾶς τιμᾶς, ἀλλὰ ποττὸν τρόπον καὶ τὰν προαίρεσιν τῶ τιμέοντος· ἀβαρέα δὲ δεῖ ἦμεν ποτὶ πάντας ἀνθρώπως, μάλιστα δὲ ποττὼς μήονας καὶ καταδεεστέρως ταῖς τύχαις· οὗτοι γὰρ ὥσπερ τοὶ νοσίοντες τοῖς σώμασιν οὐδὲν ὑπομένεν δύνανται τῶν βαρέων. Ἔχοντι γὰρ τὰς διαθέσιας

nitas in irritabili animi parte, quoniam hæc animi fervorem et robur continet : voluptatis vero amor in parte cupiditatibus affecta quæ est effeminata et mollis animi pars : injustitia denique quum summum vitium sit idque compositum in toto animo nascitur. Quocirca lyræ instar rempublicam bonis legibus temperatam concinnare debet rex, ubi prius in se ipso justissimum terminum et legis ordinem constituerit, sciens populi concinnitatem cujus imperium deus ei commisit, ad ipsum accommodandam esse. Sed si ab his quæ dicta sunt discesseris, oportet bonum regem præterea id operam dare, ut in corporis situ et habitu decorem servet, civilis et negotiosi hominis in morem se gerendo, ut neque asper videatur plebi, neque contemtu dignus, sed suavis et facilis. Consequetur autem hæc, si primum quidem fuerit verendus tam aspectu, quam auditu, et dignus apparuerit imperio : deinde benignus in colloquio, vultu et conferendis beneficiis : tum vero severus et formidabilis in improbitatis odio, in pœnis ab ea repetendis atque in agendi celeritate omninoque in civitatis administrandæ scientia et usu. Illa enim veneranda gravitas, res ad deorum imitationem comparata, potest eum admirandum et honorandum plebi exhibere, benignitas vero carum et amabilem, severitas denique terribilem et invictum hostibus, magnanimum autem et fidentem amicis. Oportet autem gravitatem circa regem conspici nihil neque humile neque vulgare molientem, sed admiranda atque imperio et principatui convenientia, nunquam cum minoribus certantem, neque cum æqualibus, sed cum majoribus, et pro magnitudine imperii existimantem eas esse maximas voluptates, quas honesta et magna facinora, non quas deliciæ afferant, separantem quidem se ab humanis perturbationibus, ad deos autem propius accedentem, nec superbia sed animi virtutisque invicta magnitudine tale sibi decus et fastigium comparantem tum visu, tum ratiocinatione, tum cogitationibus, tum animi figura et moribus, tum actionibus, tum corporis motu et gestu nixum, ut qui eum intuentur ornatum accipiant verecundia completi et temperantia et decoris sensu : non enim minus quam tibia et concentus boni regis aspectus intuentium animos in se convertere debet. Et hæc quidem de veneranda illa gravitate dicta sufficiant : de benignitate vero nunc præcipere conabor. Etenim benignus erit quivis rex, in universum quidem, si justus et æquus et clemens fuerit. Est enim justitia vis quædam communionem concilians et continens, et solus certe hic animi affectus aliis hominibus sese accommodat. Quæ enim est ratio rhythmi ad motum et harmoniæ ad vocem, eandem habet justitia ad communionem : nam commune est imperantium et subjectorum bonum, quandoquidem civilem communionem colligat. Cæterum æquitas et clementia quasi comites quædam sunt justitiæ, illa quidem noxæ duritiam molliens, hæc vero iis qui aliquatenus delinquunt veniam dans. Bonum autem regem decet egentibus auxiliari et gratum esse, atque auxiliari quidem non una ratione, sed quocunque modo fieri poterit : gratum vero esse oportet non inspecta honoris magnitudine, sed ingenio et voluntate honorantis : molestiam denique

τοιαύτας καὶ οἱ θεοὶ καὶ μάλιστα ὁ κρατέων πάντων Ζεύς· καὶ γὰρ οὗτος σεμνὸς μέν ἐντι καὶ τίμιος διά τε τὰν ὑπεροχὰν καὶ τὸ μέγεθος τᾶς ἀρετᾶς, χραστὸς δὲ διὰ τὸ εὐεργετικός τε ἦμεν καὶ ἀγαθοδότας, ὅκως δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τῶ Ἰωνικῶ ποιητᾶ ὥς κ' εἴη « πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε· » δεινὸς δὲ διὰ τὸ κολάζεν τὼς ἀδικέοντας καὶ κρατὲν καὶ κυριεύεν πάντων· ἔχει δὲ καὶ τὸν κεραυνὸν μετὰ χεῖρας, σύμβολον τᾶς δεινότατος. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις μναμονεύεν δεῖ ὅτι θεόμιμόν ἐντι πρᾶγμα βασιλήα.

(Stobæus Flor. XLVIII, 61-62 Διωτογένους Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ βασιλείας.)

3. Καλὸν [a] δὲ καὶ τὸ τὸν θεὸν ἐν ἀρχᾷ τῷ δείπνω καὶ τῷ ἀρίστω ἐπικαλέεσθαι, οὐχ ὡς δεόμενον τινὸς τῶν τοιούτων, ἀλλ' εἰς τὸ μνασθέντας κατακοσμηθῆμεν τὰν ψυχάν· ἐπειδὴ γὰρ ἀπ' αὐτῶ [b] ἐσμεν καὶ κεκοινωνήκαμεν τῷ θείω [c], ποθᾶκον κρίνομεν τιμᾶν ἐκεῖνο. Δίκαια [d] δὲ βουλευομένω, ἰκέλως αὐτῷ δεῖ ἅπαντα ἧμας ἐπιτελὲν δικαιοπραγέοντας. Ἔπειτα [e] τέτορες αἰτίαι τὰ σύμπαντα περαίνοντι καὶ πᾶσι [f] τέλος ἐπιτίθεντι, φύσις καὶ νόμος καὶ τέχνα καὶ τύχα· καὶ [g] τῶν μὲν ὄντων ἁ φύσις καθόλω ἀρχά, τῶν δὲ ἐξ ἤθεος ποτὶ συμφωνίαν πολιτικὰν φερόντων νόμος ἐπιστάτας καὶ δαμιουργός· τῶν δὲ διὰ φρονάσιος ἀνθρωπίνας τελεθόντων τέχνα λέγοιτό κα δικαίως μάτηρ τε καὶ ἁγεμὼν ἦμεν· τῶν δὲ εἰκᾷ τε καὶ ὡς ἔτυχεν ἀπὸ τῶ αὐτομάτω ὁμοίως ποτιπιπτόντων τοῖς χρηστοῖς τε καὶ πονηροῖς, τύχαν τῶν τοιούτων αἰτίαν φασοῦμες· ταύταν δ' οὔτ' ἐν μέτρῳ οὔτ' ἐν ὅρῳ τεταγμέναν καὶ [h] κακὰ πεφρονηκυῖαν ἕκαστα ποιέν [i], ἃ γενναθέντα καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν τῷ γένεος ἀμφιδονέεται.

(Stobæus Floril. XLIII, 130 Διωτογένους Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ ὁσιότητος. Multa hic quæ corrupta erant correxi. Scripsi autem [a] καλὸν; codd. καλῶς. [b] αὐτῶ; codd. αὐτῶν. [c] τῷ θείω, ποθᾶκον κρίνομεν τιμᾶν ἐκεῖνο; codd. τῷ θείω πόθω ἄκοντι κρίναντι ἄμμε. [d] Δίκαια δὲ βουλευομένω, ἰκέλως αὐτῷ δεῖ ἅπαντα ἡμᾶς ἐπιτελὲν δικαιοπραγέοντας; codd. διὸ καὶ βουλεύονται ἰκελῶς [vel δικαίως] ἂν ἅπαντα ἡμᾶς ἐπιτελέειν δικαιοπραγέοντας. [e] ἔπειτα; codd. ἔπειτα γάρ. [f] πᾶσι; codd. ἐπί. [g] καὶ τῶν μὲν ὄντων ἁ φύσις καθόλω ἀρχά, τῶν δὲ ἐξ ἤθεος; codd. καὶ τῶν μὲν ἐξ ἄθεος in qua scriptura deesse aliquid nemo non videt. [h] καὶ κακὰ πεφρονηκυῖαν; codd. καὶ πεφρονηκυῖαν vel καὶ πεφρονημένως. [i] ποιέν, ἃ γενναθέντα καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν τῷ γένεος ἀμφιδονέεται; codd. ποιεῦν γενναθεῖσα δὲ ἃ ἐξ αὐτῶν τῷ γένεος ἄμφω κινεῖται.)

4. Περὶ βίω ἐκλογισμὸς καθ' ὅν κ' εἴη ὁ ἀνθρώπινος βίος ὁσιώτατός τε καὶ νομιμώτατος. Πρᾶτον μὲν αἴκα τις μὴ πολυπραγμονοίη [a] μηδὲ ταχὺ ἐπὶ τὰς δίκας ὁρμώη, ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἀμβαλλόμενος αὐτός τε προκαλέσαιτο [b] ἄνευ δίκας, ὥστε τὸν ἀντίδικον προθύμως τῇ συνθήκῃ ἐμμένεν [c]· καὶ αἴκα [d] τὰ πολλὰ ἐξαγορεύων τῷ πράγματος μὴ ἄλλα λέγῃ ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐπὶ μὲν τᾶς ἀλλοτρίας ζαμίας τὸ ἀκριβὲς μῷτο, ἐπὶ δὲ τᾶς ἰδίας τὸ μέτριον· τὸ γὰρ αὐτὸν παρ' αὐτῷ διαιτᾶσθαι [e] μετριωτέρω ἤθεος· καὶ μὴ ἐπὶ τᾷ ζημίᾳ οὕτως ὡς ἐπὶ τᾷ αἰσχύνᾳ λυποῖτο· τὸ μὲν γὰρ ἐπ' ἀργυρίῳ ὀδυνᾶσθαι φαύλω ἤθεος, τὸ δὲ ἐπὶ τᾷ αἰσχύνᾳ καὶ τᾷ ἀτιμίᾳ καλοκαγάθω.

(Stobæus Floril. V, 69 Διωτογένεος Πυθαγορείου

---

nullam eum cum cæteris mortalibus exhibere convenit, tum maxime inferioribus et vilioris fortunæ hominibus : hi enim quemadmodum corporibus ægri nihil grave possunt tolerare. Habent enim dii quoque tales affectiones et præcipue omnium imperator Jupiter : siquidem hic venerabilis quidem est et honorandus propter excellentiam et magnitudinem virtutis, benignus vero propterea quod beneficus sit et bonorum largitor, ut etiam ab Ionico poeta dicitur esse « *hominum pater atque deorum* », formidabilis denique, quoniam injustos puniat omniumque rex ac dominus sit : fulmen etiam manibus gestat, terroris symbolum. In omnibus igitur hisce considerandis meminisse oportet, divinam quandam rem esse regnum.

3. Honestum etiam est deum initio cœnæ et prandii invocari, non quasi ipse talibus precibus indigeat, sed ut animus ejus recordatione ornetur : cum enim ab eo orti simus et numinis facti participes, consentaneum judicamus nos illud honore prosequi. At quando deus justa molitur, decet nos ejus exemplo omnia juste agere. Deinde quatuor causæ universa consummant omnibusque finem imponunt, natura, lex, ars et fortuna : ac natura quidem omnino rerum generatarum principium est, eorum vero quæ ex moribus ad concordiam civilem adducunt lex præses est et effectrix : at operum quæ humana prudentia perficiuntur ars merito mater et auctor nominetur : eorum denique quæ temere ac prout contigit fortuito similiter probis et improbis accidunt, fortunam causam esse dicemus : hanc autem neque modo neque terminis circumscriptam atque etiam hostiles spiritus gerentem singula facere, quæ genita una cum prole sua circumcirca agitantur.

4. Vitæ ratio qua humana vita sanctissima et justissima fuerit. Primum quidem si quis non multis negotiis implicetur neque celeriter litem alii intendere aggrediatur, sed diu dilato certamine ipse causam privatam evitans ita adversarium provocet, ut libenter pactum servet : ac si pleraque rei capita enuntians non alia dicat, sed ipsam rem, atque alieni quidem damni summam accurate subducat, suum vero detrimentum modica supputatione ad calculos vocet : nam suo labore victum quærere summæ modestiæ est : denique si non ita damno, ut dedecore doleat : nam pecuniæ jactura angi pravi ingenii est, dedecore autem et infamia cruciari hominis honesti esse videtur.

ἐκ τοῦ περὶ ὁσιότητος. Vulgavi [a] πολυπραγμονοίη; cod. πολυπραγμονῇ. [b] προκαλέσαιτο; codd. προσκαλεόμενος. [c] ὥστε τὸν ἀντίδικον προθύμως τῇ συνθήκῃ ἐμμένεν; codd. ὥστε ὁ ἀντίδικος προεκαλέσατο ἐμμένεν. [d] καὶ αἴκα τὰ πολλὰ ἐξαγορεύων τῷ πράγματος μὴ ἄλλα λέγῃ ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα; codd. καὶ αἴκα τὰ πολλὰ ἐξηταγόρεν τῷ πράγματι καμαύλῃ ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. [e] διαιτᾶσθαι; codd. διαιτεῖσθαι.)

5. Χρὴ τὸν βασιλέα σοφὸν ἦμεν· οὕτω γὰρ ἐσεῖται ἀντίτιμος καὶ ζαλωτὰς τῶ πράτω θεῶ. Οὗτος γὰρ καὶ φύσι ἐντὶ καὶ πρᾶτος βασιλεύς τε καὶ δυνάστας, ὁ δὲ γενέσι καὶ μιμάσι, καὶ ὁ μὲν ἐν τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ, ὁ δὲ ἐπὶ γᾶς, καὶ ὁ μὲν ἀεὶ τὰ πάντα διοικεῖ τε καὶ ζώει αὐτὸς ἐν αὑτῷ κεκταμένος τὰν σοφίαν, ὁ δ' ἐν χρόνῳ ἐπιστάμαν. Ἄριστα δέ κα μιμέοιτο τοῦτον, εἰ μεγαλόφρονά τε καὶ πρᾶον [a] καὶ ὀλιγοδεέα παρασκευάζοι αὑτόν, πατρικὰν διάθεσιν ἐνδεικνύμενος τοῖς ὑφ' αὑτῷ· διὰ τοῦτο γάρ που μάλιστα καὶ νενομίκαντι [b] τὸν πρᾶτον θεὸν πατέρα μὲν θεῶν πατέρα δὲ ἀνθρώπων ἦμεν, ὅτι ἤπιος πρὸς πάντα τὰ ὑπ' αὐτῷ γενόμενά ἐντι, καὶ ἐπιμελούμενος [c] τᾶς προστασίας οὐδέποκα παύεται, οὐδὲ ἤρκεσται τῷ ποιητὰς μόνον πάντων γεγονέναι, ἀλλὰ καὶ τροφεὺς διδάσκαλός τε τῶν καλῶν πάντων καὶ νομοθέτας πέφυκε πᾶσιν ἐπίσας. Τοιοῦτον θέμις ἦμεν [d] καὶ τὸν ἐπὶ γᾶς καὶ παρ' ἀνθρώποις ἀγεμονὲν μέλλοντα βασιλέα· οὐδὲν δὲ ἀβασίλευτον καλὸν οὐδὲ ἄναρχον· ἄνευ δὲ σοφίας καὶ ἐπιστάμας οὔτε μὰν βασιλέα οὔτε ἄρχοντα οἷόν τε ἦμεν· μιματὰς ἄρα καὶ ὑπαρέτας ἐσσεῖται νόμιμος τῶ θεῶ ὁ σοφός τε καὶ βασιλεύς.

(Stobæus Flor. XLVIII, 63 Σθενίδα Λοκροῦ Πυθαγορείου περὶ βασιλείας. — [a] πρᾶον Halmii conjectura est; ἁβρὸν libri. [b] νενομίκαντι reposui pro membranarum lectione νενομίχθαι. [c] ἐπιμελούμενος exaravi; codd. ἀμελούμενος vel μελούμενος. [d] θέμις ἦμεν Valckenarius legendum conjecit pro corrupta codicum scriptura ἐπιστῆμεν.)

6. Ὅτι μὲν ἅπαντος ζώω φύσις ποτί τε τὸν κόσμον ἅρμοκται καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πολλοῖς μοι δοκεῖ τεκμαρίοις φανερὸν ἦμεν. Συμπνείουσα γὰρ οὕτω καὶ συνδεδεμένα τᾷ ἀρίστᾳ τε ἅμα καὶ ἀναγκαίᾳ ἀκολουθίᾳ [a] ὀπαδεῖ ῥύμᾳ τῶ παντὸς περιοχεομένα [b] ποτί τε τὰν κοινὰν εὐκοσμίαν καὶ ποττὰν ἴδιον ἑκάστω διαμονάν· παρὸ καὶ τόδε κόσμος ποταγορεύεται καί ἐντι τῶν ὄντων ζώων τελήστατον. Ἐν δὲ τοῖς μέρεσιν αὐτῶ πολλοῖς τε ὄντεσι καὶ διαφόροις τὰν φύσιν προέχει [c] τι ζῷον καὶ θειότατον καὶ ἔγγειον [d] διὰ τὸ μετέχεν πλῆον τῶ θείω. Καὶ ἐν μὲν τᾷ τῶ θεῶ ὄντος ἀεὶ φύσι τὰ τὰν πράταν καὶ μεγίσταν ἀκολουθίαν ἔχοντα ἅλιός ἐντι καὶ σελάνα [e] καὶ τοὶ πλάνατες ἀστέρες· ἐν δὲ τᾷ χώρᾳ τᾷ σελάνας ἔνερθεν κατὰ [f] τὰ δι' εὐθείας ἰόντα σώματα ἁ τῶ δαίμονος φύσις ἔχει τὰν διεξαγωγάν· ἐν δὲ τᾷ γᾷ καὶ παρ' ἁμῖν ἀριστοφυέστατον μὲν ὤνθρωπος, θειότατον δ' ὁ βασιλεύς, ἔν τε κοινᾷ φύσι πλεονεκτέων τῶ κρέσσονος, τὸ μὲν σκᾶνος τοῖς λοιποῖς ὅμοιος, οἷα γεγονὼς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ὕλας, ὑπὸ τεχνίτα δ' εἰργασμένος λώστω, ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ· κατασκεύασμα δὴ ὢν ὁ βασιλεὺς ἓν καὶ μόνον ἐντὶ οἷα τύπος [g] τῶ ἀνωτέρω βασιλέως, τῷ μὲν πεποιηκότι γνώριμον ἀεί, τοῖς δ' ἀρχομένοις ὡς ἐν φωτὶ τᾷ βασιλήᾳ βλεπόμενον. Τᾷδε γὰρ κρίνεταί τε καὶ

5. Oportet regem sapientem esse : sic enim vicissim honorandus erit et summi dei æmulus. Quippe hic natura primus est rex ac dominus, ille vero et ortu et imitatione, atque hic in toto mundo et rerum universitate, ille in terra, et hic quidem semper omnia administrat ac vivit insitam ipse sapientiam possidens, ille autem temporariam scientiam habens. Cæterum optime hunc imitetur, si magnanimum, mansuetum et paucorum indigum se præstiterit, paternum in cives animum declarans : hanc enim ob causam præcipue deum etiam existimarunt primum esse deorum atque hominum parentem, quod mitis in universum subjectorum cœtum est neque unquam rerum administratione neglecta cessat, neque solum cuncta procreasse contentus fuit, sed etiam nutritor præceptorque bonorum omnium ac legumlator omnibus ex æquo est. Talem et eum esse regem convenit qui in terra hominibus imperaturus est : nihil vero regum aut magistratuum imperio orbum pulchrum esse potest : sine sapientia vero ac scientia fieri nequit ut quisquam vel rex sit vel magistratus. Imitator ergo et minister legitimus dei vir sapiens et rex erit.

6. Uniuscujusque animalis naturam ad mundum et ejus partes accommodatam esse multis signis probari mihi videtur. Sic enim consentiens et colligata optimam simul et necessariam convenientiam sequitur, universi impetu circumacta tum ad communem omnium ornatum tum ad singulorum perpetuitatem tuendam : quocirca etiam hæc rerum compages mundus vocatur et animalium perfectissimum est. In partibus vero ejus quæ et multæ sunt et natura diversæ excellit aliquod animal qua maxime divinum qua terrenum propterea quod plus divinitatis continet. Et in illa quidem æterna dei natura primam et maximam convenientiam habentia sol et luna et stellæ errantes sunt : in regione vero quæ est infra lunam ubi corporum motus est rectus dæmonis natura versatur : cæterum in terra et apud nos præstantissimus quidem natura est homo, divinissimus vero rex atque in communi natura plus commodorum quam reliqui habens, corpore quidem cæteris similis, utpote ex eadem materia natus, ab optimo autem artifice factus qui eum se ipso exemplo usus fabricavit : quocirca rex unicum et solum quoddam opus est, supremi illius regis simulacrum, procreatori quidem suo semper familiare, civibus vero, tanquam in lumine, in regno conspicuum. Ita enim examinatur et probatur ut avium

δοκιμάζεται, ὡς τὸ κράτιστον ἐν πτανοῖς ζῷον ἀετὸς ἀντωπὸν ἁλίω γενόμενον· χὠπὶ τᾶς βασιλήας δὲ λόγος ὡυτός, θείας τε ἐάσας καὶ δι' ὑπερβολὰν λαμπρότατος δυσοράτω, αἱ μὴ τοῖς γνασίοις· μαρμαρυγαί τε γὰρ πολλαὶ καὶ σκοτοδινιάσιες ὡς ἐφ' ὕψος ὀθνῆον ἐπιβάντας τὼς νόθως ἀπήλεγξαν· τοῖς δὲ προσηκόντως κατ' οἰκηότατα πρὸς αὐτὰν ἐπὶ τοῦτο [h] ἀφιγμένοις οἰκήσιμος, κεχρῆσθαι δυναμένοις αὐτᾷ. Ἁ μὲν ὦν βασιλήα [i] χρῆμα εἰλικρινές τε καὶ ἀδιάφθορόν ἐντι καὶ δι' ὑπερβολὰν θειότατον δυσέφικτον ἀνθρώπῳ. Δεῖ δὲ καὶ τὸν ἐς αὐτὰν καταστάντα καθαρώτατόν τε ἦμεν καὶ διαυγέστατον τὰν φύσιν, ὡς μὴ τὸ λαμπρότατον ἀφανίζῃ ἐν σπίλοις τοῖς ἑαυτῶ [k]· καθὸ καὶ τὼς ἁγιωτάτως τόπως ἐκαλίδωσάν τινες καὶ τῶν ἀντιασάντων ἔνιοι μιαροὶ τὼς ἀντιάξαντας αὐτοῖς. Βασιλῆα δὲ τὸν ὁμιλήσοντα φύσιός τε ἀχράντω δεῖ μετέχεν ἐπίστασθαί [l] τε αὐτὸν ὅσῳ τῶν ἄλλων ἐντὶ θειότερος ὅσῳ τε ἅτεροι [m] αὐτῶ, οἷς δὴ κατὰ λόγον ἀπεικάζων ἑαυτὸν ἄριστ' ἂν ἑαυτῷ τε χρῷτο καὶ τοῖς ὑποτεταγμένοις. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις, αἴκα ἁμαρτάνωντι, ὁσιωτάτα κάθαρσις ἐξομοιωθῆμεν τοῖς ἀρχόντεσσιν, αἴτε νόμος αἴτε βασιλεὺς διέποι τὰ κατ' αὐτώς· οἱ δ' αἴκα [n] τῶ κρέσσονος δέοντες [o] διὰ τὰν φύσιν ἀμπλάκωντι [p], οὐ μακρὰν οὐδ' ἀπῳκισμένως αὐτοὺς [q] χρὴ παρὰ θεῶ [r] μὲν ὡς εὐθὺ τᾶς ὠφελείας τυγχάνεν. Οὔτε γὰρ τὸν κόσμον δίζοιτο ἄν τις ἐν αὐτῷ τε ὢν καὶ μέρος ἐκείνω, οὔτ' ἂν ἀνόητος εἴη τῶ διέποντος αὐτὸν ὁ ἀτέρων [s] αὐτὸς ἄρχων. Ἁ δ' εὐκοσμία πολλὰ καὶ τὸ μηδὲν ἄναρχον εὑρὲν δύνασθαι καὶ τῷ τρόπῳ τᾶς ἀρχᾶς διδάσκαλον. Ἐκλάμπει γὰρ αὐτᾶς εὐθὺ τὸ καλόν, ἂν ὁ μιμασόμενος δι' ἀρετὰν αὐτῷ τε φίλος, ὃν μεμίμαται, καὶ πολὺ πλέον τοῖς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένοις. Οὐ γὰρ ἄν τις θεοφιλὴς ὢν μισέοιτο ὑπ' ἀνθρώπων, ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ἄστρα οὐδ' ὁ σύμπας κόσμος ἐχθαίρει τὸν θεόν· αἰ δέ κα ἐμίσει τὸν ἁγεμονεύοντα, οὔ κα εἵπετο πειθόμενος αὐτῷ· τὸ δ' ἐκεῖνον ἄρχεν εὖ αἴτιον τῶ καὶ τώσδε ἄρχεσθαι καλῶς. Ἐγὼ μὲν ὦν ὑπολαμβάνω καὶ τὸν ἐπὶ τᾶς γᾶς βασιλέα δύνασθαι μηδεμιᾷ τᾶν ἀρετᾶν ἐλαττοῦσθαι τῶ κατ' ὠρανὸν βασιλέως· ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς ἀπόδαμόν τί ἐντι χρῆμα καὶ ξένον ἐκεῖθεν ἀφιγμένον πρὸς ἀνθρώπως, καὶ τὰς ἀρετὰς ἄν τις αὐτῷ ἔργα ὑπολάβοι τῶ θεῶ καὶ δι' ἐκεῖνον αὐτῷ. Σκοπέοντι δ' ἀρχᾶθεν ἀλάθηα λόγος· κοινωνία τε γὰρ πράτα τε πάντων καὶ ἀναγκαιοτάτα τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, ἇς μετέχει μὲν ὁ παρ' ἁμῖν βασιλεύς, μετέχει δὲ καὶ ὁ ἐν τῷ παντὶ πάντα διέπων· συνεστάναι γὰρ χωρὶς φιλίας καὶ κοινωνίας ἀμάχανον· σκοποίη δ' ἄν τις ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν συμπολιτευομένων, ἐξελὼν τῷ λόγῳ τὰν κατὰ συνάθηαν κοινωνίαν· ἐλάττων γὰρ αὕτα τᾶς τε θείας φύσιος καὶ τᾶς βασιλικᾶς· οὐ γὰρ δέονται τὰν τοιαύταν δέησιν ἀλλ' ἄλλοις ἅπαντα συμπονοῦσαι τῷ αὐτῶν ὑστεροῦντι ποιοῦνται κοινὰν τὰν βοήθηαν ι· τέλειοι γὰρ κατ' ἀρετάν· ἁ δ' ἐν τᾷ πόλει φιλία κοινῶ τινος τέλεος ἐχομένα τὰν τῶ παντὸς ὁμόνοιαν μεμίμαται· ἄνευ δὲ τᾶς περὶ τὰς ἀρχὰς διατάξιος οὐδεμία ἂν πόλις οἰκοῖτο· ἐς δὲ ταύταν νόμων τε δεῖται καί τινος προστασίας πολιτικᾶς τό τε ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον, εἴπερ σώζοιτο δι' αὐτό [u]. Ἐκ τούτων κοινὸν ἀγαθὸν εὐαρμοστία τις καὶ τῶν πολλῶν ὁμοφωνία μετὰ πειθοῦς συναδοίσας. Ὁ κατ' ἀρετὰν ἐξάρχων καλέεταί τε

---

princeps aquila obversis soli oculis: eademque est regni ratio, ut quod divinum sit et propter nimiam claritatem oculos præstringat omnibus præterquam legitimis: etenim multi splendores oculis obversantes atque vertigines arguunt spurios tanquam in insolitam altitudinem nisos: qui vero, ut par est, propter naturæ cum regno similitudinem eo pervenerunt, habitare illud et commode eo uti possunt. Est igitur regnum res sincera et incorrupta et ob divinitatis excellentiam homini vix assequenda. Oportet autem hominem in eo fastigio locatum natura purissimum esse et splendidissimum, ne rem clarissimam suis maculis obscuret: quemadmodum nonnulli sanctissima loca inquinaverunt et spurci quidam eos quibus obviam facti sunt. Sed civitati præfuturum incontaminatæ naturæ participem esse convenit atque intelligere quanto reliquis divinior sit quantoque alii ipso sint excellentiores, quibus ut decet sese comparans optime se ipso et civibus uti poterit. Ac cæteris quidem hominibus, si forte delinquant, sanctissima purgatio est arrepta principum similitudo, sive lex sive rex imperium apud ipsos teneat: at principes si melioris exempli indigentes naturæ culpa in vitium inciderint, non procul neque longe remotos eos decet dei beneficio statim opem consequi. Neque enim mundum quisquam quæsiverit, quum in eo versetur et ejus pars sit, neque aliorum rector eum a quo ipse regitur ignoraverit. Est vero hic ornatus maximus quando nihil moderatoris expers reperitur et quando moribus principem imperii magistrum esse videmus. Sic enim statim imperii pulchritudo elucet, si dei imitator virtutis causa ei quem imitatus est carus sit et magis etiam civibus suis. Neque enim quisquam deo gratus hominibus odio sit, siquidem nec siderum cœtus nec mundus universus deum odit: quippe si ducem suum odisset, neutiquam ei obediret: quod autem ille bene imperat, ea causa est cur subjecti bene regantur et pareant. Ego igitur existimo vel hunc terrestrem regem posse nulla virtute inferiorem esse quam cœlestem: sed ut ipse res est quædam peregrina et externa, utpote cœlitus ad homines profecta, ita etiam ejus virtutes quispiam dei opera esse putet et per illum ipsi inesse. Atque a principio quidem rem consideranti orationis meæ veritas apparebit: nam communio rerum omnium et prima est et hominum generi maxime necessaria, cujus particeps quidem noster rex est, particeps vero etiam ille qui in universo cuncta gubernat: nihil enim sine amicitia et communione consistere potest, quod ipsum inter cives quispiam facile animadverterit, si cogitatione communionem quæ ex consuetudine constat

βασιλεὺς καὶ ἔντι, ταύταν ἔχων φιλίαν τε καὶ κοινωνίαν ποτὶ τὼς ὑπ' αὔταυτον, ἅνπερ ὁ θεὸς ἔχει ποτί τε τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. Ὅλαν δὲ τὰν εὔνοιαν χρὴ παρασκευάζεσθαι πρᾶτον μὲν παρὰ τῶ βασιλέως ἐς τὼς βασιλευομένως, δεύτερον δὲ παρὰ τῶνδε ἐς τὸν βασιλέα, ὁποία [v] γεννάτορος ποτὶ υἱέα καὶ ποτὶ ποίμναν νομέως καὶ νόμω ποτὶ χρωμένως αὐτῷ.

(Stobæus Flor. XLVIII, 64 Ἐχφάντου τοῦ Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ βασιλείας. Correxi [a] τᾷ ἀρίστᾳ τε ἅμα καὶ ἀναγκαίᾳ ἀκολουθίᾳ; codd. τὰν ἀρίσταν τε ἅμα καὶ ἀναγκαίαν ἀκολουθίαν. [b] περιοχεομένα; codd. περιαυγευόμενα. [c] προέχει; libb. ἐξάρχει. [d] θειότατον καὶ ἔγγειον cum Spondano; membranæ οἰκειότατον ἐν γενοῖν. [e] ἔχοντα ἅλιός ἐντι καὶ σελάνα καὶ τοὶ πλάνατες; libri ἔχοντα ἀσπάζεται.... καὶ τοὶ πλανᾶτες. [f] ἔνερθεν κατὰ τά; libri ἔνερθεν τά. [g] ἐντὶ οἷα τύπος cum Meinekio; ἐν οἷς τινος codd. [h] ἐπὶ τοῦτο cum Jacobsio; ἐπὶ τούτῳ codd. [i] δυναμένοις αὐτᾷ. Ἁ μὲν ὦν βασιλήα cum Meinekio; δυναμέναν. Αὐτὰ μὲν ὦν βασιλήα codd. [k] ἑαυτῶ; codd. ὑφ' αὑτῷ. [l] ἐπίστασθαί τε; codd. ἐπιστάμεν τε. [m] ὅσῳ τε ἄτεροι cum Kœnio; ὅσα τε ἄτερα codd. [n] οἱ δ' αἴκα τῶ χρέσσονος; codd. οἱ δ' εἴ τι τῶ χρέσσονος. [o] δέοντες; codd. δέοντος. [p] ἀμπλάκωντι; codd. ἀμπλακόντες. αὐτοὺς; codd. οἱ. [r] παρὰ θεῶ; codd. θεῷ. [s] ἁτέρων; codd. ἑτέρων. [t] ἀλλ' ἄλλοις ἅπαντα συμπονοῦσαι τῷ αὐτῶν ὑστεροῦντι ποιοῦνται κοινὰν τὰν βοήθηαν; codd. ἀλλ' ἄλλων (vel ἀλλάλων) καθανοῦν ἐκπορεῦντες τῶν ὑστερούντων ἀναπλαροῦντι κοινὰν τὰν βοήθηαν. [u] αὐτό; libri αὐτό. [v] ὁποία; codd. ὁποῖα.)

7. Μία γὰρ ἀρετὰ πρὸς τὸ ἄρχεν ἀνθρώπῳ [a] καὶ πρὸς τὸν αὐτῶ βίον. Χρήσεται δ' οὐδενὶ [b] δι' ἔνδειαν ποτιλαμβάνων εἰς ὑπηρεσίαν τὰν αὐτὸς αὐτῶ, ἀλλ' ὡς κατὰ φύσιν ἐνεργῶν [c]· κοινωνίας γὰρ ἐάσας οὐδὲν ἔλαττον ἕκαστος αὐτάρκως βιώσει καθ' αὑτόν. Δοκεῖ μὲν γὰρ ὁ αὐτάρκης μηδενὸς ἂν ἄλλω πρός γε τὰν αὐτῶ διεξαγωγὰν ποτιδεήσεσθαι· αἰ δ' ἄρα δεῖ βίον ἐνεργέα ζώεν, δᾶλον ὡς κἂν αἰ ἅτερα προσλάβοι [d], οὐδέν τι ἔλαττον αὐτὸν αὐτάρκεα ποιήσει· φίλως τε γὰρ ἕξει διὰ τὰν αὐτῶ ἀρετάν, καὶ τοῖσδε χρώμενος οὐ κατ' ἄλλαν ἀρετὰν χρήσεται ἢ ᾇπερ καὶ ποττὸν αὐτῶ βίον. Ἀνάγκα δὲ ἀκολουθὲν καὶ τὰ τοιάδε, οὐχ ἁτέρας τινὸς ἐξαιρέτω ποτταῦτα παρεσκευασμένας [e]. Χὼ μὲν θεὸς οὔτε διακόνως ἔχων οὔτε ὑπαρέτας οὔτ' αὖ προστάξι τινὶ χρώμενος οὐδὲ στεφανῶν ἢ ἀναγορεύων τὼς πειθομένως ἢ ἀτιμάζων τὼς ἀπειθέοντας, οὗτος αὐτὸς ἄρχει ποτὶ τοσόνδε μέγεθος ἀρχᾶς, ἀλλ' οἶμαι παρέχων ἀξιομίματον ἑωυτὸν ζᾶλον ἐντίθητι πᾶσι τᾶς αὐτῶ φύσιος. Ἔντι δὲ αὐτὸς μὲν ἀγαθός, καὶ τόδε μόνον τε καὶ ῥᾴδιον ἔργον αὐτῶ· οἱ δὲ μιμεύμενοι τῶν ἄλλων χρέσσον τῷδε πάντα ἐργάζονται· ἁ δὲ ὁμοίωσις καὶ ἑκάστῳ τῷδε [f] αὐταρκές ἐντι· οὐ γὰρ ἄλλα μὲν ἀρετὰ ποιεῖ τὰ ἀρεστὰ τῷ θεῷ, μιμέεται δ' αὐτὸν ἁτέρα. Ὁ δ' ἐπίγηος παρ' ἁμῖν [g] βασιλεὺς πῶς οὐχ ὁμοίως αὐτάρκης; ἀπεικάζων τε γὰρ αὐτὸν ἑνὶ ἂν ἀπεικάσειε τῷ κρατίστῳ, καὶ πάντες ἑωυτὼς [h] πειρώμενοι τούτῳ ὁμοιοῦν βασιλικοὶ [i] ἔσονται· τὰ δ' ὅσα βίας καὶ ἀνάγκας ἐντὶ [k] τῶν ὑποτεταγμένων, ἐνίοτε ἕκαστον [l] τὰν περὶ τὰν μίμασιν προθυμίαν ἀφαιρέεται· χωρὶς εὐνοίας γὰρ ἀμάχανον ἐξομοιωθῆναι, ἃ μάλιστα πάντων ἀφανίζει τὸ φοβερόν. Ὡς εἴθε ἦν τᾶς ἀνθρωπίνας φύσιος δυνατὸν

---

exemerit : quippe hæc inferior est quam divina natura et regia : neque enim illæ tale quid desiderant, sed laborantes alios in omni re adjuvando ei qui ipsarum opera eget commune auxilium ferunt : nimirum virtute perfectæ sunt : at civitatis amicitia communem quendam finem spectans ipsius universi concordiam imitatur : verum sine magistratuum constitutione nulla omnino civitas administrari possit : ad hanc autem consequendam tum legibus tum civili gubernatione indigent et qui regit et qui regitur, si per se servari velint. Hinc nascitur commune bonum, concinnus quidam status et multitudinis consensus cum concordi obsequio. Qui juxta virtutem imperat rex et vocatur et est, eadem amicitia et communione cum civibus suis conjunctus, quam deus cum mundo atque ejus partibus habet. Cæterum oportet omnem benevolentiam institui primum a rege erga cives, deinde ab hisce erga regem, qualis patris erga filium, pastoris erga gregem et legis erga illos qui ea utuntur esse solet.

7. Una enim virtus ad imperium homini et ad vitam sufficit. Nemine autem utetur, inopia eum arcessens ad ministerium, sed quod naturæ legibus convenienter suum opus navat : quum enim communio sit, nihilominus unusquisque per se suis contentus vivet. Videtur enim is qui rebus suis contentus est nemine alio ad vitam transigendam indigere : quodsi vitam actuosam degere oporteat, liquet etiamsi alia assumserit, nihilo secius eum suis instructum præsidiis vivendi genus habiturum : quippe et amicos habebit suæ virtutis gratia, quibuscum agens non alia virtute iis utetur, quam illa qua vitam suam instituit. Necesse autem est talia quoque virtutem sequi, non aliâ quâdam eâque eximiâ ad has res comparatâ. Ac deus quidem citra famulorum et ministrorum operam ac sine ullo edicto neque vel coronans vel renuntians obedientes vel ignominia notans contumaces, ipse solus tantam imperii molem gubernat, sed se ipsum, opinor, imitatione dignum præbens omnibus naturæ suæ desiderium et æmulationem injicit. Est autem ipse quidem bonus et in hoc solo opere eoque facili occupatur : ejus vero imitatores cæteris melius propter hoc studium omnia peragunt : et illius assimilatio singulis sufficit; non enim alia virtus est quæ deo grata facit et alia quæ eum imitatur. Cæterum rex terrester qui apud nos est cur non similiter se ipso contentus sit? Assimilans enim sese uni eique optimo similis fieri vult omnesque se ad illius imitationem conferentes regales erunt : quæcunque vero ad vim civibus afferendam et imitandi necessitatem iis imponendam valent, interdum

ἀφελὲν τὸ καὶ πειθοῦς τινος δέεσθαι. Τόδε γὰρ τᾶς ἐπιγήω φαυλότατος τὸ λείψανον, καθ' ἂν ἐπίκαρον ὂν τὸ ζῷον ταύτας οὐκ ἀμοιρεῖ· ἐπειδήπερ πειθὼ ἔργον τί ἐντι παροικέον ἀνάγκᾳ· πράτα γὰρ ἀφ' αὐτᾶς αὐτὰ κατεργάζεται τάπερ ἐκείναν διέφυγαν. Ὅσα δ' αὐτοφυῶς τῷ καλῷ χρῆται, τούτοις οὐδεμία πειθοῦς αἰδώς· ἐπειδήπερ οὐδὲ φόβος ἀνάγκας. Ἐνεργάσαιτο δ' ἂν μόνος ὁ βασιλεὺς ἀνθρώπω φύσι καὶ τόδε τὸ ἀγαθόν, ὡς διὰ μίμασιν αὐτῶ τῶ κρέσσονος ποτὶ τὸ δέον ἕπεσθαι. Τὼς δὲ ὥσπερ ὑπὸ μέθας διεφθαρμένως καὶ διὰ κακὰν τροφὰν ἐς λάθαν ἐμπεσόντας αὐτῶ, παραλαφθεὶς ὁ λόγος ἐπέρρωσέν τε καὶ κάμνοντας ἰάσατο, καὶ τὰν ἐκ τᾶς κακίας ἐνοικεῦσαν αὐτοῖς λάθαν ἐκβαλὼν τὰν μνάμαν ἐσῴκισεν, ἐξ ἇς ἀπετέχθη ἁ καλεομένα πειθώ· καὶ τὰν ἀρχὰν ἐκ φαύλων σπερμάτων λαβοῖσα αὐτα τι σπουδαῖον ἐκφύει τὰν ἐπίγηον οἰκεῦσι χώραν, ἐν ᾇ δι' ἀσθένειαν τᾶς ἁμῶν φύσιος ὁ λόγος ἀνθρώποις ὁμιλέων ἀναπλαροῖ τὰ τῶν διὰ κακίαν ὑστερούντων.

(Stobæus Flor. XLVIII, 65 Ἐκφάντου τοῦ Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ βασιλείας. Emendavi : [a] ἀνθρώπῳ; codd. ἀνθρώπων. [b] οὐδενὶ; codd. οὐδενὸς. [c] ἐνεργῶν cum Meinekio; libri συνεργῶν. [d] ὡς κἂν αἱ ἅτερα προσλάβοι cum eodem; ὡς καὶ ἕτερα ἂν προσλάβοι libri. [e] οὐχ ἀτέρας τινὸς ἐξαιρέτω ποτταῦτα παρεσκευασμένας cum eodem; οὐχ ἀτέρως τινὸς ἐξαιρέτω ποττ' αὐτὰ παρεσκευασμένως codd. [f] τῶδε; codd. τῶδε. [g] παρ' ἁμῖν; ἁμῖν codd. [h] πάντες ἑωυτῶς; πᾶς ἑωυτῷ codd. [i] πειρώμενοι τούτῳ ὁμοιοῦν βασιλικοὶ ἔσονται; codd. πειρώμενος ὁμοιοῦν αἴθ' ὃς ἔσεται. [k] ἐντί; libri τάς. [l] ἕκαστον; membranæ ἑκάστῳ.)

8. Ἅπερ ἰσχύων καὶ θείαν ἔχων ἔννοιαν τῷ ὄντι βασιλεὺς εἴη. Τᾷδε γὰρ πεπεισμένος ἀγαθῶν μὲν πάντων αἴτιος ἐσεῖται, κακῶν δὲ οὐδενός. Οὐ μὰν ἀλλ' ὅτι γε δίκαιος ἐσεῖται κοινωνικὸς ὢν παντί τῳ δᾶλον· ἐν ἰσότατι γὰρ ἁ κοινωνία, καὶ ἐν τᾷ ταύτας ἀποδιανομᾷ. Ἐξάρχει μὲν ἁ δικαιοσύνα, μετέχει δ' ἁ κοινωνία· οὐ γὰρ δυνατὸν ἄδικον μὲν ἦμεν, μεταδιδόμεν δὲ ἰσότατος, ἢ μετατιδόμεν μὲν ἰσότατος, μὴ κοινωνικὸν δὲ ἦμεν. Ἐγκρατέα δὲ πῶς οὐκ ἂν ὑπολάβοι τις τὸν αὐτάρκη; ἁ γὰρ πολυτέληα μάτηρ τᾶς ἀκρασίας, αὕτα δὲ τᾶς ὕβριος, ἐξ ἇς τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν τὰ πολλά. Ἁ δ' αὐτάρκηα οὐδ' ἂν τέκοι πολυτέληαν, οὐδὲ τὰ ἀπ' αὐτᾶς· ἀλλ' αὐτά τις οὖσα ἀρχὰ πάντα μὲν ἄγοι, ἄγοιτο δ' ἂν ὑπ' οὐδενός· ὅπερ ἔντι μὲν τῷ θεῷ, ἔντι δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ, αὐτῷ μὲν ἄρχεν (ἀφ' ὧπερ καὶ ὁ αὐτάρκης καλέεται) ἄρχεσθαι δ' ὑπ' οὐδενός. Ταῦτα δ' ὅτι μὲν φρονάσιος χωρὶς οὐκ ἂν γένοιτο δᾶλον, ὅτι δ' ἁ τῶ κόσμω φρόνασις ὁ θεός ἐντι φανερόν· συνέχεται γὰρ εὐκοσμίᾳ τε καὶ τάξι τᾷ δεούσᾳ· νόω δὲ χωρὶς οὐκ ἂν αὐτὰ γενοίατο. Οὐδ' ὁ βασιλεὺς δὴ χωρὶς φρονάσιος ταύτας ἂν ἔχοι τὰς ἀρετάς, δικαιοσύναν φαμὶ καὶ ἐγκράτηαν καὶ κοινωνίαν καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά.

(Stobæus Flor. XLVIII, 66 Ἐκφάντου τοῦ Πυθαγορείου ἐκ τοῦ περὶ βασιλείας. Initio scripsi ἅπερ ἰσχύων pro vulgata lectione ἅπερ ἱερὰν quæ ferri non potest.)

---

singulos æmulandi studio orbant : nam sine benevolentia quæ una omnium maxime terrorem tollit fieri nequit ut alter alteri similis evadat. Utinam humanæ naturæ imbecillitas ita tolli posset, ut nulla persuasione indigeret. Est enim persuasio terrenæ pravitatis vestigium, qua fit ut mortale hoc animal ea non careat : siquidem persuasio res est vicina necessitati : prima enim per se ea perficit quæ necessitatem effugerunt. At quæ suapte sponte honestum amplectuntur, his nulla est persuasionis reverentia, quoniam ne necessitatem quidem reformidant. Effecerit autem solus rex in hominis animo etiam hoc bonum, ut quod melius est imitando decorum sequatur. Illos vero qui tanquam ebrietate corrupti sunt et ob malam educationem in melioris oblivionem inciderunt, adhibita oratio corroborat, ægros sanat, ejectaque oblivione pravitatis vitio iis innata memoriam inserit, ex qua illa quæ vocatur persuasio oritur : quæ licet e malis seminibus ortum ducens, tamen boni aliquid terrenam regionem habitantibus gignit, in qua propter naturæ nostræ imbecillitatem oratio inter homines usurpata explet illud quod pravitate nostra nobis deest.

8. Quo genere excellens et divina intelligentia præditus revera rex erit : hac enim permotus bonorum quidem omnium auctor erit, nullius autem mali. Quin etiam eum justum fore, quum ad naturalem communitatem natus sit, cuivis manifestum est : communio enim in æqualitate et ejus distributione cernitur. Antecedit quidem justitia, communio autem in partem rerum venit : neque enim fieri potest, ut injustus æqualiter distribuat, aut ut non sit ad naturalem communitatem natus qui distribuit ex æquo. Quomodo quis autem non existimaverit eum esse continentem qui suo statu contentus sit? Est enim lautitia incontinentiæ parens, hæc vero contumeliæ, unde pleraque hominum mala nascuntur. At vero frugalitas neque lautitiam neque ejus effectus producat : sed quum ipsa princeps quædam sit, imperat quidem omnibus, nemini autem obedit : quod primum dei, deinde etiam regis proprium est, ut sibi ipsis imperent (unde etiam αὐτάρκης nominatur), a nemine vero regantur. Hæc autem sine prudentia fieri non posse apparet et mundi prudentiam deum esse manifestum est : ordine enim et constitutione decenti continentur : quæ sine mente fieri non possent. Neque etiam ipse rex sublata prudentia his esset præditus virtutibus, justitia, inquam, et continentia et communitate cæterisque quæ his cognatæ sunt.

9. Τὼς βουλευομένως κα. πράττοντάς τι ἀπὸ θεῶν ἄρχεσθαι χρή· τὸ γὰρ ἄριστον, ὥσπερ ἁ παροιμία φατί, τὸν θεὸν ἦμεν αἴτιον πάντων τούτων. Ἔτι δὲ φαύλων πράξεων ἀπέχεσθαι καὶ μάλιστα διὰ τὰν πρὸς τὸν θεὸν ξυμβουλίαν· οὐδενὸς γὰρ ἀδίκου θεὸν κοινωνεῖν. βοηθεῖν δὲ ἕκαστον ἑαυτῷ καὶ ποτικελεύεσθαι κατ' ἀξίαν τῶν δικαίων μεταλαμβάνεν καὶ πράσσεν· τὸ γὰρ ὑπὲρ μικρῶν καὶ μεγάλων ὁμοίως διατείνεσθαι ἄγαν μικροπρεπὲς δοκεῖ ἦμεν καὶ ἀνελεύθερον. Διὸ δεῖ φροντίζεν τῶ [a] μὴ σφόδρα ἐς τὰ ἥκιστα [b] καὶ τὰ μεγάλα ἐμπίπτεν· ἀλλὰ κατ' ἀξίαν τὰν ἑαυτῶ καὶ δύναμιν [c] μετρίοντα ἑκάστῳ πράγματι ἐπιβάλλεν, ὅπως τίμιος ᾖς καὶ σεμνός.

Ἀδίκῳ δὲ ἀνδρὶ ἢ γυναικὶ κεχριμένοις ὑπὸ πόλεως ἐπαρωγὴν μὴ ποιεῖσθαι μηδὲ ὁμιλεῖν μηδένα, ἢ ὀνειδίζεσθαι ὡς ὄντα ὅμοιον ᾧ ὁμιλεῖ. Τοὺς δὲ προκεχριμένους ἄνδρας ἀγαθοὺς ἀγαπᾶν καὶ ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, τελεῖσθαί τε τὴν μεγίστην καὶ τελειοτάτην τελετήν, ἀνδραγαθίαν μιμουμένους ἐπ' ἀληθείᾳ καὶ κτωμένους τὴν ἀρετήν· οὐδεὶς γὰρ ἀνὴρ τέλειος ἄνευ ταύτης. Πολίτῃ δὲ ἀδικουμένῳ βοηθεῖν καὶ οἴκοι καὶ ἐπὶ ξένης· ξένον δὲ πάντα τὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι σεβόμενον καὶ κατὰ τοὺς οἰκείους νόμους εὐφήμως καὶ οἰκείως προσδέχεσθαι καὶ ἀποστέλλειν, μεμνημένους Διὸς ξενίου ὡς παρὰ πᾶσιν ἱδρυμένου κοινοῦ θεοῦ καὶ ὄντος ἐπισκόπου φιλοξενίας τε καὶ κακοξενίας. Ἡγεῖσθαι δὲ καὶ παραγγέλλειν πρεσβυτέρους νεωτέροις τὸ αἰδεῖσθαι καὶ αἰσχύνεσθαι τὰ κακά, φανεροὺς ὄντας αὐτοὺς αἰσχυνομένους καὶ αἰδουμένους· ὡς ἐν αἷς πόλεσι πρεσβυτέρων ἀναισχυντίαι, φύονται παῖδες αὐτῶν καὶ παίδων παῖδες ἀναίσχυντοι. Ἀκολουθεῖ δὲ ἀναισχυντίᾳ καὶ ἀναιδείᾳ ὕβρις καὶ ἀδικία, τούτοις δὲ ἕπεται ὄλεθρος. Μηδεὶς δ' ἔστω ἀναιδής, ἀλλὰ σωφρονείτω ἕκαστος, ὡς οὕτω τευξόμενος θεῶν ἵλεων καὶ σωτηρίας· οὐδεὶς γὰρ κακὸς θεοφιλής. Τιμάτω δὲ ἕκαστος τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀληθές, καὶ μισείτω τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ ψεῦδος· ταῦτα γὰρ ἀρετῆς σημεῖα καὶ κακίας. Διὸ χρὴ συνεθίζειν ἐκ παίδων κολάζοντας μὲν τοὺς φιλοψευδεῖς, φιλοῦντας δὲ τοὺς φιλαλήθεις, ἵν' ἐμφυσιῶται ἑκάστῳ τὸ κάλλιστον καὶ σπερματωδέστατον τῆς ἀρετῆς. Προσποιείσθω δὲ ἕκαστος τῶν πολιτῶν σωφρονεῖν μᾶλλον ἢ φρονεῖν· ὡς ἡ προσποίησις τοῦ φρονεῖν μέγα σημεῖον ἀπειροκαλίας καὶ σμικρότητος. Ἔστω δὲ ἡ προσποίησις τοῦ σωφρονεῖν ἀληθής· μηδεὶς γὰρ πλαττέσθω γλώσσῃ καλὰ ἔργα, πράξεως καὶ διανοίας στερόμενος ἀγαθῆς. Χρὴ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας εὔνοιαν διαφυλάττειν καθάπερ πατράσιν εὐπειθοῦντας καὶ σεβομένους· ὡς ὁ μὴ διανοούμενος οὕτω τίσει δίκην κακῆς βουλῆς δαίμοσιν ἑστιούχοις. Ἄρχοντες γὰρ ἑστιουχοῦσι πόλεως καὶ πολιτῶν σωτηρίας. Χρὴ δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας δικαίως προεστάναι τῶν ἀρχομένων καθάπερ τέκνων ἰδίων, ἔχθραν καὶ φιλίαν καὶ θυμὸν ἐν τῷ κρίνειν κοιμίσαντας. Ἐπαινείσθωσαν δὲ καὶ εὐδοκιμείτωσαν, ὅσοι ἂν ὄντες εὔποροι τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπαρκῶσιν, ὡς τέκνα καὶ ἀμύντορας σώζοντες τῆς ἑαυτῶν πατρίδος. Ἐπαρκείτωσαν δὲ τοῖς διὰ τύχην πενομένοις, καὶ μὴ διὰ βίον ἀργὸν καὶ ἀκρατῆ· ἡ μὲν γὰρ τύχη πᾶσι κοινόν, ὁ δὲ ἀργὸς καὶ ἀκρατὴς βίος κακοῖς ἀνδράσιν ἴδιος. Καλὸν δ' ἔστω καὶ μηνύειν ἐάν τίς τῳ συνειδῇ ἀδικοῦντι, ἵνα ἡ πολιτεία σώζηται

---

9. Consultantes agentesque aliquid a diis auspicari debent : siquidem optimum est, quod proverbii loco dici solet, deum esse horum omnium auctorem. Præterea a malis facinoribus abstinendum est, idque maxime propter communem cum deo deliberationem, quum deo nullum cum injusto commercium sit. Oportet autem sibi quemque auxiliari ac se ad capessenda et agenda justa quæ dignitati respondent incitare : nam pro parvis rebus tantum quantum pro magnis niti nimis humile et illiberale videtur esse. Quare curandum est, ne nimio impetu ad minima et ad magna feramur, sed pro dignitate tua et viribus singula perpendere atque aggredi debes, ut honorandus et gravis videaris. Viro aut mulieri injustis a civitate habitis nemo auxiliari debet neque conversari cum iis, alioquin exprobranda ei fuerit similitudo ejus quocum conversatur. Viros autem benignitate præstabiles amare cum iisque commercium habere decet, et probitatem vere imitando et comparanda virtute maximum ac perfectissimum hoc veluti sacrificium facere : nemo enim homo sine virtute perfectus est. Cæterum injuria affecto civi vel in patria vel apud exteras nationes opitulari convenit : hospitem vero quemlibet in patria sua cultum legibus propriis bene precando et familiariter tum accipere tum remittere oportet, memores Jovis hospitalis, ut dei communis apud omnes constituti qui hospitalitatem et inhospitalitatem inspiciat. Porro senes junioribus duces sint et magistri ad mala ob pudorem ac verecundiam fugienda, ita ut appareat ipsos quoque tam pudore quam verecundia moveri : quia in quibus civitatibus senes impudentes fuerint, liberi etiam nepotesque eorum impudentia laborant. At vero impudentiam et ingenium inverecundum contumelia sequitur et injustitia, has autem rerum interitus excipit. Quocirca nemo impudens esto, sed sibi quisque temperantiam conciliet, tanquam hac ratione deos habiturus propitios et salute fruiturus : neque enim improbus quisquam deo gratus est. Præterea unusquisque honestatem ac veritatem colat, turpitudinem et mendacium oderit : hæc enim virtutis et vitii signa habentur. Quare statim a pueris assuefacere oportet pœna quidem mentiri solitos, amore autem veraces, ut singulorum animis honestatis et virtutis semina mandentur. Super hæc unusquisque civium se temperantem potius quam sapientem videri studeat : quoniam simulare sapientiam magnum est imperiti et parvi animi indicium. Temperantiæ autem affectatio debet esse vera, neque quisquam egregia facta simulet qui mentem a rerum bonarum studio averterit. Erga principes quoque velut erga parentes benevolentiam nos conservare decet obsequium iis et honorem præstando : propterea quod qui aliter senserit mali

πολλοὺς ἔχουσα τῆς εὐκοσμίας φύλακας. Ὁ δὲ μηνύων εὐσεβὴς ἔστω καὶ κατὰ τῶν οἰκειοτάτων ἐξαγγέλλων· οὐδὲν γάρ ἐστιν οἰκειότερον πατρίδος. Ἐμφανιζόντων δὲ μὴ τὰ δι' ἀκούσιον ἄγνοιαν γιγνόμενα, ἀλλ' ὅσον ἂν ἐκ προνοίας τι ἁμαρτάνωσιν. Ὁ δ' ἐμφανισθείς, ἂν ἐθελεχθρῇ τῷ μηνύσαντι, μισείσθω ὑπὸ πάντων, δίκην διδοὺς ἀχαριστίας, ἧς ἀποστερεῖ τὸν ἰατρεύοντα μεγίστην νόσον ἰατρευόμενος ἀδικίαν. Ἔστω δὲ μέγιστα ἀδικήματα θεῶν καταφρόνησις καὶ γονέων κάκωσις ἑκούσιος καὶ ἀρχόντων καὶ νόμων ὀλιγωρία καὶ ἑκούσιος ἀτιμία δικαιοσύνης. Δικαιότατος δὲ ἔστω καὶ ὁσιώτατος πολίτης ὁ ταῦτα τιμῶν καὶ ἐμφανίζων πρὸς πολίτας καὶ ἄρχοντας κατὰ τῶν καταφρονούντων. Ὑπὲρ πατρίδος ἀποθνήσκειν σεμνότερον ἔστω ἢ γλιχόμενον τοῦ ζῆν ἐγκαταλιπεῖν αὐτὴν καὶ τὸ καλόν. Κρεῖττον γὰρ τεθνάναι καλῶς ἢ ζῆν αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως. Χρὴ δὲ καὶ τῶν τελευτώντων ἕκαστον τιμᾶν μὴ δακρύοις μηδὲ οἴκτοις, ἀλλὰ μνήμῃ ἀγαθῇ καὶ τῇ τῶν κατ' ἔτος ὡραίων ἐπιφορᾷ, ὡς ἀχαριστίας οὔσης πρὸς δαίμονας χθονίους λύπης ὑπὲρ τὸ μέτρον γιγνομένης. Βλασφημείτω δὲ μηδεὶς ἐπ' ἀδίκῳ βλάβῃ περὶ μηδενός· ὁσιώτερον γὰρ εὐφημία κακηγορίας. Νομιζέσθω δὲ πολίτης ἀμείνων ὁ τῆς ὀργῆς κρείττων μᾶλλον τοῦ διὰ ταύτης πλημμελοῦντος. Ὁ ἱερὰ καὶ ἀρχεῖα ὑπεραίρων τῇ πολυτελείᾳ τῶν ἰδίων μὴ εὐδοξείτω, ἀλλ' ὀνειδιζέσθω· μηδὲν γὰρ ἔστω ἰδιωτικὸν μεγαλοπρεπέστερον καὶ σεμνότερον τῶν δημοσίων. Ὁ πλούτῳ καὶ χρήμασι δουλεύων καταφρονείσθω ὡς μικρόψυχος ὢν καὶ ἀνελεύθερος καὶ καταπληττόμενος ὑπὸ κτημάτων πολυτελῶν καὶ βίου τραγῳδουμένου, καὶ εὐτελὴς εἶναι τὴν ψυχὴν ὑπολαμβανέσθω. Ὁ γὰρ μεγαλόψυχος προδιανοεῖται πάντα παρ' ἑαυτῷ τὰ παρ' ἀνθρώποις, καὶ δι' οὐδενὸς θορυβεῖται τοιούτου ὅταν παραπέσῃ. Αἰσχρορρημονείτω δὲ μηδείς, ὅπως ἂν μὴ προσοικειοῖ[d] τὴν διάνοιαν ἔργοις αἰσχροῖς, μηδὲ ἀναπιμπλῇ τὴν ψυχὴν ἀναιδείας καὶ μιασμάτων. Τὰ μὲν γὰρ εὐσχήμονα καὶ φίλα τοῖς οἰκείοις ὀνόμασι καὶ κειμένοις ὑπὸ τοῦ νόμου προσαγορεύομεν, πρὸς ἃ δ' ἐχθρῶς ἔχομεν, ἐξιστάμεθα καὶ τῆς προσηγορίας διὰ τὸ αἰσχρόν. Ἔστω δὲ καὶ αἰσχρὸν εἰπεῖν τὸ αἰσχρόν. Γυναῖκα δὲ τὴν κατὰ νόμους ἕκαστος στεργέτω καὶ ἐκ ταύτης τεκνοποιείσθω, εἰς ἄλλο δὲ μηδὲν προϊέσθω τέκνων τῶν αὐτοῦ σποράν· μηδὲ τὸ φύσει καὶ νόμῳ τίμιον ἀνόμως ἀναλισκέτω καὶ ὑβριζέτω. Ἡ γὰρ φύσις τεκνοποιίας ἕνεκεν οὐκ ἀκολασίας ἐποίησε τὴν σποράν.

---

consilii pœnam dabit geniis civitatis custodibus. Principes enim civitatem civiumque salutem custodiunt ac tuentur. Sed et principes juste civibus præesse oportet, tanquam liberis suis, inimicitiam amicitiamque et iram in judicando sopientes. Porro laudari ac celebrari debent qui locupletes quum sint tenuioribus opem ferunt, utpote liberorum patriæque defensorum conservatores. Subveniant autem iis qui fatorum acerbitate, non vitæ otiosæ et intemperantis culpa pauperes sunt. Nam fatum et fortuna omnium communia sunt, at vita otiosa et incontinens malorum hominum propria est. Item honestum judicetur indicare mali facinoris conscium, ut respublica incolumis permaneat multos habens formæ suæ bene compositæ custodes. Is vero qui indicat pius existimetur, etiamsi proximorum delicta efferat : nihil enim patria nobis conjunctius est. Patefacienda sunt autem non ea quæ inviti et imprudentes quidam commiserint sed quæ consulto peccaverint. Cæterum indicatus, si accusatori sua sponte inimicitias denuntiarit, a cunctis odio habeatur, ut pœnam det animi ingrati quo deserit medicum maximo morbo injustitiæ medicinam facientem. Sed maxima scelera putentur deorum contemtio, voluntaria parentum vexatio, principum legumque neglectio et voluntaria ignominia justitiæ illata. Quamobrem justissimus civis idemque sanctissimus judicetur qui hæc honorat et contemnentes apud cives et principes indicat. Pro patria mori magis decorum ducatur, quam vivendi cupiditate patriam et honestatem derelinquere. Præstat enim honesta morte occumbere quam turpiter et probrose vivere. Cæterum defunctorum unumquemque non lacrimis aut ejulatu, sed bona recordatione et fructuum quotannis nascentium munere honorare oportet, quia ingrati animi adversus inferos genios videtur nimis mœrere. Nemo autem immerito damnum passus ulla in re convicietur : nam pium hominem magis decent bona verba quam maledicta. Civis qui vicerit iram longe melior existimandus est illo qui propter iram delinquit. Quisquis templa et prætoria privatorum ædificiorum magnificentia superat, non laude, sed reprehensione dignus habeatur : nihil enim privatum splendidius et ornatius quam publica esse debet. Divitiis et pecuniæ serviens contemnatur ut sordidus et illiberalis stupidusque pretiosarum possessionum et vitæ mollis admirator humilisque animi homo esse existimetur. Quippe vir magnanimus quæ in rebus humanis evenire possint omnia secum præmeditatus nulla tali perturbatur fortuna, quando contigit. Cæterum turpia nemo loquatur, ne animum factis obscœnis adjiciat mentemque impudentia ac sceleribus compleat. Etenim quæ honesta et cara nobis sunt, aptis nominibus atque in lege scriptis appellamus, quæ vero odimus, ab eorum vel appellatione propter turpitudinem discedimus. Esto igitur turpe etiam rem turpem memorare. Uxorem legitimam unusquisque amet ex eaque liberos suscipiat, nec tamen ullo alio consilio effundat semen ad liberos procreandos destinatum, id quod natura et lege pretiosum est flagitiose consumens et ad stuprandas virgines convertens. Natura enim prolis generandæ, non lasciviæ causa semen produxit. Uxorem vero castam esse oportet, neque impium aliorum virorum coitum admittere, impen-

Γυναῖκα δὲ σωφρονεῖν χρὴ καὶ μὴ προσδέχεσθαι συνουσίαν ἀσεβῆ παρ' ἄλλων ἀνδρῶν, ὡς ἀπαντώσης νεμέσεως παρὰ δαιμόνων ἐξοικιστῶν καὶ ἐχθροποιῶν. Ὁ μητρυιὰν ἐπιγαμῶν μὴ εὐδοξείτω, ἀλλ' ὀνειδιζέσθω ὡς παραίτιος ὢν οἰκείας διαστάσεως. Χρὴ δὲ ἐμμένειν τοῖς εἰρημένοις, τὸν δὲ παραβαίνοντα ἔνοχον εἶναι τῇ πολιτικῇ ἀρᾷ. Προστάσσει δὲ ὁ νόμος ἐπίστασθαι τὰ προοίμια τοὺς πολίτας ἅπαντας, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ τοὺς παιᾶνας λέγειν ᾧ ἂν προστάσσῃ ὁ ἑστιάτωρ, ἵν' ἐμφυσιῶται ἑκάστῳ τὰ παραγγέλματα.

(Stobæus Flor. XLIV, 40 Χαρώνδα Καταναίου προοίμια νόμων. Emendavi : [a] τῷ; codd. τὸ vel τῷ. [b] ἥκιστα; codd. μάκιστα. [c] δύναμιν; codd. δυναμίαν. [d] προσοικειοῖ; codd. παροικοίῃ.)

10. Τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν πάντας πρῶτον πεπεῖσθαι χρὴ καὶ νομίζειν θεοὺς εἶναι, καὶ ἀναβλέποντας ἐς οὐρανὸν καὶ τὸν κόσμον καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς διακόσμησιν καὶ τάξιν· οὐ γὰρ τύχης οὐδ' ἀνθρώπων εἶναι δημιουργήματα· σέβεσθαι δὲ τούτους καὶ τιμᾶν, ὡς αἰτίους ὄντας ἁπάντων ἡμῖν ἀγαθῶν τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων. Ἕκαστον οὖν ἔχειν καὶ παρασκευάζειν δεῖ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν πάντων τῶν κακῶν καθαράν· ὡς οὐ τιμᾶται θεὸς ὑπ' ἀνθρώπου φαύλου, οὐδὲ θεραπεύεται δαπάναις οὐδὲ τραγῳδίαις ἁλίσκεται [a], καθάπερ μοχθηρὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀρετῇ καὶ προαιρέσει τῶν καλῶν ἔργων καὶ δικαίων. Διὸ ἕκαστον δεῖ εἰς δύναμιν ἀγαθὸν εἶναι καὶ πράξει καὶ προαιρέσει τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι θεοφιλῆ, καὶ μὴ φοβεῖσθαι τὰς εἰς χρήματα ζημίας μᾶλλον τῶν εἰς αἰσχύνην τεινόντων· καὶ πολίτην ἀμείνονα νομίζειν [b] τὸν τὴν οὐσίαν προϊέμενον μᾶλλον τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου. Ὅσοις δὲ μὴ ῥᾴδιον πρὸς ταῦτα τὴν ὁρμὴν πεπεῖσθαι, τὴν δὲ ψυχὴν ἔχουσιν εὐκίνητον πρὸς ἀδικίαν, ὧδ' ἡμῖν παρηγγέλθω πᾶσι τοῖς τοιούτοις πολίταις καὶ πολίτισι καὶ ξυνοίκοις, μεμνῆσθαι θεῶν ὡς ὄντων καὶ δίκας ἐπιπεμπόντων τοῖς ἀδίκοις· καὶ τίθεσθαι πρὸ ὀμμάτων τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐν ᾧ γίνεται τὸ τέλος ἑκάστῳ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ ζῆν· πᾶσι γὰρ ἐμπίπτει μεταμέλεια τοῖς μέλλουσι τελευτᾶν, μεμνημένοις ὧν ἠδικήκασι καὶ ὁρμὴ τοῦ βούλεσθαι πάντα πεπρᾶχθαι δικαίως αὐτοῖς. Διὸ δεῖ ἕκαστον παρ' ἑκάστην πρᾶξιν ἀεὶ συνοικειοῦν τὸν καιρὸν τοῦτον ὡς δὴ παρόντα· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ δικαίου φροντιεῖν. Ἐὰν δέ τῳ παραστῇ δαίμων κακὸς τρέπων πρὸς ἀδικίαν, διατρίβειν πρὸς ναοῖς καὶ βωμοῖς καὶ τεμένεσι, φεύγοντα τὴν ἀδικίαν ὡς δέσποιναν ἀσεβεστάτην καὶ χαλεπωτάτην, ἱκετεύοντα τοὺς θεοὺς συναποτρέπειν αὐτήν. Ἰέναι δέ καὶ πρὸς ἄνδρας δόξαν ἔχοντας ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ, ἀκουσόμενον περὶ εὐδαίμονος βίου καὶ κακῶν ἀνδρῶν τιμωρίας, ἵνα ἀποτρέπηται τῶν ἀδίκων ἔργων δεισιδαιμονῶν δαίμονας ἀλάστορας. Πάντας δὲ τιμᾶν [c] τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις καὶ τοῖς πατρίοις [d] τοὺς θεούς· πάτρια δὲ εἶναι τὰ κάλλιστα. Πεπεῖσθαι δὲ τοῖς νό-

---

dente fatali a diis ultione qui modo ejiciunt homines et simultates faciunt. Qui novercam filiis inducit non laude, sed vituperatione dignus, ut domesticæ dissensionis auctor, videri debet. De reliquo necesse est unumquemque hæc præcepta servare, ab officio autem discedentem civili exsecrationi obnoxium esse. Jubet autem lex hæc procemia cives omnes tenere eaque diebus festis post pæanes memoriter dicere, cuicunque convivator id negotium mandaverit, ut singulorum animis monita hæc inhæreant.

10. Omnes qui urbem et regionem inhabitant primum persuasum habere et existimare oportet deos esse, cœlum etiam intuentes et mundum rerumque in iis ordinem atque ornatum : neque enim fortuita aut humana hujusmodi opera putare convenit : deinde colendi honorandique dii sunt ut bonorum omnium auctores quæ rationi convenienter nobis contingunt. Singulos igitur animum ab omnibus malis purum habere atque efficere decet : quia ab improbo homine non honoratur deus, neque sumtibus colitur neque tragœdiis capitur, tanquam homo malus, sed virtute justarumque et honestarum rerum studio. Quocirca unumquemque opus est pro viribus bonum esse tum factis tum voluntate qui modo futurus sit deo gratus neque pecuniarum jacturam metuere magis quam vitæ notas ac dedecora : et civem meliorem existimare qui opes potius quam honestatem et justitiam projicit. Cæterum illos quorum animi non facile ad hæc convertuntur quique mentem ad injustitiam pronam habent, simul viros simul mulieres, cives aliosque populares monitos velim meminisse deorum, ut qui et sint et pœnam ab injustis repetant atque ante oculos sibi ponere tempus illud quod unicuique finis est vitæ futurum : morituros enim omnes delictorum suorum memores pœnitentia invadit cupiditasque vitæ universæ, si fieri posset, justissime actæ. Quamobrem singulos oportet semper in singulis actionibus illi tempori tanquam præsenti assuescere : quia sic maxime honesti justique curam agent. Si quis vero a malo quopiam genio astante ad injustitiam incitetur, is ad templa, aras et delubra versetur, fugiens injustitiam velut dominam admodum impiam et infestam, deorumque opem ad eam propellendam imploret. Accedat quoque ad viros probitatis nomine claros, de vitæ felicitate et malorum hominum pœna disserentes auditurus, ut genios scelerum ultores metuens ab injustis facinoribus avertatur. Cæterum qui urbem habitant omnes deos cum aliis ritibus, tum patriis venerari debent, quoniam optimi existimantur. Præterea cunctos oportet legibus obedire, principes revereri iisque cedere et imperata facere : siquidem post deos et genios et heroes proximis honoribus afficiuntur parentes, leges ac principes apud homines cordatos et ad incolumitatem pervenire cupientes. Sed nemo aliam civita-

μοις ἅπαντας καὶ τοὺς ἄρχοντας αἰδεῖσθαι καὶ ἐξίστασθαι καὶ ποιεῖν τὸ παραγγελλόμενον· ὡς μετὰ θεοὺς καὶ δαίμονας καὶ ἥρωας γονεῖς τε καὶ νόμοι καὶ ἄρχοντες σύνεγγύς εἰσι ταῖς τιμαῖς παρ' ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσι καὶ σωθησομένοις. Πόλιν δὲ φιλαιτέραν μηδεὶς ἄλλην ποιείσθω τῆς αὑτοῦ πατρίδος, ὡς θεῶν πατρῴων νεμεσώντων· ἀρχὴ γὰρ προδοσίας φύεται τοῖς τοιαῦτα βουλομένοις. Ἔτι δὲ χαλεπώτερον τῆς οἰκείας γῆς στερόμενον ζῆν ἐπ' ἀλλοτρίας· οὐδὲν γάρ ἐστιν οἰκειότερον πατρίδος. Μηδὲ ἐχθρὸν ἀκατάλλακτον μηδεὶς μηδένα νομιζέτω τῶν πολιτῶν, οἷς ἐφείκασιν οἱ νόμοι μετέχειν τῆς πολιτείας· ὡς ὁ τοιοῦτος οὔτε ἄρξαι δύναιτ' ἂν οὔτε δικάσαι καλῶς, τὸν θυμὸν ἔχων κυριώτερον τοῦ λογισμοῦ. Μηδεὶς δὲ λεγέτω κακῶς μήτε κοινῇ τὴν πόλιν μήτε ἰδίᾳ τὸν πολίτην· ἀλλ' οἱ τῶν νόμων φύλακες ἐπιμελείσθωσαν τῶν πλημμελούντων, πρῶτον μὲν νουθετοῦντες, ἐὰν δὲ μὴ πείθωνται, ζημιοῦντες. Τῶν δὲ κειμένων νόμων ἐάν τις δοκῇ μὴ καλῶς κεῖσθαι, μετατιθέναι ἐπὶ τὸ βέλτιον· μενόντων δέ, πάντας πειθαρχεῖν· ὡς ὑπ' ἀνθρώπων μὲν ἡττᾶσθαι τοὺς κειμένους νόμους οὐ καλὸν οὐδὲ συμφέρον, ὑπὸ δὲ νόμου βελτίονος ἡττώμενον κατακρατεῖσθαι καὶ καλὸν καὶ συμφέρον. Τοὺς δὲ ταῦτα παραβαίνοντας χρὴ καὶ κολάζειν ὡς κατασκευάζοντας τῇ πόλει μεγίστων κακῶν ἀρχήν, ἀναρχίαν. Ἄρχοντας δὲ μὴ εἶναι αὐθάδεις, μηδὲ πρὸς ἐπήρειαν κρίνειν, μηδὲ μεμνῆσθαι κρίνοντας φιλίας ἢ ἔχθρας, ἀλλὰ τοῦ δικαίου· οὕτω γὰρ ἀποδώσουσι τὰς κρίσεις δικαιοτάτας καὶ τῆς ἀρχῆς ἔσονται ἄξιοι. Τοὺς μὲν οὖν δούλους προσήκει διὰ φόβον πράττειν τι τῶν δικαίων, τοὺς δ' ἐλευθέρους δι' αἰδῶ καὶ τὸ καλόν· διὸ χρὴ καὶ τοὺς ἄρχοντας εἶναι τοιούτους, ἵν' ἔχωσιν οἱ ἀρχόμενοι τοὺς ἀξίους αἰσχύνης. Ἐὰν δέ τις βούληται τῶν κειμένων νόμων κινεῖν ἢ ἄλλον εἰσφέρειν νόμον, εἰς βρόχον εἴρας τὸν τράχηλον λεγέτω τοῖς πολλοῖς περὶ αὐτοῦ· καὶ ἐὰν μὲν διαψηφιζομένων δόξῃ λελύσθαι τὸν νόμον ἢ ὑπάρχειν τὸν εἰσφερόμενον, καὶ αὐτὸν ἀθῷον εἶναι· ἐὰν δὲ ὁ προϋπάρχων μᾶλλον δοκῇ καλῶς ἔχειν ἢ ὁ εἰσφερόμενος ἢ ἄδικος, τεθνάναι τὸν κινοῦντα ἢ εἰσφέροντα νόμον, ἐπισπασθέντος τοῦ βρόχου.

(Stobæus Flor. XLIV, 20-21 Ζαλεύκου προοίμιον νόμων. Emendavi: [a] ἁλίσχεται; codd. τῶν ἁλισχομένων. [b] νομίζειν; codd. ὀνομάζειν. [c] τιμᾶν τοὺς κατοικοῦντας cum Meinekio; codd. τιμῶν τοῖς οἱ κατοιχοῦντες. [d] καὶ τοῖς πατρίοις cum eodem; libri τοῖς πατρίοις.)

11. Ζάλευχος ὁ τῶν Λοχρῶν νομοθέτης τοὺς νόμους ἔφησε τοῖς ἀραχνίοις ὁμοίους εἶναι. Ὥσπερ γὰρ εἰς ἐκεῖνα ἐὰν μὲν ἐμπέσῃ μυῖα ἢ κώνωψ κατέχεται, ἐὰν δὲ σφὴξ ἢ μέλιττα διαῤῥήξασα ἀφίπταται· οὕτω καὶ εἰς τοὺς νόμους ἐὰν μὲν ἐμπέσῃ πένης συνέχεται, ἐὰν δὲ πλούσιος ἢ δυνατὸς λέγειν διαῤῥήξας ἀποτρέχει.

(Stobæus Flor. XLV, 25 Ζαλεύχου.)

---

tem majori amicitia sibi conjungat quam patriam, utpote diis patriis indignantibus: nam talia molientibus in animo proditionis initium oritur. Est vero etiam acerbius patria carentem in aliena regione vitam degere: nihil enim nobis natura conjunctius quam patria est. Nemo vero quemquam pro implacabili inimico e civium numero habeat, quos leges reipublicæ participes esse voluerunt: quippe talis vir neque imperare neque judicare recte poterit, ut cui ira potior sit ratione. Nemo etiam maledicat neque in commune universæ civitati neque privatim ulli civi: sed legum custodes eorum qui delinquunt curam agant, admonendo primum, deinde nisi paruerint, multando. Quodsi qua ex conditis legibus visa fuerit non bene lata esse, in melius mutetur: confirmatis vero et permanentibus omnes obtemperent: nam positas leges ab hominibus vinci nec decet nec conducit, contra homines superari a lege præstantiori qua par est qua utile. At ista egredientes puniendi sunt, ut maximæ calamitatis principium civitati machinantes, principum legumque irreverentiam. Principes autem neque superbi esse debent, neque contumeliose judicare, neque in judicando amicitiæ inimicitiæve, sed justitiæ meminisse: ita enim judicia æquissima facient et imperio digni erunt. Ac servos quidem convenit ob timorem aliquid juste facere, liberos vero propter reverentiam et honestatem: quocirca principes quoque tales esse oportet, ut civibus digni verecundia videantur. Quodsi quis volet leges constitutas abrogare vel novam ferre, is collo in laqueum inserto de lege verba ad multitudinem faciat: ac si ferente suffragia populo vetus illa lex antiquata videatur aut ea quæ rogatur bona esse, indemnis evadat: contra si prior lex melius se habere videatur, aut nova de qua agitur injusta sit, is qui rescindit vel rogat legem laqueo adducto moriatur.

11. Zaleucus Locrensium legumlator leges dixit similes esse aranearum telis. Nam sicut in illas si musca aut culex inciderit, retinetur, si vero vespa aut apis, perrupta tela avolat: ita legibus implicati pauperes tenentur, ditiores aut eloquentes perruptis legibus aufugiunt.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΤΙΝΟΣ ΔΙΑΛΕΞΕΙΣ ΗΘΙΚΑΙ
ΔΩΡΙΣΤΙ ΣΥΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΙ.

INCERTI CUIUSDAM DISPUTATIONES MORALES
DORICE CONSCRIPTÆ.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Α.

Περὶ ἀγαθῶ καὶ κακῶ.

Δισσοὶ λόγοι λέγονται ἐν τᾷ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων περὶ τῶ ἀγαθῶ καὶ τῶ κακῶ. Τοὶ μὲν γὰρ λέγοντι, ὡς ἄλλο μέν ἐστι τὸ ἀγαθόν, ἄλλο δὲ τὸ κακόν· τοὶ δέ, ὡς τὸ αὐτό ἐστι, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἴη, τοῖς δὲ κακόν, καὶ τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ τότε μὲν ἀγαθόν, τότε δὲ κακόν. Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς τοῖσδε ποτιτίθεμαι· σκέψομαι δὲ ἐκ τῶ ἀνθρωπίνω βίω, ὧν ἐπιμελής, βρώσιός τε καὶ πόσιος καὶ ἀφροδισίων. Ταῦτα γὰρ ἀσθενοῦντι μὲν κακά ἐστιν, ὑγιαίνοντι δὲ καὶ δεομένῳ ἀγαθά. Καὶ ἀκρασία τοίνυν τούτων τοῖς μὲν ἀκρατέσι κακόν, τοῖς δὲ ἰατροῖς ἀγαθόν. Ὁ τοίνυν θάνατος τοῖς μὲν ἀποθανοῦσι κακόν, τοῖς δ' ἐνταφιοπώλαις καὶ τυμβοποιοῖς ἀγαθόν. Γεωργία τε καλῶς ἐξενείκασα τὼς καρπὼς τοῖς μὲν γεωργοῖς ἀγαθόν, τοῖς δὲ ἐμπόροις κακόν. Τὰς τοίνυν ὁλκάδας συντρίβεσθαι καὶ παραθραύεσθαι τῷ μὲν ναυκλήρῳ κακόν, τοῖς δὲ ναυπηγοῖς ἀγαθόν. Ἔτι τὸν σίδηρον κατέσθεσθαι καὶ ἀμβλύνεσθαι καὶ συντρίβεσθαι τοῖς μὲν ἄλλοις κακόν, τῷ δὲ χαλκῆϊ ἀγαθόν. Καὶ μὰν τὸν κεραμον παραθραύεσθαι τοῖς μὲν ἄλλοις κακόν, τοῖς δὲ κεραμεῦσιν ἀγαθόν. Τὰ δὲ ὑποδήματα κατατρίβεσθαι καὶ διαῤῥήγνυσθαι τοῖς μὲν ἄλλοις κακόν, τῷ δὲ σκυτῆϊ ἀγαθόν. Ἐν τοίνυν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμναστικοῖς καὶ τοῖς μωσικοῖς καὶ τοῖς πολεμικοῖς, αὐτίκα ἐν τῷ γυμνικῷ τῷ σταδιοδρόμῳ ἁ νίκα τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθόν, τοῖς δὲ ἡσσαμένοις κακόν. Καὶ τοῦτο δὲ καὶ τοὶ παλαισταὶ καὶ πύκται καὶ τοὶ ἄλλοι πάντες μωσικοί· αὐτίκα ἁ κιθαρῳδία τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθόν, τοῖς δὲ ἡσσαμένοις κακόν. Ἔν τε τῷ πολέμῳ καὶ (τὰ νεώτατα πρῶτον ἐρῶ) [a] ἁ τῶν Λακεδαιμονίων νίκα, ἐν ᾇ ἐνίκων τὼς Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως, Λακεδαιμονίοις μὲν ἀγαθόν, Ἀθηναίοις δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις κακόν· ἅ τε νίκα, ἂν τοὶ Ἕλλανες [b] τὸν Πέρσαν ἐνίκασαν, τοῖς μὲν Ἕλλασιν ἀγαθόν, τοῖς δὲ βαρβάροις κακόν. Ἁ τοίνυν τοῦ Ἰλίου αἵρεσις τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς ἀγαθόν, τοῖς δὲ Τρωσὶ κακόν. Καδδὲ ταυτὸ καὶ τὰ τῶν Θηβαίων καὶ τὰ τῶν Ἀργείων πάθη, καὶ ἁ τῶν Κενταύρων καὶ Λαπιθῶν μάχα τοῖς μὲν Λαπίθαις ἀγαθόν, τοῖς δὲ Κενταύροις κακόν. Καὶ μὰν καὶ ἁ τῶν θεῶν καὶ Γιγάντων λεγομένα μάχα καὶ νίκα τοῖς μὲν θεοῖς ἀγαθόν, τοῖς δὲ Γίγασι κακόν.

DISPUTATIO I.

De bono et malo.

Duplex fertur in Græcia philosophorum sententia de bono et malo. Etenim quidam existimant aliud plane bonum, aliud malum: nonnulli vero idem utrumque, sed his bonum, illis malum, eidemque homini aliquando bonum, aliquando malum. Ego vero et ipse hisce assentior: considerabo autem res illas quarum studiosa est hominum vita, cibum, potum, venerem. Hæc enim ægrotanti quidem mala, sano autem et indigenti bona. Et horum usus nimius intemperantibus ipsis malum, sed medicis bonum. Porro mors defunctis quidem malum, sed libitinariis et tumulos struentibus bonum. Agrorum etiam bene cultorum fertilitas agricolis quidem bonum, mercatoribus vero malum. Quassæ fractæque naves naviculario malum, at navium fabricatoribus bonum. Præterea ensis consumtus et obtusus et fractus aliis quidem malum, sed fabro armorum bonum. Quin etiam fictilia fracta cæteris quidem malum, figulis vero bonum. Calcei attriti et dirupti aliis certe malum, at sutori bonum. Ad hoc in ludis gymnicis et musicis et militaribus, verbi causa in stadio gymnico victoria cursu reportata vincenti bonum, victis vero malum. Eademque ratio est luctatorum et pugilum nec non cæterorum omnium musicorum: velut citharœdica modulatio vincenti quidem bonum, superatis autem malum. Sic etiam in bello (ut recentissima primum commemorem) Lacedæmoniorum victoria, quam ex Atheniensibus eorumque sociis retulerunt, ipsis quidem bonum, Atheniensibus et sociis malum: et victoria qua Græci Persas fuderunt ipsis bonum, at barbaris malum. Sic Ilii expugnatio Achæis bonum, Trojanis malum. Idem dicendum de miseriis quæ Thebanis et Argivis acciderunt: insuper quod inter Lapithas et Centauros commissum est prœlium Lapithis quidem bonum, Centauris vero malum. Quin etiam pugna qua deos cum gigantibus de-

Ἄλλος δὲ λόγος λέγεται, ὡς ἄλλο μὲν τἀγαθὸν εἴη, ἄλλο δὲ κακόν, διαφέρον, ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα. Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτον διαιρεῦμαι τὸν τρόπον· δοκῶ γὰρ οὐ διάδαλον ἦμεν, ποῖον ἀγαθὸν καὶ ποῖον κακόν, αἰ τὸ αὐτὸ καὶ μὴ ἄλλο ἑκάτερον εἴη· καὶ γὰρ θαυμαστόν κ' εἴη. Οἶμαι δὲ οὐδέν κ' αὐτὸν ἔχεν ἀποκρίνασθαι, αἴ τις αὐτὸν ἔροιτο τὸν ταῦτα λέγοντα· Εἰπὸν δή μοι, ἤδη τι τὼς γονέας ἀγαθὸν ἐποίησας; φαίη κα, καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. Τὺ ἄρα κακὰ καὶ μεγάλα καὶ πολλὰ τούτοις ὀφείλεις, αἴπερ τωυτόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. Τί δέ, τὼς συγγενέας ἤδη τι ἀγαθὸν ἐποίησας; τὼς ἄρα συγγενέας κακὸν ἐποίεις. Τί δέ, τὼς ἐχθρὼς ἤδη κακῶς ἐποίησας; καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. Ἆρα ἀγαθὰ ἐποίησας. Ἄγε καὶ δή μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι· ἄλλο τι ἢ [c] τὼς μὲν πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα ἔχοντι κακά, τὼς δὲ πλουσίως πάλιν εὐδαιμονίζεις, ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράσσοντι, αἴπερ τωυτὸν καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν; Τὸν δὲ βασιλέα τὸν μέγαν οὐδὲν κωλύει ὁμοίως διακεῖσθαι τοῖς πτωχοῖς. Τὰ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ αὐτῷ πολλὰ κακὰ καὶ μεγάλα ἐστίν, αἴκα τωυτόν ἐστι τἀγαθὸν καὶ κακόν. Καὶ τάδε μὲν περὶ τῶ παντὸς εἰρήσθω. Εἶμι δὲ καὶ καθ' ἕκαστον, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶ ἐσθίεν καὶ πίνεν καὶ ἀφροδισιάζεν. Ταῦτα γὰρ [d] τοῖς ἀσθενέουσι πάντα [e] ποιὲν ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς καὶ κακόν [f], αἴπερ τωυτόν ἐστιν ἀγαθὸν καὶ κακόν· καὶ τοῖς νοσέουσι κακόν ἐστι τὸ νοσὲν καὶ ἀγαθόν, αἴπερ τωυτόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. Καδδὲ τόδε καὶ ἄλλα πάντα τὰ ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ εἴρηται. Καὶ οὐ λέγω, τί ἐστι τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ τοῦτο πειρῶμαι διδάσκειν, ὡς οὐ τωυτὸν εἴη κακὸν καὶ ἀγαθόν, ἀλλ' ἑκάτερον.

(Scripsi : [a] καὶ τὰ νεώτατα πρῶτον ἐρῶ cum Kœnio ad Greg. Cor. p. 239 ed. Schæfer.; codd. καὶ τᾷ νεότατι πρῶτον ἐρῶ. [b] ἂν τοὶ Ἕλλανες; codd. ἄν τε Ἕλλανες. [c] ἄλλο τι ἢ τὼς μὲν πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα ἔχοντι κακά, τὼς δὲ πλουσίως πάλιν εὐδαιμονίζεις; libri ἄλλο τι ἢ τὼς πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα ἔχοντι· πάλιν εὐδαιμονίζεις. [d] ταῦτα γάρ; cod. τοῦτο γάρ. [e] πάντα ποιὲν; codd. ταῦτα ποιὲν. [f] αὐτοῖς καὶ κακόν, αἴπερ; codd. αὐτοῖς, αἴπερ.)

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Β.

Περὶ καλῶ καὶ αἰσχρῶ.

Λέγονται δὲ καὶ περὶ τῶ καλῶ καὶ αἰσχρῶ δισσοὶ λόγοι. Τοὶ μὲν γὰρ φαντί, ἄλλο μὲν ἦμεν τὸ καλόν, ἄλλο δὲ τὸ αἰσχρόν, διαφέρον, ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα· τοὶ δὲ τωυτὸ καλὸν καὶ αἰσχρόν. Κἀγὼ πειρασοῦμαι τόνδε τὸν τρόπον ἐξαγεύμενος. Αὐτίκα γὰρ παιδίῳ ὡραίῳ ἐραστᾷ μὲν χρηστῷ χαρίζεσθαι καλόν, μὴ ἐραστᾷ δὲ καλῷ αἰσχρόν. Καὶ τὰς γυναῖκας λοῦσθαι ἔνδον καλόν, ἐν παλαίστρᾳ δὲ αἰσχρόν· ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐν παλαίστρᾳ καὶ ἐν γυμνασίῳ καλόν. Καὶ συνίμεν τῷ ἀνδρί, ἐν ἀσυχίᾳ μὲν καλόν, ὅπου τοίχοις κρυφθήσεται· ἔξω δὲ αἰσχρόν,

---

certasse ferunt et parta victoria diis sane bonum, sed gigantibus malum. Altera sententia affirmantis est aliud quid bonum, aliud malum esse, non nomine magis quam re ipsa diversum. Ego vero et illud hoc modo explico : credo equidem nobis non constare posse, quæ res bona quæve mala sit, si idem esset utrumque, non diversum quid : mirum enim hoc foret. Nec puto habiturum quod respondeat, si quis hæc dicentem ita interroget : *Dic mihi, quæso, num quid boni parentibus jam præstiteris?* Reponet forsitan : *Et multa et præclara. Tu igitur propterea vicissim graves pœnas illis dare debes, si idem bonum malumque putandum est. Quid autem? propinquos bono quopiam jam affecisti? Eosdem igitur et malo. Quid vero? jamne inimicis calamitatem intulisti? Et insignem quidem. Ergo multis et præclaris bonis eos cumulasti.* Age vero et illud mihi responde : *Numquid pauperum te miseret, quod multis et ingentibus incommodis conflictantur, divites contra beatos prædicas, quod opibus et copiis affluunt, si idem malum et bonum?* Profecto nihil obstat, quominus magnus Persarum rex eadem sit conditione qua egeni. Nam multa et magna bona quibus abundat in mala non minora mutantur, si idem est bonum et malum. Atque hæc quidem de summa rerum dicta sufficiant. Sed et singula illa percurram, a cibo, potu et venere orsus. Harum enim omnium rerum usus infirmis et bonum est et malum, siquidem idem habetur bonum et malum : parique ratione ægrotantibus morbus simul est malum et bonum, siquidem bonum non differt a malo. In hanc sententiam autem etiam cætera omnia quæ superiori sermone continentur dicta sunt. Interim tamen quid bonum sit non definio, id solum docere conatus, non esse idem bonum et malum, sed alterutrum.

DISPUTATIO II.

De honesto et turpi.

Duo etiam feruntur sermones de honesto ac turpi. Nam quidam aliud esse honestum aiunt, aliud turpe, tam re quam nomine diversum : nonnulli vero idem honestum ac turpe. Atque ego quidem rem in hunc modum explicare tentabo. Verbi causa puerum formosum amatori probo gratificari decorum est, non probo autem turpe : item mulieres domi lavari decorum, in palæstra turpe; sed viros id in palæstra et gymnasio facere decorum. Porro mulierem cum viro coire, remotis arbitris, ubi intra parietes lateat, decorum : extra vero in cujuspiam

ὅπου τις ὄψεται. Καὶ τὸ μὲν αὐτᾶς συνίμεν ἀνδρὶ καλόν· ἀλλοτρίῳ δὲ αἴσχιστον. Καὶ τῷ γε ἀνδρί, τᾷ μὲν ἑαυτῶ γυναικὶ συνίμεν καλόν· ἀλλοτρίᾳ δὲ αἰσχρόν. Καὶ κοσμεῖσθαι καὶ ψιμμυθίῳ χρίεσθαι, καὶ χρυσία περιάπτεσθαι, τῷ μὲν ἀνδρὶ αἰσχρόν, τᾷ δὲ γυναικὶ καλόν. Καὶ τὼς μὲν φίλως εὖ ποιὲν καλόν· τὼς δὲ ἐχθρὼς αἰσχρόν. Καὶ τὼς μὲν πολεμίως φεύγεν αἰσχρόν· τὼς δὲ ἐν σταδίῳ ἀνταγωνιστὰς καλόν. Καὶ τὼς μὲν φίλως καὶ τὼς πολίτας φονεύεν αἰσχρόν· τὼς δὲ πολεμίως καλόν. Καὶ τάδε μὲν περὶ πάντων. Εἶμι δ' ἐφ' ἃ ταὶ πόλιές τε αἰσχρὰ ἄγηνται καὶ τὰ ἔθνεα. Αὐτίκα Λακεδαιμονίοις τὰς κόρας γυμνάζεσθαι ἀχειριδώτως, καὶ ἀχίτωνας παρέρπεν, καλόν· Ἴωσι δὲ αἰσχρόν. Καὶ τὼς παῖδας μὴ μανθάνειν μωσικὰ καὶ γράμματα καλόν· Ἴωσι δ' αἰσχρὸν μὴ ἐπίστασθαι ταῦτα πάντα. Παρὰ [a] Θεσσαλοῖσι δὲ καλὸν τὼς ἵππως ἐκ τᾶς ἀγέλας λαβόντι, αὐτὼς δαμάσαι καὶ τὼς ὀρέας· βῶς τε λαβόντι, αὐτὼς σφάξαι καὶ ἐκδεῖραι καὶ κατακόψαι· ἐν Σικελίᾳ δὲ αἰσχρόν, καὶ δώλων ἔργα. Μακεδόσι καλὸν δοκεῖ ἦμεν τὰς κόρας, πρὶν ἀνδρὶ γάμασθαι, ἐρᾶσθαι καὶ ἀνδρὶ συγγίνεσθαι· ἐπεὶ δὲ καὶ γαμεῖται, αἰσχρόν· Ἕλλασι δ' ἄμφω αἰσχρόν. Τοῖς δὲ Θρᾳξὶ κόσμος τὰς κόρας στίζεσθαι. Τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζοντι, ὃς ἄνδρα κανών, ἐκδείρας τὰν κεφαλάν, τὸ μὲν κόμιον πρὸ τοῦ ἵππου φορεῖ, τὸ δ' ὀστέον χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας πίνει ἐξ αὐτοῦ, καὶ σπένδει τοῖς θεοῖς· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν οὐδέ κ' ἐς τὰν αὐτὰν οἰκίαν συνεισελθεῖν βούλοιτ' ἄν τις τοιαῦτα ποιήσαντι. Μασσαγέται δὲ τὼς γονέας κατακόψαντες κατεσθίοντι, καὶ τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἦμεν, ἐν τοῖς τέκνοις τεθάφθαι· ἐν δὲ τᾷ Ἑλλάδι ἄν τις ταῦτα ποιήσῃ, ἐξελαθεὶς ἐκ τῆς Ἑλλάδος κακὰ ἀποθάνῃ ὡς αἰσχρὰ καὶ δεινὰ ποιέων. Τοὶ δὲ Πέρσαι κοσμεῖσθαί τε, ὥσπερ τὰς γυναῖκας, καὶ τὼς ἄνδρας καλὸν νομίζοντι, καὶ τᾷ θυγατρὶ καὶ τᾷ μάτρὶ καὶ τᾷ ἀδελφᾷ συνίμεν· τοὶ δὲ Ἕλλανες καὶ αἰσχρὰ καὶ παράνομα. Λυδοῖς τοίνυν τὰς κόρας πορνευθείσας καὶ ἀργύριον ἐργάσασθαι [b], καὶ οὕτω γάμασθαι καλὸν δοκεῖ ἦμεν· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν οὐδείς κα θέλοι [c] γαμεῖν. Αἰγύπτιοί τε οὐ ταυτὰ νομίζοντι καλὰ τοῖς ἄλλοις. Τῇδε μὲν γὰρ γυναῖκας ὑφαίνεν καὶ ἔρια ἐργάζεσθαι [d], ἀλλὰ τηνεὶ τὼς ἄνδρας, τὰς δὲ γυναῖκας πράσσειν, ἅπερ τῇδε τοὶ ἄνδρες. Τὸν παλὸν δεύειν ταῖς χερσί, τὸν σῖτον τοῖς ποσί, τήνοις καλόν· ἀλλ' ἁμῖν τὸ ἐναντίον. Οἶμαι δ' ἄν τις τὰ καλὰ εἰς ἓν κελεύῃ συνενεῖκαι πάντας ἀνθρώπως, ἃ ἕκαστοι νομίζοντι, καὶ πάλιν ἐξ ἀθρόων τοι τὰ αἰσχρὰ λαβέν, ἃ ἕκαστοι ἄγηνται, οὐδέν κα λειφθῆμεν [e], ἀλλὰ πάντας πάντα διαλαβέν. Οὐ γὰρ πάντες ταυτὰ νομίζοντι. Παρεξοῦμαι δὲ καὶ ποίημά τι·

> Καὶ γὰρ τὸν ἄλλον ὧδε θνητοῖσιν νόμον
> ὄψει, διαθρῶν [f] οὐδὲν ἂν πάντῃ καλόν,
> οὐδ' αἰσχρόν· ἀλλὰ ταὔτ' ἐποίησεν λαβὼν
> ὁ καιρὸς αἰσχρά, καὶ διαλλάξας καλά.

Ὡς δὲ τὸ σύνολον εἰπέν, πάντα καιρῷ μὲν καλά ἐντι,

---

conspectu indecorum. Insuper eam cum suo marito coire, decorum est : cum alieno turpissimum. Præterea virum cum sua uxore concubare decet : cum aliena dedecet. Virum etiam dedecet comtum et cerussatum et auro ornatum incedere, sed mulierem decet. Sic amicis bene facere honestum est, inimicis turpe. Similiter hostes fugere turpe : adversarios autem in stadio honestum putatur. Amicos denique et cives necare turpe, at hostes honestum. Atque hæc quidem de omnibus in universum a me dici liquet. Transibo autem ad ea quæ civitates et gentes turpia duxere. Exempli causa Lacedæmoniis puellas nudis brachiis exerceri depositaque tunica arrepere decorum videtur : at Ionibus indecorum. Iisdem pueros æque musicam ignorare ac litteras decorum est : Ionibus vero turpe hæc omnia nescire. Thessali honestum putant equos et mulos ex armento abactos domare, bovesque raptos mactare et pelle detracta discindere : hæc autem Siculi turpia et servorum opera esse arbitrantur. Macedones decorum existimant puellas nondum collocatas amari atque a viris comprimi : post nuptias vero eas cum aliis consuescere indecorum habent : Græcis utrumque turpe est. Thraces puellis notas inustas ornamento esse credunt. Ad hoc Scythæ honestum judicant, si quis hominem occiderit, capitique cutem detraxerit, ejus partem crinitam ante equum gestare, ex ossea autem parte auro et argento obducta bibere ac diis libamenta dare : apud Græcos autem nemo easdem ædes ingredi voluerit cum viro qui talia fecerit. Rursus Massagetæ parentes suos obtruncatos comedunt, et optima videtur sepultura in liberorum visceribus condi : at in Græcia si quis tale quippiam fecerit, in exsilium ejectus, ut turpis et horrendi facinoris auctor, male peribit. Persæ viros etiam mulierum in morem ornari decorum putant et cum filia, matre ac sorore coire : at Græci turpia hæc et illicita esse censent. Lydis puellas, quum vulgato corpore pecuniam fecerint, ita tandem nubere decorum videtur : apud Græcos autem nemo talem uxorem ducere velit. Ægyptii non eadem statuunt honesta quæ cæteræ gentes. Apud nos enim mulieres texere et lanificio operam dare decorum, ibi autem viros; adde quod mulieres officiis funguntur quæ in nostris regionibus viri faciunt. Lutum manibus, panem vero pedibus subigere, illis honestum videtur; nos contrariam sententiam sequimur. Existimo autem si quis omnes homines unum in locum congerere jubeat, quæ singuli honesta putant, et rursus ex illa congerie demere quæ unicuique turpia videntur, nihil relictum iri, sed omnes omnia sigillatim accepturos. Non enim eadem omnium instituta sunt. Afferam in hanc rem et poetæ verba :

> Namque alias hoc loco leges hominibus datas
> videbis; hinc disces nihil omnino neque honestum,
> neque turpe esse, sed hæc efficere venientem
> occasionem turpia et vicissim honesta.

Ut in universum autem dicam, cuncta suo tempore ho-

ἐν ἀκαιρίᾳ δ' αἰσχρά. Τί δ' ὦν διεπραξάμην; ἔφαν ἀποδείξεν ταυτὰ αἰσχρὰ καὶ καλὰ ὄντα· καὶ ἀπέδειξα ἐν τούτοις πᾶσι. Λέγεται δὲ καὶ περὶ τῶ αἰσχρῶ καὶ καλῶ, ὡς ἄλλο ἑκάτερον εἴη· ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτάσῃ τὼς λέγοντας, ὡς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα αἰσχρὸν καὶ καλὸν ἐστιν, αἴ ποκά τι αὐτοῖς καλὸν εἴργασται, αἰσχρὸν ὁμολογησοῦντι, αἴπερ τωὐτὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλόν. Καὶ αἴ τινα καλὸν οἴδαντι ἄνδρα, τοῦτον καὶ αἰσχρὸν τὸν αὐτόν· καὶ αἴ τινα λευκόν, καὶ μέλανα τοῦτον τὸν αὐτόν. Καὶ καλόν γ' ἐστὶ τὼς θεὼς σέβεσθαι, καὶ αἰσχρὸν ἄρα τὼς θεὼς σέβεσθαι, αἴπερ τωυτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐστι. Καὶ τάδε μὲν περὶ ἁπάντων εἰρήσθω μοι· τρέψομαι δὲ ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν, ὃν λέγοντι. Αἰ γὰρ τὰν γυναῖκα καλόν ἐστι κοσμεῖσθαι, τὰν γυναῖκα αἰσχρὸν κοσμεῖσθαι, αἴπερ τωυτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν· καὶ τἄλλα κατὰ τωυτόν. Ἐν Λακεδαίμονί ἐστι καλὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι, ἐν Λακεδαίμονί ἐστι αἰσχρὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι· καὶ τἄλλα οὕτως. Λέγοντι δέ, ὡς αἴ τινες τὰ αἰσχρὰ ἐκ τῶν ἐθνέων πάντοθεν συνενείκαιεν, ἔπειτα συγκαλέοντας κελεύοιεν, ἅ τις καλὰ νομίζει, λαμβάνεν, πάντα κα [g] ἐν καλῷ ἀπενειχθῆμεν· ἐγὼ θαυμάζω, αἰ τὰ αἰσχρὰ συνενεχθέντα καλὰ ἐσεῖται, καὶ οὐχ οἷάπερ ἦνθεν. Αἰ γοῦν ἵππως, ἢ βῶς, ἢ ὄϊς, ἢ ἀνθρώπως ἄγαγον, οὐκ ἄλλο τί κα ἀπάγαγον· ἐπεὶ οὐδὲ αἰ χρυσὸν ἤνειχαν, χαλκὸν ἂν [h] ἀπήνειχαν, οὐδὲ αἰ ἀργύριον ἤνειχαν, μόλυβδόν κα ἀπέφερον. Ἀντὶ δ' ἄρα τῶν αἰσχρῶν καλὰ ἀπάγαγον [i]. Φέρε δή, αἴ ἄρα τις αἰσχρὸν ἄγαγε [k], τοῦτον ἂν καλὸν ἀπάγαγε; Ποιητὰς δὲ μάρτυρας ἐπάγονται, οἳ ποτὶ ἁδονάν, οὐ ποτ' ἀλάθειαν ποιοῦντι.

(Scripsi: [a] παρὰ; quæ vox in membranis desideratur. [b] ἐργάσασθαι; cod. ἐνεργήσασθαι. [c] θέλοι; cod. θέλει. [d] ἔρια ἐργάζεσθαι cum Valckenario ad Eurip. Phœn. p. 268; vulgo ἔρια omittitur. [e] κα λειφθῆμεν cum Porsono Adversar. pag. 269 ed. Lips.; cod. καλυφθῆμεν. [f] διαθρῶν cum Valckenario l. c.; libri διαιρῶν. [g] κα cum Orellio; καὶ libri. [h] ἂν; deest in membranis. [i] ἀπάγαγον; libri ἀπαγαγόντι. [k] ἄγαγε; libri ἀπάγαγε.)

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Γ.

Περὶ δικαίω καὶ ἀδίκω.

Δισσοὶ δὲ λόγοι λέγονται καὶ περὶ τῶ δικαίω καὶ περὶ τῶ ἀδίκω. Καὶ τοὶ μὲν ἄλλο ἦμεν τὸ δίκαιον, ἄλλο δὲ τὸ ἄδικον· τοὶ δὲ τωυτὸ δίκαιον καὶ ἄδικον· καὶ ἐγὼ τούτῳ πειράσομαι τιμωρεῖν. Καὶ πρῶτον μὲν τὸ ψεύδεσθαι ὡς δίκαιόν ἐστι λεξῶ, καὶ τὸ ἐξαπατᾶν. Τὼς μὲν πολεμίως ταῦτα ποιέν, αἰσχρὸν καὶ πονηρὸν ἂν ἐξείποιεν, τὼς δὲ φιλτάτως, οὔ, αὐτίκα τὼς γονέας. Αἰ γὰρ δέοι τὸν πατέρα ἢ τὰν ματέρα φάρμακόν τι ἐγκαταφαγέν, καὶ μὴ θέλοι, οὐ δίκαιόν ἐστι καὶ ἐν τῷ ῥοφήματι καὶ ἐν τῷ ποτῷ δόμεν, καὶ μὴ φάμεν ἐνῆμεν; Οὐκῶν ἤδη ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾶν τὼς γονέας, καὶ κλέπτεν μὰν τὰ τῶν φίλων καὶ

---

nesta sunt, alieno turpia. Quid igitur effeci? dixi velle me demonstrare, eadem esse turpia et honesta idque omni hac disputatione probavi. Cæterum alius etiam fertur sermo de turpi et honesto, quo utrumque diversum quid esse statuitur: quoniam si quis interrogaverit eos qui turpe et honestum idem esse affirmant, num quid honestum unquam egerint, et istud turpe esse confitebuntur, siquidem turpe et honestum idem est. Ac si virum quendam honestum cognoverint, eundem etiam turpem: si album quempiam, eundem nigrum quoque. Certe honestum est deos venerari; ergo turpe quoque deos venerari, siquidem idem deforme ac decorum est. Atque hæc quidem de omnibus dixisse contentus, ad rationes quas illi afferunt sermonem convertam. Si enim mulierem ornari decet, mulierem dedecet ornari, siquidem idem deforme ac decorum, parique ratione cætera. Lacedæmone decet puellas exerceri, Lacedæmone dedecet puellas exerceri, cæteraque eodem modo. Dicunt autem, si qui turpia ex omni undique gente unum in locum congerant, deinde convocatos jubeant, quæ singuli honesta putent inde demere, cuncta pro honestis ablatum iri: ego vero miror, si turpia in medium allata honesta sunt ac non qualia apportabantur. Nam si equos vel boves, vel oves vel homines adduxissent, non aliud abducturi erant, quoniam neque si aurum apportassent æs domum referrent, neque si argentum attulissent plumbum asportarent. Pro turpibus ergo honesta retulerunt. Age vero, si quis turpem hominem adduxisset, num hunc quoque honestum reduceret? Poetas autem testes adhibent qui ad legentium voluptatem, non ad veritatem accommodate carmina condunt.

DISPUTATIO III.

De justo et injusto.

Duo itidem feruntur sermones de justo et injusto. Etenim quidam aliud esse justum, aliud injustum putant: nonnulli vero idem justum atque injustum; quam sententiam ego defendere conabor. Ac primum quidem mentiri et fallere æquum esse ostendam. Dicat igitur quispiam ita tractare inimicos turpe et improbum esse, amicissimos vero nequaquam, exempli causa parentes. Si enim debet pater aut mater medicamentum devorare, nec tamen volet, nonne æquum est nos istud sorbitioni et potioni inditum illi porrigere et inesse dissimulare? Jam igitur parentes mendacio fallere, quin etiam amicorum bona surripere et carissimis vim afferre æquum

βιῆσθαι τὼς φιλτάτως δίκαιον. Αὐτίκα αἴ τις λυπηθείς τι τῶν οἰκηΐων καὶ ἀχθεσθεὶς μέλλοι αὐτὸν διαφθείρεν ἢ ξίφει, ἢ σχοινίῳ, ἢ ἄλλῳ τινί, δίκαιόν ἐστι ταῦτα κλέψαι, αἰ δύναιτο, αἰ δὲ ὑστερίξαι καὶ ἔχοντα καταλάβοι, ἀφελέσθαι βίᾳ; Ἀνδραποδίξασθαι δὲ πῶς οὐ δίκαιον τὼς πολεμίως, αἴ τις δύναιτο ἑλὼν πόλιν ὅλαν ἀποδόσθαι; Τοιχωρυχὲν δὲ τὰ τῶν πολιτῶν κοινὰ οἰκήματα δίκαιον φαίνεται. Αἰ γὰρ ὁ πατὴρ ἐπὶ θανάτῳ, κατεστασιασμένος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, δεδεμένος εἴη, ἆρα οὐ δίκαιον διορύξαντα κλέψαι καὶ σῶσαι τὸν πατέρα; Ἐπιορκὲν δέ. Αἴ τις ὑπὸ τῶν πολεμίων λαφθεὶς ὑποδέξαιτο, ὀμνύων, ἦ μὰν ἀφεθεὶς τὰν πόλιν προδώσεν, ἆρα οὗτος δίκαια ποιήσαι εὐορκήσας; Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐ δοκῶ· ἀλλὰ μᾶλλον τὰν πόλιν, καὶ τὼς φίλως, καὶ τὰ ἱερὰ σῶσαι πατρώϊα, ἐπιορκήσας. Ἤδη ἆρα δίκαιον καὶ τὸ ἐπιορκεῖν, καὶ τὸ ἱεροσυλεῖν. Τὰ μὲν ἴδια τῶν πόλεων ἐῶ· τὰ δὲ κοινὰ τᾶς Ἑλλάδος, τὰ ἐκ Δελφῶν καὶ τὰ ἐξ Ὀλυμπίας, μέλλοντος τῶ βαρβάρω τὰν Ἑλλάδα λαβέν, καὶ τᾶς σωτηρίας ἐν χρήμασιν ἐούσας, οὐ δίκαιον λαβέν, καὶ χρῆσθαι ἐς τὸν πόλεμον; Φονεύεν δὲ τὼς φιλτάτως δίκαιον· ἐπεὶ καὶ Ὀρέστας καὶ Ἀλκμαίων, καὶ ὁ θεὸς ἔχρησε δίκαια αὐτὼς ποιῆσαι. Ἐπὶ δὲ τὰς τέχνας τρέψομαι, καὶ ταῦτα ποιητῶν. Ἐν γὰρ τραγῳδοποιίᾳ καὶ ζωγραφίᾳ ὅστις πλεῖστα ἐξαπατῇ ὅμοια τοῖς ἀληθινοῖς ποιέων, οὗτος ἄριστος. Θέλω δὲ καὶ ποιήματα τῶν παλαιοτέρων μαρτύριον ἐπαγαγέσθαι. Κλεοβουλίνης·

> Ἄνδρ' εἶδον κλέπτοντα καὶ ἐξαπατῶντα βιαίως[a].
> Καὶ τὸ βίᾳ ῥέξαι τοῦτο δικαιότατον.

Ἦν πάλαι ταῦτα. Αἰσχύλου δὲ ταῦτα·

> Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός.
> Ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔσθ' ὅπου[b] τιμᾷ θεός.

Λέγεται δὲ καὶ τῷδε ἀντίος λόγος· ὡς ἄλλο τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικόν ἐστι, διαφέρον, ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα· ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτάσαι τὼς λέγοντας, ὡς τὸ αὐτό ἐστιν ἄδικον καὶ δίκαιον, αἴκα δή τι δίκαιον περὶ τὼς γονέας ἔπραξαν, ὁμολογοῦντι καὶ ἄδικον ἆρα. Τὸ γὰρ αὐτὸ ἄδικον καὶ δίκαιον ὁμολογέοντι ἦμεν. Φέρε ἄλλον δέ, ἄν τινα γινώσκῃ δίκαιον ἄνδρα, καὶ ἄδικον ἆρα τὸν αὐτόν, καὶ μέγαν τοίνυν καὶ μικρὸν κατὰ ταυτόν. Καί τοι πολλὰ ἀδικήσας ἀποθανέτω πραξάμενος. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις. Εἶμι δὲ ἐφ' ἃ λέγοντες ἀξιοῦντι[c] τὸ αὐτὸ καὶ δίκαιον καὶ ἄδικον ἀποδεικνύεν. Τὸ γὰρ κλέπτεν τὰ τῶν πολεμίων δίκαιον καὶ ἄδικον ἔξεστιν[d] ἀποδεικνύεν τὸ αὐτό[e], αἴκ' ἀληθὴς ὁ τήνων λόγος, καὶ τἄλλα καττωυτό. Τέχνας δὲ ἐπάγονται, ἐν αἷς οὐκ ἔστι τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον. Καὶ τοὶ ποιηταὶ οὔτε ποτ' ἀλάθειαν, ἀλλὰ ποτὶ τὰς ἁδονὰς τῶν ἀνθρώπων τὰ ποιήματα ποιέοντι[f].

---

est. Verbi causa, si quis rem familiarem et domesticam dolens mœrensque mortem sibi consciscere cogitet vel gladio, vel reste, vel alio telo, nonne æquum est hæc surripere, si quis possit, sin autem tempore exclusus jam in manibus habentem deprehenderit, per vim ei eripere? Hostes vero in servitutem abducere, cur non æquum est, si quis captam civitatem universam vendere queat? Sed et publica civium nostrorum ædificia perrumpere æquum videtur. Nam si pater inimicorum factione oppressus in vinculis ad mortem retineatur, nonne æquum est effracto carcere abripere patrem et liberare? Nec non pejerare. Si quis ab hostibus captus interposito jurejurando promittat, se dimissum urbem suam proditurum, num ille servata jurisjurandi fide juste agat? Ego certe non ita sentio: sed potius si civitatem suam et amicos et templa patria perjurus conservet. Jam igitur æquum est et pejerare et sacrilegium committere. Proprias quidem singularum civitatum opes prætermitto, at communes Græciæ thesauros et Delphicos et Olympicos, subacturo Græciam barbaro unaque salutis spe in pecunia posita, nonne æquum est sumere et ad bellum gerendum adhibere? Decet etiam carissimos necare, quoniam Orestes et Alcmæon id fecerunt deusque eos juste egisse oraculo edidit. Jam ad artes, et poetarum quidem imprimis, orationem converto. Etenim in tragœdiis scribendis et pingendi arte qui plurimum fallit, veris similia confingens, is optimus. Quin etiam antiquiorum poemata testimonii loco afferam. Cleobulines:

> Cognovi quendam fallentem et vi spoliantem.
> Vi facere hoc certe res magis æqua fuit.

Hæc olim erant. Æschyli vero hæc:

> Bonos neque ipse Jupiter spernit dolos.
> Est tempus, quando mendacem laudat deus.

Habetur insuper alius sermo huic contrarius dicentium, aliud esse justum aliud injustum, tam re quam nomine diversum: quum, si quis interroget idem injustum et justum putantes, num quid justum parentibus præstiterint, etiam de injusto confiteantur. Namque idem injustum et justum esse confitentur. Age vero, si quis alium quempiam justum cognoverit, eundem propterea etiam injustum atque idcirco eodem modo magnum et parvum. Sed ob multa quæ commisit facinora moriatur. Et de his quidem satis. Transeo autem ad ea argumenta quibus idem justum et injustum esse demonstrare volunt. Nam surripere hostium bona simul æquum et iniquum esse, probare licet, si vera sit illorum sententia cæteraque eadem ratione. Artes vero allegant, in quibus justum et injustum non reperitur. Et poetæ non ad veritatem, sed ad hominum voluptatem accommodate carmina condunt.

(Emendavi : [a] βιαίως cum Heringa Obss. p. 17; βία· ὡς codd. [b] ὅπου; libri ὅποι. [c] ἀξιοῦντι; libri ἀξιόοντι. [d] ἔξεστιν ἀποδεικνύεν; libri ἀποδεικνύεν omisso verbo finito. [e] τὸ αὐτό; libri τοῦτ' αὐτό. [f] ποιέοντι, cf. Diss. II fin.; libri ποιέοιντο.)

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Δ.

Περὶ ἀλαθείας καὶ ψεύδεος.

Λέγονται δὲ καὶ περὶ τῶ ψεύδεος καὶ τᾶς ἀλαθείας δισσοὶ λόγοι· ὧν ὁ μέν φατι, ἄλλον μὲν τὸν ψεύσταν ἦμεν λόγον, ἄλλον δὲ τὸν ἀλαθῆ· τοὶ δὲ τὸν αὐτόν, ἐν οἷς [a] κἠγώ, τῶδε λόγω. Πρῶτον μέν, ὅτι τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι λέγονται· ἔπειτα δέ, ὅταν λόγος ῥηθῇ, ἂν μέν, ὡς λέγεται [b] ὁ λόγος, οὕτω γένηται, ἀλαθὴς ὁ λόγος, ἂν δὲ μὴ γένηται, ψευδὴς ὁ αὐτὸς λόγος. Αὐτίκα κατηγορεῖς ἱεροσυλίαν τω, αἴκ' ἐγένετο τὦργον, ἀλαθὴς ὁ λόγος· αἰ δὲ μὴ ἐγένετο, ψεύστας. Καὶ τῶ ἀπολογουμένω ὥς γε ὁ λόγος. Καὶ τά γε δικαστήρια τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ψεύσταν καὶ ἀλαθῆ κρίνοντι. Ἐπεί τοι καὶ ἑξῆς καθήμενοι ἂν λέγοιμεν [c]· Μύστας [d] εἰμί, τὸ αὐτὸ μὲν πάντες ἐροῦμεν, ἀλαθὲς [e] δὲ μόνος ἐγώ, ἐπεὶ καὶ εἰμί. Δᾶλον ὦν, ὅτι ὁ αὐτὸς λόγος, ὅταν μὲν αὐτῷ παρῇ τὸ ψεῦδος, ψεύστας ἐστίν, ὅταν δὲ τὸ ἀλαθές, ἀλαθής, ὥσπερ καὶ ἄνθρωπος τὸ αὐτό, καὶ παῖς, καὶ νεανίσκος, καὶ ἀνήρ, καὶ γέρων ἐστίν. Λέγεται δὲ καὶ ὡς ἄλλος εἴη ὁ ψεύστας λόγος, ἄλλος δὲ ὁ ἀλαθής, διαφέρων τὤνυμα καὶ τὸ πρᾶγμα [f]. αἰ γάρ τις ἐρωτάσαι τὼς λέγοντας, ὡς ὁ αὐτὸς λόγος εἴη ψεύστας καὶ ἀλαθής, ὃν αὐτοὶ λέγοντι, πότερός ἐστιν· αἰ μὲν ψεύστας, δᾶλον ὅτι δύο ἂν [g] εἴη· αἰ δ' ἀλαθής, ἀποκρίναιτό κα [h] ψεύστας ὁ αὐτὸς οὗτος, καὶ ἀλαθῆ τίς [i] ποκα εἶπεν, ἢ ἐξεμαρτύρησε· καὶ ψευδῆ ἄρα τὰ αὐτὰ ταῦτα. Καὶ αἴ τινα ἄνδρα ἀλαθῆ οἶδε, καὶ ψεύσταν τὸν αὐτόν. Ἐκ δὲ τῶ λόγω λέγοντι ταῦτα, ὅτι γενομένω μὲν τῶ πράγματος, ἀλαθῆ τὸν λόγον, ἀγενήτω δέ, ψεύσταν. Οὐκῶν διαφέρει αὖθις τοῖς δικασταῖς, ὅ, τι [k] κρίνοιντο· οὐ γὰρ πάρεντι τοῖς πράγμασι. Ὁμολογέοντι δὲ καὶ αὐτοί, ᾧ μὲν τὸ ψεῦδος ἀναμέμικται, ψεύσταν ἦμεν, ᾧ δὲ τὸ ἀλαθές, ἀλαθῆ. Τοῦτο δὲ ὅλον διαφέρει.

Ταυτὰ τοὶ μαινόμενοι καὶ τοὶ σωφρονοῦντες, καὶ τοὶ σοφοὶ καὶ τοὶ ἀμαθεῖς καὶ λέγοντι καὶ πράσσοντι. Καὶ πρῶτον μὲν ὀνομάζοντι ταυτὰ γᾶν, καὶ ἄνθρωπον, καὶ ἵππον, καὶ πῦρ, καὶ τἆλλα πάντα. Καὶ ποιέοντι ταὐτά, κάθηνται, καὶ ἔσθοντι, καὶ πίνοντι, καὶ κατάκεινται, καὶ τἆλλα καττωυτό. Καὶ μὰν καὶ τωυτὸ πρᾶγμα καὶ μέζον καὶ μῆόν ἐστι, καὶ πλέον καὶ ἔλασσον, καὶ βαρύτερον καὶ κουφότερον· οὕτω γὰρ ἂν [l] εἴη ταὐτὰ πάντα. Τὸ τάλαντόν ἐστι βαρύτερον τᾶς μνᾶς, καὶ κουφότερον τῶν δύο ταλάντων· τωυτὸν ἄρα καὶ κουφότερον καὶ βαρύτερον. Καὶ ζώει ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος καὶ οὐ ζώει, καὶ ταυτὰ [m] ἐντὶ καὶ οὐκ ἐντί· τὰ γὰρ τῇδε ὄντα ἐν τᾷ Λιβύᾳ οὐκ ἔστιν, οὐδέ γε τὰ ἐν Λιβύᾳ ἐν Κύπρῳ. Καὶ τἆλλα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. Οὐκῶν καὶ ἐντὶ τὰ πράγματα καὶ οὐκ ἐντί.

DISPUTATIO IV.

De veritate et falsitate.

Sed et de veritate et falsitate duplex fertur sententia, quarum altera est hominum alium falsum, alium verum sermonem, altera eundem utrumque esse affirmantium, in quibus et ego nomen meum profiteor. Primum quidem, quod iisdem verbis ambo dicuntur : deinde quando sermo expressus est, si ita ut dicitur, res ipsa evenit, verus est sermo, si non evenit, idem falsus est. Verbi causa, quum sacrilegii quempiam insimulas, si tale quid commissum, verus est sermo, si non commissum, falsus. Talis quoque se purgantis oratio est. Et judices in consessu eundem sermonem falsum et verum judicant. Nam et nos hic ordine sedentes si dicamus singuli : *Ego sum initiatus*, idem quidem omnes dicemus, sed verum ego solus, quum tali etiam sim. Manifestum igitur, eundem sermonem, si illi falsitas insit, falsum esse, sin veritas, verum, sicut idem quoque hominis nomen puerum, juvenem, virum, senem significat. Dicunt vicissim alium esse sermonem falsum, alium verum tam nomine quam re diversum. Si quis enim eundem esse falsum et verum sermonem dicentes interroget, uter sit sermo quo ipsi utantur : si falsum esse respondeant, constat res contrarias esse; sin verum, eundem quoque tanquam falsum separari apertum est, et num quis vera quandoque dixerit vel testatus sit, etiam illa ipsa falsa esse liquet : et si quis veracem virum cognoverit, eundem et mendacem esse intelligitur. Prudenter autem dicunt, re peracta verum esse sermonem, non peracta falsum. Quamobrem interest postea judicum, quæ sententia pronuntietur : quia rebus gestis non intersunt. Ipsi quoque confitentur sermonem cui admixta falsitas sit, falsum esse, cui veritas, verum. Hoc vero longe diversum esse patet.

Similiter autem insani et sobrii, item docti et indocti tum vocant res tum agunt. Ac primum quidem eodem modo nominant terram, hominem, equum, ignem cæteraque omnia. Deinde eadem faciunt, sedent, edunt, bibunt, jacent, parique ratione cætera. Quin etiam eadem res et major est et minor, et amplior et tenuior, et gravior et levior : sic enim omnia eadem fuerint. Talentum mina ponderosius est, sed duobus talentis levius : idem ergo et gravius et levius. Ita idem quoque homo vivit et non vivit, eædemque res sunt et non sunt : quæ enim hoc loco sunt, in Africa non sunt; quæque in Africa, non in Cypro, parique ratione cætera. Res igitur et sunt et non sunt.

Qui vero contendunt, insanos et sapientes et indoctos eodem modo agere et loqui cæteraque pari ratione facere,

Τοὶ τοίνυν [n] λέγοντες, τὼς μαινομένως καὶ τὼς σοφὼς καὶ τὼς ἀμαθεῖς ταὐτὰ διαπράσσεσθαι καὶ λέγεν, καὶ τἄλλα ἑπόμενα τῷ λόγῳ, οὐκ ὀρθῶς λέγοντι. Αἰ γάρ τις αὐτὼς ἐρωτάσαι, αἰ διαφέρει [o] μανία σωφροσύνης, καὶ σοφία ἀμαθίας, φαντί· Ναί. Εὖ γὰρ καὶ ἐξ ὧν πράσσοντι ἑκάτεροι, δᾶλοί ἐντι, ὡς ὁμολογησοῦντι. Οὐκῶν αἰ [p] ταὐτὰ πράσσοντι, καὶ τοὶ σοφοὶ μαίνονται, καὶ μαινόμενοι σοφοί, καὶ πάντα συνταράσσονται. Καὶ ἔτι ἅτερος λόγος, πότερον ἐν δέοντι [q] τοὶ σωφρονοῦντες λέγοντι, ἢ τοὶ μαινόμενοι. Ἀλλὰ φαντί, ὡς ταὐτὰ μὲν λέγοντι, ὅταν τις αὐτὼς ἐρωτῇ· ἀλλὰ τοὶ μὲν σοφοὶ ἐν τῷ δέοντι, τοὶ δὲ μαινόμενοι, αἰ οὐ δεῖ. Καὶ τοῦτο λέγοντες δοκοῦντι μικρὸν ποτιθεῖναι [r]· αἰ δεῖ καὶ αἰ μὴ δεῖ· ὥστε οὐ μηκέτι τωυτὸ ἦμεν. Ἐγὼ δὲ οὐ πράγματος τοσούτω προστεθέντος ἀλλοιοῦσθαι δοκῶ τὰ πράγματα, ἀλλ' ἁρμονίας διαλλαγείσης· ὥσπερ Γλαῦκος καὶ γλαυκός, Ξάνθος καὶ ξανθός, Ξοῦθος καὶ ξουθός. Ταῦτα μὲν ἁρμονίαν ἀλλάξαντα διήνεγκαν, τὰ δὲ μακρῶς καὶ βραχυτέρως ῥηθέντα, Τύρος καὶ τυρός, σακός καὶ σάκος [s], ἅτερα δὲ γράμματα διαλλάξαντα, κάρτος καὶ κράτος, ὄνος καὶ νόος. Ἐπεὶ ὧν οὐκ ἀφαιρεθέντος οὐδενὸς τοσοῦτον διαφέρει, τί δή, αἴ τις ἢ ποτιτιθεῖ τι, ἢ ἀφαιρεῖ; καὶ τοῦτο δείξω οἷόν ἐντι. Αἴ τις ἀπὸ τῶν δέκα ἓν ἀφέλοι, οὐκ ἔτι δέκα οὐδὲ ἓν ἂν εἴη [t], καὶ τἄλλα καττωυτό. Τὼ [u] δὲ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον καὶ ἦμεν καὶ μὴ ἦμεν λέγοντας [x], ἐρωτῶ, ἔντι [y] ἢ τὰ πάντα ἐστί. Οὐκῶν αἴ τις μὴ φαίη ἦμεν ἕν [z], ψεύδεται τὰ πάντα εἰπών· ταῦτα πάντα ὧν πῆ ἐντι.

(Emendavi : [a] ταὶ δὲ τὸν αὐτόν, ἐν οἷς κἠγώ, τῶδε λόγω; libri τοὶ δὲ τὸν αὐτόν. Αὖ κἠγώ. Τόδε λόγω. [b] λέγεται; codd. λέγηται. [c] λέγοιμεν cum Northio; λέγοιμι libri. [d] μύστας cum Fabricio e codice, vulgo Μίμας. [e] ἀλαθὲς cum Northio; ἀληθὴς codd. [f] καὶ τὸ πρᾶγμα quod deest in libris scriptis inserui inter τὤνυμα et αἰ γάρ τις. [g] ἂν; deest in codd. [h] κα; καὶ libri. [i] ἀλαθῆ τις cum Northio; ἀλαθές τι codd. [k] τοῖς δικασταῖς ὅ, τι; libri τὼς δικαστὰς ὅτι. [l] ἂν εἴη; libri εἴη. [m] ταυτὰ; αὐτὰ libri. [n] τοὶ τοίνυν; libri τοί τινες. [o] διαφέρει; codd. διαφέρῃ· [p] αἰ; καὶ libri. [q] καὶ ἔτι ἅτερος λόγος, πότερον ἐν δέοντι cum Kœnio ad Greg. Corinth. p. 305; libri καὶ ἐπ' ἄργεος ὁ λόγος πότερον οἷον ἐν δέοντι. [r] ποτιθεῖναι; libri ποτιθῆναι. [s] σακὸς (i. e. σηκὸς) καὶ σάκος; libri σάκκος καὶ σάκος. [t] ἂν εἴη; libri εἴη. [u] τὼς; τὸ libri. [x] ἦμεν λέγοντας ἐρωτῶ; libri ἦμεν, ἐρωτῶ. [y] ἕν τι; libri τί. [z] ἦμεν ἕν, ψεύδεται τὰ πάντα εἰπών· ταῦτα πάντα ὧν πῆ ἐντι; libri ἦμεν, ψεύδεται, τὰ πάντα εἰπόντες, ταῦτα πάντα ὧν πῆ ἐντι.)

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Ε.

Περὶ τᾶς σοφίας καὶ ἀρετᾶς, αἰ διδακτόν.

Λέγεται δέ τις λόγος οὔτ' ἀλαθής, οὔτε κενός· ὅτι ἄρα σοφία καὶ ἀρετὰ οὔτε διδακτὸν εἴη οὔτε μαθατόν. Τοὶ δὲ ταῦτα λέγοντες ταῖσδε ἀποδείξεσι χρῶνται, ὡς οὐχ οἷόν τ' εἴη, ἂν ἄλλῳ παραδοίης, τοῦτο αὐτὸ ἔτι ἔχεν. Μία μὲν δὴ αὕτα. Ἄλλα δέ, ὡς, αἰ διδακτὸν ἦν, διδάσκαλοί κα ἀποδεδεγμένοι ἦσαν [a], ὡς τᾶς μωσικᾶς. Τρίτα δέ, ὡς τοὶ ἐν τᾷ Ἑλλάδι γενόμενοι σοφοὶ ἄνδρες τὰ αὐτῶν τέκνα ἂν ἐδίδαξαν καὶ τὼς φίλως. Τετάρτα δέ, ὅτι ἤδη τινὲς παρὰ σοφιστὰς ἐλθόντες, οὐδὲν ὠφέληθεν. Πέμπτα δέ, ὅτι πολλοὶ οὐ συγγενόμενοι σοφισταῖς ἄξιοι λόγω γεγένηνται. Ἐγὼ

---

non recte dicunt. Si quis enim eos interroget, num a sobrietate differat insania, ab inscitia sapientia, confitentur. Namque ex iis quæ utrique faciunt manifestum est, eos facta confessuros esse. Igitur si eadem agunt, sequitur sapientes insanire, insanos sapere et omnia perturbari. Deinde alius oritur sermo quærentium, utrum opportuno tempore loquantur sapientes an insipientes. Aiunt vero, eadem utrosque dicere rogatos, sed sapientes opportuno tempore, insipientes alieno. Hoc igitur asseverantes parvum quiddam adjicere videntur : *si decet* vel *si non decet*, ita ut non amplius idem sit. Cæterum ego non hac re adjecta, sed concentu immutato res ipsas variari arbitror, velut Γλαῦκος et γλαυκός, Ξάνθος et ξανθός, Ξοῦθος et ξουθός. Hæc variante concentu inter se differunt : quædam tum producta tum correpta, Τύρος et τυρός, σακός et σάκος, alia transpositis litteris transfigurata, ut κάρτος et κράτος, ὄνος et νόος. Quum igitur nulla re demta tantum sit discrimen, quid tandem, si quis vel adjiciat vel subtrahat aliquid? Et hoc quale sit ostendam. Si quis e numero denario unum detrahat, neque unum illud superest, neque decem, et reliqua eodem modo. Qui autem eundem hominem et esse et non esse aiunt, eos interrogo hominis nomen de singulis an de omnibus hominibus intelligant. Quamobrem si quis hoc nequaquam de singulis accipi dicat, mentitur, de omnibus loquens : totum igitur hominum genus alicubi esse oportet.

DISPUTATIO V.

Num virtus et sapientia doceri possint.

Dicitur etiam sermo nec verus neque inanis, sapientiam et virtutem nec disci nec doceri posse. Qui autem ista contendunt, hisce argumentis utuntur, quia fieri nequeat, ut si quid alii tradas, id adhuc habeas : hoc unum est argumentum. Aliud vero, si doctrina comparari posset, hujus præceptores conducerentur æque ac musicæ. Tertium : tum etiam viri sapientes, quos Græcia tulit, filios suos et amicos instituissent. Quartum : quosdam qui sophistas frequentarunt, nihil percepisse constat. Quintum : multos cum sophistis nunquam versatos tamen excelluisse notum est. Cæterum ego hunc sermonem valde ineptum

δὲ κάρτα εὐήθη νομίζω τόνδε τὸν λόγον. Γινώσκω γὰρ τὼς διδασκάλως γράμματα διδάσκοντας, ἃ ἕκαστος αὐτῶν [b] ἐπιστάμενος τυγχάνει, καὶ κιθαριστὰς κιθαρίζεν. Πρὸς δὲ τὰν δευτέραν ἀπόδειξιν, ὡς ἄρα οὐκ ἐντὶ διδάσκαλοι ἀποδεδεγμένοι, τί μὰν τοὶ σοφισταὶ διδάσκοντι, ἀλλ' ἢ σοφίαν καὶ ἀρετάν; ἢ τί δὲ Ἀναξαγόρειοι καὶ Πυθαγόρειοι ἦσαν [c]; τὸ δὲ τρίτον, ἐδίδαξε Πολύκλειτος τὸν υἱὸν ἀνδριάντας ποιέν. Καὶ αἱ μέν τις μὴ διδάξῃ, οὐ σαμῆον· αἱ δ' ἐντὶ [d] διδάξαι, τεκμάριον ὅτι δυνατόν ἐντι διδάξαι. Τέταρτον δέ, αἱ μή τοι παρὰ σοφῶν σοφιστῶν σοφοὶ γίνονται. Καὶ γὰρ γράμματα πολλοὶ οὐκ ἔμαθον μαθόντες. Ἔστι δέ τις καὶ φύσις. Αἱ δέ τις μὴ ἔμαθε [e] παρὰ σοφιστῶν, ἱκανὸς ἐγένετο εὐφυής, καὶ γενόμενος ῥᾳδίως συναρπάξαι τὰ πολλὰ ὀλίγα μαθών, παρ' ὧνπερ καὶ τὰ ὀνύματα μανθάνομεν, καὶ τούτων τι ἤτοι πλέον, ἤτοι ἔλασσον· ὁ μὲν παρὰ πατρός, ὁ δὲ παρὰ ματρός. Αἱ δέ τῳ μὴ πιστόν ἐντι [f] τὰ ὀνύματα μανθάνειν ἅμα, ἀλλ' ἐπισταμένως ἅμα γίνεσθαι, γνώτω ἐκ τῶνδε. Αἴ τις εὐθὺς γενόμενον παιδίον ἐς Πέρσας ἀποπέμψαι, καὶ τηνεὶ τράφοι, κωφὸν Ἑλλάδος φωνᾶς, περσίζοι κα· καὶ αἴ τις τηνόθεν τῇδε κομίζοι, ἑλλανίζοι κα. Οὕτω μανθάνομες τὰ ὀνύματα, καὶ τὼς διδασκάλως οὐκὶ ἀκούομες [g]. Ἤλεγκταί μοι ὁ λόγος, καὶ ἔχεις ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μέσον [h]· καὶ οὐ λέγω, ὡς διδακτός ἐστιν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀποχρῶντί μοι τῆναι αἱ ἀποδείξεις. Λέγοντι δέ τινες τῶν δημαγορούντων, ὡς χρὴ τὰς ἀρχὰς ἀπὸ κλάρω γίνεσθαι, οὐ βέλτιστα ταῦτα νομίζοντες. Καὶ [i] γάρ τις αὐτὸν ἂν [k] ἐρωτῴη τὸν ταῦτα λέγοντα, τί δὴ σὺ τοῖς οἰκέταις οὐκ ἀπὸ κλάρω τὰ ἔργα προστάσσῃς, ὅπως ὁ μὲν ζευγηλάτας, αἴκ' ὀψοποιὸς λάχῃ, ὀψοποιῇ, ὁ δὲ ὀψοποιὸς ζευγηλατῇ, καὶ τἆλλα καττωυτό [l]; καὶ πῶς οὐ καὶ τὼς χαλκέας, καὶ τὼς σκυτέας συναγαγόντες καὶ τέκτονας καὶ χρυσοχόως διακλαρώσομεν καὶ ἀναγκάσομεν [m], ἂν ἄν χ' ἕκαστος λάχῃ, τέχναν ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἂν ἐπίσταται; Τωυτὸν δὲ καὶ ἐν ἀγῶσι τᾶς μωσικᾶς διακλαρῶσαι τὼς ἀγωνιστάς, καὶ ὅ, τι χ' ἕκαστος καὶ λάχῃ, ἀγωνίζεσθαι· αὐλητὰς κιθαριζέτω τυχόν [n], καὶ κιθαρῳδὸς αὐλήσει· καὶ ἐν τῷ πολέμῳ ὁ τοξότας καὶ ὁ [o] ὁπλίτας ἱππασεῖται, ὁ δὲ ἱππεὺς τοξεύσει, ὥστε πάντες ἃ οὐκ ἐπίστανται οὐδὲ δύνανται, οὐδὲ πραξοῦντι. Λέγοντι δὲ ἀγαθὸν ἦμεν καὶ δαμοτικὸν κάρτα· ἐγὼ ἥκιστα νομίζω δαμοτικόν· ἐντι γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι μισόδαμοι ἄνθρωποι, ὧν αἴκα τύχῃ ὁ κύαμος, ἀπολοῦντι τὸν δᾶμον. Ἀλλὰ χρὴ τὸν δᾶμον αὐτὸν ὁρῶντα αἱρεῖσθαι πάντας τὼς εὔνως αὐτῷ καὶ τὼς ἐπιτηδείως στραταγέν, ἁτέρως δὲ νομοφυλακέν, καὶ τἆλλα.

Ἀνδρὸς κατὰ τὰς αὐτὰς τέχνας νομίζω κατὰ βραχύ τε δύνασθαι καὶ διὰ μακρῶν διαλέγεσθαι [p] καὶ ἀλάθειαν τῶν πραγμάτων ἐπίστασθαι, καὶ δικάσασθαι ὀρθῶς, καὶ δαμαγορὲν οἷόν τ' ἦμεν, καὶ λόγων τέχνας ἐπίστασθαι, καὶ περὶ φύσιος τῶν ἁπάντων, ὥς τε ἔχει καὶ ὡς ἐγίνετο, διδάσκεν. Καὶ πρῶτον μὲν ὁ περὶ φύσιος τῶν ἁπάντων εἰδώς, πῶς οὐ δυνασεῖται περὶ πάντων ὀρθῶς καὶ πράσσεν; ἔτι δὴ ὁ τὰς τέχνας τῶν λόγων εἰδὼς ἐπιστασεῖται καὶ περὶ πάντων ὀρθῶς λέγεν, καὶ [q] περὶ ὧν ἐπίσταται, περὶ τούτων λέγεν. Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς λέγεν, περὶ ὧν ἐπίσταται, περὶ τούτων λέγεν. Πάντων γὰρ ἐπιστασεῖται· πάντων μὲν γὰρ τῶν λόγων τὰς τέχνας ἐπίσταται, τοὶ δὲ λόγοι πάντες περὶ πάντων τῶν ἐόντων ἐντί [r]. Δεῖ δὲ ἐπίστα-

---

puto. Novi enim præceptores litteras tradentes, quas quisque eorum tenet, et citharistas cithara canere docentes. Quod autem ad secundum argumentum attinet, quo præceptores non conduci affirmant, quid tandem aliud sophistæ docent, quam virtutem et sapientiam? aut quales Anaxagorei et Pythagorei fuere? Quantum ad tertium argumentum, Polycletus filium suum statuas facere docuit. Ac si quis docere nolet, hoc nihil arguit : sed si licet docere, constat posse talia doceri. Quartum illud, si quidam a doctis sophistis sapientia non imbuuntur, non est mirum, quia multi litteris operati nihil didicerunt. Plurimum etiam ingenium valet. Si quis enim a sophistis non didicit, bonæ indolis ope idoneus evasit natusque ad plurima prope sine litterarum studiis facile arripienda, suggerentibus satis materiæ iis a quibus etiam rerum nomina discimus, vel plus vel minus, partim patre, partim vero matre. At si quis non credat nomina addisci, sed cum scientia quadam simul exoriri, ex hisce cognoscat. Si quis infantem statim postquam natus est in Persidem mittat, ibique educet græcæ linguæ ignarum, Persice loquetur : si vero inde rursus huc transportet, græco sermone utetur. Ita verba discimus, præceptores non auscultantes. Si sermonem istum, de quo agitur redargui, principium, medium ac finem habes : nec affirmo, virtutem doceri posse, sed mihi ista argumenta non satisfacere confiteor. At oratores quidam contendunt, magistratus sorte hominibus assignandos esse, non recte sentientes. Etenim talia dicentem interrogaverit aliquis : cur non et tu servis opera sorte distribuis, ita ut auriga coqui officium sortitus, obsonia paret, coquus autem currum regat, cæteraque eodem modo. Et cur non fabros, sutores, structores, aurifices convocantes sorte iis opera dividamus cogamusque quemlibet artem quam sortitus est exercere, non illam quam novit? Eodemque redeat res, si in musicis certaminibus sorte designentur certaturi, et de eo quod sortitus est contendat quisque : sic fortasse tibicen citharam pulsabit, citharœdus tibia canet : pariterque in bello sagittarius et gravis armaturæ miles equitabit, eques vero sagittabit, ita ut omnes ea, quæ nec sciunt neque intelligunt, facere non possint. At rem admodum bonam et popularem esse dictitant : ego minime popularem existimo. Sunt enim in civitatibus quidam populo infensi, quos si sors contigerit, populum perdent. Sed oportet populum ipsum sibi prospicientem deligere omnes ipsi benevolos et idoneos ad

σθαι τὸν μέλλοντα ὀρθῶς λέγεν περὶ ὅτων δεῖ λέγεν [s], καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ ὀρθῶς διδάσκεν τὰν πόλιν πράσσεν, τὰ δὲ κακὰ διακωλύεν [t]. Εἰδὼς δέ γε αὐτὰ εἰδήσει καὶ τὰ ἅτερα τούτων· πάντα γὰρ ἐπιστασεῖται· ἔστι γὰρ ταῦτα τῶν πάντων. Ἐκεῖνα δὲ πάντα πότε δεῖ πράσσεν ἐπιστασεῖται [u] Διὰ τοῦτο [x y] χρὴ κἂν μὴ ἐπίστηται αὐλέν, σκοπὲν [z] αἴκα δέῃ τοῦτο πράσσεν. Τὸν δὲ δικάζεσθαι ἐπιστάμενον δεῖ τὸ δίκαιον ἐπίστασθαι ὀρθῶς· περὶ γὰρ τούτων τὸ δικάζεσθαι. Εἰδὼς δὲ τοῦτο, εἰδήσει καὶ τὸ ὑπεναντίον αὐτῷ καὶ τὰ ἑτεροῖα [a]. Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ τὼς νόμως ἐπίστασθαι πάντας· αἰ τοίνυν τὰ πράγματα μὴ ἐπιστασεῖται, οὐδὲ τὼς νόμως. Τὸν γὰρ ἐν μωσικᾷ νόμον τις ἐπίσταται, ὅσπερ καὶ μωσικάν, ὃς δὲ μὴ μωσικάν, οὐδὲ τὸν νόμον. Ὃς γὰρ τὰν ἀλάθειαν τῶν πραγμάτων ἐπίσταται, εὐπετὴς τούτῳ [b] ὁ λόγος, ὅτι πάντα ἐπίσταται· ὡς δ' ἐν βραχεῖ εἰπέν [c], δεῖ νιν ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι περὶ πάντων. Οὐκῶν δεῖ νιν πάντ' ἐπίστασθαι. Μέγιστον δὲ καὶ κάλλιστον ἐξεύρημα εὕρηται ἐς τὸν βίον, μνάμα, καὶ ἐς πάντα χρήσιμον, ἐς φιλοσοφίαν τε καὶ ἐς σοφίαν. Ἔστι δὲ τοιοῦτο [d], ἐὰν προσέχῃς τὸν νοῦν, δι' ὧ [e] πρῶτον παρελθοῦσα γνώμα μᾶλλον αἰσθησεῖται τὸ σύνολον ὃ ἔμαθες, δεύτερον δὲ διὰ τῶ μελετᾶν [f] αἴ κα ἀκούσῃς. Τὸ γὰρ πολλάκις ταὐτὰ ἀκοῦσαι καὶ εἶπαι ἐς μνάμαν παρεγένετο τρίτον, αἴ κα ἀκούσῃς, ἔπειτα δ' εἰδῇς [g] καταθέσθαι, οἷον τόδε· δεῖ μεμνᾶσθαι Χρύσιππον, κατθέμεν ἐπὶ τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἵππον· ἄλλο, πυριλάμπην [h], κατθέμεν ἐπὶ πῦρ καὶ τὸ λάμπεν. Τάδε μὲν περὶ τῶν ὀνομάτων. Τὰ δὲ πράγματα οὕτως· περὶ ἀνδρείας ἐπὶ τὸν Ἄρη καὶ τὸν Ἀχιλλῆα· περὶ χαλκείας δέ, ἐπὶ τὸν Ἥφαιστον· περὶ δειλίας, ἐπὶ τὸν Ἐπειόν.

(Emendavi : [a] ἦσαν; codd. ἦεν. [b] ἃ ἕκαστος αὐτῶν cum Orellio; ἃ καὶ αὐτὸς codd. [c] ἦσαν; codd. ἦεν. [d] ἐντί; ἐντὶν libri. [e] ἔμαθε; μαθὼν codd. [f] ἐντι; libri ἐστί. [g] καὶ τὼς διδασκάλως οὐκὶ ἀκούομες. Ἤλεγκταί μοι ὁ λόγος cum Kœnio ad Greg. Cor. p. 180; codd. καὶ τὼς διδασκάλως οὐκὶ ἄμες; οὐ λέλεκταί μοι ὁ λόγος. [h] μέσον; codd. μέσην. [i] καί; codd. εἰ. [k] αὐτὸν ἂν ἐρωτῴη; codd. αὐτὸν ἐρωτῴη. [l] καὶ τἄλλα καττωυτό cum Kœnio ad Greg. Corinth. p. 234; codd. καὶ τἄλλα κατὰ τοῦτο. [m] διακλαρώσομεν καὶ ἀναγκάσομεν; codd. διεκλαρώσαμεν καὶ ἠναγκάσαμεν. [n] τυχόν; codd. τυχών. [o] ὁ τοξότας καὶ ὁ ὁπλίτας cum Orellio; codd. τὼς τοξότας καὶ τὼς ὁπλίτας. [p] δύνασθαι καὶ διὰ μακρῶν διαλέγεσθαι; codd. δύνασθαι καὶ ἀλέγεσθαι. [q] λέγεν, καὶ περί; libri λέγεν, περί. [r] περὶ πάντων τῶν ἐόντων ἐντί cum Orellio; περὶ πάντων των ε... libri. [s] δεῖ λέγεν; libri καὶ λέγοι. [t] διακωλύεν; codd. τὼς κωλύειν. [u] ἐκεῖνα δὲ πάντα πότε δεῖ πράσσεν ἐπιστασεῖται; codd. κεῖνα δὲ ποτὶ ταὐτὸν τὰ δέοντα πρασσεῖται. x-y διὰ τοῦτο χρὴ κἂν μὴ ἐπίστηται αὐλέν; libri χρὴ κἂν μὴ ἐπίσταται αὐλέν. [z] σκοπὲν; deest in codd. [a] ἑτεροῖα; codd. τέρεια. εὐπετὴς τούτῳ ὁ λόγος ὅτι πάντα ἐπίσταται; codd. εὐπετὴς (ἀπετὴς) ὁ λόγος ὅτι πάντα ἐπίστασθαι. [c] ὡς δ' ἐν βραχεῖ εἰπέν; libri ὃς δὲ βραχύ. [d] τοιοῦτο; codd. τοῦτο. [e] δι' ὧ πρῶτον; libri διὰ τούτων. In sequentibus τὸ σύνολον; libri σύνολον. [f] δεύτερον δὲ διὰ τῶ μελετᾶν; libri δευτέραν δὲ μελέταν. [g] ἔπειτα δ' εἰδῇς; codd. ἔπειτα οἶδας. [h] πυριλάμπην; codd. πυριλάμπη.)

---

exercitum ducendum, alios autem ad legum custodiam aptos, alios ad alia. Ego viri esse arbitror, posse ex eadem arte tum brevibus responsis, tum perpetua oratione disserere et rerum veritatem scire, et rite jus dicere : posse item verba ad populum facere ac totam dicendi disciplinam tenere et de rerum omnium, quemadmodum se habeant generatæque sint, natura præcipere. Ac primum quidem qui de omnium natura scit, cur non poterit de omnibus recte et agere? Deinde qui dicendi rationem perceptam habet de omnibus recte disputabit et quæ cognovit de iis recte exponet. Oportet enim recte dicturum de iis quæ novit habere orationem. Omnium enim peritus erit, siquidem omnium sermonum artem tenet, sermones autem omnes circa ingentem rerum varietatem versantur. Præterea recte dicturum scire convenit, quibus argumentis immorari deceat, civitatemque partim docere bona facere, partim mala impedire. Hæc autem sciens alia quoque ab his diversa cognita habebit; omnium enim intelligens erit, quoniam hæc omnibus tanquam partes subsunt. Ista autem cuncta quando facienda sint sciet. Quocirca etiamsi tibia canere nesciat par est eum videre num id fieri decorum sit. Porro qui judicis officio fungi scit, eum oportet quod justum est probe intelligere : in hoc enim versatur judicandi munus. Hoc autem instructus contrarium quoque et diversa tenebit. Sed et legum omnium scientiam habere debet : si vero res non didicerit, ne leges quidem noverit. Etenim musicæ leges cognovit, qui musicam etiam didicit, qui vero musica non est imbutus, ne legum quidem ejus scientia pollet. Nam qui rerum veritatem perspexit, ei promtus est sermo, quia omnia animo comprehendit; atque ut paucis complectar, oportet illum interrogatum de omnibus respondere posse. Ergo necesse est illum omnia intelligere. At maximum et ad vitam humanam accommodatissimum inventum est memoriæ artificium, ad omnia utile, tam ad philosophiam quam ad sapientiam. Est autem hujusmodi, si animum advertas, cujus rei beneficio primum mens collecta magis totum quod didicisti sentiet, deinde si studiorum assiduitate intelligas. Eadem enim sæpius audita dictaque in memoria insidunt. Denique, si rerum quas audis imagines suis locis reponere sciveris, verbi causa, si *Chrysippi* meminisse voles, in *auri* et *equi* imaginibus colloces, si *cicindelæ*, *ignem* et *splendorem* imagineris. Hæc quidem de verbis. Res autem sic se habent : quæ ad fortitudinem spectant, in *Marte* et *Achille* reponenda : quæ ad artem fabrilem, in *Vulcano :* quæ ad timiditatem, in *Epeo*

ΑΡΧΥΤΟΥ ΤΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

ARCHYTÆ TARENTINI
FRAGMENTA.

Α. ΗΘΙΚΑ.

α'. Ἐκ τοῦ περὶ ἀνδρὸς ἀγαθῶ καὶ εὐδαίμονος.

α'. Πρᾶτον μὲν ὦν χρὴ τοῦτο γινώσκεν, ὅτι ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ οὐκ εὐθέως εὐδαίμων ἐξ ἀνάγκας ἐντί, ὁ δὲ εὐδαίμων καὶ ἀγαθὸς ἀνήρ ἐντιν. Ὁ μὲν γὰρ εὐδαίμων ἐξ ἐπαινετῶ καὶ μακαριστῶ γίνεται, ὁ δ' ἀγαθὸς ἀνὴρ ἐξ ἐπαινετῶ μόνον. Γίνεται δὲ ὁ μὲν ἔπαινος ἐπ' ἀρετᾷ, ὁ δὲ μακαρισμὸς ἐπ' εὐτυχίᾳ· καὶ ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ ἐπὶ τοῖς παρ' ἀρετᾶς [a] ἀγαθοῖς γίνεται τοιοῦτος, ὁ δὲ εὐδαίμων καὶ ἐπὶ τοῖς διὰ τύχαν· καὶ ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ ἀναφαίρετον ἔχει τὰν ἀρετάν, ὁ δ' εὐδαίμων ἔντιν ὅκ' ἀφαιρέεται τὰν εὐδαιμοσύναν. Τᾶς μὲν γὰρ ἀρετᾶς ἀνυπεύθυνος ἁ δύναμις, τᾶς δ' εὐδαιμοσύνας εὐθυνομένα. Νόσοι τε γὰρ μακραὶ σώματος καὶ παρώσιες αἰσθαταρίων ἀπομαραίνοντι τὰν εὐθάλειαν τᾶς εὐδαιμοσύνας.

([a] ἀρετᾶς edidi cum Halmio; codd. παρὰ ταύτης.)

β'. Διαφέρει δὲ θεὸς ἀνθρώπω ἀγαθῶ, ὅτι θεὸς μὲν οὐ μόνον εἰλικρινῆ καὶ διυλισμέναν ἔχει τὰν ἀρετὰν ἀπὸ παντὸς τῶ θνατῶ πάθεος, ἀλλὰ καὶ τὰν δύναμιν αὐτᾶς ἄτρυτον πέπαται καὶ ἀνυπεύθυνον, ὡς πρὸς αἰωνίων ἔργων σεμνότατά τε καὶ μεγαλοπρέπειαν· ἄνθρωπος δ' οὐ μόνον τῷ θνατῷ τᾶς φύσιος καταστάματι μήονα ταύταν πέπαται, ἔντι δ' ὅκκα καὶ δι' ἀγαθῶν ἀμετρίαν, καὶ διὰ συνήθειαν ἰσχυράν, καὶ διὰ φύσιν μοχθαρὰν καὶ δι' ἄλλας αἰτίας πολλὰς ἀδυνατεῖ κατ' ἄκραν γεναθῆμεν παναλαθέως ἀγαθῶ.

γ'. Φαμὶ δὴ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα τοῦτον ἦμεν, τὸν πράγμασι μεγάλοις καὶ καιροῖς καλῶς χρεόμενον. Οὗτος δέ κα εἴη ὁ εὐτυχίαν τε δυνάμενος καλῶς φέρεν καὶ πάλιν ἀτυχίαν, καὶ ὁ ἔν τε τοῖς καλοῖς καὶ τιμίοις ἄξιος γενόμενος τῶν ὑποκειμένων, καὶ μεταβαλοίσας τᾶς τύχας εὖ τὸ παρὸν ἐκδεχόμενος. Αἱ δὲ συντόμως τε καὶ κεφαλαιωδῶς δεῖ φράσαι, ὁ ἐν πάντεσσι τοῖς καιροῖς καλῶς ἀγωνιζόμενος ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, καὶ μὴ μόνον αὔταυτον οὕτω διατιθείς, ἀλλὰ καὶ τὼς ἐμπιστεύσαντας αὐτῷ καὶ συναγωνισαμένως.

δ'. Ἐπεὶ ὦν τῶν ἀγαθῶν ἃ μὲν αὐτά ἐντι δι' αὔταυτα αἱρετά, οὐ μὰν δι' ἅτερον, ἃ δὲ δι' ἅτερον, οὐ

A. MORALIA.

a. Ex libro de viro bono et beato.

I. Primum igitur illud tenendum est, virum quidem bonum non statim esse necessario beatum, sed beatum etiam bonum esse. Beatus enim ex laudabili et felicitatis prædicationem merito, bonus autem vir e laudabili tantum fit. Contingit vero laus ob virtutem, felicitatis prædicatio ob bonam fortunam. Ac bonus quidem vir bonis a virtute ortis talis efficitur, beatus vero etiam fortunæ blandimentis : præterea bonus vir virtute non adimenda ornatus est, beatus interdum beatitudine privatur. Virtutis enim facultas libera, beatitudinis obnoxia est. Nam et diuturni corporis morbi et sentiendi instrumentorum amissio beatitudinis florem exstinguunt.

II. Differt autem deus ab homine probo, quod deus quidem non solum habet sinceram et purgatam ab omni mortali affectu virtutem, verum etiam ejus vim indefessam ac liberam, ut æternorum operum majestati ac magnificentiæ consentaneam possidet : homo autem non tantum mortali naturæ habitu minorem hanc possidet, sed nonnunquam etiam tum propter bonorum abundantiam, tum ob consuetudinis potentiam, tum pravæ naturæ vitio, tum aliis multis de causis non potest ad veri boni fastigium pervenire.

III. Virum sane bonum eum esse dico, qui rebus magnis et temporibus recte utatur. Talis autem erit qui prosperam fortunam scit recte ferre et adversam, quique rebus pulchris et præclaris obeundis non sit impar : quique fortuna mutata præsentem statum boni consulat. Quodsi breviter summatimque res est exponenda, is bonus dicendus, qui omni occasione recte quantum in eo situm est certet neque solum se ipsum ita composuerit, sed et alios ipsi fidentes et certaminum socios.

IV. Cum igitur ex bonis alia quidem propter se ipsa sint expetenda, non ob aliud; alia vero propter aliud,

μὰν δι' αὔταυτα, εἴη ἂν καὶ τρίτον τι εἶδος ἅτερον ἀγαθῶν, ὃ καὶ δι' αὔταυτον αἱρετόν ἐντι καὶ δι' ἅτερον. Τίνα [a] ὧν ἐντι τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν, ἅπερ αὐτὰ δι' αὔταυτα αἱρετὰ πέφυκεν ἦμεν, οὐ μὰν δι' ἅτερον; φανερὸν ὅτι ἁ εὐδαιμοσύνα. Ταύτας γὰρ ἕνεκα τὰ ἄλλα αἱρεόμεθα, αὐτὰν δὲ ταύταν οὐδενὸς ἁτέρω. Τίνα δὲ πάλιν ἐντί, ἃ δι' ἅτερον μὲν αἱρεόμεθα, οὐ μὰν δι' αὔταυτά γε; δᾶλον ὅτι τὰ ὠφέλιμα καὶ τὰ παρεκτικὰ [b] τῶν ἀγαθῶν, ἅπερ αἴτια γίνεται τῶν αἱρετῶν, οἷον πόνοι μὲν σώματος καὶ γυμνάσια καὶ τρίψιες εὐεκτίας, ἀναγνώσιες δὲ καὶ μελέται καὶ ἐπιτηδεύσιες καλῶν καὶ ἀρετᾶς. Τίνα δὲ καὶ δι' αὔταυτα αἱρετὰ καὶ τὰ δι' ἅτερον; οἷον αἵ τε ἀρεταὶ καὶ αἱ ἕξιες αὐτῶν, καὶ αἱ προαιρέσιες, καὶ αἱ πράξιες, καὶ πᾶν τὸ ἐχόμενον τᾶς τῶ καλῶ οὐσίας. Τὸ μὲν ὧν δι' αὔταυτο αἱρετόν, οὐ μὰν δι' ἅτερον, μονῆρες ἀγαθόν ἐντι καὶ ἕν· τὸ δὲ καὶ δι' αὐτὸ καὶ δι' ἅτερον, τριχᾷ δέδασται. Τὸ μὲν γάρ τι αὐτῶ περὶ ψυχάν ἐντι, τὸ δὲ περὶ σῶμα, τὸ δέ τι ἐκτός· περὶ ψυχὰν μὲν αἱ τᾶς ψυχᾶς ἀρεταί, περὶ σῶμα δὲ αἱ τῶ σώματος, ἐκτὸς δὲ φίλοι, δόξα, τιμά, πλοῦτος. Παραπλασίως δὲ καὶ τὸ δι' ἅτερον αἱρετόν· τὸ μὲν γάρ τι αὐτῶ τὰ ποιατικὰ τῶν τᾶς ψυχᾶς ἀγαθῶν, περὶ σῶμα δὲ τὰ τῶ σώματος, ἐκτὸς δὲ τὰ αἴτια πλούτω καὶ δόξας καὶ τιμᾶς καὶ φιλίας. Ὅτι δὲ τὰν ἀρετὰν ἦμεν συμβέβακεν αὐτὰν δι' αὐταύταν αἱρετάν, δᾶλον καὶ ἐκ τῶνδε. Αἱ γὰρ τὰ καταδεέστερα τᾷ φύσει (λέγω δὴ τὰ σώματος ἀγαθά), αὐτὰ δι' αὔταυτα αἱρεόμεθα, κρέσσων δὲ ψυχὰ σώματος, φανερὸν ὅτι καὶ τὰ τᾶς ψυχᾶς ἀγαθὰ αὐτὰ δι' αὔταυτα ἀγαπέομες, ἀλλ' οὐ διὰ τὰ ἀποβαίνοντα ἀπ' αὐτῶν.

([a] τίνα ὧν ἐντι scripsi; codd. τίνων ὧν ἐντι. [b] παρεκτικὰ posui pro membranarum lectione προαιρετικά.)

ε'. Τῶ δ' ἀνθρωπίνω βίω καιροὶ τρεῖς, ὁ μὲν ἐν εὐτυχίᾳ, ὁ δὲ ἐν ἀτυχίᾳ, ὁ δὲ μεταξὺ τούτων. Ἐπεὶ ὧν ἀγαθὸς ἀνὴρ ὁ ἔχων ἀρετὰν καὶ ὁ χρεόμενος ἀρετᾷ, χρέεται δὲ αὐτᾷ κατὰ τὼς τρεῖς καιρώς· ἢ γὰρ ἐν ἀτυχίᾳ ἢ ἐν εὐτυχίᾳ ἢ ἐν τοῖς μεταξὺ τούτων· καὶ ἐν ἀτυχίᾳ μέν ἐντι κακοδαίμων, ἐν δ' εὐτυχίᾳ εὐδαίμων, ἐν δὲ τᾷ μέσᾳ καταστάσει οὐκ εὐδαίμων. Φανερὸν ὧν ὅτι οὐδὲν ἅτερόν ἐντι εὐδαιμοσύνα ἀλλ' ἢ χρᾶσις ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ. Λέγομες δὲ νῦν εὐδαιμοσύναν τὰν τῶ ἀνθρώπω. Ὁ δ' ἄνθρωπος οὐχ ἁ ψυχὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα· τὸ γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων ζῶον καὶ τὸ ἐκ τοιούτων ἄνθρωπος. Καὶ γὰρ αἱ τᾶς ψυχᾶς ὄργανον τὸ σῶμα πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ τῶ ἀνθρώπω μέρος, καὶ τοῦτο καὶ ἁ ψυχά. Διὸ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἃ μέν ἐντι τῶ ἀνθρώπω, ἃ δὲ τῶν μερέων. Καὶ ἀνθρώπω μὲν ἀγαθὸν εὐδαιμοσύνα, τῶν δὲ μερέων τῶ ἀνθρώπω, ψυχᾶς μέν, φρόνασις, ἀνδρεία, δικαιοσύνα, σωφροσύνα, σώματος δέ, κάλλος, ὑγίεια, εὐεκτία, εὐαισθασία. Τὰ δὲ ἐκτός, πλοῦτος καὶ δόξα καὶ τιμὰ καὶ εὐγένεια, πέφυκεν ἐπιγέννημα ἦμεν τῶ ἀνθρώπω, καὶ ἀκόλουθα τοῖς [a] φύσει προϋφεσταχόσιν ἀγαθοῖς. Δορυφορεῖ [b] δὲ τὰ μήονα τῶν ἀγαθῶν τὰ μέζονα, φιλία μὲν καὶ δόξα

---

non propter se ipsa: fuerit et tertia quædam species bonorum, quæ et propter se sit expetenda et propter aliud. Quæ igitur sunt hujus generis bona, quæ propter se, non propter aliud solent expeti? Manifesto talis est beatitudo. Hujus enim gratia reliqua expetimus, eam vero ipsam nullius alterius gratia. Quæ vero sunt, quæ propter alia, non propter se ipsa appetimus? Nimirum res utiles et bonorum conciliatrices, quæ sunt causæ optabilium, ut labores quidem et exercitia corporum et frictiones bonæ valetudinis, lectiones autem, meditationes et studia honestatis atque virtutis. Quæ vero et propter se et propter aliud expetenda? nempe virtutes et habitus earum et consilia et actiones et quidquid cohæret cum honesti ratione. Bonum igitur, quod propter se, non propter alterum eligendum sit, solum et unicum est: quod vero et propter se et propter aliud, trifariam divisum est. Partim enim in animo est, partim in corpore, partim extrinsecus: in animo quidem virtutes animi, in corpore vero corporis virtutes, extra hominem amici, gloria, honor, divitiæ. Similiter et illud quod propter aliud expetitur: est enim partim id omne quod animi bona efficit, partim quod circa corpus hujus bonorum externorumque causam præbet, divitiarum, gloriæ, honoris et amicitiæ. Cæterum virtutem propter se expetendam esse, hinc etiam colligitur. Si enim illa, quæ inferiora sua natura sunt (dico corporis bona), propter se expetimus, animus autem præstantior corpore, apertum est nos animi quoque bona propter se, non propter eorum effectus expetere.

V. Vitæ humanæ tria sunt tempora, unum felicitatis, aliud infelicitatis, tertium medium utriusque fortunæ. Cum igitur vir bonus sit virtute præditus ejusque cultor, in illius autem exercitatione tribus temporibus versetur, sive duriore fortuna conflictatus, sive felicitate florens, sive mediocrem rerum statum nactus: in adversa quidem fortuna est miser, in prosperitate felix, in medio vero statu non beatus. Liquet igitur, felicitatem esse nihil aliud quam usum virtutis in prospero rerum successu. Loquimur autem hoc loco de hominis beatitate. Homo autem non tantum ex animo, sed e corpore quoque compositus est; nam ex utroque animal atque e talibus homo constat. Quamvis enim corpus animi sit instrumentum, tamen et hominis pars est, itidem et animus. Quocirca et bona alia quidem sunt hominis, alia vero partium. Atque hominis quidem bonum felicitas, partium autem hominis, animi quidem prudentia, fortitudo, justitia, temperantia; corporis vero pulchritudo, sanitas, bona habitudo, integritas sensuum. Externa vero, opes, gloria, honor, nobilitas hominis bonorum accessiones esse solent, bonisque natura præcedentibus subjici. Minora autem bona majoribus satellitum instar adsunt, amicitia

καὶ πλοῦτος σῶμα καὶ ψυχάν, ὑγίεια δὲ καὶ ἰσχὺς καὶ εὐαισθασία ψυχάν, φρόνασις δὲ καὶ ἀνδρία καὶ σωφροσύνα καὶ ἁ δικαιοσύνα τὸν νόον τᾶς ψυχᾶς, ὁ δὲ νόος τὸν θεόν. Οὗτος γὰρ ὁ κράτιστός ἐντι καὶ ὁ ἁγεμονεύων· καὶ τούτω [c] ἕνεκα καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀγαθῶν δεῖ παρῆμεν. Στρατεύματος μὲν γὰρ ἁγεῖται στραταγός, πλωτάρων δὲ κυβερνάτας, τῷ δὲ κόσμῳ θεός, τᾶς δὲ ψυχᾶς νόος, τᾶς δὲ περὶ τὸν βίον εὐδαιμοσύνας φρόνασις. Οὐδὲν γὰρ ἅτερόν ἐντι φρόνασις, αἰ μὴ ἐπιστάμα τᾶς περὶ τὸν βίον εὐδαιμοσύνας ἢ ἐπιστάμα τῶν κατὰ φύσιν ἀνθρώπῳ ἀγαθῶν.

([a] τοῖς inserui cum Hirschigio. [b] δορυφορεῖ δὲ cum Halmio scripsi pro librorum lectione δορυφορεῖται. [c] τούτω posui; libri τούτων.)

ς'. Καὶ θεῷ μὲν εὐδαιμοσύνα καὶ βίος ἄριστος, τῷ δ' ἀνθρώπῳ ἐξ ἐπιστάμας καὶ ἀρετᾶς καὶ τρίτω εὐτυχίας σωματουμένα παραγίνεται. Λέγω δὲ σοφίαν μὲν ἐπιστάμαν τῶν θείων καὶ δαιμονίων, φρόνασιν δὲ τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν περὶ τὸν βίον. Τὰς γὰρ λόγοις καὶ ἀποδείξεσιν ποτιχρωμένας ἀρετὰς δέον ἐπιστάμας ποταγορεύεν· ἀρετὰν δὲ τὰν ἠθικὰν καὶ βελτίσταν ἕξιν τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς, καθ' ἃν καὶ ποιοί τινες ἦμεν λεγόμεθα κατὰ τὸ ἦθος, οἷον ἐλευθέριοι, δίκαιοι καὶ σώφρονες· εὐτυχίαν δὲ τὰν παρὰ τὸν λόγον τῶν ἀγαθῶν παρουσίαν, καὶ μὴ δι' αὐτὸν γινομέναν. Ἐπεὶ ὧν ἁ μὲν ἀρετὰ καὶ ἐπιστάμα ἐφ' ἁμῖν, ἁ δ' εὐτυχία οὐκ ἐφ' ἁμῖν· ἐν δὲ θεωρίαις καὶ πράξεσι τῶν καλῶν τὸ εὐδαιμονέν, αἱ δὲ θεωρίαι καὶ αἱ πράξεις ποτάντεις μὲν οὖσαι λειτουργίαν καὶ ἀνάγκαν ἐπιφέροντι, εὐοδοῦσαι δὲ διαγωγὰν καὶ εὐδαιμοσύναν· γίνεται δὲ ταῦτα ἐν εὐτυχίᾳ· φανερὸν ὅτι οὐδὲν ἅτερόν ἐντι εὐδαιμοσύνα, αἰ [a] μὴ χρᾶσις ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ.

([a] αἰ scripsi; codd. εἰ.)

ζ'. Ὅτι ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ οὕτω διάκειται ποτ' εὐτυχίαν, ὥσπερ καὶ ὁ τῷ σώματι καλῶς ἔχων καὶ ῥωμαλέως. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος οἷός τε καὶ θάλπος καὶ ψῦχος ὑπομένεν, καὶ βάρος ἆραι μέγα, καὶ πολλὰς ἁτέρας εὐχερῶς ὑπομένεν κακοπαθείας.

η'. Ἐπεὶ ὧν εὐδαιμοσύνα χρᾶσις ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ, περὶ ἀρετᾶς καὶ εὐτυχίας λέγωμες, καὶ πρᾶτον περὶ εὐτυχίας. Τῶν γὰρ ἀγαθῶν ἃ μὲν οὐκ ἐπιδέχεται ὑπερβολάν, οἷον ἀρετά, οὐ γάρ ἐντι ὑπερβάλλοισά τις ἀρετά, καὶ ὑπερβαλλόντως τις ἀγαθός· ἁ γὰρ ἀρετὰ στάθμαν ἔχει τὸ δέον, καί ἐντι τῶ δέοντος ἕξις ἐν τοῖς πρακτοῖς· ἁ δ' εὐτυχία καὶ τὰν ὑπερβολὰν ἐπιδέχεται καὶ τὰν μήωσιν, ὑπερβάλλοισα δὲ γεννᾷ τινας κακίας, καὶ ἐξίστησι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τᾶς κατὰ φύσιν ἕξιος, ὥστε πολλάκις ἀντιβαίνειν καὶ τᾷ συστάσει τᾶς ἀρετᾶς. Καὶ οὐ μόνον ἁ εὐτυχία, ἀλλὰ καὶ ἅτεραι αἰτίαι πλέονες. Οὐδέποκα γὰρ δεῖ θαυμαίνειν περὶ μὲν αὐλατικὰν ἦμέν τινας ἀλαζόνας, οἳ τὰ ποτ' ἀλάθειαν ἐάσαντες φαντασίᾳ τινὶ ψευδεῖ τὼς ἀμώσως αἱρέοντι [a], περὶ δὲ τὰν ἀρετὰν μὴ ἦμεν τὸ τοιοῦτον γένος, ἀλλ' ὅσῳ περ σεμνότερόν ἐντι, τοσούτῳ καὶ τὸ ποτιποιούμενον περὶ αὐτὰν πλέον ἦμεν γένος. Πολλὰ γάρ ἐντι

---

quidem et gloria et divitiæ corpori atque animo, sanitas vero et robur et sensuum integritas animo: prudentia autem et fortitudo et temperantia et justitia intellectui, intellectus autem deo ipsi. Hic enim supremus est et gubernator, ejusque causa cætera bona præsto esse oportet. Exercitui enim præest imperator, nautis gubernator, mundo autem deus, animæ vero mens ipsa, vitæ denique felicitati prudentia. Quippe nihil aliud prudentia est, quam scientia quædam vitæ feliciter agendæ aut bonorum homini insitorum cognitio.

VI. Ac dei quidem beatitas et vita optima est, hominis autem felicitas e scientia, virtute tertiaque prospera fortuna quasi coalescit. Appello autem sapientiam quidem cognitionem cœlestium divinarumque rerum, prudentiam vero humanarum rerum et earum quæ ad vitam spectant peritiam. Eas enim quæ ratione et demonstratione utuntur virtutes fas est scientias nominare: virtutem vero moralem etiam optimum animi partis ratione carentis habitum, secundum quem aliquo modo morati esse dicimur, verbi causa liberales, justi et temperantes: bonam denique fortunam bonorum, quæ præter rationem eaque non adhibita contingunt, affluentiam. Quum igitur virtus quidem et scientia in nostra potestate sint, bona autem fortuna non item, in meditatione vero et actione rerum honestarum sita sit felicitas, contemplatio porro et actiones, in asperitatibus rerum ministerium et necessitatem, in successu delectationem et felicitatem afferant, eaque in prospera fortuna fiant: patet nihil aliud esse felicitatem, quam usum virtutis in rebus secundis.

VII. Bonus vir sic affectus est erga fortunam secundam, ut is qui integro est corpore et viribus pollet. Talis enim et æstum et frigus potest tolerare et pondus attollere ingens multasque alias facile perferre ærumnas.

VIII. Cum igitur beatitas usus sit virtutis in fortuna bona, de virtute et bona fortuna dicamus, ac primo quidem de prosperitate. Quippe bonorum quædam non admittunt exsuperantiam, ut virtus. Non enim est ulla virtus quæ modum excedat aut quisquam nimis bonus: nam virtus normam habet decorum, estque decori in rebus agendis habitus: prospera autem fortuna et exsuperantiam admittit et defectum, modumque transiens gignit quædam vitia atque hominem a naturali habitu abstrahit, ita ut virtutis quoque substantiæ sæpenumero adversetur. Nec solum res florentes, verum etiam aliæ causæ complures id faciunt. Neque enim unquam mirari oportet quum inter tibicines quidam reperiantur ostentatores qui vera arte neglecta falsa quadam ejus imagine imperitos captent, nihil ejus generis inter virtutis cultores esse, sed quo res gravior sit virtus, eo plura quæ sibi vindicent eam esse genera. Multa enim sunt quæ virtu-

τὰ διαστρέφοντα τὰς περὶ τὰν ἀρετὰν ἐπιφανείας, ὧν ἓν μέν ἐντι τὸ τῶν ἐπιβουλευόντων καὶ ποτιποιουμένων γένος· ἅτερα δὲ φυσικὰ πάθεα παρακολουθέοντα ἐνίοκα ποιέοντι ἐναντίαν ἐπιπρέπειαν τᾶς ἀλαθινᾶς διαθέσιος, τινὰ δὲ καὶ δι' ἔθος συνεκτεθραμμένα ἐκ παλαιῶν χρόνων, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ δι' ἁλικίας ἁβατικάς τε καὶ γεροντικάς, καὶ δι' εὐτυχίας ἢ καὶ ἀτυχίας, καὶ δι' ἀτέρως παμπλαθέας τρόπως. Ὥστε οὐδέποκα δεῖ θαυμαίνειν, αἰ πάντ' ἀνεστραμμένως ἐνίοκα κρίνεται, τᾶς ἀλαθινᾶς διαθέσιος μεταπιπτοίσας, ὥσπερ καὶ τέκτονα τὸν ἄριστον ἦμεν δοκέοντα πολλὰ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις ἔργοις ὁρέομες ἁμαρτάνοντα, καὶ στραταγὸν καὶ κυβερνάταν καὶ γραφέα καὶ πάντας ἁπλῶς, καὶ ὅμως οὐκ ἀποστερέομες τᾶς ὑπαρχοίσας ἕξιος· οὕτως οὐδὲ τὸν ἀκολασταίνοντα ἔν τισι καιροῖς, οὐδὲ τὸν ἀδικήσαντα, οὐδὲ τὸν ἀποδειλιάσαντα ἐς τὼς κακὼς τακτέον ἄνδρας, οὐδὲ μὰν τὼς τούτων τι κατορθώσαντας ἐς τὼς ἀγαθώς, ἀλλὰ τοῖς τε φαύλοις τὸ τυχὲν ποτὲ δοτέον τοῖς τε ἀγαθοῖς τὸ διαμαρτάνεν. Τὰν δὲ ἀλαθινὰν κρίσιν οὐ ποθ' ἕνα καιρὸν ἐπιβλέποντας ποιητέον [b], οὐδ' ἐπὶ χρόνῳ τι πλᾶθος, ἀλλ' ἐπὶ πάντα τὸν βίον. Ὥσπερ δὲ τὸ σῶμα βλάπτει μὲν καὶ τὸ τᾶς ἐνδείας καὶ τὸ τᾶς ὑπερβολᾶς εἶδος, οὐ μὰν ἀλλὰ νόσως ἔτι μέζονας ἐμποιὲν πέφυκεν ἁ ὑπερβολὰ καὶ τὰ καλεόμενα περισσώματα· οὕτω καὶ ψυχὰν βλάπτει μὲν καὶ τὸ τᾶς εὐτυχίας ἢ ἀτυχίας εἶδος ἀκαίρως παραγενόμενον, οὐ μὰν ἀλλὰ νόσως ἔτι μέζονας ποιὲν πέφυκεν ἁ λεγομένα παρὰ πάντεσσιν εὐτυχία, ὥσπερ οἶνος καταμεθύσκοισα τοῖς ἀγαθοῖς τὰν διάνοιαν.

(Scripsi : [a] αἱρέοντι cum Valckenario ad Eurip. Hippol. v. 17 pro membranarum lectione ἀεὶ ῥέοντι. [b] ποιητέον quod in codd. desideratur inserui.)

θ'. Ὅθεν οὐκ ἀτυχίαν ἐνεγκὲν ἐμμελῶς χαλεπώτερόν ἐντι, ἀλλ' εὐτυχίαν. Πάντες μὲν γὰρ ἐν ἀτυχίᾳ μὲν ὄντες [a] ὡς ἐπὶ πολὺ μέτριοι καὶ κόσμιοι τὸ ἦθος ἦμεν φαίνονται, ἐν δ' εὐπραγίαις ἀνδρῆοι, μεγαλόφρονες, μεγαλόψυχοι. Δεινὰ γὰρ ἀτυχία συναγαγὲν καὶ καταρτίσαι τὰν ψυχάν, ἁ δ' εὐπραγία τοὐναντίον ἐπᾶραι καὶ κενῶσαι. Διὸ ποθεκτικοὶ μὲν ἅπαντες καὶ συνετοὶ τὸν τρόπον ἀτυχέοντες, ἐπιθετικοὶ δὲ καὶ θαρσαλέοι τὸν τρόπον εὐτυχέοντες.

([a] μὲν ὄντες Schowii conjectura est pro codicum lectione μένοντες.)

ι'. Ὅρος δέ ἐντι εὐτυχίας, ἂν προέλοιτο ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ συνεργὸν αὐτῷ γενομέναν ποττὰς ἰδίας πράξιας, ὥσπερ καὶ μέγεθος ναὸς καὶ μέγεθος πηδαλίω, ᾧ καθικνεῖσθαι δύναται ὁ ἀγαθὸς κυβερνάτας μεγάλα πελάγια διαπεραιούμενος καὶ μεγάλαν ναυκλαρίαν στελλόμενος. Ἁ δ' ὑπερβολὰ τᾶς εὐτυχίας τοῖς ἀγαθοῖς οὐ κρατεῖσθαι πέφυκεν ὑπὸ τᾶς ψυχᾶς, ἀλλὰ κρατὲν αὐτᾶς. Ὥσπερ γὰρ τὸ λαμπρὸν φάος μαραυγίαν περιτίθησι τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὕτω καὶ ἁ ὑπερβάλλοισα εὐτυχία τῷ νόῳ τᾶς ψυχᾶς. Καὶ περὶ μὲν ὧν εὐτυχίας ἅλις εἰρήσθω.

(Stob. Flor. I, 72-81.)

ια'. Φρόνιμος ἀνὴρ οὕτως ἂν μάλιστα γένοιτο, αἰ [a] φύσιος πρᾶτον εὐστόχω τε καὶ μναμονικᾶς καὶ φιλο-

---

tis speciem pervertant, e quibus unum est insidiantium et simulantium genus : tum naturales cupiditates virtutis comites interdum in contrarium vertunt veræ affectionis decorem; quædam vero etiam ex consuetudine inde a priscis temporibus nobis familiaria, non pauca item propter ætatem juvenilem et senilem, ad hæc ob res prosperas et adversas et ob alios mores complures. Quocirca mirandum non est, si omnia quandoque perverso judicio æstimantur, sincero animi habitu immutato, quemadmodum etiam fabrum qui optimus habeatur multa in destinatis operibus peccare videmus, similiter et imperatorem et gubernatorem et pictorem et omnino omnes, et tamen adeptæ facultatis laude eos non fraudamus : sic nec luxuriantem quibusdam temporibus aut injuste agentem, aut reformidantem in improborum numero reponemus, nec si qui horum aliquid recte egerint, in bonis viris numerabuntur, sed cum malis successus aliquando attribuendus, tum bonis lapsus et error. Veram autem sententiam dicemus non unam occasionem aut longius temporis spatium, sed totam hominis vitam intuentes. Ut vero corpori nocet defectus et abundantiæ species, sed graviores etiam morbos excessus et quæcunque supervacanea sunt ei afferre solent : ita et animo nocet tam bonorum quam malorum species intempestive ei illata, verum morbos etiam acriores incutere illi solet quæ apud omnes dicitur prospera fortuna, vini instar bonorum virorum animos quasi inebrians.

IX. Quamobrem non adversam fortunam commode ferre difficile est, sed prosperam. Omnes enim, quamdiu in miseria sunt, plerumque temperatis modestisque moribus esse videntur, in prospero autem rerum successu animosi, excelsi et superbi. Valet enim calamitas ad contrahendum et componendum animum, successus rerum contra ad inflandum et inanem reddendum. Quo fit ut infelices cuncti attenti sint et prudentes, audaces vero et confidentes qui felicitate florent.

X. Finis autem quidam est prosperæ fortunæ, quam vir bonus actionum suarum sociam exoptet, sicut mensura navis et clavi, quo ferire aquas potest bonus gubernator vasta maria transmittens et longinquam navigationem ingrediens. At nimia prosperitas, si viris bonis contingat, animo non parere solet, sed imperare. Ut enim nimia lux visum obscurat : ita nimia prosperitas mentis aciem præstringit. Ac de felicitate hæc dicta sufficiant.

XI. Vir prudens ita maxime fiat, si primum ingenium sollers, animum memorem, naturam laboriosam nactus

πόνω τυχὼν ἐν λογισμοῖς τε καὶ μαθημάτεσσι καὶ ταῖς ποτ' ἀκρίβειαν θεωρίαις εὐθὺς ἐκ νέω [b] γυμνάσαιτο τὰν διάνοιαν φιλοσοφίας ἁπτόμενος ὀρθᾶς, μετὰ δὲ ταύτας θεῶν τε καὶ νόμων καὶ βίων ἀνθρωπίνων ἐμπειρίαν λάβοι. Δύο γάρ ἐντι ἐξ ὧν τῶ φρονίμω διάθεσις παραγίνεται, ὧν τὸ μέν ἐντι ἕξιν μαθηματικάν τε καὶ γνωστικὰν λαβέν, τὸ δὲ θεωρήματα καὶ πράγματα πολλὰ ἐπελθόντα, τὰ μὲν καὶ αὐτὸν ἰδόντα τὰ δὲ καὶ δι' ἑτέρω τινὸς τρόπω κατανοήσαντα. Οὔτε γὰρ ὁ ἐν λογισμοῖς καὶ μαθημάτεσσι καὶ ταῖς ποτ' ἀκρίβειαν θεωρίαις εὐθὺς ἐκ νέω γυμνάσας τὰν διάνοιαν ἱκανός ἐντι ποτὶ φρόνασιν, οὔθ' ὁ τούτων μὲν ἀπολειφθείς, ἐν ἀκροαμάτεσσι δὲ πολλοῖς καὶ πραγμάτεσσιν ἀναστρεφθείς. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τῷ καθ' ἕκαστα κρίνεν τυφλὸς ἐγένετο τὰν διάνοιαν, ὁ δὲ ἐν τῷ καθόλω θεωρὲν ἀεί. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν λογισμῶν δύναται ὁ λόγος τὰ μέρεα συντιθεὶς τὸ ὅλον ἐξ αὐτῶν λογίζεσθαι, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων δύναται ὁ μὲν λόγος τὰν καθόλω θεωρίαν ὑπογράφεν, ἁ δ' ἐμπειρία καθ' ἕκαστα κρίνεν.

(Stob. Flor. III, 76. Correxi [a] γένοιτο, αἰ φύσιος; libri γένοιτο, φύσιος. [b] ἐκ νέω cum Hirschigio; codd. ἐκ νέων.)

Παραπλησίως δὲ καὶ γῆρας ἔχει ποτὶ νεότατα, καὶ ποιεῖ ἁ μὲν νεότας ἐγχειρητικῶς [a], τὸ δὲ γῆρας προνοατικῶς· καὶ μηδέποκα ἀφύλακτον ἦμεν πέφυκε [b] διανοίας, ἀλλὰ καὶ τί πράσσει καὶ τί πέπραχεν ἐπισκοπεῖ, ἵνα τὰ μὲν μέλλοντα τοῖς παρεόντεσσι σταθμεύμενος [c], τὰ δ' ἐνεστακότα τοῖς παρωχημένοις αὐτὸς αὔταυτον διορθοῦν δύνηται, ποτὶ μὲν τὸν παροιχόμενον χρόνον [d] τὰν μνάμαν ἐφαρμόζων, ποτὶ δὲ τὸν παρεόντα τὰν αἴσθασιν, ποτὶ δὲ τὸν μέλλοντα τὰν πρόνοιαν. Ἔντι γὰρ ἀεὶ μνάμα μὲν ἁμὶν τῶ παρεληλυθότος χρόνω, πρόνοια δὲ τῶ μέλλοντος, αἴσθασις δὲ τῶ παρεόντος. Διὸ δὴ δεῖ τὸν ὀρθῶς καὶ καλῶς βιοτεύεν μέλλοντα μὴ μόνον αἰσθατικὸν καὶ μναμονευτικὸν ἀλλὰ καὶ προνοατικὸν ἦμεν.

(Stobæus Floril. CXV, 27. Emendavi [a] ἐγχειρητικῶς et προνοατικῶς cum Orellio; codd. ἐγχειρητικῶς et προνοατικῶς. [b] ἦμεν πέφυκε; codd. αὐτὸ ἀφίεμεν. [c] σταθμεύμενος; libri σταθμευόμενος. [d] παροιχόμενον χρόνον cum Meinekio; libri παροιχόμενον.)

β'. Ἐν τῷ περὶ τᾶς ἠθικᾶς παιδείας.

ιβ'. Φαμὶ τὰν ἀρετὰν ἦμεν ποττὸ μὴ κακοδαιμονὲν ἱκανάν, τὰν δὲ κακίαν ποττὸ μὴ εὐδαιμονέν, αἴκα τὰς ἕξιας αὐτὰς κρίνωμες. Αἰεὶ μὲν γὰρ κακοδαιμονὲν ἀνάγκα τὸν κακόν, αἴτε ἔχει ὕλαν (κακῶς τε γὰρ αὐτᾷ χρέεται) αἴτε σπανίζει· ὡς καὶ τὸν τυφλὸν αἰεὶ ἀνάγκα ἦμεν τυφλόν [a], αἴτε φῶς ἔχει καὶ λαμπρότατα ὁρατάν, αἴτε ἐν σκότει διατελεῖ. Οὐκ αἰεὶ δὲ εὐδαιμονὲν τὸν ἀγαθόν· οὐ γὰρ ἁ κτᾶσις τᾶς ἀρετᾶς εὐδαιμονία ἦς; ἀλλ' ἁ χρᾶσις. Καὶ γὰρ ὁ ἔχων τὰν ὄψιν οὐχ ὁρᾷ αἰεί· αἰ γὰρ μὴ ἔχῃ φῶς, οὐκ ὄψεται. Δύο δὲ ὁδοὶ τέμνονται ἐν βίῳ, ἁ μὲν σκυθρωποτέρα, τὰν ὁ τλάμων ἐβάδιζεν Ὀδυσσεύς, ἁ δ' εὐδιεινοτέρα, τὰν ἐπορεύετο Νέστωρ. Τὰν ὦν ἀρετάν φαμι δήλεσθαι μὲν ταύταν, δύνασθαι δὲ καὶ τήναν. Ἀλλὰ τὰν εὐδαιμονίαν καρύσσει ἁ φύσις βίον εὐκταῖον καὶ εὐστα-

---

ratiocinando et artibus mathematicis et accurata rerum contemplatione statim a puero animum exerceat ad rectam philosophiam incumbens, postea vero deorum res, leges hominumque vitas usu cognoscat. Duo enim sunt e quibus prudentis habitus animo accedit, quorum unum est discendi cognoscendique facultatem adipisci, alterum multa spectacula multasque res obire, ita ut partim ipse singula videas, partim alio modo perspicias. Neque enim is qui statim ab ineunte ætate calculis et mathematicis disciplinis et accurata rerum inspectione animum exercuit ad prudentiam aptus est, neque ille qui his destitutus in multis aliis auditionibus et rebus experientia duce versatus sit. Sed alter ad singularia perpendenda cæcum habet animum, alter in universalium contemplatione semper nihil videt. Quemadmodum enim in calculis ratio conjunctis partibus totum colligere potest, sic etiam in rebus ratio contemplationem universalem delineat, experientia vero singula judicat.

Similiter senectus quoque ad juventutem se habet, efficitque juventus quidem industrios, senectus autem providos: neque unquam mentis custodia caret, sed quid agat et quid egerit, considerat, ut futura cum præsentibus, præsentia cum præteritis pensitans senex ipse se corrigere possit, ad præteritum tempus memoriam accommodans, ad præsens sensum, ad futurum vero providentiam. Semper enim memoria nobis adest præteriti temporis, providentia futuri, præsentis denique sensus. Idcirco hominem bene recteque victurum non solum sensu et memoria, sed etiam providentia valere oportet.

b. Ex libro de Doctrina morali.

XII. Ajo virtutem ad miseriam, vitium vero ad beatitudinem fugiendam, si habitus ipsos inspiciamus, sufficere. Semper enim virum malum miserum esse necesse est, sive habeat materiam (male enim ea utitur) sive ea careat, quemadmodum et cæcus, sive lumen ei adsit splendorque aspectabilis, sive in tenebris degat, perpetuo cæcus manebit. At bonum non semper beatum esse necesse est, quandoquidem non in possessione virtutis, sed in usu beatitudo cernitur. Etenim qui visu præditus est non semper videt: si enim luce careat, nihil videbit. Duæ autem viæ in vita secantur, altera quidem difficilior qua patiens incessit Ulixes, altera vero lætior, quam Nestor tenuit. Virtutem igitur ajo hanc quidem expetere, verum et illam ingredi posse. Sed beatitudinem natura vitam optabilem atque firmam, quoniam proposita peraguntur,

θέα, διὰ τὸ γνώμας τελεσθῆμεν· ὥστε ª μὴ δήληταί τις παριόντων [b], οὐκ εὐδαίμων μέν, οὐ μὰν πάντα κακοδαίμων.

(Scripsi [a] αἰεὶ ἀνάγκα ἦμεν τυφλόν quæ verba in membranis desiderantur. [b] παριόντων; codd. παριόντας.)

Μὴ ὦν ἄνοσον καὶ ἀνάλγατον τολμώντων τὸν ἀγαθὸν εἰπέν, μηδὲ ἄλυπον θρασυνέσθωσαν λέγεν· ὡς γὰρ σώματι ἀλγεινά τινα ἀπολείπομες, οὕτω καὶ ψυχαῖς ἐπώδυνα. Ἀλλὰ ταὶ μὲν ἀφρόνων λῦπαι ἀλόγιστοι πέλονται, ταὶ δὲ φρονίμων ἐς ὅσον ὁ λόγος ἐπιτρέπει ὁρίσδων τὰ πράγματα. Ἀλλὰ μὰν καὶ τὸ καύχαμα αὐτῶν τᾶς ἀπαθείας ἐκλύει τᾶς ἀρετᾶς τὸ γενναῖον, αἴκα ἐν διαφύροις καὶ μεγάλοις [a] κακοῖς θανάτῳ τε καὶ ἀλγηδόνι καὶ πενίᾳ ἀντιβεβάκῃ. Εὐκαταγώνιστα γὰρ τὰ μικρὰ [b] κακά. Ἀσκατέον ὦν ποττὰν μετριοπαθίαν ἵεμεν, ὡς τό τε ἀνάλγατον ἐς ἴσον τῷ ἐμπαθεῖ φεύγωμες, μηδὲ μέζον φύσιος τᾶς ἁμετέρας φθεγγώμεθα.

(Stobæus Floril. I, 70-71. Reposui [a] μεγάλοις κακοῖς cum Gesnero; codd. μὴ κακοῖς. [b] μικρὰ κακά cum eodem; libri μὴ κακά.)

γʹ. Ἐκ τοῦ περὶ σοφίας.

ιγʹ. Ἀρχύτας τοίνυν ἐν τῷ περὶ σοφίας εὐθὺς ἀρχόμενος προτρέπει οὕτω·

§ 1. Τοσοῦτον διαφέρει σοφία ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν, ὅσον ὄψις μὲν αἰσθασίων σώματος, νόος δὲ ψυχᾶς, ἅλιος δὲ ἄστρων. Ὄψις τε γὰρ ἑκαβολεστάτα καὶ πολυειδεστάτα τᾶν ἀλλᾶν αἰσθασίων ἐντί, καὶ νόος ὕπατος λόγῳ καὶ διανοίᾳ τὸ δέον ἐπικραίνων, καὶ ὄψις καὶ δύναμις τῶν τιμιωτάτων ὑπάρχων. Ἅλιός γε μὰν ὀφθαλμός ἐντι καὶ ψυχὰ τῶν φύσιν ἐχόντων· ὁρῆταί τε γὰρ δι' αὐτῶ πάντα καὶ γεννῆται καὶ νοῆται, ῥιζωθέντα καὶ γενναθέντα δὲ τράφεται καὶ ἀέξεται καὶ ζωπυρῆται μετ' αἰσθάσιος.

§ 2. Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ ὄντως ἀνθρώπου ὑπομιμνήσκουσα τῆς ἐπὶ τὰ αὐτὰ προτροπῆς διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιδείκνυται τῶν οὕτω λεγομένων·

Ἄνθρωπος πάντων ζώων ἐπὶ πολλὸν γέγονε σοφώτατος· θεωρῆσαί τε γὰρ δυνατός ἐντι τὰ ἐόντα καὶ ἐπιστάμαν καὶ φρόνασιν λαβὲν ἐκ τῶν ἁπάντων. Παρὸ καὶ ἐνεχάραξε καὶ ἐπεσημήνατο τὸ θεῖον αὐτῷ τὸ τῶ παντὸς λόγω σύσταμα, ἐν ᾧ τά τε εἴδεα πάντα τῶ ἐόντος ἐνδέδασται καὶ ταὶ σημασίαι τῶν ὀνυμάτων. Τοῖς μὲν γὰρ φθόγγοις τᾶς φωνᾶς τόπος ἀφώρισται φάρυγξ καὶ στόμα καὶ ῥῖνες. Ὥσπερ δὲ τῶν φθόγγων, δι' ὧν τὰ ὀνύματά τε καὶ ῥήματα τυπούμενα σημαίνεται, γέγονεν ἄνθρωπος ὄργανον· οὕτω καὶ τῶν νοαμάτων ἐν τοῖς ἐόντεσσι ὀπτιζομένοις θεαρός. Καὶ τοῦτο δοκεῖ μοι ἦμεν, ποθ' ὅπερ καὶ γέγονε καὶ συνέστα ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὄργανά τε καὶ δυνάμεις εἴλαφε παρὰ τῶ θεῶ.

§ 3. Γέγονε καὶ συνέστα ὁ ἄνθρωπος ποττὸ θεωρῆσαι τὸν λόγον τᾶς τῶ ὅλω φύσιος, καὶ τᾶς σοφίας· ἔργον ὦν αὐτῷ [a] κτᾶσθαι καὶ θεωρὲν τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν.

(Scripsi [a] ἔργον ὦν αὐτῷ; codd. ὦν ἔργον. Cf. Perictione apud Stobæum Floril. I, 62.)

---

prædicat : quapropter transeuntibus iis quæ quis non desiderat, ut beatus nemo est, ita nec plane miser.

Ne igitur morbi et doloris expertem audeant bonum appellare, neve vacuum omni mœrore temere dicant : sicut enim corpori dolorem facientia quædam relinquimus, sic et animis, quæ dolorem inferant. Veruntamen stultorum dolores ratione carent, sapientum vero non ulterius quam ratio rebus modum constituens permittit, progrediuntur. Sed et jactata eorum indolentia virtutis generositatem tollit, si insignibus magnisque malis morti, cruciatui et paupertati se objiciat. Facile enim parva mala superantur. Incumbamus igitur omnibus viribus ut mediocritatem affectuum consequamur, quo doloris vacuitatem pariter atque exsuperantiam vitemus, neve majora jactemus, quam natura nostra patitur.

c. E libro de Sapientia.

XIII. Archytas igitur in libro de sapientia statim a tali cohortatione orditur :

§ 1. Tantum præstat sapientia omnibus in rebus humanis, quantum visus sensibus corporis, mens animo, sol astris. Visus enim omnium sensuum latissime diffunditur et diversissimas habet species, mens summum locum tenet, ratione et cogitatione id quod fieri oportet perficiens, interni quasi oculi facultatisque optima tum videndi tum perpetrandi vicem obtinens. Porro sol est oculus et anima rerum creatarum : eo enim cernuntur cuncta et gignuntur atque intelliguntur, radicibus firmata et genita nutriuntur, crescunt redditisque sensibus excitantur.

§ 2. Ea autem cohortatio, quæ ab hominis natura profecta idem monet, verbis quæ deinceps leguntur ita exprimitur :

Homo omnium animalium longe est sapientissimum : contemplari enim potest vera et scientiam prudentiamque ex omnibus consequi. Quapropter etiam numen in ejus animo insculpsit et impressit omnis sermonis copiam, in qua et cunctæ rerum formæ et verborum significationes dispertitæ sunt. Soni enim vocis locos attributos haben guttur, os et nares. Quemadmodum autem sonorum, quibus nomina et verba informata significantur, instrumentum homo est : ita etiam notionum rebus aspectabilibus inditarum considerator. Atque hoc illud mihi videtur esse, ad quod cum natus factusque homo est, tum instrumenta et facultates a deo accepit.

§ 3. Ortus compositusque est homo ad contemplandam rerum naturæ et sapientiæ rationem : quocirca ejus officium est comparare et contemplari rerum quæ exstant sapientiam.

§ 4. Ἁ σοφία οὐ περί τι ἀφωρισμένον ἐντὶ τῶν ἐόντων, ἀλλ' ἁπλῶς περὶ πάντα τὰ ἐόντα, καὶ δεῖ μὴ πρώταν αὐτὰν τὰς ἀρχὰς ἑκάστω [a] ἀνευρέσθαι, ἀλλὰ τὰς κοινὰς τῶν ἐόντων ἁπάντων ἀρχάς. Οὕτω γὰρ ἔχει σοφία περὶ πάντα τὰ ἐόντα, ὡς ὄψις περὶ πάντα τὰ ὁρατά. Τὰ ὦν καθόλω πᾶσι συμβεβακότα συνιδὲν καὶ θεωρὲν τᾶς σοφίας οἰκῆον, καὶ διὰ τοῦτο σοφία τὰς τῶν ἐόντων ἁπάντων ἀρχὰς ἀνευρίσκει.

(Posui [a] ἑκάστω; codd. αὐτάς.)

§ 5. Ἐν δὲ τῷ τέλει τοίνυν πρὸς αὐτὸ τὸ ἀκρότατον ἄνεισιν ἡ παράκλησις ὧδέ πως·

Ὅστις ὦν ἀναλῦσαι οἷός τ' ἐντὶ πάντα τὰ γένεα ὑπὸ μίαν τε καὶ τὰν αὐτὰν ἀρχάν, καὶ πάλιν συνθεῖναί τε καὶ συναρθμήσασθαι [a], οὗτος δοκεῖ μοι καὶ σοφώτατος ἦμεν καὶ παναλαθέστατος, ἔτι δὲ καλὰν σκοπιὰν εὑρηκέναι, ἀφ' ἇς δυνατὸς ἐσσεῖται τὸν θεὸν κατοψεῖσθαι καὶ πάντα τὰ ἐν τᾷ συστοιχείᾳ καὶ τάξει τὰ ἐκείνω κατακεχωρισμένα, καὶ ταύταν τὰν ἁρματήλατον ὁδὸν ἐκπορισάμενος τῷ νόῳ κατ' εὐθεῖαν ὁρμαθῆμεν καὶ τελεοδρομᾶσαι τὰς ἀρχὰς τοῖς πέρασι συνάψας τε καὶ ἐπιγνούς [b], ὅτι ὁ θεὸς ἀρχά τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐντὶ πάντων τῶν κατὰ δίκαν τε καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον περαινομένων.

(Jamblichus Adhort. ad philos. cap. IV pag. 39 seqq. ed. Kiessl. Reposui [a] συναρθμήσασθαι; codd. συναριθμήσασθαι. [b] συνάψας τε καὶ ἐπιγνούς; codd. συνάψαντα καὶ ἐπιγνόντα. Cf. Perictione apud Stobæum I, 63.)

δ'. Ἐκ τοῦ περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης.

ιδ'. Πονηρῶν ἀθέων νόμοις [a] νόμοι θεῶν ἄγραφοι ἀντινομιζόμενοι πονηρὰν μοῖραν καὶ ζαμίαν τῷ μὴ πειθομένῳ διδόντες, πατέρες καὶ ἁγεμόνες τῶν γεγραμμένων νόμων καὶ δογμάτων ἀνθρώποις τεθέντων.

([a] Inserui νόμοις.)

ιε'. Νόμος ποτ' ἀνθρώπω ψυχάν τε καὶ βίον ὅπερ ἁρμονία ποτ' ἀκοάν τε καὶ φωνάν· ὅ τε γὰρ νόμος παιδεύει μὲν τὰν ψυχὰν συνίστητι δὲ τὸν βίον, ἅ τε ἁρμονία ἐπιστάμονα μὲν ποιεῖ τὰν ἀκοὰν ὁμόλογον δὲ τὰν φωνάν. Φαμὶ δ' ἐγὼ πᾶσαν κοινωνίαν ἐξ ἄρχοντος καὶ ἀρχομένω συνεστάμεν, καὶ τρίτον νόμων. Νόμων δὲ ὁ μὲν ἔμψυχος, βασιλεύς· ὁ δὲ ἄψυχος, γράμμα. Πρᾶτος ὦν ὁ νόμος· τούτῳ γὰρ ὁ βασιλεὺς νόμιμος, ὁ δ' ἄρχων ἀκόλουθος, ὁ δ' ἀρχόμενος ἐλεύθερος, ἁ δ' ὅλα κοινωνία εὐδαίμων· καὶ τούτω παραβάσι ὁ μὲν βασιλεὺς τύραννος, ὁ δὲ ἄρχων ἀνακόλουθος, ὁ δ' ἀρχόμενος δοῦλος, ἁ δ' ὅλα κοινωνία κακοδαίμων. Συνείρονται μὲν γὰρ ταὶ πράξιες ἐκ τῶ ἄρχεν καὶ τῶ ἄρχεσθαι, καὶ τρίτον ἐκ τῶ κρατέν. Τὸ μὲν ὦν ἄρχεν τῶ κρέσσονος οἰκῆον, τὸ δ' ἄρχεσθαι τῶ χερήονος, τὸ δὲ κρατὲν ἀμφοτέρων. Ἄρχει μὲν γὰρ τὸ λόγον ἔχον τᾶς ψυχᾶς, ἄρχεται δὲ τὸ ἄλογον· κρατεῦντι δὲ τῶν παθέων ἀμφότερα. Γίνεται γὰρ ἐκ τᾶς ἑκατέρων συναρμογᾶς ἀρετά, αὐτὰ δὲ καὶ ἀπὸ τᾶν ἁδονᾶν καὶ ἀπὸ τᾶν λυπᾶν ἐς ἀρεμίαν καὶ ἀπάθειαν ἀπάγει τὰν ψυχάν.

ις'. Δεῖ δὲ τὸν νόμον ἀκόλουθον ἦμεν τᾷ φύσει, δυνατὸν τοῖς πράγμασι, συμφέροντα τᾷ πολιτικᾷ κοινωνίᾳ· αἴτε γὰρ ἑνὸς τούτων αἴτε πληόνων αἴτε πάντων ἀπολείπεται, ἤτοι οὐ νόμος ἢ οὐ τέλειος νόμος ἐσεῖται.

---

§ 4. Sapientia non circa certum quoddam rerum genus, sed omnino circa totam rerum seriem versatur, neque oportet eam primam singulorum quæ sunt, sed communia omnium principia investigare. Ita enim sapientia rebus cunctis occupatur, ut visus omnibus quæ sub aspectum veniunt. Ergo quæ in universum omnibus sunt attributa, hæc intelligere et considerare sapientiæ proprium est, ideoque sapientia omnium rerum principia investigat.

§ 5. Postremo ad illud ipsum quod summum est cohortatio ita ascendit :

Quicunque igitur omnia genera in unum idemque principium resolvere potest rursusque componere et apte conjungere : hic mihi qua sapientissimus esse qua verissimus videtur, præterea commodam speculam invenisse, unde possit deum intueri et cuncta in rerum digestione et ordine suis quæque locis ab eo collocata, atque hac via regia potitus mente recta progredi cursumque perficere queat initia cum finibus connectens atque intelligens, deum esse initium, finem et medium omnium quæ juste ac decenter peraguntur.

d. Ex libro de Lege et Justitia.

XIV. Improborum numinis contemtorum legibus oppositæ sunt deorum non scriptæ leges malam sortem pœnamque non obedienti irrogantes, parentes ac principes humanarum constitutionum.

XV. Lex ad hominis animum vitamque eandem habet rationem quam harmonia ad auditum et vocem : namque lex et animum docet et vitam fingit, harmonia autem auditum erudit vocemque sibi accommodat. Arbitror ego omnem hominum cœtum e principe et civibus ac præterea e legibus constare. Legum alia animata est, nimirum rex : alia inanimata, scriptum. Primo igitur lex : qua observata rex legitimus, magistratus conveniens erit, cives liberi, universus denique cœtus felix : at ea perrupta rex tyrannus fiet, magistratus minime aptus erit, populus servus, totus vero cœtus infelix evadet. Connectuntur enim res gestæ ex imperando, obediendo et vincendo. Est igitur imperare præstantioris proprium, obedire deterioris, vincere utriusque. Etenim rationalis animæ vis imperat, ratione carens obedit : ambæ vero perturbationes vincunt. Fit enim ex utriusque apta conjunctione virtus : ipsa vero a voluptatibus et mœroribus animum ad tranquillitatem et imperturbatam quietem revocat.

XVI. Oportet autem legem esse naturæ convenientem, re ipsa validam, civili societati utilem : sive enim uni ha-

Ἀκόλουθος μὲν ὦν κα εἴη τᾷ φύσει μιμεόμενος τὸ τᾶς φύσιος δίκαιον· τοῦτο δέ ἐντι [a] τὸ ἀνάλογον καὶ τὸ ἐπιϐάλλον ἑκάστῳ κаττὰν ἑκάστω ἀξίαν. Δυνατὸς δέ, αἴ ποτὶ τὼς νομοθετευμένως ἔχει τὰν συναρμογάν· πολλοὶ γὰρ τὸ τᾷ φύσει καὶ πρᾶτον ἀγαθὸν οὐχ [b] ἱκανοὶ δέξασθαι, τὸ δὲ ποθ' αὐτὼς καὶ τὸ ἐνδεχόμενον· οὕτω γὰρ καὶ τοὶ νοσέοντες καὶ τοὶ κάμνοντες [c] τυγχάνοντι ἐπιμελείας. Συμφέρων δὲ τᾷ πολιτικᾷ κοινωνίᾳ, αἴκα μὴ μόναρχος ᾖ καὶ ἰδιωφελὴς ὁ νόμος, κοινωφελὴς δὲ καὶ διὰ πάντων διατείνων. Δεῖ δὲ καὶ ποτὶ τὰν χώραν καὶ ποτὶ τὼς τόπως ἀποϐλέπεν τὸν νόμον· οὔτε γὰρ πᾶσα γᾶ τὼς αὐτὼς καρπώς, οὔτε πᾶσα [d] ψυχὰ ἀνθρώπων τὰν αὐτὰν ἀρετὰν παραδέξασθαι δύναται. Διὸ τὸ δίκαιον τοὶ μὲν ἀριστοκρατικὸν τοὶ δὲ δαμοκρατικὸν τοὶ δὲ ὀλιγαρχικὸν ποιεῦντι· καὶ τὸ ἀριστοκρατικὸν κаττὰν ὑπεναντίαν μεσότατα· τοῖς μὲν γὰρ μέζοσι μέζονας τὼς λόγως, τοῖς δὲ μήοσι μήονας διανέμει ἁ ἀναλογία αὕτα· τὸ δὲ δαμοκρατικὸν κаττὰν γεωμετρικάν· ἐν γὰρ ταύτᾳ τοὶ λόγοι ἴσοι τῶν μεζόνων καὶ μηόνων μεγεθέων· τὸ δὲ ὀλιγαρχικὸν καὶ τυραννικὸν κаττὰν ἀριθμητικάν· ἀντιάζει γὰρ αὐτὰ τᾷ ὑπεναντίᾳ· τοῖς γὰρ μήοσι μέζονας τὼς λόγως, τοῖς δὲ μέζοσι μήονας. Ταὶ μὲν ὦν ἰδέαι τᾶς διανομᾶς τοσαῦται· ταὶ δὲ εἰκόνες ἐν ταῖς πολιτείαις καὶ τοῖς οἴκοις θεωρέονται· τιμαί τε γὰρ καὶ κολάσιες καὶ ἀρχαὶ ἢ ἐξ ἴσω τοῖς μέζοσι καὶ μήοσι διανέμονται, ἢ ἐξ ἀνίσω ἢ τοῖς ἀρετᾷ ὑπερεχόντεσσι [e] ἢ τῷ πλούτῳ ἢ καὶ δυνάμει. Τὸ μὲν ὦν ἐξ ἴσω δαμοκρατικόν, τὸ δὲ ἐξ ἀνίσω ἀριστοκρατικὸν ἢ ὀλιγαρχικόν.

(Posui [a] ἐντι; codd. ἐστιν. [b] οὐχ ἱκανοὶ cum Gaisfordo; libri ἱκανοί. [c] τοὶ νοσέοντες καὶ τοὶ κάμνοντες cum Meinekio; codd. τοὶ νοσέοντι καὶ τοὶ κάμνοντι. [d] οὔτε γὰρ πᾶσα γᾶ τὼς αὐτὼς καρπώς, οὔτε πᾶσα ψυχά; codd. οὔτε γὰρ γᾶ τὼς αὐτὼς καρπώς; οὔτε ψυχά. [e] τοῖς ἀρετᾷ ὑπερεχόντεσσι; codd. τᾷ ἀρετᾷ ὑπερέχεν.)

ιζ'. Δεῖ δὴ τὸν νόμον τὸν κάῤῥονα καὶ τὰν πόλιν ἐκ πασᾶν σύνθετον ἦμεν τᾶν ἀλλᾶν πολιτειᾶν, καὶ ἔχεν τι δαμοκρατίας, ἔχεν τι ὀλιγαρχίας, ἔχεν τι βασιλήας καὶ ἀριστοκρατίας. Ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι· τοὶ μὲν γὰρ βασιλέες τᾶς μοναρχίας, τοὶ δὲ γέροντες τᾶς ἀριστοκρατίας, τοὶ δὲ ἔφοροι τᾶς ὀλιγαρχίας, ἱππαγρέται δὲ καὶ κόροι τᾶς δαμοκρατίας. Δεῖ τοίνυν τὸν νόμον μὴ μόνον ἀγαθὸν καὶ καλὸν ἦμεν, ἀλλὰ καὶ ἀντιπεπονθέναι τοῖς αὐτῶ μερέεσσιν· οὕτως γὰρ ἰσχυρὸς καὶ βέϐαιος. Τὸ δὲ ἀντιπεπονθέναι λέγω αὐτῶ καὶ ἄρχεν καὶ ἄρχεσθαι τὰν αὐτὰν ἀρχάν, ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ εὐνομωτάτᾳ Λακεδαίμονι. Τοῖς μὲν γὰρ βασιλεῦσιν οἱ ἔφοροι ἀντικάθηνται, τούτοις δ' οἱ γέροντες, μέσοι δ' οἱ κόροι καὶ ἱππαγρέται. Ἐφ' ὃ γὰρ ἂν ῥέψωντι τοὶ πλεονεκτέοντες τῶν ἀρχόντων, οὗτοι τοῖς ἄλλοις ὑποτίθενται.

ιη'. Δεῖ τὸν νόμον τὰ περὶ θεὼς καὶ δαίμονας καὶ γονέας καὶ ὅλως τὰ καλὰ καὶ τίμια πρᾶτα τίθεσθαι,

---

rum rerum sive pluribus sive omnibus non sufficiat, aut omnino non erit lex, aut non perfecta lex. Naturæ igitur consentanea fuerit, si jus naturæ imitetur : hoc vero est quod pro sua cujusque dignitate ei congruit eumque attingit. Valida erit, si cum cæteris legibus constitutis apte cohæreat : multi enim ad accipiendum id quod natura primum est bonum minime idonei sunt, sed potius ad id quod ipsos attingit ac fieri potest : ita enim et ægroti et valetudinarii curantur. Proderit civili societati, si lex non ad unius dominatum comparata, neque ad privatam quorundam, sed ad communem utilitatem condita fuerit, ex æquo ad omnes pertinens. Decet etiam legem ad regionem locosque spectare : neque enim omne solum eosdem fert fructus, neque omnes hominum animi ejusdem virtutis capaces sunt. Quapropter jus quidam ad optimatum principatum, alii ad populi imperium, alii ad paucorum potentiam accommodatum componunt : et ad optimatum quidem principatum secundum contrarium eumque medium numerum; nam majorum plus, minorum minus curæ hæc comparatio agit : ad populi vero imperium pro portione; in hac enim eadem ratio majoris et minoris dignitatis habetur : denique ad paucorum potentiam et tyrannidem æquali numero observato, qui contrario occurrit, siquidem plus curæ minoribus, minus curæ majoribus impenditur. Tot igitur divisionis species sunt : at imagines in civitatibus et domibus spectantur : namque honores et pœnæ et magistratus aut æqualiter majoribus et minoribus distribuuntur, aut inæqualiter vel virtute vel divitiarum potentiæve amplitudine præstantibus. Convenit igitur æqualis distributio populari reipublicæ, inæqualis optimatum principatui aut paucorum potentiæ.

XVII. Oportet sane excellentem et legem et civitatem ex cæteris omnibus rerum publicarum formis constare, ita ut ei aliquid insit rationis popularis et paucorum potentiæ et regiæ potestatis et optimatum principatus. Sic Lacedæmoniorum respublica composita est, in qua reges unius dominatum habent, senatores optimatum principatum, ephori paucorum potentiam, præfecti equitum et juvenes (equites) populi imperium. Legem igitur non solum bonam et honestam esse oportet, sed etiam singulis suis sive reipublicæ partibus oppositam : sic enim firma et constans futura est. Partibus singulis eam oppositam esse dico, ita ut idem magistratus aliis imperet aliis obediat, quemadmodum in Lacedæmoniorum civitate optimis legibus temperata fit. Regibus enim opponuntur ephori, his senatores, medii vero sunt juvenes et præfecti equitum. In quamcunque enim partem imperii momentum nimis inclinat, hi se ad alias adjungunt partes.

XVIII. Oportet ea primum lege sanciri quæ ad deos, genios et parentes spectant omninoque quæ honesta sunt

δεύτερα [a] δὲ τὰ συμφέροντα· τὰ γὰρ μήονα τοῖς μέζοσιν ἀκολουθὲν ποθάκει, καὶ μὴ ἐν οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν ἐνῆμεν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἄθεσι τῶν πολιτευομένων. Οὐδὲ γὰρ ἐν Λακεδαίμονι τᾷ εὐνομωτάτᾳ πλάθει γραμμάτων ἁ πόλις διοικεῖται, πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς [b] τρόποις τῶν πολιτευομένων. Συμφέροντι δὲ τᾷ πολιτικᾷ κοινωνίᾳ, αἴκα μὴ μόναρχος ᾖ καὶ ἰδιωφελής, κοινωφελὴς δὲ καὶ διὰ πάντων διατείνων ὁ νόμος, καὶ τὰν ζαμίαν ἐς τὰν αἰσχύναν καὶ τὰν ἀτιμίαν ἀμφέρῃ, μὴ ἐς τὰν τῶν χρημάτων ἀποβολάν. Ἐκ μὲν γὰρ τῶ τᾷ αἰσχύνᾳ ζαμιοῦσθαι κοσμιότατα καὶ χρηστότατα σπουδάσοντι [c], ὅπως τὰν ἐν τοῖς νόμοις ζαμίαν ἀκοινώνατον ἔχωντι· ἐκ δὲ τῶ χρήμασι χρήματα περὶ πλείστω ποιησοῦνται, μέγιστον φάρμακον ὑπολαμβάνοντες ἦμεν τῶν ἁμαρτημάτων. Ἄριστον μὲν ὦν τὰν ὅλαν πόλιν οὕτως συντετάχθαι; ὥστε μηδενὸς ποτιδεῖσθαι ἔξωθεν, μήτε κατ' ἀρετὰν μήτε κατὰ δύναμιν μήτε κατ' ἄλλαν μηδεμίαν αἰτίαν. Οὕτω γὰρ καὶ σῶμα καὶ οἰκία καὶ στράτευμα συντέτακται [d] καλῶς, τὸ ἐν αὐτῷ ἔχον τὰν αἰτίαν τᾶς σωτηρίας, ἀλλὰ μὴ ἔξωθεν· σῶμα μέντοι κάῤῥον, οἰκία δὲ συγκειμένα καλῶς, στράτευμα δὲ τὸ μὴ μισθοφόρον, μηδὲ ἀγύμναστον. Κρέσσονα γὰρ τὰ οὕτως συνταχθέντα γίνεται τῶν ἄλλων, καὶ ἐλεύθερα μὲν καὶ ἀδούλωτα, οὐ πολλῶν ποτιδεόμενα ποτὶ τὰν διαμονάν, ὀλίγων δὲ καὶ εὐπαρακομίστων. Οὕτω γὰρ [e] ὁ μὲν ἰσχυρὸς τῶ βάρεος, ὁ δὲ γυμναστὰς τῶ ῥίγεος περιγίνεται. Γυμνάζοντι γὰρ ταὶ τύχαι καὶ ταὶ συμφοραὶ τὼς ἀνθρώπως, ἐπεὶ καὶ τῷ σώφρονι καὶ διαπονηθέντι καὶ σώματι καὶ ψυχᾷ καὶ τροφὰ ἁδέα φαίνεται πᾶσα καὶ ποτόν, καὶ εὐνὰ δὲ ἁ μετὰ φυλλάδος· τῷ δὲ τρυφᾶν καὶ συβαρίζεν προαιρουμένῳ καὶ ἁ τῶ μεγάλω βασιλέος παρασκευὰ δυσάρεστος καὶ ἀλλοτρία. Τὸν νόμον ὦν ἐν τοῖς ἄθεσι καὶ τοῖς ἐπιταδεύμασι τῶν πολιτᾶν ἐγχρώζεσθαι δεῖ· τὼς γὰρ πολίτας αὐτάρκεας θήσει, καὶ διανεμεῖ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ τὸ ἐπιβάλλον. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἅλιος φερόμενος διὰ τῶ ζῳοφόρω κύκλω διανέμει τοῖς ἐπὶ γᾶς πᾶσι καὶ γενέσιος καὶ τροφᾶς καὶ βιοτᾶς τὰν ποθάκουσαν μοῖραν, οἷον εὐνομίαν τὰν εὐκρασίαν τῶν ὡρᾶν παρασκευαζόμενος. Διὸ καὶ Νόμιος καὶ Νεμήϊος Ζεὺς καλέεται, καὶ νομεὺς ὁ διανέμων τὰς τροφὰς τοῖς οἴεσιν, καὶ τὰ τῶν κιθαρῳδῶν [f] δὲ ᾄσματα νόμοι. Συντάσσοντι γὰρ καὶ ταῦτα τὰν ψυχὰν ἁρμονίᾳ καὶ ῥυθμοῖς καὶ μέτροις ἀειδόμενα.

(Stobæus Flor. XLIII, 129, 132, 133, 134. Reposui [a] δεύτερα; codd. δεύτερον. [b] τοῖς τρόποις cum Halmio; codd. ἐν τοῖς τρόποις. [c] σπουδάσοντι cum eodem; libri σπουδάζοντι. [d] οἰκία καὶ στράτευμα συντέτακται cum Spondano; codd. οἰκίαν καὶ στράτευμα συντετάχθαι. [e] γὰρ ὁ μὲν cum Meinekio; γὰρ ἂν ὁ μὲν libri. [f] κιθαρῳδῶν; libri κιθαρῳδᾶν.)

ιθ'. Δεῖ δὲ τὸν ἀλαθινὸν ἄρχοντα μὴ μόνον ἐπιστάμονά τε καὶ δυνατὸν ἦμεν περὶ τὸ καλῶς ἄρχεν, ἀλλὰ καὶ φιλάνθρωπον· ἄτοπον γὰρ ἦμεν ποιμένα μισοπρόβατον καὶ τοιοῦτον οἷον καὶ δυσμενέως ἔχεν τοῖς αὐτῶ θρεμμάτεσσι. Δεῖ δ' αὐτὸν καὶ νόμιμον ἦμεν· οὕτω γὰρ ἑσεῖται τὰν τῶ ἄρχοντος ἐπίστασιν

---

et egregia, deinde utilia : convenit enim minora majoribus succedere, neque in domibus et ostiis, sed in animis civium inscriptas esse leges. Nam ne apud Lacedæmonios quidem qui optimis legibus utuntur multis litteris respublica administratur, sed honestis potius civium moribus. Proderit autem civili societati, si lex non ad unius dominatum comparata, neque ad privatam quorundam, sed ad communem utilitatem condita fuerit, ex æquo ad omnes pertinens, pœnamque ad dedecus et ignominiam, non ad rei familiaris jacturam referat. Etenim si ignominia in legibus pro pœna nocenti irrogetur, honestati et probitati cives studebunt, ne legum pœnam sustineant : sin autem pecunia sontes mulctentur, plerique pecunias maximi facient, præclarum hoc peccatorum remedium esse existimantes. Optimum igitur fuerit, civitatem universam ita constitutam esse, ut nullo externo adjumento neque ad virtutem neque ad potentiam neque ad aliam quamcunque rem indigeat. Nam corporis etiam et domus et exercitus optima conditio est, quum salutis causam intra se habent, non aliunde : corpus sane validum laudatur et bene composita familia, exercitus vero nec mercenarius neque inexercitatus. Quæ enim ita sunt constituta, aliis sunt longe præstantiora, immo et libera et minime serva, quæ ad durandum non multis egent, sed paucis et paratu facilibus. Ita enim qui fortis est onera, lanista vero frigus vincit. Casibus autem et calamitatibus homines exercentur, siquidem etiam viro sobrio corporisque et animi laboribus subacto quilibet cibus et potus jucundus videtur nec non stratum e foliis molle : at illi qui in deliciis et luxuria vitam degere proposuit ne magni quidem regis apparatus placitus et conveniens potest videri. Legem igitur in animis ac studiis civium inhærescere oportet : sic enim cives sua sorte contentos efficiet ac suum cuique et singulis apta distribuet. Hoc modo sol quoque per signiferum orbem invectus terrestribus omnibus animantibus generationis, alimenti vitæque suam cuique portionem tribuit, quasi legum auctoritate optima anni partium temperatione instituta. Quamobrem Jupiter quoque Nomius et Nemeïus vocatur, et νομεὺς (*opilio*), quod ovibus pabula distribuat : et νόμοι cantus citharœdorum, quoniam et illi animum componunt, decente harmonia, rhythmis et metris decantati.

XIX. Oportet autem principem sincerum non recte tantum imperare et scire et posse, sed etiam humanum esse : nam minime consentaneum fuerit pastorem oves odisse et pecoribus suis infensum esse. Quin etiam legitimus esse debet : sic enim demum principis dignitatem

ἔχων. Διὰ μὲν γὰρ τᾶς ἐπιστάμας κρίνεν ὀρθῶς δυνασεῖται, διὰ δὲ τᾶς δυνάμιος κολάζεν, διὰ δὲ τᾶς χρηστότατος τὸ εὐεργετέν, διὰ δὲ τῶν νόμων τὸ ποτὶ τὸν λόγον πάντα ταῦτα ποιέν. Ἄριστος δέ κ' εἴη ἄρχων ὁ ἀγχοτάτω τῷ νόμῳ [a] ὤν· οὗτος δέ κ' εἴη ὁ μηδὲν αὐτῶ ἕνεκα ποιέων ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτόν, ἐπειδήπερ οὐδὲ νόμος αὐτῶ ἕνεκα ἀλλὰ τῶν ὑπ' αὐτόν.

(Stobæus Flor. XLVI, 61. Addidi [a] ὢν quod in membranis desideratur.)

ε'. Ἐκ τοῦ περὶ μαθημάτων.

κ'. Δεῖ γὰρ ἢ μαθόντα παρ' ἄλλω ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα, ὧν ἐπιστάμων ἦσθα, ἐπιστάμονα γενέσθαι. Τὸ μὲν ὦν μαθὲν παρ' ἄλλω καὶ ἀλλότριον, τὸ δ' ἐξευρὲν αὐτὸν δι' αὐτῶ καὶ ἴδιον. Ἐξευρὲν δὲ μὴ ζατοῦντα ἄπορον καὶ σπάνιον, ζατοῦντα δὲ εὔπορον καὶ ῥᾴδιον, μὴ ἐπιστάμενον δὲ ζατὲν ἀδύνατον.

Στάσιν μὲν ἔπαυσεν, ὁμόνοιαν δὲ αὔξησεν λογισμὸς εὑρεθείς· πλεονεξία τε γὰρ οὐκ ἔντι τούτω γενομένω καὶ ἰσότας ἐντί. Τούτῳ γὰρ περὶ τῶν συναλλαγμάτων διαλλασσόμεθα· διὰ τοῦτον ὦν οἱ πένητες λαμβάνοντι παρὰ τῶν δυναμένων, οἵ τε πλούσιοι διδόντι τοῖς δεομένοις, πιστεύοντες ἀμφότεροι διὰ τούτω τὸ ἴσον ἕξεῖν. Κανὼν δὲ καὶ κωλυτὴρ τῶν ἀδικούντων τὼς μὲν ἐπισταμένως ὀργίζεσθαι πρὶν ἀδικὲν ἔπαυσεν, πείσας ὅτι οὐ δυνασοῦνται λαθὲν ὅταν ἐπ' αὐτὸ ἔλθωντι, τὼς δὲ μὴ ἐπισταμένως ἐν αὐτῷ δηλώσας ἀδικοῦντας ἐκώλυσεν ἀδικῆσαι.

(Stobæus Flor. XLIII, 135.)

ζ'. Ἐπιστολαί.

α'.

Ἀρχύτας Διονυσίῳ ὑγιαίνειν.

Ἀπεστάλκαμες πάντες οἱ Πλάτωνος φίλοι τὼς περὶ Λαμίσκον τε καὶ Φωτίδαν ἀπολαψούμενοι τὸν ἄνδρα καττὰν πὰρ τὶν γενομέναν ὁμολογίαν. Ὀρθῶς δέ κα ποιοῖς, μιμνασκόμενος τήνας τᾶς σπουδᾶς, ἁνίκα πάντας ἄμμε παρεκάλεις ποττὰν Πλάτωνος ἄφιξιν, ἀξιῶν προτρέπεσθαί τε αὐτὸν καὶ ἀναδέχεσθαι τά τε ἄλλα καὶ τὰ περὶ τὰν ἀσφάλειαν μένοντί τε καὶ ἀφορμιῶντι. Μέμνασο δὲ καὶ τῆνο, ὅτι περὶ πολλῶ ἐποιήσω τὰν ἄφιξιν αὐτῶ, καὶ ἀγάπας ἐκ τήνω τῶ χρόνω, ὡς οὐδένα τῶν πὰρ τίν. Αἴ δέ τις γέγονε τραχύτας, ἀνθρωπίζεν χρή, κἀποδιδόμεν ἁμῖν ἀβλαβῆ τὸν ἄνδρα. Ταῦτα γὰρ πράττων δίκαια πραξεῖς καὶ ἁμῖν χαριῇ.

(Diogenes Laertius lib. III, 22.)

β'.

Ἀρχύτας Πλάτωνι ὑγιαίνειν.

Καλῶς ποιεῖς, ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τᾶς ἀῤῥωστίας. Ταῦτα γὰρ αὐτός τε ἐπέσταλκας καὶ τοὶ περὶ Λαμίσκον ἀπάγγελον. Περὶ δὲ τῶν ὑπομναμάτων ἐπεμελήθημες, καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανώς, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὀκέλλω ἐκγόνοις. Τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω καὶ βασι-

---

habebit. Scientiâ enim recte judicare poterit, potestate punire, benignitate beneficum se præbere, denique legum ope hæc omnia rationi convenienter facere. Optimus autem erit princeps qui quam proxime ad legum exemplum accesserit, qualis futurus est, si nihil sua, sed omnia civium gratia faciat, quandoquidem et lex non ipsius sed civium ergo est.

e. Ex libro de Disciplinis.

XX. Etenim necesse est te vel ab alio disciplina accepta vel tua ipsum inventione ea quæ tenes didicisse. Ab alio discere, alienum quodammodo : per se invenire, proprium hominis est. Atque invenire quidem illi qui non inquisivit difficile est et rarum, inquirenti autem proclive et facile, ignoranti denique invenire non licet.

Ratio certe inventa seditionem compescit et concordiam auget : quod ubi fit, avaritia locum non habet, viget æqualitas. Ratio est quæ contractus conciliat : hinc est quod pauperes a potentioribus accipiant et divites indigentibus opem ferant, utrique se ea re juris æquabilitatem obtenturos esse confidentes. Ratio denique quasi regula quædam et prohibitio injuriarum prudentes ab ira revocat priusquam injuriam faciant, si facerent, latere se non posse ratos; imprudentes autem in manifestis injuriis convictos porro delinquere vetat.

f. Epistolæ.

1.

Archytas Dionysio salutem.

Misimus omnes Platonis necessarii Lamiscum et Photidam, virum illum abs te recepturi, sicut inter nos convenerat. Recte igitur feceris, si memineris, quanto a nobis omnibus studio antea efflagitaveris Platonis ad te adventum, volens eum incitare ac simul cum alia in te recipere, tum manenti atque abire cupienti publicam fidem dare. Illud etiam memento, magni te ejus adventum æstimasse, eumque ex eo tempore tibi ita in amoribus fuisse, ut nemo e cæteris sodalibus fuit. Quodsi quæ rerum asperitates inciderunt, humaniter te agere convenit illumque nobis incolumem reddere. Hæc enim si facias, et justitiam coles et nobis gratificaberis.

2.

Archytas Platoni salutem.

Bene facis, quod e morbo convaluisti. Hoc enim et ipse mihi perscripseras, et Lamiscus nuntiavit. Commentariorum curam egimus, ad Lucanos profecti, ubi Ocelli nepotes convenimus. Ac de legibus quidem, de regno, de pietate et de universi ortu commentarios simul ipsi

λιγίας καὶ ὁσιότατος καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος αὐτοί τε ἔχομες, καὶ τὶν ἀπεστάλκαμες· τὰ δὲ λοιπὰ οὔτοι νῦν γε δύναται εὑρεθῆμεν· αἰ δέ κα εὑρεθῇ, ἡξεῖτοι.

(Diogenes Laertius lib. VIII, 80.)

η'.

Γνῶμαι καὶ Ἀποφθέγματά τινα.

α' Ἀρχύτας, ἀνὴρ Ταραντῖνος, τὰ Πυθαγόρου σοφός, ὑπὲρ παίδων ἀγωγῆς γράφων, ἔστω, φησίν, ὁ πατὴρ παράδειγμα ἀρετᾶς τοῖς παισίν.

(Philostratus vit. Apollon. Tyan. lib. VI cap. 31 pag. 270 ed. Olear. Posui ἀρετᾶς pro vulgata scriptura ἀρετῆς.)

β'. Ἀρχύτας ἔλεγεν· Ὥσπερ ἔργον ἐντὶ εὑρὲν ἰχθὺν ἄκανθαν μὴ ἔχοντα, οὕτω καὶ ἄνθρωπον μὴ κεκτημένον τι δολερὸν καὶ ἀκανθῶδες.

(Ælianus Var. Hist. lib. X, 12. Scripsi ἐντὶ εὑρὲν; codd. ἐστὶν εὑρεῖν.)

γ'. Ἀρχύτας ἔφη, ταυτὸν εἶναι διαιτητὴν καὶ βωμόν, ἐπ' ἄμφω γὰρ τὸν ἀδικούμενον καταφεύγειν.

(Aristoteles Rhet. lib. III cap. II pag. 1412 a ed. Bekker. Reposui τὸν ἀδικούμενον καταφεύγειν; codd. τὸ ἀδικούμενον καταφεύγει.)

δ'. Σπίνθαρος διηγεῖτο πολλάκις περὶ Ἀρχύτου Ταραντίνου, ὅτι διὰ χρόνου τινὸς εἰς ἀγρὸν ἀφικόμενος, ἐκ στρατείας νεωστὶ παραγεγονώς, ἣν ἐστρατεύσατο ἡ πόλις εἰς Μεσσηνίους, ὡς εἶδε τόν τε ἐπίτροπον καὶ τοὺς ἄλλους οἰκέτας οὐκ εὖ τῶν περὶ τὴν γεωργίαν ἐπιμελείας πεποιημένους, ἀλλὰ μεγάλῃ τινὶ κεχρημένους ὀλιγωρίας ὑπερβολῇ, ὀργισθείς τε καὶ ἀγανακτήσας οὕτως, ὡς ἂν ἐκεῖνος, εἶπεν, ὡς ἔοικε, πρὸς τοὺς οἰκέτας, ὅτι εὐτυχοῦσιν, ὅτι αὐτοῖς ὤργισται· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο συμβεβηκὸς ἦν, οὐκ ἄν ποτε αὐτοὺς ἀθώους γενέσθαι, τηλικαῦτα ἡμαρτηκότας.

(Jamblichus de vit. Pythag. cap. 31 pag. 405 ed. Kiessling. Cf. Cicero Tusc. lib. IV, 36; Valer. Maxim. lib. IV cap. 1, extern. 1; Plutarch. de pueror. instit. cap. 14; Hieronym. Epist. IX ad Salvinam, tom. I pag. 50 ed. Tribbechov. Adde Mahnii diatr. de Aristoxeno pag. 47 seq. ed. Lips.)

ε'. Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, πολιτικός τε καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ γενόμενος, πολλοὺς ἔχων οἰκέτας, τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάνυ σφόδρα ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων· μάλιστα δὲ ἐφίλει τέρπεσθαι αὐτοῖς ἐν τοῖς συμποσίοις.

(Ælianus Var. Hist. lib. XII, 15.)

ς'. Ἀρχύτας τά τε ἄλλα ἦν σώφρων, καὶ οὖν καὶ τὰ ἄκοσμα ἐφυλάττετο τῶν ὀνομάτων. Ἐπεὶ δέ ποτε ἐβιάζετό τι εἰπεῖν τῶν ἀπρεπῶν, οὐκ ἐξενικήθη, ἀλλ' ἐσιώπησε μὲν αὐτό, ἐπέγραψε δὲ κατὰ τοῦ τοίχου, δείξας μέν, ὃ εἰπεῖν ἐβιάζετο, οὐ μὴν βιασθεὶς εἶπεν.

(Ælianus Var. Hist. lib. XIV, 19.)

---

habemus, simul tibi misimus : reliqua scripta nunc certe reperiri non possunt; si inventa fuerint, ad te perferentur.

g.

Sententiæ quædam et Apophthegmata.

1. Archytas Tarentinus et Pythagoræ doctrina imbutus, de puerorum educatione scribens, *Sit*, inquit, *pater filiis virtutis exemplar.*

2. Archytas dicebat : Quemadmodum difficile est piscem spinas non habentem invenire, sic et hominem qui non habeat dolosum quid et aculeatum.

3. Archytas dixit, idem esse arbitrum et aram, quoniam ad utrumque is qui injuriam accepit confugere solet.

4. Spintharus sæpe narrabat Archytam Tarentinum, quum post aliquod temporis intervallum a bello redux quod Tarentini adversus Messenios gesserant, rus suum reviseret, et villicum cum cætera familia rem rusticam non diligenter, sed admodum negligenter curasse animadverteret, tanta ira et indignatione concepta, quantam talis vir concipiat, ad rerum statum accommodate dixisse, bene cum famulis agi, quod iratus esset, alias tantorum delictorum graves justasque poenas daturos esse.

5. Archytas Tarentinus, vir reipublicæ simul et philosophiæ deditus, quum multos haberet servos, eorum filiis valde delectabatur, cum vernulis ludens; maxime autem inter convivia illis delectari solebat.

6. Archytas cum aliis in rebus modestus fuit, tum vero etiam verborum obscœnitatem vitabat. Quum vero aliquando cogeretur inhonestum aliquid dicere, non est victus, sed tacuit id quidem, inscripsit autem in pariete, monstrans, quod dicendum erat, nec tamen coactus dixit.

7. Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem, hominibus dicebat (*Archytas*) a natura datam, cujus voluptatis avidæ libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriæ proditiones, hinc rerum publicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci; nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero et adulteria et omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. Quumque homini sive natura sive quis deus nihil mente præstabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil esse tam inimicum quam voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse; neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intelligi posset,

B. ΦΥΣΙΚΑ ΚΑΙ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΑ.

α'. Ἐκ τοῦ περὶ τᾶς μαθηματικᾶς.

I. Λέγει δὲ (Ἀρχύτας ὁ Πυθαγόρειος) ἐν τῷ περὶ μαθηματικῆς εὐθὺς ἐναρχόμενος τοῦ λόγου τάδε·

Καλῶς μοι δοκοῦντι (οἱ περὶ Πυθαγόραν) τὸ περὶ τὰ μαθήματα διαγνῶναι, καὶ οὐθὲν ἄτοπον ὀρθῶς αὐτὼς περὶ ἕκαστον θεωρέν. Περὶ γὰρ τᾶς τῶν ὅλων φύσιος καλῶς διαγνόντες, ἔμελλον καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος, οἷά ἐντι, ὀψεῖσθαι. Περί τε δὴ τᾶς τῶν ἄστρων ταχυτᾶτος, καὶ ἐπιτολᾶν, καὶ δυσίων παρέδωκαν ἁμῖν διάγνωσιν· καὶ περὶ γαμετρίας, καὶ ἀριθμῶν, καὶ οὐχ ἥκιστα περὶ μωσικᾶς [a]· ταῦτα γὰρ τὰ μαθήματα δοκοῦντι ἦμεν [b] ἀδελφεά. Πρᾶτον μὲν ὦν ἐσκέψαντο, ὅτι οὐ δυνατόν ἐντι ἦμεν ψόφον, μὴ γεναθείσας πλαγᾶς τινων ποτὶ ἄλλαλα. Πλαγὰν δὲ ἔφαν γίνεσθαι, ὅκκα τὰ φερόμενα ἀπαντιάξωντι [c] ἀλλάλοις. Συμποτητὰ [d] μὲν ἐναντίαν φορὰν φερόμενα, ἀπαντιάζοντα αὐτὰ αὑτοῖς [e] συγχαλᾶν· τὰ δὲ ὁμοίως φερόμενα, μὴ ἴσῳ δὲ τάχει, περικαταλαμβανόμενα παρὰ [f] τῶν ἐπιφερομένων, τυπτόμενα ποιὲν [g] ψόφον. Πολλὼς μὲν δὴ αὐτῶν οὐκ ἔντι ἁμῶν τᾷ φύσι οἵους τε γινώσκεσθαι· τὼς μὲν διὰ τὰν ἀσθένειαν τᾶς πλαγᾶς· τὼς δὲ διὰ τὸ μᾶκος τᾶς ἀφ' ἁμῶν ἀποστάσιος· τινὰς δὲ καὶ διὰ τὰν ὑπερβολὰν τῶ μεγέθεος· οὐ γὰρ παραδύεσθαι εἰς τὰν ἀκοὰν ἁμῖν τὼς μεγάλως τῶν ψόφων, ὥσπερ οὐδὲ τὰ σύστομα τῶν τευχέων, ὅκκα πολύ τις ἐγχέῃ, οὐδὲν ἐγχεῖται. Τὰ μὲν ὦν ποτιπίπτοντα ποτὶ τὰν αἴσθασιν, τὰ μὲν ἀπὸ τᾶν πλαγᾶν ταχὺ παραγίνεται, καὶ ὀξέα φαίνεται, τὰ δὲ βραδέως καὶ ἀσθενέως, βαρέα δοκοῦντι ἦμεν. Αἱ γάρ τις ῥάβδον λαβὼν κινοῖ ὀρθῶς καὶ ἀσθενέως, τᾷ πλαγᾷ βαρὺν ποιασεῖ [h] τὸν ψόφον· αἱ δὲ κατταχύ τε καὶ ἰσχυρῶς, ὀξύν. Οὐ μόνον δὲ κατὰ τοῦτο γνοίημες ἄν, ἀλλὰ καὶ ὅκκα ἁμὲς [i] ἢ λέγωμες ἢ ἀείδωμες, χρῄζομες καὶ μέγα φθέγξασθαι καὶ ὀξύ, σφοδρῷ τῷ πνεύματι φθεγγόμενοι. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο συμβαίνει, ὥσπερ ἐπὶ βελῶν· τὰ μὲν ἰσχυρῶς ἀφιέμενα πρόσω φέρεται, τὰ δὲ ἀσθενέως, ἐγγύς· τοῖς γὰρ ἰσχυρῶς φερομένοις μᾶλλον ὑπακούει ὁ ἀήρ, τοῖς δὲ ἀσθενέως, ἧσσον. Τοῦτο δὲ καὶ ταῖς φωναῖς συμβήσεται· τᾷ [k] μὲν ὑπὸ τῶ ἰσχυρῶ τῶ πνεύματος φερομένᾳ [l] μεγάλα τε ἦμεν καὶ ὀξεῖα, τᾷ [m] δὲ ὑπὸ ἀσθενέος, μικρά τε καὶ βαρεῖα. Ἀλλὰ μὰν καὶ τοῦτο κατείδομες ἰσχυρῷ τόπω [n] σαμήῳ [o], ὅτι τῶ αὐτῶ φθεγξαμένω μέγα μέν, πόρσωθεν κἀκούσαμες· μικρὸν δέ, οὐδὲ ἐγγύθεν. Ἀλλὰ

fingere animo jubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima : nemini censebat fore dubium, quin tamdiu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca nihil esse tam detestabile tamque pestiferum, quam voluptatem : si quidem ea, quum major esset atque longior, omne animi lumen exstingueret.

(Cicero de Senectute cap. XII.)

8. Verum ergo illud est, quod a Tarentino Archyta, ut opinor, dici solitum, nostros senes commemorare audivi ab aliis senibus auditum ; *si quis in cœlum ascendisset naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore, quæ jucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset.*

(Cicero de Amicitia cap. XXIII.)

B. PHYSICA ET MATHEMATICA.

1. E libro de Mathematica.

I. Dicit autem (Archytas Pythagoreus) in libro de Mathematica statim initio tractatus hæcce :

Bene mihi videntur (Pythagorei) de disciplinis judicasse, ac sine ineptiis recte de unaquaque quæsivisse. Quum enim de universi natura recte statuissent, volebant etiam qualia singula essent considerare. Astrorum igitur celeritatem eorumque ortus et occasus cognitos nobis tradiderunt, itemque geometriam et numeros maximeque musicam : quippe hæ disciplinæ videntur esse cognatæ. Primum igitur reputarunt, non posse fieri sonitum nisi facta quorundam inter se percussione. Percussionem autem fieri dixerunt, quando quæ moventur inter se occurrerent. Nam volantia quidem eodem tempore, quæ contrario motu feruntur, postquam invicem occurrerunt, a motu cessare : quæ autem similiter feruntur, sed non æquali celeritate, deprehensa ab insequentibus, percussa sonum edere. Horum quidem multos non tales esse, ut a nobis noscantur, partim propter ictus debilitatem, partim propter intervalli quo a nobis distant longinquitatem, partim etiam propter nimiam magnitudinem ; non enim accidere ad aures nostras magnos sonos, quemadmodum etiam in vascula angusti oris, si quis multum infundat, nihil infunditur. Quæ igitur sensibus percipiuntur, eorum alia ictibus celeriter allabentia acuta apparent, alia tarde atque imbecille, gravia videntur esse. Si quis enim baculum sumtum moveat recta ac parum valide, ictu faciet sonitum gravem : si vero celeriter et fortiter, acutum. Neque vero solum eo modo hoc cognoscimus, sed etiam, quando nos vel loquimur vel canimus, vehementi spiritu utentes magna et acuta voce verba proferre volumus. Porro etiam idem contingit quod in jaculis, siquidem fortiter vibrata longe feruntur, invalido jactu, prope; quia fortiter vibratis magis cedit aer, parum valide, minus. Hoc vocibus quoque continget, ut quæ fortiore spiritu profertur magna et acuta sit, quæ invalido spiritu, parva et gravis. Cæterum et hoc e certo spatii signo intelleximus, nos clare sonantem eundem hominem e longinquo audivisse, submisse loquentem ne e propinquo quidem. Verum in tibiis etiam spiritus qui ex ore emittitur in propiora ab ore foramina incidens propter vim vehementem acutiorem sonum dat, in remotiora, graviorem; ut

μὰν καὶ ἔν γα τοῖς αὐλοῖς τὸ ἐκ τῶ στόματος φερόμενον πνεῦμα ἐς μὲν τὰ ἐγγὺς τῶ στόματος τρυπήματα ἐμπῖπτον, διὰ τὰν ἰσχὺν τὰν σφοδρὰν ὀξύτερον ἆχον ἀφίησιν, ἐς δὲ τὰ πόρσω, βαρύτερον· ὥστε δῆλον, ὅτι ἁ ταχεῖα κίνασις [p] ὀξὺν ποιεῖ, ἁ δὲ βραδεῖα βαρὺν τὸν ἆχον. Ἀλλὰ μὰν καὶ τοῖς ῥόμβοις τοῖς ἐν ταῖς τελεταῖς κινουμένοις τὸ αὐτὸ συμβαίνει· ἀσυχᾶ μὲν κινούμενοι βαρὺν ἀφίεντι ἆχον, ἰσχυρῶς δέ, ὀξύν. Ἀλλὰ μὰν καὶ ὁμοίως ὁ [q] κάλαμος· αἴκα τις αὐτῶ τὸ κάτω μέρος ἀποφράξας ἐμφυσῆ, ἀφήσει τινὰ βαρεῖαν φωνάν [r]· αἰ δὲ καὶ ἐς τὸ μέσον ἢ ἀνωτάτω [s] μέρος αὐτῶ, ὀξὺ φθεγξεῖται. Τὸ γὰρ αὐτὸ πνεῦμα διὰ μὲν τῶ μακρῶ τόπω ἀσθενὲς φέρεται, διὰ δὲ τῶ μήονος σφοδρόν. Εἰπὼν δὲ καὶ ἄλλα περὶ τοῦ διαστηματικὴν εἶναι τὴν τῆς φωνῆς κίνησιν, συγκεφαλαιοῦται τὸν λόγον, ὡς ὅτι μὲν δὴ τοὶ ὀξεῖς φθόγγοι τάχιον κινέονται, τοὶ [u] δὲ βαρεῖς, βράδιον, φανερὸν ἁμῖν ἐκ πολλῶν γέγονεν.

(Porphyrius Comment. ad Ptolemæi Harmonica in Jo. Wallisii Opp. Mathem. Oxonii 1699 editis vol. III pag. 236-238. Emendavi : [a] μωσικᾶς; codd. μουσικῆς. [b] ἦμεν; codd. εἶμεν. [c] ἀπαντιάξωντι; codd. ἀπαντάξαντα. [d] συμποτητά; codd. συμπετητά. [e] αὐτοῖς; codd. αὐτοῖς. [f] παρά; codices περί. [g] ποιέν; codd. ποιεῖν. [h] ποιασεῖ; codd. ποιήσει. [i] γνοίημες ἂν ἀλλὰ καὶ ὅκκα ἁμές; libri γνοίημεν ἀλλὰ καὶ ὅκκα ἆμες. [k] τᾷ μὲν; codd. τὰ μέν. [l] φερομένᾳ; libri φερόμενα. [m] τᾷ δέ; codd. τὰ δέ. [n] τόπω; libri τόπῳ. [o] σαμήῳ; codices σαμίῳ. [p] κίνασις; libri κίνησις. [q] ὁμοίως ὁ κάλαμος; codices ὅτου ἁ κάλαμος. [r] τινὰ βαρεῖαν φωνάν; codd. ἡσυχάμην φωνάν vel τινὰ ἁμῖν φωνάν. [s] ἐς τὸ μέσον ἢ ἀνωτάτω μέρος αὐτῶ; libri ἐς τὸ ἥμισυ ἢ ἀπόστον μέρος αὐτῷ. [t] τοί; libri τοι. [u] τοὶ δέ; libri οἱ δέ. Cæterum prima hujus fragmenti verba in hunc modum scripta exhibet Nicomachus Arithm. lib. I cap. 3 p. 70 ed. Ast. Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος ἀρχόμενος τοῦ ἁρμονικοῦ τὸ αὐτὸ οὕτω πως λέγει· Καλῶς μοι δοκοῦντι τὸ περὶ τὰ μαθήματα διαγνώμεναι, καὶ οὐδὲν ἄτοπον αὐτοὺς ὀρθῶς, οἷά ἐντι, περὶ ἑκάστω φρονέειν· περὶ γὰρ τᾶς τῶν ὅλων φύσιος καλῶς διαγνόντες ἔμελλον καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος, οἷά ἐντι, Καλῶς ὀψεῖσθαι. Περὶ δὲ δὴ τᾶς ἀριθμητικᾶς καὶ γεωμετρίας καὶ σφαιρικᾶς παρέδωκαν ἄμμιν σαφῆ διάγνωσιν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ περὶ μωσικᾶς. Ταῦτα γὰρ τὰ μαθήματα δοκοῦντι ἔμμεναι ἀδελφεά. Τὰ τῶ ὄντος πρώτιστα δύο εἴδεα τὰν ἀναστροφὰν ἔχει.)

β'. Ἐκ τῶν διατριβῶν.

II. Καὶ δοκεῖ ἁ λογιστικὰ ποτὶ τὰν ἄλλαν σοφίαν τᾶν μὲν ἀλλᾶν τεχνᾶν καὶ πολὺ διαφέρειν, ἀτὰρ καὶ τᾶς γεωμετρικᾶς ἐναργεστέρως [a] πραγματεύεσθαι ἃ θέλει· καθ' ἃ ἐκλείπει γὰρ ἁ γεωμετρία, τὰς ἀποδείξεις ἁ λογιστικὰ ἐπιτελεῖ. Καὶ ὁμοῦ ἐντὶ εἰδέων τε ἁ πραγματεία, καὶ τῶν περὶ τὰ εἴδεα [b].

(Stobæus Eclog. lib. I cap. I pag. 4 ed. Gaisford. Emendavi : [a] ἐναργεστέρως; codd. ἐναργεστέρω. [b] καὶ ὁμοῦ ἐντι εἰδέων τε ἁ πραγματεία καὶ τῶν περὶ τὰ εἴδεα; codd. καὶ ὅμως εἰμὲν εἰδέων τε ἁ πραγματεία, καὶ τὰ περὶ τοῖς εἴδεσιν.).

γ'. Ἐκ τοῦ περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως.

III. Αἴσθασις μὲν ἐν σώματι γίνεται, νόος δ' ἐν ψυχᾷ. Τὸ μὲν γὰρ ἀρχὰ τῶν αἰσθατῶν ὑπάρχει, τὸ δὲ τῶν νοατῶν. Πλάθεος γὰρ μέτρον ἀριθμός, μάκεος δὲ ποῦς, ῥοπᾶς δὲ καὶ στάθμας ζυγόν, ὀρθότατος δὲ καὶ εὐθύτατος κανὼν καὶ στάθμα ὀρθὰ γωνία. Οὕτως δὲ καὶ τῶν μὲν σωμάτων αἴσθασις μέτρον, τῶν δὲ νοατῶν νόος ἀρχὰ καὶ μέτρον ἐντί. Καὶ ὁ μὲν νόος ἀρχὰ νοατῶν τε καὶ φύσι [a] πράτων· ἁ δὲ αἴσθασις αἰσθατῶν καὶ φύσι δευτέρων [b]. Ὁ μὲν γὰρ ἁμῖν ἐντι ἀρχὰ τᾶς ψυχᾶς, ἁ δὲ τῶ σώματος. Καὶ ὁ μὲν

---

manifestum sit, celeri motu acutum, tardo gravem sonum edi. Sed et rhombis qui in mysteriis moventur idem accidit : quippe leniter moti gravem reddunt sonum, fortiter acutum. Quin etiam similiter calamus : si quis obstructa infima parte eum inflaverit, gravem sonum edet : si vero media aut summa parte, acute sonabit. Namque idem spiritus per longius loci intervallum amissa vi penetrat, per brevius spatium retenta vehementia pervadit. Sed alia quoque in eam sententiam locutus, ut vocem per intervalla moveri diceret, facta disputationis summa ait, acutos sonos celerius moveri, graves tardius, e multis rebus nos intelligere.

2. E disputationibus.

II. Ac videtur arithmetica reliquæ scientiæ comparata cum aliis artibus multo antecellere, tum vero etiam planius ac diligentius quam geometria ea quæ vult pertractare : ubi enim deficit geometria, ibi probationes arithmetica absolvit. Quin etiam simul formarum eorumque quæ formis conveniunt pervestigatio est.

3. Ex libro De mente et sensu.

III. Sensus quidem in corpore reperitur, mens autem in anima. Nam ut ille eorum quæ sub sensus cadunt principium est : ita hæc eorum quæ sub intellectum. Etenim multitudinis mensura numerus habetur, longitudinis autem pes, ponderis vero et amussis trutina, porrectionis denique et rectitudinis regula et norma rectus angulus. Sic etiam corporum quidem mensura sensus est, rerum autem intelligendarum mens principium ac mensura. Et mens quidem intelligibilium suaque natura primarum rerum principium est, sensus vero sensibilium

νόος τῶν τιμιωτάτων ἐντὶ κριτάς, ἁ δ' αἴσθασις τῶν χρησιμωτάτων. Ἁ μὲν γὰρ αἴσθασις τῶ σώματος ἕνεκεν συνέστακε καὶ τᾶς ἐς τοῦτο λειτουργίας, ὁ δὲ νόος καὶ τᾶς ἐς ταῦτα πολυφραδμοσύνας. Καὶ ὁ μὲν νόος ἐντὶ ἀρχὰ τᾶς ἐπιστάμας, ἁ δ' αἴσθασις τᾶς δόξας· ἁ μὲν γὰρ ἔχει τὰν ἐκ τῶν αἰσθατῶν ἐνέργειαν, ὁ δὲ τὰν ἐκ τῶν νοατῶν. Τυγχάνοντι δὲ τὰ μὲν αἰσθατὰ τῶν πραγμάτων κινάσιος μεταλαμβάνοντα κοινὰ ἐόντα, τὰ δὲ νοατὰ στάσιος καὶ ἰδιότατος. Παραπλασίως δὲ καὶ ἁ αἴσθασις καὶ ὁ νόος ἔχοντι. Ἁ μὲν γὰρ αἴσθασις τῷ αἰσθατῷ, τὸ δ' αἰσθατὸν καὶ κινεῖται καὶ μεταβάλλει καὶ οὐδέποτε ἐν ταυτῷ ἀτρεμεῖ· διὸ καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ βέλτιον καὶ χεῖρον γίνεται ὁρῆν· ὁ δὲ νόος τῷ νοατῷ, τὸ δὲ νοατὸν ἀκίνατον ἐξ οὐσίας· διὸ οὔτε μᾶλλον, οὔτε ἧττον, οὔτε βέλτιον, οὔτε χεῖρόν ἐντι νοεῖν τὸ νοατόν. Καὶ καθάπερ νόος τὸ πρᾶτον βλέπει καὶ τὸ παράδειγμα, οὕτως ἁ αἴσθασις τὰν εἰκόνα καὶ τὸ δεύτερον. Ὁ μὲν γὰρ νόος οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἁ δ' αἴσθασις ἁπλῶς τὰν τῶ ἁλίω σφαῖραν ἢ τὰς χειροτεχνᾶν ἐργασίας βλέπει [c]. Ἔτι μὲν νόος ἀμερὴς καὶ ἀδιαίρετος, καθάπερ μονὰς καὶ στιγμά· παραπλασίως δὲ καὶ τὸ νοατόν. Τὸ γὰρ εἶδος οὔτε πέρας σώματός ἐντι οὔτε ὅρος, ἀλλὰ μόνον τύπωσις τῶ ὄντος, ᾇ ὄν ἐντι, ἁ δ' αἴσθασις μεριστὰ καὶ διαιρετά. Τῶν γὰρ ὄντων ἐντὶ τὰ μὲν αἰσθατά, τὰ δὲ δοξαστά, τὰ δὲ ἐπιστατά, τὰ δὲ νοατά. Καὶ τὰ μὲν σώματα, ὧν ἐντί τις ἀντιτυπία, αἰσθατά· δοξαστὰ δὲ τὰ μετέχοντα τῶν εἰδέων ὡς αἱ εἰκόνες, οἷον ὁ τὶς ἄνθρωπος τῶ ἀνθρώπω, καὶ τὸ τὶ τρίγωνον τῶ τριγώνω· ἐπιστατὰ δὲ τὰ τοῖς εἴδεσι συμβεβακότα ἐξ ἀνάγκας, ὡς ἐν γαμετρίᾳ τὰ τοῖς σχήμασι· νοατὰ δὲ αὐτὰ τὰ εἴδεα, καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἐπιστατῶν· οἷον αὐτὸς ὁ κύκλος, καὶ τρίγωνον, καὶ σφαῖρα. Τυγχάνοντι δὲ καὶ ἐν ἁμῖν αὐτοῖς κατὰ ψυχὰν γνώσιες τέτταρες, νόος, ἐπιστάμα, δόξα, αἴσθασις· ὧν αἱ μὲν δύο τῶ λόγω ἀρχαί ἐντι, οἷον νόος καὶ αἴσθασις, τὰ δὲ δύο τέλη οἷον ἐπιστάμα καὶ δόξα. Τὸ δὲ ὅμοιον ἀεὶ τῶ ὁμοίω γνωστικόν, ὅθεν φανερὸν ὅτι ὁ μὲν νόος ἐν ἁμῖν τῶν νοατῶν γνωστικός, ἁ δ' ἐπιστάμα τῶν ἐπιστατῶν, ἁ δὲ δόξα τῶν δοξαστῶν, ἁ δ' αἴσθασις τῶν αἰσθατῶν. Διόπερ ὧν δεῖ μεταβαίνειν ἀπὸ μὲν τῶν αἰσθατῶν ἐπὶ τὰ δοξαστὰ τὰν διάνοιαν, ἀπὸ δὲ τῶν δοξαστῶν ἐπὶ τὰ ἐπιστατά, καὶ ἀπὸ τούτων ἐπὶ τὰ νοατά· ταῦτα δὲ σύμφωνα ποιητέα θεωροῦντα [d] δι' αὐτῶν ἀλάθειαν. Διωρισμένως δὲ τούτων τὰ νοατὰ [e] δεῖ νοῆσαι, καθάπερ γραμμὰν δίχα τετμαμέναν καὶ ἴσα πάλιν ἑκατέρων τμάματα τετμαμένα ἔχουσαν [f] ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οὕτω διῃρήσθω κατὰ τὸν αὐτὸν ποττὸ ὁρατόν, καὶ πάλιν ἑκάτερον οὕτω διωρίσθω, ὥστε [g] διαφέρεν σαφηνείᾳ τε καὶ ἀσαφείᾳ ποτ' ἄλλαλα. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον τῶ μὲν δὴ αἰσθατῶ τὸ μὲν ἅτερον τμᾶμά ἐντι, τά τε εἴδωλα τὰ ἐν τοῖς ὕδασι καὶ ἐν τοῖς κατόπτροις, τὸ δ' ἅτερον [h] μέρος, ὧν αὗται αἱ [i] εἰκόνες, φυτὰ καὶ ζῷα· τῶ δὲ νοατῶ τὸ μὲν ἀνάλογον

---

et sua natura secundarum. Namque ut illa nobis animæ principium est, ita hic corporis. Porro mens de præstantissimis rebus judicat, sensus de utilissimis. Quippe quomodo sensus corporis causa atque ad illud juvandum procreatus est : sic mens ad has res prudenter considerandas adhibetur. Præterea mens scientiæ principium est, sensus opinionis : siquidem haud aliter hic sub sensus cadentium habet perfunctionem atque illa intelligibilium. Jam vero sensibilia moventur et communia sunt, intelligibilia consistunt ac singularia apparent. Similiter sensus quoque ac mens se habent. Etenim sensus quidem ad id quod sentiri potest refertur; hoc autem et movetur et mutatur, neque unquam quiescit, ideoque forte tum magis ac minus, tum melius ac deterius sentitur : mens vero ad id quod intelligi potest refertur, hoc autem naturæ suæ convenienter motu caret, ideoque nec magis nec minus, neque melius neque deterius intelligitur. Jam quemadmodum mens primum et exemplum conspicit, sic sensus simulacrum et secundum. Nimirum ut mens non simpliciter hominem considerat : ita simpliciter sensus solis orbem vel artificum opera. Accedit quod mens quidem unitatis et puncti instar individua et indiscreta est : similiter omnis res intelligibilis. Forma enim neque finis neque terminus corporis est, sed tantum figuratio rei, quatenus res est : at sensus dividi ac separari potest. Nempe eorum quæ sunt alia sensu, alia opinione, alia scientia, alia denique intellectu comprehenduntur. Et corpora quidem quæ resistunt sensu comprehenduntur; opinione autem quæ formas habent, ut imagines, velut homo quidam hominis, et triangulum quoddam trianguli; scientiâ vero quæ necessario formis eveniunt, ut in geometria figuris; intellectu denique cum ipsæ formæ, tum doctrinarum principia, ut ipse circulus, ipsum triangulum, ipsa sphæra. Jam in anima quoque nostra quattuor cernuntur cognoscendi facultates, mens, scientia, opinio, sensus; e quibus duo rationis principia sunt, mens ac sensus, duo fines, scientia et opinio. Quum porro simile semper a simili cognoscatur, efficitur ut mens nostra quæ sub intellectum cadunt cognoscat, scientia quæ sub scientiam, opinio quæ sub opinionem, sensus quæ sub sensum. Quamobrem transeundum est a sensibilibus ad opinabilia, ab opinabilibus ad ea quæ sub scientiam cadunt atque ab his ad intelligibilia : hæc autem apte inter se conjungenda sunt per ea veritatem spectanti. Ex his intelligibilia definite cogitari oportet, tanquam lineam bifariam divisam et æqualia rursus utriusque partis segmenta pro pari portione habentem : atque ita dispertita sit linea pro portione oculis conspicua, rursusque utraque pars sic distincta sit, ut perspicuitate et obscuritate inter se differant. Eodem modo sensibilium alterum segmentum continet simulacra in aquis et speculis repercussa, alterum plantas et animalia, quorum sunt istæ imagines : intelligibilium vero

ἔχον ὡς αἱ εἰκόνες τὰ περὶ μαθήματα γένεά ἐντι [l]. Οἱ γὰρ περὶ γαμετρίαν [m], ὑποθέμενοι τό τε περισσὸν καὶ τὸ ἄρτιον καὶ σχήματα καὶ γωνιᾶν τρισσὰ εἴδεα, ἐκ τούτων πραγματεύονται τὰ λοιπά· τὰ δὲ πράγματα ἐῶντι ὡς εἰδότες, λόγον τε οὐκ ἔχοντι διδόμεν οὔθ' αὐτοῖς [n] οὔτ' ἄλλοις, ἀλλὰ τοῖς μὲν αἰσθατοῖς, ὡς εἰκός, χρῶνται, ζατοῦντι δὲ οὐ ταῦτα, οὐδὲ τούτων ἕνεκα ποιεῦντι τὼς λόγως, ἀλλὰ τᾶς διαμέτρω χάριν καὶ αὐτῶ τετραγώνω. Τὸ δεύτερον τμᾶμά ἐντι τῶ νοατῶ, περὶ δ ἁ [o] διαλεκτικὰ κατασχολεῖται [p]. Αὕτα [q] γὰρ τῷ ὄντι οὐ τὰς ὑποθέσιας [r], ἀλλ' ἀρχάς τε καὶ ἐπιβάσιας ποιεῖται, μέχρι ἂν ἐπ' ἀνυπόθετον [s] τῶ παντὸς ἀρχὰν ἔλθῃ, καὶ πάλιν αὐτᾶς ἐχομένα καταβῇ [t] ἐπὶ τὰν τελευτάν, οὐδενὶ προσχρωμένα [u] αἰσθατῷ, ἀλλ' εἴδεσιν αὐτοῖς δι' αὐτῶν. Ἐπὶ δὲ τέτταρσι [x] τούτοις τμάμασι καλῶς ἔχει διανέμεν καὶ τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς, καὶ καλέσαι νόασιν μὲν τὸ [y] ἐπὶ τῶ ἀκροτάτω, διάνοιαν δὲ ἐπὶ τῶ δευτέρω, ἐπὶ δὲ τῶ τρίτω πίστιν, εἰκασίαν δὲ ἐπὶ τῶ τετάρτω.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 40 pag. 317 seqq. ed. Gaisford. usque ad verba ἁ δὲ δόξα τῶν δοξαστῶν, ἁ δὲ αἴσθασις τῶν αἰσθατῶν. Reliqua servavit Jamblichus in Villoisoni Anecdotis Græcis tom. II pag. 199. Congruit autem hic locus cum iis quæ leguntur apud Platonem de Republ. lib. VI p. 510 seq. Emendavi : [a] φύσι πράτων; codd. φύσει πρῶτον vel πράτων. [b] φύσι δευτέρων; libri φύσει δευτέρων. [c] τὰς χειροτεχνᾶν ἐργασίας βλέπει; codd. τὰς χειροτεχνατῶν. [d] ποιητέα θεωροῦντα; cod. ποιητά, θεωρούμενα. [e] τούτων τὰ νοατὰ; cod. τούτων τὰ μὲν ταῦτα. [f] ἔχουσαν; deest in cod. [g] κατὰ; cod. καὶ. [h] ὥστε διαφέρεν σαφηνείᾳ τε καὶ ἀσαφείᾳ ποτ' ἄλλαλα; cod. καὶ διαφέρεν σαφηνείᾳ τε καὶ ἀσαφείᾳ ποττ' ἄλλα. [i] ἅτερον, cod. ἕτερον. [k] αὗται αἱ; cod. ταῦτ'. [l] γένεά ἐντι; cod. γένη ἐντί. [m] γαμετρίαν; cod. γεωμετρίαν. [n] οὔθ' αὐτοῖς; cod. οὔτ' αὐτοῖς. [o] ἁ διαλεκτικὰ; cod. διαλεκτικά. [p] κατασχολεῖται; cod. κατασχόληται. [q] αὕτα; cod. αὐτά. [r] τῷ ὄντι οὐ τὰς ὑποθέσιας, ἀλλ' ἀρχάς τε καὶ ἐπιβάσιας ποιεῖται; cod. τῷ ὄντι τὰς ὑποθεσίας, ἀλλ' ὑποθεσίας, ἀλλ' ἀρχάς τε καὶ ἐπιβασίας ποιεῖται. [s] μέχρι ἂν ἐπ' ἀνυπόθετον τῶ παντὸς ἀρχὰν ἔλθῃ; cod. μέχρι τῶ ἀνυποθέτω ἐπὶ παντὸς ἀρχὰν ἔλθῃ. [t] καὶ πάλιν αὐτᾶς ἐχομένα καταβῇ; cod. καὶ πάλιν ἐχομένα καταβᾶ. [u] οὐδενὶ προσχρωμένα; cod. οὐδενὶ προσχρώμενα. [x] τέτταρσι; cod. τέταρσι. [y] καὶ καλέσαι νόασιν μὲν τὸ ἐπὶ τῶ ἀκροτάτω; cod. καὶ καλέσαι τὸ νοάσεμεν ἐπὶ τῶ ἀκροτάτω.)

δ'. Ἐκ τοῦ περὶ ἀρχῶν.

IV. Ἀνάγκα καὶ δύο ἀρχὰς ἦμεν τῶν ὄντων, μίαν μέν, τὰν συστοιχείαν ἔχουσαν τῶν τεταγμένων καὶ ὁριστῶν, ἑτέραν δὲ τὰν συστοιχείαν ἔχουσαν τῶν ἀτάκτων καὶ ἀορίστων. Καὶ τὰν μὲν ῥητὰν καὶ λόγον ἔχουσαν καὶ τὰ ἐόντα ὁμοίως συνέχεν, καὶ τὰ μὴ ἐόντα ὁρίζεν καὶ συντάσσεν [a]. Πλατιάζουσαν γὰρ ἀεὶ τοῖς γινομένοις εὐλόγως καὶ εὐρύθμως ἀνάγεν ταῦτα, καὶ τὸ καθ' ὅλω ὠσίας τε καὶ εἴδεος μεταδιδόμεν. Τὰν δ' ἄλογον καὶ ἄῤῥητον καὶ τὰ συντεταγμένα λυμαίνεσθαι, καὶ τὰ ἐς γένεσίν τε καὶ ὠσίαν παραγινόμενα διαλύεν· πλατιάζουσαν γὰρ ἀεὶ τοῖς πράγμασιν ἐξομοιοῦν αὔταυτα [b]. Ἀλλ' ἐπείπερ ἀρχαὶ δύο κατὰ γένος ἀντιδιαιρούμεναι τῶν πραγμάτων [c] τυγχάνοντι, τῷ τὰν μὲν ἦμεν ἀγαθοποιόν, τὰν δ' ἦμεν κακοποιόν, ἀνάγκα καὶ δύο λόγως ἦμεν, τὸν μὲν ἕνα τᾶς ἀγαθοποιῶ φύσιος, τὸν δ' ἕνα τᾶς κακοποιῶ. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ

---

segmentum parti imaginum plenæ respondens disciplinarum genera repræsentat. Etenim geometræ postquam numeros impares et pares et figuras angulorumque triplicem speciem posuerunt, his convenienter reliqua pertractant : ipsas autem res prætermittunt quasi scientes, earumque neque sibi neque aliis rationem reddere possunt, sed rebus quæ sub sensus cadunt, ut par est, utuntur neque has perscrutantur, neque propter eas multa verba faciunt, sed de diametro et ipso quadrato disserunt. Alterum segmentum est intelligibilium, circa quæ dialectica versatur. Hæc enim revera non argumenta, sed principia et fundamenta ponit, donec ad universi principium non positum perveniat, atque illi rursus adhærens ad finem descendat, nulla re quæ subjecta sensibus est, sed ipsis per se rerum formis utens. Per hæc quattuor segmenta decet etiam animi affectiones dispertire, atque appellare summæ partis affectionem intelligentiam, secundæ cogitationem, tertiæ fidem, quartæ imaginationem.

4. E libro de Principiis.

IV. Duo etiam necesse est rerum esse principia, alterum seriem ordinatorum et finitorum, alterum inordinatorum et infinitorum complectens : et illud quidem effabile ac rationis particeps tum ea quæ sunt continere, tum quæ non sunt definire et componere, semperque rebus adjunctum rationi ac numero convenienter eas producere universoque naturam ac speciem largiri : hoc vero ratione carens et ineffabile tum composita corrumpere, tum nascentia dissolvere perpetuoque rebus adhærens ipsas sibi assimilare. Sed quoniam generatim duo contrariarum rerum principia sunt, quod alterum boni sit, alterum mali causa : duæ quoque rationes, altera beneficæ, altera maleficæ naturæ requiruntur. Quapropter tam artis quam naturæ opera hæc duo primum nanciscuntur, formam et substantiam. Ex his forma facit, ut certum quid res sit : substantia subjecta formam accipit. Atqui nec

τέχνᾳ καὶ τὰ φύσι [d] γινόμενα δύο τούτων πρᾶτον μετείληφεν, τᾶς τε μορφῶ καὶ τᾶς ὠσίας. Καὶ ἁ μὲν μορφὼ ἐντὶ αἰτία τῶ τόδε τι ἦμεν· ἁ δ' ὠσία τὸ ὑποκείμενον, παραδεχόμενον τὰν μορφώ. Οὔτε δὲ τᾷ ὠσίᾳ οἷόν τέ ἐντι μορφᾶς μετῆμεν αὐτᾶ ἐξ αὐτᾶς, οὔτε μὰν τὰν μορφὼ γενέσθαι περὶ τὰν ὠσίαν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἑτέραν τινὰ ἦμεν αἰτίαν, τὰν κινάσοισαν τὰν ἐστὼ τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὰν μορφώ. Ταύταν δὲ τὰν πράταν τᾷ δυνάμι [e] καὶ καθυπερτάταν ἦμεν τᾶν ἀλλᾶν· ὀνομάζεσθαι δ' αὐτὰν ποθήκει θεόν· ὥστε τρεῖς ἀρχὰς ἦμεν ἤδη, τόν τε θεόν, καὶ τὰν ἐστὼ τῶν πραγμάτων, καὶ τὰν μορφώ. Καὶ τὸν μὲν θεὸν τεχνίταν καὶ τὸν κινέοντα, τὰν δ' ἐστὼ τὰν ὕλαν καὶ τὸ κινεόμενον, τὰν δὲ μορφὼ τὰν τέχναν ποθ' ἂν κινέεται [f] ὑπὸ τῶ κινέοντος ἁ ἐστώ. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ κινεόμενον ἐναντίας ἑαυτῷ δυνάμιας ἴσχει τὰς τῶν ἁπλῶν σωμάτων, τὰ δ' ἐναντία συναρμογᾶς τινος δεῖται καὶ ἐνώσιος, ἀνάγκα ἀριθμῶν δυνάμιας καὶ ἀναλογίας καὶ τὰ ἐν ἀριθμοῖς καὶ γαμετρικοῖς [g] δεικνύμενα παραλαμβάνεν, ἃ καὶ συναρμόσαι καὶ ἐνῶσαι τὰ ἐναντιώτατα [h] δυνασεῖται τὰν ἐστὼ τῶν πραγμάτων ποττὰν μορφώ. Καθ' αὑτὰν μὲν γὰρ ἔσσα ἁ ἐστὼ ἄμορφός ἐντι, κιναθεῖσα δὲ ποτὶ τὰν μορφὼ ἔμμορφος γίνεται καὶ λόγον ἔχοισα τὸν τᾶς συντάξιος. Ὁμοίως δὲ εἴ τι κινέεται [i] τὸ κινεόμενόν ἐντι καὶ τὸ πράτως κινέον· ὥστ' ἀνάγκα τρεῖς ἦμεν τὰς ἀρχάς, τάν τε ἐστὼ τῶν πραγμάτων, καὶ τὰν μορφώ, καὶ τὸ ἐξ αὑτῶ κινατικὸν καὶ ἀόρατον τᾷ δυνάμι. Τὸ δὲ τοιοῦτον οὐ νόον μόνον ἦμεν δεῖ, ἀλλὰ καὶ νόω τι κρέσσον· νόω δὲ κρέσσον ἐντί, ὅπερ ὀνομάζομεν θεόν, φανερῶς. Ὁ μὲν ὧν τῶ ἴσω λόγος περὶ τὰν ῥητὰν καὶ λόγον ἔχοισαν φύσιν ἐντί· ὁ δὲ τῶ ἀνίσω περὶ τὰν ἄλογον καὶ ἄῤῥητον· αὐτὰ δ' ἐντὶ ἁ ἐστώ, καὶ διὰ τοῦτο γένεσις καὶ φθορὰ γίνεται περὶ ταύταν, καὶ οὐκ ἄνευ ταύτας.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 35 pag. 278 seqq. ed. Gaisf. Emendavi : [a] συντάσσεν; codd. συντάσσειν. [b] αὔταυτα cum Gaisfordio; codd. αὖ ταῦτα. [c] τῶν πραγμάτων; codd. τὰ πράγματα. [d] φύσι; codd. φύσει. [e] δυνάμι; libri δυνάμει. [f] ποθ' ἂν κινέεται cum Kœnio ad Greg. Corinth. pag. 194; codd. καὶ πόθεν κινέεται. [g] γαμετρικοῖς δεικνύμενα παραλαμβάνεν; codd. γεωμέτροις δεικνύμενα παραλαμβάνει vel παραλαμβάνειν. [h] ἃ καὶ συναρμόσαι καὶ ἐνῶσαι τὰ ἐναντιώτατα δυνασεῖται τὰν ἐστὼ τῶν πραγμάτων ποττὰν μορφὼ cum Kœnio ad Greg. Corinth. p. 277; codd. ἃ καὶ συναρμόσαι ἐνῶσαι τᾷ δυνάσει τε ἐν τὰ ἐστὼ τῶν πραγμάτων ποττὰν μορφάν. [i] ὁμοίως δὲ εἴ τι κινέεται τὸ κινεόμενόν ἐντι καὶ τὸ πράτως κινέον; codd. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ δυσκινέεται τὸ κινεόμενόν ἐστι τὸ πράτως κινέον.)

V. Ἀρχὰ τᾶς τῶν ἐόντων γνώσιος τὰ αὐτόθεν φαινόμενα. Τῶν δ' αὐτόθεν φαινομένων τὰ μέν ἐντι νοατά, τὰ δ' αἰσθατά· νοατὰ μὲν τὰ ἀκίνητα, αἰσθατὰ δὲ τὰ κινεόμενα. Κριτήριον δὲ τῶν μὲν νοατῶν ὁ κόσμος, τῶν δ' αἰσθατῶν ἁ αἴσθασις. Τῶν δὲ μὴ αὐτόθεν φαινομένων τὰ μέν ἐντι ἐπιστατά, τὰ δὲ δοξαστά· ἐπιστατὰ μὲν τὰ ἀκίνητα, δοξαστὰ δὲ τὰ κινεόμενα. Δεῖ δὲ ταῦτα τρία νοᾶσαι, τό τε κρῖνον καὶ τὸ κρινόμενον καὶ ποθ' ὅπερ κρίνεται· καὶ τὸ μὲν κρῖνον ἦμεν τὸν νόον καὶ τὰν αἴσθασιν· τὸ δὲ κρινόμενον τὸν λόγον, ποθ' ὅπερ δὲ κρίνεται τὸ αὐτόθεν φαινόμενον· τούτου δὲ τὸ μὲν νοατόν, τὸ δὲ αἰσθατόν. Ἐπικρίνει δὲ ὁ νόος τὸν λόγον, ὅκα μὲν ποτὶ τὸ νοατὸν ἐπιβάλλων, ὅκα δὲ ποτὶ τὸ αἰσθατόν. Ὅκα μὲν γὰρ περὶ νοατῶν

---

substantia per se potest formam accipere, nec illa hanc vestire, sed major alia flagitatur causa, quæ rerum substantiam ad formam perducat, eademque prima ac potentissima sit : quam quidem vocari convenit Deum. Itaque tria jam sunt principia, Deus, rerum substantia et forma : Deus quidem opifex et motor, substantia autem materia et mota, forma denique ars, ad quam a motore substantia perducitur. Jam quia quod movetur contrarias in se habet corporum simplicium vires, contraria autem compagem quandam et copulam desiderant : numerorum vires ac proportiones et arithmeticas geometricasque demonstrationes oportet assumere, quæ res maxime contrarias substantiam cum forma conjungere et copulare possint. Nam per se quidem substantia informis est, formæ autem admota figuratur et compositionis rationem accipit. Si quid autem movetur, pariter motum atque id quod primum movet exstare oportet. Quocirca tria sunt ponenda principia, rerum substantia, forma, quodque per se movet ac vi oculis inaccessa valet. Tale quid autem non tantum mentem esse, sed etiam menti præstare oportet : menti autem manifesto præstat, quem Deum vocamus. Quamobrem æqualis quidem ratio ad effabilem et rationis participem naturam, inæqualis autem ad rationis expertem et ineffabilem pertinet : ea vero substantia est, ideoque in hac, non sine hac ortus et interitus cernuntur.

V. Rerum cognitionis principium ab iis quæ cernuntur sumitur. Ea vero partim intellectu partim sensu percipiuntur, illo immobilia, hoc mobilia : quorum priora mundo, posteriora sensu judicantur. Quæ autem non cernuntur, partim scientia partim opinione comprehenduntur, illa immobilia, hac mobilia. Tria autem hæc flagitantur, quod judicet, quod judicetur et ad quod judicetur : quorum primum est mens ac sensus, alterum vero ratio, tertium denique id quod cernitur : id quod partim intellectu, partim sensu percipitur. Judicat porro rationem mens, nunc intelligibilibus, nunc sensibilibus inhærens. Quando enim ratio de intelligibilibus quærit, ad hæc intenditur mens ; quando de sensibilibus, ad illa advertitur. Idcirco cum fictæ figurarum et numerorum descriptiones in geometria sunt, tum quæstiones de causis factorum et

μαστεύηται ὁ λόγος, ποτὶ τὸ νοατὸν ποτιβάλλει, ὅκα δὲ περὶ αἰσθατῶν, ποτὶ τὸ αἰσθατόν. Καὶ δι' αὐτὸ ψευδογραφίαι ἐν γαμετρίᾳ κατὰ σχήματα καὶ ἀριθμοὺς ἐμφαίνονται, αἰτιολογίαι δὲ καὶ εἰκοτολογίαι ἐν φυσιολογίᾳ καὶ πολιτικᾷ κατὰ γένεσιν καὶ πράξιας. Τὸ μὲν γὰρ ὅτι ἐν διπλόῳ λόγῳ ἁρμονία τυγχάνει, ποτὶ τὸ νοατὸν ποτιβάλλων ὁ λόγος γινώσκει· τὸ δ' ὅτι συμφωνεῖ ὁ διπλόος λόγος, διὰ τᾶς αἰσθάσιος ἐπιμαρτυρεῖται. Καὶ τῶν μαχανικῶν δὲ τοὶ λόγοι ποττὰ νοατὰ ποτιβάλλονται σχήματα καὶ ἀριθμὼς καὶ ἀναλογίας, τὰ δὲ ἀποτελέσματα ποτὶ τὰ αἰσθατά· μεθ' ὕλας γὰρ ταῦτα θεωρεῖται καὶ κινάσιος. Καθόλω δὲ ἀμάχανον γνῶμεν τὸ διὰ τί ἐν ἑκάστῳ, μὴ προειδότας τὸ τί ἐντι ἕκαστον. Κρίνεται δὲ τὸ μὲν τί ἐντι ἕκαστον τῶν ἐόντων τῷ νόῳ· τὸ δὲ διὰ τί[a] ἐντι, ἢ ὅτι οὕτως ἔχει, λόγῳ καὶ αἰσθάσι[b]· λόγῳ μέν, ὅκα δεῖξίν τινος σαμάνωμεν διὰ συλλογισμῶ, ὑπάρχοντος ἐξ ἀνάγκας, αἰσθάσι δέ, ὅκα ἐπιμαρτυρώμεθα τὸν λόγον διὰ τᾶς αἰσθάσιος.

(Stobæus Eclog. lib. I cap. 35 pag. 283 seq. ed. Gaisf. Scripsi : [a] διὰ τί; codd. ὅτι. [b] αἰσθάσι; codd. αἰσθάσει.)

ε'. Ἐκ τοῦ περὶ τοῦ ὄντος.

VI. Πάντα μοι δοκοῦντι ἁμαρτάνεν[a] οἱ λέγοντες δύο λόγως περὶ παντὸς λέγεσθαι ἐναντίως ἀλλάλοις ναμερτέας ἀμφοτέρως. Ἐγὼ δὲ πρᾶτον τοῦτ' ἀδύνατον νομίζω, ἀμφοτέρων πιστῶν ἐόντων, ἐναντίως ἦμεν ἀλλάλοις, ὡς τὸ καλὸν τῷ καλῷ καὶ τὸ λευκὸν τῷ λευκῷ. Ἀλλὰ γὰρ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλά ἐντι τὸ καλὸν καὶ αἰσχρὸν ἐναντία, καὶ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. Οὕτω δὲ καὶ τὸ ναμερτὲς τῷ ψεύδει φαμέν, οὐδὲ ναμερτέας δύο λόγως λέγεσθαι, ἢ δύο ψευδέας, ἀλλὰ τὸν μὲν ἀλαθῆ, τὸν δὲ ψεύσταν. Ὁ γὰρ τὰν ψυχὰν ἐπαινῶν τῶ ἀνθρώπω καὶ τὸ σῶμα μεμφόμενος οὐχ ὑπὲρ ταυτῶ ἂν λέγοι[b] τι, εἰ μὴ καὶ εἴ τι περὶ τᾶς γᾶς λέγοι καὶ τῶ οὐρανῶ ταυτόν. Ταῦτα γὰρ δύο ἐντί, ἀλλ' οὐχ ἓν ὄνομα. Καὶ τί δὲ θέλω καὶ τοῦτο δεῖξαι; Ὁ γὰρ λέγων περὶ τῶν Ἀθαναίων, ὥς ἐντι κατὰ λόγον ἄνδρες ἀγαθοί, καὶ ὁ λέγων, ὥς ἐντι περὶ χάριτας φαῦλοι, οὐκ ἐναντία λέγοντι. Τὰ γὰρ ἐναντία περὶ ταυτὸ πρᾶγμα ἀντικέαται ἀλλάλοις, ταῦτα δὲ δύο ἐντὶ πράγματα.

(Stobæus Eclog. lib. II cap. 2 pag. 521 seq. ed. Gaisf. Scripsi : [a] ἁμαρτάνεν; codd. ἁμαρτάνειν. [b] ἂν λέγοι τι; libri λέγοι τι.)

VII. Ἀρχύτας ἔλεγεν ἐν τῇ κινήσει τῇ φυσικῇ ἐνεῖναι τὴν τοῦ ἴσου ἀναλογίαν (κινεῖσθαι γὰρ ἀνάλογον πάντα), ταύτην δὲ μόνην εἰς αὑτὴν ἀνακάμπτειν, ὥστε κύκλους ποιεῖν καὶ στρογγύλα, ὅταν ἐγγένηται.

(Aristoteles Problem. XVI, 9 pag. 915 ed. Bekker.

ϛ'. Ἐκ τῶν ὅρων.

VIII. Τί ἐστι νηνεμία; Ἠρεμία ἐν πλήθει ἀέρος. Τί ἐστι γαλήνη; Ὁμαλότης θαλάττης.

(Aristoteles Metaph. lib. VII, 2 pag. 1043 ed. Bekker.)

---

probabiles conjecturæ de rerum ortu in physiologia ac prudentia civili. Etenim harmoniam quidem duplici ratione contineri, ratio intelligibilibus intenta videt : convenire autem duplicem hanc rationem sensus docet. Quin etiam mechanici allatis rationibus figuras et numeros et proportiones ad intelligibilia accommodant, at effectus ad sensibilia, quandoquidem in materia ac motu cernuntur. Omnino fieri nequit, ut quis suam cujusque rei causam cognoverit, nisi ejus naturam ante consideraverit. Ac natura quidem cujusque rei mente judicatur, causa autem et modus ratione et sensu : ratione quidem, quum aliquid necessario efficitur; sensu vero, quum sensum rationis testem adhibemus.

5. E libro de Ente.

VI. Valde falli mihi videntur qui de quavis re duas sententias inter se contrarias, sed utramque veram pronuntiari posse dicunt. Ego primum hoc fieri non posse arbitror, ut si duæ sententiæ rectæ afferantur, eæ inter se contrariæ sint, quemadmodum pulchrum pulchro et album albo opponatur. Verumenimvero non ita se habet res, sed contraria sunt pulchrum ac deforme, album et nigrum. Sic etiam verum falso contrarium statuimus, neque duas veras sententias dici contendimus, aut duas falsas, sed alteram veram, alteram falsam. Non enim qui animum hominis laudat, corpus reprehendit, de eodem argumento disserit, nisi forte etiam qui de terra ac de cœlo agit, de eodem agere dicendus est; siquidem duo sunt illa, non unum. Sed quid opus est verbis ad hoc demonstrandum? Qui enim Athenienses doctos esse ait et qui eos ingratos vocat, ii non contraria dicunt. Quum enim inter se contraria pugnent in eodem, hic utique duo cernuntur.

VII. Archytas dicebat in motu naturali æquam proportionem inesse (omnia enim proportione moveri), hanc autem solam in sese reverti, adeo ut data occasione orbes et rotunda volvat.

6. E libro de Definitionibus.

VIII. Quid est malacia? Quies in multitudine aeris. Quid est maris tranquillitas? Ejus æqualitas.

ζ'. Ἐκ τοῦ περὶ τοῦ παντός.

IX. Ὁ χρόνος ἤτοι τὸ παράπαν οὐκ ἐντί, ἢ ἀμυδρῶς καὶ μόλις ἐντί. Ὧ γὰρ τὸ μὲν παρεληλυθὸς οὐκ ἔτι ἐντί, τὸ δὲ μέλλον οὐδέπω ἐντί, τὸ δὲ νῦν ἀμερὲς καὶ ἀδιαίρετον, πῶς ἂν ὑπάρχοι τοῦτο κατ' ἀλάθειαν;

(Simplicius Comment. in Aristotelis Phys. fol. 137.)

Γ. ΛΟΓΙΚΑ.

Περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν βιβλίον *.

α'. Ἐν πράτοις ἐνὶ πάσᾳ τέχνᾳ ταῦτα ἕπονται τὰ πέντε, ὕλη, ὄργανον, μέρος, λόγος ὁριστικὸς καὶ τέλος. Καὶ ὁ μὲν πρᾶτος λόγος, ἁ οὐσία, πρᾶγμα αὐθύπαρκτον καὶ ὑφεστός, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν, κἂν γενέσει ὑπόκειται καθὸ γέγονε. Μόνον γὰρ τὸ θεῖον ἀγέννατον καὶ κυρίως αὐθύπαρκτον· οἱ δὲ λοιποὶ λόγοι θεωροῦνται περὶ τὰν οὐσίαν, ποτὶ οὓς ἀντιδιαστελλομένα λέγεται πρᾶγμα αὐθύπαρκτον. Ἐπεὶ οὐχ ὡς πρὸς τὸ θεῖον, οἱ γὰρ ἐννέα λόγοι γίνονται καὶ ἀπογίνονται χωρὶς τᾶς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς, ὅπερ ἐντὶ τὸ συμβεβακὸς λεγόμενον. Ἔντι δὲ ὡς τὸ καθόλου συμβεβακός. Τὸ γὰρ αὐτὸ μέγα καὶ μικκὸν γενόμενον κατὰ τὰν ποσότατα, τᾶς φύσιος οὐκ ἐξίσταται· ἁ μὲν γὰρ εἰς ἄκρον εὐεξία ἔοικεν [a] ἐμποιεῖν αὔξασιν, καὶ τῷ σάματι ὄγκωσιν, ἁ δὲ ἐγκράτεια καὶ τὸ ὀλιγοσιτῆν καὶ ὑποσπασμόν τινα. Τὸ δὲ αὐτὸ μένει καὶ ὑποκείμενον, οἷον οἱ ἄνθρωποι ὡσαύτως παῖδες ὄντες εἰς ἀνδρὸς ἁλικίαν ἐλάσαντες, οἱ αὐτοὶ κατ' οὐσίαν μένομες τᾷ ποσότατι διαφέροντες, καὶ νῦν μὲν λευκόν, νῦν δὲ μέλαν τὸ αὐτὸ ὁρᾶται διαλλάττον τᾷ ποσότατι, τὰν δὲ οὐσίαν οὐκ ἀμείβει· καὶ νῦν μὲν φίλος ὁ αὐτός, νῦν δ' ἐχθρός, διαφέρων τᾷ σχέσι καὶ τῷ πρός τι λεγομένῳ, καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν οὐ διαφέρει· καὶ νῦν μὲν ἐν ταῖς Θήβαις, νῦν δὲ ἐν Ἀθήναις, ὅπερ τὸ τοῦ λόγου ὂν ἑτερούσιον οὐκ ἐργάζεται. Καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ πέρυσι καὶ νῦν ὁ αὐτὸς διαμένει μὴ ἀλλοιούμενος. Ἔστι τε τοῦ ποτε λόγου. Καὶ ἀνάκειται καὶ κάθηται ὁ αὐτός. Πάλιν τοῦ κεῖσθαι καὶ ὁπλεῖσθαι καὶ ἀνόπλου [b] ὁ αὐτός. Ἔτι δὲ τοῦ ἔχειν. Καὶ τύπτων τις καὶ τέμνων ὁ αὐτὸς μένει [c] τᾶς οὐσίας μὴ ἐξιστάμενος· ἔστι δὲ τοῦ ποιεῖν.

(Scripsi: [a] ἔοικεν; codd. ἔειδεν. [b] ἀνόπλου; codd. ἄνοπλος. [c] μένει; libri μετά.)

β'. Καὶ τέμνεταί τις καὶ τύπτεται, ὅπερ ἐστὶ τοῦ πάσχειν, τὸν τοῦ εἶναι λόγον διασώζων ἀναλλοίωτον. Αἱ μὲν ὧν [a] τῶν ἄλλων λόγων διαφοραὶ ἐκδηλότεραί εἰσιν, ἁ δὲ ποότης καὶ τὸ ἔχειν καὶ τὸ πάσχειν δυσθεωρητέρας ἔχουσι διαφοράς· τὸ γὰρ πυρέττειν ἢ ῥιγῶν [b] ἢ ἀγάλλεσθαι ἀμφιβολίαν [c] τινὰ ἔχει, πότερον τᾶς ποότητός εἰσιν ἢ [d] τοῦ ἔχειν ἢ πάσχειν λόγου. Διακρίνεται δὲ οὕτως· αἱ [e] μὲν γὰρ πυρετός ἐστιν εἴπομεν, ἢ ῥῖγος, ἢ ἀγαλλίασις, τὰν ποότητα ἐσαμάναμεν· αἱ [f] δὲ πυρέττειν, ἢ ῥιγῶν [g], ἢ ἀγάλλεσθαι, τὸ [h]

* E doricis vocum formis paucas in hoc libro restitui, majora tantum menda corrigenda esse ratus.

---

7. E libro de Universo.

IX. Tempus aut omnino non est, aut obscure et vix est. Cujus enim præteritum non est amplius, futurum autem nondum, præsens denique sine partibus et individuum, quomodo hoc revera esse possit?

C. LOGICA.

De decem Categoriis liber.

I. In primis ad omnem artem hæc quinque pertinent, materia, instrumentum, pars, definitio et finis. Ac prima quidem definitio, substantia, res per se subsistens et exstans, neque alia re ad suam constitutionem egens, saltem generationi subest quatenus exstitit. Sola enim divina natura ortus expers est et proprie per se subsistit : at reliquæ definitiones e substantia spectantur, a quibus distincta dicitur res per se subsistens. Neque enim divinæ naturæ conveniunt, siquidem novem definitiones accedunt et decedunt sine subjecti interitu, id quod accidentis nomine vocatur. Est autem ut in universum accidens. Idem enim mensura magnum et parvum factum a sua natura non desciscit : quippe optima corporis habitudo videtur ei incrementum et obesitatem afferre, sed continentia et tenuis victus etiam decrementum quoddam. Idem quoque subjectum manet, velut homines pueri pariter atque adulti mensura quasi separati naturâ iidem manemus, ac nunc album nunc nigrum idem videtur, discrepans quantitate, sed naturam non mutat : porro idem modo amicus modo inimicus est, dissonus habitu et relatione ad aliquid, sed natura non differt : præterea nunc Thebis, nunc Athenis, quæ res id quod ad definitionem pertinet natura non variat. Quid? quod non mutatus natura idem nunc manet qui ante hoc tempus. Est autem hoc finitionis *quando*. Quin etiam idem accubat et sedet. Rursus iacendi et arma sumendi et hominis inermis eadem ratio est. Ad hæc habendi. Ultro qui verberat et secat idem manet a natura sua non desciscens. Est vero hæc agendi ratio.

II. Insuper secatur aliquis ac verberatur, quod est patientis, incolumem essentiæ rationem servans. Ac cæterarum quidem substantiæ rationum discrimina apertiora sunt, sed qualitas, item habendi et patiendi species obscuriora discrimina habent : nam febricitare vel frigere vel gaudere dubium est, utrum qualitati, an habendi vel patiendi rationibus annumeranda sint. Res autem sic discernitur : si enim *febris est* diximus, vel frigus, vel gaudium, qualitatem significavimus : si vero febricitare vel frigere, vel gaudere, habendi notionem indicavimus.

ἔχειν. Διαφέρει δὲ πάλιν τὸ ἔχειν τοῦ πάσχειν, ὅτι τὸ μὲν ἔχειν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ θεωρεῖται ἄνευ τοῦ ἐνεργοῦντος, τὸ δὲ πάσχειν ποτὶ τὸν ἐνεργοῦντα διαστέλλεται, καὶ ἀπὸ τοῦ ποοῦντος καταλαμβάνεται· εἰ μὲν εἴπομες τέμνεται, ἢ πλήττεται, τὸν πάσχοντα ἐδαλώσαμες, εἰ ὀδυνᾶται ἢ ἀλγεῖ, τὸ ἔχειν ἐσαμάναμεν [i].

(Scripsi : [a] ὧν; libri οὖν. [b] ῥιγῶν; codd. ῥιγᾷν. [c] ἀμφιβολίαν τινὰ; codd. ἀμφιβολίαν ἄν τινα. [d] ἢ; libri ἂν. [e] αἰ; codd. εἰ. [f] αἰ; libri ἂν. [g] ῥιγῶν; libri ῥιγᾷν. [h] τὸ; libri τοῦ. [i] ἐσαμάναμεν; libri ἐσαμανάμεσθα.)

γ'. Δέκα ὧν, οὐ [a] πλείους λόγους ἔμμεναι λέγομες, ὡς ἐκ τᾶσδε τᾶς διαιρέσεώς ἐντι μαθεῖν. Τὸ ὂν ἐν ὑποκειμένῳ ἐντί, ἢ οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ, καὶ τὸ μὲν οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ ποιεῖ τὰν οὐσίαν, τὸ δὲ ἐν ὑποκειμένῳ ἢ καθ' ἑαυτὸ θεωρεῖται, ἢ οὐ καθ' ἑαυτό. Καὶ τὸ μὲν οὐ καθ' ἑαυτὸ ποιεῖ τὰ πρός τι. Σχέσεις γάρ ἐστι τὰ πρός τι μὴ καθ' ἑαυτὰ [b] θεωρούμενα, ἀλλὰ συνεισάγοντα ἕτερον. Τὸ γὰρ υἱὸς ὄνομα συνεισάγει πατέρα, τὸ δὲ δοῦλος δεσπόταν, καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ πρός τι ἐν σχέσει εἰσὶ καὶ οὐ καθ' ἑαυτὰ θεωρούμενα. Τὸ δὲ καθ' ἑαυτὸ ἢ μεριστόν ἐστι, καὶ ποιεῖ τὰν ποσότητα, ἢ ἀμέριστον, καὶ ποιεῖ τὰν ποότητα. Οἱ δὲ λοιποὶ λόγοι ἓξ ἀπὸ τῆς τούτων μίξεως γίνονται. Ἁ γὰρ οὐσία τᾷ ποσότατι μιγνυμένα ἢ ἐν τόπῳ ὁράεται, καὶ τὸν τοῦ ποῦ λόγον ποεῖ, ἢ ἐν χρόνῳ, καὶ τὸν τοῦ πότε ἀποτελεῖ λόγον. Τῇ δὲ ποότητι μιγνυμένη ἢ ἐνέργειαν ἔχει καί ἐστι τὸ ποεῖν, ἢ πάθος καὶ ποεῖ τὸ πάσχειν. Τοῖς δὲ πρός τι συντρέχουσα ἢ ἐν ἄλλῳ τίθεται καὶ τὸ κεῖσθαι λέγεται, ἢ περιτίθεται ἑτέρῳ καὶ τὸ ἔχειν ἐστί. Τέτακται δὲ μετὰ τὴν οὐσίαν ἡ ποσότης καὶ πρὸ τῆς ποότητος, ὅτι κατὰ φύσιν ποεῖται [c] τὸ ὁτιοῦν πρᾶγμα καὶ ὄγκον λαμβάνει, καὶ οὕτω περὶ αὐτὸ ἡ ποότης καθορᾶται καὶ λέγεται. Ἡ δὲ ποότης πάλιν προηγέεται τοῖς πρός τι, ὅτι τὸ μὲν καθ' ἑαυτό, τὸ δὲ πρός τι ἐν σχέσει. Πρῶτον δὲ καθορᾶται καὶ λέγεται καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον, καὶ οὕτως ἐν σχέσει. Ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ τὰ λοιπὰ τέτακται· τὸ μὲν γὰρ ποεῖν προηγέεται τοῦ πάσχειν, ὅτι τὸ μὲν ἐνεργεῖν τοῦ πάσχειν ἐστὶ δυνατώτερον.

(Posui : [a] δέκα ὧν, οὐ πλείους; codd. δέκα οὖν πλείους. [b] ἑαυτὰ; codd. ἑαυτό. [c] ποεῖται; libri ποοῦται.)

δ'. Τοῦ δὲ κεῖσθαι λόγος πάλιν προηγέεται τοῦ ἔχειν, ὅτι τὸ τίθεσθαι τοῦ περιτίθεσθαι ἁπλούστερον. Τὸ μὲν γὰρ τίθεσθαι ἐντὶ καὶ τοῦ περιτίθεσθαι δίχα, καὶ περιτίθεσθαι ἄνευ τοῦ τίθεσθαι οὐκ ἔστιν εὑρεῖν· ὁ γὰρ περιτιθέμενος καὶ αὐτὸς πάντως κεῖταί που, κατὰ μίαν τινὰ τοῦ κεῖσθαι θέσιν, στάσιν καὶ καθέδραν καὶ ἀνάκλισιν. Τᾶς μὲν ὧν [a] οὐσίας ἴδιον τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· οὐ μᾶλλον ζῷον ὁ ἄνθρωπος τοῦ ἵππου ὑπάρχει ταῖς οὐσίαις· καὶ τὸ τῶν ἐναντίων ἀνεπίδεκτον εἶναι· τῆς δὲ ποότητος τόγε μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἐπιδέχεσθαι, λευκὸν γὰρ μᾶλλον καὶ ἧττον λέγεται καὶ μέλαν. Τῆς δὲ ποσότητος ἴδιον τὸ ἴσον [b] καὶ ἄνισον· ἁ γὰρ σπιθαμὴ τῇ ὀργυιῇ

Rursus autem habendi et patiendi verba intellectu inter se differunt, quod habendi vis ipsa per se spectatur sine agentis persona, patiendi autem notio ab eo qui agit distinguitur et effectoris mente comprehenditur : si enim diximus *secatur* vel *percutitur*, patientem indicavimus, si *angitur* vel *dolet*, habendi notionem significavimus.

III. Decem igitur, non plures substantiæ rationes esse dicimus, ut ex hac divisione disci licet. Ens in subjecto est, aut non est in subjecto, atque illud quidem quod non est in subjecto substantiam constituit, quod autem in subjecto est aut per se spectatur, aut non per se. Atque illud non per se spectandum efficit referenda ad aliquid. Nam necessitudines sunt res ad aliquid relatæ nec per se considerandæ, sed aliud simul introducentes. Etenim filii nomen simul patrem introducit, servi vocabulum simul dominum, omninoque res omnes quæ ad aliquid referuntur necessitudinem habent ac non per se spectantur. Quidquid autem per se consideratur aut dividuum est, et quantitatem creat, aut individuum ideoque qualitatem gignit. At reliquæ sex substantiæ rationes ex harum mixtura oriuntur. Nam substantia quantitati mixta aut in loco cernitur et finitionem *ubi* producit, aut in tempore, et definitionem *quando* generat. Porro qualitati mixta aut efficaciam habet estque ipsum *agere*, aut affectum assumit facitque *pati*. Præterea rebus ad aliquid relatis consentiens aut in alio ponitur vocaturque *jacere*, aut alii imponitur estque *habere*. Excipit autem substantiam quantitas prægrediturque qualitatem, quod naturæ congruenter fit quævis res molemque nanciscitur ac sic in ea qualitas et cernitur et nominatur. Rursus qualitas antecedit res ad aliquid relatas, quia qualitas per se consideratur, relatio ad aliquid necessitudine alii jungitur. Primum vero per se quidque et inspicitur et appellatur ac tum demum necessitudine junctum. His convenienter etiam reliqua ordinata sunt. Nam agere tempore prius quam pati est, si quidem efficacia potentior judicanda quam patientia.

IV. Rursus jacendi definitio habendi finitionem anteit, propterea quod poni simplicius est quam imponi. Etenim poni licet etiam ita, ut nihil imponatur; at imponi sine positione nihil potest. Nimirum impositus et ipse utique jacet alicubi jacentis in morem, ut vel stet, vel sedeat, vel recubet. Cæterum substantiæ proprium est neque contentionem admittere neque remissionem : quippe natura sua homo non magis animal est, quam equus; pariterque a rebus contrariis abhorret : qualitatis autem est altiorem et inferiorem gradum admittere, siquidem magis album et minus album vel nigrum dicitur. Quantitatis

ἄνισος, καὶ τρεῖς παλαισταὶ τῇ σπιθαμῇ ἴσαι, καὶ τὰ πέντε τοῖς δέκα ἄνισα, τὰ δὲ δὶς πέντε ἴσα τοῖς δέκα.

(Scripsi : [a] ὦν; libri οὖν. [b] ἴσον; codd. ἶσον.)

ε′. Τοῦ πρός τι δὲ ἴδιον τὸ συνάγειν τὰ ἀντικείμενα· πατρὸς γὰρ ὄντος ἐστὶ καὶ υἱός, καὶ δεσπότου ὄντος ἐστὶ καὶ δοῦλος. Καὶ λέγεται τοῦ δὲ ποῦ περιοχά, τοῦ δὲ πότε τὸ μὴ διαμένειν, τοῦ δὲ ποιεῖν ἁ ἐνέργεια, τοῦ δὲ πάσχειν τὸ πάθος, τοῦ δὲ κεῖσθαι ἁ ἐπίθεσις, τοῦ ἔχειν δὲ ἁ περίθεσις. Προτερεύει τὰ ἐκ τᾶς οὐσίας καὶ τᾶς [a] ποσότητος τῶν ἐκ τᾶς οὐσίας καὶ τᾶς ποότητος, τὰ δὲ ἐκ τᾶς οὐσίας πάλιν καὶ τᾶς ποότητος τῶν ἐκ τᾶς οὐσίας καὶ τῶν πρός τι. Πάλιν τὸ ποῦ προτερεύει τοῦ πότε, ὅτι τὸ μὲν ποῦ τοπικόν ἐστι, ὁ δὲ τόπος διαμονὴν ἔχει, τὸ δὲ πότε χρονικόν ἐστιν, ὁ δὲ χρόνος οὐκ ἔχει διαμονὴν ἀεικίνατος ὤν. Τὸ δὲ ἀρεμέειν προτερεύει τᾶς κινάσιος [b]. Τὸ δὲ ποιεῖν πάλιν τοῦ πάσχειν προτέτακται, ὅτι τὸ ἐνεργεῖν τοῦ πάσχειν ἐστὶ προηγούμενον· τὸ δὲ κεῖσθαι προηγέεται τοῦ ἔχειν.

(Scripsi : [a] τᾶς; codd. τῆς. [b] κινάσιος; libri κινάσεως.)

ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ ΛΟΓΟΣ Α

ϛ′. Διαιρεῖται ἁ οὐσία εἰς σῶμα καὶ ἀσώματον, τὸ σῶμα εἰς ἔμψυχον καὶ ἄψυχον, τὸ ἔμψυχον εἰς αἰσθητὸν καὶ ἀναίσθητον, τὸ αἰσθητὸν εἰς ζῷον καὶ ζῳόφυτον, οὐκ ἀντιδιαιρούμενον μέν. Διαιρέεται δὲ [a] ὅμως τὸ ζῷον εἰς λογικὸν καὶ ἄλογον, τὸ λογικὸν εἰς θνητὸν καὶ ἀθάνατον, τὸ θνητὸν εἰς τὰ ὑπ' αὐτῷ τῷ εἴδει, ἄνθρωπον, βοῦν καὶ ἵππον καὶ τὰ λοιπά· τὰ δὲ [b] εἴδη εἰς τὰ καθ' ἕκαστα οὐτιδανά. Ἕκαστον δὲ πάλιν τῶν ἄνωθεν ἀντιδιαιρουμένων ἰδίως ἔχει διαιρέσεις, παραπλησίως μέχρι τῶν ἀτόμων καὶ οὐτιδανῶν καὶ καθ' ἕκαστα προϊούσας.

(Scripsi : [a] δὲ ὅμως; codd. δὲ οὖν ὅμως. [b] τὰ δὲ; codd. τάδε.)

ΤΗΣ ΠΟΣΟΤΗΤΟΣ ΛΟΓΟΣ Β.

ζ′. Τὸ δὲ ποσὸν [a] εἰς ἑπτὰ διαιρεῖται, εἰς γραμμάν, ἐπιφάνειαν, σῶμα, τόπον, χρόνον, ἀριθμὸν καὶ λόγον. Καὶ τὸ μέν ἐντι αὐτῆς τῆς ποσότητος συνεχές [b], τὸ δὲ διωρισμένον· καὶ συνεχοῦς τὰ πέντε, τοῦ δὲ διωρισμένου τὰ δύο, ὁ ἀριθμὸς καὶ ὁ λόγος. Ἔτι τῆς ποσότητος τὸ μὲν ἐκ θέσιν ἐχόντων πρὸς ἄλλαλα τῶν ἑαυτοῖς μορίων συνέστακεν, οἷον ἁ γραμμά, ἁ ἐπιφάνεια, τὸ σᾶμα, καὶ ὁ τόπος, τὸ δὲ ἐξ οὐκ ἐχόντων θέσιν, ὡς ὁ ἀριθμός, καὶ ὁ λόγος, καὶ ὁ χρόνος· εἰ γὰρ καὶ τοῦ συνεχοῦς ἐντι ὁ χρόνος, ὅμως θέσιν οὐκ ἔχει, ὅτι μὴ διαμένον· τὸ δὲ οὐ διαμένον πῶς ἂν ἔχοι θέσιν; Ἀπὸ δὲ τοῦ ποσοῦ καὶ αἱ τέσσαρες τῶν ἐπισταμῶν ἐξευρέθησαν· τὸ γὰρ συνεχὲς ποσόν, ἢ ἀκίνατον, καὶ ποιεῖ τὴν γεωμετρίαν, ἢ κινατὸν καὶ ποιεῖ τὰν ἀστρονομίαν· τὸ δὲ διωρισμένον ἢ ἀκινατόν ἐντι καὶ ποιεῖ τὰν ἀριθμητικάν, ἢ κινατὸν καὶ ποιεῖ τὰν μουσικάν.

---

vero propria æqualitas et inæqualitas habetur : nam palmus major impar est ulnæ, tres autem minores palmi majori æquales sunt; item quinarius numerus denario impar est, at quinarius numerus duplicatus denario par est.

V. Relationis ad aliquid proprium est conjungere contraria : nam patris est etiam filius ac domini etiam servus. Porro finitionis *ubi* dicitur esse ambitus, definitionis *quando* nulla permansio, agendi efficacia, patiendi affectio, jacendi positio, habendi impositio. Antegreditur vero quidquid substantiæ et quantitatis proprium judicatur substantiæ et qualitatis proprietates, rursus autem quidquid substantiæ et qualitatis proprium apparet peculiares substantiæ et relationis ad aliquid rationes. Rursus finitio *ubi* prægreditur definitionem *quando*, quia *ubi* ad locum spectat locusque permanet, *quando* autem ad tempus pertinet, quod propter motum sempiternum non durat. Præterea quies antecedit motionem. Rursus *agere* ordine prius est quam *pati*, idcirco quia efficacia patientiam præcedit; denique *jacere* ordine prius est quam *habere*.

SUBSTANTIÆ DEFINITIO I.

VI. Dividitur substantia in corpus et incorporeum, corpus in animatum et inanimatum, animatum in sensile et insensile, sensile in animal et plantam animantem, nulla divisione ex adverso opposita. Dividitur autem animal in rationale et irrationale, rationale in mortale et immortale, mortale in ea quæ sub speciem subjecta sunt, hominem, bovem et equum et reliqua : species vero in singulas particulas. Rursus unaquæque series rerum bipartita divisione supra oppositarum proprias habet partitiones, similiter usque ad individua corpora et particulas et singula procedentes.

QUANTITATIS DEFINITIO II.

VII. Quantitas septifariam dividitur, in lineam, superficiem, corpus, spatium, tempus, numerum et sermonem. Atque ipsius quidem quantitatis alia pars continua est, alia discreta : porro continuæ partis quinque sunt species, discretæ duæ, numerus et sermo. Præterea quantitatis aliæ formæ ex partibus constant quæ situm quendam inter se habent, velut linea, superficies, corpus et spatium, aliæ ex iis quæ non habent, ut numerus et sermo et tempus : quamvis enim continuæ partis tempus sit, tamen situm non habet, quia non permanet; quod autem non permanet, quomodo id habeat situm? Quantitas etiam quattuor disciplinarum inventrix fuit : siquidem continua quantitas aut immobilis est et geometriam gignit, aut mobilis et astronomiam parit, discreta autem quantitas aut immobilis est et arithmeticam creat, aut mobilis et musicam producit.

(Posui : [a] ποσὸν; codd. πόσον. [b] συνεχές, τὸ δὲ; codd. συνεχές. Τὸ δὲ.)

ΛΟΓΟΣ ΠΟΟΤΗΤΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

η′. Ἁ δὲ ποότης διαιρεῖται [a] εἰς ταῦτα, ἕξιν καὶ διάθεσιν, παθητικὰν ποότητα καὶ πάθος, δύναμιν καὶ ἀδυναμίαν, σχῆμα καὶ μορφάν. Ἔστι [b] δ' ἁ μὲν ἕξις ἐπίτασις διαθέσεως καὶ μονιμότας καὶ ἵδρυσις ἐκ τῆς συνεχοῦς καὶ ἐνεργουμένας διαθέσεως, οἷον εἰς φύσιν μετενεχθεῖσα καὶ δευτέρα τις χρηματίσασα φύσις. Λέγεται δὲ ἕξις καὶ τὰ κατὰ φύσιν ἅμμιν προσόντα καὶ μὴ ἐκ διαθέσεως καὶ προκοπᾶς ἐγγινόμενα, ὡς ἡ ὄψις καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν αἰσθήσεων. Καὶ ἁ παθητικὰ ποότης ὁμοίως τοῦ πάθους ἐστὶν αὔξησις καὶ ἐπίτασις καὶ μείωσις. Τὸ δὲ πάθος καὶ τὰν παθητικὰν ποότητα ἐπὶ ὀργῆς καὶ μίσους καὶ ἀκολασίας καὶ τῶν λοιπῶν [c] τᾶς κακίας παθῶν καὶ τῶν ἐκ νόσου παθημάτων, θερμότητος καὶ ψυχρότητος, νῦν μὲν ἐπὶ τῆς ἕξεως καὶ διαθέσεως τιθέασιν [d], νῦν δὲ ἐπὶ τᾶς παθητικᾶς ποότητος καὶ [e] τοῦ πάθους, καὶ ἔντιν [f] εἰπεῖν, ὅτι καθὸ μὲν μεθεκτόν, ἕξιν προσηγόρευσαν, καθὸ δὲ πάθος ἐμποιεῖ, παθητικὰν ποότητα ταῦτα ὠνόμασαν, ὃ ἔστιν [g] εἰς ἵδρυσιν καὶ μονιμότητα εἰπεῖν.

(Posui : [a] διαιρεῖται; codd. διάκειται. [b] ἔστι; codd. ἐστὶ. [c] λοιπῶν; libri λοιπέων. [d] τιθέασιν; libri τίθησιν. [e] καὶ; deest in codd. [f] ἔντιν; libri ἐντὶν. [g] ὃ ἔστιν; libri ὅ ἐστιν.)

θ′. Ἡ γὰρ μετρία ἀλλοίωσις πάθος ὠνόμασται, ὥστε [a] ἀπὸ τοῦ μὲν μετέχοντος ἕξις ἂν γένοιτ' ἡ θερμότης, οὕτως [b] ἀπὸ τοῦ ἀλλοιωθέντος [c] παθητικὰ ποότης ἢ πάθους δύναμις λέγεται, οἷον ἐπὶ τοῦ βρέφους, ὅταν λέγῃ τις [d] δυνάμει δρομικόν ἐστι, δυνάμει φιλόσοφον, καὶ ἁπλῶς ὅταν ἄρτι μὲν οὐκ ἔχῃ [e] τὸ δύνασθαι ἐνεργεῖν, περιόδοις δὲ [f] χρονικοῖς ἐνδεχόμενον ἐγγενέσθαι τὸ δύνασθαι. Ἀδυναμία [g] δὲ ὅταν ἀνεπίδεκτος ἁ φύσις ᾖ [h] ἐπὶ τῷ τινά ποτε ἐνέργειαν παραδέξασθαι, οἷον ἀνθρώπῳ τὸ ἀναπτᾶναι ἀδύνατον, καὶ ἵππῳ τὸ ὁμιλέειν, καὶ ἀετῷ βιοτεύειν ἐν ὕδατι, ἢ ὅσα κατὰ φύσιν ἀδύνατα. Σχῆμα δὲ λέγεται ἡ τοιάδε διατύπωσις καὶ διάπλασις· μορφὰ δὲ ἡ ἔξωθεν ἐπιφαινομένη ποιότης ἐκ χρώματος καὶ διαμόρφωσις ἢ ἡ ἐπιπολάζουσα εὔχροια, ἢ καὶ ἡ τοὐναντίον δύσχροια, καὶ ἁπλῶς ἡ τοιάδε τις ἐπιβάλλουσα τῇ ὄψει τῆς ἐπιφανείας μορφά. Οἱ δὲ τὸ μὲν σχῆμα ἐπὶ τῶν ἀψύχων διέλαβον, τὰν δὲ μορφὰν ἐπὶ τῶν ἐμψύχων. Οἱ δὲ εἶπον [i] σχᾶμα μὲν τὸ χωροῦν [k] διὰ βάθους, μορφὰν δὲ τὴν ἐξ ἐπιπολῆς ἐπιφάνειαν, περὶ ὧν μεμαθήκατε.

(Scripsi : [a] ὥστε; codd. ὥς τε. [b] οὕτως ἀπὸ τοῦ; codd. ἀπὸ δὲ τοῦ. [c] ἀλλοιωθέντος; codd. ἀλλοιοῦντος. [d] λέγῃ τις; codd. λέγῃ. [e] ἔχῃ; codd. ἔχει. [f] περιόδοις δὲ χρονικοῖς; libri παρόδοις χρονικοῖς. [g] ἀδυναμία; libri ἁ δυναμία. [h] ᾖ; libri ἁ. [i] εἶπον; libri εἰπεῖν. [k] χωροῦν; codd. ἐγχωροῦν.)

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΙ.

ι′. Τῶν πρός τι γενικώτερον ἡ [a] διαίρεσις τετραχῶς διαιρέεται, φύσει, τέχνᾳ, τύχᾳ καὶ προαιρέσει· φύσει μὲν ὡς πατὴρ πρὸς τὸν υἱόν, τέχνᾳ δὲ ὡς μαθητὴς πρὸς

TERTIA QUALITATIS DEFINITIO.

VIII. Qualitas dividitur in habitum et affectionem, patibilem qualitatem et perturbationem, vim et imbecillitatem, figuram et formam. Est vero habitus intentio affectionis atque adeo constantia ac stabilitas ejus perpetuitate innixa, quasi in naturam versa et altera quædam exorta natura. Præterea habitus dicitur quidquid naturâ nobis insitum est ac non affectione et progressu nobis hæret, ut visus cæterique sensus. Quin etiam patibilis qualitas similiter perturbationis est vel incrementum et intentio vel deminutio. Cæterum perturbationem et patibilem qualitatem de ira et odio et licentia reliquisque vitiosis perturbationibus et morbis, calore et frigore, loquentes, nunc in habitu et affectione ponunt, nunc pro patibili qualitate et perturbatione habent, ideoque dicere licet, eos quatenus participata res sit habitum vocasse, quatenus afferat perturbationem, patibilem qualitatem hoc rerum genus nominasse, quod in stabilitatem et constantiam convenit.

IX. Etenim modica animi commotio perturbatio appellata est, utque ejus culpa qui caloris particeps est, calor in habitum abire possit : ita ab eo qui commotus animo est patibilis qualitas vel perturbationis facultas nomen mutuatur, velut quum quis infantem cursu valere dicit vel facultate philosophum esse, omninoque quum nunc quidem non habet agendi facultatem, fieri autem potest, ut certis temporum curriculis facultas illa ei contingat. Imbecillitas vero est, quum natura ab efficacia quadam aliquando abhorret, velut neque homini subvolare licet, neque equo loqui, neque aquilæ in aqua vivere, vel quæcunque naturæ repugnant. Figura porro appellatur talis conformatio et facies : forma autem externa qualitas e colore orta et effigies vel eminens coloris sive suavitas sive e contrario insuavitas, omninoque hujusmodi in oculos incurrens oris species. Quidam figuram de inanimatis dici statuerunt, formam de animatis. Alii vocarunt figuram quidem id quod altius penetrat, formam vero eminentem oris speciem, de quibus audivistis.

QUARTA DEFINITIO RELATIONIS AD ALIQUID.

X. Res ad aliquid relatæ generatim quadrifariam dividuntur, natura, arte, fortuna et consilio : natura quidem ut pater ad filium comparatus, arte vero ut discipulus ad magi-

διδάσκαλον, τύχᾳ δὲ ὡς δῶλος πρὸς δεσπόταν, καὶ προαιρέσει ὡς φίλος πρὸς φίλον καὶ ἐχθρὸς πρὸς ἐχθρόν, εἰ καὶ ἁπλῶς πάντα φύσει.

(Scripsi : [a] ἡ διαίρεσις; codd. διαίρεσις.)

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ ΤΟΥ ΠΟΥ.

ια'. Τὸ ποῦ διαιρεῖται κατὰ τὸ ἁπλούστερον ἑξαχῶς, ἄνω, κάτω, ἔμπροσθεν, ὄπισθεν, δεξιὰ καὶ ἀριστερά. Ποικίλλεται δὲ ἕκαστον τούτων· τοῦ γὰρ ἄνω πολλαὶ διαφοραὶ ἐν αἰθέρι, ἐν ἄστροις μέχρι τοῦ πόλου, ὑπὲρ τὸν πόλον, καὶ τὰ κάτω ὡσαύτως, καὶ τὰ ἄπειρα [a] ἀπείρως τοῖς μερικωτέροις τόποις ποικίλλεται. Ἡ δὲ τούτων [b] μεγίστη ἀμφιβολία λεχθήσεται.

(Posui : [a] ἄπειρα; codd. ἀπειράκις. [b] τούτων μεγίστη; codd. ἡ δὲ τούτων ἡ μεγίστη.)

ΛΟΓΟΣ ΤΟΥ ΠΟΤΕ ΕΚΤΟΣ.

ιϐ'. Τὸ δὲ πότε εἰς τὸν ἐνεστῶτα, παρῳχαμένον καὶ μέλλοντα διαιρεῖται· ὁ ἐνεστὼς ἀδιαίρετος, ὁ παρῳχαμένος εἰς ἐννέα, ὁ μέλλων εἰς πέντε. Ἐν δὲ τοῖς ὑπερτάτοις περὶ τούτων ἐλέχθη.

(Vide Simplicium ad Aristot. Categ. fol. 5. 6. Conf. Schol. Arist. pag. 80 ed. Brandis.)

ΛΟΓΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ ΤΟΥ ΠΟΙΕΙΝ.

ιγ'. Τὸ δὲ ποιεῖν διαιρεῖται εἰς πρᾶξιν καὶ λόγον καὶ διανόημα. Ἁ πρᾶξις εἰς τὰν διὰ χειρῶν ἐργασίαν, εἰς τὰν δι' ὀβελῶν καὶ ὀργάνων ἐργασίαν καὶ εἰς τὰν διὰ ποδῶν. Καὶ τούτων ἕκαστον εἰς ἰδικὰς ἐργασίας τὰς κατὰ μέρος διαιρουμένας. Ὁ δὲ λόγος εἰς τὰν Ἑλλάδα γλῶτταν, εἰς βάρβαρον, καὶ τούτων ἑκάστη εἰς διαλέξεις ποικίλλεται. Τὸ δὲ διανόαμα εἰς μυρία [a] τῶν νοαμάτων ἐγκοσμίων τε καὶ ὑπερκοσμίων. Ὕπεστι [b] τῷ ποιέειν καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ διανόαμα ἐνεργείᾳ ὄντα τοῦ λογικοῦ. Φαμὲν γάρ, τί ποιέει ὁ δεῖνα; ἀποκρινόμεθα ὁμιλέει, διαλέγεται, διανοέεται, λογίζεται, καὶ τὰ ἑξῆς.

(Scripsi : [a] μυρία; codd. μύρια. [b] ὕπεστι τῷ ποιέειν; libri ὑπὲρ τοῦ ποιέειν.)

ΛΟΓΟΣ ΟΓΔΟΟΣ ΤΟΥ ΠΑΣΧΕΙΝ.

ιδ'. Τὸ πάσχειν διαιρεῖται εἰς ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ τούτων ἕκαστον εἰς τὰ ἐξ ἐνεργείας ἑτέρου πάθη. Ἐξ ἐνεργείας δέ ἐστιν, ὅταν τύπτηταί [a] τις. Τὰ δὲ δίχα τοῦ ἐνεργοῦντος, ἃ πάλιν εἰς τὰ μυρία τῶν παθέων εἴδη τὰν διαίρεσιν δέχεται.

(Scripsi : [a] τύπτηταί τις; codd. τύπτεταί τις.)

ΛΟΓΟΣ ΕΝΝΑΤΟΣ ΤΟΥ ΚΕΕΣΘΑΙ.

ιε'. Τὸ δὲ κέεσθαι εἰς τρία διαιρεῖται, στάσιν, καθέδραν, ἀνάκλισιν, ὧν ἕκαστον πάλιν τρόποις διαφόροις ποικίλλεται. Ἅ τε γὰρ στάσις διάφορος, ἢ ἐφ' ὅλου τοῦ πέλματος, ἢ ἐπ' ἄκρων δακτύλων, ἢ ἐπ' ὀρθῶν τῶν ἰγνύων, ἢ ὀκλαζόντων ἐπὶ βημάτων, ἴσων, ἀνίσων, ἐπ ἀμφοτέροις τοῖς ποσίν, ἢ ἐφ' ἑνί, ποριζόμενον· ἥ τε

---

strum, fortuna ut servus ad dominum, consilio denique ut amicus ad amicum et inimicus ad inimicum, quamvis omnino omnia naturâ distribuantur.

QUINTA DEFINITIO UBI.

XI. Definitio *ubi* crassiore Minerva in sex partes dividitur, supra, infra, a fronte, a tergo, ad dextram et ad lævam. Earum unaquæque variatur : nam rerum quæ supra sunt multa notantur discrimina in æthere, in astris usque ad cœli verticem, et supra verticem, pariterque quæ infra sunt atque infinita infinitis locorum partibus variantur. Sed maxima harum rerum ambiguitas explicabitur.

SEXTA DEFINITIO QUANDO.

XII. Definitio *quando* in tempus præsens, præteritum et futurum dividitur : præsens individuum est, præteritum in novem partes distribuitur, futurum in quinque; de quibus in superioribus dictum est.

SEPTIMA AGENDI DEFINITIO.

XIII. Ipsum agere dividitur in actionem, sermonem et cogitationem. Actio distribuitur in labores vel manibus vel veruculis et instrumentis vel pedibus obeundos. Sed ex his unaquæque res ad peculiares pertinet labores singulatim distribuendos. At sermo lingua græca et barbara atque earum utraque dialectis variatur. Denique cogitatio multiplici rerum tum terrestrium tum cœlestium meditatione mutatur. Subest faciendi notioni etiam sermo et cogitatio, quæ re vera rationis sunt. Dicimus enim, quid facit quidam? respondemus sermocinatur, colloquitur, secum reputat, ratiocinatur, et cætera.

OCTAVA PATIENDI DEFINITIO.

XIV. Ipsum pati dividitur inter animum et corpus atque eorum utrumque affectionibus alterius efficacia ortis mutatur. Quando quis enim verberatur, alterius efficaciam sentit. Sunt etiam aliæ affectiones nullo alterius interventu procreatæ, quæ rursus in sexcentas affectionum species distribui possunt

NONA JACENDI DEFINITIO.

XV. Situs in tria dividitur, statum, sessionem, accubitionem, quæ singula rursus diversis modis variantur. Etenim status diversus est, ita ut vel totis pedum plantis, vel extremis digitis, vel rectis poplitibus, vel flexis genibus et succiduis vestigiis sive æqualibus sive inæqualibus,

καθέδρα ὁμοίως, ὄρθωσις, πρηνής, ὑπτία [a], ἐπ' ὀρθογωνίῳ τῷ τῶν γονάτων σχήματι, καὶ ἀμβλυγωνίῳ, καὶ ἐναλλὰξ τῶν ποδῶν, ἢ ἄλλως διακειμένη· [b] ἥ τε ἀνάκλισις ὡσαύτως ἢ ὑπτία [c] ἀνάκειται, ἢ πρηνὴς καὶ πλάγιος ἐκτάδην, ἢ ἡπλωμένως, ἢ ἐν καμπύλῳ, ἢ σκολιῷ τῷ σχήματι. Καὶ ἁπλῶς ποικίλη [d], καὶ οὐ μονοειδὴς ἡ διαίρεσις. Ἔτι διαιρέεται τὸ κέεσθαι καὶ εἰς χύσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ σίτου, ψάμμου, ἐλαίου καὶ ὕδατος, καὶ τῶν λοιπῶν, ὅσα τοῦ κέεσθαί ἐντι ξηρὰ ὄντα, καὶ εἴ τι ὑγρᾶς γνωρίζομεν φύσεως. Καὶ μέντοι καὶ τὸ ἡπλῶσθαι τοῦ κεῖσθαί ἐστιν, ὡς ἐπὶ λίνου καὶ τῶν ἐπιπλόων.

(Scripsi : [a] ὑπτία; libri ὕπτιος. [b] διακειμένη; codd. διακείμενος. [c] ὑπτία; libri ὕπτιος. [d] ποικίλη; codd. ποικίλος.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΚΑΤΟΣ ΤΟΥ ΕΧΕΙΝ.

ιϛ'. Τὸ δὲ ἔχειν εἰς περίθεσιν διαιρέεται, ὡς τὸ ὑποδεδέσθαι, ὡπλίσθαι, ἐσκεπάσθαι· εἴς τε ἔνθεσιν, ὡς ἐπὶ μεδίμνου καὶ κεραμίου καὶ τῶν λοιπῶν ἀγγείων. Λέγομεν γάρ, πυροὺς ἔχειν τὸν μέδιμνον, ἢ οἶνον τὸν κέραμον. Καὶ εἰς πλοῦτον καὶ κτῆσιν, οἷον πλοῦτον ἔχων, ἀγρόν, ζεῦγος, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια.

Ἀρχύτας ἀναγνοὺς τὸν Ἐρατοσθένους Ἑρμῆν τοῦτον ἐπῄνεσε τὸν στίχον·

Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε, τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι;

καὶ τοῦτον·

Ὀοθοῦσιν καὶ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι.

(Stobæus Floril. XCV, 15. Sed hic Archytas a Tarentino diversus fuit.)

Τέλος.

---

aut ambobus pedibus aut uni insistamus : similiter sessio est erecta, prona, supina, genuum figurâ vel rectum vel obtusum angulum referente, pedibusque decussatim positis, vel aliam habet speciem : eodemque modo accubitio vel supina est vel prona et extento vel porrecto corpore obliqua, vel incurvæ vel tortuosæ formæ assimilata. Omnino varia ac non uniformis divisio est. Præterea situs in fusionem dividitur qua voce utimur verbi causa de pane loquentes, de arena, de oleo et aqua et reliquis rebus, quæ jacere dicuntur quum siccæ sint vel si quid humida præditum natura cognovimus. Sed expansa quoque jacere dicuntur, quod in retia atque omenta convenit.

DECIMA HABENDI DEFINITIO.

XVI. Habendi notio in partes divisa pertinet primum ad res imponendas ut calceamenta, arma, velamina : deinde ad immittendas; quod de medimno, testa et reliquis vasis dici constat. Dicitur enim medimnus habere triticum, testa vinum. Denique ad divitias et facultates spectat; est enim qui habeat divitias, agrum, vehiculum atque horum similia.

Archytas quum Eratosthenis Mercurium legisset, hunc versum laudavit :

Necessitas omnia docuit. Quid enim non illa inveniat?

et illum :

Curæ emendant et plura parturiunt.

Finis.